

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

Hist: 7216.

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECULUM CARMELITANVM

SIVE

HISTORIA ELIANI ORDINIS

FRATRUM BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ

DE MONTE CARMELO,

IN QUA

S. PATRIS ELIÆ VITA,

ELIANORVM ACTA SANCTORVM,

CATALOGUS ANTISTITUM, ILLUSTRIUM SERIES VIRORVM,

QVA DOCTRINA, QVA PIETATE SPECTATORVM

PIE, FIDEQVE

REPRÆSENTANTVR:

Ac circa Feſtum Solennis Commemorationis
Novelli cujuſdam hallucinationes
diſpelluntur.

TOMI II. PARS II.

PER R. ADM. PATREM

F. DANIELEM A VIRGINE MARIA

Carmeli Flandro-Belgici Ex-provincialem
& Hiſtoriographum.



ANTVERPIÆ,
Typis MICHAELIS KNOBBARI, ſub ſigno S. Petri Anno MDCLXXX
Cum Gratia & Privilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTOR.

QVia præter opinionem in majorem excrevit opus molem, quàm ut in uno compingi volumine commodè posſit, tuæ ſtudentes commoditati, in duas quemque Tomum partes diſpertimur. Prima Tomi hujus Pars ab Ordinis exordio S P. ELIA *exordium ſumpſit, ſumit & ſecunda. Cujus laudi, ut ne ulla vacet pagina, dum eſt omnis ille virtutis* Speculum, *accinens Poema apponimus.*

SANCTO PATRI

ELIÆ

VIRTVTVM OMNIVM OMNIBVS

SPECVLO.

NOn ego deſpiciam factum memorabile *Xeuxis*,
Uva cui veras picta fefellit aves.
Pingentem ſtupeo *Venerem*. Quàm pinxerat illam!
Dignum, præ cunctis quod celebretur, opus.
Quæſierat pulchras, quot habebat tota puellas
Græcia, ut hinc *Venerem* pingeret ipſe ſuam.
Gratior hæc oculis, formoſior illa capillis:
Hæc ore, hæc collo pulchrior, illa genis.
Appinxit *Veneri*, pulchrum quod in omnibus, uni:
Ut fieret *Veneri* nulla ſecunda ſuæ.
Sed nec, an haud fuerit, jam diſputo. Veriùs, uni
ELIÆ totus par nihil Orbis habet.
Pictura hic ſolus pulcherrima picturarum,
Quas manus effinxit prodigioſa Dei.
EVÆ quidquid erat formoſum, quidquid *Adamo*,
In Paradiſiacis nunc habet ille locis.
Eſt Patriarcharum, ſcio, ſpectatiſſima virtus.
Eſt & in ELIA repperienda meo.
Si *Moyſem* in mediis mirandum oſtenderis undis:
Eſt & hic in mediis conſpiciendus aquis.
Sive Deo loquitur: THESBITA locutus eidem eſt.
Seu pandit leges: pandidit ille ſuas.
Si *Ioſuem* ſtupeas prohibentem abſcedere Solem:
Hic potuit totum continuiſſe polum.
Iephtem ſi propriam laudes occidere Gnatam:
Qui ſeſe mactat, amplius ille facit.
Pſallentem citharâ ſi des, animoque *Davidem*
Pſallentes Gnatos hic docet eſſe ſuos.

Quo-

Digitized by Google

Quocumque aſpicias, ELIAM in imagine cernis:
Et ſuperat Patres nobilitate ſuos.
MATREM non ſuperat: MATRI ſubmittitur uni.
Hæc una exemplum, quod ſequeretur, erat.
Hinc didicit, quidquid, docuit. Prior ordine cauſæ
Illa fuit, votâ virginitate prior.
Laudem illi totam tribuit. Satis eſt, tot ab annis,
Ante licèt fuerit, ſic potuiſſe ſequi.
Omnibus hinc SPECULUM, lux, & virtutis imago eſt,
Quos ſtimulat votæ Relligionis amor.
Hunc Patrem atque Ducem vocat Ordo Monaſticus unum:
Quòd fons, principium, quòd ſit origo, vocat.
Cerne *Auguſtini* transfixo in corde favillas:
Ignis ab *Eliacis* ignibus ille venit.
Hinc trahit innumeros *Benedictus* in Ordine cœtus,
Cuique ſua agnomen *Mella* dedêre ſuum.
Hinc, *Franciſce*, tui nodoſo funе ligati,
Indè Cucullati, lignipedesque tui.
Indè *Canes Domini* docuit latrare per Orbem
Domnicus; hinc linguam *Bruno* tenere ſuam.
Paulano hinc piſces, oleumque: *Ignatius* indè
Simplicibus didicit vivere poſſe modis.
ELIAS novit ſe circumcidere primus:
Primus iit votæ Relligionis iter.
Hinc eſt omnis honor, laus præſtantiſſima: nulli
Debeat in cœpta quòd pietate vicem.
Præſulibus SPECULUM eſt. Vero pro numine & aris
Solus in antiquo fœdere Præſul erat.
Principibus SPECULUM eſt. *Princeps* ſibi deliget indè,
Quæ ſibi, quæ Populo præcipienda ſuo.
Eſt *Clero* SPECULUM. *Clero* ſi pſallere curæ,
Prima fuit Patri pſallere cura meo.
Eſt Monachis *Speculum*. Monachorum temnere mundum eſt,
Et totum tacitâ mente ſubire polum.
Quale Pater SPECULUM! Nullo non tempore in ipſo
Fixa tenebatur mens, animuſque Deo.
Omnibus eſt SPECULUM. Quis non virtutis Amator?
Quis non virtutis cogitur ire viam?
Omnibus ELIAS virtutibus unus abundat.
Omnibus ELIAS norma ſequenda datur.

F. VAL. A S. AM. *Carm.*

Digitized by Google

XX. JULII.

DE S. PROPHETA ELIA,

DUCE AC PATRE NOSTRO:

Præscio, ac imitatore puritatis Virginis Deiparæ nondum natæ & eidem suum Ordinem dicante.

Translatio ejus in Paradisum contigit anno mundi 3139 ante Christum 914.

(a) à pag. 3. ad 71. & à num. 6, ad 274. inclus.

Vita ejus habetur hîc suprà initio Tomi hujus, (a)

PROLOQUIUM.

2000. MIssalia, & Breviaria Ordinis Carmelitani à Sede Apostolicâ approbata, ad diem XX. Iulii, istum præferunt titulum: ELIÆ Prophetæ Patris nostri. *Ita in Kalendariis: & in ipso corpore sic:* In festo S. Eliæ, Ducis, & Patris nostri. *Isto nomine:* S. Pater noster ELIAS, *passim in hoc Ordine nuncupatur modò, & olim appellatus fuit: ita quidem S. Angelus Martyr, & S. Teresia in suis scriptis variis locis, atque alii: nec non in officio Canonico hujus Festi, & octava, ad utrasque Vesperas:* O Pater Salve . . . ô Deo multum (Pater alme) chare: *& in oratione ad horas, ac in Missâ:* Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut sicut B. ELIAM prophetam tuum & Patrem nostrum. *Ad eundem hunc diem legitur in Martyrologio Romano:* In monte Carmeli S. Prophetæ ELIÆ. *Dicitur* in monte Carmelo, *non quòd raptus in cælum, seu translatio in Paradisum indè facta sit, sed quòd ibi* S. P. ELIAS *cum suis discipulis Filiis Prophetarum præcipuè habitare, & monasticam vitam agere consueverit: sicut plenius declarabitur hîc infrà. In Gallicano autem Martyrologio:* Raptus ELIÆ Prophetæ Ordinis Carmelitarum Institutoris; hâc die solemnis est in ipso universo Ordine. *Martyrologium antiquum Ordinis Carmelitani ad XVIII. Kalendas Iulias sic habet:* Raptus magni ELIÆ Prophetæ, Carmelitanæque Religionis Patriarchæ. *Martyrologium autem Ordinis (quod modo legitur) insertum Ordinali seu Ceremoniali* (b) *ad diem 20. Iulii:* In monte Carmeli S. Patris ELIÆ magni Sacerdotis, & Prophetæ Dei, primi solitudinis incolæ, totius perfectionis Monasticæ Patris &c. *Ioannes Molanus in Auctario ad Vsuardi Martyrologium ad XV. Kalendas Iulii (id est, 17. Iunii) sic loquitur:* Raptus in cœlum S. ELIÆ Prophetæ Domini, & Carmelitanæ Religionis Patriarchæ; qui tantam invenit coram Domino gratiam, ut verbo clauderet, & aperiret cœlum (*quanta auctoritatis sit istud Molani opus videatur infra §. 4.*) *Eadem leguntur, ad eundem diem in Hagiologio seu Martyrologio Ioannis Gillemani: In Martyrologio, seu Menologio Ægyptio antiquissimo commemoratur ad diem 6. mensis Tubæ, verbis infra referendis. Raptus S. P. N. Eliæ seu translatio in Paradisum, contigit anno mundi ter millesimo centesimo trigesimo nono, ante Christi natalem nongentesimo decimo quarto. Ita Tor-*

S. ELIAS Pater Ordinis Carm.

& Patriarcha,

(b) lib. 1. tub. 33.

niellus, Salianus, & alii relati à P. Ezzana tomo 1. Annalium ad istum annum.

2001. *Quòd autem titulus ille:* Dux & Pater, *nec non* Patriarcha, Fundator, Institutor Carmelitanæ Religionis, *jure, & meritissimè ipsi competat, Tomo præcedenti variis locis est declaratum, peculiariter sub finem partis secundæ in Synopsi tertiæ cap. 4, ubi ex omnibus ibi antè dictis illa educitur conclusio:* S. Propheta ELIAS primus est Princeps Monachorum: & Ordinis Carmelitani Patriarcha, ac Fundator. *Consequenter explicatur, quid innuant ista* Princeps, Auctor primus, Institutor, Patriarcha: *qua omnia hoc loco supponunt pro eodem: & quidem* Patriarcha, *nomen Græcum, idem est quod* Princeps, Pater, & Caput familiæ. *Sic Institutores, & Fundatores Ordinum Religiosorum (quæ familiæ quædam sunt in Ecclesiâ militante) dicuntur à suis filiis* Patres, *&* Patriarchæ. *Subindè etiam nuncupantur* Patroni, *activè scilicet (passivè enim* Patronus *est, qui in talem ab aliquibus ob specialem devotionem assumitur.) Quod autem S. Propheta* ELIAS *Carmelitani Ordinis sit* Patriarcha *eâdem omninò, nec minori ratione, quàm cæteri omnes Fundatores respectu suorum Ordinum, ibidem sigillatim ostensum est. Cùm autem istud de* Patriarchatu S. ELIÆ in hoc Ordine, *sit ratio, & quasi fundamentum, seu potius* culmen, *seu* columen *præsentis solemnitatis, & ipse S. Pater* ELIAS *etiam sub officio divino nuncupetur* COLUMEN ORDINIS:

ac Dux, Fundator, Institutor,

PATRIARCHA *quid sit.*

(Hic sacri est ductor, columen, decusque Ordinis nostri)

Columinis *sive* Culminis *istius septem statuuntur* columnæ, *seu* bases: *quibus firmiter innitatur. Quòd* S. P. ELIAS *Puritatis* Virginis Deiparæ præscius, & imitator *fuerit,* (*sicut in titulo habetur*) *tradunt S. Methodius,* (a) *& Ioannes Ierosolymitanus, ac alii plures, adstruentes, quod* S. ELIAS *ipsam in Carmelo in typo nubecula conspiciens, ad illius honorem Ordinem suum propheticum ibidem aliquantò post instituerit, & fundaverit; & illi adducti sunt tomo præcedenti* (b), *circa istud quadam etiam dicta sunt hîc paulò antè, ad XVI. Iulii, & infrà mentio erit. Quantùm ad Patriarchatum S. P. N. ELIÆ in Carmeli Ordine, quamvis in præcedenti tomo sufficienter declaratus, & firmiter stabilitus sit; attamen cùm plerisque haud vacet illa prolixius tradita percurrere, convenienter, imò quasi ex debito,*

(a) Homil. de Simeone & Annâ, seu de Purificatione.

(b) n. 218.

Ratio Tractatus sequentis:

XX. Julii.

festivitatis præsentis titulus, & ratio exigere videntur, ut simul colligantur, & ordinatè digerantur præcipua fundamenta, quibus Patriarchatus iste insistit. Quòd autem subinde hîc consequenter sententia, seu auctoritates nonnulla in antecedentibus, præsertim tomo præcedenti sparsim hinc inde adducta, repetantur, id fit Lectoris commodo; ut sic uno quasi obtutu, veritatem emicantem perspiciat, nec illas remissivè citatas quærendo, temporis jacturam faciat. Consequenter agetur de ejus cultu.

TRACTATVS

De Patriarchatu S. P. ELIÆ in Carmeli Ordine, deque ejus cultu.

CAPVT PRIMVM.

Columnæ septem, sustentantes culmen, seu fastigium præsentis Solemnitatis.

2002. SAPIENTIA æterna ÆDIFICAVIT sibi DOMVM ... EXCIDIT in eâ COLUMNAS SEPTEM. In construendo hoc tractatu de S. P. N. Elia Patriarcha Ordinis hujus, ac de præsenti solemnitate ipsius, culmen, seu fastigium est, illud assertum: *S. Propheta ELIAS fuit Ordinis Prophetici Religiosi monastici, in veteri Lege, Auctor: veri nominis Religiosum, Monachum primum, Princeps Monachorum; atque Patriarcha, Institutor, Fundator Ordinis Carmelitani, ab ipso hereditariam successionem tenentis*: & etiam septem fulcitur columnis. An non ita sint solidæ omnes, ut singulæ seorsim sufficere possent, ad sustentandum culmen præfatum, lector, passionis cujusvis fuligine haud tinctus, arbiter, & judex esto. Sunt autem istæ: *Prima Scriptura divina: secunda Summorum Pontificum, & Congregationis sacr. Rituum sensus: tertia Patrum venerabilis auctoritas: quarta Martyrologiorum lectio, & Doctorum Scriptorum illustrium assertæ: quinta Traditio universalis: sexta Testimonium de cœlo Virginis Deiparæ: septima Essentialia Monachi, Principis Monachorum, Patriarchæ Ordinis in ipso S. Patre ELIA.*

Columnæ, seu fundamenta VII. Patriarchatûs S. Eliæ in Ordine Carmelit.

§. I. COLUMNA PRIMA. *Scriptura sacra.*

(a) Contra Donat. l. 2. c. 67.

2003. IUxta S. Augustini salutare monitum (a): *Afferamus divinam flateram de Scripturis sanctis, tamquam de thesauris Dominicis: & in illa, quod sit gravius appendamus; imò non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus*; Scripturæ enim divinæ sicuti sunt Fundamentum immobile Orthodoxæ fidei, ita quoque assensi præfati de S. P. Eliæ monachatu, primatu monastices, & Patriarchatu Ordinis Carmelitani: nam omnia Monachi, Principis Monachorum, Patriarchæ &c. essentialia (de quibus Columna VII.) evidenter in Scripturis sanctis resplendent, aut indè eruuntur; ut propterea Patres & Doctores tradant, divinarum Scripturarum auctoritate constare, ipsum vitæ monasticæ primordia fundasse; & ideo primum Monachorum principem esse. Imprimis ejus à Deo vocatio, & jussio recedendi à turbis hominum, & agendi vitam solitariam, exprimitur libro 3. Regum cap. 17. *Recede hinc* & sequentibus. Istam ejus vocationem Franciscus Suarez, (a) probat ex istis Dei ad ELIAM verbis: *Recede hinc, & vade contra Orientem, & absconde in torrente Carith.* Addit Suarez: *Quem locum luculenter ad hoc propositum expendit Ioannes Ierosolymitanus, libro de Institutione primorum Monachorum, à capite 3. ad 9.* Ibi autem cap. 2. istud statuitur assertum: *ELIAS Monachorum Princeps primus extitit*: subjungitur: *Quod evidenti sacræ Scripturæ testimonio comprobatur*: & præfata verba: *Recede hinc &c.* sic paucis dicto cap. 2. explicantur: RECEDE HINC, *scilicet à rebus caducis mundi & transitoriis*: ET VADE CONTRA ORIENTEM; *id est, contra originalem carnis tuæ cupidinem*: ET ABSCONDERE IN TORRENTE CARITH, *ne in urbibus moreris simul cum turbis*: QUI EST CONTRA JORDANEM: *ut scilicet per charitatem sis divisus à delictis. Religiosus Monachus & Eremita* fuit, quià vixit *in Carmelo, Carith, Horeb*, & aliis eremis, in observantiâ *paupertatis, castitatis, & obedientiæ* (videatur hîc suprà in ejus vitâ parte quinta cap. 1. & sequentibus) Conversatio autem ejus erat, *relictis omnibus terrenis, nil creatum curando, simplificatâ unione, & syncerissimâ adhæsione Deo soli vacare in contemplatione divinitatis, & rerum cælestium, atque ardentissimo studio pro illo solo zelare*, sicut plenius declarabitur Columna VII. Habitu etiam vilis pretii, à cæteris distincto (*Melote, cunâ pelliceâ* &c.) utebatur S. ELIAS; ex habitu enim tali illum cognovit Ochozias (*libro 4. Regum cap. 1. versu 8.*) Hinc illud Apostoli (b) *Circuierunt in melotis* &c. *egentes* &c. potissimè intelligitur de ipso ELIA à Patribus, & Doctoribus (c). Cæteras etiam Religiosi Monastici status observantias ipsi competere videbimus eadem Columna VII. S. Antonius, & monachi alii etiam ELIAM, tamquam primum Monasticês exemplar in Scripturis propositum imitati fuerant in habitu & cæteris. Hinc Cassianus describens vestes Monachorum: (d) *Hoc enim habitu*, inquit, *etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento professionis hujus fundavêre primordia, ELIAM scilicet & Elisæum divinarum scripturarum auctoritate monstratur.* Ita quoque Sozomenus (e).

Scriptura sacra fundamentum primarium Monachatûs & Patriarchatûs S. P. ELIÆ:

vocatio ejus ad vitam Eremit. Monasticam traditur libro 3. Regum c. 17.

(a) To. 4. de Relig. tr. 9. lib. 2. c. 10.

(b) ad Hebr. 11.

(c) vid. hîc suprà n. 28.

(d) lib. 1. de Institutis Monachorum cap. 2.

(e) Eccles. hist. l. 33. c. 14.

2004. Discipulorum quoq; ejusdem Religiosa

Religiosa, Eremitica, Monastica ejus conversatio in Scripturis resplendet:

Digitized by Google

XX. Iulii. gioſa Monaſtica, Eremitica, Conventualis vita æquè perſpicuè expreſſa cernitur in libro IV. Regum: S. Eliſeum omnia reliquiſſe, & deinceps in paupertate, caſtitate, & obedientiâ vixiſſe, habetur ex Scripturis traditum in ejus vitâ (a). Nonne ab ipſo Monachi omnes, & Monachorum fundatores didicerunt, quali ſuppellectili inſtruenda cella *lectulo, menſa, ſella, candelabro?* (b) diſcipuli etiam cæteri ELIÆ, & Eliſei eandem vitæ formam ſervabant *habitantes coram eo* (Eliſeo c) in Carmelo, in ſolitudine Jordanis, & alibi in magnâ paupertate, in caſulis, victitantes herbis agreſtibus, & polentâ, in caſtitate, in obedientiâ: quæ omnia in Scripturâ exprimuntur, aut inde eruuntur ſicut cernere licet hîc ſuprà in vita S. Eliſei (d). Quòd autem S. P. ELIAS, & S. Eliſeus, ac eorum diſcipuli *in Carmelo habitaverint*, ex Scripturis tradetur hîc infrà cap. 2. ubi de Ordine Prophetico à S.P.ELIA inſtituto, & fundato *in Carmelo*. Quòd S. Joannes Baptiſta à Patribus *Princeps Monachorum & Eremitarum in nova Lege* nuncupatus, *in ſpiritu & virtute* ELIÆ, *& in deſertis* converſatione prorsùs ſimillimâ ELIÆ, vitam eremiticam monaſticam egerit, propatulum eſt ex Evangelica atteſtatione, & Patrum adductis teſtimoniis hîc ſuprà (e)

familiter & diſcipulorū ejus:

(a) n. 1844. & ſeq. ac 1900. & ſeq.

(b) 4. Reg. 4.

(c) 4. Reg. 4 v. 38. & 6. v. 1.

(d) n. 1896. & 1870.

(e) ad XXIV. Iunii num. 1918. & ſeq.

Monaſticæ primordia, & incrementa, à S. Propheta ELIA, *& ejus diſcipulis, expreſſa in Scripturis ſanctis.*

S. P. ELIÆ, *& diſcipulorum Monaſticæ idea perfectiſſima in Scripturis,*

2005. EX hactenùs dictis & jam dicendis, perſpicua eſt veritas iſtius aſſerti: *Auctoritate Scripturarum divinarum* ELIAS *eſt primus Princeps Monachorum:* (ſicut loquuntur Patres, adferendi Columna 3.) & quòd ipſius, & diſcipulorum ejus, in Scripturis ſanctis reſplendeant *ſacri veſtimenti à prophana multitudine diſtrimina: in victu jejunii, ſilentii, ſolitudinis, zeli, pœnitentiæ ſpecimina: in cellulis lectuli, menſæ, ſellæ, candelabri tenuis ſuppellex: in omni demùm vita Paupertatis, obedientiæ, Caſtitatis, Sodalitii, totiuſque aſcetici expreſſiſſima idea* (f). Et iſta, ex ipſo Scripturæ ſacræ contextu, ac ejuſdem verbis, quaſi in faſciculum collectis, ad oculum perſpicere, è re erit. Imprimis S.P. N. ELIÆ vocatio ad vitam ſolitariam, extra turbas hominum, traditur libro 3. Regum, iſtis verbis: *Recede hinc*, & ſequentibus jam ante adductis, & explicatis. Prompta ejus obedientia, ac ſequela cernitur in iſtis: *Abiit ergo, & fecit juxta verbum Domini ... ſedit in torrente Carith:* nempè *abiit* extra turbas hominum, omnibus mundanis relictis: *ſedit*, id eſt, juxta Scripturæ phraſim, ſtabiliter manſit, in ſolitudine torrentis Carith & Horeb: in tanta paupertate, ut nihil habens, quaſi mendicatim, nunc à corvis, deindè à vidua, poſteà ab Angelo, tandem in Carmelo herbis agreſtibus victitaverit. Exercitia autem ejus jam ante audivimus, etiam in Scripturis expreſſa, contemplari Dei præſentiam, zelare ejus honorem &c. Vocatio S. Eliſei deſcribitur cap. 19. ejuſdem libri 3. Regum: ubi etiam cernitur, ad unam ELIÆ voculam promptiſſima ſequela ejus, omnia omninò relinquentis; nam *ſtatim, relictis bobus, cucurrit poſt Eliam*: & ita pari promptitudine, ſicuti Apoſtoli à Chriſto vocati, *reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt* JESUM. Iſta pleniùs tradita ſunt hîc ſuprà *in ejus vita*, cap. 2. & in *Manipulo virtutum* cap. 1. (a). Diſcipulorum S. P. ELIÆ & S. Eliſei multitudo colligitur ex libri 4. Regum cap. 2. nam ex uno Collegio Jerichuntino *quinquaginta viri de Filiis Prophetarum ſecuti ſunt eos*: & ex cap. 4. ſub finem, habetur, quòd in uno loco *Filii Prophetarum habitarent coram eo* (Eliſeo, Superiore ſuo) & quòd eſſent *centum viri*. Sed de iſtorum multitudine plura in ſequentibus. Ex eodem capite 4. colligitur ipſorum vita conventualis (ſicut pleniùs declaratum eſt in vita S. Eliſei cap. 7. nec non cap. 9.) atque etiam ipſorum obedientia, nec non caſtitas; ut propterea S. Hieronymus ſcripſerit: *Virgines multi Filii Prophetarum* (b). Quòd S. P. ELIAS Filios Prophetarum diſcipulos ſuos tamquàm Superior, viſitaverit, obeundo de Collegio in Collegium (quales viſitationes in Religionibus neceſſariæ, utiliſſimè uſque in præſens exercentur) habetur ex cap. 2. libri 4. Regum, & pleniùs traditum in ejus vita hîc ſuprà (c) parte 3. cap. 1. per totum. Poſt ejus raptum idem viſitationis munus obivit S. Eliſeus, ſicuti ex libro 4. Regum variis locis eruitur, & in ejus vita hîc ſuprà (d) cap. 4. ſub finem, & cap. 6. initio declaratur.

(a) n. 1844. & 1900. ac ſeq.

diſcipuli illorum multi,

collegialiter, monaſticè viventes:

(b) Epiſt. ad Euſtoch.

viſitabantur à S. ELIA,

(c) n. 128. *& S. Eliſeo:*

(d) vid. n. 1855. & 1861.

2006. Monaſticæ virtutes exercitatæ ab ipſis S. P. N. ELIA, ac S. Eliſeo, & utriuſque diſcipulis, etiam in Scripturis ſanctis repræſentantur; perfectiſſima quidem obſervantia, reverentia, obedientia erga Superiores, in S.P. ELIA (qualis eſſe poteſt in Superiore) promptiſſimè exequente omnia ſibi præcepta; ſic ut ipſe ad Deum fidenter loqueretur: *Iuxtà præceptum tuum feci omnia verba hæc.* (Sed de obedientia ejus plura videantur in vita ejus c). Talis fuit quoque obſervantia, reverentia, obedientia S. Eliſei ad S. P. N. ELIAM; propterea ab eo licentiam petens, valedicendi parentibus, dicebat: *Oſculer, obſecro, patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te. Dixitque ei: Vade, & revertere*: ſicque fecit, *& ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei.* Ita quoque poſt raptum S. ELIÆ diſcipuli ejus Filii Prophetarum, erga Eliſeum obſervantiam, reverentiam, obedientiam præſtiterunt, *adorantes eum*, adoratione duliæ, ſeu reverentiæ Superioribus debitæ. Hinc ædificandi nova loca circà Jordanem (ſicut traditur ſub initium capitis 6. libri 4. Regum) ab eo, tamquàm Superiore ſuo, licentiam petierunt, quam dedit, dicendo: *Ite*. De illorum paupertate, caſtitate, & cæteris obſervantiis monaſticis, plura videantur in vita S.P.N. ELIÆ, hîc ſuprà, nec non S. Eliſei. Quantum ad vota de me-

Obedientia S. ELIÆ, *& diſcipulorum:*

(c) n. 252. & ſeq.

paupertas, & caſtitas:

(f) Ita in compendioſa inſtructione, *de Inſtituto, antiquitate* &c. *Ordinis Carmelit,* ſub finem Conſtitutionum ſtrictioris obſervantiæ ejuſdem Ordinis.

vocatio S. ELIÆ *& S. Eliſei ad vitam ſolitar. monaſticam:*

Digitized by Google

XX. Iulii.

liori bono, ea fuisse in usu sub veteri Lege, constat ex Scripturis variis: quoad S. ELIÆ, & discipulorum vota monastica, videatur hîc infrà Columna VII. Sed an non etiam in Scripturis mentio est exercitiorum monasticorum in Carmelo? Judex sit, qui inter se contulerit ista Isaiæ capitis 32. *Habitabit in solitudine judicium: & justitia in Charmel* (Carmelo) *sedebit*: & *opus justitiæ erit pax, & cultus justitiæ silentium*, Et illa Michææ 7. commemorantis *habitantes solos, in saltu, in medio Carmeli*. Singulà expendantur, & *appendantur in statera rationu*: *In solitudine* (extra turbas hominum) *opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium*: Religiosis ista duo *pax, & silentium* singulariter chara sunt: & quidem *silentium* in hoc Ordine Carmeli commendatissimum semper fuit. Sed quid illa: *habitantes soli*? (quod Monachis & Eremitis tantùm competit) *in saltu*, loco sylvestri nemoroso: additur (ne quis dubitet) *in medio Carmeli*. Igitur ibi *in media Carmeli ... in solitudine ... in saltu*, vigebant *pax* fraterna, *silentium*. Quòd autem illa intelligenda sint de Carmelitis habetur ex libro de Institutione primorum Monachorum cap. 29 & confirmat quoque hoc, quòd verba illa olim in antiqua Regula, & deindè in recentiore, per S. Albertum tradita, capite *de silentio* inserta legantur his verbis: *Quemadmodum Propheta testatur*: CULTUS IUSTITIÆ SILENTIUM EST: & in Constitutionibus strictioris observantiæ à Summis Pontificibus confirmatis: *Non sine magni ratione consilii Regula nostra tanta est in commendatione silentii, in quo consistit* IUSTITIÆ CULTUS. Prophetæ utriusque verba præfata de Carmeli incolis, Religiosis Monachis Eremitis pleniùs exposita videre licebit in dicto libro *de Institutione primorum Monachorum*: & tomo præcedenti parte 1. lib. 4. cap. 7. (a) Quantùm ad vestes, S. P. N. ELIÆ, & discipulorum ejus eas fuisse distinctas à cæteris ex S. Paulo, & cap. 1. lib. IV. Regum jam ante audivimus. Quòd operi manuali (apud veteres monachos commendatissimo) vacarent, habetur ex cap. 6. ejusdem libri IV. Regum: ubi etiam narratur, quòd discipuli S. Elisæi Filii Prophetarum *habitantes coram eo* (Magistro & Superiore suo) ita multiplicarentur, quòd novas colonias condere deberent in solitudine Jordanis: de quibus S. Hieronymus (b): *Filii Prophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legimus, ædificabant sibi casulas propè fluenta Iordanis*. Quòd etiam ex eleëmosynis viverent, satis manifestum est ex cap. 4. libri IV. Regum & ex dictis hîc suprà, in vita S. Elisæi cap. 7. (c) Ex omnibus istis primordia, & fundamenta veræ Monasticæ in S. P. N. ELIA & discipulis ejus, *in divina statera de Scripturis sanctis ... à Domino appensa, recognoscamus*.

In Carmeli solitudine servabant pacem, silentium &c.

(a) n. 173. & 174.

eorum vestes distinctæ à plebe: opus manuale;

sub uno Superiore habitabant,

viventes ex eleemosynis.

(b) epist. ad Rusticum.

(c) vide hîc suprà num. 1896. & 1870.

§. 2. COLUMNA II. *Summi Pontifices, & Sacr. Rituum Congregatio.*

2007. PApa est quasi os Ecclesiæ: Cardinales ipsi assistunt consilio & operâ in regimine Ecclesiæ. Scripturæ Sacræ, & eorum, quæ indè educuntur, ex auctoritate à Christo concessâ, primarius judex est ipse Summus Pontifex: secundarii autem censores sunt Cardinales, præsertim in sacris Congregationibus à Summo Pontifice auctoritatem suam derivantibus: talis est CONGREGATIO SACR. RITUUM. Quamvis autem præfatum assertum *de S. ELIÆ monachatu, ac Patriarchatu in Ordine Carmelitano*, è Scripturæ sacræ (ut vidimus) penu eductum, ab istis tamquam fide tenendum, non sit definitum; attamen manifestè illi suffragantur: & est ista apud Pontifices traditio, sicut testatur Clemens VIII. verbis infra adducendis. Joannes XXII. & Alexander V. explicatissimè in suis Bullis tradunt, Ordinem Carmelitarum *per* ELIAM *& Eliseum in monte Carmelo inchoatum*. Bullæ illæ ex authenticis exemplaribus insertæ sunt integræ tomo præcedenti (a) plures alii in suis Diplomatibus Ordini huic concessis, sic de ejus Professoribus loquuntur; *Sanctorum Prophetarum* ELIÆ *& Elisei, & aliorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli, juxta* ELIÆ *fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes*. Ita Sixtus IV. in Bullâ, cujus initium est: *Dum attentâ*, data anno 1476. Bulla illa extat in Bullario Ordinis inserto Speculo Ordinis typis edito Venetiis anno 1507. nec non in Bullario Roderici in Sixto IV. num. 7. Iisdem terminis loquuntur Innocentius VIII. in Bulla confirmatoriâ privilegiorum Ordinis datâ anno 1484. tertio Kalendas Februarii, Julius secundus in Bulla, cujus initium est: *Ad sacrum Ordinem* data anno 1504. (habetur in dicto Bullario Ordinis impresso an. 1507.) & Gregorius XIII. in Bullâ: *Ut laudes* datâ anno 1577. Habetur in Bullario Roderici. Clemens VIII. similiter in diversis Diplomatibus suis apertissimis verbis Patriarchatum S. ELIÆ in Ordine Carmelitano, & hæreditariam successionem adstruit: imprimis in Bullâ, *Apostolicæ dignitatis*, datâ pro RR. PP. Discalceatis, in quâ ista: *Sanctorum Prophetarum* ELIÆ *& Elisei, aliorumque Sanctorum Patrum, quorum hæredes sunt, vestigiis insistentes incumbunt*. Ubi notanda illa: *insistentes vestigiis SS. Prophetarum* ELIÆ *& Elisei*, &c. *quorum hæredes sunt*. Et in Bullâ: *Dominici gregis* Prophetam Sanctissimum ELIAM nuncupat hujus Instituti *Patrem & Auctorem*, videatur hic infrà Columnâ V. Sixtus V. in Bullâ. *Eximium quod in vobis*, datâ anno Domini MDLXXXVII. Apostolicâ auctoritate indulget Carmelitis Discalceatis celebrationem festivitatum Ordinis, quas inter præcipuas est festivitas Sanctissimi Patris ELIÆ, tanquam Fundatoris, Patris & Ducis. Plura circa hæc videri poterunt

(a) n. 2163. & 2172.

Summi Pontifices tradunt Carmeli Ordinem inchoatum per SS. ELIAM & Eliseum,

& ab illis hæreditariam successionem tenere.

Digitized by Google

XX. Julii.

terunt Tomo præcedenti. Inficiari potest nemo, hoc, ab auctoritate tot Pontificum, magni ponderis fore: imò solum sufficere potuisse: quod non premo ulterius, dum premunt alii. Gaspar Sanchez è Societate Jesu in Academiâ Complutensi quondam percelebris sacrarum litterarum interpres, *in Commentario super libros Regum*, postquam magni Prophetæ Eliæ genûs, patriam, ortum, Virginitatem, aliasque laudes executus esset, eundem cætus & collegia Religiosorum Virorum, qui à monte Carmelo, sicut Carthusiani, Camaldulenses, & alii, à locis, in quibus incæperunt, habuisse & instituisse demonstrat. Cumque plurima assertionis exempla protulisset, subdit: *Accedit ad hæc à Pontificum judicio gravissimum pondus; quo sacrum hunc Ordinem ab Eliæ disciplinâ atque Instituto exordium habuisse testantur. Ità sanè in Bullu suis Sixtus IV. &c. qui docent familiæ Carmelitanæ viros ab Elia & Eliseo hereditariam successionem tenere. Hæc mihi gravissima sunt.* Eadem ponderant Franciscus Suarez, Jacobus Salianus & alii relati in Tomo præcedenti (a) & Joannes de Carthagena (b) qui post allata ista Pontificum verba, subiicit: *Infrà limites humani testimonii, nullum majus, aut firmius proferri posse, quam tot Summorum Pontificum testificatio.*

quanti ponderis sit illa auctoritas:

(a) n. 1257. & 1266. & seq.

(b) lib. 17. Homiliar. homil. 2.

2008. Auctoritati Summorum Pontificum suppar est auctoritas sacræ Congregationis Cardinalium: illa autem officia propria hujus Ordinis antiqua, & recentiora iteratis vicibus examinavit, & approbavit, subscribentibus Eminentissimis Cardinalibus Pinello, Bellarmino, & de Torres. Inter illa autem sunt officia SS. Eliæ & Elisei, veluti Patronorum, & Fundatorum Religionis. In variis etiam aliis clarè exprimitur *S. Prophetam* Eliam *Ordinis Institutorem* extitisse. Ad diem XXIX. Januarii *lectione quintâ* in officio S. Petri Thomæ recitatur historia revelationis ipsi sancto factæ, in quâ S. P. Elias *Institutor Religionis hujus* nuncupatur. Ita quoque in aliis: videatur Tomo præcedenti num. 1247. In officio autem Commemorationis solemnis successio Ordinis perspicuè traditur lectione primâ, verbis hic suprà ad XVI. Iulii relatis. Argumentum istud vel solum sufficeret apud Catholicos omnes. Hinc quandoque cùm nonnulli minùs creduli de Patriarchatu S. P. Eliæ in hoc Ordine, fratres nonnullos in historiis non multùm versatos interrogant, quo jure habeant, & colant S. Eliam, tanquam suum Fundatorem & Patriarcham? Illi solâ Breviarii sui, à Sede Apostolicâ approbati (in quo Officium, etiam approbatum, de S. Elia tanquam Patre, & Fundatore continetur) exhibitione apponentibus, silentium imposuêre.

Cardinalitii sacra Congregatio adstruit S. Eliam Institutorem Ord. Carm.

Carmelitæ Religiosi juniores qualiter satisfacere possint circa Patriarchatum S. P. N. Eliæ.

§. 3. Columna III. *Patrum venerabilium Auctoritas.*

2009. Patrum antiquorum Doctorum auctoritas, in Ecclesiâ, & apud Orthodoxos semper fuit, & est singulariter venerabilis: estque illa certior, & securior Scripturarum expositio, quam ipsi tradunt. Sed quid illi de Monachatu S. Eliæ, & primatu Monastices? *Ex scripturarum auctoritate S. Eliam & Monachum, & Monachorum principem, unde ad alios monastica vita promanavit*, diserte adstruunt. Ità quidem S. Hieronymus, agens de auctoribus Monachorum (a) *Ut ad auctoritatem Scripturarum redeamus . . . Principi* Elias. Ità quoque S. Isidorus agens de origine monastices, & ejus primis auctoribus (b) *Quantum*, inquit, *attinet ad auctoritatem Scripturarum, hujus propositi princeps* Elias: & monasticarum rerum peritissimus Cassianus de institutis, & vestibus Monachorum scribens (c) verbis jam ante adductis. Idem adstruunt alii: aliquot referentur hic infrà columnâ V. Alii autem scribunt, ipsum vitam illam egisse in Carmelo: ità quidem S. Gregorius Nazianzenus (d) *Pulchra res solitudo, & quies: idque me docet* Eliæ *Carmelus*. Similia habet quoque alibi. S. Basilius (e) *Carmelus mons sublimis, ac desertus* Eliam *habuit*. Et Joannes Ierosolymitanus (f) *Hic Propheta Dei* Elias *Monachorum princeps primus extitit . . . Quod evidenti sacræ Scripturæ testimonio comprobatur*: & infrà (g) *Ad sui, & suorum discipulorum jugem mansionem, elegit præ aliis eremis Carmeli montem.* Ita quoque passim Patres alii nuncupant S. Eliam *Monachum*, aut *Eremitam*, & *Principem illorum, quem alii Monachi imitantur*, aut *æmulari debeant*; aut ejus, vel discipulorum virtutes, & observantias monasticas Monachis in exemplum proponunt, sicut perspicere licèt in ejus vita, quæ præcessit. Theophylactus (h) dicit *Eremitam . . . frugalis vitæ*: idem & Theodoretus (i) ac alii plures, ejus, & discipulorum conversationem *in solitudinibus . . . in speluncis, & cavernis terræ . . . casulis . . . tuguriis . . . in magna paupertate.* S. Chrysostomus (k) & alii, paupertatem ejus voluntariam, quam *ex mentu opulentia elegit*, extollunt. S. Epiphanius (l) & alii plurimi: *Erat in virginitate . . . in solitudinibus degebat.* S. Ambrosius (m) *Cùm ipso raptus est corpore; quoniam cœlestem vitam agebat in corpore . . .* Elias *vitia omnia compressit, ut Angelicam potiùs vitam in terris degeret, quàm humanam.* Rupertus Abbas (n) Elias *Monasticæ vitæ primum exemplar*: & alibi: *Institutor illorum* (Filiorum Prophetarum) *quos fuisse monachos in veteri Testamento, consentit auctoritas Patrum venerabilium.* Et ista obiter: aliorum quorumdam similia asserta adferentur in sequentibus.

Patres tradunt ex Scripturis, S. Eliam Monachum, & Principem.

(a) Epist. ad Paulin de institutione Monachi.

(b) lib. 2. de offic. c. 15.

(c) lib. 1. de institut. Monach. c. 2.

(d) Orat. 13.

(e) Homil. in divites avar.

(f) de instit. prim. Monach. c. 2.

(g) cap. 19.

(h) hic sup. num. 26.

(i) num. 28.

(k) hic sup. num. 224. & seq.

(l) n. 228. & ante, & post.

(m) n. 239. & 242.

(n) hic sup. num. 49.

(o) in cap. 4. Cantic.

Digitized by Google

XX. Julii.

§. 4. COLUMNA IV. *Martyrologia & asserta Doctorum, ac illustrium Scriptorum: & Decreta Cantabrigiensis Universitatis, ac S. Inquisitionis Generalis in Hispaniâ.*

Martyrologia varia S. ELIAM nuncupant Patriarcham Carmelit. Relig.

2010. MArtyrologia peculiari in veneratione haberi solent; quòd varia ex illis Patriarchatum in Ordine Carmelitano asserant S. Prophetæ ELIÆ, audivimus in præfatione, inter illa est auctarium Ioannis Molani ad Usuardi Martyrologium, in quo legitur: S. ELIÆ ... *Carmelitanæ Religionis Patriarchæ* (ita quoque Martyrologia alia) Quantæ auctoritatis censendus Doctor, ille, & istud ejus Martyrologium, seu auctarium, habetur ex Cardinalis Baronii testimonio hic suprà (a) qui insuper addit, & ingenuè fatetur, Molanum sibi in difficillimo opere Martyrologii Romani adornandi, & notationibus illustrandi, ducem fuisse: Cui (Molano) *isthæc omnia hâc ex parte accepta fero, quòd in densissimam silvam primus ipse ingressus, mihi, aliisque aditum patefecit.* Ita ille in Præludiis ad Martyrologium Romanum cap. 9. ubi & alia ejusdem encomia. Quantum ad illustres Scriptores alios, varii etiam integros ediderunt libros, seu Tractatus *de Ordinis Carmelitani ortu, & successione à* S. ELIA: ità quidem Abbas Ordinis S. Benedicti Ioannes Trithemius in libro integrè inserto tomo præcedenti (b). Alter etiam Benedictinus Carolus Phernandus ejusdem subjecti librum scripsit: similiter Gerardus ab Edam Harlemensis *de Ordinis Carmelitarum ab* ELIA *institutione, & continuatâ successione, Habitu, Regulâ &c.* libellum edidit versibus heroicis: unde excerpta quædam relata sunt tomo præcedenti (c) ludocus Clichtoveus Neoportuensis, præstantioris notæ Theologus Tractatum edidit, seu sermonem *de S. ELIÆ Ordinis Carmelitani Fundatoris excellentiâ*, de quo illo Ordine ab ipso ELIA originem, & successionem habente: ibi, inter alia, agens de Patriarchâ Ordinis Carmelitani, & de loco, in quo primùm institutus est, videlicet Carmelo, ista: *Hunc montem conscendisse legimus ELIAM primum Carmelitanæ Religionis caput, & principem, ut eo in loco calibem, castamque vitam duceret.* Ista ibi luculentiùs prosequitur. Aubertus etiam Miræus, Ecclesiasticæ antiquitatis promptuarium, librum istius tituli: *Ordinis Carmelitani ab ELIA Prophetâ primùm inchoati origo, atque incrementa*, Serenissimis Belgarum Principibus dedicavit: in quo sub initium istud, veluti fundamentum statuit: *ELIAS Propheta clarissimus in Carmelo Syriæ monte, quem cultu suo fecit insignem, prima instituti Monastici fundamenta jecit.* (d) Ioannes de Carthagena eadem non minùs luculenter præstitit in aliquot homiliis libro XVII. Homiliarum. Quantum ad alios Auctores, non ità prolixè, sed paucioribus S. ELIÆ Monachatum, primatum Monastices, ac Patriarchatum Ordinis Carmelitani attribuentes, magnus est numerus, ita ut eorum verbis referendis Tractatus aliquis prolixus conficeretur, sicut videre licebit tomo præcedenti (a) Synopsi primâ & secundâ: quorumdam expressa mentio erit hic infrà Columna V.

(a) n. 384.

Martyrologium Molani magna auctoritatis.

(b) n. 1188. & 1189 ac sequentib.

Scriptores alii asserores Patriarchatus S. ELIÆ in Ord. Carm.

(c) n. 1304.

(d) plura ex eo vide sup. n. 183.

(a) n. 1309. & seq. ac 1479.

2011. Peculiarioris autem auctoritatis est Cantabrigiensis Universitatis duplex decisio, seu Decretum in judicio contradictorio anno Christi MCCCLXXIV. Illud integrum habetur tomo præcedenti, (b) ideò paucula indè hìc sufficient: sic igitur ibi: *Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentes litteras inspecturis Ioannes de Donedico Cancellarius Universitatis Cantabrigiæ ... Auditis rationibus & allegationibus, visisque privilegiis, lectis, & examinatis, unà cum nonnullis aliis munimentis, & Scripturis antiquis; de consilio, & consensu discretorum, & iurisperitorum dicta Universitatis nobis assistentium in eâ parte, & per eandem deputatorum ... Fratres dicti Ordinis, prout sufficienter apparuit per præmissa, exhibita, producta, & allegata, ELIÆ, & Elisæi sanctorum Prophetarum fore imitatores, & Successores, causâ cognitione, & juris ordine in eâ parte de jure requisitis, ad plenum reservatis, reputamus, decidimus, & decidendo declaramus in his scriptis.*

(b) Tom. præced. n. 517. & seq. ac n. 519.

Cantabrigiensis Universit. Decretum, de successione Ordinis Carmelit. à S. ELIA.

2012. Magni etiam ponderis est Decretum sanctæ Generalis Inquisitionis in Hispaniâ coram Illustriss. D. Archiepiscopo Inquisitore Generali, & Consiliariis S. Inquisitionis, anno Christi MDCXXXIX. similiter in judicio contradictorio datum: in quo inter alia hæc: I. *Quòd in Lege scripta, fuit votum castitatis, & virginitatis perpetuæ.* II. *Quòd in Lege scriptâ fuit votum obedientiæ perpetuæ.* III. *Quòd in Lege scriptâ fuit votum paupertatis voluntariæ.* IV. *Quòd in Lege scriptâ fuit verus Monachatus, & Religio.* Sapientissimus ille Senatus prudenter subjungit hanc Declarationem. *Dummodò declaretur, non fuisse Monachatum in Lege scripta cum solemnitate, & perfectione, & cum potestate clavium, sicut in Lege gratiæ; quia istis in totâ suâ perfectione Auctor, & Institutor fuit Redemptor noster* CHRISTUS IESUS, *& illum in Lege scripta, fuit causa exemplaris & meritoria:* Postèa etiam anno 1641. aliud prodiit Decretum circa hoc subjectum: ac post multorum annorum disceptationem, postque ultrò citròque scripta, & responsa non pauca, in confirmationem Decreti istius anni 1639. & 1641. nec non anterioris (anni scilicet 1634.) tandem anno 1673. hoc etiam prodiit Decretum: *In civitate Matritensi 25. Februarii anno 1673. Dum excellentissimus Dominus Episcopus Placentiæ Inquisitor Generalis, & Domini Consiliarii suæ Majestatis, & sanctæ Inquisitionis Generalis vidissent actum probatum per Concilium nono Decembris anni 1634. per quem præcipiebatur, quòd Propositiones edita spectantes ad Monachatum, & Religionem, quæ fuit in Lege scriptâ in libro cui titulus Historia Generalis Prophetica Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, Auctore*

S. Inquisitionis Hispan. decreta de Monachatu, & votis in Lege veteri.

Digitized by Google

XX. Julii. *Auctore F. Francisco de sanctâ Mariâ Carmelita Discalceato in Tomo primo correcto, & emendato ab Auctore in hâc secundâ impressione cum privilegio Matriti per Didacum Diaz de la Carrera anno 1641. permitteretur impressio in formâ qua erat, & quòd demùm posset imprimi; modò declararent Monachatum in Lege scriptâ non fuisse cum tali solemnitate, & perfectione, nec cum potestate clavium sicut in Lege gratiæ; quia illius cum omni suâ perfectione Auctor & Institutor fuit* Jesvs Christvs *Redemptor noster, & Legis scriptæ causa exemplaris, & meritoria, sicut copiosius declaratur in dicto actu & decreto edito 27. Septembris 1641. . . . . Ut hoc Decretum habeat effectum, detur copia authentica hujus actus parti dictæ Religionis, & scribatur dictis tribunalibus, quod illa observent, sicque mandarunt, & subsignarunt sua excellentia Dominus Episcopus de Badajoz, Cavallero Villegas, Ayala, Valençuela, Tellez, Licenciado don Diego Rubalcaba Secretarius Concilii. Concordat cum suo Originali, quod manet in Secretariâ dicti Concilii de sancta Generali Inquisitione Madriti die sexto mensis Martii Anni 1673.*

§. 5. Columna V. *Traditio Generalis.*

Traditio generalis de Patriarchatu S.P. Eliæ,

2013. Traditionem illam de S.P. Eliæ Patriarchatu in Ordine Carmeli, esse apud Summos Pontifices, habetur ex dictis §. 3. & expresè testatur Clemens VIII. in Bulla seu Apostolicis litteris ad Sciahabam Regem Persarum, datis 5. Octobris 1604. ad ipsum per aliquot Patres Carmelitas Discalceatos missis, in quibus hæc, inter alia de istis Nunciis seu Missionariis: *Habuerunt olim Religionis hujus professores, sicut à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris memoria proditum est, sui Instituti auctores Sanctos Prophetas* Eliam *& Eliseum, omnibus nationibus & gentibus notos.* Illam autem traditionem quàm maximè vigere in hoc Ordine, declaratum est Tomo præcedenti, in Apparatu: ac in Synopsi prima cap. 3. & 4. & adstruunt historici ejusdem. *Hanc communem nostrorum sententiam de successione hereditaria ab* Elia *repetendâ, antiquam semper Ordinis traditionem fuisse, adeoque firmam & constantem, ut numquàm alius, præter ipsum, titulo Fundatoris aut Institutoris creditus, vel nominatus reperiatur.* Ita Ordinis Annalista P. Lezana (a). Conformiter loquuntur alii. Quòd autem traditio illa de Religioso monastico statu à S. Elia inchoato, & ejusdem Patriarchatu in Carmeli Ordine, etiam apud alios sit valde recepta & generalis, luculenter demonstratum est Tomo præcedenti (b); ideo paucula hîc libata sufficient ex illustribus aliquot Scriptoribus. Franciscus Suarez Tomo 4. de Religione (c) his verbis traditionem illam asserit: *Est autem valdè recepta & satis antiqua traditio, Religionem Carmelitanam à temporibus Prophetarum, & signatum ab* Eliæ *institutione, suam ducere originem, & quasi hereditariam successionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam traditionem ut veram, susceperimus.* Gaspar Sanctius in caput 17. libri 3. Regum, sub isto titulo marginali: *Carmelitarum Ordo ab* Elia *ortus* ait: *Quod ut credam, facit non solùm illius Ordinis, sed & omnium penè gentium constans, & perpetua traditio.* Thomas à Jesu in Regulam Carmelitanam (a): *Non solum Christianis Religiosisve hæc traditio mea est, verùm & Sarracenis ipsis Syriam incolentibus, quod majus est, olim fuit etiam comperta, præcipuè verò inter Sultanos observata: cùm enim hi Terrâ sanctâ potirentur, studiosius quàm de barbara gente credi potest, Carmeli incolas valde sibi gratos, benignitate, beneficiisque prosequebantur.*

apud Summ. Pontifices,

in Carmeli Ordine,

(a) tom. 1. Annal. in Appar. c. 6. n. 28.

(b) parte 2. Synopsi 1. per totam.

(c) de Relig. to. 4. tr. 9. lib. 2. c. 10.

& apud alios valde recepta.

(a) parte 2. cap. 1.

etiam apud Saracenos:

2014. Quàm autem de S.P. Eliæ Monachatu, & primatu in eo, generalis, & quòd *omnium penè gentium constans & perpetua traditio sit*, perspicietur evidentiùs, obiter discurrendo per singulas nationes. In Terra sancta (quæ est in Asia) ibi incola fuit præfatus S. Hieronymus, S. Eliam Principem asserens monasticæ conversationis: idem asserit de ejus discipulis Filiis Prophetarum, quos nuncupat *Monachos, polentâ, & herbis agrestibus victitantes, propè fluenta Iordanis.* Alibi S. Eliam nuncupat *Virginem*, & *messorem virginum, virgines quoque Filios Prophetarum.* In Terra sancta etiam vixit, & scripsit præfatus Joannes Jerosolymitanus, qui inter omnes præcipuus est asserti hujus de monachatu S. Eliæ in Carmelo assertor. Ante istos Dorotheus in Synopsi Prophetarum ait: *Hic* Elias *primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad cælum submonstravit, primum ex hominibus unam Angelorum & hominum vitam ostendit.* Illa intelligenda de Religioso monastico Instituto, habetur ex vita S. Eliæ hîc suprà (b) ubi etiam de istius operis auctoritate. De Ordine Carmeli à S. Elia instituto, & jugiter continuato, S. Cyrillus, & Guilielmus de Sanvico Terræ sanctæ incolæ, scribunt in libris Tomo præcedenti insertis. In Ægypto Martyrologium Ægyptium ad diem 6. mensis Tubæ: Elias *Prophetæ fuit primus in veteri Lege, qui deserta incoluit, & monasticam in montibus egit vitam.* Ægyptiorum monachorum innumerorum parens S. Antonius quòd S. Eliam velut *exemplum*, seu *exemplar*, & *speculum* prospexerit, & æmulatus fuerit, subindè audivimus in antecedentibus. Ita quoque S. Onuphrius. Hinc S. Macharius à Francisco Suarez (c) & aliis relatus, hortabatur Religiosos, ut S. Eliam, *& S. Eliseum &c. veteris Testamenti monachos imitarentur.*

apud Scriptores ferè omnium nationum:

in Terra sancta, & Ægypto.

(b) nn. 33. & 39.

(c) de Relig. to. 4. tr. 9. l. 2. c. 10.

2015. In Europa, ac primum in Græcia, & Schytia ac Bulgaria. Joannem Chrysostomum exhortantem monachos, *ut præcipuè SS. Eliæ, & Eliseï conversationem piâ æmulatione imitarentur*: & Ioannem Cassianum Schytam natione, Chrysostomi discipulum, asserentem S. Eliam *professionis hujus* (monasticæ) *fundasse primordia*, jam antè audivimus (d) propterea Cassianus alibi (e) docet, ELIAM *& Eliseum, ac reliquos ejusdem propositi non fuisse sub lege; sed Mosaica superasse*

In Græcia, Schytia, & Bulgaria,

(d) vid. n. 2003.

(e) Collat. 21. c. 4.

Digitized by Google

XX. Iulii.

superasse mandata. Dionysium cognomento Exiguum, etiam natione Schytam, in prologo vitæ S. Pachomii, asserentem de S. Antonio patre innumerorum Monachorum, quòd ELIÆ tamquàm Monasticæ vitæ primi & perfectissimi exemplaris, *æmulator extiterit*; nec non Bulgarorum Antistitem Theophylactum deprædicantem S. ELIÆ, & discipulorum ejus Eremiticam voluntariè pauperem vitam, audivimus hîc suprà (a). IN ITALIA S. Ambrosius in epistola ad Vercellenses, agens de monachis, & eorum auctoribus, illos statuit SS. ELIAM, & Joannem Baptistam: *Hinc illi processerunt viri* ELIAS, *& Elisæus* &c. (b) S. Thomas tractans de Religioso statu strictè dicto (c) adducit SS. ELIAM, & Elisæum, ut probet, *Religiosis licere uti vestibus vilioribus distinctu à cæteris: & quod ob pias causas possint adire aulas Principum*; argumentum istud futile esset, si SS. Elias, & Elisæus non fuissent Religiosi, sicut plenius declaravimus alibi. Cardinalem Bellarminum attestantem, quòd *Patres* ELIAM *Principem Eremitarum faciant*, etiam audivimus hîc suprà (d). Baptistæ Mantuani opera variis locis respersa sunt de S. ELIA *Carmelitani Ordinis Fundatore*: Apologia ejus, peculiariter circa istud, inserta est Tomo præcedenti (e). Itali alii domestici, libris integris tractantes de hoc Ordine à S. ELIA originem & successionem habente, ediderunt.

(a) num. 26. & 28.

(b) Epist. ad Vercellenses c. 14.

(c) 2. 2. q. 187. art. 2. & 4.

in Italia,

(d) n. 1918.

(e) vid. n. 849. & 853. & 868.

2016. IN HISPANIA S. Isidori asserentis, S. ELIAM *Principem monachorum* vidimus jam ante. Alphonsus Tostatus S. ELIAM constituens Principem virorum in Collegiis vitam religiosam adducetur hic infrà §. 9. De Patriarchatu ELIÆ, & processu Ordinis hujus ab illo, libros decem edidit Philippus Riboti Catalanus: sunt in Tomo præcedenti: in quo etiam ejusdem subjecti Tractatus Bernardi Ollerii, Hispani. Alii, domestici, & exteri, Monachatum, & Patriarchatum asserentes S. ELIÆ, plurimi sunt; hinc S. Teresia identidem Religiosas suas hortabatur, ut S. P. ELIAM & S. Elisæum, velut Fundatores, undè Ordo processit, imitarentur: *Vestros in stirpem & propaginem, è qua descendimus, sanctorum, inquam, Prophetarum illorum oculos semper conjicite.* Ita illa in libro Fundationum cap. 28. Eadem pluribus inculcaverat capite 13. &, sicut jam antè dicere cœpimus, sæpè sic loquitur: S. P. N. ELIAS: *S. Elisæum Pater noster.* Ita in eodem libro Fundationum cap. 26. & 27. ac 29. IN GALLIA Sollius Sidonius Arvernorum Episcopus, antiquitate, eruditione, & sanctimoniâ illustris, recensens Monastici Instituti heroës & principes (f) primos adfert SS. ELIAM, & Joannem Baptistam:

in Hispania,

(f) in Carmine Euch. ad Faustum.

in Gallia,

Quà nunc ELIAS, nunc te jubas ire Ioannes:

ad quæ verba notat Syrmondus, quòd *ELIAM Prophetam, & Ioannem Baptistam designent duces ac principes*, scilicet monasticæ eremiticæ vitæ, de qua ibi. Hugo de S. Victore explicat illa verba: *Pinguescant speciosa deserti*, de monachis, primum tamquàm coryphæum refert S. ELIAM: *Ex hu speciosis deserti ELIAS extitit.* Ita quoque Gilbertus Genebrardus (a) Iacobus Salianus, Ægidius Camartus, & plures alii alibi adducti, pariter adstruentes, originem Ordinis Carmelitani à S. ELIA: de qua integros libros ediderunt Ioannes Grossi, Ioannes de Vineta (impressi in Tomo præcedenti) & complures alii.

(a) in Chronogr. ad an. Chr. 1142.

2017. IN GERMANIA, & POLONIA Ruperti Abbatis auctoritas adducta est hic supra (b). De Trithemio itidem Abbate, integro libro S. ELIÆ monachatum, & Patriarchatum asserente, jam ante sermo fuit: & liber ejus totus est in Tomo præcedenti. Wernerus Carthusiensis, in Fasciculo temporum (c) non minus perspicuè sic paucis verbis adstipulatur: *ELIAS Prophetæ, auriga Israël, & origo Religionis Carmelitanæ, Eliseo vivente, rapitur*, & alio loco, de ejus posteris: *A tempore ELIÆ & Elisæi Prophetarum, duobus millibus ducentis viginti & uno annis perstiterant*, in Carmelo scilicet. Et alter Carthusiensis Ulricus de Herbipoli:

(b) n. 2009. *in Germania,*

(c) ad ann. ante Christ. 923 & post Chr. 1291.

O Carmeli mons insignis!
Viam cœli monstrans dignis:
Te ELIAS consecravit,
Sanctas vias demonstravit,
in te mirus fulgidus.

Itidem IN GERMANIA: *In antiqua Lege fuit vera Religio, cum votis essentialibus: non tam perfecta tamen ac nunc in Lege gratiæ. Hanc in monte Carmelo, sancto dictante Spiritu, inchoavit, & fundavit ELIAS Propheta, verè primus Institutor & Patriarcha Ordinis religiosi.* Ita R. P. Hyacinthus Bousfemar, Ordinis Prædicatorum, Regens studii generalis Provinciæ Bohemiæ, & Moraviæ (d). Quoad Patriarchatum ELIÆ, *contra detractores* DEFENSORIUM edidit Joannes Hildesinus Westphalus: impressum in Tomo præcedenti (e) Blasius Hoitius Polonus etiam Tractatum scripsit: *De ortu & progressu sacri Ordinis Prophetici* ELIÆ *Patris gloriosissimi.* Eadem tradunt, & confirmant Germani, & Poloni alii. IN BELGIO Ioannis Molani, & Iudoci Clichtovæi, & Auberti Miræi asserta de Patriarchatu ELIÆ in Carmelitano Ordine, jam ante præcesserunt (f) Arnoldi Bostii, Ioannis Palæonydori, Petri Bruni, Balduini Leersii libri extant in Tomo præcedenti: ubi etiam excerpta ex Gerardo Edam Harlemensi. Præter istos etiam sunt alii Belgæ domestici, & exteri, eadem adstruentes: quos inter Cornelius à Lapide variis locis.

(d) vide plura ex eod. tomo præced. n. 1564.

(e) n. 644. & seq.

in Belgio,

(f) hîc suprà n. 2000 & 2010.

2018. IN ANGLIA, & HIBERNIA, Ven. Beda, explicans illa verba de S. Ioanne Baptista ab Angelo prædicta: *in spiritu, & virtute ELIÆ*: conversationem utriusque similliman in vita Eremitica declarat. Plura circa ista, adducta sunt hîc suprà in vita S. ELIÆ (g). Ioannes Bacho celebrati nominis Doctor, & Thomas Bradley Episcopus Dromorensis in Hibernia, Tractatus aliquot ediderunt de Ordine Carmeli originem à S. ELIA habente. Editi sunt in Tomo præcedenti

in Anglia, & Hibernia.

(g) num. 21. & 48.

Digitized by Google

XX. Julii.

(a) vid. n. 718 & seq. 729 & seq. & 738.

(b) n. 282.

cedenti (a) Thomas Waldensis in suo celebri opere *Doctrinali antiquitatum fidei*, variis locis primatum in Monachatu, & Patriarchatum Ordinis Carmeli attribuit S. ELIÆ Prophetæ. Indè quædam adducta sunt in antecedentibus (b) & in sequentibus; ideò sufficient hîc paucula ex Tomo 3. titulo 9. cap. 89. ubi peculiariter agens de Carmelitani Ordinis institutione, & successione, hæc, inter alia, scribit: *A Prophetis SS. ELIA & Eliseo priùs incœpit: pòst Salvatoris adventum cum Apostolis in Evangelio sollicitissimè laboravit.* Eadem tradit Richardus Armachanus Hiberniæ Primas in Sermone cujus initium est: AVE MARIA, cujus partem refert Waldensis loco eodem. In magno numero Scriptorum illustrium Anglorum hujus Ordinis, à Pitsæo recensitorum, plures, libris etiam integris eadem confirmant. Hoc argumentum à Traditione quanti sit ponderis, expendunt PP. Thomas à Jesu, Thomas Aquinas à S. Josepho, & Franciscus Bonæ Spei, in Carmeli Armamentario: ubi (ex isto Thoma Aquinate à S. Josepho) ista: *Traditio constans, & à tempore immemoriali recepta, quo nomine nolim intelligas Ecclesiasticam aliquam Traditionem, à Christo Domino, Apostolisve emanatam . . . sed intellige communem, constantem, perpetuamque in toto Carmelitarum Ordine Traditionem, unanimemque in adsertionem nostram de Eliano Patriarchatu omnium ejus alumnorum quanti quanti illi fuerunt, sunt que, imò & exterorum penè omnium consensum.*

§. 6. COLUMNA VI. *Testimonium SS. Virginis Mariæ cæli Reginæ.*

2019. ILla apparens Summo Pontifici Joanni XXII. ut Carmeli Ordini tunc afflicto favorem impenderet, & privilegium singulare de adjutorio animarum in purgatorio confirmaret, dixit, inter alia: *Istam gratiam, & amplam meo sancto, ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debeas præconcedere, per ELIAM, & Eliseum in monte Carmeli inchoato.* Ita testatur ipse Pontifex in Bulla, cujus initium est: *Sacratissima uti culmine* (c) Id etiam tradunt Scriptores illustres. (d) Celebris quoque est revelatio facta S. Petro Thomæ, de quâ hîc suprà, ad diem XXIX. Ianuarii, in ejus vitâ (e) & latius Tomo præcedenti (f) estque historia illa inserta Canonico divino officio à S. Rituum Congregatione iteratis vicibus approbata. In eâ autem ipsa Dei Mater promittens Ordinis hujus perennem conservationem (pro quâ ipse orabat) addebat, *ELIAS namque ejus Institutor olim etiam à Filio meo id impetravit.* Quantæ certitudinis, & auctoritatis censenda utraque revelatio (videlicet ejusdem omninò cum illis factis S. Thomæ Aquinati: *Bene scripsisti de me Thoma*, & S. Ignatio: *Roma vobis propitius ero*) declaratum est alibi (g) utraque autem traditur à pluribus præstantioribus Scriptoribus hujus Ordinis, ejusdem auctoritatis cum Scriptoribus historiarum aliorum Ordinum, sic ut hic quadrent verba ista Arnobii lib. 1. contra Gentes: *Quidquid dicere de nostris Conscriptoribus intenderitis, & de vestris hæc dicta paribus sumite atque habetote momentis*: (nimirùm, si ut veræ admittendæ illæ de aliis Sanctis, Canonicis officiis insertæ, eâdem omninò nec minori ratione admittendam historiam illam revelationis factæ S. Petro Thomæ.) Sed de istis hîc satis; cùm plura circa ista dicta sint Tomo præcedenti variis locis.

(c) vide tomo præced. num. 2161. & 2172.

(d) vide to. præced. n. 1183. & 1502.

B. V. Maria nuncupat S. ELIAM, *Carmelit. Ordinis Institutorem.*

(e) hic sup. n. 699. & 701.

(f) Tom. præced n. 661. & 1505. ac alibi.

(g) Tomo præced. n. 1677. & 1689.

2020. Huc etiam referendæ apparitiones ipsius S. P. ELIÆ in habito Carmelitano, (qualis est usus in hoc Ordine.) Ita se spectandum præbuit Venerabili Annæ à S. Bartholomæo, sicut refert R. P. Chrysostomus Henriquez in ejus vita: videatur etiam hîc suprà (a) Ita quoque apparuit Ven. Beatrici, de qua S. Teresia in libro Fundationum cap. 25. nec non Ven. Catharinæ de Cardona, sicut in ejus vita traditur (b). (Testimonium sanctitatis istius Catharinæ præbet S. Teresia libro suo Fundationum cap. 27.) In tali etiam vestitu apparuit Iacobo Antonio Galeoto Presbytero, atque aliis, de quibus hic suprà in ejus vita (c). Insignis quoque est apparitio facta Sacerdoti sanctitatis opinione celebri in India, circà desertum, nuncupatum *Montes sanctæ fidei*: ubi nunc est Conventus eremiticus Carmelitarum Discalceatorum Provinciæ S. Alberti, fundatus circà ann. Christi MDC. Ante fundationem Conventûs istius, hâc eum Deus apparitione dignatus fuit: Vidit in loco, ubi nunc est Conventus, pulcherrimam processionem, in qua gradiebatur sacratissima Angelorũ Regina Maria Ordinis Carmelitani habitu induta, hinc inde à latere habens duos viros, ætate ac canitie venerabiles, eisdem indutos vestibus, suprà quàm dici potest pretiosis: indicatumque est viro sancto in eadem apparitione, hos venerabiles senes esse Sanctissimos Prophetas ELIAM & Eliseum; quos multi alii ejusdem instituti Religiosi comitabantur: omnesq; simul cantabant suæ SS.mæ Matri Deiparæ Virgini laudum encomia. Apparitiones S. P. N. ELIÆ aliæ quædam commemoratæ sunt hic suprà, in ejus vita (d): aliæ etiam nonnullæ referentur in seq. Singularis etiam, & miraculosa est apparitio S. P. ELIÆ, de qua in Vita B. Ioannis à Cruce (e) & in *Dissertatione Historico-Theologica de Patriarchatu* S. ELIÆ, per P. Thomam Aquinatem à S. Iosepho, parte 2. sectione XI. ubi, inter alia, ista: *Enimverò inter varias imagines, quæ in illa carne apparuerunt, visa est semel, & iterum imago Beatissimi Prophetæ ELIÆ longævâ canicie venerandi, oculos ignitos, & genuinum illum zelum spirantes habentis, & quod ad rem nostram magis conducit, Carmelitarum habitum induti*: & ibi consequenter binas adfert ipsius S. P. ELIÆ apparitiones: deindè subjungit: *Fert enim utraque illa apparitio eg[illegible], & prorsùs insigne nostræ de Patriarchatu* ELIANO *in Carmelitarum Ordine assertionis testimo-*

apparitiones S. P. ELIÆ in habito Carmelitano,

(a) hic sup. num. 167.

(b) in libro: *Decor Carmeli* per P. Philip. à SS. Trinit.

(c) parte 3. cap. 9. n. 167. & 168.

(d) hîc sup. num. 165. 166. & 167 ac seq.

(e) in eius vita per Josephum à Iesu Maria lib 3. cap. 30 & seq.

confirmant ejus Patriarchatum in hoc Ord.

Digitized by Google

XX. JULII.

nium, cùm eum Carmelitarum habitu indutum repræsentat; hæc enim exhibitio illum Carmelitam fuisse, satis, superque manifestat, ac proindè Ordinis illius Institutorem, ac Patrem . . . Cùm itaque testimonium illud operis supernaturalis, & miraculosi beneficio habeatur, divinum illud est, sicque manet assertio nostra testimonio divino confirmata. Ita ibi.

§. 7. COLUMNA VII. *Religiosi Monastici status essentialia omnia in* S. ELIA.

2021. IUxta S. Thomam tractantem de Religioso monastico statu (a) *Antonomasticè Religiosi dicuntur illi, qui se totaliter mancipant divino servitio, quasi holocaustum Deo offerentes.* Et ista conformia sunt divino Dionysio Areopagitæ, ex Apostolicâ traditione docentis (b) *Monachum esse, qui indivisibili, & singulari non partitâ vitâ in Deiformem monadem colligitur, & perficitur.* Ista Dionysius Carthusianus sic exponit: ET NON PARTITA ET SINGULARI VITA, *hic tangitur ratio, cur nuncupati sunt Monachi, utpote ex vitâ singulari, & impartitâ, id est, quoniam singulari devotione, & cordis integritate, recollectione, & simplificatâ unione, suo obsequuntur Creatori, non distracti, hinc inde, nec circa plura solliciti & turbati, sed in Deum reducti, stabiliti, ac syncerissimâ adhæsione sancti amoris unum cum illo effecti: nil creatum curantes, aspicientes, nisi in Deum, secundùm Deum, & propter Deum, videlicèt in quantum utile, & necessarium eis est ad Dei obsequium, amorem & unionem.* Eremita autem, strictè loquendo est, *qui cùm se totum divino cultui addixerit, in eremis, seu desertis arctiorem ducit vitam, contemplationi præcipuè vacans.* Nonnè utraque definitio, seu descriptio S. Thomæ, & S. Dionysii, nec non expositio Dionysii Carthusiani, atque etiam tertia (quæ est eremitæ, seu anachoretæ) propriissimè, & quidem supereminenter conveniunt S. Prophetæ ELIÆ, qui vitam duxit in terris, quasi divinam, juxta sui nominis etymon; ELIAS enim ex interpretatione Patrum idem est quod *Dominus Deus*, seu *Deus Domini*. Nec mirum, quòd sicut ferrum in igne igneſcit, ut quasi ignis videatur, sic & ELIAS quasi divinus videretur ex continuâ cum Deo præsentiâ, & ardentissimo honoris ejus zelo; undè identidem reciprocabat: *Vivit Dominus in cujus conspectu sto: zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* Istam Religiosæ Monasticæ vitæ perfectissimæ, & sublimissimæ se totaliter mancipantis Divino servitio normam in S. ELIA contemplabatur, & ab eo velut primo Monastices exemplari accepit magnus ille Monachorum Pater S. Antonius, attestante in ejus vitâ S. Athanasio; peculiariter autem: *meminerat quoque*, inquit Athanasius, ELIÆ *Prophetæ dicentis*: VIVIT DOMINUS, CUI ADSTO HODIE ANTE IPSUM: *& differebat, cur*, HODIE *esset appositum; quia non computabat* ELIAS *præteritum tempus: sed tanquam quotidiè in certamine constitutus talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati ejus.* Idem S. Antonius volens exprimere, quòd S. Paulus Eremita perfectissimus esset Monachus, ipsũ alterum ELIAM nuncupat: *Vidi*, inquit ELIAM. Porrò ipse S. P. ELIAS *se totaliter mancipavit divino servitio, quasi holocaustum, nil sibi reservans; nam ita indigus erat omnium, ut nihil haberet suum*, inquit S. Ambrosius: *ipsam verò paupertatem ex mentis opulentiâ elegit*, ut scribit S. Chrysostomus. Alii Patres efferunt ejus castitatem, & virginitatem, alii obedientiam, alii alias monasticas perfectiones, orationẽ, meditationem, contemplationem. De ejus tribus virtutibus essentialibus statui Religioso monastico, paupertate, castitate, & obedientiâ, videatur hic sup. parte 5. vitæ ejus c. 1. Fuit igitur S. ELIAS antonomasticè Religiosus, ac *vitâ indivisibili in Deiformem monadem collectus, & perfectus*, eminenter perfectissimus monachus, & quia talis ipse primus, & quem cæteri post ipsum, ut exemplar respiciunt, *Princeps est Monachorũ*, quem, ut talem, alii æmulati sunt, *ex ejus instituto exemplũ capientes*, sicut ex dictis habetur. De S. ELIÆ monasticis exercitiis, solitudinis, silentii, orationis, meditationis, contemplationis, mortificationis, jejunii abundè actum est in ejus vitâ parte 5.

2022. Hactenùs dicta de S. ELIÆ, monachatu, & primatu monastices denique stabiliuntur hac ratiocinatione: S. Ioan. Bapt. fuit veri nominis Monachus, & eremita, atque illorum omnium princeps in novâ lege: & post eum S. Paulus Thebæus, & S. Antonius, S. Hilarion, atque alii post istos innumeri in Palestinâ Ægypto, & alibi. Sed isti eandem vitæ rationem tenuerunt, quam S. ELIAS, *in ejus spiritu, & virtute*, ipsum velut prototypon prospicientes: ergo ad minùs æquè Monachus, & eremita, ac illorum omniũ Princeps fuit S. ELIAS; cum, juxta receptissimũ axioma Philosophorum, *Primum in quolibet genere, sit mensura cæterorum:* & primum prototypon, seu exemplar, sit ad minus æqualis perfectionis in ea ratione quâ est exemplar. Majorẽ omnes admittunt. Minor ad minùs æquè certa est; cùm ex attestatione Euangelica S. Ioannes Bapt. adhuc *puer in deserto* vixerit *in spiritu, & virtute* ELIÆ (vide hîc sup. *a*) Hinc Abulensis *in cap. 1. libri IV. Regum quæst. XV.* (a) n. 1918. ait de S. Joan. Bapt. *Secutus est per omnia vitam* ELIÆ. Quòd S. Antonius (ac consequenter ejus discipuli) ELIAM velut exemplar prospexerit, & ad illud speculum vitam suam composuerit jam statim, & subindè alibi, audivimus. Ulteriùs premendo argumentũ: Ideo S. Joan. Baptista, & post eum S. Paulus, & S. Antonius, dicuntur Monachi, & Eremitæ, quia in desertis, in observantia paupertatis, castitatis, obedientiæ, abstinentiæ, & exercitiis orationis, contemplationis, divinæ præsentiæ conversati sunt. Ideo autem dicuntur Principes istius vitæ, quia in nova Lege ipsius primi exercitatores, & propagatores, unà cum Essenis. Sed ista omnia omnimodò concurrunt in

(a) 2. 2. quæst. 186. art. 1. in corp.

(b) de Eccles. Hier. c. 6.

Monachus perfectissimus, & antonomasticè qualis:

talis fuit S. ELIAS:

Ideo ipsum S. Antonius, & alii, ut prim. exemplar suspexerunt:

essentialia omnia Monachi in eo eminenter;

ideo antonomasticè monachus & cæteris omnibus prototypon:

Nil perfectionis in monachis aliis, quod non in S. ELIA.

Digitized by Google

XX. Julii.

in S. Elia: ergo ipse ante eos, & absolutè primus est Monachus, Eremita, & illorum omnium Princeps. Sed dicet quispiam: Vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ sunt de essentia Monasticæ conversationis. Respondeo, ita esse: sed non minùs constare de votis S. Eliæ, & ejus discipulorum, quàm S. Joannis Baptistæ, & S. Antonii ac discipulorum utriusque: nec magis, aut evidentiùs demonstrari illa tria in S. Joanne, S. Antonio, & eorum discipulis, quàm fuerint in S. Elia, Eliseo, ac Filiis Prophetarum. Itaque par omninò est ratio. Cæterùm vota Eliæ stabilita sunt in tomo præcedenti variis locis (a) de ejus voluntaria paupertate, virginali castitate, & obedientia integra videatur hìc suprà, in vita ejus parte 5. cap. 1. Etenim vota in Lege veteri fuisse in usu, fide certum est, ex istis, & similibus: *Vovete, & reddite* (b) &c. Præterea S. Elias Propheta divino lumine æquè illustratus, ac SS. Ioannes Baptista, Antonius, Hilarion, &c. non minus novit votorum præstantiam, & quòd opus ex voto factum sit Deo gratius: sed de istis pleniùs alibi (c).

(a) n. 1376 & seq. & hic supr. n. 1012.

(b) Psal. 75.

(c) to. præced. num. 1376.

2023. Si quispiam obiiciat: Vota S. Eliæ, & aliorum in veteri Lege non erant solemnia; ergo non constituebant veri nominis Religiosum. Idem retorqueretur in S. Ioannem Baptistam; sed an non etiam in SS. Antonium, & alios veteres monachos? Porrò solemnitas votorum ab Ecclesia meritò introducta, quòd non sit de essentia statûs Religiosi, tradunt illustres Doctores Franciscus Suarez, Leonardus Lessius, & alii. Quinimò id ita certum est, ut id negans excommunicationem incurreret, sicut habetur ex iisdem; & quidem ex Lessio his verbis (d) *Non est necessarium ad essentiam statûs Religiosi, ut vota ista sint solemnia.* Id cum duabus rationibus probasset, hanc addit tertiam: *Quia per vota simplicia in Societate Iesu post probationem emissa, efficiuntur veri Religiosi, ut motu proprio, & ex certa scientia declaravit, & definivit Gregorius XIII. in sua constitutione, qua incipit:* Ascendente Domino, *anno* 1584. *edita: ubi etiam excommunicat, & inhabiles ad omnia beneficia & officia sæcularia, ac regularia reddit eos, qui contrarium ausi fuerint affirmare.* Idem habetur ex aliorum Pontificum Diplomatibus. Ex his omnibus fortiter, & evidenter concluditur: S. Eliam fuisse veri nominis Monachum, Eremitam, & illorum omnium Principem in veteri Lege: quod qui negaret, etiam consequenter convinceretur, non posse admittere illa in S. Ioanne Baptista, & S. Antonio, Hilarione, & aliis omnibus per Palæstinam & Ægyptum. Istos autem qui præsumeret negare fuisse veri nominis monachos, an non ut parùm sapiens exploderetur? Sed an non eâdem ratione omninò explodendus, qui S. Eliam & S. Eliseum diceret non fuisse veri nominis monachos? haud opus est ulteriùs premere, aut rei evidenti lumen addere.

Solemne votum non est de essentia status Religiosi:

(d) de Iure & Iust l. 2. c. 41. dub. 1.

§. 8. Parergon: *Stabilimen aliud Patriarchatûs S. P. N. Eliæ.*

2024. De monachatu, & Patriarchatu S. P. Eliæ plura videri poterunt Tom. præced. in Apparatu, & sparsim quasi per totum, peculiariter autem in Synopsi 1. 2. & 3. & in illis etiam est satisfactum quorumdam objectionibus, ac remoti scrupuli. Synopsis tertiæ ista est conclusio: *S. Propheta ELIAS eâdem, nec minori ratione, Princeps est, & primus auctor Religiosæ Monasticæ vitæ, & Patriarcha ac Fundator Carmelitanæ Religionis, quàm* SS. *Augustinus, Benedictus, Bruno, Norbertus, Dominicus, Franciscus, Ignatius, & cæteri sint Patriarchæ suorum Ordinum, quos instituerunt:* idque ibi sigillatim declaratur: & exponitur, quid importet *Patriarcha*; de quo etiam hìc suprà (a). Sicut enim præfati omnes Ordinum Patriarchæ suos instituerunt Ordines, hâc ratione: Quòd ipsi Religiosam vitam ducentes, habuerint discipulos, & illis eandem conversationis religiosæ monasticæ rationem & habitûs formam tradiderint: illi autem quilibet suum Patriarcham in eadem religiosæ monasticæ vitæ ratione, atque in habitu conformes esse studuerint, & istis alii, atque alii continuatâ serie successerint. Ita quoque omninò se res habet in S. P. N. Elia, & Ordine ab eo instituto. Et quidem ipsius Religiosam Monasticam Eremiticam vitam expressam in Scripturis sacris, & assertam à Patribus, vidimus columna 1. & sequentibus. Itaque si nihil desit S. P. Eliæ, quod fuit in præfatis Ordinum Fundatoribus, & Patriarchis, inficiari potest nemo, quin si isti verè tales sint, respectu suorum Ordinum, talem quoque existere S. P. Eliam respectu Ordinis Carmelitani; sic ut fidenter nobis reciprocare, & dicere liceat: *Quæ in nostris, consignata sunt literis, confiteamini, necesse est, esse vera; si vultis vera esse, quæ in vestris tradita sunt scriptis.*

(a) in Proloquio hujus Tr.

Patriarchatûs, & fundationis ratio aquè competit S. Eliæ, quàm cæteris Ordinum fundatoribus.

2025. Si quis obiiciat; Quòd nunc Religiosi hujus Ordinis non gestent melotas, sicut ipse: Cur melotarum usus exoleverit, & quòd in cæteris vestibus ei conformes sint, declaratum est tomo præcedenti parte 1. libro 7. per totum. Ita quoque S. Norbertus *melote indutus, nudis pedibus incedens* legitur. Sic etiam in Ordinibus aliis quandoq; aliqua quoad vestes mutatio facta fuit, atque etiam subinde in aliquibus monasticis observantiis. Parùm autem sobriæ mentis esset, qui propterea S. Norbertum (eadem est ratio respectu aliorum) assereret non esse Patriarcham Ordinis Præmonstratensis; quia in eo melotarum ac nudipedationis usus jam non est. Ita etiam se res habet respectu S. P. Eliæ, & Ordinis ab eo instituti. Si quis plura desideret de Patriarchatu S. P. N. Eliæ in Ordine Carmelitano, deque ejus Religiosa monastica, eremitica vita, legere poterit *Dissertationem Historico-Theologicam de Patriarchatu* ELIÆ, auctore P. Thoma Aquinate à S. Iosepho; in qua parte 2. per totum,

Digitized by Google

XX. Julii.

tum, duodecim probationibus, seu argumentis Patriarchatus ille vindicatur: parte autem 3. Monachatus, & Primatus Monasticês ipsi S.P.N. Eliæ Patrum Græcorum, Latinorum, & Scriptorum illustrium aliorum Doctorum secularium, & cujusvis ferè Ordinis, luculentis auctoritatibus asseritur: atque etiam hâc, in compendium contractâ, ratione: *Ordo Religiosus Monasticus nullus est in Ecclesiâ, qui non habeat Institutorem, Fundatorem, Patriarcham (juxta illud S. Hieronymi:* HABET UNUMQUODQUE PROPOSITUM PRINCIPES suos &c.) *sed Carmeli Religio est Ordo Religiosus Monasticus; nec illius alumni aliumquàm Patriarcham agnoverunt: nec cum veritate assignari potest; ergo ipse* S. P. Elias *talis.* Argumentum istud in illa *Dissertatione Historico-Theologica* latiùs deducitur: & etiam Tomo præcedenti (a) itidem & luculentius in *Carmeli Armamentario*, per totum, auctore R.P. Francisco Bonæ Spei, & in *Vinea Carmeli* parte 7. per plura capita: ubi, adductis, & rejectis variorum opinionibus, ostensum est, eas omnes circa indivisibile veritatis punctum oberrare: atque Ordinis Carmelitani institutionem ad S.P. Eliam, tamquàm ad fontem, seu scaturiginem referendum esse.

Ordo nullus est qui non habeat Institutorem: talis in Carmeli Ordine S. Elias.

(a) parte 2. in Synopsi 3. cap. 4. num. 1477.

2026. Perpensis, & in unum collatis omnibus antedictis, an non quâdam ratione hìc nobis liceat proposito nostro accomodare ista Doctoris Gentium: *Ideòque & nos tantam habentes impositam nubem testium* (b), septem, inquam columnarum tàm firmarũ, ut singulæ seorsim ferendo culmini, seu vertici, de S. Eliæ primatu Monasticês, ac Patriarchatu in Ordine Carmeli, sufficere possint) in stadio Monasticæ disciplinæ *curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem*, auctórem primum Monasticês: exemplo S. Antonii, ac aliorum veterum Monachorum, *ex institutio magni* Eliæ *exemplum capientes, & ad illud speculum vitam nostram componentes.*

(b) Hebr. 12.

CAPUT II.

Culmen Festivitatis præsentis, ac Carmelitici Eliani *Ordinis.*

COlumnis septem constitutis, & stabilitis, restat superstruendum fastigium, nempe ulteriùs declarandum, quòd, qualiter, quandò, & ubi S. P. Elias Ordinem Propheticum Monasticum instituerit, & fundaverit.

§. 1. *Ordo Propheticus Religiosus à S.* Elia *institutus: & quando.*

2027. QUòd Ordo Religiosus Monasticus à S. Elia primo auctore monasticês veri nominis Religioso, Monacho, Eremitâ, sit inchoatus, sparsim hactenus audivimus: hic consequenter compendiosè (quia plenius alibi) confirmandum est, & declarandum, quandò, cur quomodò, ubi, Ordo ille à S. Elia fuerit institutus. S. Gregorius Nyssenus oratione septima in Cantica verba ista: *Capilli tui sicut grex caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad* exponit de S. Elia Principe Ordinis monastici: cujus *capilli*, velut *grex caprarum* sunt omnes Monachi. Ità quoque Rupertus, & Martinus Delrio in eundem locum. Idem Nyssenus oratione 15. hoc ipsum propositum sic confirmat. *ELIAS de Galaad sidus instar, exortus est*, & infrà: *Cùm in zelo divino prorsùs eximiè supra cæteros sese gesserit* ELIAS, *quasi Dux reliquorum* . . . & de Monachis S. Eliæ discipulis: *Velut quidam grex caprarius illius facti sunt, qui princeps talis vitæ auctor extitit* (a). Idem adstruunt Patres alii adducti in antecedentibus, qui S. Elian referunt Principẽ Monachorum; quia ab ipso sancta illa Institutio promanavit: quod fusissimè traditur libro toto de Institutione primorum Monachorum, per Joannem Jerosolymitanum, in quo capite 9. sub finem ista leguntur: *Prophetalem vitam monasticam ducebat* ELIAS *in Eremo.* Et sub initium capitis sequentis *ELIAS in monasticâ vitâ eremiticâ, quam primus hominum à proposito inchoaverat, successores post se in perpetuum relinquere disposuit.* Institutum istud à S. Elia inchoatum, & aliis traditum in eodem libro identidem vocatur: *vita Prophetica* (seu *Prophetalis*) *monastica, Eremitica.* Discipuli autem S. Eliæ nuncupantur *prophetæ* & *filii Prophetarum.* Ratio istius nomenclaturæ utriusque ibidem redditur, ac etiam capite sequenti (b).

Ordo Religiosus Monasticus à S. Elia institutus:

(a) vid. n. 36. & 49.

(b) vid. tò. præced. num. 59. & seq.

2028. Thomas Waldensis in solemni opere Doctrinali antiquitatum fidei, et Ecclesiæ Catholicæ (c) de Ordine illo Prophetico ista tradit: *ELIAS . . . zelans multiplicare Religionem Prophetarum sanctorum, solicitè huic rei operam dedit, Eliseum primò instituens, & pallio suo induens, & demùm alios post eum magno numero, providens ab intento, ut sanctæ Religionis successio semper staret . . . Primùm quidem statuit eos multos, & post eum Eliseus in monte Carmelo, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere.* Ibi consequenter varia describit loca, in quibus *Regulares tractabant observantias*, ac tandem de Ordinis istius continuatione subjungit: *Manfit hac Religio Prophetarum continuò usque ad adventum Christi.* Plura ex eo adducta sunt hìc suprà (d). Istis concinunt clarissimi scripturarum interpretes Alphonsus Tostatus (e) *ELIAS Princeps erat Prophetarum omnium, qui erant tempore suo; & isti erant commorantes per collegia sicut viri religiosi simul:* & Cornelius à Lapide (f) *multa jam erant collegia in Galgalis, Bethel, Iericho, Carmelo &c. ab* ELIA *& aliis instituta, ideoque* ELIAS *ante raptum ea hic visitavit; ut suos alumnos in verâ fide, & aspero vitæ eremiticæ instituto confirmaret.* Ita quoque Gaspar Sanctius & Tirinus (g) & Annalista veteris Testa-

(c) Tom. 1. lib. 3. art. 1. cap. 4.

(d) n. 282.

(e) In c. 2. lib. 4. Reg. quæst. 13.

(f) In cap. 2 lib. 4. Reg. & in cap. 19 libri 3.

(g) in cap. 17. libri 3. Reg.

Digitized by Google

XX. Julii.

Testamenti Jacobus Salianus in epitaphio S. Eliæ: (a) *Magnum illud Prophetarum lumen* Elias Thesbites... *lectos Prophetarum, & Religiosorum in Carmelo totaque Chananitide manipulos, sui æmulos, atque imitatores instituit; ad cælestem vitam, mundo ignotam, ac contemptam traducendam adduxit*: ac denique Elianæ historiæ præcipuus illustrator Generalis Minimorum Ægidius Camartus (b). *Hujus verò felicissima Societatis quæ per ELIAM in hisce Palæstinæ partibus invehenda erat, Salomon videtur prophetico spiritu nescio quid delibasse. Comparans enim caput sponsæ (quæ est Ecclesia) Carmelo monti: Caput tuum, inquit, ut Carmelus; Capillorum quoque meminit, eosque cum Galaad comparavit dicens: Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad... Tot enim discipulos veluti propagines in ipso Carmeli capite coëgit ELIAS, ut eorum virtutis odor non solùm vicinos montes pervaserit, sed prætereà ad cedros usque Dei, qui in Libano sunt sese extenderunt.* Agit ibidem de Ordinis, seu Religionis persistentiâ usque ad Christi adventum, *donec ad Evangelicam doctrinam confluerent.* Religiosi prophetici Ordinis à S. P. Elia instituti testes, seu assertores plures huc ulteriùs advocare haud est necesse; tum quòd passim in antecedentibus adducti sint; tum quòd omnes, qui tradunt S. Eliam esse *Principem Monachorum*, seu *Patriarcham*, sive *Auctorem Ordinis Carmelitani*, & hunc ab ipso, *hereditariam successionem tenere*, etiam expresse adstruant, aut necessariò supponant, Religiosum Propheticum Ordinem ab illo fuisse inchoatum, & institutum: itaque ad tempus, modum, & locum, quibus id præstitit, procedamus.

(a) ad ann. mundi 3139.

(b) lib. de gestis Eliæ cap. 5. Sect. 10.

2029. Quantùm ad tempus: Anno mundi ter millesimo centesimo vigesimo septimo, ante Christi natalem, nongentesimo vigesimo sexto, fundamentale exordium, institutio, & fundatio, in Carmelo, Prophetici Eliani Carmelitani Ordinis fuit, postquàm jam ante, in torrente, & solitudine Carith quædam illius fuisset adumbratio, seu delineatio, sicut pleniùs declaratum est Tomo præcedenti, parte 1. libro 3. cap. 1. & 3. Et quidem quoad tempus, annum videlicet mundi 3127. ante Christum 926. eruitur ex Joanne Jerosolymitano, libro *de institutione primorum Monachorum cap. 19.* ubi ista: *Reversus itaque jussu Dei ELIAS de spelunca montis Oreb in terram Israel, confestim instar auræ tenuis sibilavit, id est, convocavit suos discipulos... Anno quidem decimo regni Achab Regis Israel, ad sui, & suorum discipulorum jugem mansionem, elegit, præ aliis eremis, Carmeli montem; tamquam commodiorem ad Propheticam disciplinam, & vitam monasticam in eo edocendam melius, & exercendam. Mons quippe Carmeli præbet Eremitæ homini ex sua solitudine, silentium & quietem; ex suis antris, congruam mansionem; ex suo saltu jucunditatem; ex suo eminenti situ, aërem salubrem; ex suo fonte, aqua viva haustum dulcem.* Dicitur: *anno decimo regni Achab*: decimus completus regni Achab (& initium anni undecimi) erat annus mundi 3127. ante Christum 926. ad quem annum Religiosi monastici Eliani Ordinis originem refert Jacobus Salianus, in Annalibus veteris Testamenti, ubi cum descripsisset mirabilem visionem Eliæ in monte Oreb, & vocationem, ac sequelam Elisei, patrem, matrem, cæteraque omnia relinquentis, & novum hominem, *qui secundùm Deum creatus est* (a) induentis, ac sic Deo, & divino obsequio se consecrantis, sicut faciunt Religiosi, subjungit: *Indè autem ELIAM in montem Carmelum se recepisse, auctor est Ioannes Hierosolymitanus, ibique discipulos suos congregasse, & studiosè instituisse; quos nunc quoque religiosissima Carmelitarum familia parentes agnoscit, meritoque veneratur. Elegisse autem videtur Carmelum, sive quod is locus egregio miraculo nuper illustratus fuerat, vero Deo de idololatria, per manum ELIÆ triumphante; sive quod ab urbium frequentia sepositus, solitariam vitam ducturis idoneam præbebat quietem. Verùm præstat audire Patriarcham, ELIAS, inquit, ad sui, & suorum discipulorum jugem mansionem elegit, præ aliis eremis, Carmeli montem, tamquam commodiorem ad Propheticam disciplinam & vitam monasticam in eo edocendam, & exercendam.* Hæc, & alia ibi Salianus. Ad eundem annum ista scribit Lezana: *De prima Ordinis Institutione & Fundatione. Ab hoc anno, & tempore Prophetici, ELIANI, & Carmelitani nostri Ordinis primordialis origo, & institutio meritò desumenda est.* Ibi consequenter agit de primis ejus discipulis, Eliseo, Jona, Michæa, Abdia, & aliis, de quibus ex Auberto Miræo (b) ista: [*Postquàm enim Dei jussu primogenitum suum, & ex assè paternæ laudis hæredem Elisæum ex agri cultura evocatum sibi sociavit, plurimos alios excelsum, & à fluxis mundi curis exemptum vitæ genus affectantes (quos filios Prophetarum appellatos Scriptura sacra demonstrat) in agmine illo primævo recensuit.*] Hæc Miræus: Istis concinunt cum Abulensi Cornelius à Lapide, Tirinus, ac alii: & quidem Cornelius in illa, capitis XVIII. libri tertii Regum verba: Elias *autem ascendit in verticem Carmeli* &c. (& tunc ibi orans *septimâ vice* vidit *nubeculam parvam ascendentem de mari*, typum B. Virginis. Eodem etiam ipso die in Carmelo S. P. Elias, igne de cœlo super sacrificium suum educto, triumphaverat de 850. falsis prophetis, sicut eodem capite refertur.) Porrò (scribit à Lapide) *Abulensis hinc colligit, ELIAM ab hoc tempore quo in monte Carmelo cœlitùs ignem devocavit, & Baalitas prostravit, habitationem suam in eodem monte, ad memoriam tanti beneficii, & miraculi deinceps fixisse, atque eòdem confluxisse ad ipsum plures viros Religiosos, qui se totos Deo, orationi, & divinis rebus, laudibusque tradebant.* Ista autem victoria de Baalitis, & visio nubeculæ, juxtà supputationem Saliani, Tormellii, & Lezanæ, contigerunt anno decimo regni Achab currente: anno autem sequenti regni Achab decimo completo, qui erat mundi 3127. ante Christum 926. post mirabilem visionem in Horeb monte, & unctionem

anno mundi 3127. ante Christ. 926

(a) Ephes. 4.

tunc Discipulos in Carmelo statuit, & instruxit;

inde desumenda est Carmelitani Ordinis origo:

(b) lib. de orig. & increm. Ord. Carm. sub init.

post devictos in Carmelo Baalitas, ac ibi visam Nubeculam;

Digitized by Google

ctionem Eliſei, diſcipulos ſuos in Carmelum ducens, ibi eos ſtatuit, & ibi cum illis ordinariè manſit; atque ita indè Religioſi Prophetici Ordinis fundamentalis inſtitutiò deſumenda eſt. Et exinde præcipua ibi fuit manſio ipſius, ac etiam S. Eliſei, ſicut rectè notat Tirinus in cap. XVII. libri 3. Regum, ubi iſta de S. ELIA: *Pro varia diſcipulorum ſuorum neceſſitate, vel ſolatio, nunc in Galgalis, nunc in Bethel, nunc in Iericho (ut colligitur ex 4. Regum 2. verſ. 1. 3. 5) nunc aliis locis degebat; ſed omnium frequentiſſimè in monte Carmelo: ubi Eliſeus, primarius ELIÆ diſcipulus commorari ſolebat: & uterque montem illum pluribus miraculis celeberrimum reddidit. Ibi ELIAS igne cæleſti victimas abſumpſit, & 450. ſacerdotes Baal neci dedit. c. 18. v. 38. & 40. Ex eodem monte bis 50. milites Ochoziæ Regis eodem igne cæleſti proſtravit, teſte Abulenſi. Eundem montem Eliſeus frequentiſſimè adibat, ut patèt 4. Reg. 2. & 4. & alibi: nempè ut creditum iſthic ſibi gregem diſcipulorum foveret, inſtrueret, roboraret.*

2030. Animadvertendum, quòd Scriptores nonnulli, monaſticæ & eremiticæ vitæ ac Carmelitani Ordinis originem & inſtitutionem referant ad annum ante Chriſtum nongenteſimum trigeſimum. Ita quidem Auctor *Faſciculi temporum* Wernerus Carthuſienſis ſentire videtur, circa annum Chriſti 1291. hæc ſcribens: *Deipara Mariæ in Carmelo Monaſterium . . . ab eo* (Saracenis) *igne crematur, fratribus inventis in eo perfidorum gladiis trucidatis, & tunc (proh dolor) Ordo Carmeliticus melliſluum locum ex toto perdidit, in quo à tempore ELIÆ & Eliſei Prophetarum, duobus millibus ducentis viginti & uno annis perſliterant.* Ab an. ante Chriſti Nativitatem 930. uſque poſt illam anno 1291. eſt iſte numerus 2221. Hoc eatenùs veritatem habet; quòd ſub illud tempus aliqui ejus ſe addixerint diſciplinæ: quos quidem tum inſtruere incœpit, monaſticam vitam veluti delineando, & adumbrando: aſt demùm dicto anno mundi 3127. ante Chriſtum 926. iſtos & alios duxit ad montem Carmelum: & ibi eos in vita Prophetica ſanctiori, & Monaſtica, ſeu Eremitica, ſub paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ obſervantia ad honorem Virginis Deiparæ Deum parituræ, & verbo & exemplo, ut jam dictum eſt, inſtituit; ac proindè rectius huic anno, Ordinis prima incunabula attribuuntur, prout Tom. 1. Annalium ad iſtos annos latè declarat Lezana, & breviùs eodem Tomo ad annum mundi 4006. Chriſti 34. num. 43. his verbis: *diximus in præcedentibus, ſub anno videlicet 3124. eo tempore ELIAM in Carith torrente à facie Iezabelis abſconditè manentem cum quibuſdam piis & devotis viris, qui ad ipſum recurrerant, Ordinem ſuum inchoare cœpiſſe, non quidem perfectè inſtituendo (hoc enim pro commodiori tempore, & loco reſervabat, prout fecit poſt triennium, ſub anno ſcilicet 3127.) ſed veluti delineando, & adumbrando, periti pictoris inſtar, qui priuſquam vivis coloribus imaginem perficiat, fuſcis & ſubobſcuris, & umbraticis eam delineat. Quia ergò tempore hoc intermedio, quo de eo, quod in Carith inchoaverat, perficiendo procul dubio meditabatur, ſub anno videlicet 3126. celebrem illam nubeculæ in Carmelo viſionem habuit, prout ibi diximus; per eamque, juxta ſapiùs dicta, Incarnationis myſterium expreſſiùs cognovit. & Verbi Incarnati Matrem futuram purißimam, tum corpore, propter virginitatem, quam ſpontanèe ſecutura erat, tum ſpiritu, propter præſervationem ab omni peccato, etiam ex utero Matris: nullus dubitabit, quin in tantæ Virginis, Matris Meßiæ futuræ, amorem, reverentiam, & devotionem piißimus Propheta, veluti æſtuans, & ſuccenſus, quidquid in ejus obſequium facere poſſet, opere perfeciſſet. Ordinis igitur inſtitutionem, quam tunc cogitabat, procul dubio in Virginis Beatißimæ gloriam & honorem direxit.* Hæc ibi Lezana, & poſt alia intentum corroborantia: *Id verò, quod dicimus, ELIAM videlicet Ordinem ſuum Beatißimæ Virginis honori nuncupaſſe, ac proindè hæc etiam de cauſa ejuſdem patronatu jure gaudere, ex noſtrorum priſcorum Patrum teſtimoniis habemus. Ex quibus Ioannes Groſſus relatus Ordinis Antiſtes in libro illo* VIRIDARIUM *vocato clavi 1. ſic dixit: [ELIAS Propheta aſſumens in ſocios Eliſeum, Abdiam, Ionam, & multos alios Prophetas, quos docuit vivere in virginitate ad honorem prædictæ gloriosæ Virginis, quæ ſine corruptione parere debebat mundi Salvatorem, cujus caput debebat eſſe ut Carmelus, Cantic. 7. & ob hoc Eremitæ dicti montis Carmeli Fratres Virginis Mariæ dicti ſunt; cùm ad honorem ipſius Ordinem inceperunt ante ejus adventum, & nativitatem.]* Iſta ibi conſequenter aliorum auctoritatibus confirmat. Itaque annus inſtituti Ordinis Prophetici monaſtici in Carmelo, & fundatæ Carmelitanæ Religionis, habetur (ut jam ante dictum eſt) à creatione mundi ter milleſimus centeſimus vigeſimus ſeptimus, ante Chriſti nativitatem nongenteſimus vigeſimus ſextus.

§. 2. *Motiva inſtituendi Propheticum Monaſticum Ordinem.*

2031. PRimarium fuit, Dei honor, & zelus ſalutis proximorum; interrogatus enim à Deo Propheta ELIAS: *Quid ageret?* reſpondit, & reciprocavit: *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum: quia dereliquerunt pactũ tuum filii Iſrael.* Circà utrumque illud motivum plura dicta ſunt hîc ſuprà in ejus vita (a) & exprimit Thomas Waldenſis in Doctrinali fidei (b), ſic, inter cætera ſcribens [Inclinavit omnis populus cervices ſuas ritibus idolorum, in tantùm, quòd exclamaret ELIAS coram omni multitudine: Ego, inquit, remanſi Propheta Domini ſolus. Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta, & Prophetæ lucorum quadringenti ſunt viri (c); ideò zelans multiplicare Religionem Prophetarum ſanctorum, ſolicitè huic rei operam dedit: Eliſeum primò inſtituens, & pallio ſuo induens, & demum alios poſt eum magno numero.] Plura ex eodem adducta ſunt

Cur S. P. ELIAS Ordinem Proph. inſtituerit.

(a) n. 19. & 21. & 266. ac ſeq.

(b) tom. 1. art. 1. cap. 4.

(c) 3. Reg. 18.

hîc

Digitized by Google

XX. JULII.

hìc suprà (a). Ita quoque Thomas Bradley Episcopus Norwicensis, in Informatione ad Summum Pontificem Eugenium IV. (b). [Quo tempore, suadente Achab, omnis populus ad cultum idolorum se inclinavit, in tantum, quòd penè periit tota Religio Prophetarum Samuelis: & inclinavit omnis populus cervices suas ritibus idolorum ... Tunc volens ELIAS modum vivendi illorum Religiosorum Samuelis celsiorem instituere, sæculo renunciavit, & se Deo profitens, Religiosam vitam Eremiticam & solitariam primus ducere cœpit.] Et Ordinis Annalista P. Lezana (c): [In hac novi Ordinis institutione voluisse videtur ELIAS, ut eâ temporis occasione, quâ impii Baalitæ Prophetæ idolum suum superstitiosis ceremoniis colebant, prout vel ex eis, quibus in Carmelo coram Achabo usi fuerant, discere poterat, pii, sanctique Prophetæ vero Deo cultum verum psalmis, musicis, & cantibus devotè exhiberent.] Ibidem etiam alia quædam motiva adfert; videlicet desiderium majoris perfectionis & vitæ solitariæ. Denique Ordinis institutio etiam directa fuit ad venerationem, ac æmulationem Virginis Deumparituræ, in typo nubeculæ præcognitæ, sicut idem Lezana declarat variis locis (d) Itaque postquàm *verbo Domini continuisset cœlum annis tribus, & mensibus sex*, ut ne vel guttula pluviæ, aut roris descenderit, ac deindè suâ oratione rursùs cœli cataractas aperuisset, & pluviam impetrasset: post devictos in Carmelo Baalitas, & populum in veri Dei cultu confirmatum: post visam è mari in Carmelum ascendentem Nubeculam parvam, quasi vestigium hominis, & in ea præsignatam purissimam Virginem Deiparam, & ejus immaculatam Conceptionem, ab omni omninò peccati labe immunem (sicut supra audivimus) post jejunium quadragenarium, & visum Deum, quantum fas est mortali homini, discipulos in Carmelo statuit, & in aliis locis multiplicavit, ac instruxit in vita Religiosa Eremitica, Monastica; ut Deo vero perfectiùs servirent, ac populum in divino cultu continerent, ab idolis averterent, impios percellerent, probos confortarent. Fuitque hoc singulare Dei in eam gentem beneficium, post fœdissimam illam decem tribuum apostasiam, conservantis hoc modo inter prophanos semina salutaris doctrinæ, & scholas, atque officinas pietatis cum suis exercitiis. Tunc etiam in prædictæ Virginis amorem exardescens, ad honorem, & imitationem ejus tamquam exemplaris, in Typo Nubeculæ parvæ præfatæ, prophetico spiritu prævisi, virginitatem, cum paupertatis & obedientiæ observantia ipse servare statuit, & suos discipulos docuit. Id paucis declaratum est hic supra ad diem XVI. Julii, & plenius in Tomo præcedenti variis locis. Paucula quædam ex Arnoldo Bostio (e) hic delibasse sat erit: *Hic itaque ELIAS in exercitatione disciplinæ districtus, in laboribus fortis, & in sancta meditatione assiduus; quoniam prophetico jam spiritu Redemptorem mundi nasciturum conspicabatur de purissima Virgine ... anhelâ trahens in longinquum suspiria, totum se transfudit in amorem tam superexaltandæ Virginis; cui & annulum aureæ suæ fidei, veluti sponsæ suæ, amantium more, delegavit: & ad exemplum ejus, quasi ad sigilli spiritualis imaginem, Elisæum, Michaam Moraslitem, Abdiam, Ionam, ac cæteros, quos advocaverat (quorum & virtutibus, tamquam quibusdam stellis, canonicæ micant historiæ) secum tamquam Mariæ præcursores continentiam virginitatis edocebat.* Reliqua ad hoc propositum ex eodem, vide Tomo præcedenti (a). Ita quoque vetustus Pater S. Methodius, in homilia de S. Simeone, & Anna (quæ extat in Bibliotheca Patrum) tradit, quòd S. ELIAS præcognoverit, imitatus fuerit, & alios imitari quoque docuerit virginitatem Deiparæ, his eam alloquens verbis: *Puritatis tuæ* (inquit) *ELIAS Propheta præscius, atque imitator in spiritu &c.* (b). Atque ita S. ELIAS Ordinis hujus est Auctor, Institutor, Fundator, tamquàm causa efficiens: ipsa autem Virgo Deipara, veluti causa exemplaris, & finalis, sicut plenius declaratum est ad diem XVI. Julii.

(a) num. 1546.

(b) vid. hìc sup. n. 219.

(a) n. 282.

(b) vide To præc. n. 819.

(c) Annal. Tom. 1. ad an mundi 3127. n. 9.

(d) in Annal. ad an. mundi 4086. n. 42 & 43. & Maria Patrona cap. 3 vide hìc suprà num. 219.

(e) de Patronatu B. Virg. c. 2. §. 2.

§. 3. *CARMELVS, Locus, in quo S. ELIAS Ordinem Propheticum fundavit: & in eo, ac alibi, continuatus fuit.*

CARMELVS locus in quo S. ELIAS *Ordinem suum instituit:*

2032. AUdivimus, quòd, quandò, & quomodò S. ELIAS Ordinem Propheticum instituerit; restat nunc agendum de loco, ac de ejusdem continuatione, seu successione. Quòd in Carmelo fuerit Ordo ille institutus, & fundatus per ipsum S. ELIAM, ac deinceps ibi, & alibi, continuatus, declaratum est tomo præcedenti. part. 1. lib. 3. cap. 3. 4. & 5. quorum isti sunt tituli: (c) *Quâ ratione ELIAS ad sui, & suorum discipulorum jugem mansionem elegerit prè aliis eremis Carmeli montem: & de situ, ac descriptione Carmeli in quo ipse mansit; & quòd alius sit ille Carmelus, ubi Nabal habitavit ... ELIAS magnis miraculis montem Carmeli decoravit, & populum Israel ad Deum convertit, & incredulos ibi cremavit. Multi hujus Religionis Patres, tam veteris, quàm novæ legis, sunt jugiter conversati monastice in monte Carmeli, ad imitationem ELIÆ: & quâ ratione omnes hujus Religionis Professores appellentur Carmelitæ, quamvis non omnes manserint in Carmeli monte.* Quòd autem S. ELIAS in Carmelo ordinariè stabiliter permanserit, etiam insinuatur in Martyrologio Romano: dum 20. die Julii dicitur. IN MONTE CARMELI S. ELIÆ PROPHETÆ. Conformiter loquuntur Patres, Carmelum nuncupantes ELIÆ *Carmelum*. Ita S. Gregorius Nazianzenus hic supra (c) S. Basilius (d) *Hic mons celeber Carmelus, in quo ELIAS demoratus perplacuit Deo*: & ejus frater S. Gregorius Nyssenus (e) ELIAS *Carmelum incolebat: clarus autem mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus.* Sic & alii Patres. De ipsius in Carmelo posteris, temporibus Apostolorum

(c) n. 532.

(d) ad Chilonem.

(e) de bapt. Christi.

Digitized by Google

XX. Julii.

rum, agunt Josephus Antiochenus, relatus hîc suprà (a) Jacobus de Vitriaco Cardinalis, Episcopus Acconensis (propè Carmelum) *Carmelus*, inquit, *in quo conversatus est* ELIAS; *situs est in maritimis, distans ab Accon quatuor milliaribus.* Ibidem agit de posteris S. ELIÆ in Carmelo, quòd in alvearibus modicarum cellularum tamquam apes Domini dulcedinem spiritualem mellificaverint, ut ex eo hîc paulò infra audiemus. Quæ scribunt *de Carmelo, & templo* inibi, Iamblichus Chalcedonensis, *in vitâ Pytagoræ*; de *Oraculo in Carmelo*, Tacitus, & Suetonius, atque alii; de *aræ sacrificiorum* ELIÆ, *& antiqua religione in Carmelo*, Balbinus vir Consularis; de *ara sacrificiorum S.* ELIÆ, *& sacello in Carmelo* Beniaminus Tudelensis Judæus, atque etiam de æde *Dominicum* nuncupata S. Gregorius Nazianzenus, ac *de templo* à S. Helena, Nicephorus & ex eo Adrichomius agetur capite sequenti: quædam etiam adducta sunt hîc suprà ad XXX. Januarii, in vita S. Telesphori. (b)

(a) n. 282.

(b) n. 802. & seq & 805.

2033. Quòd SS. Prophetæ ELIAS & Eliseus Carmeli montem incoluerint, & eorum sequaces post ipsos, manifestis etiam sacrarum litterarum, & aliorum Historicorum testimoniis comprobatur; & quidem in libris Regum variis locis, videlicet lib. 3. cap. 8, ubi hæc S. ELIAS ad Achab: *Verumtamen nunc mitte, & congrega ad me universum Israel in monte Carmeli . . . misit Achab ad omnes filios Israel, & congregavit Prophetas in monte Carmeli.* Ibi consequenter refertur miraculum illud stupendum, de igne ad preces S. ELIÆ descendente, & devorante holocaustum, & ligna, & lapides, pulverem quoque & aquam: & hæc in Carmelo. Eodem capite sub finem. ELIAS *autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum: ascende, & prospice contra mare . . . In septima autem vice, ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari.*

id ex Scripturis demonstratur:

Libro autem 4. Regum cap. 1. refertur historia Ochoziæ ægrotantis, & mittentis in Carmelum ad S. ELIAM tres quinquagenarios Principes, & de duobus ex illis, & quinquagenis, qui erant cum eis, ab igne de cælo descendente consumptis. Nam, ut rectè Fernandez de visionibus veteris Testamenti, in præfatione nonæ Visionis, circa illa verba: SEDENTIQUE IN VERTICE MONTIS, ait, *ubi omnes Interpretes per montem accipiunt Carmelum. Et cum dicitur* SEDERE, *non intelligitur simplex habitatio, sed permansio habitationis, ex more linguæ &c. Interpretes intelligunt habitationem maximè Abulensis. Ait enim ab eo tempore, quo in monte Carmelo calitùs accepit ignem pro sacrificio, sedem sibi in eo posuisse, non quovis modo autem habitavisse in loco, sed Religiosam ibi duxisse vitam, cui plures alii adhærebant; qui dicti sunt filii Prophetarum.* Et capite 2. scribitur, quòd ELIÆ individuus Comes Eliseus post ELIAM in cælum, igneo curru, raptum, *abierit in montem Carmeli.* Quòd autem ibi (quamvis Filios Prophetarum per varia loca dispersos visitandi gratiâ subindè huc atque illuc proficisceretur) ordinaria ejus mansio esset, eruitur ex facto sunamitidis ipsum in Carmelo quærentis, de qua lib. 4. Regum cap. 4. ista: *excurram usque ad virum Dei* (scilicet in Carmelum) *& revertar. Qui* (vir ejus) *ait illi: quam ob causam vadis ad eum: hodiè non sunt Kalendæ, neque Sabbatum?* Et infrà: *Venit ad virum Dei in montem Carmeli.* Indè Lyranus, Abulensis, Franciscus Suarez, & alii deducunt, in Carmelo fuisse oratorium, seu Sinagogam, ad quam causâ devotionis, & instructionis per religiosos ibi commorantes devoti Judæi Sabbathis & Festis confluere solebant (a). De isto oratorio hæc scribuntur, in libro de Institutione primorum Monachorum cap. 19. ELIAS *in monte isto nedum habitare elegit, verum etiam domum orationi consecratam, appellatam* SEMNION, *in eo ædificavit.*

(a) vide hîc suprà n. 1863.

2034. Ex variis etiam aliis S. Scripturæ locis roboratur Carmelicolarum, vitam solitariam agentium, & à captivitatibus populi Judaici præservatorum, tranquilla devotio inter Judaicarum captivitatum calamitates. Id enim satis innuunt Michæas Propheta (qui vixit circa annum mundi 3308. ante Christum 745. ducentis ferè annis post raptum S. ELIÆ) capite 7. his verbis *pasce populum tuum in virga tuâ, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli.* Igitur tunc *saltus*, seu solitudo Carmeli, habebat viros solitarios, *habitantes solos in saltu.* In translatione ex Hebraico legitur: *Pasce populum tuum virgâ tuâ, pecus hæreditatis tuæ, qui habitat confidenter in sylva in medio Charmel.* Translatio ex Septuaginta habet: *Oves hæreditatis tuæ, habitantes seorsim in saltu: in medio Carmeli &c.* In alia lectione, ex Græco, est: *Oves hæreditatis tuæ, habitantes per semetipsas in saltu, in medio ipsius Carmeli.* In translationibus istis consideranda ista: *in sylva . . . habitantes seorsim in saltu: in medio Carmeli . . . habitantes per semetipsas in saltu, in medio ipsius Carmeli*: quæ omnia satis innuunt, ista de viris solitariis, seu solitariâm vitam in Carmelo agentibus, intelligenda esse, sicut illa exponit Ioannes Ierosolymitanus (b) in hunc modum: *Propheta primò orat Deum, ne populus Monachorum montis Carmeli concludatur simili sententiâ cum Iudæis: sed pascatur, ut priùs, doctrinâ Religionis per Deum, sub virga, id est, regula suæ directionis &c. deinde exponit Propheta, qualiter* IN MEDIO CARMELI *pascerentur, dicens:* IUXTA DIES ANTIQUOS: *in quibus scilicet sub virga directionis regni Dei pascebantur ab* ELIA *in monte Carmeli, doctrinâ Prophetica vita monastica, secundum formam institutionis hujus Religionis, per Deum creditam* ELIÆ. Ieremias Propheta (qui prophetavit sub annum mundi 3409. ante Christum 644. videlicet annis ferè trecentis post raptum S. ELIÆ) cap. 32. de Carmelo & ejus incolis ista vaticinatus fuit: *Habitabit in solitudine judicium: & justitia in Charmel* (id est Carmelo)

Scriptura etiam indicant Carmelum cultum à viris solitariis diu post S. ELIÆ raptum.

(b) lib. de instit. prim. Monach. c. 29.

Digitized by Google

XX. Julii.

melo) *sedebit. Et erit opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum.* Translatio ex Hebraico habet: *Et habitabit in solitudine judicium, & justitia in Charmel habitabit: & erit opus justitiæ pax, & opus justitiæ requies usque in saculum.* Ista litteraliter accuratè expendit idem Joannes Ierosolymitanus (a). *Ipsi figillatim habitantes soli in cellu montu Carmeli, citabant quotidiè semetipsos ad judicium discernendi in propria mente, si cogitationes accusarent, vel defenderent eos de aliquo iniquo, id est, deviante à rectitudine divina justitiæ.* Cætera de *silentio & pace*, seu charitate fraterna apud eum videri poterunt (b). Deinceps quoque, quòd in Carmelo, & aliis Terræ sanctæ locis usque ad finem Legis veteris, non defierit Ordo Monasticus, ab ELIA inchoatus, multorum potest auctoritatibus stabiliri: quædam variorum Scriptorum adductæ sunt in antecedentibus hîc suprà (c) & aliorum sparsim in hoc, & præcedenti capite. Plurimorum aliorum insertæ sunt Tomo præcedenti, in Apparatu, & alibi: loca nonnulla hic ad marginem signantur (d). Continuationem jugem, & hæreditariam illam successionem Ordinis Prophetici ELIANI confirmant quoque omnia dicta hic suprà in XII. Fundamentis. Peculiariter enim notanda Traditio generalis, etiam apud Summos Pontifices, & eorum asserta, de ista à S. ELIA *hereditaria successione*. Videatur hic supra Columna II. & V. & de Traditione ista præ oculis habeatur aurea, à sancto Augustino tradita regula: (e) *Una hæc saluberrima regula servanda est: quæ non sunt contrà fidem, neque contra bonos mores; & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris; ubicumque instituti videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando, & imitando sectemur.* Traditio autem illa de S. ELIÆ Primatu in Ordine Monastico, & Patriarchatu in Ordine Carmelitano *nec contra fidem, nec contra bonos mores* est: sed econtrà istud *habet ad exhortationem melioris vitæ*, (quod practicasse S. Antonium & alios veteres Monachos subinde audivimus) *Æmulationem exempli ejus*, ac præterea magnum istud bonum, in totam redundans Ecclesiam, omnesque Ordines monasticos, *antiquitatem & sanctitatem totius Monasticæ*, contrà calumnias hæreticorum sicut plenius mox audiemus. (f)

(a) eod. lib. c. 21. & 29.

(b) cap. 21. & 29.

(c) n. 280. 281. 282. nec non n. 2034. & seq.

(d) n. 116. 282. & seq. 207. & seq. 240. 289. & seq. 449. & 459. ac seq. 522. & seq. 555. 560. & sæpissimè in seq.

(e) Epist. 118. ad Januar.

Regula una circa traditiones Eccles. tradita à S. Augustino.

(f) vide infrà num. 2039.

2035. Scripturarum, & Scriptorum illustrium ac Traditionibus etiam suffragantur rationes, ac congruentiæ, videlicet: *Deo sic agente, ut tanti Vatis eruditio ad eum, cujus typum præsulit, illasa pertingeret*, inquit Aubertus Miræus in præfatione libri, cui titulum præfixit: *Ordinis Carmelitani ab ELIA primum inchoati &c. origo, & incrementa*: ubi & ista: *Nec sanè decuit Prophetæ tanti posteritatem ignaviâ torpescere, cum densas Orbis terrarum tenebras lux nova discuteret; sed antiquum pietatis cultum cum novo potius conciliare.* Et certè quâ ratione quis sibi persuadere posset, Ordinem illum Propheticum Religiosum, ab ELIA sanctissimo, institutum, & tunc, ac post eum ita multiplicatum (sicut jam audivimus, & alibi plenius traditur) defecisse, & non fuisse continuatum jugiter in Carmelo, & aliis locis, usque ad Christi adventum, cùm semper in Israël fuerint viri sancti, pii, & religiosi, non tantùm in Iudæa, sed & in aliis Orbis regionibus, & quidem valdè multi, attestante sacro textu. (a) *Erant in Ierusalem habitantes viri religiosi, ex omni natione, quæ sub cœlo est* (de quibus peculiariter alibi) Nullus hactenus fuit Ordo monasticus institutus à viris sanctis (Basilio, Augustino, Benedicto, Norberto, Brunone, Dominico, Francisco, Ignatio, & aliis) qui non ad minùs duraverit usque ad mortem sui fundatoris, & etiam seculis aliquot post ipsos jugiter continuatus fuerit. Hîc congruit, quod scitè argumentando scribit Ioannes Hildesheimensis: *Nec videtur, quòd Deus denegare velit Religioni meæ, quod omnibus concessit. Nam & hactenùs qualibet Religio duravit ad minus usque ad mortem sui Fundatoris & ultrà.*

(a) Act. 2.

ANNOTATIO:

de situ, & magnitudine Carmeli.

Carmeli montes duo:

2036. CArmeli montes duo sunt in Terra sancta, unus ad Australem plagam, in quo Nabal maritus Abigail habitavit, de quo libro 1. Regum cap. 25. alter est inter Phœnicem, & Palæstinam, circa mare mediterraneum: & propterea Josue capite 19. versu 26. nuncupatur *Carmelus Maris*: & ille valde extensus est. Franciscus Quaresmius in Historica dilucidatione Terræ sanctæ (b) scribit: *Longitudo montis qua est ab Occidente ad Orientem, est quindecim circiter milliarium.* Descriptionem ejus habet P. Lezana Tomo 1. Annalium (c) ubi, inter cætera, ista: *Sanctus Mons Carmeli est principium Terræ sanctæ à parte Septentrionali maritima: est divisus in plures colles, & valles sibi invicem cohærentes. Pars Orientalis, & Septentrionalis est eminentior, Meridionalis verò, & Occidentalis demissior. Habet circiter tredecim leucas in circuitu.* In illo monte S. ELIAS moratus fuit, & Ordinem suum instituit, ac successores suos reliquit: qui ibi perstiterunt sub veteri, & novæ Lege, usque ad annum Christi 1291. Animadvertendum autem, quòd pòst recuperatam Terram sanctam, in illo monte tam spatioso, & extenso, etiam cœnobium Instituti alterius aliquod fuerit, sicut, tradit Guntherus, Ordinis Cistercienſis (d). Nec mirum, quòd in eodem monte tam amplo, *diviso in plures colles, & valles*, sicut jam audivimus, diversi Ordines monasteria habere potuerint; cùm in una sylva Zonia prope Bruxellas variorum Ordinum monasteria solemnia existant: & quidem Ordinis Canonicorum Regularium tria, aut quatuor, *Rubea Vallis, Viridis Vallis &c.*

(b) Tom. 2. lib 6. peregrin. 8. c. 3.

(c) ad an. mundi 3236.

Carmelus ELIÆ est valdè amplus.

(d) in Tr. de capt Constantinopol. per Latinos an. 1204.

2037. Porrò Guntherus de Carmelo, & cœnobiis in eo sitis scripsit circà an. Chr. 1204. quâdò, & paulò ante, ac pòst Carmeli Ordo in Carmelo florentissimus

Digitized by Google

XX. JULII.

erat Viris sanctitate spectatissimis, videlicet SS. Bertholdo, Brocardo, Cyrillo, successivè Prioribus Generalibus, S. Angelo, & fratre ejus B. Joanne, atque aliis (de quibus in *Annalibus Ordinis*, ad istos annos) Nec tamen Guntherus Carmelitarum mentionem facit. Eodem tempore de Carmelo, & Carmelitis Jacobus de Vitriaco Cardinalis Episcopus Acconensis propè Carmelum, scribebat ea, quæ mox audiemus. Eodemque tempore (anno 1205.) aut (certissimè uno alterove, aut paucis post) S. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus *Brocardo, & caeteris Eremitis . . . in monte Carmelo morantibus, juxtà fontem* (aut juxtà *fontem* ELIÆ) Regulam tradidit. Sub idem tempus (anno 1205.) S. Angelus, & ejus frater B Joannes, in Carmelo professionem fecerunt: & annis pluribus ibi habitârunt: & ibidem contigit primum miraculum per eum, sicut traditur in Vita ejus, hîc supra ad diem V. Maji, cap. 3 & 6 Lustris aliquot anterioribus in Carmelo contigerant illa, quæ Onuphrius Panuinus in Chronographia sua, circà annum Christi 1141 scribit: *Ordo Carmelitarum restitutus, & reformatus ab Aymerico Malasaida, Lemovicensi, Patriarcha Antiocheno, & Apostolicæ Sedis trans mare Legato, in monte Syriæ Carmelo: quorum primus Prior fuit Frater Bertholdus, vir sanctus.* Animadvertendum autem, quòd Ordo Carmeli præcipuè incoluerit partem, quæ supereminet civitati olim Porphiriæ, nunc Cayphæ nuncupatæ: & ibi est FONS, qui FONS ELIÆ dicitur (sicut traditur eodem libro cap 5. & alibi sæpè.) Hinc in Regula dicitur: sicut statim audivimus: *juxta* FONTEM ELIÆ. Ita quoque Jacobus de Vitriaco, in Historia Hierosolymitana cap. 12. agens de Carmeli Eremitis, de loco, in quo degebant, scribit: *Ad exemplum & imitationem sancti viri solitarii* ELIÆ *Prophetæ in monte Carmelo, maximè in parte illa, quæ supereminet civitati Porphiriæ, quæ hodie Cayphas appellatur, juxtà fontem qui* FONS ELIÆ *dicitur* (Qualem autem vitam tunc ducerent ibi Carmelitæ, his tradit verbis) *Vitam solitariam agebant, in alveariis modicarum cellularum, tamquàm apes Domini, dulcedinem spiritualem mellificantes.*) De illo fonte plura videri poterunt tomo præcedenti (a) & etiam hîc suprà (b).

cum tamen tunc ibi Ordo Carmeli maximè floreret:

præsertim in parte Carmeli versus mare ubi est FONS ELIÆ,

(a) n. 882. & 83.

(b) n. 1273.

2038. Occasione jam dictorum notandum, quòd cùm illis temporibus (circa annum Christi 1200 & ante, ac post) Carmeli Ordo quammaximè vigeret in Carmelo (sicut jam audivimus) attamen præfatus Guntherus agens de Carmelo, Carmelitarum ibi mentionem non facit. An benè sensatus esset, qui indè concluderet, Carmelitas tunc ibi non extitisse? Lector sensatus judicet, an non insulsum esset argumentum istud ab auctoritate negativa; cum ex aliis præfatis auctoritatibus (etiam tunc scribentium in Terra sancta, prope Carmelum) certissimum sit, tunc in Carmelo, Carmeli Ordinem florentissimum fuisse, sicut jam audivimus. Et ista obiter, ut intelligatur, quàm debile, & nullum argumentum ab auctoritate negativa, prout latiùs hîc paulò post (c).

Argumentum, ab auctoritate negativa quam debile.

(c) n. 2040.

§. 4. *Religiosi Monastici status antiquitas & sanctitas ex antedictis demonstratur, adversùs mendacia hæreticorum; &* Conclusio *arietans cunctas illorum falsas doctrinas, ac Orthodoxorum dogmata stabiliens.*

2039 HÆreticis ferè omnibus commune est, singulari odio, & calumniis insectari Religiosos, ac Ordines monasticos quasi manu factâ harpagare. Ioannes Witcleff, & ejus assecla (prodromi Calvini & Lutheri) dogmatizabant de Religioso Monastico Eremitico statu, quòd esset *novella vanitas*, quodque Ordines Religiosi *regulam novam in multis frivolam, & Legi Christi contrariam machinentur:* aliaque portentosa mendacia de monachis, ac calumnias, tum ipse Witcleff, tum alii hæretici finxerunt. Ulterius blasphemantes, inferunt, Ecclesiam approbantem & permittentem Monasticem, vano errore delusam, à veræ fidei veræque doctrinæ tramite longissimè aberrasse: & quidem recentiores hæretici, Witcleffi sequaces, statuunt ante Antonii, Paulique tempora, quos sub medium tertii, & initium quarti seculi floruisse notum est, non extitisse, eoque proindè seculo cœpisse. Ita omnes penè novatores, qui, etsi in plerisque divisi sint, in hac tamen causa uniuntur, ut Monasticem deprimant, sua in eam livoris, & maledicentiæ tela depromant, ejusque derogent antiquitati. Verùm, quòd Monasticus Eremiticus status non sit *novella vanitas*; sed *res antiquæ religionis*, demonstrat Thomas Waldensis (à Scriptoribus nuncupatus *sui temporis hæreticum expugnator, ac deinceps exortarum eversorem*(a) sic autem invehitur in Witcleff: *Hoc modo Paulus ipse Epicureis & Stoicis Philosophis nuntiator novorum damoniorum dicebatur esse, quia* IESUM, *& ejus resurrectionem annuntiabat eis.* Et infra de Religioso Monastico instituto: *Sed hæc novitas non est novella vanitas: res enim est antiquæ religionis in Christo fundata, & antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à Prophetarum tempore præmonstrata.* Consequenter agit de Prophetico Ordine à S. ELIA in Carmelo inchoato: de quo ibi ista: *A Prophetis sanctis* ELIA *& Eliseo prius inceptus.* Alia ex eodem ad hoc idem intentum adducta sunt hic suprà. (b)

Hæretici osores Monastices:

illam novellam vanitatem calumniantes, portentosis mendaciis impetunt:

illis se opponit Thomas Waldensis,

(a) videatur Possevinus in Appar. verbo THOM. WALD.

originem Monasticæ ad S. ELIAM referens.

(b) n. 282.

2040. Ita quoque olim S. Hieronymus contra Iovinianum impugnantem castitatem (religiosæ professionis substantialem virtutem) scribit: ELIAM *ergò quàm stultè posuerit*, scilicet Iovinianus, *in catalogo maritorum, me tacente, manifestum est.* Sed eum fuisse *virginem* probat, quod & verbis alibi adductis tradit etiam de Eliseo, & multis Filiis Prophetarũ, nempè quod Virgo ELIAS, *Virgo Eliseus.* Card. Bellarm. similiter, *libro de Monachis*, cum in Præfatione retulisset, quã portentosis mendaciis impetant vitã monasticam, & Monachos ac Eremitas vocent *inimicos humanæ societatis*, & Evangelica consilia, Paupertatem, Castitatem, Obedientiam, *observationes fatuas,*

Sic etiam S. Hieronymus,

& Card. Bellarmi-nus,

vestia

Digitized by Google

retia diaboli &c. de antiquitate quid sentiant, tradit *cap. 5.* videlicet, quòd doceant *Religiones incœpisse demùm quarto seculo, id est, post annum Christi CCC. primosque auctores fuisse Antonium, Macharium, & similes.* Et infrà: *Cœpisse partim casu, partim errore, partim pravâ imitatione.* Ibi consequenter contra illos antiquitatem Monasticês ita probat: *Habemus deindè in eodem Testamento veteri ELIAM, & Elisæum, ac filios Prophetarum sine uxoribus, & divitiis in hoc mundo vixisse; de quibus B. Hieronymus in epistola ad Rusticum, quæ est ordine quarta: Filii Prophetarum, inquit, quos Monachos in veteri Testamento legimus . . . Denique Ioannem Baptistam Monachorum, & Eremitarum principem fuisse, scribunt ferè omnes Patres.* Consequenter deindè specialiter confirmat sanctitatem vitæ Monasticæ & Eremiticæ: *At vitam Eremiticam sanctam & perfectam, & Deo gratam esse, probatur. Primò, testimonio Scripturæ, quæ vehementer laudat ELIAM & Ioannem, qui Eremitarum Principes fuerunt, sive solitudinem sive asperitatem vitæ considerès;* Id confirmat auctoritatibus Scripturarum: ac tandem sic concludit: *Quocirca veteres Patres ELIAM & Ioannem Eremitas & Principes Eremitarum faciunt.* Ita Bellarminus, qui Patres veteres ibidem refert. (a)

S. Eliam Monachũ, & Principẽ Eremitarũ vocans,

(a) vide hîc supra num. 1918.

2041. Bellarmino, eruditione, zelo pro domo Dei, & pietate eximiâ, haud dissimilis P. Petrus Canisius, in Commentariis *de Corruptelis verbi Dei adversùs Centuriatores Magdeburgicos* (b) impugnantes *austeram, eremiticam, monasticam vitam*; illis pariter cum S. Joanne Baptista opponit SS. Eliam, Elisæum, & filios Prophetarum: & quidem sub isto titulo marginali: *Exempla veterum severè, & durè viventium*, sic: *Describitur ELIAS ille Thesbites, quòd vir pilosus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus fuerit, quòd in deserto vixerit, quòd cibo tenuissimo victitârit, quòd pane dumtaxat subcinericio, & simplici aquâ contentus; ingens confecerit iter, ac diuturno jejunio sese afflixerit. An non is verus ELIAS est? quod nomen Ioanni Christus ipse largitur? sed & Angelus prædicit, eum in spiritu & virtute ELIÆ, suum munus, ut sit Messiæ nimirùm prodromus, sive præcursor, fideliter obiturum esse.* Consequenter ex S. Hieronymo de S. Joanne dicit: *quòd eandem habuerit sancti Spiritûs gratiam, zonâ cinctus ut ELIAS, vivens in eremo ut ELIAS* (c) & paulò infrà: *Non dicam porrò de Elisæo, & filiis Prophetarum, quos veteris Testamenti Monachos appellat Hieronymus: nam & hi agrestem duramque transegêre vitam, ab urbanis quidem deliciis prorsus alieni.* In antecedentibus (d) S. Ioannem Baptistam nuncupans *Ducem, & Principem Monachorum*, identidem illi adjungit S. Eliam: idque probat auctoritate Patrum, qui in vita Monastica S. Eliam secuti fuerunt: ita quidem de S. Chrysostomo: *Etenim ipse in monasterio, adeoque solitudine vivens, (sicut narrat, prater alios, Metaphrastes) hoc vitæ genus & institutum reipsâ fuerat expertus. Igitur amictum Monachorum fuisse scribit, qualis non solum ELIÆ, & Elisæi, sed & Ioannis extiterit.* Et paulò infrà sub isto titulo marginali: *Monasticum institutum à veteribus apprimè laudari* scribit: *De S. Gregorio Nazianzeno, qui post Ioannem Evangelistam, Theologi nomen suo merito est consecutus, hoc solum dicam, quod, ut ipse testatur, solitudine semper delectatus, ELIÆ Carmelum, Ioannique desertum, animo agitaverit.* Consequenter cùm egisset de Essenis (S. Eliæ posteris a) *Igitur quod ad Monasticum institutum pertinet, antiquius est illud & probatius, quàm ut istos Momos reformidet, eosq; jam antè satis repulit & protrivit Chrysostomus, cum adversùs monasticæ vitæ vituperatores complures libros edidit.* Quòd S. Chrysostomus Monasticam vitam ex S. Eliæ instituto egerit, habetur ex jam dictis, & ex anterioribus (b). Sic etjam Guilielmus Eysengrenius in opere, typis edito Ingelstadii anno Christi 1566. cujus inscriptio est: *Centenarii XVI. &c. . . adversùs eosdem hæreticos Magdeburgicos*, parte 3. quæ est *de Religionibus, & Monastica Philosophiæ cultoribus*, Monasticês antiquitatem demonstrat ex S. Propheta Elia, & ejus discipulis, de quibus sub isto titulo: *De Monachis Carmelitis, tempore Prophetarum*: ubi ista: Elias *Propheta primus Carmelita*: & paulò infrà: *ELIAS Propheta habitavit Monachus in finibus Cæsareæ. En vitam monasticam.* Ibi autem istos ex Mantuano (c) versus adfert:

(a) vide hîc supra n. 236 & seq.

(b) vide num. 510. & 514.

& Petrus Canisius,

& Guilielmus Eysengrenius:

(c) lib. 3. Fastor.

Cæsariæ mons est in finibus, æquora propter
Vertice sublimi surgens in sidera, sylvis
Undique crinitus, statio placidissima semper.

Et paulò post:

Eliæ magni quondam domus, illius inquam
Eliæ qui vivit adhuc, ubi nascitur Eurus.
Sanctificat locus hic homines, nova corda, novosque
Influit affectus, hîc sunt ergastula vitæ
Simplicis & munda, qualem vixêre parentes
Ante nefas primum. (d)

Monasticês antiquitatẽ accersens à S. Elia.

(d) Reliqua vide hîc suprà num. 1067.

Et infra: *S. Elisæus Carmelita*, & ex eodem Mantuano adducit Carmina, edita hîc suprà (e)

(e) in præfat. vitæ S. Elisæi num. 1834.

O Pater, ô Princeps, ô Dux Elisæe meorum
Eliadum, qui Cæsariæ coluêre penates.

Deindè sub titulo: *De Monachis Carmelitis, tempore Apostolorum*, ubi agens de S. Joanne Baptista, qui *in spiritu & virtute* Eliæ, in desertis, etiam Carmeli, cum Eliæ posteris, vitam eremiticam monasticam egit, addit: *En vita abstinentiam in Ioanne Baptista, & ciborum delectum &c.* & paulò infrà: *En, hæretice,* Eliæ *posteritatem dicti Monachos Carmelitas.*

(a) ita Canisius c. 3.

(d) cap. 2.

2042. Igitur ex mente istorum Doctorum plurimùm Ecclesiæ interest, propugnari, & stabiliri Monasticen S. Prophetæ Eliæ, & discipulorum ejus Filiorum Prophetarum, pro stabilimine (contra hæreticos impugnatores) antiquitatis, & sanctitatis Religiosi Monastici Instituti. Cùm enim evidenter demonstratur, & stabilitur firmiter, *S. Prophetam ELIAM fuisse Eremitam, & Monachum, atque Eremitarum, ac Monachorum primum Principem* (prout eum passim nomi-

Monasticês institutum referri ad S. ELIAM, & id stabiliri, multùm interest Ecclesiæ Catholicæ.

Digitized by Google

XX. Julii. nant Patres & Doctores) & Spiritûs sancti instinctu, atque Dei mandato, ipsum solitariam egisse vitam, & instituisse Ordinem Prophetarum Monasticum; cujus alumni (dicti *Filii Prophetarum, Essæi, Essæi*, & successivè alias nomenclaturas subeuntes) in observantia vitæ Monasticæ, seu Eremiticæ, juxta formam ab ipso ELIA præmonstratam, jugiter perstiterint, tum in veteri Lege, tum in nova continuati semper, per varias temporum vicissitudines propagati; indè manifestâ sequelâ infertur (contra Novatores, falsò calumniantes novitatis Ordines Religiosos) Monasticum Institutum altissimis sic defixum fuisse radicibus in Ecclesia, tum veteris, tum novæ Legis.

Concluditur ex dictis Monasticês antiquitas, & sanctitas adversus hæreticos:

2043. Stabilitâ autem sic antiquitate Religiosæ Monasticæ, & Eremiticæ vitæ, inchoatæ à S. ELIA, exercitæ à S. Eliseo & Filiis Prophetarum viris sanctissimis, habentur, & concluduntur contra hæreticos, Religiosæ Monasticæ & Eremiticæ vitæ antiquitas, & sanctitas: ac consequenter sanctitas paupertatis voluntariæ, mendicitatis (nam & SS. ELIAM, & Eliseum etiam ex eleëmosynis, & quasi mendicatim vixisse, habetur ex suprà dictis) vestitûs vilioris & distincti à cæteris, obedientiæ, secessûs in eremum, solitudinis, silentii, jejunii, & abstinentiæ, ciborum delectûs, cœlibatûs & castitatis perpetuæ, orationis, meditationis, contemplationis, & cæterorum Ecclesiæ dogmatum ab ipsis S. ELIA, & discipulis ejus ac consequenter successoribus ejus Monachis, & Eremitis traditorum, & exercitorum.

& alia fidei orthodoxa dogmata stabilimatur.

§. 5. *Monasticês & Carmelitani Ordinis antiquitas vindicata, contra nonnullos Scriptores Catholicos.*

Orthodoxi nonnulli errantes circa originem Monasticês

2044. ISta hactenus contra heterodoxos, etiam partim militant adversus nonnullos orthodoxos, nimis viliter de Religioso Monastico statu sentientes; cùm illum intra terminos temporum S. Antonii, & S. Hilarionis coarctant: de quibus ista Thomas Aquinas à S. Josepho: (a) *Miror verò magis ex Catholicis aliquos, non sanè quo illi genio, & ingenio; sed vel ex inscitia, vel ex negligentia, & inadvertentia eadem cum illis de Monastica vita antiquitate sensisse, & illius originem Antonio ascribentibus consensisse* Sed an non isti tamquàm Ecclesiasticæ historiæ ignari, manifestè convincuntur? cùm sicut longè ante S. Hilarionem in Syria claruerint S. Chariton Fundator monasteriorum quæ *Laura* dicebantur, & alii: ita in Ægypto S. Fronto, & S. Helenus cum suis: & ibi, ac alibi monachorum fuerint numerosi greges: & quidem unus S. Iulianus pater decem millium monachorum extitit & ante istos Esseni in Palæstina, & in Ægypto. Hinc alii cunabula Monasticês longè ante tempora S. Antonii, & S. Hilarionis referunt: ast fluctuantes de ejus primo auctore, seu principe, *ante quem alium nullum omnia Monasticês substantialia tenuit; & à quo primam originem habet: & unde, tamquàm à primo exemplari, cæteri Monasticês formam traductam susceperunt.* Illum autem esse magnum Prophetam ELIAM qui negaverit, alium deberet talem assignare primum, & à quo in cæteros profluxit: certè talem reperiet nemo: ast velut Nili ignotum caput quæritans, inani labore se fatigabit.

(a) in dissertat. de Patriarchatu ELIÆ, p. 3. c. 6.

& Ecclesiæ spoliantes robusto argumento adversus hæreticos:

2045. Quinimò, Religiosi Monastici status primam originem à S. ELIA Propheta exercitam, & traditam S. Eliseo, & cæteris discipulis suis Filiis Prophetarum, atque ab illis traductam in alios; (prout in Scripturis sacris satis patenter exprimitur, & à Patribus, ac aliis Doctoribus plurimis asseritur & ex Traditione generali, de qua hîc suprà Columna V. stabilitur) qui negaret, an non talis Ecclesiam privaret robusto illo argumento arietante hæreticos omnes (sicut jam audivimus) negando, aut in dubium revocando Monasticês antiquitatem, & veram pietatem, altissimis radicibus in Scripturis fundatas, à S. ELIA promanantes, & contraveniret *Regulæ aureæ* à S. Augustino traditæ, de qua hîc suprà (a) Antiquitas enim & sanctitas Monasticês in omnibus suis observantiis (secessûs in solitudinem, habitûs vilis à cæteris distinctus, voluntaria paupertas, perpetua castitas, & cæteræ Monasticês observantiæ ab hæreticis reprobatæ, & proscriptæ) in ELIA, Eliseo, & Filiis Prophetarum in Carmelo, in solitudinibus, circà Iordanem, circà Iericho, & alibi morantibus, evidenter satis resplendent, sicut jam antè perspeximus.

(a) hîc ante num. 2034. in fine.

2046. Sed quæ sunt, aut esse possunt argumenta, seu rationes dubitandi heterodoxorum, seu orthodoxorum aliquorum? Certè non nisi negativa, videlicet ejusmodi: Guntherus (de quo hic paulò ante) circà ann. Christi 1204. peculiariter agens de Carmelo, non meminit Carmelitarum in eo: non igitur tum ibi erant. Quòd nullum, imò insulsum sit argumentum tale, habetur ex dictis hic paulò ante (b) nam licèt ille non meminerit, meminerunt alii, S. Albertus Patriarcha, cujus ditioni Carmelus suberat, Iacobus de Vitriaco Episcopus Acconensis, propè Carmelum, Enoch qui in ipso Carmelo vixit. Simile est: Apud S. Hieronymum, Palladium, Evagrium, & alios frequens est mentio de monachis in Palæstina degentibus, sed nusquàm de monachis Carmelitis: Ergo tum non erant, &c. Quamvis enim non meminerint isti, meminerunt alii, jam ante, & alibi (c) adducti. Cæterùm argumentatores similes meminerint istius Philosophici axiomatis: *Ex puris negativis nihil sequitur*: nec non istius asserti Cardinalis Bellarmini (d) *Nihil concludi ab auctoritate negativa: non enim sequitur, Lucas, Paulus, & Seneca non dicunt Petrum fuisse Romæ; igitur non fuit Petrus Romæ; non enim illi tres omnia dicere debuerunt, & plus creditur*

argumentum ab auctoritate negativa, debile & subindè insulsum.

(b) n. 2038.

(c) n. 2032. & seq. n. 2037. & alibi.

(d) lib. 2. de Rom. Pontif. c. 8.

tribus

Digitized by Google

XX. Julii.

tribus testibus affirmantibus, quàm mille nihil dicentibus. Ita quoque in simili, Theophilus Raynaudus (a) *Mihi universa hæc ratiocinatio, scilicet ab auctoritate negativa, planè straminea videtur, & digna quæ sibilis explodatur; usi sanè hâc argumentandi inanitate Anabaptistæ asseruerunt, narrationem de homine ad Piscinam probaticam sanato, fabulosam esse, & à falsario quodam intrusam in Ioannis Evangelium, cùm nulla unquam fuerit Ierosolymis Piscina Probatica, quod probârunt ducto argumento ex Iosephi de ea piscina silentio.* Ejuscemodi etiam est illud: *In Evangelio anima Christi descensus ad inferos non habetur: ergò anima Christi non descendit ad inferos.* Simile est: Eusebius, S. Hieronymus, S. Isidorus &c. scribentes de S. Marco Evangelista, non meminerunt martyrii ejus: ergò martyrio vitam non finivit (quod tamen est contra receptam totius Ecclesiæ Græcæ ac Latinæ traditionem) Insignis, & decantatissimæ historiæ, ab Ecclesia receptæ de SS. Barlaam, & Iosaphat, mentio nulla est apud antiquos Patres ante S. Ioannem Damascenum. Millena sunt similia (cur autem Scriptores varii veteres, scribentes de Monachis, speciatim non meminerint Carmelitarum, aut Carmeli montis, accuratè, & luculenter tractat P. Petrus Wastelius libro I. Vindiciarum pro Ioanne Hierosolymitano sect. 4. per totam.) Porrò negativis nos opponimus positiva, ex Scripturis sacris, & Patribus, aliaque rationum momenta jam ante adducta. Si qui magis speciatim Ordinis Prophetici Monastici à S. Elia inchoati originem, incrementa, eventus requirant, quæro ubi reperient innumera antiquitùs gesta sub veteri Lege, similiter & in nova. Ubi extant miracula scripta multa in Evangeliis sanctis non contenta. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc*: sicut testatur S. Ioannes Evangelista (b) & iterum (c) *Sunt autem & alia multa quæ fecit* Iesvs.

(a) Tom. 7. operum suor. pag. 275. de Scapul. Marian. part. 2. c. 1.

(b) cap. 20. vers. 30.

(c) cap. 21. vers. 25.

2047. Quàm pauca sciuntur de SS. Apostolis Simone, Iuda Thadæo, Mathia, cæterisque, quid egerint? vix alia de illis habentur, quàm pauca illa, quæ in Evangeliis, & in Actis Apostolorum leguntur. *Pauca in speciali videtur Spiritus sanctus reliquisse posteritati de Apostolis, magnis Ecclesiæ columnis, ut ea magis admiremur, quæ generatim in eorum laudem dicuntur à Scriptura sacra, & Patribus,* inquit Doctor Ioannes Molanus (d). Eadem dici possunt de S. Elia, & ejus discipulis, ac Ordine Prophetico ab eo instituto. Hinc congruunt illa, quæ *contra detractores* in Defensorio scribit Ioannes Hildesheimensis capite 1. ubi ista: *Antiquitas non est ita demonstrabilis sicut vellet, propter principii nimiam localem, & temporalem distantiam; quia de multum distantibus non potest esse tàm clara notitia, sicut de propinquis. Præterea non semper fuerunt Scriptores Chronicarum; de duobus enim millibus annorum ante diluvium, & amplius nihil invenitur scriptum, nisi illud modicum, quod in principio Geneseos habetur.* Et infra: *Et si pro tempore tali fuerint Annales conscripti, factum fuit hoc à Regibus, & Regum Notariis litteratis; Incola verò veteris montis Carmeli fuerunt Eremitæ simplices, non litterati, pauperes, membranas fortè non habentes, nec Scriptores, orare potius consueti, quàm scribere ... Præterea tempore revelatæ gratiæ sæpius per Saracenos destructi sunt, & martyrio coronati: & si scripturas habuerunt, utique totum perdiderunt.* Capite 2. ostendit: *Scripta Carmelitarum per infideles sæpè fuisse combusta.* Cùm liber ille insertus sit Tomo præcedenti, plura ibi videri poterunt (a). De hoc eodem subjecto, quòd à Carmeli Eremitis olim pauca fuerint scripta: & quæ scripta fuêre, incendio periisse, ostenditur plenius eodem Tomo parte 2. in Synopsi 3. cap. 3. ubi etiam declaratur, quòd etiam in Ordinibus recentiùs exortis (sicut & in universali Ecclesia) plurima præclara contigerint, quæ ignorantur, seu quòd scripta non sint, seu quòd perierint. Itaque si acta præclara Apostolorum, & Martyrum, ac aliorum æternâ memoriâ dignissima: imò etiam non pauca Summorum Pontificum, & aliorum illustrium; imò & Ordinum non à centuriis multis inchoatorum ignorentur; quia aut scripta non fuêre, aut periêre; ecquid mirum, quod de S. Elia, & ejus Ordine ac successione à bis millenis & sex centuriis annorum ad posteritatis notitiam non pervenerint, nisi pauca illa in Scripturis (quasi occasionaliter) tradita: in quibus, quasi per rimam, Patres, & Doctores veritatem de Monastice, & Ordine Prophetico, ac illius successione, perspexerunt, & tradiderunt. Quid dico *per rimam*; cùm in libro 4. Regum, junctis etiam aliis Scripturæ locis, perspicuè illa resplendeant, sicut hîc suprà demonstratum est (b),

peculiariter concernentia Ordinem Carmelit.

(a) Tom. præced. n. 646.

(b) Colum. 1. n. 2003. & seq.

2048. Peculiariter demùm circà hactenus dicta de Ordinis hujus antiquis monumentis plerisque deperditis, notandum hîc est, quod Ordines Religiosi Monastici, seu Eremitici, in Orientali Ecclesia, præsertim in Terrâ sancta, & Ægypto antiquitus instituti, omnes non tantum antiquorum monumentorum jacturam fecerint, sed plerique etiam quasi interierint. Et quidem de Ordine S. Antonii, olim valdè celebri, ista scribunt PP. Bollandus & Henschenius, in Actis Sanctorum, ad XVII. Januarii (c): *De altero S. Antonii Ordine, quem ipsemet instituit, formavitque; SS. Macarius, Amathas, & alii, ut ante dictum, propagârunt, nihil admodùm suppetit, quod addatur; monumentis omnibus antiquis, vel barbaricâ clade abolitis, vel latentibus inter tesqua illa olim sacrosancta.* Eadem est ratio Ordinum aliorum. Carmeli autem Religio plurimis quidem suorum in Terra sancta interemptis, ac Monasteriis omnibus igne traditis, aut destructis per Barbaros, & sic plerisque monumentis antiquis amissis; tamen fuit ab interitu præservata, tempestivè translata in Europam: & ibi propagata, refloruit: Etenim *accidit hoc in nobis admiratione dignum, & protectionis divinæ manifestum*

Ordines aliquot in Oriente instituti interierunt:

(c) sub isto titulo: *Ordo S. Antonii* cap. 3. n. 15 pag. 162.

Ioan. Molani notabile dictum.

(d) in Martyrologio ad diem 28. Octobris ubi de SS. Simone & Iuda.

Scitu dignissima plurima non scripta, aut interierunt.

Digitized by Google

XX. Julii. *indicium, quòd scilicèt, more nascentis Ecclesiæ, ex persecutionibus incrementum sumpsimus, & dum extirpamur, propagati sumus: nulla namque aliarum Religionum, quacumque illa sit, post similem suorum calamitatem, pòst tale naufragium potuit sese attollere; sed multæ etiam sponte suâ, quasi Dei gubernatione destitutæ, corruerunt,* inquit, Mantuanus in Apologia (cætera quæ ibi habet (a) & etiam in Vinea Carmeli, parte 8. cap. XI. huic loco maximè congruunt) idque accidit singulari patrociniô potentissimæ Patronæ Mariæ, sicut habetur ex ante dictis (b) nec non meritis, & precibus S. P. ELIÆ, sicut notat Annalista veteris Testamenti Salianus (c) *Tot*, inquit, *seculis suarum precum, quasi facularum ardore, calefecit, & ad hunc diem, tot inter rerum, locorum, temporumque varietates, constantes reddidit magni sui Patriarchæ sectatores.* Sed de istis jam satis: deinceps etiam quædam de cultu ipsi S. P. ELIÆ exhibito ab antiquissimis temporibus, proferamus.

(a) vide to. præced. num. 863.

(b) hìc sup. n. 1987.

(c) in Annal. vet. Testam. in Epitaph. S. ELIÆ ad an. mundi 3139.

ANNOT. Objectionibus, seu scrupulis quibusdam aliis circa Ordinis hujus originem, ac successionem, satisfit in Vinea Carmeli, parte 8 per totam, & in Carmeli Armamentario R P Francisci Bonæ Spei valde luculenter, & inde tomo præcedenti Synopsi 2. & etiam 3. (d)

(d) vid. To. præced. num 1406. & seq. & 1461. ac seq.

CAPVT III.

Cultus S. ELIÆ in Ecclesia Orientali & Occidentali antiquissimus: Ecclesiæ, Sacella, Altaria, Monasteria ei dicata.

§. 1. *Cultus Sanctorum solemnis, & publicus S. ELIÆ post ejus raptum semper exhibitus.*

S. ELIAS canonizatus à Deo,

2049. QUòd magnus Propheta ELIAS à Deo ipso canonizatus sit, ex Cardinale Bellarmino, Gaspare Sanctio, & aliis, traditum est hìc suprà in vita ipsius S. P. ELIÆ, (e) atque ita jure meritò à fidelibus còli, & invocari potest. Quòd autem cultus Sanctorum ei exhibitus fuerit in veteri Lege, mox à suo raptu, & deinceps semper, tam in Ecclesia Græca, quàm Latina, declaratum est etiam ibidem. Propterea tamquam Sanctus insertus est Martyrologiis: & quidem antiquissimo Martyrologio Ægyptio ad diem 6. mensis Tubæ, verbis in Latinum traductis relatis hìc suprà Columna V. De illo Martyrologio plura videri poterunt apud Lezana (f). Martyrologia etiam alia audivimus jam ante (g). Cardinalis Baronius, ad ista Martyrologii Romani verba: *In monte Carmelo sancti ELIÆ Prophetæ*, annotat: *Agunt & Graci de eodem hâc die in Menologio; sicque colunt, ut abstineant à servilibus operibus, ut apparet ex Emmanuelis Imperatoris constitutione apud Theodorum Balsomonem. Præter ea, quæ in divinis scripturis de ELIA leguntur Iosephus etiam de eo scribit lib. 8. Antiquit. c. 7. & sequentibus. Epiphanius de vita & interit. proph. c. 5. & Metaphrastes, quem recitat Lipomanus tom. 6. & Surius Tom. 4. De ade ELIÆ nomine*, DOMINICUM, *nuncupata, extat epigramma S. Gregorii Nazianzeni. Rursus autem de templo ELIÆ per Basilium Imp. restituto, meminit Cedrenus in comp. hist. in Basilio.* Hactenùs Baronius: Idem Cardinalis *in Annalibus, ad annum Christi 1166.* de eodem Imperatore Emmanuele, seu Manuele ista scribit: *Hoc eodem anno ab Imperatore Manuele promulgata est constitutio de Feriis*, (seu diebus) *feriatis, quibus ex parte vacationem tribunal habet*; inter quos dies feriatos refertur: *Iulii XX. ad ELIÆ Vatis honorem.*

(e) parte 3. vitæ S. P. ELIÆ c. 5. num. 159.

cultus Sanctorum honoratus in Lege veteri, & nova:

(f) Tom 1. Annal. in Appar. c. 5. num. 1.

(g) hìc sup. n. 2000.

Græci festum ejus solemne habent, abstinentes ab operibus servilibus:

olim magna in veneratione apud Imperatores,

2050. Ex istis habetur, quòd jam olim solemni Festô cultus fuerit S. ELIAS, quodque ad eum magna valdèque celebris fuerit devotio, & veneratio, etiam apud Imperatores. Imperavit autem præfatus Emmanuel (cujus constitutio *ab operibus servilibus abstinendum* decernebat, sive tribunalis præcipiebat cessationem, saltem ex parte (*die* XX. *Iulii*) anno Christi millesimo centesimo quadragesimo tertio, & triginta octo sequentibus Imperator Orientis, Constantinopoli residens. Ista ejus constitutio inserta est à Theodoro Balsomone, in suo Momocanone. Prædictus autem Imperator Basilius, S. Prophetæ ELIÆ devotissimus clavum Imperii tenuit anno Christi 885. nec tantum in uno loco, sed etiam alibi in honorem S. ELIÆ templa æ lificavit. Ita idem Baronius in Annalibus ad dictum annum 885. ex Curopalate refert his verbis: *Templum Prophetæ ELIÆ ad Pitium splendidè renovavit, novumque construxit in Aula Regia in nomen Domini* JESV *Christi, & Principis Apostolorum, & ELIÆ Prophetæ.* Pergit infrà: *Multa alia Templa sacra in Palatio ædificanda curavit in nomen ELIÆ Prophetæ.* Luitprandus quoque in libro suæ legationis refert, se, invitatum ab Imperatore Nicephoro, interfuisse Constantinopoli solennissimo festo S. ELIÆ incredibili pompâ, spectaculis, & jubilô celebratæ. Simeon Metaphrastes qui ab hinc annis ferè octingentis claruit, in libro, seu Commentario *de vita, & gestis S. ELIÆ*, ejus festivitatem solemnem fuisse suis temporibus testatur his verbis: *Maximè cùm sit ejus dies, quem jam celebramus, & quem anniversariis laudibus honoramus.* Ita quoque in Surio ad diem XX. Julii. Cum Imperatoribus etiam Imperatrix S. Helena meritò hìc comparet, quæ in monte Carmelo, seu in Promontorio Carmeli, ut habet Adrichomius *in Theatro Terræ sanctæ, in tribu Isachar n. 21.* Ecclesiam in honorem S. ELIÆ construi curavit, prout nostri perhibent Annales.

festum ejus solemnizantes, & templa illi construentes.

Imperatrix quoque S. Helena ad honorem S. ELIÆ Ecclesiam in Carmelo ædificari fecit.

2051. Antiquissimum usum invocandi S. ELIAM, & solemnizandi festum ejus P. Lezana in erudito opere: *Consulta varia* in *Consulto* 3. luculenter demonstrat: quæ etiam confirmantur ex prælatis Baroniis ad Marty-

Digitized by Google

XX. Julii.

Martyrologium Romanum, & ex Metaphraste hîc suprà (a). Quinimò multis retrò seculis inter veteres Christianos usu receptum fuisse, constat ex eo, quòd S. Joannes Chrysostomus, qui circà annum Domini 400. floruisse noscitur, homilias, conciones, seu sermones tres de S. Elia scripserit, ut ex primo tomo operum ejusdem Chrysostomi habetur: harum enim homiliarum, seu concionum declamatio fiebat in Sanctorum solemniis, quæ populus ritu annuo celebrabat. Porrò ex officiis in honorem S. Eliæ, precibus, hymnis, & orationibus, Missarum solemniis &c. perspicuè demonstratur, non Eliæ raptum, sed ipsum raptum Eliam, ejusque festum ab Ecclesia tum Græca, tum Latina celebrari. Ex eo autem quòd ipsi ab Ecclesia Officium dicatum sit, manifestè colligitur, ipsum à fidelibus invocari posse, constat ex fine ab Ecclesia intento, dum Officia, & festa Divorum instituit: is enim alius non est, nisi quem S. Bernardus *in sermone quodam* dixit, scilicet, *ut quorum delectamur præconiis, eorum sublevemur patrociniis*: & Rabanus: *Ut per temporalia festa, quæ gerimus, eorum meritis intervenientibus, ad æterna gaudia pervenire valeamus.* Ex quo sanè convincitur, Ecclesiam, quæ ipsi officium concessit, eô ipsô posse invocari à fidelibus, declarasse. Idem esto judicium de Missis ipsius S. Eliæ, quarum plures extant in nostri Ordinis Missalibus ab Ecclesia approbatis; & aliis antiquioribus secundùm ritum Jerosolymitanæ Ecclesiæ. Ita idem Lezana to. 1. Annalium(b) qui & in præfato Consulto 3. ex Menologio Græcorum hos versus ex hymno adducit:

(a) n. 77. in fine.

(b) ad an. mundi 3193.

Propheta Christi præco
Tu nunquam à Sede majestatis abjungeris.
Et singulis agrotantibus semper ades.

In Ecclesiis fundens pro omnibus preces
Orbi terrarum beneficia tribuis
Et laudibus ubique celebraris.

Et ibidem sub finem apponit hymnum venerabilis auctoritatis ex Sclavonico in Latinum traductum, in quo hæc inter cætera:

O Deifer, aperi os ignorantiæ linguæ.
O sanctissime, vox fuisti verbi. Propterea voces nostras ad te directas suscipe Propheta Elia *liberans nos à malis intercessione tuâ.*

2052. Quomodò S. Elias cognoscat ea quæ geruntur in hoc mundo, peculiariter preces, & invocationes ad ipsum directas (videlicet per Dei, & Angelorum revelationes, illustrationes, ac colloquia, quibus in eo felicitatis statu fruitur) explicatum est in vitâ ejus parte 3. cap. 5. (c). Quòd autem noverit ea, quæ geruntur in terra, & curam fidelium habeat, constat ex literis, post raptum suum è Paradiso missis ad Joram Regem, de quibus Paralipomenon cap. 21. versu 12. ubi ista: *Allata autem sunt ei litera ab* Elia Propheta: in quem locum ista notat Cornelius à Lapide: *Scripsit autem ex Paradiso, ut magis percelleret impium Joram, & converteret, utque ostenderet, quantam ipse, & Sancti, etiam post hanc vitam, hominum, fidelium præsertim, habeant curam.* Quòd autem peculiariter noverit preces, & vota illi facta, & sibi devotis à Deo gratias & beneficia obtineat, habetur ex eo quod contigit S. Patritio, qui ipsum in dæmonis infestatione invocans, mox exauditus fuit, sicut audivimus hîc suprà (a) ubi etiam de aliis piè ipsum invocantibus, & petitionis suæ effectum consecutis; propterea variis locis templa, sacella, altaria, monasteria ipsi dicata fuerunt, sicut jam audire cœpimus, & mòx de aliis pluribus audiemus.

(c) hîc supra num. 161.

(a) n. 166.

2053. Scrupulus fortè quempiam movebit, non colendum S. P. Eliam in novo Testamento, cum sit veteris; sed is haud difficulter tollitur ex iis, quæ de Machabæis scribit Cardinalis Baronius (b) *Vetus quidem hujusmodi celebritas est, quam majores propensiori studio coluerunt, ut testantur complures sanctorum Patrum orationes*, quas refert, & agit de *magnificentia Festivitatis* eorum. Ita quoque olim in Breviario Carmelitano, juxta usum antiquum Dominici Sepulchri fuerunt Officia propria de SS. Patriarchis Abrahã, Isaac, Jacob, & aliis veteris Testamenti Sanctis. Præterea S. P. Elias non fuit sub lege, ut scribit Cassianus hîc suprà relatus, sed *illam superavit*; observantiâ Evangelicorum consiliorum, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ: & Evangelicæ Legis erit Apostolus, Doctor, Martyr, & secundus Christi Præcursor. Propterea in nova Lege, variis in locis dicata illi fuêre templa, & altaria. Hinc in Decreto generali sacræ Inquisitionis in Hispania anno 1639. (cujus mentio fuit hîc suprà Columnâ V.) absolutè approbavit hanc propositionem: *Sanctus Propheta ELIAS magis pertinet ad Legem gratiæ, quàm ad Legem scriptam: & quòd in toto rigore est Sanctus novi Testamenti*: dumtaxat judicarunt, non apponendum: *& non veteris.* Nec etiam cultui, aut Officio canonico obest, quòd adhuc in vitâ superstes sit. Nam translatio illius in Paradisum, separatio à communi hominum consortio, vitæque incorruptio, eum facit quasi civiliter, moraliter, & politicè mortuum, seu defunctum. Ut optimè Abulensis 4. Reg. 2. quæst. 24. de ipso, & Enoch, dixerit: *ELIAS, & Enoch assumpti sunt ad statum tàm perfectum, ut jam potius sint cœlestes, quam humani viri.* Et Jacobus Salianus 4. tom. Annal. circa annum mundi 3139. ista de ipso *ELIA*: *Abiit ab hominibus, & quamvis sine morte, perindè tamen fuit tàm suis, quàm alienis, ac si jam vitam sicut cæteri, cum morte commutasset.* Ita P. Lezana in Opere: *Consultæ variæ* (c) ubi aliorum testimoniis id ipsum confirmat.

(b) ad Martyrol. Rom. 1. August.

(c) Consulto 3. n. 130.

§. 2. Ra-

XX. JULII.

§. 2. *Rationes, seu jus solemnizandi festum S. P. N. ELIÆ in Carmeli Ordine.*

S.P. ELIAS quo jure solemniter colatur in Carmeli Ordine,

2054. EX jam dictis satis constat, de antiquissimo cultu exhibito S. P. ELIÆ; & ex anterioribus, de ejusdem Patriarchatu in hoc Ordine: de cultu plura videri poterunt in erudito opere *Consulta varia*, per Ven. P. Lezana, *Consulto* 3. per totum, ubi, sub initium, ista: *Quia boni zelatores rationem petunt fidei, quâ hucusque* ELIANUM *festum canonicis precibus celebravimus, totique Ecclesia ELIAM invocandum egimus, rationem reddere fas est*; HONOR *enim* REGIS JUDICIUM DILIGIT. Immediatè sequitur: RESPONSIO. *Dicimus, quòd antiqua est, & venerabilis, sapiusque confirmata facultas à Sede Apostolica, factâ Patribus Carmelitanis, recitandi Officium sancti Prophetæ* ELIÆ, *prout ex Breviariis, quinternis, & aliis antiquis monumentis Religionis constare poterit.* Ibi consequenter adferuntur Summorum Pontificum variæ concessiones, & Congregationis Sacr. Rituum approbationes Officii S. ELIÆ nec non Missæ propriæ, ex antiquis Missalibus. Ista, & alia, quibus hæc nostra non sufficiunt, videri ibi poterunt. Tandem anno 1630. occasione cujusdam controversiæ circa Officium S. ELIÆ, rursùs Decretum prodiit, Romæ pro officio illo, ad me missum per R. P. Seraphinum à Jesu Maria Ordinis nostri, Provincialem Scotiæ, scribentem his terminis: *Decretum pro Officio S. P. N. ELIÆ, datum in Congregatione S. Officii sic sonat*: [*Officium S. ELIÆ permittitur Fratribus Carmelitanis; quod ipsis oretenùs significabitur. Datum* 11. *Septembris* 1630.] *Sunt multa circumstantiæ notabiles, & observatione dignæ.* Ita ille in literis Romæ datis anno 1673. die 4. Martii. Circumstantiæ autem, ex relatione antiquiorum Patrum ab annis plurimis Romæ in Conventu S. Mariæ Transpontinæ commorantium, & attestatione R. P. Jacobi Emans S. Theologiæ Doctoris, etiam Romæ annis aliquot Assistentis Generalis Reverendissimi P. Generalis, sunt istæ (compendiosè hìc traditæ.)

Casus notabilis,

Cùm nonnulli controversiam movissent circà Officium S. ELIÆ, ea ad Sacram Congregationem traducta fuit. Pridiè ejus diei, quò in sacra Congregatione de negotio illo tractandum erat præcipuus opponens magnis fuit subitò afflictus doloribus intestinorum: hinc ei incidit cogitatio, an non in pœnam, seu monitionem cruciatus illi immissi. In ea opinione magis confirmatus fuit, quòd eâ die aperiens sacra Biblia, primùm in ejus oculos occurrerent illa sacri Textûs verba, S. ELIÆ, sic Deum alloquentis: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum &c.* Post notabilem temporis moram, rursùs aperiens Biblia, incidit in Epistolam S. ELIÆ è paradiso missam, de qua 2. *Paralipomenon* 21. (a) Utriusque loci factâ collatione, & perpenso eventu, vir ille, magnæ auctoritatis, & eximiæ eruditionis, pariter & pietatis, propositum, anteà ex pio zelo conceptum, agendi contra istud Officium, mutavit; cœpitque mox convalescere; sic, ut die destinatâ se conferre potuerit ad Sacram Congregationem, ubi efficaciter egit, pro continuando Officio S. ELIÆ, illi deinceps singulariter devotus. De cultu SANCTO ELIÆ jure meritoque impendendo, ex jam sequentibus confirmatio accedet.

circa officium S. ELIÆ.

(a) *vide hic supra in vita S. ELIÆ part. 3. cap. 6 num. 162.*

2055. ANNOT. Attentis jam dictis, nec non *cap. 5 partis 5. vitæ* S. P. *ELIÆ* hìc suprà (a) atque etiam illis, quæ jam sequuntur; an non mirum est, quosdam, etiam eruditos, dubitasse, an umquam alicubi cultum publicum habuerit S. P. ELIAS, nisi in Ordine Carmelitano; & quo fundamento in eo colatur. Contigit ante annos aliquot (præsente eo, qui hæc scribit) in consortio virorum eximiæ doctrinæ, moveri & agitari seriò quæstionem: *Quo jure Carmelita Officio canonico* colant S. ELIAM, & ejus festum solemniter celebrem. Postulato, & exhibito Martyrologio Romano, cum Cardinalis Baronii Annotationibus, & inde ad XX. Julii, ad ista verba: *In monte Carmelo* S *ELIÆ Prophetæ*, lectis istis (sub initium præced. §. relatis) ex Baronii Notationibus: *Agunt & Græci de eodem hâc die in Menologio, sicque colunt, ut abstineant à* servilibus operibus &c. mox omnes conticuerunt, & deindè ad alia sermonem converterunt. (a) n. 158. & seq.

§. 3. *Sacella, Ecclesiæ, & Monasteria in variis regionibus dicata S. Prophetæ ELIÆ.*

Oratorium olim & Templum in Carmelo, dicatum S. P. ELIÆ.

2056. DE templo in Carmelo, & Oratorio pridem ante in Carmelo, ab ipsomet S. ELIA primitùs inchoato, & deindè post ejus raptum illi dedicato, meminerunt plures inter illustres Scriptores: & quidem Cornelius à Lapide in cap. 18. libri 3. Regum, ad versum 42. *Nicephorus libro* 8. *cap.* 3. *asserit, Helenam magni Constantini matrem in Carmelo templum ædificasse* ELIÆ *Prophetæ. Sanè tempore* ELIÆ *& Elisei in Carmelo fuisse Oratorium, vel Synagogam, ad quam festis diebus populus conveniret, tum orationis causâ, tum ut* ELIAM, *Eliseum, & similes concionatores audiret, satis significatur lib.* 4. *Reg.* 4. 23. *itaque ibidem docent Lyranus, Abulensis, & alii.* Illud autem oratorium in Carmelo, nuncupatum Semnion, aut Dominicum (ut Gregorius Nazianzenus, & Baronius, verbis jam ante adductis appellant) primitùs fuisse constructum ab ipso ELIA, tradit vetustus Pater Ioan. Jerosolymit. Antistes, libro de Institutione primorum Monachorum cap. 19. his verbis: *ELIAS in monte isto nedum habitare elegit; verùm etiam domum orationi consecratam, appellatam* SEMNION, *in eò ædificavit, qua ideò* SEMNION *dicta fuit, quoniam* ELIAS, *& ejus discipuli de eorum tabernaculis, & speluncis egredientes ad domum illam honestè tribus vicibus quotidiè conveniebant: non quidem ad refectionem corporalem, vel aliqua corporis ministeria peragenda; sed ad Creatorem omnium litaniis & orationibus suppliciter placandum.*

2057. Istius in Carmelo Oratorii seu Templi meminit quoque Jamblicus Chalcedonensis Philosophus in vita Pythagoræ

cap. 3.

Digitized by Google

XX. Julii.

cap. 3. ubi hæc : *Ab Ægyptiisque quibusdam nautis opportunissimè in littora, quæ subsunt Carmelo, montis Phœniciæ, appellentibus, transvectus fuit Pythagoras : ubi solus in templo, ut plurimum, degebat.* Illud templum fuisse in ipso Carmeli monte patet ex mox sequentibus : *Iam tum descendens à summis extimuquè Carmeli collu &c. Hic mons multis inaccessus erat.* De illo Oratorio postmodum S. Eliæ dedicato Gilbertus Genebrardus in Chronographia libro primo ad an. mundi 3284. scribens de Elia & oratorio illi dedicato (Semnion, seu Seunion dicto) ac Oraculo, quod in eo vigebat, hæc habet ; *Et* (scilicet Eliæ) *post mortem* (intellige post raptum) *Synagoga, sive Sacellum in Carmelo monte, vulgato ipsius habitaculo, dicatum est, in quo vigebat Oraculum, de quo Suetonius in Vespasiano cap. 5. Apud Iudæam Carmeli Dei Oraculum consulentem Vespasianum ita confirmavêre sortes, ut quidquid cogitaret, polliceretur.* Verba Suetonii, & Cornelii Taciti, & aliorum de Oraculo in Oratorio Eliæ vigente, habes hic supra (a). Istius Oratorii Eliæ dicati sic quoque meminisse videtur Balbinus vir celebris in Epistola ad Hadrianum Imperatorem : *Mons est nomine Carmelus : in quo vetus Religio, & sanctitas antiqua est : ELIAS illic sacrificia semper offerebat : apparent etiam & nunc vestigia de ara Sacrificiorum.* De isto Balbino, qualis fuerit, scribitur in vita S. Telesphori Papæ apud Bollandum, & Henschenium tomo 1. Januarii, ad diem 5. ejusdem mensis, (b) & etiam hic supra (c). Christianorum, & Ethnicorum testimoniis conformia scribit Beniaminus Tudelensis Judæus, *in Itinerario*, in quo, ubi de Carmelo, ista ad propositum : *Littori maris*, inquit, *ex latere uno* (occiduo) *mons Carmeli imminet ; ad montisque radices Israelitarum quamplurimorum sepulchra sunt*, (utiq; eorum, qui illic habitabant Religiosi, ac Prophetæ, inquit Salianus *d*) *inque ipso monte, ELIÆ Prophetæ antrum visitur, juxtà quod Christiani sacellū construxerunt, S. Eliæ dictum.*

(a) n. 802.

(b) pag 237 n. 3. & 4.

(c) nu. 802. & 804.

(d) ad an. mundi 3127. n. 28.

2058. Rocchus Pirrus Abbas Netinus Historiographus Regius in libro 4 Siciliæ sacræ, impresso Panormi anno 1637. Notitiâ octavâ pag. 66. hæc habet : S. Eliæ Ebuli, *seu* de Ambula (cujus Monasterii Abbas extitit ipse Rocchus Pirrus, an. 1621. Philippo IV. Rege offerente, & Urbano VIII. confirmante : atque ita ista notissima fuere ipsi : sic autem scribit :) *Hujus templi, atque Basiliani Cœnobii prima in nostra insula fundamenta anno salutis circiter 1080. iecit Rogerius ille tàm vehementis spiritûs, quô bellacior nemo, quo pietate præstantior nullus, primus Siciliæ magnus Comes ; cum eâ nondum totâ potitus esset, de expugnanda vetustissima Troyna Urbe, naturâ, & arte munita, atque Græcis Christi cultoribus Saracenorum tempore promiscuè culta consulit. Eo quidem in eminentiori loco, inter nemora, ad Septentrionem, ab urbe quinque millibus passuum dissito, ubi in nocte* D. Elias Propheta, *stricto gladio, contra hostes apparuerat, convocatis militibus, & incolis Christianis annuenti-*

S. P. ELIAS in Sicilia circa an. Chr. 1080. stricto gladio apparet contra Saracenos :

de quibus Christiani triumphant :

bus, post paucorum dierum obsidionem, & Barbaros, & Troynam suo subjecit imperio. Quare ad gestientis animi de felici rerum eventu lætitiam effundendam, ac debitas Sancto gratias agendas, statim sub titulo ejusdem S. Eliæ Ebuli, *Græcè,* De Ambula (*Latinè, id est,* boni consilii,) *sacras extruxit ædes, easque viris vel ex urbe, vel vicatim per nemora, eremitico more, sub D. Basilii disciplina degentibus, collectis, elargitus est.* Hæc ille : in diplomate, seu literis fundationis istius Monasterii frequens est mentio *fluminis S. Eliæ*, nec non *petræ*, & *viæ S. Eliæ* : nemora etiam isti Monasterio à Rogerio donata, vocatæ fuerunt *foresta* S. Eliæ. Idem Auctor in dicto opere, *Sicilia sacra*, libro 3. Notitiâ 2. quæ est *Ecclesiæ Syracusanæ*, sub titulo *Netum*, ista habet : *Non est prætermittenda una* (Ecclesia) *S. Eliæ, quæ superbâ, & venustâ mole, quamvis exiguo sub loco, nulli in Sicilia cedit : immanibus enim, eisdemque quadratis saxis fundata est : fama est à primis Insulæ hujus colonis, ut illinc Pachyni littora prospicerent, super impositis sine cæmento saxis ædificata. In lapide inciſum hoc dystichon legitur :*

Quæ fuerat quondam moles operosa gigantum,
Cœptus in hac vivus ELIAS ede colit.

ideo templum, & monasterium ipsi dedicantur,

Ecclesia alia S. Eliæ dicata in Sicilia,

2059. Ecclesias alias sub nomine S. Eliæ Prophetæ, in diversis regionibus, refert P. Lezana, in Opere *Consultæ variæ*, Consulto 3. Ibidem annotat, nonnullas peculiariter ei dicatas ad pluviam impetrandam. Igitur ibi hæc ad propositum : [Alia quoque templa in Eliæ honorem dicata fuisse pro certo est ; cum & Iranensis Archiepiscopalis Ecclesia in Apulia sub Eliæ nomine insignis extet, & apud Litium ejusdem Apuliæ civitatem ad quatuor milliaria Ecclesiam aliam Eliæ Sancto erectam ex fide digno, relatu acceptū sit. Quin ad hanc Elianam domum populum ariditate terræ sauciū, pluviā postulantem accedere solitum, non sine fructu Propheticæ intercessionis ab illius Regionis incolis haud ignoratur. Quod idem asseritur de terra Cryptalearum in eadem Provincia propter similem Ecclesiam eidem magno Eliæ dicatam.] Rationem istius peculiaris devotionis adfert ibi consequenter, tandemque concludit istis S. Chrysost. serm. 2. de Elia verbis : *Clavis cœli sit sermo ELIÆ, jubet, & clauditur cœlum, orat postmodùm & aperitur.* Plura ex eodem S. Chrysost. de efficacia patrocinii S. Eliæ vide hîc sup. *part. 1. cap. 2.* vitæ ejus. Ad idem intentum Gabriel à S. Vincentio in libro Romæ approbato, & excuso an. 1658. de gratia, justificatione, & merito, tractatu 3. quæst. 5. cùm ostendisset jam olim templa, & altaria fuisse erecta, & dicata S. P. Eliæ, refert memorabilem Ecclesiæ constructionem in Italia ad honorem S. Eliæ, ob pluviam ejus meritis obtentam, ad quam deinceps tempore siccitatis, indictis supplicationibus, ut plurimū desiderata pluvia impetratur. Etiam apud Hebræos in usu fuisse, tempore siccitatis, & sterilitatis invocare S. Eliam refert Marchantius in horto pastorum l. 2. tract. 1. propos. 2. Solebant

Ecclesia ei dicata pro pluvia impetranda,

in Apulia,

& alia alibi :

Digitized by Google

Hebræi juxta diversas afflictiones diversorũ Sanctorum quærere intercessiones. Contra ignis incendium Danielem: contra pluviæ inundantiam Noë: pro captivitate avertenda Judith: pro siccitate & sterilitate Elisæum solebant invocare & ELIAM, &c. De Monasterio in honorẽ S. ELIÆ in Monte Thabor agit Beda, scribens de locis sanctis.

2060. Alibi etiam variis in locis antiquitùs monasteria S. P. ELIÆ dicata, & sacrata fuisse, habetur ex Actis Conciliorum generalium, & Ecclesiasticis historiis: in Concilio Constantinopol. habito an. 536. Actione 5. legitur: *Babilas Presbyter, & Archimandrita Monasterii nominati sanctæ memoriæ ELIÆ, subscripsi*: in eodem Concilio, & in aliis, aliorum leguntur subscriptiones Archimandritarum Monasteriorum dedicatorum S. ELIÆ. Extat Romanis typis an. 1601. edita historia monasterii Corbonensis, seu S. ELIÆ *de Corbono*, Ord. S. Basilii in Lucania, regni Neapolis provincia, Auctore Paulo Æmilio Sanctorio, qui Archiepisc. Urbinas obiit. *Sacratum est* (ait Auctor fol. 11.) *Sancto magno* P. ELIÆ. De templo S. ELIÆ in monte Horeb videri poterit Bellonius (a) & etiam hîc suprà ad diem XIV. Jan. (b) De monasterio, & Ecclesia S. ELIÆ inter Jerusalem, & Bethleem scribit Franc. Quaresmius, in Elucidatione Terræ S. (c), ubi ista: *Non longè à cisterna triũ Regum, in medio viæ Bethleem, est obvius locus parùm montosus memorandaq; rupes; in qua quiescentis hominis effigies velut in molli cera impressa cernitur, quam esse S. ELIÆ Prophetæ autumant hujus regionis incolæ. Inquiunt enim hunc sanctum Prophetã hâc transeuntem inibi dormivisse, & sui corporis effigiem in ea miraculosè impressam reliquisse & hâc ratione esse locus* S. ELIAS *nominatur . . . Non longè à via ad lævam partem, è regione hujus rupis est non ignobile monasterium, & templum Græcorum nomine* S. ELIÆ *nuncupatum. Quare verò sic appellatum sit, non omnium eadem est sententia.* Recensitis variis sententiis, cur Ecclesia ibi constructa fuerit S. P. ELIÆ, suã hanc subiicit: *Quod verò similius arbitror, quoniam à piis fidelibus, ob singularem erga illum Prophetam pietatem ac devotionem, Ecclesia illa fuit ejus nomini dicata . . . Bonifacius lib. 2. de Perenni cultu Terræ S. agens de hac via Bethleemitica, sequentia scripsit: secutus harum partium traditionẽs: Ad lævam est Ecclesia S. ELIÆ; & forma corporis ejus lapidi impressa, nobis cernentibus monstratur non longè ab ea.* Hæc ibidem Quaresmius Inferius (d) agens de sacro monte Horeb, scribit, etiam ibi esse *Sacellum* S. ELIÆ: alii *templum* nuncupant, sicut jam ante audivimus. De Capella S. ELIÆ haud longè à Hierosolyma, ista refert Rogerius in Annalibus Anglorum ad ann. Chr. 1192. *Rex* (Angliæ Richardus) *cum quibusdam fecit equitationem antè Hierosolymam, & perrexit indè ad Capellam S. ELIÆ, quæ distat ab Hierosolymis per tres leucas, & invenit ibi crucem quandam de ligno Domini, figillatam infra murum Capellæ, quæ vocabatur Crux Syriorum.* Ex jam dictis habetur, communissimum in Ecclesia Dei fuisse, ut S. ELIÆ Prophetæ Templa, Sacella, & Capellæ ac Monasteria dedicarentur. Inter Monasteria S. P. N. ELIÆ nuncupata, celebre est in Belgio Mechliniæ (ubi Sedes est Archiepiscopi, cui subsunt etiam Bruxella, Lovanium, & aliæ civitates aliquot Brabantiæ, & Flandriæ) Notabile id est, quod an. Chr. 1580. (quo hæretici, Duce Templio seu Tempelio, Anglo, cum Anglis aliis, Mechliniam vi aggressi, occuparunt) contigit, scripto traditum à Ludovico Canitello Patritio Cremonensi, *in Annalibus suæ patriæ* fol. 402. his verbis, ex Italico in Latinum traductis: *An.* 1580. *Captâ Mechliniâ civitate Belgii, in ea constituti sunt Angli milites præsidiarii, qui multas impietates adversùs Catholicos, & maximè Religiosos exercuerunt. Qui cum tentarent ingredi templum S. Celsi Carmelitarum, ut illud spoliarent, apparuit ipsis brachium extensum districto gladio, illos terrificans: quo viso, discesserunt, & Patres illos reliquerunt liberos:*

Monasteria, & Templa alia ei dicata,

in variis regionibus,

(a) lib. 2. c. 63.

(b) n. 389.

(c) lib. 6. cap. 8. peregr. 1.

(d) To. 2. lib. 8. c. 2. peregr. 5.

Mechliniæ monasterium S. ELIÆ:

apparitio ibi terrificans hæreticos impios,

§. 4. *S. Patritius à gravi Sathanæ oppressione liberatus: meritis S. ELIÆ pestis subitò extincta in variis locis regni Neapolitani; ideo electus Protector civitatis Capuæ.*

2061. QUantùm ad Ecclesias olim S. P. ELIÆ dicatas, fuit quoq; illa in Italia, in Neapolitano Regno, cujus mentio fuit hîc sup. in vita ipsius S. P. ELIÆ (a) videlicet in terra De-Sperone, Diœcesis Nolanæ: quæ S. ELIÆ Ecclesia, quondam Parochialis, successu temporis quasi derelicta, & ex parte collapsa, occasione apparitionis S. ELIÆ Pastori istius loci, ei mandantis: *Curam habeto Ecclesiæ meæ*, & ratione pestis tunc per oleum lampadis appensæ ante imaginem S. ELIÆ, & ad ejus invocationem mirabiliter cessantis (cùm tunc sæviter ibi grassaretur, & plurimos passim subitò abripiens, spectaculum doloris præberet) curâ R. D. Joannis Fellechiæ Decani Ecclesiæ Cathedralis Nolanæ instaurata fuit. Tantæ autem isthic tunc oblatæ fuerunt eleëmosynæ, ut ipse Dominus Decanus exindè istam Ecclesiam fecerit reædificari, ac magnificè exornari: insuper & terras emit adjacentes, constituitque sex Capellanias pro sex Sacerdotibus.

(a) n. 168.

S. ELIÆ Ecclesia parochialis apud Nolã:

S. ELIAS apparens jubet eam instaurari:

ad ejus invocationem ibi pestis sævè grassans mirabiliter extinguitur.

2062. Dum ista etiam per urbes vicinas circumferuntur, Capuæ RR. DD. Canonici Ecclesiæ Cathedralis, & cæterarum Ecclesiarũ Collegiatarum Sacerdotes, nec non ejusdem urbis Senatus, elegerunt S. P. ELIAM in Patronum & Protectorem suæ Civitatis sicut etiam dicto loco vitæ S. ELIÆ *parte 3. cap. 6.* commemoratum est; & hîc aliquantò pleniùs narrandum videtur, ex Actis solemniter transactis Nolæ, quorum aliqua inserta sunt Vineæ Carmeli (b) Capituli quidem Ecclesiæ Cathedralis Capuanæ acceptatio in Patronum est tenoris, ut sequitur: *Fidem facio, atque testatum volo ego Ioannes Vincentius Boventius, Ecclesiæ Cathedralis urbis Capuæ Canonicus, & ejusdem Capituli à secretis, me, cùm librũ capitularium conclusionum pervolvissem, inter cætera, fol. 126. hæc observasse:* [*Cum jam Canonici tertio*

Capuæ à DD. Canonicis, & Senatu eligitur Protector S. ELIÆ:

(b) nu. 256. & seq.

Nonas

Digitized by Google

XX. Julii.

Nonis Augusti proximi elapsi anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi sexti, post Vesperas, in loco, ubi de rebus capitularibus agere consueverunt, essent de more ad sonitum campanæ congregati, & ad eos ejusdem Urbis viros ex ordine Senatorio amplissimos accessisse Ioannem Baptistam Novellonium, & Hiacinthum Scaranum: qui exposuerunt, unanimi consensu Capuani Senatûs susceptam esse protectionem Sanctissimi Prophetæ ELIÆ, qui Urbem fœdissimâ peste liberaret, idemque efflagitabant, ut Canonici concluderent: qui justissima inhærentes petitioni, & ejusdem Prophetæ enixè implorantes opem, eum in numerum Cathedralis Ecclesiæ Protectorum cooptârunt.] Quod, quia verum, ac certum est, me hîc subscripsi, ac consueto signavi sigillo quarto Idus Maias 1657. Ego Ioannes Vincentius Boventius Canonicus, & à secretis fidem facio, ut suprà. Sigillatum in pane albo, in quo impressa sunt hæc verba: Capitulum Capuanum.

2063. Electio autem in Patronum & Protectorem civitatis ipsius Capuæ qualiter facta fuerit, etiam ex publicis actis habetur, quæ quia prolixa sunt, ex illis sufficient hîc pauca. *Testor ego Notarius Cæsar Sapone de Capua, qualiter inter cætera contenta in publico Actu, edito manu mea sub die 27. mensis Ianuarii 1657. adsunt infra scripta; qualiter prædictâ die, ad requisitionem nobis factam per Illustrissimos Dominos Ioannem Bernardinum pellegrino, Pompeium Frappiero, Laurentium Vecchi, Paulum Manna, & Iosephum dell Honofrio, quinque ex sex electis ad regimen & gubernationem fidelissimæ civitatis Capuæ, cum intervêntu Domini Iacinti Scarano Ordinarii Syndici dictæ civitatis, agentes ad infra scripta omnia, & pro seipsis quibus supra dicta nominibus, ac pro dicta fidelissima civitate Capuæ, & ejus parte, & successoribus in ea in perpetuum. Nos ad hoc sacrum templum gloriosæ Virginis Mariæ de Carmelo, Conventus RR. PP. Carmelitarum hujus fidelissimæ civitatis Capuæ, magnâ civium copiâ comitati, contulimus; & dum ibidem essemus, fusis ante omnia precibus SS. Eucharistiæ Sacramento, & dictæ SS. Virgini, ac S. Patriarchæ & Prophetæ ELIÆ, & in ejus altari re sacrâ peractâ, cum harmonico concentu, dicti Illustrissimi Domini electi, & Syndicus asseruerunt infra-scripta . . . Qualiter . . . intercessione S. Patriarchæ & Prophetæ quamplures personas simili morbo (peste) laborantes, sanitati restitutas fuisse viderunt & audierunt, non solum in multis Regni hujus civitatibus, terris & oppidis, verùm etiam in hac fidelissima civitate, ungentes se oleo ejus lampadis, & ejus sanctum nomen invocantes. Quapropter &c. ut perpetuò in futurum dictus gloriosus sanctus Patriarcha & Prophetæ ELIAS à dicta fidelissima civitate, totoque illius populo veneretur & honoretur tamquam suus particularis Protector & Defensor, ut alii glorioſi prænominati sancti Protectores; dicti Illustrissimi Domini Electi die 20. mensis Iulii sanctæ Festivitatis dicti sancti Protectoris, qua annis singulis solemniter celebrabitur in hoc sacro templo ab ipsis RR. PP. ipsos & successores suos interesse promiserunt, & in signum dictæ sanctæ protectionis planetam cum insignibus dictæ civitatis illi dono præsentare, sperantes dicti Illustrissimi Domini Electi protectionem Sanctorum Protectorum hujus fidelissimæ civitatis, & præsertim dicti S. Patriarchæ & Prophetæ ELIÆ, semper civitati prædictæ profuturam esse, . . . imò dictum sanctum Patriarcham & Prophetam Protectorem suo invincibili gladio civitatem ipsam contra hostes visibiles, & invisibiles defensurum.* Et ista ex apographis authenticis, factis, signatis, & sigillatis Capuæ: indeque Romam, & Româ in Belgium missis, desumpta sunt verbotenus (a). De apparitione S. Eliæ, & profligatione pestis meritis ipsius, plura videantur hîc suprà in ejus vita parte 3. cap. 6. (b) In solemnitate illa electionis S. Eliæ in Patronum, seu Protectorem civitatis Capuæ varia fuêre appensa Epigrammata, & Anagrammata, ac Elogia: è quibus etiam nonnulla edita sunt in Vinea Carmeli(c): en (præter istud quod præcessit, hîc suprà d) specimen aliquod.

(a) ita testor Fr. Daniel a Virg. M.

(b) n. 168. & 169. & 171.

(c) n. 258. & 619.

(d) n. 569.

Solvitur corde metum gens quibus obvia præbet
Sese dira lues, Propheta ecce minax
ELIAS pro te metuendus adest, hunc pestis, & omnis
Atrox, atque audens vis inimica timet.

Aliud

Hoc per Capuæ mœnia Formidabilis agros,
Et passim cunctos sub sua jura dabat.
Ad magni tandem Thesbitæ constitit Ædem
Et telum hunc stupuit non subiisse suum.
Dum stupet indignans, oleum de lampade sensit
Effluere, & falcem sic hebetare suam.
Extimuit, fugitque ELIÆ protinùs Ædem,
Et toto Capua, territa, cessit agro.
Nempè suam recolens illum evasisse sagittam
Regnat ibi ELIAS: nil mihi juris, ait.

& ex aliis Senatûs Capuani.

2064. Corollarium sit ex dictis hactenus hoc capite, & hic suprà (e) cultum S.P. Eliæ exhibitum, generalem quasi, & universalem esse quoad tempora & loca: & quidem mox à raptu ei dicatum sacellum, & exindè semper succedentibus temporibus, usque in præsens, apud Judæos, pariter & Christianos, ipsum pro cultu honoratum, & in necessitatibus invocatum fuisse, audivimus. Quantùm ad loca, ab Oriente progressi per varia loca, itidem & in Occidente, pervenimus ad fines Europæ. Sacellum enim istud primum, post raptum illi nuncupatum fuit in Carmelo: ubi deinceps cultus ejus perstitit, pariter & in aliis Palestinæ, Syriæ, Græciæ, Siciliæ, Apuliæ &c. locis, apud Græcos, & in Orientali Ecclesia; pariter & in Occidentali apud Latinos, sicut testantur Sacella, templa, altaria ipsi dicata. Cultumque illum, & venerationem propagatum fuisse usque ad ultimas Orbis hujus regiones, nempe Britannicas Angliæ, & Hiberniæ oras, habetur quoque ex iis quæ traduntur de S. Patritio, Anglorum, & Hibernorum Apostolo, circà annum Christi quadringentesimum; de quo ex Thoma Mesingano quædam adducta sunt hîc suprà: sed ex ejus vita per Jocelinum Anglum, Ordinis Cistercienſis vetustum Scriptorem libet hîc pro coronide appendere istam hi-

(e) in vitâ S. P. N. Eliæ part. 3. cap. 5. num. 158.

S. Eliæ cultus quàm generalis sit.

Digitized by Google

XX. Julii. storiam ipsius S. Patritii graviter tentati, & à Sathana, in modum saxi ingentis, oppressi, ac per S. P. ELIAM liberati: *Nocte namque in ipsum dormientem princeps tenebrarum fortiter irruit, & mole ingentis saxi illum oppressit; cadens etiam super eum, omnium membrorum motum & officium, effectumque sensualitatis ei abstulit, eique tenebras inducens, & torporem per triduum, suprà modum humanæ tolerantiæ vexare & cedere non cessavit. Sanctus autem in tribulatione sua clamavit ad Dominum, hic invocans in nomine Domini ELIAM Principem Prophetarum sibi in adjutorium. Missus itaque ELIAS à Domino cum lumine immenso, illum ab omni pressura inimici, quæ circumdedit eum, liberavit, illuminansque illum mirabiliter intus & exterius, omnium artuum atque sensuum vires ei reparavit.* Vita illa ex antiquis manuscriptis extat typis edita Antverpiæ anno 1514. ac deindè etiam alibi: suoque restituta nitori, & præclaris illustrata notationibus, prodiit in ACTIS SANCTORŪ per RR. PP. Bollandū, Henschenium, & Papebrochium (a). Ibidem etiam habetur *Confessio S. Patritii, de vita, & conversatione sua*, in qua de se ipse testatur, quòd nocte graviter tentatus à Sathana, irruente in ipsum (velut saxum ingens) & omnium membrorum vires auferente, spiritu ELIAM invocaverit: *Et inter hæc*, inquit, *vidi in cælo solem oriri: & dum clamarem* ELIAM, ELIAM, *totis viribus meis; ecce splendor solis illius cecidit super me, & statim discussit à me omnem gravedinem.* Sol ille, cujus fulgore fugatus est princeps tenebrarum, nonnè erat ipse ELIAS? cujus nomen etiam SOLEM significare, habetur ex supra (b) dictis. SOL *Græco sermone ELIOS appellatur; Undè ELIAS verè ELIOS*, inquit S. Chrysostomus (c) qui etiam perelegantер exponit, qualiter dæmones solo S. ELIÆ, rutilâ luce fulgentis, aspectu fugati fuerint.

S. Patritius graviter oppressus à Sathana liberatur per S. ELIAM,

apparentem cum immenso lumine,

velut SOL.

(a) ad diem XVII. Martii: vide cap. 2. pag. 544.

(b) num. 8. pag. 4.

(c) Homil. de ascens. ELIÆ vid. sup. n. 135.

§. 5. *Præcelsa S. P. N. ELIÆ sanctitas, & meritum, in quibus fundatur cultus ejus.*

Sanctitas est ratio, & mensura cultûs Sanctorum:

2065. FUndamentum, ratio, mensura cultûs Sanctorum, nuncupati *Dulia*, sunt sanctitas, & ex ea procedens meritum; quantò enim quis sanctior, tantò majoris apud Deum est meriti, ut impetret gratias, & beneficia pro sibi devotis, & opem suam inclamantibus. Hinc Virgo Dei Mater, quia sanctissima, sublimiori præ cæteris omnibus Sanctis, cultu, *Hyperdulia* dicto, honoratur: & consequenter generalior, & efficacior est ipsius apud Deum pro nobis intercessio, & impetrandi efficacia. Quantùm ad S. P. N. ELIAM, eximia & præcelsa ejus sanctitas, & merita nobis innotescunt ex Scripturarum sanctarum, Patrum, & Doctorum testimoniis, in vita ejus adductis. Et quidem cùm mensura sanctitatis, & consequenter meriti, ac cultûs, desumenda sit ex magnitudine charitatis ac amoris Dei & proximi (nàm quo ille major est, eò sanctitas sublimior indè procedit) Dei amor in S. P. N. ELIA quantus fuerit, declarant ista ab eo reciprocata verba: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum*; zelus autem est amor vehemens, talis autem, semperque actuosissimus fuit amor, & charitas S. P. N. ELIÆ: quem flagrantissimum zelum, & ergà Deum amorem similiter testantur ista: *Surrexit ELIAS Propheta quasi ignis &c.* Sed de illo ejus zelo, ac amore Dei videantur dicta in ejus vita, parte 1. cap. 1. (a) & parte 5. cap. 5. §. 2. (b).

sanctitas præcelsa Prophetæ ELIÆ ex Scripturis innotescit.

(a) num. 19. 20. & 21.

(b) n. 266. & seqq.

2066. Patres & Doctores eximiam ejus sanctitatem etiam peculiariter metiuntur ex ipsius cum S. Joanne Baptista comparatione, seu hujus cum illo assimilatione. Id ponderant Patres passim, & Doctores in illo de S. Joanne Baptista: *Præcedet ante illum in spiritu, & virtute ELIÆ.* Considerandæ, quæ circà illa dicta sunt hìc suprà (c) & præsertim illa, quæ scribunt S. Augustinus & S. Hieronymus verbis etiam hic supra adductis (d). Ita quoque Cardinalis Bellarminus (e) ELIAS *quantus fuerit, vel ex eo patet, quòd in laudibus Ioannis Angelum posuerit futurum illum similem* ELIÆ. S. Augustinus, S. Cyprianus, Drogo Episcopus Ostiensis, Salianus, & alii peculiariter etiam S. ELIAM commendant à similitudine cum Christo, tamquàm perfectissimum ejus typum in rebus maximis, & plurimis. Istam typicam S. ELIÆ cum Christo similitudinem, seu comparationem Salianus nuncupat inter omnia, quæ de S. ELIA adferri possunt elogia, primum atque palmare. *Hoc enim unaquaque res, in quovis genere sine controversia præstantior est, quò magis accesserit ad id, quod maximum, primum, ac summum est.* Plura circà hæc videantur hic supra in ejus Vita, parte 4. cap. 5. per totum. Denique pro conclusione hujus Tractatûs, pauca hic proferuntur ex S. Thoma, & Joanne de Sylveira, de mortis, nec non gloriosæ resurrectionis, atque ascensionis in cœlum, S. ELIÆ, & consortis ejus S. Enoch, similitudine cum Christo.

& præsertim ex ejus cum S. Ioan. Bap. comparatione,

(c) nu. 26.

(d) nu. 43.

(e) vide hic sup. n. 1918.

& ex ejus cum Christo similitudine typica in plurimis & maximis.

§. 6. *De genere mortis S. P. ELIÆ, resurrectione, & ascensione in cœlum: in illis conformis erit Christo.*

2067. IOannes de Sylveira in Apocalypsim tomo 1. commentans in ejus caput XI. (f) sub isto titulo: ELIAS, *& Enoch crucifigendi*, cum adduxisset verba Ferrarii, quòd *in eadem civitate, in qua* CHRISTUS *crucifixus, jussurus sit* (Antichristus) *eos imitari probaliter idem genus mortis, & crucifigi in eodem Calvariæ monte*, addit: *Et hoc videtur denotare Textus:* UBI DOMINUS EORUM CRUCIFIXUS EST: *& tandem mandabit de cruce deponi, non tamen sepeliri, sed projici in plateas; & hoc non est improbabile, & favet D. Thomas dandus quæstione sequenti.* Quæstione autem sequenti, ad propositum idem Sylveira ait: *Altâ dispositione factum est, ut ELIAS & Enoch moriantur in illa civitate, in qua Dominus eorum crucifixus est, ut notat D. Thomas hìc:* IN QUA DOMINUS CRUCIFIXUS

SS. ELIAS & Enoch crucifigendi,

Ierosolymis, seu in Calvariamonte;

(f) tom. 1. in cap. XI. quæst. XXI. num. 167. ad margin.

Digitized by Google

XX. Julii.

cifixus est *corporali crucifixione, & ita erunt conformes & morte, & mortis loco.* Ita Sylveira. S. Thomas in cap. XI. Apocalypsis de morte SS. Eliæ & Enoch habet quoque hæc notatu digna: Dabo duobus testibus meis, *scilicet, Eliæ & Enoch, ut dicit Glossa: qui nunc sunt in paradiso terrestri: & tunc, scilicet tempore Antichristi, venient in publicum, ad testificandum veritatem catholicam, & cùm suum testimonium finierint, interficiet eos Antichristus*: & infrà: De eodem dicitur: Et vincet illos *corporali violentiâ, non spirituali victoriâ, quia non succumbent, nec per erroris consensum, nec per defectum rationum; non enim deerit eis, qui dicit*: Ego dabo vobis os, et sapientiam *&c. Luc. XXII. undè sequitur*: occidet eos, *ad literam, morte corporali, quam tamen libenter suscipient, juxtà illud Matthæi X.* Nolite timere eos, qui corpus occidunt. *Gregorius in moralibus: Elias & Enoch ad medium revocabuntur, & crudelitatis ejus sævitiam in sua adhuc mortali carne patientur.* Et infra, prosequitur S. Thomas: Ubi, *id est, in qua civitate, scilicet Hierusalem,* Dominus eorum, *scilicet Eliæ & Enoch, scilicet Christus,* crucifixus est, *corporali crucifixione: & ita erunt ei conformes, & morte, & mortis loco.* Et post tres dies et dimidium spiritus vitæ a Deo intrabit in eos. *Sequitur*: Et audierunt, *scilicet* Elias *& Enoch*, vocem magnam, *id est, magna majestatis* de coelo, *id est de celsitudine divinæ majestatis,* dicentem illis, *scilicet Eliæ & Enoch*: Ascendite huc, *scilicet ad consortium Sanctorum.* Et ascenderunt, *id est, ascendent in cœlum, scilicet empyreum.* In nube: *potest de nube materiali intelligi. In hoc sunt conformes Christo: de quo Actor.* I. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Hactenus ex S. Thoma. Plura circa hæc videri poterunt hîc suprà *in vita S. P. N. Eliæ parte 4. cap. 4.* (a)

Elias & Enoch nunc sunt in Paradiso:

redibunt tempore Antichristi,

& ab eo occidentur:

resurgent die tertia,

& gloriosè in nube ascendent in cœlum.

(a) n. 196. & seq.

PARÆNESIS

Ad Religiosos omnes, quorum Fundator, Pater, Dux, Patriarcha est S. Elias.

2068. NOn per inanes fabulas, non per leves ratiunculas, sed per testimonia omni exceptione majora; testimonia scilicèt Scripturarum canonicarum (quarum ea est singularis prærogativa, ut cuncta in eis sint locata in supremo culmine certitudinis) accedentibus calculo Summorum Pontificum, & S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium; assertione Dei Matris, ab Ecclesia comprobatâ; adstipulatione Patrum, & Doctorum illustrium; traditione omnium gentium; ac firmis rationum momentis, obsignatam perspeximus veritatè asserti istius, quòd *Ordinis hujus Pater, Patriarcha, Auctor, Institutor, Fundator sit sanctissimus Propheta* ELIAS: *quòdque ab eo hereditariam successionem* (sicut terminis istis iisdem tradunt Summi Pontifices) *teneat*: vidimus quoque cultum ab antiquo, tàm in Ecclesia Græca, quàm Latina ipsi fuisse exhibitum. Quid indè concluditur? Nonne ut singularis pietatis affectu ipsum colamus, & in necessitatibus ad ipsum veluti Patrem recurramus; atque ut virtutes ejus æmulemur; sic ut singuli nobis dictum reputemus, ac sæpè ruminemus nobisque applicemus istud Christi Domini monitum: *Si filii* ELIÆ *estis, opera* ELIÆ *facite*; nam præcipuus, & gratissimus illi cultus est, ac etiam nobis utilissimus, imitatio virtutum ejus: quod maximè verum est, & omninò congruum Religiosis omnibus, respectu suorum Fundatorum (Vide hîc suprà *a*).

S. P. ELIAS quod Patriarcha *& Institutor Ordinis Carmelit. roboratur testimoniis firmissimis;*

idèo Religiosi hujus Ordinis ipsum debent imitari:

(a) num. 4. pag. 2.

2069. Joannes Hildesheim discipulus S. Petri Thomæ, in Defensorio Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli cap. 2. contra detractores quosdam, impugnantes illius processum à S. Elia, sic ad propositum ratiocinatur: *B. Augustinus de Civitate Dei, Varronis allegans verba, dicit, quod utile est credere, aliquos reputari Deorum filios; quatenùs divinos actus præstantiùs imitentur. Si utile est credere, quod non est in se verum, numquid utilius est credere, quod est probabile, & à pristinis traditum; quatenùs Religiosi à sanctis orti principiis, imitari studeant vestigia primæva sanctitatis.* Sic ille. Itaque cùm non tantum probabile sit (sanè, nonnè ex dictis & dicendis probatissimum?) S. Eliam Patriarcham, & Auctorem esse hujus Ordinis; perutile erit alumnis tunctis hujus Ordinis illud credere; ut sic virtutes heroicas sancti sui Prothoparentis alacriùs satagant æmulari. Hâc ratione S. Teresia sibi propositum habebat exemplum S. P. Eliæ, & ad ejus imitationem, suas hortabatur (b). Etenim sanctorum Patrum, & Institutorum cujusvis Religionis exempla à Deo nobis proposita sunt, velut viva vitæ sanctæ exemplaria, ac velut imagines quædam vivæ ad imitationem propositæ; nam, ut præclarè S. Basilius epistola I. ad Gregorium Nazianzenum: *Quemadmodùm pictores, cùm imaginem ex imagine pingunt, frequenter ad exemplar respicientes, lineamenta indè ad suum opificium transferre contendunt: sic operæ eum, qui studet seipsum omnibus virtutis partibus perfectum efficere, ad sanctorum hominum vitas, velut ad statuas mobiles & actuosas oculos intendere, atque illorum bona per imitationem sua facere.* Quod maximè competit Religiosis erga suos Patriarchas, & Ordinum Institutores.

id hortabatur S. Teresia:

(b) vide hic suprà num. 2016.

similitudo concinna instruens qualiter imitandus S. P. ELIAS!

2070. Alioqui quid nobis prodesset talem, ac tantum habere Patrem, si virtutum exercitatione non probemus nos ejus genuinos filios? *Qui genitoris opera non facit, negat genus*, inquit eleganter Chrysologus (c): nec minus scitè S. Ambrosius (d): *Animarum genus virtutes sunt.* Itaque, juxta Regulæ monitum: *Die ac nocte in lege Domini meditantes*, identidem in ore, & magis in mente habeamus istam S. Patris nostri tesseram: *Vivit Deus, in cujus conspectu sto*: illum amare, laudare, revereri, & per omnia placere studentes,

(c) Serm. 123

(d) De Noe & arca cap. 4.

ut sic ejus genuini filii probetur.

Digitized by Google

dentes, ejusque honorem zelantes: atque ita cum eodem quoque reciprocantes: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* Religiosas monasticas virtutes præcipuas alias S.P. ELIÆ Religiosis omnibus ad imitationem expendendas proponit antiquus Scriptor, eruditione insignis, Adamus Prædemonstratensis in opere *de Triplici genere contemplationis*, ubi (a) ista: *Pax tibi, vir Dei* ELIA: *qui sanctam electorum perfectionem, perfectamque eorum in te sanctitatem ostendis; dum tanto studio maledictam, & maleficam Iezabel, mundi scilicet hujus concupiscentiam fugiendo declinas, & ad desertum, assumptis pennis columbæ, sub omni festinatione volas... Pax itaque tibi, vir Dei* ELIA: *qui zonâ pelliceâ renibus accingeris: quia corporis castitate fulgescis... Pax tibi, qui per contemplationis excessum sicut in spelunca carnis ostio.* Alias quoque ejus virtutes exhibet. Sed libet quoque audire quædam de mystico ELIA (Eliseo scilicet) quæ ibi sequuntur. *Pax tibi, duplicis* ELIÆ *spiritûs possessor, ô Elisæe sanctissime! duplicis, inquam, spiritûs* ELIÆ *possessor. Quia qui credit in nostrum* ELIAM, *opera quæ facit, & ipse faciet, & majora horum faciet: quia ipse ad Patrem suum vadens, Eliseo in terra pallium dimittit: quia cum suis est omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. Pax igitur tibi, ô Elisæe! qui sic* ELIAM *sequeris, sic ejus ministrationi te dedis; ut patrem mundum, & matrem concupiscentiam, non per dilectionem, sed per abrenunciationem deosculeris, mentis eis dorsum ex toto convertens: Ave eis dicens, & ad eos ulterius reverti non proponens.* En bina abrenuntiationis perfectissimæ in Religiosis præcipuè requisitæ, præclara exempla. Quòd dicit: *Cum suis est omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi* (præsertim filiis suis, ipsam imitantibus) videlicet *suarum precum, velut facularum ardore calefaciens &c.* sicut loquitur Salianus (a) Cæteras quoque ejus virtutes *hîc suprà in ejus vita parte 5.* propositas, æmulari satagamus: ac illum in finem illas perlegamus, & consideremus. Ita certò nobis obveniet id, quod in præsenti solemnitate, & per Octavam, identidem postulamus: *Ut, eo interveniente, dum vivimus, à terrenis semper ad cælestia spiritu sublevati, cum eo in resurrectione justorum pariter gaudeamus.*

Adamus Præmonstratensis præcipuas aliquot S. ELIÆ virtutes expendit,

(a) lib. 4. part. 3. §. 5.

fugam sæculi,

adhæsionem,

contemplationem,

non nisi perfectum virtutum omnium abnegationem in S. Eliseo:

S. ELIAS quâ ratione cum suis sit usque ad consummationem sæculi,

(a) hîc sup. n. 2048. in fine.

XXII. JULII.

Memoria beneficii singularis, favore B. Virginis Mariæ Patronæ Ordinis, ac Apostolicæ Sedis, eo die Ordini præstiti, *resumptio* videlicet *alborum palliorum, & dimissio barratorum*, anno MCCLXXXVII.

2071. FEstum S. Mariæ Magdalenæ olim in hoc Ordine inter solemniora celebratum fuit, cum Octava, sicut constat ex Missalibus, & Breviariis antiquis; in memoriam præfati beneficii. Cùm enim habitus superior Ordinis hujus (olim *pallium* nuncupatum, nunc *cappa*) albi coloris fuerit, ab ipsa Ordinis institutione, sicut tradunt Joannes XLIV. Episcopus Hierosolymitanus, libro *de institutione primorum Monachorum* cap. 47. & cæteri Ordinis Historici (a) Circa annum verò Domini sexcentesimum decimum septimum (aut juxta nonnullos an. 614.) sacrilegus Cosdroës Rex Persarum Jerosolymam adveniens, Terram sanctam devastabat: de quo cùm Heraclius victoriam obtinuisset, aliquantò post Rex Arabiæ, nomine Humar (seu Homar) discipulus perfidi Mahometi, atque regni ejus successor tertius, cum ingenti multitudine Saracenorum in Terram sanctam veniens, eam vi armorum occupavit: & quoniam ejus satrapæ vestibus albis induti erant, Religiosis Carmelitis interdictum fuit, ne deinceps palliis albis uterentur: quapropter coacti dimittere pallia alba, assumpserunt barrata. Videatur tomo præcedenti, parte 1. lib. 7. cap. 5. cujus titulus est: *Quod antiqui hujus Religionis cultores palliis albis desuper vestiti fuerint; & quid illa significent.* Et cap. 6. *Cur professores hujus Religionis pallia alba dimiserint, & pro eis pallia barrata assumpserint, & de horum significatione:* Ista autem tradunt S. Cyrillus (Prophetico spiritu illustris, & plerumque *Propheta* nuncupatus) in libro, seu regula de processu & regula Ordinis ad Eusebium scripto circa annum Christi 1209. Philippus Riboti in Opere de institutione, & peculiaribus gestis Carmelitarum (scripto anno 1370.) lib. 7. cap. 5. & sequentibus, & paucioribus Thomas Bradley Dromorensis Episcopus, tempore Eugenii IV. in Chronico Ordinis Carmelitani cap. 6. ita scribens: *Palliis ejusmodi albis usi sunt Ordinis hujus Religiosi usque ad annum Domini sexcentesimum trigesimum nonum. Tunc Humar Rex Arabiæ discipulus perfidi Mahometi, obtinuit totam Terram sanctam. Saraceni verò molestè ferebant, quòd Monachi Carmelitæ veste albâ desuper induti incederent. Nam eorum Satrapæ vestibus albis induebantur. Ideò dictis Monachis Carmelitis interdixerunt, nè de cætero pallio albo uterentur.*

Pallia alba antiquus habitus Ordinis:

(a) Vide tomo præced. n. 269. & seq.

cur pro eis assumpta barrata:

Qua-

Digitized by Google

XXII. Julii. *Pallia barrata septem partibus alternis albis, & nigris constabant.*

Quapropter pallium barretum unanimiter, licèt contra eorum voluntatem, sumpserunt: quod pallium ex septem partibus duplicis coloris, ab invicem distinctis, sed consutis, totaliter integrantibus, perpendiculariter à collo usque ad terram descendentibus, constabat: quarum tres sunt nigræ, aliæ verò quatuor sunt albæ. Talibus verò pallis barratis constat dictos Fratres usos fuisse per annos sexcentos, videlicet usque ad tempora Honorii Papæ quarti. Versibus hoc ipsum explicuit Mathurinus Pigneronæus in anagraphe Carmelitana:

Candida vestis erat, quam præbuit Helias olim
Saphatida (a) *magno; similemque tulêre nepotes.*
Tu verò Assyrium (facies horrenda tyranne)
Vt bicolor canusina dehinc sit fascia, mandas.

(a) Saphatidæ, *id est*, Eliseo filio Saphad.

Et rursùs:

Incola Carmeli primus fuit Ordinis auctor
Helias; hic siquidem niveum sibi cinxit amictum,
Et niveam statuit chlamydem gestare nepotes.

2072. Arnoldus Bostius in Speculo historiali libro 4. cap. 20. sic ad præsens propositum: *Demum* (b) *circà annum Domini 639. professores hujus Religionis pallia alba prædicta deposuerunt, & vestem stragulatam pro eis uniformiter susceperunt.* Rationem mutationis ex S. Cyrillo illam adfert: *Dum Homar Rex Arabiæ cum ingenti multitudine Sarracenorum Terram sanctam cepisset, & Christianos in ea degentes suo dominio subjugasset, Saraceni molestè ferebant, quòd nostræ Religionis Professores veste albâ desuper induti incederent, cum tunc solum eorum Satrapæ vestibus albis sic induti incederent. Multi ergo eorum pro Christi nomine interfecti & martyrizati, sicut plenius infrà describitur cap. LXXXII. libri quinti, gestationem pallii albi eis interdixerunt, ne assimilarentur in pallio albo eorum Satrapis. Pro quo Professores prædicti pallium barratum tunc unanimiter assumpserunt:* & post alia addit: *Hoc itaque pallium antiqui Carmelitæ appellabant* Carpetam, *id est, chlamydem, seu mantellum. Prædicta verò pallia barrata Professores nostræ Religionis portabant per annos sexcentos quadraginta octo, scilicet usque ad annum Domini* 1287. *In Conventu nostro Haerlemensi hoc pallium gestatum est annis triginta octo. Eodem etiam modo ille habitus in multis aliis Conventibus Provinciæ nostræ Alemanniæ inferioris visus est. Frater Ioannes de Hyldesheim sacra pagina Baccalaurius in Tractatu suo, quem composuit de Ordine nostro, narrat etiam se vidisse in Conventu nostro Francfordiensi anno Domini* 1338. *quemdam fratrem, centenarium, devotum, & fide dignum, Bartholomæum nomine, qui dixit, hujusmodi varias barras in juventute se portasse.* (c) Dicit Bostius, pallium istud olim nuncupatum fuisse Carpetam: S. Cyrillus scribit Carpitam: cujus nominis, Italici quidem, etiam in Carmelo, Terra-sancta, ac in Anglia olim usus fuit (sicut passim in variis linguis quandoq; etiam alterius idiomatis vocabula usurpantur.) Hinc in Actis Capituli Generalis Londini celebrati anno Christi 1281. (annis quatuor ante mutationem in albi coloris) legitur: *Frater professus habeat unam Carpitam, quæ est nostræ Religionis signum, non de petiis consutam, sed contextam, & habeat septem radios tantùm, ut simus uniformes.* Ratio istius Decreti fuit, difformitas in palliis illis, quæ post Ordinis generalem transmigrationem è Terra sancta in Europam factam, paulatim in habitu irrepserat (sicut ex præfato Decreto satis colligitur) plerisque enim in locis ex septem partibus, alternis albis & grisеis (sicut in Terra-sancta usus fuit) in nonnullis ex pluribus: alicubi ex partibus distinctis inter se consutis, alibi autem, non ex partibus realiter distinctis consutis, sed contextis.

pallia barrata in usu fuerunt ab anno circiter 639 ad 1287.

(b) Quod Bostius dicit: *circa an. 639.* libro autem 5. c. 82. notat an. 642. Baronius adventum Homar in Terram S. refert ad an. 636.

(c) vide Tom. præc. num. 672.

difformitas aliqua in illis irrepserat:

2073. Causa itaque mutationis pallii albi in chlamydem barratam, fuit, (ut dictum est) inhibitio Saracenorum, apud quos Professores nostræ Religionis olim in Terra-sancta præcipuè degebant: sed propter Saracenorũ persecutionem, ab illa patria, ad partes Europæ postmodũ transfretare compulsi sunt. In diversis autem Europæ partibus, in Italia, Alemania, Anglia, Francia & Hispania, pallium barratum Christianis minùs religiosum videbatur, & propter ejus varios colores, in derisum à pluribus habebatur; propterea professores hujus Religionis desiderabant ipsum dimittere: & ejus loco cappam albam resumpserunt, sicut tomo præcedenti traditur variis locis (a). Præ cæteris autem luculentiùs ista commemorat præfatus Arnoldus Bostius, in Speculo historiali lib. 5. c. 82. & lib. 8. c. 28. ubi, ad præsens propositum, ista: *Anno Dom. MCCLXXXVII. congregatum est Generale Capitulum Ordinis in conventu Montis Pessulani, sub Fratre Petro de Amiliano Priore Generali, in festo S. Mariæ Magdalenæ pro assumptione albarum capparum, loco palliorum barratorum. Ad hoc itaque Capitulũ convenerunt omnes Priores Provinciales, qui undecim numero erant; nam tot fuerunt tunc in Ordine Provinciæ, quarum una Terra-sancta fuit, secunda Sicilia, tertia Angliæ, quarta Provincia Provincia, quinta Tusciæ, sexta Franciæ, septima Alemaniæ, octava Longobardiæ, nona Aquitaniæ, decima Hispaniæ, undecima Hybernie. In illo ergo Capitulo Fratres nostri Ordinis, auctoritate Sedis Apostolicæ, barratũ pallium, quod jam per annos sexcentos quadraginta & octo gestaverant, deposuerunt, & ad imitationem fundatorum ac priscorum Patrum prædecessorum nostræ Religionis, ipsi eorum successores, pallium album, quod dudum à Saracenis dimiserant compulsi, unanimiter & devotè reassumpserunt. Cui pallio Caputium album addiderunt, quod pallium album sic caputiatum, ex tunc cappam albam vocaverunt: quam usque in hodiernum diem gestant, idem in omnibus signantem, quod priùs pallium album significabat: de cujus significatione sapius dictum est. Porrò causa & processus, seu modus mutationis dictorũ palliorum sufficienter explanatus est superiùs in libro quarto. Rectè ergo Fratres Carmelitæ pallium album resumpserunt (quod dudum, ut dictum est, propter persecutionem Saracenorum deposuerant) ut verissimi imitatores tam Eliæ Prophetæ sui Ordinis Fundatoris essent: quàm gloriosissimæ Dei Genitricis, sui Ordinis pia Patronæ.* Capite autem sequenti hanc tradit apparentis Deiparæ historiam: *Virgo gloriosa, ut se ostenderet diligere habitũ album, signantẽ internam castitatem, sapiùs legitur in veste alba suis amato-*

(a) Tomo præced. n. 277 802. 812 & 926.

id contigit anno Christi 1287.

& ab eo tempore pallium fuit nuncupatum cappa alba.

Digitized by Google

XXII. JULII.

amatoribus apparuisse, & præcipuè Fratribus sui Ordinis: nam ut legitur in libro Exemplorũ, & Miraculorum nostri Ordinis, fuit quidã devotus frater Ordinis Carmeli, qui B. Virginem Mariam maximo veneràbatur affectu, cui ipsa, ex familiari quodã contubernio, multas consolatorias & dulces ostendit visiones. Quãdam ergo vice, cùm se devotioni cum aliis fratribus dedisset, & ferventer interius contemplationi ad B. Virginem vacasset, stans in choro vidit Beatissimam Dei Genitricem Mariam, Ordinis sui dilectam Patronam, suis obtutibus præsentari, gestantem suum filium Dominum nostrum Iesum Christum super brachium. Erat enim vestibus albis induta, & alijs ornamentis ad modum fororum Ordinis: excepto, quòd in capite gerebat coronam. Vidit & Angelos duos, unum à dextris, & alium à sinistris ejus, tenentes pallium album & extendentes, sub quo videbatur recipere viros albos ac mulieres nitidis indutas, sub quo etiam ipse frater recipi, & quasi à vento ac turbine videbatur defendi. Quibus visis, frater ultrà modum exhilaratus, intellexit B. Dei Genitricem esse Ordinis sui dulcem Protectricem ac Patronam: undè ei multas gratiarum actiones referens, devotior deinceps in ejus servitio extitit, provocans alios fratres in servitio ejusdem dulcissimæ Patronæ fieri devotiores.

Habitu Carmelitico amicta B. V. Maria apparet cuidam Religioso.

Montispessulani monumenta antiqua de barrato pallio,

2074. Convenienter hîc locum habebunt ea quæ Parisiis anno 1672. die 14. Septembris Antverpiam R.P. Licinius à S. Scholastica Exprovincialis Turoniæ scribebat his terminis [Mitto hîc accluſum Extractum è publicis tabulis Montispessulani, antiquo idiomate Gallico, quod in Latinum verti, ut faciliùs intelligatur. *En l'an MCCLXXXVII. à la festa de sancta Magdalena feron Frayres des Carmes leur Capitol General en Montpestier, en quel an mudevon leur habit, qu'al se portavon en ana mantel barras de brun & de blan, & pregnevon per habite Capas blancas.* Sic autem idem Latinè reddidit: *Anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſeptimo Fratres Carmelitæ Capitulum ſuum Generale celebrârunt in Monteperſſulano, in quo mutaverunt Cappas barratas ex colore ſubnigro naturali & albo, quas antea portaverant, & pro habitu Cappas albas acceperunt.* Additur, quòd liber, ex quo iſta extracta ſunt, nuncupetur: TALAMUS. Sub idem tempus R. P. Andreas à S. Nicolao Prior Ordinis noſtri in Conventu Cabillonenſi Provinciæ in Ordine nuncupatæ Narbonæ, eadem, ac inſuper alia quædam ad idem propoſitũ ex eodem libro TALAMUS, folio 80. verſo extracta, tranſmiſit, hujus tenoris: *En l'an MCCLXXXVII. foron Coſſolz &c. à queſt an en Pantacoſta Frayres Menors: & à ſancta Magdalena Frayres Carmes feron lurs Capitolz Generalz en Montpellier, & adoncs los Carms, qui portavon Capas barradas de brun & de blanc, prezeront Capas blancas.* Gallicè idioma illud rude volcarum ſic reddi poterit: *En l'année 1287. furent Conſuls tels & tels &c. En cette meſme annee à la Pentecoſte les Freres Mineurs (ou Cordeliers:) & à la Magdalene les Carmes firent leurs Chapitres Generaux en la ville de Montpellier; & pour lors les Carmes qui portoient des Chappes barrées de brun, & de blanc, prirent des Chappes blanches.* Qualis autem liber ille ſit, ſic declarat dictus ille P. Andreas: *Liber membranus qui aſſervatur in theſauro domus Conſularis civitatis illius, num. 4. in quem ab anno 1212. referri moris fuit quæ ſpeciali notâ viſa ſunt indigere: ideòque civitatis illius* DIARIUM *(utinam in cæteris urbibus ſimile!) appellari poſſet, niſi apud Monſpelienſes* TALAMUS *vulgò nuncuparetur; quaſi in eo jaceant & molliter quieſcant quæcumque ibidem annis ſingulis geſta fuerint notatione digna.* Tunc verò miſit idem R.P. Andreas ex ipſo autographo, ſeu originali (Beringarii Epiſcopi Magalonenſis, & Bertrandi Matthæi Officialis Magalonenſis, ſigillis appendentibus) aſſervato in archivo Conventus Mimatenſis, Provinciæ noſtræ Narbonæ, deſumptam copiam inſtrumenti circa mutationem capparum, cujus hoc eſt initium: *Notum ſit cunctis præſentibus, atque futuris, quod anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſeptimo, & undecimo Kalendas Auguſti, Domino Philippo Rege Francorum regnante, & Dom. Berengario, Dei gratiâ Magalonenſi Epiſcopo præſulante, viris Religioſis Fratre Petro de Amiliano Priore Generali Fratrum Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli: & F. Guillelmo de San-vicco, Diffinitore Provinciæ Terræ ſanctæ: & F. Guillelmo Meſſana Priore Provinciali, & Diffinitore Provinciæ Siciliæ: F. Henrico de * Anna Priore Provinciali & Diffinitore Provinciæ Angliæ &c.* Conſequenter referuntur cæterarum Provinciarum Diffinitores; deindè inſeritur Privilegium conceſſum ab Alexandro Papa IV. ex Originali, cum Bulla plumbea pendenti in filis rubris & croceis de ſerico, circa auctoritatem Diffinitorum Capituli Generalis; ejus initium eſt: *Alexander Epiſcopus* &c. *Quia ex Apoſtolici cura tenemur officii* &c. & inſerta eſt Bullario, ſeu Mari magno Ordinis. Deindè exhibitæ fuerunt originales litteræ D. Gervaſii Cardinalis tituli S. Martini in Montibus, teſtificantis de conſenſu Summi Pontificis in illam mutationem palliorum, ſeu capparum: litteræ illæ extant inſertæ Tomo præcedenti, parte 1. libro 7. cap. 7. (a) ubi etiam ſequitur Bulla Bonifacii VIII. approbantis & confirmantis illam palliorum mutationem. Bullæ iſtius Bonifacii VIII. datæ ſeptimo Kalendas Decembris anni 1295 initium eſt: *Bonifacius* &c. *Inſtis petentium deſideriis.* (b)

Monumenta illa, ſeu Diarium nuncupatur Talamus *& cur.*

Magalonenſis Epiſcopi litera de reſumptis cappis barratis.

* Al. Hanna.

(a) Tomo præced. n. 278.

(b) vide Tomo præced. n. 280.

Notanda nonnulla circà hactenus dicta de palliis albis, & barratis, & eorum mutatione.

2075. *Primum notabile.* S. ELIAS ſupra melotem etiam pallium geſtavit: id habetur ex libris Regum (c) pallio enim ſuo legitur operuiſſe vultum ſuum in ſpelunca montis Horeb: & illud pallium miſit ſuper Eliſeum, quando eum ab aratro vocavit ad Religioſam Prophetícam vitam (d) pallio ipſo ipſe, & deinde S. Eliſeus, percutientes aquas Jordanis, aquæ diviſæ ſunt in duas partes. Pallium S. ELIÆ fuit albi coloris, ſimiliter & diſcipulorum, ac poſterorum ejus: ita tradunt Joannes Jeroſolymitanus, libro de Inſtitutione primorum Monachorum, S. Cyrillus, Philippus Riboti, Thomas Bradley, Arnoldus Boſtius jam ante adducti, & alii: videa-

S. ELIAS ſuprà melotem geſtavit pallium:

(c) 3. Reg. 19.

(d) 4. Reg. 2.

illud, & diſcipulorum ac poſterorum fuit albi coloris:

Digitized by Google

(a) num. 269. & 801. & seq. & 832. 899. & alibi.
(b) De bello Judaic. lib. 2 cap. 7.
(c) lib. 4. de abstinent.
id cœlesti visione fuit prognosticatum.
(d) in libro de SS. Prophetis
(e) in lib. de Patribus vet. Test.

(videatur Tomo præcedenti (a) & etiam in hoc, in vita S. Eliæ, parte 1. cap. 7.) Et de Essenis (S. Eliæ posteris) scribit Josephus Judæorum historiographus (b) *Semper in veste sunt candida*: & quòd *tyronibus traderetur vestis candida*: & Porphyrius (c) *Perpetuum candida vestis usum honori ducunt*: ita quoque plures alij. Hæc S. P. Eliæ, & discipulorum ejus vestis alba, cœlesti visione præmonstrata fuit genitori ejus Sobac, seu Sobachæ, de quo ista S. Epiphanius (d) *Ejusmodi Sobac patri visio apparuit: viri niveum quemdam præ se ferentes habitum, pusionem salutabant*: & S. Isidorus (e) *Pater ejus somnium videt, quòd nascentem Eliam viri candidis utentes vestibus salutabant.* Visionem illam Patri ejus exhibitam referunt quoque Metaphrastes, Surius, & alij relati hîc suprà in vita ipsius S. Eliæ (f) & tomo præcedenti variis locis, jam ante indicatis, ubi etiam explicatur visio illa de alba, seu candida veste S. P. Eliæ, & posterorum ejus (g) Ad ejusdem S. Eliæ imitationem, veteres Monachi vestes gestabant, sicut testatur Cassianus, describens vestes Monachorum (h) *Hoc habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento professionis hujus fundavêre primordia, Eliam scilicet, & Eliseum.* Similia scribit infrà, agens de ultimo, seu superiore habitu Monachi, *pelle Caprina*: de qua etiam Sozomenus (i) scribens de veste Monachorum: *Ad exemplum Eliæ Thesbitis, pellibus se induebant*: cujus autem coloris fuerit pellis superior, tradit Palladius (k) *Quilibet habeat melotem caprinam albam.* Idem præcipitur in Regula S. Pachomij: & quidem de veste superiore S. Eliæ, & posterorum ejus, quod fuerit pellis caprina, ne sine teste loquamur, pro nobis adstat Doctor veritatis (l) *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis.* Per *melotas* intellige vestem inferiorem, confectam ex hispidis pilis, seu pellibus animalium; per *pelles caprinas*, superiorem, seu pallium. Ista S. Pauli de S. Elia, ejusque discipulis passim accipiunt interpretes. (m) Cùm autem dicitur S. Eliæ Prophetæ, & posterorum ejus, ac Monachorum veterum plurimorum habitus superior (pallium) fuisse albus, non intelligendum de albedine in primo gradu: gradus enim varij sunt in albedine, seu candore: primus est, nivis: secundus, variarum aliarum rerum albarum, ad tantum candorem non ascendentium, quales sunt vestes omnes Ordinis Prædemonstratensis, & partiales aliorum plurimorum Ordinum: tertius gradus adhuc inferior est, cujusmodi sunt pelles quædam caprinæ, & vestes etiam contextæ, seu ex illis pilis, seu ex lanâ viliori, villosiori, grossiori, minùsque albæ: & talis erat vestis superior, seu pallium S. Eliæ, & posterorum ejus; nàm viliorem, & pauperiorem vestem gestabant, ex affectu paupertatis, quam ex mentis opulentia elegerant: & ideò etiam nuncupatus fuit *homo pilosus* (n) in quæ verba commentans Tostatus (o) *Elias* (inquit) *erat vir pilosus, id est, habebat vestem, cujus pars exterior erat tota pilosa, sicut pellis animalis: & hoc, quia fortè vestis sua erat aliqua pellis versis exteriùs pilis: vel erat vestis facta de pilis grossis & magnis animalium, sine arte composita.* Et infrà: *Elias non utebatur isto habitu pauperrimo, pro paupertate, tanquam non potens alium habere, sed pro religione. Pro quo sciendum, quòd Elias fuit vir sanctus valdè.*

(f) num. 33. & 67. 68. & 79.
(g) Tomo præced. n. 2. 9. & 270.
S. Eliam imitabantur veteres Monachi, in veste:
(h) de instit. cœnob. l. 1. c. 2.
(i) Eccles. hist. l. 3. c. 13.
(k) in Lausiac. c. 38.
albam melotem caprinâ gerebant:
(l) ad Hebr. 11.

(m) Vide hîc suprà nu. 28. 29. & 225.

albedo pallij Eliani, qualis:

(n) 4. Reg. 1.
(o) in cap. 1. lib. 4. Reg. q. 25. & 26.

pauperrima vestis usus S. Eliæ, & cur.

Pallij albi usus in Ordine Carmelitarum quamdiu: & cur assumpta barrata:

2076. *Præterea* quædam hîc occurrunt notanda circa formam, seu figuram palliorum barratorum. Ex ante dictis habetur, quòd perstiterit palliorum albarum usus in Carmeli Ordine, à prima sua origine usque ad occupatam per Homar (seu Humar, sive Haumarum) Jerosolymam, & consequenter Terram sanctam, circa annum Christi 636 Et anno 639. (aut juxtà aliquos 642) jussu præfati Homar, Religiosi Carmeli coacti, relictis albis, assumpserint barrata: quorum usus perstitit usque ad annum 1287. Interèa autem quibusdam in locis albi coloris pallia à nonnullis adhuc usurpata fuisse, censent aliqui; sed communis usus erat barratorum. Barrata pallia ab initio constabant septem partibus, alternis albis, & griseis, à collo deorsùm versùs, sicut tradunt præfati S. Cyrillus, Philippus Riboti, Thomas Bradley, Arnoldus Bostius, Joannes de Malinis, & alij, in libris insertis Tomo præcedenti (a): idem adferunt septem istarum partium significationem mysticam. Porrò sicut in mundo omnia subjecta sunt mutationi: & ut id etiam in vestibus sacris exemplo pateat, Casula (superior, & præcipua vestis sacerdotalis) olim undique clausa describitur à Guilielmo Durando (b) nunc ad lateribus aperta est: sic quoad habitum Ordinis hujus successivè aliquas mutationes accidisse, habetur ex dictis eodem Tomo præcedenti parte 1. lib. 7. cap. 4. & seq. Et quidem quantùm ad pallium barratum, quod, sicut jam dictum est, ab initio constabat partibus septem, alternis albis, & nigris, successu tamen temporis aliqua invecta fuisse videtur difformitas, ut plures essent partes; sicut hîc suprà notatum est. Quòd tamen aliquibus in partibus pallia fuerint confecta ex partibus rotundis, sic ut inferior alba esset, secunda ascendendo nigra, tertia iterùm alba, atque ita consequenter ascendendo, fictium est: & sicubi talis fuerit usus, abusus fuit. Idcircò in præfato Capitulo Generali Londinensi anno 1281. pro revocanda uniformitate, conditum fuit istud Decretum: *Habeat septem radios tantùm, ut simus uniformes.* Dicitur: *Habeat septem radios tantum*, seu *petias* id est, partes, quæ (sicut radius à sole, seu sidere procedens, cuspidatim decrescit) ab inferiori parte latæ, paulatim diminuendo, per modum radii, superiùs arctiores apparebant: & hâc ratione pallia illa dicta fuêre quandoque *radiata*: & etiam nuncupata fuerunt *circulata*; ideò, quia confecta erant ex partibus diversis circulariter habitum illum componentibus, ita ut prima à latere dextro (similiter sinistro) fuerit alba, 2. nigra, 3. alba, 4. nigra, & sic consequenter in orbem seu circulariter, sicut habetur ex Ordinis historicis tomo præcedenti insertis. Subindè etiam vocata fuerunt *virgulata*, & eorum partes *virgulata*, & *virgula*. Hinc in vita S. Angeli cap. 5. hîc suprà de ipso, & fratre ejus dicitur: *Candidam insuper chlamydem camusinis, cum virgulis distinctam & circulatam gerebant.* Ibi *Camusinis* videtur idem, quod *griseis nativi coloris*, sicut erat toga, seu vestis media S. Angeli, nempe *grisea*, ceu *camusina nativi coloris.* Octavius Cajetanus in vita S. Angeli (c) ferè eadem habet; sed pro *camusinis* ponit *camisinis*, ceu *virgulis*. In animadversionibus ex S. Isidoro (d) annotat: *Camisias vocamus, quòd cum hæ dormimus in camis, id est in nostris stratis: vox deindè ad alias vestes deducta.* In nonnullis aliis exemplaribus vitæ S. Angeli legitur: *Pallium album virgulatum diebus festis in Ecclesia deferebant.* Est autem proprie *Habitus virgulatus*, habitus virgulis diversi coloris distinctus: sic *pallium virgulatum* hîc dicitur, quia *lata virgis* (sic partes ejus nuncupatæ leguntur) constabat. Hactenùs vidimus, quid præstantiores Ordinis Carmelitani historici tradant de habitu S. Eliæ, & Ordinis præfati; è re erit, etiam paucis disserere, de variorum exterorum, circà præfata, erroribus.

(a) Vid. Tom. præced. n. 274. & 674.
(b) in Rationali divin. offic. l. 3. c. 7.

Barrata pallia constabant septem partibus, alternis albis & griseis,

Barrata pallia etiam dicta fuerunt, radiata circulata,

ac virgulata, & cur:

(c) Tom. 2. vit. Sanctor. Siculorum.
(d) lib. 19. orig. c. 22.

2077. *Denique* animadvertendum, quòd Scriptores varij circà S. Eliæ, & Ordinis hujus habitum superiorem (olim pallium, nunc cappam nuncupatum) hallucinati fuerint: sicut videre licebit apud P. Lezana tom 4. Annal. (e) nec non apud P. Petrum Wastelium (f) referentem, & refellentem variorum Scriptorum errores, circà habitum S. Eliæ, & Carmeliticum (pariter circà Ordinis originem) Quidam enim scribunt, *pallium Elia fuisse cum largis virgis*, seu ex partibus *albis*, & *griseis*. Ita Stephanus Garibajus, Joannes Heroldus (haud bonæ notæ auctor) Sabellicus, Polydorus, Suingerus, & alij, relati, & refutati à Petro Wastelio; sed id merum est figmentum, sicut plenius declarat idem auctor. Pallium enim S. Eliæ albi fuit coloris, sicut jam ante dictum, & sæpiùs relatum est Tomo præcedenti (g) nempe confectum ex pelle caprina, seu pilis, sive lana villosa albi coloris. Auctores jidem, & alij nonnulli, sic errõn, è scribentes de habitu S. Eliæ,

Hallucinationes variorum circa pallium S. Eliæ,

(e) ad an. 1286. n. 3. & ad an. 1295. n. 3.
(f) lib. 1. vindic. pro Joan. Jerosolymit. sect. 5. art. 1. § 3. 4. 5. & seq.

(g) num. 269. 800 801. & alibi sæpè.
& Carmelitarum:

non minùs hallucinati sunt circà habitum Ordinis Carmelitani, falsò adstruentes, quòd Albertus Patriarcha Hierosolymitanus in Regula Ordinis pro habitu, cappam ex largis virgis albis, & griseis deferendam constituerit. Sed apertè falsa sunt ista; tùm quia in Regula ab Alberto tradita, nequidem mentio est de habitu; tum quia habitus barratus longè antè (ab anno Christi 639. aut 642.) in usu fuit, sicut habetur ex jam dictis. Alij scribunt, cappam, seu pallium, ab Alberto Ordini traditam fuisse *ex serico*, idque *more Eliæ*, tamquàm ipse tali pallio *ex serico* usus fuisset (sed quæ somnia!) cùm è contrà habuerit vestem pauperrimam. Plerique etiam istorum à veritate historiæ manifestè aberrantes, attribuunt Honorio III. quod competit Honorio IV. alij alia scriptis suis de Carmelitano habitu (sicut & de ejus origine) immiscent absurda, quæ videri poterunt apud eundem Wastelium: *Mirabile*, inquit, *est quòd viri, etiam in primis illustres inter Scriptores, sic de Virginis familia errent crassè, ut vel referre tantùm pudeat quòd in libris suis ipsi exarârint.* Et quidem quòd *Albertus Patriarcha Ordinis habitum transtulerit, seu assignaverit*, sicut præfati hallucinantes existimârunt, oppositum constat quoque ex vita S. Angeli, qui ante datam ab Alberto Regulam, Carmeliticum habitum gestavit talem, qualis post Albertum in usu fuit (a) *Addo, nullam habere veri speciem, quòd S. Albertus homo Latinus, & qui Aymerici Antiocheni, Patriarchæ item Latini, vestigia secutus, conformari voluit montis Carmeli Eremitas monachis Latinis, (adeò, ut eremi, & Ordinis hujus præfectum non* ABBAM, *sed Priorem in posterùm vocari vellet) assignaturus fuerit iisdem Religiosis habitum versicolorem, nunquàm sibi in suo natali solo, aut toto Occidente visum, & quem, cùm in Occidentem commigrârunt, magnâ ratione mutatum opertuit: ut neque ullo pacto credibile est, si habitus ille fuisset propheticus, & Eliæ propheta eo usus; Patres Carmelitanos, qui Eliâ Prophetâ sui instituti Patre ac Duce gloriantur, fuisse supplicaturos, ut sibi liceret hujusmodi coloris habitum in alium tamquàm decentiorem commutare.* Ita rectè antiquitatis eruderandæ studiosus P. Petrus Wastelius. (b)

2078. Cùm operis hujus impressio provecta esset ferè huc usque * primùm nobis visa fuére in publicum prodeuntia *Acta Sanctorum mensis Aprilis*, ubi ad diem VIII. Aprilis in Vita S. Alberti Patriarchæ Hierosolymitani, seu in Commentario ad illam, cap. 12. agitur de habitu superiore, seu pallio S. Eliæ, & Ordinis Carmelitani: Ibi in principio quasi pro fundamentis hæc ex Supplemento Chronicarum adferuntur: *In qua* (Regula Carmelitana) *pro habitu fratribus ejusdem Ordinis Cappam ex Syrico, cum quibusdam largis virgis, scilicet albis, & griseis, circulatam (more Eliæ Prophetæ, ut tradunt) assignavit, & deferendam constituit*, scilicet præfatus Albertus. Bona cum venia Auctoris, illa suo operi inserentis, nonne ea sunt fundamenta, debilia? ut potè veritati (historiarum basi) haud innixa? Consequenter ea, quæ istis superstruuntur isto cap. 12 & 13. nonne similia censenda? Nonne illæ *cisternæ dissipatæ, quæ continere non valent aquas*? (c) aquas limpidæ veritatis? Id ut ad oculum demonstretur; en paucis in lineis tria à veritate devia: primum *In quâ* (Regula) *pro habitu Ordinis . . . cappam assignavit*: ex jam dictis habetur, quod in Regulâ nequidem sit mentio habitûs (sicut etiam ipse notat auctor vitæ istius) secundum *Cappam ex Syrico*: in textu auctoris citati * habetur *Sericum*: cur igitur ibi, variato textu, ponitur *Syricum*? Tertium. *Cum largis virgis, albis, & griseis, circulatam more Eliæ.* Sive sit *sericum*, sive *Syricum*, neutrum habet speciem veri, *more Eliæ*, quòd scilicet S. Elias gestaverit *cappam cum largis Virgis, albis, & griseis*, idque ex *Serico*; cum vestis ejus fuerit pauperrima: neque ex *Syrico*, seu *Syrico panno*, ob eandem rationem. Istud etiam telum efficaciter repellitur *gladio Spiritûs, quod est verbum Dei*, (a) nos instruens, quòd S. ELIAS fuerit *Vir pilosus*. in quem locum Alphonsus Tostatus (b) sub isto titulo: *Qualis erat habitus Eliæ, & Ioannis Baptistæ, & quare Ioannes voluit imitari Eliam in habitu*: ista scribit: *Elias erat vir pilosus, id est, habebat vestem, cujus pars exterior erat tota pilosa, sicut pellis animalis: & hoc quia fortè vestis sua erat aliqua pellis versis exteriùs pilis: vel erat vestis facta de pilis grossis, & magnis animalium sinè arte compositæ: & ideo pili magni prominebant exteriùs, tanquam esset illa vestis pellis animalis.* Et paulò infra: *Sic patet de B. Ioanne Baptistâ, qui secutus est per omnia vitam Eliæ; ita ut à Iudæis putaretur esse Elias, & mitterent ei ad dicendum, si erat Elias, ut patet Ioannes 1. ipse tamen habuit habitum omninò conformem isti habitui Eliæ.* Ita quoque Cornelius à Lapide in eumdem Textum: *Incedat Elias intonsus, prolixâ barba, & capillis, hispido vestitu, & pilosо, putà melote, sive pelle ovinâ vel caprinâ intonsâ circundatus.* Ista confirmat Doctor veritatis, sic de Eliâ, & discipulis ejus scribens (c) *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis.* Illa dicta de S. Eliâ, & discipulis ejus, docent Patres, & Interpretes passim: videatur hic supra (d) Quod Monachi veteres quoad hoc Eliam fuerint imitati deferentes pro veste superiore *pellem caprinam albam*, habetur ex ante-dictis. Itaque longè à vero abest, quod habitus Eliæ fuerit *cum largis Virgis, albis, & nigris, circulata.* Quantùm ad auctoritatem S. Antonini (quæ etiam allegatur ab auctore Commentarij) frustrà adduci perspiciet quilibet, legens, & conferens inter se illa, quæ de S. Antonini *Chronico*, seu *libris Historicis*, scribunt Melchior Canus (e) Antonius Possevinus (f) & Petrus Wastelius (g) In vitâ istâ S. Alberti eodem capite, ubi de pallio S. Eliæ, & Carmelitano: illud, seu vestes similes nuncupantur etiam *undulatæ*, & partes diversi coloris, *fluvij*, seu *flumina*. Et pannus, unde confectæ illæ cappæ, seu pallia Carmelitarum, *more Eliæ*, vocatur *Syricus*, seu *pannus Syricus*. Sic igitur ibi auctor Commentarij: *Eas* (cappas) *ex Syrico factas fuisse, habent, quos initio capitis prænotavi . . . Syricus ergò pannus, pannus est advectus ex Syriâ: quæ, quia nunc Turcis est subjecta, passim nunc Turcicus pannus dicitur, non laneus* (*nam tales indè nihil advehi opus, cum præstantiores iis habeantur in Europâ*) *sed ex capellarum pilis contextus, à quibus & nomen habet ipse pannus, ut* CAMELLOTTUS *dicatur, corruptè, pro* CAPPELLOTTUS: *sicut & ipsum stamen ex pilis caprinis ductum, à Belgis passim vocatur* Kemelshayr. De pilis caprarum, & consequenter panno indè confecto subditur, *pilus mollissimus, & mirâ venustate resplendens, bombycum elegantiam quadamtenùs æmulatur.* Certè ista, sive de S. Eliæ veste superiore, sive Carmelitica intelligantur, nonne paradoxa sunt? Quantùm quidem ad vestem S. Eliæ, pro nobis efficaciter respondet Petrus Canisius è Societate JESU, pari eruditione, & pietate celebris, impugnans quemdam, his verbis describentem vestitum S. Joannis Baptistæ: *Vestis Ioannis erat contexta ex pilis cameli, similis ei, quam hodiè vulgò à camelis vocamus* Kamlot, *vel* Schamlot, *latinè undulatam.* Sed quid ad hoc Canisius? *O præclarum scholasten, ac insignem grammaticum, qui talem vocabulis sensum affingit, qualisne per somnium quidem doctissimis artis grammaticæ autoribus in mentem umquàm venit.*

Vestem

verum non est, quod S. Albertus Patriarcha illum in Regula assignaverit:

aut quod ex serico fuerit;

errores alij circa habitū Carmelit.

(a) Vide hic supra num. 1268, & 1272.

(b) Lib. 1. Vindic. sect. 5. art. 1. §. 4.

* ad pagin. 592. inclus.

Pallium S. Eliæ, aut barratum Carmeliticum fuisse ex serico, seu panno Syrico, *seu* CAMELLOTTO, *commentum est:*

(c) Jerem. 2.

* Philippi Bergom. in Supplem. Chron. impress. Paris. an. 1535. lib. 13. ad an. 1200. Fol. 295. pag. 2.

(a) Ephes. 6.

(b) in lib. 4 Reg cap. 1. quæst 15.

id probatur ex Scripturis, & Doctoribus.

(c) Ad Hebr. 11.

(d) num. 28. & 29. & 45. & 225.

(e) de locis Theol. lib. XI. c. 6. sub finem.

(f) In apparatu verbo: Antoninus Florent.

(g) Lib. 1. Vindic. sect. 5. artic. 1.

probatur etiam ex Petro Canisio:

Digitized by Google

Vestem hispidam è pilis camelorum contextam, & ad corpus affligendum studiosè comparatam, hic novus grammaticus cum veste undulata componit. Et undè probabit, quæso, hunc tunc fuisse morem in Palæstina, ut ex pilis camelorum vestes mediocres & decoræ conficerentur; præsertim quæ cum undulatis non ita pridem inventis, sicut nunc illis utimur, quicquam haberent commune? Testatur Plinius, undulatam vestem primò è lautissimis fuisse, inde sericulatam, hoc est, variis coloribus distinctam, defluxisse ... Valeat igitur cum suo Mamlot & Schamlot *Chytræus, qui hoc inauditum figmentum, ut Ioannis vestitum obscuraret, ac imperitis simul imponeret, adhibuisse videtur.* Aliquantò post agit de veste S. Eliæ, simili illi quem gestavit S. Joannes Baptista. *Describitur* Elias *ille Thesbites, quòd vir pilosus & zona pelliceâ accinctus renibus fuerit, quòd in deserto vixerit ... An non is verus* Elias *est? quod nomen* Joanni *Christus ipse largitur: sed & Angelus prædicit, eum* in spiritv et virtvte Eliæ *suum munus, ut sit Messiæ nimirum prodromus, sive præcursor, fideliter obiturum esse. Quamobrem ita Hieronymus:* Joannes, *inquit, secundùm mysterium, quod in Malachia scriptum est, ipse est* Elias, *qui venturus est: non quòd eadem anima, ut hæretici suspicantur, & in* Elia, *& in* Joanne *fuerit, sed quod eamdem habuerit sancti Spiritûs gratiam, zonâ cinctus ut* Elias, *vivens in eremo, ut* Elias: Ita quoque Patres, & Scriptores alij, nempe, quod fuerit Joannes *vestium hispiditate, victûs parcitate, conversationis similitudine, parique mentis rigore Eliam semper exprimens; adeò ut Iudæi eum esse Eliam in persona opinarentur.* (a) Igitur sicut *figmentum est* (ut loquitur Canisius) ut *Ioannis vestitus obscuretur*, dicere, quòd fuerit ex Mamlot / aut *panno undulato*, eadem est ratio de vestitu S. Eliæ, quod fuerit ex *Camellotto*, seu *panno undulato*: quibus terminis utitur auctor præfatæ vitæ S. Alberti. Si dicat, se non referre ad vestem Eliæ, sed Carmelitanam; Cur igitur adducit, & approbat (adducit, nec refellit) verba ista: *more Eliæ?* & cum tali habitu depictum S. Eliam repræsentat? S. Eliæ (cui in vestitu, & aliis similis fuit S. Joannes Baptista) etiam congruit istud Christi testimonium: (b) *Quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Quid ergò auctor Commentarij quærit in deserto *homines mollibus vestitos?* ex panno confecto *à pilo mollissimo mirâ venustate resplendente?* Hic concludere liceret sicut P. Canisius: *Valeat cum suo Syrico undulato, Camellotto, qui hoc inauditum &c.* Cæterum quantum ad Carmeliticum habitum, seu cappam barratam, eadem est ratio, videlicet habendum ut haud verisimile, existimare pauperum Religiosorum eremitarum Carmelitarum in Carmelo, & aliis eremis, habitum fuisse *undulatum*: ex *panno Syrico, mollissimi pili mirâ venustate resplendentis ... quâ Carmelita supràomnes extollerentur* (c) *ut intelligi possit, quàm ea* (barratæ cappæ) *honorifica Carmelitis fuerint, & quanto in pretio habenda* (d) Consequenter dicitur: quod Carmelitæ gestarent habitum similem vesti Episcopali, *velut Episcopo nihil debentes.* Verùm an non ista paradoxa, in Carmelo, & aliis desertis videre pauperes eremitas in pretiosa veste, *quâ supràomnes extollerentur?* Econtrà Carmelitani Scriptores omnes concorditer tradunt, atque etiam Bonifacius Papa VIII. in Bulla, cujus initium est: *Iustis petentium desideriis*, refert, barratas cappas (occasione habitûs albi, coactione Hummari tyranni, dimissi assumptas) fuisse *minus decentes, & displicentes quàm pluribus.* Et ea causa est, ob quam, relictis barratis cappis, resumptæ sint albæ, sicut habetur ex ante dictis. Hæcque obiter hîc, alibi Deo dante, pariterque etiam alia in Commentario isto adversùs Carmelitarum historiam, plenius differenda, & repellenda. Dumtaxat pauncula hic addenda videntur circa apparatum diversarum picturarum ex variis Europæ Regionibus ab auctore præfatæ Vitæ S. Alberti apportatarum, repræsentantium pallium S. P. Eliæ, & barratas Cappas Carmelitarum: & quidem quantum ad pallium S. Eliæ undulatum &c. estne illud conforme Scripturis sacris, & Patrum traditionibus, de ejus veste pilosâ pauperrimâ? quoad cappas barratas, picturæ istæ ecquid concludunt? cùm factæ non sint ex ordinatione, seu placito totius Ordinis, seu alicujus publicæ Congregationis, seu aliquorum in historiis Ordinis versatorum; sed verosimiliter personæ cujusdam particularis, aut pictoris ad libitum fingentis, secundùm istud Horatij:

——— *pictoribus, atque Poëtis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

(a) Ita Jo. Gilleman. in Hagiologio.

(b) Matth. 11.

(c) In vita S. Alberti cap. 12. n. 111. in fine pag. 795.

(d) ibid. in fine paginæ.

Monitum occasionale, memoratu dignum, & scitu necessarium pro intelligentia historiæ Carmelitanæ, præsertim quoad habitum ejus.

2079. Quæret quispiam (& scire juvat) quâ ratione auctores aliqui existimare potuerint, pallium S. Eliæ, in desertis summam paupertatem profitentis, aut etiam Carmelitarum olim in Carmelo, & aliis eremis, fuisse *ex serico* (qui illi sint, vide apud Wastelium *a*) aut ex *Syrico*, seu *panno Syrito, undulato, camellotto?* Hallucinationum istarum, & similium, in historia Carmelitana, operæ pretium est, & dignum, nosse fundamentales rationes: eæ potissimæ sunt duæ: una est, *Commenta adversùs sacrum Ordinem hominum quorumdam livor olim, id est, paulò ante tempora B. Antonini, eudit ad labefactandam tantùm ac supprimendam veritatem ... eorumque livor apud eos, qui fidem suam credere solent magistris rerum, de quibus agitur, parùm expertis, sive testibus tantum auditis, versa fuerunt in sententiam.* Ita Wastelius (b) Nonnullos, falsa de Carmeli Ordine commentos, plurimorum testimoniis tradutum videri poterit Tomo præcedenti. (c) Et ista de antiquitatis, & historiæ Carmelitanæ impugnationibus ab uno, alterove, aut tribus sæculis. Quoad nuperas, Lectores nostri Theologiæ, & Philosophiæ, atque alij, varias, velut in fasciculum, habent collectas, differendas alibi: è quibus quantum ad habitum Ordinis (de quo hactenùs) sunt variæ circa formam, & materiam ejus: & eâ occasione Scriptores Carmelitani præcipui, de habitu Ordinis tractantes, immeritò proscribuntur, ut *imperiti, ignorantes, pseudi, fabulatores*, & eorum scripta, *commenta, fabulæ*. Et quidem ista in rebus, historicâ morali certitudine probatissimis: cujusmodi est historia (pro confirmatione albi habitûs, seu pallij S. Eliæ, & Carmelitarum adferti solita) *visionis virorum candidorum factæ Sabachæ parenti* S. *Eliæ* (cujus aliquoties mentio fuit in antecedentibus (d) traditæ à Patribus, & Scriptoribus præcipuis, S. Epiphanio, S. Isidoro Hispalensi, Metaphraste, Surio, ac aliis plurimis (e): & tamen illa hâc notatur severâ censurâ: *Totum hoc de Sabacha, commentum*: & qui eam tradunt, *Fabulatores, pseudi.* An tales etiam Surius, Metaphrastes, S. Isidorus? An ista indicia animi indifferentis? Quantum ad hoc, arbitrium sit penès alios: qui in pondere & statera sanctuarij (rectæ rationis, non cujuspiam passionis) appendant hanc quoque rationem: Quinam scripserunt historias Ordinis S. Benedicti, prædicatorum, Societatis Jesu, & Ordinum aliorum? nonne ejusdem (respectivè) Ordinis, & quo taxata

(a) lib. 1. vindic. sect. 5. art. 1. §. 6. pag. 99.

Hallucinationum in historia Carmelit. causa duæ.

(b) lib. 1. vindic. sect. 5. art. 1. §. 3.

(c) vide n. 737. 758. 817. 848. & seq.

(d) vide hic suprà num. 67. & seq. & 79.

(e) vid. ib. & n. 32. & 33. & 46. & 53.

Historia Carmelitana probatissima immunita ab aliquo.

Digitized by Google

illis adhibetur fides? Cur igitur istud privilegium, quod cæteris omnibus competit, surripitur Ordini Carmeli, & ejus Scriptoribus universis? Historici Ordinis Carmelitici concorditer hanc primam sui Patriarchæ S. Eliæ, & sui Ordinis tradunt historiam (*pro confirmatione albi habitûs S. Elia, & posterorum ejus*, prout jam antè memoratum est; imò etiam *pro Patriarchatu S. Elia ab istis candidis, filiis suis, visi salutari*) Cur igitur Carmelitanis historicis ista tradentibus fides non habetur? sicut historicis Ordinum aliorum in suis respectivè historiis? & quidem cùm habeant patrocinatores tàm multos, tàm potentes, Patres, & Scriptores alios tàm illustres eadem scribentes? & interim eæ ad *commentorum* classem ablegantur. Cerè si ista scribens, & sic impetens Carmelitanam historiam in re tam perspicua, ita (salva pace) deviet, ecquid censendum de aliis Carmelitanis historiis non ita claris. De habitu ex *panno undulato*, ex *Camelloto*, similiter contrà omnes historicos Carmelitanos excogitato, eadem est ratio. Sic etiam historia de Sacello, temporibus Apostolorum in Carmelo Beatissimæ Virgini Mariæ dicato, præcipuis auctoritatum momentis asserta (a) ab eodem auctore, eadem censurâ plectitur, ac ad commenta ablegatur. Sed de istis, & aliis æquè manifestè veritati dissonis, alibi opportuniùs, & plenius, haudquaquam ad offendendum, sed Christiano religioso cum moderamine, necessitate urgente, ad Carmelitanos Scriptores, & historias defendendum.

& inter commenta asserta;

si in rebus clariss. sic erret, ecquid in aliis minus perspicuis:

(a) Vide into 1. Speculi Carmelit. num. 240. & 555. & 684. & 718. 733. & 750. 785. & alibi sæpe præsertim n. 1211. & 1455.

2080. Nunc alteram audiamus rationem, & potissimam, cur auctores varij, veri amatores, in Carmelitanâ historia cespitaverint: ea est *Defectus monumentorum antiquorum Ordinis, quia ineditorum in publicum.* Circà istud plura videri poterunt Tomo præcedenti (b) & apud Wastelium (c) Hinc Scriptores exteri nonnulli, atque etiam domestici aliqui, similibus monumentis destituti, varia erroneè, aut conjecturaliter de Ordinis Carmelitani historia scripserunt. Exempla bina id confirmabunt, & clariùs manifestabunt. Vita S. Petri Thomæ à viris illustribus Philippo Mazzerio Cancellario Regni Cypri, & Joanne Carmessonio Provinciali Terræ sanctæ Ordinis Minorum, authenticè scripta à trecentis annis, & ab Arnoldo Bostio à ducentis circiter annis, antehac typis non fuit edita, nisi primùm anno Christi 1642. in *Actis Sanctorum* per P. Bollandum, ad 28. Januarij; hinc quamvis apud Carmelitanos scriptores & in toto Ordine ut certissimum fuerit, ipsum professione Carmelitam: attamen ante annos circiter 40. Lucas Waddingus existimans illum sui Ordinis Minorum fuisse, vitam ejus paraverat, ut suis insereret Annalibus; & Carmeli Ordo apud Sacram Congregationem Romæ traducebatur, tamquam injustè alienum Sanctum sibi vendicans. Undè in viro isto præstanti tanta hallucinatio? quia præfata monumenta vitæ ejus non viderat: pius, æquus scriptor, cognitâ veritate; revocavit errorem, fœnore dato Carmelitano Ordini. Plura circà hæc videantur hîc suprà (d) Ita quoque circà nomenclaturam Ordinis *B. Mariæ de monte Carmelo*, quam infames fuerint hallucinationes, videri poterit Tomo præcedenti (e) Sic quoque quoad Capellam, seu Oratorium in Carmelo temporibus Apostolorum, atque alias Ordinis historias, præsertim ejus originem Scriptores nonnulli hallucinati fuerunt. Liceat domesticis attexere etiam unum, alterumve exemplum externum, & quidem recentioris memoriæ. Certum est, quòd illustre jubar Societatis Jesu sit S. Franc. Xaverius: qui floruit seculo præcedenti: & interim aliqui, existimarunt, illum non fuisse Jesuitam, sed Sacerdotem secularem: quos meritò impugnant P. Cornelius Hazart (f) & alij. Itidem certissimum est, Societatis Jesu professos voto simplici, esse veri nominis Religiosos; & tamen aliqui id in dubium revocare præsumpserût. (g) Et ista obiter; ut indè concludamus sic: Si aliqui in rebus recentissimæ memoriæ in hoc seculo Scriptorum, & eruditissimorum fertilissimo, sic hallucinentur, ecquid mirum, quòd circà habitum Carmeliticum, qualis olim in usu fuit in Terra-

sancta (& circà Ordinis hujus ante bis mille sexcentos annos instituti, successionem, & alias historias) aliqui hallucinati fuerint? Ad hoc propositum scitu utilia plura habet lector hîc supra. (a)

(a) ad XX. Julij num. 2047. & ante, ac post.

2081 Et ista hactenus, occasione depositionis palliorum (seu capparum) barratorum, & resumptionis albo rum. Transituri jam ad pandenda gesta, & vitam B. Joannis Soreth, haud absre erit, prævièhîc ex Constitutionibus ab eo recognitis in Capitulo Generali Bruxellis habito anno MCCCCLXII. die Pentecostes, sub hoc titulo: VEXILLUM FRATRUM RELIGIOSORUM DIVÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO *sub quo hæc omnia panduntur. Constitutiones eorumdem Fratrum Ordinis beatissimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo correctæ & ordinatæ per venerabilissimum in Christo Patrem Magistrum nostrum Ioannem Soreth, Doctorem Theologum Parisiensem, Generalem dicti Ordinis: ac examinatæ, approbatæ, & publicatæ per Diffinitores Capituli Generalis Bruxellis celebrati,* describere vestem integram Ordinis hujus, sicut ibi decernitur parte 1. Rubrica XI. quæ est: *De indumentis*, ubi ista: *Vestimenta Fratrum lanea sint, ejusdem formæ, ut habeant tunicas amplas griseas, ad nigredinem tendentes ... usque ad talos descendentes ... Habeant etiam Scapularia ... Sint etiam accincti super tunicam zonis satis latis, de corio ... Item sint albæ tunicæ rotundæ, in pectore simili modo scissæ, & nucleatæ, cum apertura competenti, ut possint se aptè disponere, ad recipiendum disciplinas ... Quilibet autem Frater habeat cappam album.* Hæc in Constitutionibus recognitis in isto Capitulo Generali anni 1462. Ita quoque in Constitutionibus à Summis Pontificibus Urbano VIII. & Innocentio X. confirmatis, parte 1: cap. 8. *Vestimenta Fratrum lanea sint; ex grossiori & viliori panno ejusdem formæ, ut habeant tunicas amplas griseas, nativi coloris, ad nigredinem tendentes ... Habeant quoque Scapularia ... Religiosi semper sint accincti super tunicam zonis de corio. Sub veste, seu prima tunica sit alba tunica inferior, è viliori panno ... Quilibet habeat cappam album.* Et hæc est vestis hujus temporis, etiam iisdem penè verbis præscripta in anterioribus Constitutionibus generalibus totius Ordinis. Porrò Constitutiones, seu statuta primùm scripsit, seu digessit S Brocardus, circa annum Christi 1171. aut 1191. sicut videre licebit hîc infrà in ejus Vita ad diem 2. Septembris. Talem habitum in usu fuisse quando S. Angelus Carmeli Ordinem ingressus est, (excepto pallio barrato) habetur ex vita ejus cap. 5. hîc supra, ubi sic describuntur vestes ipsius: *lanea alba* (tunica scilicet) *griseaque deinde, seu canusina nativi coloris, cucullata* (id est cum caputio, illis temporibus Scapularibus affuto) *candida insuper chlamys, canusinis* (id est griseis) *seu virgulis distincta.* Talem habitum qualis ante descriptus est ex constitutionibus (*pallium album*: infrà tunicam *griseam latam*: *Scapulare*: *zonam*) in usu fuisse in Ordine ante annos mille ducentos (circà annum Christi quadringentesimum) imò ab initio Euangelicæ legis, habetur ex Ordinis historicis, Arnoldo Bostio, in Speculo historiali, Thoma Bradley in Chronico, Philippo Riboti in volumine decem librorum, & ex libro *de Institutione primorum Monachorum.* Porrò vestes S. Eliæ erant *Melota*, & desuper *zona*: necnon *superhumerales* ac desuper *pallium ex pelle caprina alba*, seu albi coloris pilis, sive ex villosa lana confectum, sicut ex antedictis habetur. Et ista aliquantò uberiùs de genuino Carmelitico habitu; ut cuique de eo plenius constet: quia Religiosi multum interest nosse sui Ordinis habitum, & significationem (de significatione cujuslibet in particulari videatur Tomo præcedenti

Habitus integralis Carmelit. Ordinis, hoc & anteriori tempore.

S. Petrus Thomas erroneè existimatus, Ordinis Minorum:

unde iste error:

(d) ad XXIX. Jan. num. 706. & seq.

(e) nu. 817. & 848. & 2032.

S. Francisc. Xaver. ipsemet putatus Sacerdos secularis:

(f) Eccles. histor. Flandr. tom. 2. in præfat. ad Lector.

(g) Vide Lessium de Jure, & just. l. 2. c. 41. dub. 1.

Digitized by Google

denti parte 1. libro 7. quasi per totum.) Plura de Ordinis hujus veste videri poterunt in libro, cui titulus est: TYPUS, SEU PICTURA VESTIS RELIGIOSÆ, *quâ distinctè repræsentatur & antiquorum tàm in nova, quàm in veteri Lege Monachorum multiplex habitus: & potissima rationes, ob quas Carmelitæ pullo, seu griseo-nigro colore nativo in vestibus utuntur.* Auctore R. P. Leone à S. Joanne. Sed nunc ad præfati B. P. Joannis Soreth vitam, gesta, & virtutes scriptio procedat.

XXV. JULII.

VITA B. IOANNIS SORETH PRIORIS GENERALIS:

In quâ resplendent norma, ac Speculum perfectæ conversationis monasticæ, & idæa veri Superioris, observantiæ regularis zelantissimi.

NOTATA PRÆVIA.

§. 1. *Testimonia Sanctimoniæ:*

2082. LAudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſuâ (a) *ut ſcilicet eorum exempla ſint ad virtuoſorum, & heroicorum actuum exercitationem incitamenta. Id conſilium Eccleſiaſtici, Spiritûs ſancti inſtinctu enuntiatum, meritò complendum eſt in venerabili beata memoria Ioanne Soreth, cujus vita exemplaris à variis conſcripta, & encomia à pluribus illuſtribus Scriptoribus celebrata extant: Imprimis Ioannes Gillemanus, Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini in Monaſterio Rubea-Vallis prope Bruxellas (qui benè de Eccleſia meritus deceſſit anno Chriſti* 1487. (b) *vitam B. Ioannis Sorethij, & ejuſdem inſigne elogium, vitaque compendium inſerüit inter vitas Sanctorum in volumine cui titulus eſt* Novale Sanctorum, *& identidem ibi nuncupatur* ſanctus vir, Beatus vir, ac ſanctiſſimus Pater: *&* miraculis præclaris rutilans. *Vitam illam hic damus. In vita ejuſdem Compendio quod extat in eodem volumine folio CXLII. pagina 2. his, inter cætera, verbis commemoratur*: Joannes Soreth toto Orbe celebratus . . . ſanctæ vitæ, & ſingulariter Chriſto frugifieus . . . unus valentiorum Sacerdos Eccleſiæ Dei. *Abbas Trithemius libro* de Scriptoribus Eccleſiaſticis *hac de ejus pietate, zelo, & eruditione teſtatur*: Joannes Soreth natione Normannus, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ ſemper Virginis de monte Carmeli, XXV.* Prior Generalis: vir in Divinis ſcripturis doctiſſimus, & ſæcularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio dulcis & clarus: vitâ & converſatione devotus, & ſingulariter religioſus & ſanctus, Carmelitici Ordinis decus, gloria, ſplendor & reformator, qualem noſtra tarò viderunt ſæcula, rariùs cernent ventura: totus Deo deditus, totus lectioni & orationi intentus, contemptor mundi, amator, norma & ſpeculum Monaſticæ converſationis, Angelicæ puritatis imitator, virtutum cuſtos, vitiorum acerrimus hoſtis. Scripſit præclari ingenij ſui multa commendanda Opuſcula: de quibus extant ſubjecta: Super ſententias lib. IV. Sermones varij: lib. 1. In Regulam Ordinis ſui lib. 1. In eandem majus commentum. lib. 1. Conſtitutiones ordinavit: lib. 1. Scripſit & alia complura. Moritur Andegavis ſub Frederico Imperatore tertio: & Sixto Papa anno Domini MCCCCLXXI. Indictione tertiâ VIII. Calend. Auguſti. *In alio libro* (a) *quem ſcripſit anno MCCCCXCII. ferè eadem habet, & addit*: multis quotidiè miraculis coruſcans. *Wernerus Rolevinck in* Faſciculo temporum (b) *vitæ ejus ſanctitatem, & miracula commemorat*: Vir ſanctæ vitæ . . . quamplurimis nunc miraculis coruſcat. *Ioannes Paleonydorus* (c) *conformiter ſcribit.* Anno Domini MCCLXXI: vigeſimâ quintâ Julij poſtquam viginti annis dignissimè Carmelum rexerat, Andegavis obiit miraculis clarus in hodiernum diem, Sanctis meritò connumerandus. *Plures alij videri poterunt in Annalibus Ordinis Carmelitani, Romæ ſcriptis, & editis per Ven. P. Lezana* (d).

Scriptores alij de eodem.

(a) de Viris illuſtr. Ord. Carm.

(b) ad an. 1464.

(c) in Faſcic. trip. lib. 3. c. 14.

(d) Tom. 4 Annal. ad an. 1471.

2083. *In antiquo Speculo Ordinis Carmelitarum, Venetiis anno* 1507. *typis edito, ſub finem, in ſerie Generalium, ſic recenſetur*: Vigeſimus quartus Prior Generalis fuit beatus Joannes Soreth: qui tempore ſui Generalatûs à fœlicis recordationis Calixto III. Bullam pro Divo Alberto de Trapano impetravit, quâ nobis conceditur, & cuicumque, in honore præfati Divi Alberti Eccleſias, ac altaria ædificare, Miſſas, & alia divina officia celebrare. *In codice vetuſto Carmeli Mechlinienſis, complectente varia Ordinis antiqua monumenta, iſta circa annum Chriſti* 1484. *exarata leguntur* (e): Anno Domini MCCCCLXXI. die menſis Julij XXV. Beatus Magiſter Joannes Soreth Prior Generalis ac reformator Fratrum, & Inſtitutor Sororum Ordinis Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli, in Conventu Andegavenſi provinciæ Turonenſis terris valedixit, poſtquàm dignè, & laudabiliter XX. annis Ordinem rexiſſet. Natione fuit Normannus. Ad cujus ſepulturam contigerunt infra-ſcripta ſatis mira. In confinio Britanniæ quidam vir ab uxore

(e) fol. CXXXIV. pag. 1.

miracula varia ad ejus invocationem:

(b) vide Tom. præced. n. 1714.

B. Ioannis Soreth vita extat in Novali Sanctorum *Ioan. Gillemani:*

* Leg. XXIV.

Digitized by Google

XXV. Julii.

uxore suâ unicum recepit filium, quibus, necessariis ex causis à domo absentibus, filium, domi relictum, contigit mori. Qui revertentes, ut cognoverunt, tristitiâ magnâ complectuntur, potissimùm mater, quæ renuit consolari: & post uberes lacrymas sopore depressa, in visione accepit, quòd si præclari viri Fratris Joannis Soreth Ordinis Beatæ Mariæ de Carmelo merita ac patrocinia invocaret, suum unicum filium faciliter vivum recuperaret. Expergefacta igitur, cum extincto puero votum ad prædicti Beati Viri corpus cum gratifica oblatione fecit. Quæ cum implesset, vociferans filius vitam recepit & sanitatem. Unde glorificando, & laudando Deum in suo novo Sancto, cum gaudio reversi sunt ad propria. Alter sagittâ percussus in collo, dum votum suum ad prædicti Beati tumbam perficeret, integram recuperavit sanitatem. Mulier quædam in uno uberum, quod ad quantitatem capitis unius passeris devenerat, magnum sustinebat dolorem. Audiens famam Beati prædicti, post votum, quod dixerat, completum ad ejus corpusculum, statim sanata est. Fuit & quædam obsessa, cujus amici promiserunt cum candela XII. librarum sepulchrum visitare viri sancti Dei: quo peracto, liberata dimissa est. Erat & febricitans alius Frater Ordinis Carmelitarum: hic in tanta pœna vexatus suum patrem invocavit, cujus meritis statim cessavit quassatio. Cecidit alius cæmentarius ab alto, dùm ad ecclesiam, ubi Beatus sæpè nominatus requiescit, laboraret: & omnibus membris confractis, vix inter vivos reputatus est: qui dum à cooperariis ad tumulum Beati viri esset delatus, ad tactum ejusdem loci, in pristinum statum est constitutus.

2084. *Arnoldus Bostius in* Speculo historiali *confecto circa annum Christi* 1490 *compendiariâ descriptione complectitur præcipua B. Sorethij gesta, pleraque eadem, quæ in vitâ ejus subsequente, ideo paucula hic sufficient ex lib. 7. cap.* 50: Anno Domini 1451 in Festo omnium Sanctorum fuit Avinione celebratum Capitulum Generale, in quo eligitur Prior Generalis R.mus Magister Joannes Soreth, natione Normannus. Hic fuit Conventus Cadomensis, & Provincialis Franciæ, Divinarum & humanarum litterarum eruditissimus, & præstanti prædicationis excellentiâ, & aliarum virtutum gratiâ toti quasi mundo erat cognitus. Hic R.mus suum sacrum Ordinem à primariæ institutionis tramite deviasse conspiciens, corde doluit, & zelo divini amoris succensus, Ordinis reformationi studuit. Undè post reformationem quorumdam Conventuum anno Domini 1454 in festo S. Dympnæ Virginis mensis Maji Conventum Mechlinienſem reformavit Provinciæ Alemaniæ inferioris, & anno sequenti circa Festum Bartholomæi Apostoli reformavit Conventum Harlemensem ejusdem Provinciæ, quem Conventum tribus vicibus in personâ propriâ visitavit, & in secundâ reformavit (*De reformatione aliorum Conventuum agetur in sequentibus*) *Consequenter agitur de B. Franciscâ Ducissâ Britanniæ* (*cujus vita tradetur ad diem IV Novembris*) *& de Fundatione duorum Conventuum Monialium Ordinis hujus in Britanniâ per ipsam, dirigente ipso B. Patre Generali. Alia monasteria Monialium hujus Ordinis fundata tempore ejusdem B. Patris ibi recensentur ista*: Monasteria Sororum Ordinis nostri erecta fuerunt in Leodio, Dynanto, Namurco, Huyo, Vilfordiâ, Gelriâ oppido, Nova Ecclesia, Villa Haralem, & Rotterdam. Sed Dynantum oppidum postea cum Monasterio suo à Carolo Duce Burgundiæ funditus fuit eversum. *De istis Monasteriis plenius tractabitur in sequentibus. Caput sequens* (51) *est* de obitu & miraculis ejusdem R. Patris. *De quibus ista*: Anno Domini 1471 dictus Reverendissimus Magister Soreth bonorum memoriâ dignus, post reformationem & fundationem multorum Conventuum, & multorum laudabilium operum, & bonarum virtutum executionem, immarcessibilem sui agonis percepturus coronam, tenebrosam præsentis sæculi convallem lacrymarum mutavit, ut speramus, paradyso deliciarum, Christo itaque, cui fideliter inhæsit 25 die mensis Julij in Conventu Andegavensi Provinciæ Turoniæ animam suam devotè reddidit, postquam nostrum Sacrum Ordinem fermè viginti annis sagaciter gubernasset, sepultus in eodem Monasterio ... Post ejus autem sepulturam recenter contigerunt sequentia miracula. *Illa jam antè commemorata sunt, & in sequentibus referentur. Vitam ejus copiosiùs Scripserunt Walterus de Terrâ nova, & Joannes Tayus Sacræ Theologiæ Professor* (*& hæc ex præfato* Novali Sanctorum *Joannis Gillemani hic sequitur*) *Joannes Trut eamdem complexus est vita ejus quingentis versibus. Vita per præfatum Walterum typis edita est Parisiis anno* 1625. *& hic ejus est titulus*: VITA BEATI JOANNIS SORETH, Ordinis Carmelitarum Generalis, transumpta ex vetustissimo codice manuscripto R. P. Fratris Walteri de Terra nova. *De quo ista in Annalibus Carmelitanis ad annum* 1471. Vitam porrò ipsius scripserunt Petrus Walterus de Terra nova, viæ, & vitæ ejusdem socius amantissimus, quam quoad materiam immutatam, etsi formâ, stylo, ac modo diversam, Patres Rhedonenses simul cum expositione Paranetica, ejusdem Sorethij in Regulam nostram typis mandarunt Parisiis 1625. *In Præmonitione ad istam expositionem Paræneticam hæc inter cætera annotantur* (*quæ etiam hîc convenienter audientur.*) Quod Beatum appellamus, non tantùm recentiores imitamur, qui hunc honoris titulum in vita plurimorum usurpant: verùm etiam qui eo nomine passim in Ordine honoratur: jamque ante nos, auctores multi disertissimè concesserunt, Carthagena, Trithemius, Speculum Carmelitarum, Chronicon, Paleonydorus, & alij: in quorum vestigiis calamum imprimere, extra culpæ suspicionem est.

ANNOT.

B. Sorethij patria,

eruditio,

zelus divini honoris:

Reformator Ordinis:

fundator monasteriorum monialium variis in locis:

pius obitus:

Scriptores vitæ ejus.

Digitized by Google

XXV. Julii.

ANNOT. In serie Priorum Generalium B. Joannis Soreth recensetur XXIV. nonnulli scribunt XXV. Occasio differentiæ est propter Raymundum Vaquerium, quem aliqui ad ordinem Generalium admittunt: alij autem excludunt, eo quod tempore Schismatis, Antipapæ sub nomine Clementis VII partibus adhæserit: & interea alius erat legitimus Prior Generalis Michaël de Bononiâ, & post eum Joannes Raudensis. Nonnulli etiam in Seriem Generalium non referunt Michaelem de Bononiâ, Joannem Raudensem, & Matthæum de Bononiâ (atque ità B. Joannem Soreth numerant XXI, eo quod tempore Schismatis Ordinem gubernaverint: verùm cùm legitimis Pontificibus adhæserint, legitimi etiam Generales censendi sunt, & consequenter B. Joannes Soreth fuit XXIV. sicut jam ante dictum est.

§. 2. *Cultus B. Sorethio haud diu post ejus obitum, Dei peculiari inspiratione, seu monitu, exhiberi cœptus; ac deindè auctus.*

Divino monitu haud diu ab obitu cultus ei exhiberi cœptus:

2085. MOx ab obitu B. Patris Ioannis Sorethij, cultus illi exhiberi cœpit; idque peculiari Dei inspiratione, & monitu. Etenim mater quædam filij defuncti inconsolabiliter deplorans obitum, cœlitùs monita fuit, ut prælari Patris Joannis Soreth invocaret merita, & intercessionem: *quod & fecit: atque ita filius ejus* vitam, & sanitatem recuperavit: *sicut jam antè audivimus: idipsum etiam traditur in ejus vita hìc infrà cap. 12. & in altera vita cap. 19. Sacerdoti etiam cuidam hydropico mirabili visu sanctitas Patris Ioannis Soreth revelata fuit, dictumque ei*: Si illius sancti viri camisiam induaris, sanus eris: *& sic subitò ab hydrope curatus fuit. Evulgatâ famâ istorum miraculorum, auctus fuit cultus, & multiplicata miracula referenda hìc infrà cap. 12. & 13. quorum aliqua etiam hìc paulò antè memorata sunt. De cultu B. Ioannis Sorethij peculiariter agit P. Lezana in Annalibus Ordinis* (a), *ubi ista:* Cultum Sancti, vel Beati ipsi forè tribuendum, congruè, & piè videtur dici posse... Maximè quia cùm talis cultus jam ab annis plusquàm 180. incœperit, immemoriale tempus, quod est centum annorum, valdè excedit. Cui favet, quod, ut ex eadem vita habetur, populus Andegavensis mirâ in eumdem Sorethium devotione affectus, agminatim ad ejus sepulchrum cum donariis, & votivis ab antiquis confluebat. *In ejus vita Parisiis edita anno 1625. de Andinorum frequenti concursu ad Beati Sorethij sepulchrum eadem traduntur, atque etiam ista:* In eis verò laudatissimus Siciliæ Rex, cui tùm erat familiare domicilium Andegavi, ut dignitate eximius, ita pietate primus, Beati monumentum adibat, à sanctissimo viro opem in gravissimis negotiis, auxiliumque petiturus... Vidimus certè, & etiamnum vivunt non obscuri, non suspectâ fide viri, in nobili Andinorum civitate, doctrinâ æquè ac integritate florentes, qui constanter affirmant, se, dùm adhuc essent in pueris, patrio, & inolito more à parentibus mitti solitos ad monumentum, quod etiam nunc visitur in nostro templo; referuntque idem, solitos

(a) ad an. 1471. n. 5.

qualis cultus ei videatur tribuendus:

Regis Siciliæ Andegavi existentis devotio erga B. Soreth,

& Andinorum concursus ad ejus sepulchrum:

præire parentes, qui, si qua domestica necessitas, si qua publica urgeret calamitas, ad B. Carmelitarum Generalis sepulchrum præsentaneam medicinam numquam non experturi, cereis accensis, & multo pietatis affectu contendebant. Parum est auritos testes in fidem adhibere, oculatos dabo. Restat hactenùs, & ab omnibus visitur juxta B. Sorethij tumulum imaguncula Virginis è nigro marmore, quam pro singulari erga Beatissimam Deiparam affectu, semper gestare solitum accepimus: hanc nimirùm ferreis cancellis includi oportuit, ne paulatim fidelibus pulverem imaginis in reliquiarum cupidinem radentibus corrumperetur, ut jam facta est tota deformior; & tumulus ipse olim peregrinorum vestigiis, magis quàm reliqua loca contritus apparet. Imò etiam vicinus indè paries candelarum, ut moris est, fuligine infuscatus, arguit majorum pietatem simulque B. Joannis Sorethij virtutes ac miracula.

2086. *Plura ad hoc propositum videri poterunt apud præfatum Lezana* (a), *qui tandem ista subjungit*: Hæc tamen omnia, & similia cum protestatione illa, quam in principio, & in fine hujus Tomi adjungimus, ex decreto fœlic. recordat. Urbani Octavi, (b) & propter reverentiam Sedi Apostolicæ debitam, & non aliàs, nec alio modo credimus, dicimus, & scribimus. *Ita quoque vos; Quamvis enim juxta Decretum istud Vrbani VIII. cultus Sancti, vel Beati, tribuendus non sit, nisi ijs, qui ab Ecclesia Canonizationis, vel Beatificationis honore insigniti fuerint; quia tamen eodem Papâ declarante, per praedictum decretum nullatenùs præjudicatur iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientiâ, ac tolerantiâ Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij, cultum aliquem habuerunt; cùm, juxtà ejusdem Sanctissimi declarationem anno 1634. longissimum tempus, seu immemorabilis cursus, de quo in præcedenti decreto, tempus centum annorum metam excedens, intelligi debeat; decretum istud non præjudicat aliquali cultui B. Patri Sorethio à ducentis circiter annis exhiberi cœpto; & quidem, ut apparet, Deo inspirante, sicut jam antè dictum est.*

(a) in Annal. ad an. 1471.

(b) anni 1625. 1631. & 1634.

VITA, VIRTUTES, MIRACULA

Ex Novali Sanctorum Ioannis Gillemani, parte 2. fol. CXLIII. & sequent. collata cum altero Ms. ejusdem vitæ.

PROLOGUS.

B. Ioannis Sorethij vitam scribendi motivum.

2087. COgitanti mihi, diuque, ac sollicitè pertractanti, an ad utilitatem proximorum, de Reverendi ac Sanctissimi Patris, sacræ paginæ eximij Professoris, ac totius Ordinis Fratrum Deiferæ Virginis Mariæ de monte Carmeli Capitanei Generalis, Magistri Joannis, cognomento Soreth (qui

XXV. Julii. (qui nuper feliciter, ac salubriter Ordini suo præfuit, atque recentiori tempore diem obiit, & usque ad modernum tempus miraculis præclaris rutilare interim non cessavit) conscribere virtuosis actibus deberem: quorum quædam utique deservient ædificatoriæ imitationi: alia verò non tàm imitationem exigunt, quàm admirationem: meritò retardatus sum arripere, quæ ingenioli mei vires excederent, juxta consilium Sapientis, qui exhortatur ita dicens. Altiora te ne quæsieris: & fortiora te ne scrutatus fueris. Verùm ne tanta, tamque clara lucerna sub modio remaneat occulta, confortante me quodam & dicente: Incipe, perficies, auxiliante Deo: quantùm diffisus de propria fragilitate, tantùm confisus de adjutorio Dei & bonitate, etiam levavi oculos meos in montes, undè veniet auxilium mihi. Sicque solatia Patrum adhibens, & exquirens eorum orationes, tam sanctum, tam religiosum, tam proficuum virum non passus sum obrui secreto silentij: contectasque virtutes illius à notitia hominum aboleri. Denique occurrit hujus sancti viri imitanda humilitas, patientia, longanimitas, charitas, mansuetudo, cæteræque virtutes me ad hoc incitantes, ut aliquid sub compendioso stylo, licèt inculto, de vita ejus virtuosa posteris profuturum annunciarem: & quomodò tantum lumen occultare possem? Ipse enim erat lucerna ardens & lucens, ardens fervore charitatis, & lucens splendore sanctitatis. Prologum claudo: ne crescat in librum. Hunc ergo nos quibus possumus laudibus prosequamur, orantes eum quatenùs nostri memor esse dignetur apud Altissimum, ut ipse nobis tribuat indulgentiam delictorum: qui huic pio Patri æternum præmium largitus est omnium laborum suorum.

ut posteris sit exemplum ad virtutes:

Incipit vita ejusdem Beati viri.

CAPUT I.

Ejus patria, juventus, Studia.

2088. VEnerabilis ac Deo devotus & multiplicibus virtutibus redimitus claruit in diebus nostris Magister Joannes Soreth nuper Generalis totius Ordinis Fratrum Carmelitarum Prior & primicerius benè dignus. Hic de Normannia originem traxit, ac in Cadomo ex Catholicis atque justis parentibus natus fuit, & sub corona Regis Francorum nutritus extitit. Hic nempè à primæva ætate, ut fertur, sortitus est spiritum bonum, per quem erat puer docilis & amabilis valdè; & mirè admodum in omnibus, & per omnia gratiosus, bibens pro lacte de pectore materno aquas sapientiæ salutaris, non fugiens disciplinam, non lectiones fastidiens, non magisterium appetens, non ludorum denique avidus (quod vel maximè illa ætas dulce ac familiare habere solet) extitit. Quinimò à juventute sua plurimum studiosus fuit: unde profecit mirabiliter non solùm in scientia litterarum, sed multò magis in proventu virtutum diversarum. Porrò de litterarum studiis vulgariter illi testimonium perhibetur, quòd fuit Professor Sacræ Paginæ, promotus in alma Universitate Parisiensi: ubi vernat flos Theologicæ disciplinæ. In hac siquidem Schola quemdam invincibilem Magistrum in omni pænè facultate exercitatum nomine Ferrandum, gratiâ Dei cooperante, potenter devicit; qui ferè omnes alios Magistros Parisienses per quandam singularem scientiam Lulli concluserat, & ad metam deduxerat, hôc solô virô Dei exemptô, qui vi argumentorum suorum efficaciter confudit eum.

patria ejus:

bona indoles:

quâ ratione mirè profecerit in virtute & scientia.

CAPUT II.

Humilitas ipsius.

2089. DE multiplicibus virtutibus ejus, aliquas inferere libet: ut ex paucis possit quisque reliquas faciliùs æstimare. Sed undè sumemus exordium nisi ab humilitate, quæ est omnium virtutum fundamentum? humilis siquidem fuit hic vir sanctus ab intra, & ab extra in abjectione vestium pretiosarum. Nam sub alba cappa, humilitate præditus gestavit sæpissimè grossum & griseum habitum, conformans se conversis & inferioribus, ac simplicioribus, aliis in exemplum se ponens. Præterea ut Fratres sui juniores diligentiùs studerent, quatenùs Catholicæ fidei propugnatores ac defensores apti postmodùm fieri possent; ipse permisit eos certis temporibus pergere ad Collegia Parisiis reperta: & interim pro ipsis in senio suo, & sub Generalatûs officio sæpissimè cantavit, & Hebdomadarius Conventûs extitit, & aquam benedictam præsentibus ministravit. In recreatione quoque studentium quasi unus ex illis se per omnia gessit, non alta sapiens, sed humilibus consentiens, præbens per hæc, & his similia, exemplum Fratribus sibi subditis, etiam scientiâ, eloquentiâ, sapientiâ, potentiâ, & nobilitate præditis, quorum multi adhuc eo vivente effecti sunt Episcopi, & in Sacra Theologia Magistri egregij, & utriusque Juris Baccalaurei, ac Lectores eximij: ut quemadmodùm ipse in spiritu humilitatis ambulavit, & ipsi sequerentur.

Humilitas ejus,

in vestitu,

& conversatione:

zelus promovendi studia.

CAPUT III.

Castitas.

2090. CAstus denique per totam vitam suam enituit, per quam Deo approximare meruit, ac inter sanctos & electos Dei in cælo locum habitationis invenit. Quâ de re secundùm zelum castitatis, quô erat ignitus,

Castitatis amor,

Digitized by Google

ignitus; plantavit in diversis locis Congregationes Sororum sui Ordinis, sub titulo Beatæ Mariæ Virginis: quam vineam spiritualem ipse personaliter, ut benè custodita maneret, sub recluſione firmavit. Hujusmodi plantulæ adhuc virent in Britannia & Brabantia, atque Lotharingia: quas ipse dum advixit irrigare consuevit pluviâ salutaris doctrinæ, & exercitare sarculo disciplinæ. Ob castitatis etiam amorem inventus est fuisse studiosissimus reformator Fratrum sui Ordinis, quos ipse catervatim, immiscens temporibus tempora, & terroribus blandimenta, ad rigorem Ordinis perduxit, & ad debitam observantiam promovit, atque pro eis, ut durabiliores persisterent, plurima privilegia à Sede Apostolica impetravit, & procuravit.

monasteria Virginum fundat:

disciplinam monasticam instaurat:

CAPVT IV.

Pietas, & benignitas.

vita ejus benignitas,

2091. PIus etiam, & benignus extitit omnibus, sine personarum acceptione: quæ virtus, ut ait Seneca, Principem, atque Prælatum summè decet. Nam quantumcunque aliquis in ipsum deliquit, si se reum ille cognovit, ipse præveniendo dixit: Indulgeo tibi: vade, & amplius noli peccare. Simili modo contigit Parisiis, quia cum antea per longa tempora in officio Provincialatûs sub Provincia Franciæ pateretur æmulos & lethales inimicos: ipsos tamen postmodùm Generalis totius Ordinis constitutus prævenit in benedictionibus dulcedinis, & misericordiæ, dicens ad eos: O Fratres mei, nostis quòd aliquando magni fuimus, ut ita dixerim, inimici: attamen nolite timere, neque paveatis quasi debeam vindicare injurias meas. Non enim propter hoc aliquo modo vobis nocere intendo, sed misericorditer, & integraliter indulgeo vobis, nec unquam propter hoc vobis ero molestus in aliquo, sed de cætero diligamus nos invicem; quia charitas ex Deo est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Cumque hæc, & his similia diceret, æmuli ejus mitigati sunt, & in eximia ejus pietate multùm ædificati.

etiam erga æmulos & inimicos:

CAPVT V.

Iustitia, & æquitas.

mirâ ratione benignitatis rigorem contemperavit;

2092. IUstus nihilominus æbiter fuit, imò prævaricatoribus, ac transgressoribus Ordinis sui sine justitiæ violatione rigidus admodum extitit. Benignus quidem fuit bonis & secundùm regulam suam humiliter viventibus: his quoque sese ostendit mitem & hilarem. Aliis verò exhibuit acrem, & turbulentum ac tristem, corde tamen non mutabatur usquequaque. Hujus rei gratiâ visus est semel corrigere quemdam prævaricatorem, & apostatam, cujus correctionem cognoverunt Fratres esse justam: attamen faciem hujus pij Patris viderunt omninò mutatam: quapropter suspicati sunt ipsum fuisse intus turbatum, & iratum. Qui cùm interrogarent eum, factâ correctione super hujusmodi transmutatione, dixerunt ei: O Pater reverende, in castigatione hujus prævaricatoris videbaris nobis iratus, & permaximè turbatus. Quibus ille respondit dicens: Nequaquam fui iratus, aut in modico turbatus; oportuit autem me huic transgressori exhibere tanquam judicem justum, qui quidem malignis sese præsentat quasi iratum & turbatum, ut timeant, nec ampliùs delinquere præsumant? & ut justi casum similem expaveſcant. Idem verò judex justis & bonis seipsum præbet hilarem, & facie lætum. Quod cum audissent Fratres, in ipso fuerunt multùm ædificati, & in amore ipsius amplius inflammati.

XXV. Julii.

Superior qualiter se gerere debeat erga subditos:

CAPVT VI.

Efficacia animadversionis.

2093. CUm tempore quodam aliquos Fratres secum duceret Coloniam, ut Conventum Ordinis reformaret, difficulter admissi sunt ad hospitandum, & inhumaniter propter eum sunt tractati. Qui cùm in angulo Mònasterij simul sederent, nec admitterentur intrare Conventum, rarò visitabantur à Fratribus, querimoniam facientibus de suo Generali, pro eo quòd invitos eos conaretur reformare, atque ad strictiorem vitam coarctare. Sed cùm isto modo eum abjicere, nec abigere possent, in processione quadam cum Conventus præcederet, & Generalis cum Fratribus boni testimonij, quos adduxerat, subsequeretur, in reditu ad Monasterium cùm Conventus intrasset claustrum, obseratum est ostium, ipso Generali cum suis Fratribus excluso. Qui cùm desolati foris starent, pius Pater benignè consolabatur eos, & ad patientiam hortabatur. Post hæc excommunicavit rebelles; & non multò post clade pestilentiali, & morte puniti sunt pro contemptu, & inobedientia. Ex his omnibus conjici potest qualiter semper misericordiam, & judicium cantavit Domino.

B. Pater repulsam patitur in reformatione cujusdam Monasterij:

rebelles pestè à Deo puniti:

ANNOT. *Circa ista videatur annotatio hic infrà num.* 2099.

CAPVT VII.

Patientia in adversis.

2094. ANimæquior & patiens valde fuit in laboribus & ærumnis, & in omnibus adversis; nam per totum ferè mundum circuiens occasione officij sibi commissi, versùs Romam, nunc Siciliam, aliquando in

Patientia ejus in corporis incommodis,

Digitized by Google

XXV. Julii. Allemaniam iter arripuit, ac per æstum & gelu, & mille alia pericula, diversa loca Ordinis sui visitavit: adeò quod sole decoloratus ab hominibus perversis est derisui datus, aliqui enim ex illis dicebant: ecce iste effigiem præfert diaboli: alij verò irridentes dixerunt, verè iste gerit speciem Ethiopis. In omnibus his inveniebatur patiens, & Dominum semper laudans & benedicens. Quâdam quoque vice ad Episcopum Leodiensem pro causis urgentibus perrexit eô tempore, quô idem Episcopus habuit inimicitias cum subditis suis. Hi igitur in ultionem insurgentes, dimisso Episcopo, qui tunc actu erat Tungris, invaserunt hunc pium Patrem quasi faventem partibus ipsius Episcopi: ac trudentes impegerunt eum manu armatâ adeò validè, quòd per multos dies de pectore sanguinem largiter evomens, ipsum per os emittebat: insuper cum bombardis, quas in manibus ferebant, impetum in ipsum faciebant: & tamen in his omnibus patiens repertus est.

in derisu,

in percussione:

CAPVT VIII.

Fervor in Deum.

2095. ADeò insuper fervidus inventus est in his quæ Dei sunt, quòd fervore suo alios inflammavit, & in amorem Dei permutavit. Quâdam enim vice quando pausabat in fundis Brabantiæ, & habitabat Mechliniæ in Conventu Ordinis sui reformato, accidit ut cùm pranderet, Frater quidam de Conventu Bruxellensi, cui nomen erat Joannes, pariter recumberet, quia & ipse sub vera & regulari reformatione pro tunc degebat illic. Hic autem Frater audiens Magistrum commendantem mulierem Sareptanam duo ligna colligentem ac fidem viro Dei Eliæ præbentem, quodque in magna penuria constituta sub figura crucis Christi ait: En colligo duo ligna ut ingrediar & faciam modicum panis pro me & filio meo, ut comedamus & moriamur: ad quam ait Elias: Noli timere, sed vade & fac sicut dixisti. Verumtamen mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea. Quæ fidem præbens dictis viri Dei fecit sic: hanc fidem & devotionem iste pius Pater Frater Joannes Soreth in tantum laudavit, laudando prædicavit, & prædicando dilatavit, quòd antedictus Frater Joannes, cognomento Taye, coactus est cum omni velocitate surgere: ampliùs non valens impetum fervoris illius in pectore suo portare, adeò cæpit intùs dilatari & lacrymis copiosis exteriùs perfundi. Pater itaque fervens loquendo filium accendit; filius verò audiens, & tantum fervorem non ferens quasi consumptis viribus aruit, & defecit. Apud Leodium etiam quâdam vice prædicavit de sanguine Christi, ex amore in ara crucis propter nos effuso: ubi auditores in tantum inflammavit, quòd lacrymæ tàm virorum quàm mulierum copiosè per maxillas descendentes, eorum vestes irrigabant, & ad pavimentum Ecclesiæ diffluebant.

fervor ejus in exhortatione

& concione:

CAPVT IX.

Fortitudo adversus malignantes.

2096. ADversa quoque longanimiter, & fortiter pertulit propter Verbum Dei; quod probatum est persæpè in terra Leodiensi, & cognitum; nam cum indigenas illos increparet pro eo quòd rebellionem adversùs proprium Episcopum exercebant: idcircò occidere ipsum cum gladiis, & aliis armis tentaverunt, persequentes eum usque ad Monasterium fratrum suorum Carmelitarum eminùs constitutum. Qui Adversariis suis ultrò se offerens denudavit pectus, removendo Scapulare, & alias vestes, & ait ad illos: Ecce paratus sum pro justitia mortem subire: faciatis igitur in me quidquid vobis libuerit. Quod illi videntes, & audientes, steterunt attoniti coram eo, non valentes manus injicere in ipsum. Tempore quoque Caroli Ducis Brabantiæ atque Burgundiæ, quô civitas Leodiensis fuit vastata, incensa & depopulata, idem Frater Joannes Soreth zelo Dei armatus oppositit se periculo mortis: transiens per populum armatum, & colligens particulas specierum SS. Sacramentum Eucharistiæ continentium, quas idem populus furibundus de sacramentali pixide dejecerat in terram, seu in pavimentum Ecclesiæ, quasque portavit secum de Ecclesia sæcularium ad Cœnobium suorum Fratrum Carmelitarum.

fortitudinis invictæ rarum exemplum Leodiis

ibidem pericula contemnit, pro SS. Eucharistia;

CAPVT X.

Censura quam exercuit in se, & subditos.

2097. PRomovere & conservare semper studuit disciplinam regularem tàm in se quàm in aliis: cujus evidens exemplum quâdam vice patuit in Conventu suo Leodiensi. Ubi cùm Sacrista, ipso pro tunc illic degente, sopore depressus, præteriisset horam consuetam pulsandi quâdam nocte ad Matutinas, secretè suggessit Fratribus, ut quinque per se legerent Matutinas, nè pulsando tardè ad Chorum tàm ipse quàm illi inertiæ notarentur. Quod cum compertum fuisset Generali Magistro Joanni Soreth convocans Conventum ad Capitulum querimoniam illic fecit de negligentia communi, videlicet quòd omnes se absentaverant à Matutinis in Oratorio decantandis more consueto. Dehinc tanquam justus arbiter imposuit sibiipsi, & aliis pro pœnitentia, quòd quisque pro hac negligentia deberet in refectorio tempore prandij, nemine excepto, præter

regularis observantia zelatissimus,

pro negligentia ad Matutinum ipse cum aliis in pœnitentia;

Digitized by Google

præter juniorem, qui ad nolam sederet, recumbere in pavimento refectorij, & tantum gustare panem & aquam eâ vice. Qui pœnitentiam agere cum aliis non refugit, sed cum eis ipse ad terram sedit, & quæ gustabant, & ipse gustavit, ac sic eos ad tolerantiam animavit. Multa quidem, & alia similia perpetravit pro reformatione & conservatione Ordinis sui, percurrens de uno Monasterio in aliud, sibi quoque non parcens in laboribus & jejuniis, in laboribus & ærumnis, in fame & siti, in frigore & nuditate, in vigiliis multis & aliis pietatis operibus diversis, quæ Apostolus enuntiat scribens ad Corinthios. Tandem de Britannia venit in Franciam aliquandò, ubi tactus est infirmitate peremptoriâ, sub qua & obiit anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, in die sanctorum Jacobi, & Christophori; & Andegavis sepultus extitit: ubi multis post mortem claruit miraculis, de quibus aliqua huic paginæ sunt annotanda; quia æquum non esset occultare illa, quæ Deus dignatus est propalare ad profectum, & salutem colentium, & venerantium ipsum.

quam patiens laborum, & ærumnarum:

obitus;

miracula:

CAPVT XI.

Visio, & revelatio de ipso.

2098. FRater quidam Religiosus de Ordine Carmelitarum, nomine Nicolaus, stans in Missa vidit Dominum nostrum Jesum Christum cum quinque benedictis stigmatibus sibi apparentem, cui associata fuit gloriosa Genitrix ejus Virgo Maria stans à dextris ipsius, & ostendens illi candida ubera sua, oransque pro universa gente Catholica; à dextris verò gloriosæ Virginis astitit Frater Joannes Soreth sub certa claritate constitutus, & ipse orans Matrem & Filium pro cuncto populo Christiano. Quod cùm attentiùs conspexisset præallegatus Frater Nicolaus, rogavit eundem Fratrem Soreth quatenùs specialiter orare dignaretur pro congregatione sui Ordinis, insignita titulo ejusdem Beatæ Virginis, ut in statu prospero valeret procedere, ac Deo, & Beatæ Virgini fideliùs deservire. Et ecce vidit sanctum Patrem suum intercedere apud Beatissimam Virginem, ipsamque Filium exorare pro successu prospero ejusdem Ordinis. Quô visô ille nimiùm lætus extitit, dans Christo, ejusque Genitrici Gloriosæ ac Patri suo sanctissimo laudes & gratiarum actiones, sicque in lætitia Missam suam devotè complevit.

apparet gloriosus,

orans pro suo Ordine:

CAPVT XII.

Miracula post mortem.

2099. COntigit in finibus Britanniæ quòd vir quidam ab uxore sua unicum filium reciperet, quem parentibus absentibus casu mori accidit. Quod ut illi redeuntes compererunt, ingenti ferè tristitiâ absorpti sunt; præcipuè autem mater inconsolabiliter dolens post uberes lacrymas sopore oppressa responsionem audivit, quod si præclari Patris Joannis Soreth Prioris nuper Generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum invocaret merita, & intercessionem, filium faciliter vitæ restitutum cerneret. Expergefacta igitur peregrinationem laboriosam cum extincto puero acceptans ad tumulum beati viri pervenit, oblationem gratificam simul offerendo persolvit, pro recuperatione pignoris intervenit. Quibus ritè completis, extinctus morte filius ejus vociferari cæpit, ac vitam & sanitatem recuperavit. Mater itaque cum filio Deum laudantes, novum Sanctum ejus extollentes, quem adeò mirificare dignatus est in hoc facto, gaudenter reversi sunt ad propria.

divina monitio ad ejus cultum:

ad ejus tumulum mortuus puer redivivus:

2100. Vir quidam in collo periculosum ulcus accipiens, beati hujus Patris venit cum oblatione tumulum visitare, qui ut vota perfecit continuò integram sanitatem recepit. Mulier quædam infirmitatem patiens in uno uberum suorum, adeò quod ob extenuationem & contractionem caput unius passeris non excederet in quantitate, cùm audisset famam hujus beati Viri, votum vovit, ipsumque cum oblatione ad tumulum ejus persolvens, sanitatem lætanter reportavit. Alia quædam mulier obsessa à dæmone fuit: cujus amici votum emiserunt, quod cum eadem & uno luminari seu cereo duodecim librarum hujus Venerabilis Patris sepulchrum visitarent, quô peractô statim liberata est. Frater quidam Ordinis gloriosissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli febricitans, & in grandi molestia consistens, hunc suum quondam Patrem utique gloriosis meritis apud Deum efficacem invocavit, qui ad votum statim exauditus & liberatus est. Accidit tempore quodam dum ad Ecclesiam, in qua hujus beati Viri corpus tumulatum Dominicum præstolatur adventum, cæmentarij aliquid operis actitarent, unus illorum ab editiori loco præceps cecidit, brachiisque ac cæteris membris plerumque confractis vix inter semivivos computandus fuit: mira res, ubi à cooperariis ad sepulchrum præfati Venerabilis Viri deportatus est, ad tactum sacri loculi in pristinum statum restituitur sanus & incolumis, ac operis perfectioni quod cum aliis inchoaverat, se statim aptavit.

ibidem vir liberatus à periculoso ulcere,

& mulier ab infirmitate uberum,

alia à possidente dæmone,

Religiosus à gravi infirmitate,

ex lapsu fracta habens membra subitò sanescit:

XXV. Julii.

CAPUT XIII.

Protestatio de aliis miraculis.

2101. EGo Frater Joannes Taye Ordinis Fratrum gloriosissimæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, & Lector in eodem Ordine, ac Sacerdos fateor per præsentes litteras signo meo isto manuali signatas ... quod coram duobus Fratribus, ac veridicis testibus, videlicet Fratre Balduino de Atrebato, & Fratre Claudio, quidam Frater ejusdem Ordinis dictus Henricus de Valle, in cujus sinu obiit devotissimus Pater Magister Joannes Soreth Generalis Prior & Superior totius Ordinis Fratrum Carmelitarum, qui & cingulum ejusdem pij Patris pro Reliquiis servat in memoriam suæ permaximæ sanctitatis: applicuit manum suam pectori, dicens cum ingenti devotione, & quodammodò jurans, ac Deum verum testem invocans, quòd eô tempore quô ipse morabatur Andegavis, ubi idem beatus Pater sepultus est, extitit quidam Sacerdos præoccupatus infirmitate quadam, quam Medici hydropim vocant, quâ & per omnia membra sua multùm tumuit. Hic audiens quòd Magister Joannes Soreth solvisset debitum universæ carnis, dixit: Ecce jam obiit sanctissimus Pater: hoc itaque cum dixisset, nocte sequenti vidit in spiritu grande prodigium, hujus sancti Viri sanctitatis declarativum, in quo dictum est ei: Si obtinere potueris camisiam illius sancti Viri, & induaris eam, sanus eris. Missô nuncio pro camisia, Fratres eam hydropico destinaverunt, & statim ex tactu illius sanus effectus dedit laudes Deo in Sancto suo. Idem Frater Henricus de Valle retulit quod mulier quædam Leodiensis indigena passa fuit continuè per tres annos fluxum menstrui sine cessatione, quæ auditâ famâ beati Viri rogavit eum, ut ipsam sanare dignaretur, & factum est ita, ut de cætero nunquam passa sit hanc infirmitatem nisi secundum communem & optatum cursum naturæ. Idem Frater Henricus testatus est coram præfatis Fratribus, quòd vidit Cives Andegavenses catervatim confluere ad sepulchrum viri Dei cum diversis donariis petentes ejus subsidia: inter quos conspexit Regem Siciliæ, qui tunc continuè moram traxit Andegavis, ipsum beatum Virum honorantem, & sepulchrum ejus sedulè cum aliis civibus visitantem, ac ipsius subsidia in causis suis postulantem. Audita hæc sunt anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

B. Joannis Sorethij sanctitas revelata Sacerdoti,

qui per ejus camisiam subitò ab hydrope liberatur:

mulier à molesta infirmitate:

Andegavensium, & Regis Siciliæ devotio ad sepulchrum B. viri.

2102. ANNOT. Ex hactenùs dictis, & dicendis, habetur, quanta olim fuerit devotio erga B. Sorethiũ, Deo per miracula, & visiones, seu apparitiones, ejus merita declarante. Quomodò autem devotionis cultus Andegavi fuerit successu temporis, per belli & hæreseos furorem, sub finem sæculi præcedentis, antiquatus, seu diminutus, in vita ejusdem B. Patris Parisiis edita anno 1625. sic traditur: *Sed malo nostri ævi fato factum est, ut dum tota Gallia civilis belli, & intestini furoris motibus deflagrat: necnon funesta hæreseos pestis per profana, perque sacra grassatur indiscriminatim; & abierit ex animis fidelium Beati viri memoria, & tot miraculorum obliterata ferè monumenta ... nostra (ô si annuat Deus!) hac tempestate ad Ordinis Carmelitici gloriam, & Andinorum utilitatem iterum, quod vovemus, reditura.*

2103. ANNOTATIO *circa caput VI. vitæ præcedentis*: Vid. num. 2091.

Anno Christi 1451. fuisse in Conventu Colonienſi aliquam conspirationem, & rebellionem factam contrà Reverendiſ. Patrem, innuunt Acta Capituli tam Generalis, quàm Provincialis celebratorum anno 1462. Bruxellæ; non à toto Conventu, sed quibusdam particularibus Religiosis, scilicet tribus, inter acta Capituli Generalis nominatis, cum suis fautoribus & adhærentibus quindecim. In monumentis antiquis Provinciæ Allemaniæ inferioris, ad hoc intentum ista memorantur, ad annum Christi 1461. [Hôc tempore cùm Rever. Pater Ordinis in potiores, & nobiliores Provinciæ Conventus Reformationem suam feliciter introduxisset, voluit eandem quoque hôc anno introducere in Conventum Colonienſem Provinciæ Metropolim, ut ex eodem, tanquàm ex capite, suaviùs, & efficaciùs in Conventus reliquos, & membra derivaretur. Verùm nonnulli dicti Conventûs hisce Rever. Patris conatibus, & pio intento contradixerunt non tantùm, sed etiam eumdem in executione operis, quantùm in ipsis fuit, violenter impediverunt,] Ibidem annotatur etiam, quòd rebelles tres fuerint, & in Capitulo Generali Bruxellis celebrato anno 1462. excommunicati. Undè videtur, quòd Reverendiſ. Pater non tulerit sententiam excommunicationis statim, sed distulerit ad hoc Capitulum Generale: qui etiam misericordiâ motus, postmodùm eos absolvit. Fautores autem, seu adhærentes quindecim, in dicto Capitulo veniam petiverunt, & jurarunt, se numquam adhæsuros rebellibus, qui, ut præcipui, tantum excitârunt tumultum, quamvis tunc in illo Conventu alij, istis non consentientes, essent viri valdè præclari; cum tunc ibi esset Studium generale, & Novitiatus, & aliquantò antè habitantes in Conventu illo, Hilgerus de Burgis, Henricus Bock, Petrus de Francfordia, atque alij antè, & pòst istos, ad Episcopales infulas assumpti: atque etiam alij eruditione, & pietate insignes. Hinc satis eruitur, non in totum Conventum, sed in rebelles istos aliquot fulminatam sententiam excommunicationis, & verisimiliter nonnisi in Capitulo Generali Bruxellensi. Et ista ex præfatis actis Capitulorum Generalis & Provincialis, atque aliis antiquis monumentis eruta, meritò conferenda cum antedictis cap. 6. vitæ hujus, & magis cum capite 9. vitæ ejusdem Parisiis impressæ anno 1625. Cæterùm quòd B Pater Soreth Conventum istum Colonienſem peculiari affectu prosecutus fuerit, tùm antè, tùm pòst istum tumultum, satis indè eruitur, quòd frequentissimè in illo fuerit, & Capitula Provincialia, seu congregationes annuas sæpè in eo celebraverit, sicut ex dicendis hìc infrà patescet.

EXEMPLA VIRTUTUM B. JOANNIS SORETHII.

Ex vita alia Scripta per VValterum de Terra-nova.

2104. DIctum hîc suprà (a) quòd B. Sorethij vitam scripserit *etiam* Walterus de Terra-nova. *In ea cap. 1. & 2 agitur de ejusdem patria, pueritia, adolescentia, & studiis: (sed de istis satis hîc suprà in priori vita cap. 1.) ex sequentibus quædã ad virtutes incitamenta sequũtur.*

(a) n. 2084.

RATIO

XXV. Julii.

RATIO STUDII, *quâ ad culmen virtutum, & scientiarum pervenit, Capite 3. cujus titulus est:* Cum doctrinæ studiis, virtutum praxim mirificè conjunxit: *id sic traditur:* Suas cuilibet negotio horas, ac momenta seorsim partitur; sic ut alternis laboribus & virtutum & doctrinæ repetitis, orationem studio, & studium variaret oratione; quò factum est, ut simul & doctissimus & sanctissimus passim haberetur: ut neque nimiùs aut parùm prudens religionis ardor, quidquam de legitimo studiorum tempore detraheret: nec illa vicissim ad cætera languidiorem redderent, aut quidquam de solitis vitæ monasticæ exercitiis detraherent: sed contrà alterum ab altero adjutum, hanc quàm raram, tàm pulchram in eo sanctitatis & sapientiæ conjunctionem effecêre.

Studium doctrinæ, & praxis virtutum amicabili nexu sociata in B. Sorethio:

2105. HUMILITAS EIUS, AC PAUPERTATIS AMOR. Humilitas Patri Generali prima fuit in amoribus; eam sic unicè coluit, ut cogitationibus, factis, sermonibus vivam, ac spirantem humilitatis effigiem repræsentaret ... Conscius humanæ imbecillitatis, arduum nihil, seriumvè priùs aggrediebatur, quàm opem à Deo, auxiliumque enixè & animitùs efflagitasset ... Licèt mundiciem ubique deamaret; plurimùm suis tamen Religiosis supellectilis cum tenuitate simplicitatem, summoperè commendatam voluit. Unde & ipse quoque, Christi Servatoris instar, verbo docens priùs quàm exemplo per varias orbis terrarum provincias summis laboribus iter faciens, rejecto procul omni pompatico comitatu, alterum dumtaxat socium, cum parvulo agasone peregrinando admisit.... Apud summos Ecclesiæ Pontifices Plum nomine secundum, & Callixtum tertium, gratiâ pollebat imprimis, & auctoritate. Hic ultimus eximiam viri virtutem suspiciens, primùm Episcopi, renuenti; deinde Cardinalis (quæ à Pontificia prima censetur) dignitatem offert; restitit noster Joannes: instat summus Pontifex, & Guidonis Perpiniani Carmelitæ Episcopi Majoricensis (cujus legendo libro super decretum totam noctem absumpsisse se dicebat) facti exemplum objicit, nec quicquam; nam noster Sorethius Pontificis pedibus horam integram advolutus, non priùs à lacrymis, ac precibus temperavit, quàm opere tanto fieret immunis.

ita quoque humilitas, & paupertas:

Eccles. dignitates pro mer. oblatas renuit.

2106. MANSUETUDO, COMITAS. Certabat in Sorethio cum singulari humilitate hujus germana Mansuetudo, quam utramque virtutem in Christi academia, parvulorum Doctoris ac pedagogi, altè animo combiberat. Et erat quidem ea hominis affabilitas, in oculis verecundus rubor, in ore ac vultu hilaritas, & relucens serenitas mentis: in consuetudine usuque familiari suavitas, in moribus perpetuus vitæ tenor; idem semper sibique similis, ne multa, totam corporis conformationem tam grata & amœna gravitas temperabat, ut domi, foriscque, quocumque pergeret, summis, mediis, infimis amabilis, simul admirabiliscque efficeretur. *Consequenter traditur, quòd* sermonis urbanitatem miro devotionis sensu condiret: *& quòd* libenter novitiorum consortio frueretur, familiari hilaritate eos ad vitæ observantioris studium exstimulando... Neque solùm pronos in pietatis studia, tam non quotidianâ benignitate pellexit: verùm etiam (quòd magè mireris) duras cervices contumaci audaciâ ad observantiæ nomen rebellantes, suave Christi jugum ultrò subire compulit. Minis, ac terroribus? minimè gentium. Quin potiùs blandis omninò cohortationibus, & divino verborum lenocinio; usque adeò, ut illius ex ore, mel divinæ consolationis, nec non cœlestis lac alimenti in subditorum aures, animosque suaviùs diffundi videretur.

Mansuetudo, & affabilitas,

cum omnibus amabilem reddens:

sic etiam duros flectebat blanditis hortationibus:

2107. ZELUS, ET IN CORRECTIONE SEVERITAS. Sed verò quemadmodum apes tametsi mellitum liquorem conficiant, ex florum fœtu longè suaviſſimo: nihilo seciùs tamen aculeo minimè carent, quo & fungos alveis insidiantes ut favos deprædentur, procul arcent, & hostes pungunt atrociùs: pari quoque ratione, non sic effusa erat Patris in subditos mansuetudo quominùs quoties res & occasio ferebant, discedentes religiosi officio, mediâ charitate, puniret. Obstinatos verò ac rebelles duriùs subinde increpatos, minaci vultu, acrioribus verbis, verberibus etiam interdum, sed rarò, & nonnisi quoties extrema urgebat necessitas, ad saniorem mentem revocare nitebatur.

alias mediâ charitate puniebat:

contra obstinatos subindè acriter procedebat:

2108. OBEDIENTIÆ STUDIUM: SINGULARIS ERGA ECCLESIÆ PRÆLATOS REVERENTIA. Dum adhuc in inferiori gradu collocatus, alienâ penderet voluntate, à Superiorum verbis, imò leviſſimo cogitatu, si mentem quibat subodorari, vel latum unguem discedere, primæ religioni sempet duxit. Ita nimirùm præpositos sibi colebat, ac verebatur, ut vel nutibus, quos diligenter observabat, celeri alacritate, & cœco quodam impetu obtemperaret. Evectus pòstmodùm ad eminentioris prælaturæ fastigium, nihil unquàm habuit antiquius, quàm ut suam ergà Apostolicam Sedem reverentiam juxtà & observantiam ubique comprobaret. *Quantâ etiam reverentiâ alios Dominici gregis Pastores prosequeretur, & eorum honorem, ac dignitatem defenderet, refertur cap. 12. & habetur ex dictis hîc suprà cap. 9. ubi etiam de ejus ergà SS. Eucharistiæ Sacramentum eximia pietate.*

Obedientiæ ejus prompta, & celsa:

2109. COMPUNCTIO, ET SPIRITALIS LECTIO. Assiduis quotidianisque occupationibus exercitus, pluribus, jisque graviſſimis negotiis distentus homo: ita tamen (quod nostræ Religionis caput est) diu noctuque meditationi affixus hærebat, ut à divinarum rerum contemplatione non recederet. Non enim ingens negotiorum moles sibi fluctuum more invicem succedentium, non diversa itinerum distractio, non incerti dubiique consiliorum eventus, non denique mala alia ex aliis nascentia divinam viri mentem à spiritalis vitæ cultura distra-

contemplationis, & internæ recollectionis studium:

Digitized by Google

XXV. Julii.

hebant. Eamobrem pios libros, & ad inflammandum devotionis affectum comprimis idoneos, secum deferebat in via. *Curiosos autem libros magnoperè aversabatur.* Cum aliquando in familiari sermone de scripturis incidisset mentio, & ex religioso cœtu non nemo manibus libellum præferens à Boccatio elaboratum, cui Deorum genealogiæ titulum fecit, operis elegantiam & lepores suprà modum jactitaret; tulit id ægrè pius Pater, memor illius, quod cecinit regius Vates, NARRAVERUNT MIHI FABULATIONES, SED NON UT LEX TUA: & vultu, verbisque ad severitatem compositis, præposteræ curiositati salutaris leges silentij imposuit: atque illicò deflectens ad alia sermonem traduxit.

librorum piorum lectio, curiosorum aversatio:

gustus veri divinarum:

2110. RERUM DIVINARUM GUSTUS, ET LACRYMARUM DONUM. Ex hac porrò tum meditatione, tùm lectione pia, eos hausit rerum divinarum gustus, eas è cælo voluptates percepit, quarum minimè perfusoriâ suavitate mirabiliter delibutus divini amoris incendio frequens inardescebat. Et verò sicut ADIPE ET PINGUEDINE mens ejus oppleta Deo, non rarò solvebatur in lacrymas, in gemitus, in suspiria. . . . Si quandò ex itinere desolata templa, Ecclesias minori, quàm par est, cultu exornatas adverteret: dictu mirum! quàm intimo doloris sensu perculsus neglectum Dei cultum lugeret.

zelus pro decore domus Dei:

ad ista verba: Domine si adhuc &c. festo S. Martini, Gandavi quàm mirabiliter affectus:

Undecimo Novembris die, in quem incidit Divi Martini Turonensis Episcopi solennis festivitas, celebri in Conventu Gandavi nuperrimè reformato, Vesperis aderat è more devotissimus Pater: cantatur interim in choro percelebris illa antiphona: DOMINE, SI ADHUC POPULO TUO &c. quibus sanè verbis pari adversùs Deum & proximos amore libratus ambigebat vir Dei, an mori præstaret, annè diutiùs vitam prorogare: hinc sempiternæ fœlicitatis desiderio ad cœlestem patriam pertrahente, indè commissi sibi ovilis cura è Beatorum limine ad mortalium domicilium retrahente. Pupugit Sorethij mentem unà cum verbis facti recordatio: & simili voto utrimque anceps, an vita, quam sui: an mors, quam avebat ipse, præoptanda esset, sollicitè disquirit. Indè lacrymis ubertim manantibus per genas, perque ora, complures astantium videre Christi in cruce suffixi imaginem tuitiùs intuentem, illa ipsa sanctissimi Episcopi verba identidem repetere, DOMINE, SI ADHUC POPULO TUO SUM NECESSARIUS &c.

2111. *Capitibus sequentibus ista traduntur* (a) Ordo per eum mediocriter amplificatus: *sed de hoc mox plura* (b) Multis in locis Ordinis sui sanctimoniales instituit: *atque ita duplici spirituali prole, & posteritate gaudet: & quidem ipsius consilio* beata Francisca d'Amboise minoris Britanniæ Ducissa in Carmelitanarum Ordinem se recepit: *atque ita:* quæ priùs sæculari dignitate Ducissa audiebat, mox in ipsamet Britannia Dux novæ nostri Ordinis Monialium coloniæ facta. *Vita ejus tradetur hic infrà ad diem IV. Novembris.*

(a) cap. 15.
(b) cap. 16.

2112. (c) MORS, ET SEPULTURA: (*de quibus jam ante in priori vita cap.* 10) Sacramentis omnibus ritè susceptis, suavissima illa Divi Bernardi verba sæpè ac sæpiùs devotissimo ardentissimoque pietatis affectu ingeminat: O BONE JESU, SIS MIHI JESUS! quorum repetitâ suavitate plurimùm delectata mens illius immortalitate planè digna, anno Domini 1471. die Julij 25. quam D. Jacobi Martyrium illustrat, è corporis ergastulo evolavit ad immortalitatis domicilium . . . In capsula honoraria, cui sepulchralis lapis superpositus hodieque visitur, ad dexteram partem majoris altaris, juxta claustrum honorificè conditus est Andegavi.

(c) cap. 17.

obitus an. 1471.

apparitio ejus:

2113. (d) POST MORTEM MIRACULA. *Imprimis refertur* Visio Religiosi Missam celebrantis: Christus quinque vulneribus præfulget. B. Virgo Filium pro Ecclesia Catholica deprecatur. Latus Virginis tegit P. Soreth, & ipse orans pro Ecclesia. Pro Carmelitici Ordinis reformatione orat (*sicut in priore vita cap.* 11: *narratum est* (*Consequenter binis capitibus referuntur miracula eadem, quæ in priore vita, ac insuper illud*: Homo, (casunè, an pugnâ, incertum) faucibus sagittâ transverberatis, multo cum sanguine animam evomebat. Desperatur à medicis; nam omni spe effugij solatiique præcisâ, telum gutturi pertinaciter inhærens, nullâ vi poterat extrahi. Tùm verò voti reus, ad B. Sorethij tumulum defertur: ibi multo animi affectu, dum opem divinam, & sancti Generalis merita implorat, sponte excidit sagitta, cohibitoque sanguinis fluxu, à mortis faucibus singulari miraculo eripitur.

miracula.

COLLECTANEA

Præcipuorum aliquot præclarè gestorum per B. Patrem Ioan. Sorethium.

Ex variis antiquis monumentis digesta.

§. 1. *Quantùm Carmeli Ordo debeat Beato Sorethio, ob instauratam regularem disciplinam, magno zelo, & labore, ac singulari prudentiâ.*

2114. QUOD *parentibus filij; quod discipuli præceptoribus; quod infirmi convalescentes officioso medico; id debet Carmeli Ordo B. Ioanni Sorethio* Instauratori disciplinæ regularis & Fundatori sororum monialium hujus Ordinis in variis regionibus *sicut plenius declarabitur hic infrà. Pro Ordinis reformatione, & instauratione præstitit ista: Capitula Generalia suo tempore celebravit tria, Parisiis anno* 1456. *Bruxellis* 1462. *& Aureliaci an.* 1469. *in quibus pro regularis observantiæ augmento salubertima sancivit & edidit Decreta: ac inter ea in Parisiensi,*

B. Sorethius qua, & quanta fecerit pro Ordinis instauratione:

Digitized by Google

XXV. Julii.

ut Regula, & Constitutiones frequenter legantur in Capitulo & Refectorio, etiam vulgari sermone, ut ab omnibus intelligi possint: *in Bruxellensi, Constitutiones Ordinis ab ipsomet B. Patre reformationi, & strictiori observantiæ adaptata fuerunt: & quia legum mutationem plerumque exigit morum, temporum, locorum, ac personarum mutatio; & in Constitutionibus nonnulla bona primùm, sed deindè decursu temporis, & experientiâ duce, qua meliora judicavit, inseruit, atque ita illas per partes, classes, capitaque discriminatas toti Ordini observandas proposuit sub hoc titulo:* Vexillum Fratrum Religiosorum divæ Virginis de monte Carmelo. *Et quia* Domum Dei decet sanctitudo; *pro Divini officij decore, in Capitulo Generali Aureliacensi* Ordinatum est pro divino cultu, in virtute sanctæ obedientiæ Fratribus omnibus, celebrari officium divinum tractim, & devotè, cum proportione, & mensura bona, ac pausa in medio servata. Item ordinatum est haberi uniformitatem in Conventibus, & Provinciis, in vestibus, cantu, & modo cantandi, & accentuandi. *Etiam ipse interfuit, & præsedit in plurimis Capitulis Provincialibus, in quibus, pro conservanda, & instauranda disciplina regulari, & studiorum profectu, utilia condidit decreta sicut plenius declarabitur §. sequenti.*

Generalia Capit. celebrat.

Constitutiones ordinat:

Divini cultus celebrationi invigilat:

2115. *Fixum animo tenebat, quòd Ordinis sui (sicut & quorumvis aliorum) salus & perfectio sita sit in exacta observantia Regulæ, quæ in Religiosis Ordinibus sunt, veluti in ædificiis fundamenta, & tamquàm in humano corpore ossa ac nervi; idcircò pro Regulæ meliori observantia, ipse inter præclara sui ingenij monumenta, scripsit insignem Commentarium, seu Expositionem paraneticam in Regulam: & ea operi huic inseretur hic infrà in parte VI. Vtque animis Religiosorum observantiæ illius affectum firmiùs imprimeret, seipsum exemplar proposuit, more* Jesv, incipiens facere, & docere: *nec in Constitutionibus, aut in Regulæ Commentario quidquam præscribens aliis, quod non accuratissimè practicaret observantissimus ipse: videatur hic suprà cap. X. vitæ; ubi etiam de ejus laboribus, & discursibus per Ordinem, pro sui Ordinis reformatione. In prædifficili enim negotio, instauranda videlicet observantia regularis, quoties inter preces ferventes effuderit lacrymas, quot exanthlârit labores, quot subierit vitæ discrimina, & graves superare debuerit difficultates, traditur etiam copiosiùs in altera ejus vita capite 15. cujus titulus est:* Ordo per eum non mediocriter amplificatus: *ubi, inter cætera, ista:* Carmelitanæ Religionis cura: salutis subditorum procurandæ sollicitudo: antiqui, & jam penè senescentis Carmelitarum vigoris & Patrum veterno excitandi cupido, Conventus, alij ad perfectam vivendi formam penitùs reducti: alij tentati solùm mirâ prudentiâ, ut sanitatem pati inciperent; ne multis in Italia, in Germania, in Belgio, in Galliis, & in ultima ad Oceanum Armoricæ ora, felix Carmelitanæ Religionis propagatio. Nullis enim unquam parcebat laboribus, vigiliis nullis, nulli denique animi corporisvè contentioni, ut creditum sibi à Deo sanctissimæ Genitricis Ordinem undequaque amplificaret. Neque ulla, quod sciam, in toto orbe Christiano regio est, quam idcirco laboriosis peregrinationibus non perlustrârit. . . Et certè ardens reformationis studium initio multarum illi causa turbarum fuit: multis elàm invidentibus, nonnullis primariis viris, ementitâ virtutis specie deceptis, palàm oppugnantibus, & ejus conatibus acriter intercedentibus. In quêis omnibus multoties magno in periculo versatus est. *Quinimò Summi Pastoris secutus exemplum, pro Ordine suo instaurando, & pro ovibus suis ipse bonus Pastor animam suam posuit, dùm in cœpta Carmeli reformatione feliciter propaganda progrediens, mortem incurrit, sicut in vita ejus alia à Waltero de Terranova conscripta, & in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1471. refertur: ubi propterea additur,* ejus mortem miraculis claram, martyrij speciem ferre.

Commentarium in Regulam scribit:

& æquè exemplo docet:

Labores magnos subivit:

& contradictiones sustinuit:

2116. *Vt autem quæ pro Ordinis & observantiæ incremento, ac stabilimine decrevit, firmiùs subsisterent, ea confirmari procuravit à Summis Pontificibus Nicolao V. Calixto III. Pio II. & Paulo II. quibus ipse pergratus extitit; & ideò ab illis plurima Ordini suo impetravit privilegia, sicut videri poterit in eorum Diplomatibus insertis Bullario, seu Mari magno Ordinis, nec non in Annalibus Ordinis, ad annos, quibus B. Ioannes Soreth Generalis præfuit, videlicèt ab anno 1451. ad 1471. præcipua etiam memorata sunt tomo præcedenti, in Fasciculo tripartito Ioannis Palaonydori* (a). *Referuntur quoque nonnulla in vita ejus à Waltero de Terra-nova capite XI. cujus titulus est:* A summis Pontificibus privilegiis honestatur. *Porro B. Patris Sorethij, Magni Patris Eliæ successoris, ac æmulatoris in ardenti zelo pro Domino Deo exercituum, ac pro pacti religiosi (religiosæ regularis observantiæ) conservatione, & instauratione intentum, & scopus, in quem collimabat, fuit, pristinum & antiquum Carmeli vigorem revocare; ut nempè in Ordine vigeret idem omnino spiritus, & vitæ interioris cultus, qui viguit in Ordinis Fundatore S. Patre nostro Elia ac Eliseo & Filiis Prophetarum, & continuatus jugiter fuit in antiquis Patribus nostris in Carmelo, idem, inquam, spiritus, in quo Religionis hujus consistit essentia, traductus ab ipso S. P. N. Elia; in orationis, ac meditationis studio, continua cum Deo conversatione, atque interna unione: nec non interna, ac externa sensuum mortificatione, atque exercitiis humilitatis, mansuetudinis, modestiæ, simplicitatis, paupertatis, obedientiæ, cæterarumque virtutum exercitiis situs: quibus omnibus sociabat studia scientiarum, præsertim Scripturæ sacræ, & Theologiæ; ut sic de B. Sorethij reformatione dicere liceat cum Mantuano nostro:*

Reformationem suam rore favoris Pontif. irrigavit:

Scopus ejus fuit pristinum primævum Carmeli vigorem revocare:

(a) lib. 3. cap. 14.

Relligio & pietas Patrum instaurata refurgit.

2117. *Reformatio illa Sorethiana optimis regulis, exercitiis, ac constitutionibus ita stabilita erat, ut potuisset perennare; nisi præclarè cœptis interceßisset temporum iniquitas ac deploratio. Nam grassante bellorum simul ac hæreticorum licentiâ, & ipsi Carmelitæ, qui jam Colonia, Gandavi, Valencenis, Lutetiæ, Cadomi, Venetis, Andegavi, & alibi passim sanctissimè vivebant, communi naufragio*

Reformatio Sorethiana per bella, & hæreses interrupta,

Digitized by Google

XXV. JULII.

fragio periclitati sunt seculo præcedenti. Sed tandem, Dei benignitate, sub initium seculi hujus, post tempestatem serenum resplenduit Carmeli Vinea, dum variis in locis nova strictioris observantiæ germina prodierunt; & quidem in Turonensi Provincia, ubi B. Patris Sorethij animâ à Deo evocata, altera ejus pars depositi, resurrectionis diem præstolatur; inibi ex reformationis ejus sacris cineribus prodiit palmes (reformatio, instauratio, & strictior observantia) qui exindè ad alias Provincias non paucas intra, & extra Galliam traductus fuit. Bono igitur omine tanti Patris Reformatio granum fuit, ac semen, quod temporum injuria delitescens in situ, & squalore, tandem rore cœli benignè affluente, pluvimis provinciis Galliæ, Belgij binis, & binis itidem Germaniæ, atque alibi repullulavit; quin & flores, atque fructus uberes usque in præsens producit. Atque hinc quoque in æternum peculiariter Carmeli Ordo manet obstrictus B. Patri Sorethio. Et quidem, quòd etiam sic prosperè Reformatio hæc processerit, meritis, & precibus ipsius B. Patris, habetur ex vita ejus, quæ præcessit, capite XI.

Dei benignitate restituit,

& jam uberes fructus producit:

2118. Quid Ordinibus aliis Mendicantibus præstiterit, refertur à Lezana in Annalibus Ordinis Carmelitarum (a) Propterea P. Ioannes Brugman Ordinis Minorum ipsum B. Sorethium adhuc viventem hoc publico è suggestu commendavit elogio: Pater Sorethius ovium sibi commissarum vigilantissimus Pastor, vir utique juxta cor Dei, Dispensator fidelis, non sui modò Ordinis lumen columenque, sed reliquorum insuper Mendicantium præsidium, & immobile firmamentum. Ita Walterus de Terranova, in vita B. P. Sorethij cap. XI. P. Magister Rolandus Ordinis Prædicatorum, Provincialis Turoniæ cum nuncupabat præstantissimum Sacerdotem Ecclesiæ Dei, sicut referunt Arnoldus Bostius, in libro de viris illustribus (qui sequitur in Speculi hujus parte 5.) & Palaonydorus, in Fasciculo tripartito libro 3. cap. 14.

(a) ad an. 1456. n. 7. & 8. & an. 1457. n. 3.

fuit etiam aliorũ Ord. Mendic. præsidium.

§. 2. B. Ioannis Soreth præclarè gesta nonnulla alia: singularis ejus cura, & sollicitudo studiorum.

2119. B. Ioannes Soreth totius Ordinis Generalis, universo Ordini, & omnibus Provinciis in primævo vigore conservandis, aut ad eum reducendis sollicitè (sicut ex ante dictis habetur) invigilavit: peculiaris ejus sollicitudinis exemplum aliquod perspexisse juvabit, ex authenticis monumentis Provinciæ Allemaniæ inferioris, in libro communi ejusdem Provinciæ, & in particularium Conventuum annotatis, in quibus sequentia in compendium contracta: Anno 1442. Venerab. Pater Ioannes Soreth Provincialis Franciæ, Commissarius Generalis destinatus fuit ad Provinciam Allemaniæ inferioris, unà cum Venerabili Patre Ioanne Koninghtal Provinciali Angliæ, ad sedandam discordiam gravem (quâ occasione ortam, referre, prolixum esset, nec ad præsens propositum) Erant Provinciales duo in dicta Provincia, P. Petrus de nova Ecclesia, & P. Ioannes Struver, & etiam plerique alij Superiores bipartiti: alij uni, alij alteri Provinciali adhærentes. Convocato Capitulo Provinciali Coloniæ anno 1443. in Octava Epiphaniæ, resignantibus præfatis Provincialibus, electus fuit in Provincialem præfatus P. M. Petrus de nova Ecclesia: & is in suum socium, seu Assistentem assumpsit P. Ioannem Struver: pacificè etiam dispositum fuit de Superioribus aliis. Atque ita decretis articulis pacis, seu compositionis, controversia illa extincta fuit, præsertim operâ, & studio B. Ioannis Soreth. Annis sequentibus recruduerunt motus, annis aliquot continuati: demùm etiam idem Pater pacificus, & pacificator, ad totius Ordinis gubernacula electus Avinione anno 1451. festo omnium Sanctorum in Allemaniæ Provinciam properans, Capitulum Provinciale convocavit celebrandum mense Maio Coloniæ, cui prudentissimus Pater Præsidens, discussâ diuturna tempestate illâ, latam pacis serenitatem attulit. In eodem Capitulo terminos aliquot Conventûs Gelrienſis attribuit Conventui Morsensi, fundato à D Comite de Morsa, & ab ipso Reverendiss. Patre acceptato, per literas, quarum hoc est initium: Fr. Joannes humilis Prior Generalis & servus Fratrum Ordinis Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli: nec non Definitores Capituli Generalis ejusdem Ordinis anno 1451. in festo omnium Sanctorum in nostro Conventu Avinionensi celebrati... Cum illustris Dominus D. Fredericus de Moirsa ac in Serwerden, cum ejus conthorali Engelberta de Marcha, ad laudem Dei Omnipotentis, ejusque gloriosæ Genitricis semper Virginis Mariæ Conventum solemnem ædificarunt, & ædificari fecerunt in suo oppido Morsensi: eum denique Conventum egregiè & largifluè dotaverunt pro victu, vestitu, ac aliis necessariis fratrum inibi degentium. Quem quidem Conventum sic ædificatum ac dotatum cum omnibus suis pertinentiis, videlicet calicibus, ornamentis ac aliis Ordini nostro contulerunt cum conditionibus subscriptis (qua sigillatim ibi referuntur: posteà sequitur.) Quia verò Dom. Comes antedictus per mortem est de medio sublatus, cujus animæ Deus propitietur, Domicellus Vincentius ipsius filius & hæres Comes modernus volens in hujusmodi Genitoris sui sequi vestigia, Nos requisivit suis litteris & scriptis, ut prætacta omnia & singula vellemus approbare, & ratificare. (Approbatio, & ratificatio sequitur.) In quorum omnium testimonium sigilla nostri Generalatûs officij, ac Communitatis nostri totius Ordinis duximus præsentibus appendenda. Datum anno & loco, quibus suprà. Huic Conventui Morsensi deinceps Reverendiss. Pater comperitur fuisse addictissimus, utpote in quo primam istius Provinciæ reformationem exorsus est.

B. Ioannis Soreth gesta in Provincia Allemaniæ:

acceptat Morsensem Conventum,

fundatum à D. Comite de Moirsa:

2120. Anno 1453. denuò venit in Provinciam eamdem, & præsedit Capitulari Congregationi annua habitæ Coloniæ in festo S. Vrsulæ, in quo iterum agitur de fundanda reformatione in Conventu Morsensi, datis desuper ad Priorem & Fratres istius Conventûs hujusmodi litteris: Fr. Joannes humilis Prior Generalis & servus Fratrum Ordinis Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ

Digitized by Google

XXV. Julii.

Mariæ de monte Carmeli, &c. Dilectissimis in Christo nobis filiis Priori & Fratribus, qui pro nunc sunt, aut quomodolibet erunt in futurum nostri Conventûs Morsensis Provinciæ nostræ Allemaniæ inferioris, salutem in Domino, & Spiritus sancti gratiam, ut in sancta regulari vita salubriter proficere valeatis. *Ordinationes, ac privilegia aliqua ibi consequenter concedit. Anno* 1454. *sollicitus Pastor omnibus modis satagit Reformationem, & perfectam Regulæ observantiam introducere in totam Provinciam: atque in potiores & præcipuos utriusque Germaniæ & Belgicæ nationis Conventus introducit. Anno* 1456. *celebrat Comitia Generalia Ordinis in Conventu Parisiensi, in quo plurima ordinantur circà Reformationem in Ordinem introducendam & stabiliendam. Et quidem Reverendiss. Pater, ut Reformationem in plerosque Allemaniæ inferioris Conventus annis proximè elapsis introductam firmaret, atque in plures introduceret, scripsit ad hujusmodi Conventus reformatos litteras pastorales, nec non ad Reverendissimos DD. Episcopos locorum Ordinarios, & Germaniæ Principes, in quorum diœcesibus & territoriis hujusmodi monasteria reformata erant constituta, ut Fratres in suam protectionem suscipere dignarentur. Anno* 1457. *Reverendiss. P. Generalis Soreth Romæ existens, impetrat à Calixto III. Summo Pontifice Decretum, ut in honorem, & reverentiam S. Alberti altaria, & Ecclesia ædificari, & preces, ac suffragia publicè, tàm in nostris, quàm in aliis Ecclesiis persolvi possent, prout publico, & longo tempore id factum fuerat. Decretum istud expedivit Reverendiss. & Illustriss. D. Gulielmus Cardinalis Rothomagensis Protector Ordinis, cujus initium est:* Dignum, et conveniens iudicamus. *Ab eodem Pontifice postulavit, & impetravit tunc quoque confirmationem variarum ordinationum in Capitulo Generali anni præteriti factarum in favorem Reformationis, acceptâ Bullâ, quæ incipit:* In decore sacræ Religionis.

in ea Reformationem fundat:

ac ibidem in aliis Conventibus:

litteras scribit ad Episcopos, & Principes, commendatitias Conventuum reformatorum:

S. Alberti cultum undequaque impetrat:

2121. *Anno* 1458. *rursùs venit in Germaniam, & præsedit in Capitulo Provinciali Coloniæ celebrato, circà Dominicam secundam post Pascha. Anno* 1459. *iterùm præsedit in Capitulo habito Coloniæ festo S. Mariæ Magdalenæ. Anno* 1460. *non legitur fuisse in Provincia ista: consultus tamen à Conventibus Reformatis, ad eorum instantiam, utilia edidit Decreta, circà Religiosos de uno Conventu ad alium migrantes, ob bonum Reformationis, inter quæ istud:* Frater, qui pro alteriùs Conventûs utilitate, ad tempus fuerit concorditer translatus, si quos libellos studij, vel sermonum conscripserit, sive procuraverit, eos, datâ per Conventum, ad quem vadit, debitâ cautione, quod suus Conventus eosdem libros sit securè recepturus, secum deportare ad tempus poterit. Nolumus tamen prohibere, si duo Conventus supra dicti aliud concorditer super his fecerint, gratiâ pietatis, quò charitas inter eos aucta conservetur. *Anno* 1461. *præsedit Congregationi Capitulari habitæ in Carmelo Mechlinienſi, Dominica infrà Octavam S. Mariæ Magdalenæ. Anno* 1462. *Reverendissimus Pater Generalis celebravit Capitulum Generale in Conventu Bruxellensi. Anno* 1463. *celebratur Capitularis Congregatio in Conventu Bruxellensi, Dominicâ infrà Octavam Nativitatis B. Virginis Mariæ, Præsidente Reverendiss. P. Generali Sorethio. In hoc Capitulo Reverendiss. Pater instaurari fecit Depositum commune Provinciæ, assignatâ eum in finem summâ notabili pecuniarum, benevolè oblata à RR.mis Petro de Franesordia Suffraganeo Spirensi, & Simone de Dureh, Suffraganeo Wormatiensi, ex hoc Ordine assumptis. Anno* 1464. *celebratum fuit Capitulum Provinciale Geldriæ, Dominicâ post festum S. Laurentij, præside eodem R.mo Patre, cujus auctoritate Provincia distributa fuit in quatuor partes, seu nationes, Colonienſem, Brabanticam, Hassiæ, & Rheni. Anno eodem R.mus Pater visitat Conventum Colonienſem, ibique Confraternitatem S. Dorotheæ Virg. & Mart. olim à R.mo Patre Generali Roquallio institutam, & pretiosissimo dono Mandibula S. Dorotheæ dotatam confirmavit, & restauravit. Huic Confraternitati ipse Generalis Soreth, una cum M. Martino Provinciali, atque aliis pluribus Provinciæ & Conventûs Colonienſis honoratioribus patribus se incorporari, & inscribi fecit. Anno* 1465. *celebratur Capitulum Provinciale in Carmelo Aquenſi in Dominica antè M. Magdalenæ, cui præsidet R.mus P. Soreth Generalis. Hoc etiam anno idem R.mus recepit novum locum & Conventum inter montes, juxtà Andernacum, dictum, ad Lapidem S. Anthonij (Thonysteín) eumque Conventum, ob loci solitudinem, montem Carmeli nuncupari volait, eumque Ordini incorporavit, cum clausula, ut in regulari observantia continuò perseveret.*

decreta pro trigratibus:

Depositum commune Provinciæ Allemaniæ instauratur à

Colonia S. Dorothea confraternitatem restaurat:

2122. *Anno* 1468. *festo S. Alexij Capitulum Provinciale habitum fuit in Conventu Aquenſi, Præside eodem R.mo P. Generali, & tunc receptus fuit Conventus Vltrajectinus, de quo in ejusdem Provinciæ antiquis monumentis ista leguntur:* Relatio chronologica Carmeli civitatis Trajectensis inferioris. Cõventus Ord. Fratrũ B. Mariæ Virg. de monte Carmelo, in Trajecto inferiore (Utrecht) civitate Episcopali, dictus ad S. Catharinam Virg. & Mart. juxtà mœnia, & portam civitatis, vocatam à dicta Ecclesia, Porta S. Catharinæ, fundari, & ædificari cœpit circà ann. Chr. 1468. sub Paulo II. Pontifice Maximo, Davide de Burgundia, Episcopo, Ven. P. Joan. Soreth Priore Generali, & Magistro Martino de Moniaw Provinciali Provinciæ Allemaniæ inferioris, cujus prima mentio reperitur in antiquis Tabulis Provinciæ, in Actis Capituli Provincialis celebrati in Carmelo Aquenſi, in festo S. Alexij, Præside eodem R.mo P. Joanne Soreth Generali. *Hactenùs ex præfatis monumentis. Anno* 1469. *R.mus P. celebrat Comitia Generalia Aureliaci in Aquitania, in Pentecoste, die* 21. *Maji, quibus feliciter absolutis, venit iterùm in Provinciam Allemaniæ inferioris, ibique præsidet Capitulo Provinciali Coloniæ celebrato die* 30. *mensis Julij ejusdem anni* 1469. *Introducitur Reformatio Sorethica in Conventum Francfordienſem, & instituitur primus ejusdem Reformationis Prior, Ven. P. Matthæus de Boppardia. . . . Idem sub eodem prospero successu factum est Moguntiæ, sub Priore Ven. P. Ioanne Frytag de Dusseldorp, atque in aliis Germaniæ Conventibus, cum maximo Ordinis honore, & Conventuum emolumento. In eodem Capitulo R.mus Pater ad Conventus Reformatos dat literas, quarum hoc est initium:* F. Joannes Prior Gen. & humilis

Vltrajectinus Conventus quando fundatus:

XXV. Julii.

servus Fratrum totius Ordinis B.mæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo: Dilectis nobis in Christo filiis Prioribus & Fratribus sanctæ Reformationis in Privincia Allemaniæ inferioris Ordinis ejusdem præsentibus, & futuris, salutem in Domino, & in statu solido sinceriùs persistere. Quoniam vestra laudabilis conversatio sic debet esse matura, quod cæteri non Reformati per vos ad similia invitentur &c. *Tunc quoq; Vltrajectinus Conventus formatus fuit in Prioratum, & formalem Conventum Prioralem, numeratusq; est inter Conventus Allemaniæ inferioris vigesimus nonus. An.* 1470 *R.mus Pater rursùs præsedit Capitulari Ordinationi habitæ Colonia die 26. Maji. In hac ordinatione plurima saluberrima ordinantur & statuuntur pro reformatione Conventus Colonienſis, atque aliorum, ut patet in Actis. Tunc in Vltrajectino Conventu ordinati fuêre Lectores duo, Ioannes de Platea Lector principalis, & Petrus Lutginal Lector Sententiarum. Denique in Provincia istius monumentis hoc memoratur:* An. 1471. die 25. Julij Ven. P. Joannes Soreth Generalis in Carmelo Andegavensi, exutis mortalitatis exuviis, in beatam & immortalem transiit vitam, postquàm Ordinem per 20. annos rexisset, & sanctissimis Institutis decorasset, æquè doctrina, ac vitæ sanctitate conspicuus. Sub ejus Generalatu aucta est Provincia Allemaniæ inferioris in numero Conventuum, scilicet: Conventus Morsensis (quem Ven. Pater suis sanctis institutis primum in Provincia reformavit) Item Spangenbergensis in Hassia, Trajectensis in Hollandia, Alckmarienſis, seu Veteris-villæ, juxtà Alckmariam Hollandiæ, Husensis, & Montium Carmeli.

2123. *Et ista hactenùs ex authenticis monumentis Provincia Allemaniæ inferioris, nobis communicatis per R. P. Iacobum Milendunck Historiographũ Provincia istius, Priorem Conventûs Boppardiensis. Similia etiam præstitit B. P. Generalis in Provinciis aliis. In codice antiquo archivi Carmeli Mechlinienſis (qui tunc erat quoq; sub præfata Provincia Allemaniæ) annotatur*, quòd Conventum illum quater visitaverit, videlicet, anno 1454. visitavit Conventum hunc, & reformavit in festo S. Dympnæ: iterûmque visitavit anno 1455. & 1458. ac denique 1464. *Ibidem subjungitur:* Anno 1466. in festo Præsentationis B. Virginis reformavit Conventum Gandensem. *Conventus ille Gandensis tunc erat Provinciæ Franciæ, sicut etiam Vallencenensis, & Atrebatensis, quos similiter ad strictiorem observantiam reduxit, sicut & alios in aliis Provinciis. Præter præfatos, etiam alij novi recepti fuerunt tempore Generalatûs ejusdem B. Patris: & quidem Lovanij Collegium novum, de quo in Necrologio Carmeli Lovanienſis ista leguntur:* B. P. Joannes Soreth Generalis Ordinis nostri, suâ præsentiâ Collegium nostrũ visitando honestavit an. 1454. *De Sparnecensi ista leguntur in Annal. Ord. ad ann.* 1455. Sparnecense Cœnobium in Germania eodem anno, diligentiâ forsan, ac zelo boni Generalis Sorethij acquisitum. *Circa eumdem annum fundatus fuit Conventus Rastemburgensis, in Prussia Ducali, de quo ibidem in iisdem Annalibus: & aliquantò pòst, Conventus S. Annæ de Collares in Lusitania, & Conventus de Cremalino, Provinciæ Lombardiæ: Conventus Gerardimontensis in Flandria: Conventus Ronciglioni in Italiæ & Conventus* Montium Carmeli *propè Avernecum, de quo ex B. Patris Sorethij vita per Walterum de Terra-nova, ista in iisdem Annalibus* (a) Accessit eò Generalis noster Ven. Joannes Soreth, & speciem novi ædificij, quasi novam Reformationem, quam in Ordine moliebatur, considerans, locum novum Carmelum Eliæ, & Eliadum nobilitatum hospitio, penè extrà se positus amplectebatur.

(a) ad an. 1460.

2124. *Ex antiquis monumentis Conventûs Religiosorum Ordinis Fratrum B. V. Mariæ de monte Carmeli Leodij.* B. SORETH Leodiensem Conventum speciali amore complexus videtur; nam dum tantùm esset Licentiatus Parisiensis, habuit conciones Quadragesimales anno 1438. & duobus annis sequentibus. An. 1441. Lauream Doctoralem assecutus Parisiis, in Capitulo Provinciali proximo creatus est Provincialis, post R. Patrem Ioannem Tanis, & eodem anno suæ electionis hunc Carmelum Leodiensem visitat, ita ut vix ullus annus præterierit, quo Leodij non fuerit notabiliter commoratus. Pòstquam an. 1451. electus est Generalis, venit Avenione Leodium, & ibi observantiam suam & Reformationem introduxit: quæ quàm grata fuerit secularibus & primatibus illius civitatis, ex eo constat, quòd reditus annuus illius Conventûs ad tertiam ferè partem excreverit, solo Reformationis intuitu, & dicti Patris procuratione, & exemplo. Quòd autem etiam in his partibus prima Religionis suæ pro Monialibus fundamenta jecerit, ex eo constat, quòd in antiquo Monialium Leodiensium choro, prædictus Pater in pariete erat depictus, vineam manu tenens, ex qua, loco uvarum, monasteria Monialium prodibant, scilicet Leodiense, Dionantense, Namurcense, Huënse, Vilvordiense, Nannetense &c. cum hac subscriptione ex ore ejus prodeunte: *Hanc vineam ego plantavi.* Plurima ejus chirographa videntur in registris, & aliis libris Carmelitarum Leodiensium: extant etiam tres cappæ albæ, quas fieri curavit, in quarum dorso, loco insignium, appositum est solitum ejus chirographum.

Leodiensem Conventum specialiter dilexit B. Ioan. Soreth;

is cur olim depictus, vineam manu gestans;

2125. *Igitur B. Soreth Generalis, Fundator fuit Sororum Monialium Ordinis hujus in variis regionibus transalpinis (sicut mox latius audiemus) & Fratrum Religiosorum Reformator, ac Ordinis propagator. Quanta illi cura fuerit, ut cum solida pietate etiam sociarentur studia (per quæ eruditio acquiritur) colligitur ex eo, quòd in Conventu Vltrajectino mox ferè à sua fundatione, duos instituerit Lectores. Ad studia autem incitavit, & obligavit, Decretis ab ipso, in Capitulo Generali Bruxella celebrato editis, & Constitutionibus insertis, parte 1 cap. 15. cujus titulus est:* De studiis, & studentibus in generali, *ubi sub initium ista:* Quoniam ignorantiam cognoscimus esse erroris matrẽ, & cujuslibet status ruinam: ideò Ordini nostro super hoc providere cupientes, statuimus, quòd in Ordine sint studia generalia decem & octo: videlicet Parisiis: Tolosæ, Bononiæ, Floren-

studiorum curam singularem habuit.

Digitized by Google

XXV. Julii. Florentiæ, Montispessulani, Catalonïæ, Lodoniis, Coloniæ &c. *Consequenter loca reliqua studiorum generalium referuntur: & toto illo capite ordinationes sunt, pro bono regimine studiorũ generalium. Capite autem sequenti agitur* de studiis specialibus, *scilicet*, Grammaticæ, Logicæ, Physicæ, Theologicæ in qualibet Provincia.

§. 3. *B. Ioannes Soreth Fundator Monialium Ordinis B. Virginis Maria de monte Carmeli in Leodiensi Principatu, & Britannia Armorica, ac in Belgio.*

Moniales Carmelitanæ ab exordio Ecclesiæ,

2126. *A B exordio novæ Legis, sicut Religiosum Monasticum institutum Elianum persistit, & continuatum fuit in viris; ita etiam in sacris Virginibus viguit in Oriente: quæ inter præcipuas fuêre S. Euphrasia, S. Euphrosyna, S. Angela, de quibus in anterioribus, & alia plures, de quibus agetur in sequentibus. Post transmigrationem Ordinis in Europam, etiam Monialium cœtus illati sunt primùm in Siciliam, Italiam, & Hispaniam, deinde in Angliam: ubi præcipuus illarum promotor fuit Thomas Waldensis, ex illustrioribus Angliæ illis aggregans. De Monasterio Carmelitissarum circa annum Christi 1259. fundato Lovanij (quod ad alias, Xenodochio servientes, transivit) scribunt Claudius Robertus Lingonensis* (a) *& P. Lezana* (b). *Tandem in Leodiensem principatum, in Britanniam Armoricam, in Belgium Ordinis hujus Moniales invexit & fundavit B. Ioannes Soreth, sicut fidem perhibent literæ fundationum, & antiqua regiſtra Conventuum: è quibus nonnulla hic commemoranda videntur.*

deindè in Europam traducta:

(a) in Gallia Christ. in Append. ubi de S. Simone Stock.

(b) in Annal. ad an. 1259.

2127. *Ex litteris Archivi* Carmelitissarum Gelriensium: Frater Joannes Soreth humilis Magister Generalis totius Ordinis Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli. Cùm nobis humiliter supplicatum fuerit ex parte Religiosarum Sororum Ten Elsen, in oppido Gelriensi manentium, quæ hucusque sine Regula steterunt, ut eas ad Regulam nostri sacri Ordinis recipere vellemus; ut sic Omnipotenti Deo, ac ejus Genitrici Mariæ securiùs & devotiùs servire possent. Quarum precibus, quia rationabiles, meritò audiendæ, annuentes, auctoritate nostrâ, & tenore præsentium concedimus, & impertimur &c. Datum in nostro Conventu Colonienſi sub sigillo nostri Generalatûs officij præsentibus appenso, Anno Domini MCCCCLII. decimâ die mensis Maji. *Ex aliis*: Frater Joannes humilis Magister Generalis totius Ordinis Fratrum Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli Dilectissimis nobis in Christo devotis Sororibus propè Conventum nostrum Gelriensem in Provincia Allemaniæ Inferioris degentibus, salutem in Domino. Ex singulari devotione optatis à nobis ad nostri Ordinis Regulam, habitum, & professionem recipi, ut Beata Dei Genitrix, sicut per nos, & Fratres nostros in sexu virili, sic & per vos in sexu fœmineo, fideliter coleretur. Nos igitur, ut

Gelrienſium receptio sub Regula, & habitu Ordinis:

talismodi desiderio vestro, auctoritate Sedis Apostolicæ satisfacere possemus, eam quam à Sanctissimo Patre & Domino nostro Nicolao Papa quinto gratiam per Bullam ejus plumbeam obtinuimus, duximus præsentibus interserere, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cùm nulla fidelium conventio, sub aliquo Religionis colore, absque Summi Pontificis potestate fieri valeat *&c.* (*Bulla illa integra ibi inseritur: deindè sequuntur conditiones, seu decreta*) Datum * Morsæ anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo tertio die XIV. mensis Octobris, sub nostri Generalatûs officij sigillo præsentibus appenso.

* *Morsa* civitas est, haud longè à Gelria, ubi olim erat Ord. hujus Conventus.

2128. *Sub idem tempus, aut anteriùs, factam fuisse fundationem Conventûs Sororum Monialium* Harlemii *in Hollandia, constat ex eo, quòd post annos aliquot per Moniales istius Haerlemensis Cœnobij facta fuerint fundationes* Rotterdami, *etiam in Hollandia, & Brugis in Flandria. Haerlemensis istius Cœnobij, ab hæreticis occupati, (sicut & alterius, in antiquis monumentis, inter Monasteria Sororum Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, nuncupati* Nova-Ecclesia) *monumenta hactenùs non vidimus. De Rotterdamensi constat ex instrumento Fundationis istius, in vetusto libro in membrana exarato, nobis exhibito per D. Adrianum VVestphalen Iurisconsultum Alcmariensem: in illo autem instrumento hæc, inter alia, leguntur*: In nomine Domini Amen. Universis, & singulis hoc præsens publicum instrumentum inspecturis pateat evidenter, Quòd anno à Nativitate ejusdem MCCCC. octogesimo secundo, Indictione decimâ quintâ mensis Novembris die vigesimâ quintâ, horâ primarum, vel quasi, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Dom. Sixti, divinâ providentiâ Papæ Quarti anno duodecimo: in mei Notarij publici, testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia, personaliter constitutæ religiosæ ac devotæ personæ Agatha filia Johannis, Mater, sive Rectrix, Aeff filia Walteri Subrectrix, & Maria filia Ysbrandi de Haerlem, Sorores professæ, Ursula filia Jacobi, Theodrica filia Alberti, Eems filia Henrici, Elizabet Petri, & Magdalena Theodrici, investitæ cujusdam novæ plantationis sive Conventûs sorores, Anna filia Henrici, Maria filia Ghysberti & fidis Johannis, adhuc pro tunc nondum investitæ cujusdam novæ plantationis sive Conventûs Sororum Ordinis Carmelitarum Rotterdamensium Trajectensis Diœcesis, salubriter cupientes, & summoperè desiderantes sub brachiis sanctæ Matris Ecclesiæ, & ejus subsidiis contra quascumque perturbationes, aut prævas suggestiones conservari, defendi pariter, & tueri. Quapropter *&c. Sequuntur deindè conditiones, quas inter hæc erat prima:* Videlicèt quòd tres primæ Sorores de Conventu Haerlemensi prænominatæ

Haerlemenſium, Rotterdamenſium, & in Nova-Eccleſia, ac Brugenſium fundatio:

XXV. JULII.

erunt de cætero Conventui Rotterodamensi incorporatæ, ac principaliores, & quodammodo Rectrices ejusdem Conventûs &c. Acta sunt hæc in camera anteriori Confessoris Conventûs antedicti sub anno, indictione, mense, die, horâ, & Pontificatu quibus suprà, præsentibus ibidem providis & honestis viris Hugone filio Jacobi Rusch, & Gerone Alberti laicis, & oppidanis Rotterdamensibus Provinciæ Hollandiæ dictæ diœcesis Trajectensis testibus idoneis. *De Brugensis Monasterij Fundatione in Annalibus Ordinis per P. Lezana, hæc, inter alia, referuntur ad annum* 1487. Hoc Cœnobium fundatum esse ex duabus Monialibus, quæ ex civitate Harlemensi, & Hollandia eo anno 1488. venerunt. *Ex Conventu illo Brugensi processit fundatio Conventûs novi Lovanij. In Speculo historiali Arnoldi Bostij libro 7. cap. 50. & in catalogo Conventuum Provinciæ Alemaniæ inferioris (sub qua olim etiam erant Conventus Brabantiæ, Gelriæ, & Hollandiæ) etiam inter Conventus Monialium Ordinis hujus recensetur Conventus prædictus* NOVÆ-ECCLESIÆ.

2129. *Ex litteris Fundationis* CONVENTÛS LEODIENSIS *Sororum Monialium Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, extrà, & propè portam S. Leonardi:* Ludovicus de Bourbon, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ electus confirmatus Leodiensis, universis & singulis præsentia visuris, seu audituris salutem, quam Jesus ex Virgine natus generi profudit humano. Inter Pastoralis officij debitum curâ reddimur indefessâ, solliciti, ut piorum locorum nobis ab alto commissorum status salubriter dirigatur, & ut inibi divini cultus propagatio succedat, ordinariæ providentiæ partes libenter addicimus, & impartimur ... Pro parte devotarum personarum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ad honorem Omnipotentis Dei, & gloriosissimæ suæ Matris Virginis prædictæ locum suprà dictæ hæreditatis in Cœnobium Monasticum antè-fati Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, pro ipsis Exponentibus atque personis fœminei sexûs, nec non uno Fratre ejusdem Ordinis Confessore earumdem, ac oportuna familia providere dignaremur ... Nos igitur salutari intentioni hujusmodi in Christo congaudentes, locum antè fatæ acquisitæ hæreditatis, cum suis ædificiis, successu temporis adaptandis in Monasticum Cœnobium dicti Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, ordinariâ nostrâ auctoritate duximus erigendum, ac instituimus, & erigimus ... Pro firmiori subsistentia loci, & Ordinis Prædictorum, volumus, quòd ad Religiosum, & nobis in Christo dilectum Fratrem Joannem Soreth, Sacræ Theologiæ Professorem, ac dicti Ordinis Generalem (cujus vitam, mores, & conversationem in Domino collaudamus) quamdiu vixerit, Exponentium prædictarum, & aliarum Sororum dictum Cœnobium ingredientium visitatio, Vestitura, Professionis acceptatio, & inclusio, ipso saltem in civitate Leodiensi præsente, debeant pertinere; eoque à civitate Leodiensi absente, seu postquàm, Altissimo disponente, transiverit, ad Priorem, qui pro tempore fuerit Monasterij Carmelitarum antedicti (aliàs per eundem Generalem luculenter reformati) idemque Visitator, qui pro tempore fuerit, hujusmodi Sorores in capite, & in membris visitare, ac defectus & excessus corrigere tenebitur ... Et ut eædem Sorores quietiùs Domino valeant famulari, personas earundem præsentes & futuras, locumque ipsum eum suis bonis præsentibus, & futuris, sub protectione gloriosissimæ Virginis Mariæ Sanctique Lamberti Patronorum nostrorum, de speciali gratia suscipimus ... In quorum fidem & testimonium sigillum nostrum ad causas præsentibus apponi fecimus, sub anno à Nativit. Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, Mensis Aprilis die septimâ.

Leodiensis Monasterij, ad portam S. Leonardi fundatio.

testimonium de B. Io. Soreth,

ac Leod. Conventus reformati.

2130. *In Necrologio istius Conventûs Leodiensis, ad portam sancti Leonardi, commemoratur eximia ejus liberalitas, & sollicitudo, pro ædificio illius: sic autem antiquo Gallico idiomate ibi legitur:* OBITUS: Nostre tres Reverend Maistre Johan Soreth Prieux Generaux de tout l'Ordre qui à commencement de nostre Convent donnat plusieurs sommes d'or & d'argent pour faire edifier, & nous edifiat nostre Englieſe, encloistre, & une partie de tous nous dorteux, comme sor les vielhe Regiſtres appert: & encor plus qu'il ne sont nient escript, pour cauze qu'illz ne luy plaisoit point de estre nommeit. *In ejusdem Conventûs regiſtris antiquis hæc (è Gallico contractiùs Latinè reddita) annotantur:* Hoc Monasterium extructum est operâ, ære, & studio R. Patris Joannis Soreth Generalis, ad instantiam aliquot puellarum devotarum sæcularium, quibus omnibus habitum nostræ Religionis, & Constitutiones dedit, easque spiritum Carmeliticum edocuit. Soror Joanna de l'Erneur prima omnium ibi vota emisit inter manus R.P. Soreth, & ab illo dicti loci prima Prioriſſa instituta est: quod officium postquàm aliquot annis laudabiliter exercuit, ex ordinatione ejusdem Patris, ivit Vilvordiam, cum Sororibus Maria de Betunire, Maria de Heusden, &c. velatis, & Sorore Maria Georgia Conversâ, ibique in novo Monasterio B. MARIÆ DE CONSOLATIONE, postquam impositum Prioriſſæ onus pari sollicitudine, atque robore pertulit, gravis meritis obiit 14. Aprilis anno 1476. Anno 1463. secunda dicti Monasterij Prioriſſa, nomine Joanna d'Avenne, missa est à R.mo Patre Soreth in Britanniam, cum Sororibus Maria de Senne, Catharina de Teque, Maria Rostij, &c. velatis, & duabus laicis: ibique Soror Joanna d'Avenne Prioriſſa, postquàm admirabili pietatis ac Religionis ardore se spectabilem B. Franciscæ d'Amboise & aliis exhibuit, tandem piè obiit. *Ex eodem etiam Leodiensi Monasterio missa sunt Huum Soror Maria d'Autthea, & Soror Elizabetha d'Heba, quarum illa fuit prima*

B. Ioannes Soreth ad fundationem Leodiens. contulit operam, & pecuniâ;

ex Leodiensi cœnobio ad novas fundationes missa Vilvordiam, in Britanniam, & Huum;

Diuantem-sis prima fundatio:

Digitized by Google

XXV. Julii.

prima illius Monasterij Huensis Prioriſſa. Eodem tempore prima fundatio Monialium Dionantenſium, extra civitatem Dionantenſem, ejuſdem Diœceſis, & ditionis contigit; ſed dictum Monaſterium fuit ſolo aquatum, irruentibus Burgundis, & devaſtantibus dictam urbem. Hujus primæ fundationis nullum extat monumentum, niſi quod anno 1466. quæ reſtabant Moniales, cum ſuis reditibus migrârint Huum, ibique novam ſedem fixerunt, ut ſequitur.

2131. *Ex Litteris fundationis Conventûs* Huyensis *infrà parochiam S. Germani, in loco* Hoſpitale S. Germani *nuncupato*: Ludovicus de Bourbon Dei gratiâ Epiſcopus Leodienſis, univerſis & ſingulis præſentia viſuris, & audituris ſalutem, quam Jeſus ex Virgine natus, generi profudit humano. Inter paſtoralis officij debitum curâ reddimur indefeſsâ, ſolliciti, ut locorum piorum nobis ab alto commiſſorum ſtatus ſalubriter dirigatur, utque divini cultus inibi propagatio ſuccedat, ordinariæ providentiæ partes libenter adhibemus & impartimur. Sanè pro parte dilectarum in Chriſto Prioriſſæ, & Sororum pridem Conventûs ſeu Monaſterij SS. Joannis Euangeliſtæ, & Mariæ Magdalenæ in Ordine Beatæ Mariæ de monte Carmeli expreſsè profeſſarum, quæ nuper infrà metas parochiæ S. Georgij extrà muros pridem oppidi Dynenſis ſitum, & ab aliquibus annis noviter in monaſticum cœnobium à piæ recordationis Johanne de Heynsberch prædeceſſore noſtro Epiſcopo Leodienſi ſalubriter erectum fuerit, exhibita nobis petitio continebat, Quod cùm Altiſſimo ſic permittente, hoſtium incurſibus cœnobium hujuſmodi ab aliquibus diebus citrà incendio, atque ruinæ totali fuerit ſuppoſitum, unà cum ſtructuris & inhabitationibus omnibus ipſius, quemadmodum oppidum ipſum Dionantenſe cum ſuburbiis ſuis calamitate ſimilis incendij penitùs demolitum, dignoſcitur. *Conſequenter refertur, quod deſolata, habitatione deſtituta Moniales, Huum ſe receperint, & circà Hoſpitale gloriosiſſimæ Virginis Mariæ, ac S. Germani hoſpitate, ſupplicaverint locum illum donandum, & adaptandum pro monaſterio, in quo Deo ſervirent* ſub viſitatione Joannis Soreth totius ipſius ſacræ Religionis (*gloriosiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli*) Generalis. *Et id illis conceſſum fuit hiſce verbis*: Nos igitur ſalutari hujuſmodi intentioni in Chriſto congaudentes, ad plenum informati, Hoſpitale prædictum cum ſuis Capella, ædificiis, & pertinentiis in Monaſticum Cœnobium ſæpè dictum Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, noſtrâ authoritate ordinariâ prælibatâ duximus erigendum, & erigimus... Et nihilominùs, pro firmiori ſubſiſtentia erectionis & tranſlationis hujuſmodi, ac obſervantia loci, & Ordinis prædictorum, volumus quòd ad Religioſum & in Chriſto dilectum Fratrem Joannem Generalem prædictum (cujus vitam, & mores Religionis, & converſationem jam dudum cognovimus, & in Domino meritò collaudamus) quodque prædictâ authoritate in viſitatorem ejuſdem Cœnobij inſtituimus Sororum ipſum Cœnobium in futurum ingredi deſiderantium, veſtitura, profeſſionis receptio & incluſio... In quorum omnium fidem & teſtimonium, ſigillum ad cauſas præſentibus duximus apponendum, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto menſis Octob. die primâ. *Ex iſto monaſterio Huyenſi poſtea reſuſcitata fuit ſecunda fundatio Dionantenſium.*

Huensis monaſterii fundatio;

Dionantenſibus, & monaſterij Carmelitarum combuſtio an. 1466.

2132. *Ex litteris fundationis Conventûs* Namurcensis. Ludovicus de Bourbon, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Leodienſis univerſis & ſingulis præſentes litteras viſuris & audituris, ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Quoties à nobis petuntur ea, quæ divini cultûs augmentum & ſalutaria vota reſpiciunt, ac Religioni & honeſtati convenire dignoſcuntur, per quæ etiam devotio fidelium adaugeri ſperatur, libenter intendimus. *Conſequenter referuntur ſupplicatio Religioſarum ſororum Ordinis B. Virginis Mariæ, & rationes, ſeu motiva: & conceditur facultas,* unum novum Conventum dicto Ordini de monte Carmeli, ad inibi per Sorores Ordinis ejuſdem erigendum, commorandum, divinum Officium continuandum, & Deo famulandum, ædificandi, erigendi, & conſtruendi *additur*: Si ad hoc Illuſtriſſimi Principis Caroli Ducis Burgundiæ *&c.* Comitis Flandriæ *&c.* Namurcenſis *&c.* beneplacitum accedat. *Pleraque alia eadem, aut ſimilia ſunt, ſicut jam ante, & fit mentio Ioannis Soreth Prioris Generalis, iiſdem ferè verbis, ſicut in præcedentibus.* In quorum fidem, robur, & teſtimonium ſigillum noſtrum ad cauſas præſentibus apponi fecimus, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo, menſis Decembris die tertiâ.

Namurcenſis fundatio.

2133. *Ex litteris fundationis Conventûs* Divæ Consolatricis *in Brabantia, olim extrà, nunc intrà Vilvordiam (duobus milliaribus à Bruxella ſiti)* Kaerel byder gratien Godts Hertoge van Bourgonignen, van Lotherijck van Brabant &c.... want onſe geminde in Gode Brueder Jan Soreth Meeſter Generael van der Ordenen vanden Bruederen van Onſer Lieve Vrouwen van den Berge van Carmelen, Ons ſeer clagentlijck heeft ghetoent ende te kennen ghegeven *&c. Littera illa fundationis Belgico idiomate, prolixè continent occaſiones, ſeu motiva fundationis iſtius Conventûs, præfato Duci expoſita per B. Ioannem Soreth, & conditiones decretas per ipſum Ducem. Datæ ſunt litteræ illæ Bruxellis anno 1468. in Ianuario: illas integras exhibet R. D. Antonius Sanderus in Monaſterij iſtius Chorographia cap. 4. Honoſrius autem Apoſtolicæ Sedis Legatus illam Caroli Ducis Brabantiæ &c. donationem ac fundationem approbans, Commiſſarios conſtituit, & executores pro illa Monaſterij erectione, Godefridum Epiſcopum Dagnenſem, & S. Michaelis Antverpiæ Ordinis Præmonſtratenſis, ac Ordinis Ciſtercienſis Abbates, prout liquet ex ejus litteris: quæ iſto capite 4. in-*

Vilvordienſis, ſeu D. Consolatricis fundatio;

Digitized by Google

XXV. JULII.

tegrè inseruntur, in quibus hæc, inter alia: Honofrius, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Tricarcensis, Sanctiss. Domini nostri Papæ Referendarius, ac ipsius, dictæque Sedis Apostolicæ in certis Germaniæ & Galliarum partibus &c. cum plena potestate Legatus... Sanè pro parte Venerabilis nobis in Christo dilecti Joannis Soreth Magistri Generalis totius Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Dei Genitricis de Monte Carmelo, pro Religiosis nobis in Christo Sororibus ejusdem Ordinis... Et sicut eadem petitio subjungebat, Illustrissimus Princeps ac Dominus D. Karolus Burgundiæ, Brabantiæ &c. Dux, calamitatibus earumdem Sororum piè condolens, quoddam Beggi-nagium juxtà oppidum Filvordiæ Camera-censis Diœcesis, cum Capella inibi, sub titulo, NOSTRÆ DOMINÆ DE CONSOLATIONE, pro novi Conventûs Sororum dicti Ordinis, erectione, ordinare, & deputare proponit. Undè nobis supplicam fecerunt, tàm Magister Generalis, quàm Sorores antedictæ, ut circa erectionem hujusmodi novi Cœnobij partes nostras impertiri, aliasque eis desuper, pro divini cultûs incremento providere dignaremur... Datum Bruxellæ Cameracensis Diœcesis, nobis illic causâ tractandæ pacis residentibus, sub anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

2134. *In antiquis codicibus & monumentis istius Conventûs plenius refertur, qualiter* Conventus ille, solicitudine ipsius Beati Patris Generalis fundatus fuerit, & illum in finem Leodio, ex præfato monasterio, ad portam S. Leonardi, venerint tredecim Moniales, è quibus sex postèà redierunt, septem autem (quinque velatæ & duæ Sorores Laicæ) ibi manserunt, usque ad obitum, quas inter præcipua fuit supra nominata Ven. Joanna de L'Erneur, prima monasterij Divæ Consolatricis Priorissa, quæ obiit anno 1476. die 14. Aprilis. Cum istis etiam Leodio venit Ven. P. Gabriel Regnoberto, vir magnæ virtutis, qui primus monasterij istius Rector, seu Confessarius decessit anno 1471. die 11. Martij. *Ex hactenùs dictis habetur, Beatum Ioannem Sorethium fuisse Fundatorem Sororum Monialium Ordinis hujus in Belgio, & Leodiensi ditione, ac in Britannia Armorica: & quidam imprimis Gelria, ac verisimiliter, sub idem tempus Haerlemij in Hollandia, undè prodierunt monasteria Rotterdamense, etiam in Hollandia, ac verisimiliter aliud nuncupatum Nova Ecclesia (cujus litteras fundationis non vidimus) & Brugense in Flandria: à quo processit Lovaniense monasterium. Leodiense autem monasterium præfatum ad portam S. Leonardi (operâ etiam ipsius Beati Sorethij fundatum) unà cum Dionantensi, origo est caterorum in ditione Leodiensi, videlicet Huyensis, & Namurcensis (olim sub diœcesi Leodiensi, nunc Namurcum habet proprium Episcopum) Ex Huyensi postmodùm prodiit Dionantense secundæ fundationis: & ulteriùs processerunt Rupefortense, Cinacense, & Fumacense. De Sororibus ex Leodiensi præfato monasterio ab ipso Beato Ioanne Soreth, ad fundationes novas missis in Britanniam, & in Brabantiam Vilvordiam, jam antè audivimus: à Vilvordiensi processit Boxmeranum: & à Namurcensi Marchiense in Ardenna: atque ita præfatorum monasteriorum, partim immediatè, partim mediatè, fundator est ipse B. Ioannes Soreth. Et ista de fundationibus Conventuum Monialium Carmelitissarum in Belgio, & in Leodiensi ditione, aliquanto prolixiùs hic tradita sunt, eò quòd spectent ad vitam B. Sorethij, & nusquàm alibi edita extent. De fundatione Carmelitissarum in Britannia Armorica, etiam per ipsum B. Ioannem Soreth, peculiariter agetur in vita B. Franciscæ Amboisiæ, ad diem* IV. *Novembris.*

PLANCTUS DE OBITU B. P. JOANNIS SORETHII, EX BAPTISTÆ MANTUANI OPERIBUS.

2135. *Baptista Mantuanus Generalis Ordinis hujus, prædecessori suo (non tamen immediato) parentavit insigni carmine encomiastico, quod in ejus operibus, variis locis excusis, habetur, atque etiam integrum ad calcem vitæ præfatæ Parisiis editæ an. 1625. ideò pauca indè huc translata sufficient.*

Mens mihi sæpè fuit pro te quoque sumere plectrū, *B. Sorethij*
Atque tuas nostro complecti carmine laudes, *Generalis.*
O nivei quondam pastor gregis: ô Pater altæ
Rupis, & irrigui fontis, montisque Beati;
Cujus inaccessis vates habitasse sub antris
Fertur, & eventus rerum ceciniſſe futuros.
Sed mea sopito stupuerunt sanguine corda,
Ut solet hyberno tellus cum frigore torpet:
Postquam fama tui mœstissima nuntia fati, *mors luctuo-*
Tristibus auspiciis Italas pervenit ad oras. *sissima.*

Languit amisso generosæ frontis honore,
Palluit omne decus nostrum: languentia cœpit
Pectora segnities, & amor virtutis obivit.
Frigemus velut extincto focus igne: recessit *Ordini Car-*
Tecum noster honor: Carmeli gloria tecum *meli:*
Occidit: heu funesta dies, neque digna diei
Nomine censeri, stygiis pallentior umbris!
Quæ tantum jubar extinxit, tot lumina misit
In lacrymas, in tot suspiria pectora solvit?

Magna quidem fuit, atque meis conatibus impar
Copia virtutum, Pastor venerande, tuarum.
Nec tibi Carmelus debet minus ac Romualdo *quinquantum*
Tusca Camaldulij pineta in vertice montis: *ei debeat:*
Lignipedique Laverna viro: Carthusia Ugoni:
Gallica Bernardo Cistercia, Nursica Mauro
Religio.

Efficiam ne livor edax, ne longa vetustas,
Neu sors ulla tuæ pariant oblivia laudis,
Sed ventura tuum nomen mirabitur ætas,
Et quæ te tulerint fœlicia sæcula dicent.
Posteritas, debentque tibi tua tempora multum,
Namque tui tecum durabit gloria sæcli. *miraculis*
Tu modò magne Pater faveas, quem certa fatentur *fulgens:*
Æthereos interpositum miracula cives.

Tu tamen interea nostro qui liber ab orbe
Vivis, & ingentes meritis facientibus alas,
In regnum sublime volas ardentis Olympi,
Quem Deus æternis divorum accumbere mensis
Justit, & immenso Cœli dignatur honore.
Funde preces: pia verba move: ferventiùs ora, *invocatur ab*
Magna Dei nostris faveant ut numine rebus. *Auctore:*

EPITA-

Digitized by Google

XXV. Julii. 2136. EPITAPHIUM. *ex antiquo codice MS. Carmeli Mechlin.*

Epitaphium B. Sorethij:

GLoria Carmeli magnus Soreth ille Joannes,
Condignus longâ posteritate coli:
Rabbi Doctorum, lux, censor, normaque morum,
Pernotus mundo, proh dolor! occubuit.
Bis denis annis Prior olim qui Generalis
Extitit observans omnia, quæ docuit.
Hic benè mutavit vitam cum morte beatam;
Vita vel est potiùs morte secuta suâ.
Septuagenus septimus annus fluxerat ipsi
Andegavis ei dum fuit ultima lux.

CHRONICON OBITUS.

heV CarMeLe fLeas! soreth oCCVLItVr sVper astra.

aliud

heV! CarMeLVs, soreth, heV! VaCat eCCe Ioanne.

Epitaphium istud extat in Speculo antiquo Ordinis hujus MS. exarato circa annum Christi 1484. *Ibi autem hoc annotatur:* Frater Joannes Truc Carmelita Gandensis edidit Dialogum metricum, de transitu hujus memorabilis Patris, in quingentis, vel circiter versibus. *Idem ipse etiam scripsit ipsius B. Sorethij Epitaphium prolixum, complectens præcipua vitæ ejus. Extat in eodem codice antiquo MS. sub initium fol.* 4. *& præcedit aliud ejusdem Epitaphium per Arnoldum Bostium.*

Ioannes Truc vitam B. Sorethij scripsit in 500. *versibus:*

XXVI. JULII.

DE S. ANNA, AVIA CHRISTI,

MATRE DEI GENITRICIS,

Protectrice Ordinis Camelitani.

§. I. *Cultus S. Annæ in Ordine B. Virginis Mariæ de monte Carmeli perantiquus, & solemnis.*

§. Annæ cultus antiquus in Ecclesia Orientali,

2137. *CVltus S. Annæ in Ecclesia tam Græca, quam Latina, peculiariter verò in hoc Ordine B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, pervetustus est. Et quidem in Ecclesia Græca, in Menologio memoria ejus celebratur ad diem XXV. Iulij. Quòd autem festum istud in Orientali Ecclesia (in cujus ditione Carmeli Ordo originem sumpsit) antiquum sit, satis colligitur ex iis, quæ Theodorus Balsamon habet in Nomocanone, in quo intexitur Novella, seu Constitutio Manuelis Comneni Imperatoris Græcorum, promulgata annô Domini* 1166. *in qua, inter cætera, ista:* Sancimus, ut illi dies feriati sint, quos in præsenti constitutione nominatim enumerabimus, & ut alij quidem eorum ferias in universum habeant, ut nequaquàm toto ipsorum durante spatiô, constitui judicium possit. *Inter dies autem istos feriatos est:* Julij dies XXV. propter obdormitionem sanctæ Annæ matris Deiparæ. *De antiquo, peculiari & solemni cultu S. Annæ in hoc Ordine, & festo ejus in eodem solemnizato ab immemoriali tempore, videantur dicta ad diem XIX. Martij, ubi de S. Ioseph.* Sub ritu Duplicis majoris celebratur festum S. Annæ tamquam Protectricis Ordinis.

2138. *Abbas Trithemius de B. Virgine Maria in Vrticeto* (a) *præter ea, ad dictum diem XIX. Martij, ex eo adducta, subjungit:* Præcipuâ tamen omnes Carmelitani Ordinis fratres devotione Dei genitricis Mariæ matrem honorant, colunt & venerantur. *Et infrà:* Cujus devotissimæ consuetudinis æmulatores pientissimi, venerandi Patres & fratres memorati Ordinis in Urticeto extra muros regalis oppidi Heilbrunnensis in eorum Ecclesia, non solùm altare, sub honore Aviæ Christi Annæ, sed etiam Confraternitatem laudabilem instituerunt ad ædificationem & salùtem fidelium in Christo populorum. Quam quidem sanctam Confraternitatem tredecim vicibus in anno solemniter concelebrant, & ex indulto Sedis Apostolicæ per ambitum & Ecclesiam SS. Corpus Domini processionaliter portant: in solemnitate videlicet ipsius beatissimæ Annæ, & quâlibet primâ, vel alterâ feriâ tertiâ cujuslibet mensis totius anni, quemadmodùm probatur ex litteris Confirmationis per Legatum Apostolicum, quæ sequuntur. RAIMUNDUS miseratione divinâ S. Romanæ Ecclesiæ tituli S. Mariæ novæ præsbyter Cardinalis Gurcensis, ad universam Germaniam, Daciam, &c. *Littera illa integra ibi consequenter describuntur, atque etiam alia similes Dom. Laurentij Episcopi Herbipolensis, Francia Orientalis Ducis. De Confraternitate S. Anna in Ecclesia Carmelitana Francofurti, solemniter erecta annô Christi* 1481. *ad instantiam mercatorum, meritis, & patrocinio S. Annæ à periculis sæpè liberatorum, & præservatorum, & de ejusdem sacris reliquiis, Lugduno allatis, & ibi in Capella S. Annæ dicata, in tabula pretiosi operis argentea repositis, in præsentia circiter quatuor millium Confratrum: & de ejusdem confirmatione, ac concessis Indulgentiis per Dom. Bertholdum Moguntinensem Archiepiscopum, nec non Innocentium VIII. Summum Pontificem, tractat Ioannes Palaonydorus, in fasciculo tripartito* (a). *Porrò sicut cultus S. Ioseph antiquissimus licèt, tamen hôc sæculo, & sub finem præcedentis, Deô inspirante, quàm maximè fuit propagatus, & auctus, sicut supra ad diem XIX. Martij relatum est: ita quoque S. Anna, Deo in variis Christiani Orbis regionibus, ejus meritis, ac patrociniis, miracula plurima operante: & quidem in Belgio nostro, in loco nuncupato* Botelaer, *sito duobus milliaribus à Gandavo, Flandriæ*

ad ejus honorem Confraternitas antiqua in Heilbrunnensi monasterio,

& Francofurti in Ecclesia Carmelis.

(a) lib. 2. c. 13.

& in Ordine Carmeli:

(a) lib 3. c. 15. Vide Tom. præced. n. 1116.

Devotio ad S. Annam aucta & propagata,

Digitized by Google

XXVI. JULII.

Flandriæ metropoli (ubi non ita pridem fundatus est Carmelitani Ordinis conventus) celebris, est devotio, & peregrinatio.

2139. *Quàm maximè autem circa annum Christi 1625. devotio illa in Francia, per Patres nostros Provinciæ Turoniæ innovata, & aucta fuit in Turonia Armorica, in loco antè desérto, occasione mirabilis cujusdam apparitionis, ac subsequentium miraculorum. Etenim per octodecim menses frequens ibi visio nocte apparebat pio cuidam viro Iuoni Nicolasico, prægrandis scilicèt & eximiæ formæ mulieris, cœlesti lumine conspicuæ: quæ permovit, ut designatus locus foderetur: repertaque fuit Imago vetusta* D. ANNÆ *in loco desérto, ubi in primis Ecclesiæ Christiana seculis, ejusdem nomini, & honori erecta fuerat ædicula, quæ circa annum Christi septingentesimum corruerat, & solo fuerat adæquata: prout eidem Iuoni ipsa indicavit. Porrò haud abbreviata Dei manus tanta suæ potestatis miracula ibi mox exhibuit omnis generis, ut volumen integrum iis referendis haud sufficeret. Ex his quamplurima Reverendiss. DD. Episcoporum authoritate probata, typis prodierunt in Historia istius Imaginis. Idcirco incredibili peregrinorum frequentiâ invisitur, ut sæpè supra viginti, & triginta hominum millia concurrant: prout refert testis oculatus R. P. Leo à S. Ioanne,* in Delineatione Provinciæ Turonensis cap. 31. *Constructa brevi fuit inibi insignis Ecclesia, quæ (ut cœlesti visione indicatum præfato Iuoni) tradita fuit Religiosis hujus Ordinis, & Provinciæ Turonensis: qui collatis à fidelibus eleëmosynis, amplum construxerunt cœnobium: & recipiendis undique adventantibus peregrinis commoda hospitia adjecta; est enim in angulo vastæ & desertæ solitudinis. Initium istius devotionis à Reverendiss. D. Henrico Spondano* (a) *ad dictum annum Domini 1625. his traditur verbis:* Sanctæ Annæ, *inquit*, Matris Dei Genitricis veneratio ab omni Christiano ævo in Ecclesia, & Orbe receptissima ac probatissima, hôc ipsô annô, novô miraculô manifestata legitur in Britannia Armorica, in vico ker-Anna, diœcesis Venetensis: ubi divinitùs revelata cuidam pio oratori nomine Juoni, Nicolasico, mense Martio, vetus quædam sacra Imago prædictæ B. Annæ, terræ profundè infossa, confestim cœpit innumeris, & clarissimis, juxtà ac stupendis clarere miraculis: quæ locum frequentatissimum populorum concursu reddiderunt; collocatâ Imagine in Ecclesia, ex piis eleëmosynis magnificè constructa, prope oppidum Aureum, authoritate Sebastiani Rosmadeci Episcopi Venetensis, loci Ordinarij: qui miracula probatissima ad eam continuè fieri consueta, Decretô publicô confirmavit, & promulgari permisit, per Fratrem Hugonem à S. Francisco, Carmelitanum Reformatum Provinciæ Armoricæ. * Cui Ordini Episcopus curam, & administrationem prædictæ Ecclesiæ contulit.

præsertim in Francia,

occasione cælestis visionis;

plurima ibi patrantur miracula;

Ecclesia, & monasterium Ordinis Carmelit. construitur.

(a) in Annal. ad an. 1625. n. 3.

* al. *Turonia,*

2140. *Ex dictis patet, cultum S. Annæ istis in partibus inter Christianos olim in primis post Christum sæculis viguisse: sed collapsâ, seu dejectâ præfatâ Capellâ, occasione irruptionis nationum Barbararum, paulatim intepuisse. Voluit autem Deus, tempore definitô per eos (Carmeli Religiosos) penes quos ab antiquo peculiarior fuit S. Annæ veneratio, illam etiam peculiariter ampliari. Officium autem S. Annæ, à sæculis pluribus, & tempore immemoriali insertum Missalibus & Breviariis Ordinis hujus, juxta usum Ecclesiæ Hierosolymitanæ, traductum etiam fuit in Missalia, & Breviaria Romana, annô Domini 1584. per Gregorium XIII. Summum Pontificem, ex speciali Dei inspiratione, sicut testatur Cardinalis Baronius* (a) *his verbis*: Constat ex prædictis, tam in Orientali, quàm Occidentali Ecclesia pervetustum fuisse sanctæ Annæ cultum, quem Sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. Papa, divinô afflatus Spiritu, Apostolicis litteris datis hoc anno Domini 1584. Kal. Maij, sui Pontificatus anno duodecimo, firmavit, auxitque: præcipiens nimirum, ut perpetuis futuris temporibus Beatæ Annæ dies festus septimo Kal. Augusti, per totius Orbis Ecclesias Duplici officiô quotannis recolatur, Romanisque, ac aliarum Ecclesiarum Kalendariis addatur, & Duplex ei adscribatur.

Cultus S. Annæ ibi antiquissimus;

Officium S. Annæ ex Carmelitano usu, traductum ad Romana Breviaria, & Missalia.

(a) in Not. ad Martyrol. Rom. ad 26. Julij.

§. 2. *De parentibus S. Annæ.*

2141. *TEmpora Machabæos inter & Salvatoris adventum, Scripturarum divinarum destituta lumine, tenebris oblivionis obvoluta reliquerunt omnia, præter ea, quæ Flavius Iosephus, Iudæus (non pauca erroribus obnoxia, sicut videre licet apud Baronium* (b) *Salianum* (c) *& alios) & Iosephus alter etiam Hebræus, Gorionides dictus, ac ethnici, prophana dumtaxat tractantes, tradiderunt. Iosephus neuter meminit progenitorum Christi Domini, multoque minùs ethnici: atque ita Divinæ sapientiæ inscrutabilis œconomia, sicuti plurima fidei mysteria, ita & illos concernentia, in tenebris dereliquit; sic ut de parentibus Deiparæ Virginis Ioachim & Anna nonnisi paucula habeantur ex veteri traditione, videlicet nomina ipsa præfata, deque eorum sterilitate, & prole sacerrima precibus impetrata; quantùm ad genealogiam S. Annæ, ex illustrium Scriptorum traditione aliqua subsequuntur.*

(b) Tom. 1. Annal. in Indice.

(c) Tom. 6. Annal. in Indice, verbo Josephus.

Testimonia veteru, sub finem, historia, tenebris involuta.

2142. *Trithemius* (d) *de S. Annæ genealogia tradit ista*: Joachim autem duxit uxorem, nomine Annam, quæ filia fuit cujusdam nobilis & justi viri, qui dicebatur Stolanus de tribu Judæ, & nomen uxoris ejus * Emerentia, de qua genuit duas filias, Annam, sicut dictum est, uxorem S. Joachim, quæ peperit ei Mariam innocentissimam semper Dei genitricem, & Esmeriam uxorem Aaræ cujusdam religiosissimi Judæi, quæ peperit Elisabeth matrem S. Joannis Baptistæ, & filium nomine Eliud. *Istis ferè similia scribit Arnoldus Bostius* (e) Sancta Anna, nuptarum sanctissima, omnipotenti Domino multâ dignatione beneplacita, pro filiæ suæ reverentia, inter omnes mulieres superbeatificanda; in qua nominis sui redundante gratiâ (Anna siquidem interpretatur gratia) accelerata sunt Divini & antiqui consilij sacra.

(d) de B. Virg. in Utriceto l. 2. c. 13.

* al. *Emerentiana, S. Annæ parentes Stolanus, & Emerentia,*

(e) de Patron. B. Virg. c. 13.

Digitized by Google

XXVI. Julii.

sacra mysteria. Quæ & in civitate Sephora, non longè à mellifluo monte Carmeli oriunda, compluries, haud dubium, devotione præcipua Carmelicolas visitavit; præsertim cùm, teste Cyrillô Alexandrinô, mater ejus Emerentia eum locum mirâ semper affectione dilexerit: & Carmeli accolis unà cum virgine Emerentia, Annæ matre futura, Deum orantibus, revelatus fuerit ejus ortus... Festum quoque tantæ Matronæ, omnimodâ semper laude ritè colendæ, celebriter solemnizamus. *Historia illa de S. Emerentiâ, seu Emerentiana, matre S. Annæ, frequentante Carmelum, & ex devotione visitante Religiosos ibi commorantes, S. Eliæ posteros, & revelationis facta circa progeniem S. Annæ, ea plenius descripta est à Petro Dorlando, & Ludolpho de Saxonia Carthusianis relata Tomô præcedenti* (a): *& in libro de vita S. Annæ scripto à præfato Dorlando Carthusiano: ac in fine libri de vita Christi ejusdem Ludolphi de Saxonia, cap. 1. Historiam eamdem suis scriptis celebrarunt quoque Guillelmus Pepinus Doctor Parisiensis, Ordinis Prædicatorum celebratus scriptor, sermone de S. Annâ: Ioannes de Robles Canonicus Regularis, in vita S. Annæ: Laurentius Cuparus, libro de vita S. Annæ, Ioannes Carthagena Ordinis Minorum, Sylvester Marulus Cistercienses, & alij plures, relati à Lezana Tomô 1. Annalium Carmelitarum* (b).

seu Emerentiana.

auctores qui ista tradunt.

(a) num. 960.

(b) an. mundi 3976. ante Christum 77.

2143. *Denique Petrus Morales inter celebres Societatis Iesu scriptores, Commentario in Matthæum* (c), *historiam illam his tradit verbis*: Conceptio sanctissimæ Annæ fuit Divinô munere à Deo revelata quibusdam sanctis viris, Religiosam vitam in monte Carmelo agentibus, ut refert Petrus Dorlandus Carthusianus in tractatu, quem de nostra gloriosissima Anna composuit, & habetur in fine vitæ Christi, à Ludolpho etiam Carthusiano descripta. Inquit enim Dorlandus: Annam nostram filiam fuisse Stollani, & Emerentianæ sanctorum conjugum, & quòd Emerentiana procreata fuit (secundùm sanctum Cyrillum) annô septuagesimô septimo ante incarnationem Christi, quæ semper in maxima religione, & virtutum splendore, castitatis, & virginitatis præcipuè, vitam gessit, quoad usque convenit Religiosos viros in monte Carmelo habitantes: qui post longam jejuniorum, & orationum præparationem debitam, tres eorum in spiritu raptî, visionem hujusmodi acceperunt. Radicem videre pulcherrimam, geminam ex ea arborem emittentem: è quarum altera natus est ramus speciosissimus, ex altera verò arbore nata est virga sanè pulchra, pulchriorem producens fructum, & florem: hâc radice sic visâ, audita est simul vox, dicens: Hæc radix est Emerentiana nostra magnæ propagationi destinata. Quâ re intellectâ, virgo Deo, & parentibus obediens, Stollano viro justo, & Deum timenti nupsit. Ex quo matrimonio, & radice Emerentianæ, duæ frugiferæ arbores prodiêre: altera fuit Sobe mater S. Elisabeth, & aviæ Præcursoris Baptistæ; altera verò arbor speciosior, nostra gloriosissima Anna mater sanctissimæ Deiparæ Mariæ, & Christi avia.

(c) cap. 1. lib. 1. tract. 6.

S. Annæ ortus insigni visione præmonstratus.

2144. *P. Lezana, qui pra cæteris accuratè de hoc subjecto indagavit, & scripsit, post adductas præfatas auctoritates, subdit*: Quibus jam præmissis, dubitandi locus non supereſt, quin hujusmodi revelatio inter eas referenda sit, quæ probabilem fidem, assensumque merentur. Cùm enim tot doctorum virorum, qui ipsam retulerunt, calculô veluti firmetur, nec contra ipsam vel ex sacra Scriptura, traditione, aut Patribus aliquid extrahi possit, habeatque omnes conditiones, quas pro similibus visionibus comprobâdis sacri Theologi assignare solent, ut discurrenti per singula, compertum erit; proculdubio inter alias æquô jure solùm piè credendas recenseri debet. *Id ibi consequenter ulterius probat: tum agit de S. Cyrilli Alexandrini libro, inter ejus opera, à Trithemio, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, relato his verbis*. liber de ortu & laude S. Mariæ (*vide hîc supra* (a)) cujus etiam meminit in libro de laudibus S. Annæ cap. 6. *Ibi enim enumerans eos, qui de S. Annæ gestis scripserunt, hunc Cyrillum Alexandrinum commemorat. Ait enim*: S. Cyrillus Episcopus Alexandrinus cultor quondam montis, & Ordinis Carmeli, cùm de ortu B. Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ ad Cælestinum Papam scriberet; de vita & conversatione S. Annæ multa laudum præconia inseruit. *Plures alij, ibi à P. Lezana relati, libri istius meminerunt. Quòd autem apud varios opera S. Cyrilli referentes, ejus mentio non fit, benè replicat*: Sed nec hoc magnum viris doctis scrupulum afferre poterit. Eis namque compertissimum est, plurima sanctorum Patrum scripta, tum temporum, tum hominum quorumdam injuriâ omninò periisse; alia diu latuisse, & ex tineis, & blattis, ipsisque tenebris studiosorum diligentiâ, post multum tempus erutos, luci commendatos fuisse. Et ne extera exempla requiramus, in hoc nostro Cyrillo Alexandrino, de quo est sermo, clarissimè id conspicitur. *Ibi consequenter enumerat varia opera S. Cyrilli, quæ modò non extant. Plura ad hoc intentum dicta sunt hîc suprà in Prolegomenis ad S. Cyrilli vitam* §. 4. (b) *Lezana ibidem addit*: Difficile etiam in ea revelatione videtur, quòd de parentibus S. Annæ, Stollano & Emerentiana dicitur, utpotè aliis historiis contrarium, in quibus aliter appellantur. Sed neque hoc magni ponderis argumentum est. Cùm enim neque in sacro Euangelio, aut aliâ canonicâ Scripturâ, Ecclesiæ definitione, traditione, Patrumve consensu aliquid de S. Annæ parentibus habeatur; proculdubio nihil certi de illis, eorumque nomine affirmari potest; *videlicet certitudine fidei, aut indubitatâ historicâ, sed dumtaxat probabili, ut jam ante dicebatur. Plura circa hæc ibi apud Lezana videri poterunt. Cæterùm etiam (præter omnes jam ante citatos.) Ioannes Eckius, in sermone de S. Annâ, Alphonsus Villegas, in vita S. Annæ, in opere*, Flos Sanctorum; *& alij, patentes S. Annæ nuncupant* Stollanum; *& Emerentianam.*

quanta auctoritatis sit ista traditio;

liber de ortu & laude S. Mariæ, & S. Annæ, inter opera S. Cyrilli recensitus;

ait perlit; aut latet, sicuti alia plura ejusd. operâ;

(b) vide hîc supr. num. 934.

Digitized by Google

XXVI. Julii.

§. 3. *S. Annæ sterili proles sanctissima impetrata precibus.*

S. Anna sterilis:

2145. S. *Ioannes Damascenus libro 4. de fide Orthodoxa cap. 15. ista tradit de S. Anna.* Anna, quæ, si interpreteris, gratiam sonat non minùs morum, quàm matrimonij jugo cum eo copulata erat. Verùm quamvis omnivirtutum genere floreret, tamen arcana quadam ratione sterilitatis morbo tenebatur. Etenim sterilis verè gratia erat, ut quæ in hominum animis fructum edere minimè posset: quandoquidem omnes declinaverant, simul inutiles facti erant: non erat intelligens, aut requirens Deum. Posteà bonus Deus, manûs suæ figmentum conspicatus, ac miseratus, illudque saluti asserere volens, gratiæ, hoc est piæ Annæ sterilitatem depellit: filiamque parit, qualis nec ante fuit, nec post futura est. Sterilitatis porrò depulsio apertissimè hoc indicabat, fore, ut bonorum sterilitas, qua mundus laborabat, submoveretur, arcanæque beatitudinis seges produceretur. Hinc Dei Genitrix ex pollicitatione prodit. Angelus quippè conceptionem parentibus nunciat. *Ferè eadem scribit Nicephorus libro 1. historiæ Ecclesiasticæ cap. 7. ubi ista:* Beata Virgo Maria, dignum Deumque decens VERBI domicilium, etiam ante Nativitatem Deo consecrata, atque ex membris senilibus, & longè à naturæ fervore alienis, tamquam quidam divinitùs datus fructus producta. Joachim & Anna parentum erant nomina. Ambo accuratiore, juxta præscriptum legis, vitâ præstantes, & clari, nec non primis quibusque & splendidissimis nobilissimisque genere connumerati. Vitam autem ad senectutem, sine prole edita, produxerant. Erat enim ad liberorum procreationem Anna alvo infœcunda. Et cùm ob sterilitatis causam non haberet communes cum matronis & matribus à lege tributos honores, exemplo matris Samuelis ipsa quoque sit supplex Deo, & in templo sedulò versatur: ne scilicet à benedictionibus legis excluderetur, sed ut ei, matrem esse, liceret, oranti ac quod paritura esset, ipsi Deo dicaturam se esse vovens. Sed enim divino nutu, ad eam quam petierat gratiam, Anna confirmata atque roborata, postquam puella è maternis prodiit locis, Mariam eam statim nominavit, ænigmate latenter à Deo acceptam gratiam declarans.

Dei dono,

& precibus obtinet Deiparam:

S. Anna univira,

2146. *Animadvertendum, haud admittendam quorumdam sententiam, qui existimarunt S. Annam tertiò nuptam, & singulas ex singulis viris genuisse filias; vel eorum qui conati sunt asserere, ex eodem viro Ioachim tres peperisse filias, nullâ aliâ adducti ratione, nisi quod in Euangelio mentio habeatur de ejusdem Dei Genitricis sorore, Maria Cleophæ.* Porrò fratrum & sororum nomine, sæpè in divinis Scripturis cognatos, & propinquos intelligi, apertissimum est: nedenim quis dixerit esse mentitum Abraham, cùm Saram uxorem sororis nomine nuncupavit,

& unius prolis mater.

Univiram fuisse Annam, nec post obduratam sterilitatem, ex voto conceptam, repromissione obtentam, susceptamque in senectute filiam, alios novisse partus, tàm veteres quàm recentiores orthodoxi Patres sunt professi. *Ita Cardinalis Baronius* (a) *Nonne Abraham vocavit Lot fratrem, sic eum alloquens.* (b) Non sit jurgium inter nos; fratres enim sumus. *Quod tamen haud intelligendum in sensu communiter excepto (ex iisdem parentibus geniti) nam paulò antè* (c) *dicitur*: Abram ... tulit ... Lot filium fratris sui. *Sic etiam in prophanis historiis fratres nuncupati leguntur progeniti ex duobus fratribus, qui tamen propriè dicuntur* Fratres patrueles, *sicuti* sorores patrueles, *ex duobus itidem fratribus prognatæ. Nonnulli etiam existimârunt illos, qui in Euangelio vocantur* Fratres Domini (d) *progenitos fuisse ex S. Anna: sed meritò, & solidè eos refellit Cornelius à Lapide, exponens illum textum*: Verum, *inquit*, S. Annam unicum tantùm habuisse maritum Joachimum, & ex eo unicam prolem B. Virginem. *Id cùm variorum auctoritatibus comprobasset, subjungit*: Dico ergò hos propriè non fuisse fratres Christi, nec ex B. Virgine, vel Josepho, aut S. Anna esse progenitos: sed dici fratres, id est, consobrinos, patrueles, & cognatos Christi, phrasi Hebræis familiari: nimirùm erant hi cognati, aut verè fratres S. Joachim, vel S. Annæ, aut potiùs erant filij fratrum, vel sororum S. Joachimi, vel S. Annæ, putà filij Cleophæ, qui erat frater Josephi sponsi B. Virginis, teste Hegesippo, qui fuit vicinus Apostolorum ævo, apud Eusebium lib. 3. hist. c. 11. Joseph enim & Cleophas fuêre filij Jacob, qui erat frater S. Annæ, de quo plura cap. 13. vers. 55. & Lucæ 3. sub finem. Audi S. Hieronymum hîc: Nos, ait, sicut in libro, quem contrà Helvidium scripsimus, continetur, fratres Domini, non filios Joseph, sed consobrinos Salvatoris, Mariæ liberos intelligimus materteræ Domini, quæ esse dicitur mater Jacobi, & Joseph, & Judæ: *& etiam aliorum testimoniis confirmat.*

(a) in Apparatu ad Annal. Eccles.

(b) Genes. 13.

(c) Genes. 12.

(d) Matt. 12. v. 46.

2147. *Haud incongruè hic subnectenda videntur illa quæ de S. Anna (conformiter ante dictis) tradit Baptista Mantuanus*, de sacris Diebus, *seu* Fastorum *libro 9. tractans de nativitate B. Virginis Mariæ* (e)

(e) ad diem 8. Septemb.

S. Anna, & S. Ioachim ratione sterilitatis ignominiosè tractantur:

Dicitur hæc virgo steriles habuisse parentes
Quæ res Hebræis ignominiosa solebat
Esse: nec in templum steriles inferre mariti
Dona sinebantur: narbque ut sine frugibus arbor
Dicitur infelix: sic & sine prole maritus:
Propterea pater illius demissis ab alto
Sanguine Davidis dimissa inglorius urbe
Rus erat: mater tamquàm sine compare turtur
Desolata, domi, viduas imitata sedebat.

Deus illos consolatur, Angelum nuntiâ prolis mittendo.

At Deus amborum sortem miseratus, ad illos
Unum de Superis misit, qui dedecus istud
Tolleret, hic subitò Solymam perlatus ad urbem,
Anna, tuo, dixit, surgens occurre marito
Rure revertenti: volitans in rura sublinde,
Ad Joachim dixit: venienti occurre maritæ:
Concipiet, patietque novæ tibi gaudia prolis.
Venit in occursum vir conjugis: illa mariti,
Junxeruntque manus urbanè in limine portæ
Aurea (a) cui nomen:

(a) Porta Aurea.

ANNO.

Digitized by Google

XXVI. Julii.

2148. ANNOTATIO. Portæ aureæ, *circà quam posteà Religiosi montis Carmeli mansionem, seu Conventum habuerunt, subinde mensio est in historiis Carmelitanis. Plura de isto Conventu videri poterunt Tomo præcedenti* (a) *In isto Conventu S. Angelus Martyr (cujus vita præcessit ad diem V. Maij) Carmelitica Religionis habitum suscepit, sicut cap. 3. vita ejus refertur* (b) *Christianus Adrichomius in Theatro Terræ sanctæ, sub titulo* Jerusalem *num. 37. ista commemorat ad propositum*: Domus S. Annæ aviæ Christi, in qua, unà cum Joachim conjuge suo, cùm festa Hierosolymis ageret, hospitabatur: ubi & uterque obiit. Hîc B. Maria Virgo concepta est, atque ibidem passionis Christi tempore mansit: ubi posteà pulchrum in honorem S. Annæ ædificatum est templum, quo nunc Turcæ turpiter abutuntur. *De domo S. Annæ & loco conceptionis consona perhibuerunt testimonia Breidenbachius, Wilderad, Gonzaga, Salmeron, Carthagena, & alij. Circà istam Domum fuisse etiam monasterium Monialium, habetur ex Iacobo de Vitriaco.* (c)

(a) num. 555. 687. 690. & 772.
(b) vide hîc suprà num. 1257. & 1258.
(c) in Hist. Orient. c. 58.

§. 4. *S. Annæ sublimis dignitas, & magna apud Deum merita: atque in illis fundata intercessionis efficacia.*

2149. THeotocos, *id est*, Dei-genitrix, *suprema dignitatis titulus est, omnium præconiorum sacerrimæ Virginis Mariæ compendium; hinc meritò S. Bernardus* (d) Quod Deo, *inquit*, femina principetur, sublimitas sine socio. *Et S. Anselmus* (e) Hoc solum, *ait*, de Virgine Sancta prædicari, *nimirùm quòd sit genitrix Dei*, excedit omnem altitudinem, quæ pòst Deum dici, vel cogitari potest. *Ita quoque infrà, proximè post eam, S. Annæ præcelsa dignitas pensanda, quòd sit* Dei Genitricis Mater, *&* Avia Filij Dei (*eadem est ratio de S. Ioachim, de quo peculiariter actum est hîc suprà ad diem XX. Martij* (f) *Propterea* verè beata, & omni veneratione habenda, & quodam privilegio sacro prædicanda Mater hujus Sanctæ, quæ omnium antecessit matres, in concipiendo & generando eam, quæ suum, & omnium generaret Creatorem ... Gaude & lætare ô felix pro tali filia, quoniam tali dote donata es, quâ nullâ antè te, vel posteà meruit antecelli. *Ita Fulbertus Carnotensis Episcopus* (g). *Augustis æquè titulis, & encomiis celebratur in Græcorum Menæis, his, inter alia*: Glorioſa Anna! Tu genuisti cœlum in terra, quod Cœlum paulò post enixum est artificem cœli, qui te cœli Matrem ad cœlestia gloriosè traduxit. *Igitur sicut nihil nobilius Dei Matre, ita proximè pòst eam augustæ ea, quæ Dei progenuit Genitricem.* Tota Mariæ dignitas hâc brevi & illustri gnome absolvitur: DE QUA NATUS EST JESUS. Tota similiter Annæ excellentia hac nobili periodo explicatur: DE QUA NATA EST MARIA. Hoc uno titulo cæteris parentibus anteponenda, cùm peperit eam, quæ Deum peperit.

(d) Homil. super *Missus est*.
(e) lib. de excell. B. Virg. c. 2.
S. Annæ præcelsa dignitas.
(f) vide num. 1132.
(g) lib. de laud. B. Virg.

2150. *Sanctitatem, dignitatem, & merita apud Deum comitatur patrocinandi, & impetrandi efficacia: de qua, en Trithemij insignis præconis S. Annæ paucula* (a) Credimus, & absque hæsitatione tenemus, Divam Annam Dei Genitricis parentem, singularis apud Deum esse meriti & honoris, quo non sibi tantùm sufficiens ad gloriam, sed nobis quoque idonea, & potens sit ad subventionem. Nam si Apostolos, cæterosque Sanctos apud Deum potentes esse confidimus, Dei parentes potentissimos necesse est credamus. *Concinit pius Landspergius Carthusiensis* (b) Quis ergo inficiabitur, Annam multâ gratiarum copiâ cumulatiorem factam à Deo Opt. Max. qui ipsam unigeniti filij sui ex filia ipsius carnem nostræ mortalitatis assumptam, Aviam prædestinavit dulcissimam fore, ut quò Filius natæ celsior, eò Genitricis Mater gratiarum multitudine, & altitudine ditior nasceretur. *Consentiunt scribunt alij plures. Prærogativam istam dignitatis S. Annæ, & indè efficaciam intercessionis ejus pro nobis, etiam expendendam nobis proponit Ecclesia his verbis*: Deus, qui beatæ Annæ tantam gratiam donare dignatus es, ut beatam Mariam Matrem tuam in utero suo portare mereretur; da nobis per intercessionem Matris, & Filiæ tuæ propitiationis abundantiam, &c. *In grato subjecto isto diutiùs immorari luberet, ni extra propositi nostri limites evagari videremur; finis itaque hîc sint dysticha bina Rudolphi Agricolæ* (c)

(a) De laud. S. Annæ c. 9.
(b) in Serm. de S. Anna, *& patrocinandi efficacia.*
(c) Carmè in laud. S. Annæ.

Nil tibi Nata negat, nil & negat ille Parenti.
Ille colit Matrem, te quoque Nata colit.
Jam nihil exposcent mortalia pectora frustrà,
Quodq; voles; simul id Nata, Deusque voles.

III. AUGUSTI.

AVGVSTVS.

DIE III. AUGUSTI.

De inventione S. Stephani Prothomartyris, & translatione ejus, facta per Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, ex Carmelo assumptum. *

* De eo quædam dicta sunt hic supra ad diem XII. Januarij. num. 384. & seq.

Ex Epistola S. Luciani Presbyteri apud Surium ad diem 3. Augusti, & ex Adone ad eumdem diem.

S. Stephani inventio,

anno Chr. 415.

2151. *INventio prima reliquiarum S. Stephani, & earum translatio in sanctam Ecclesiam Sion contigit, juxta Cardinalem Baronium, & alios, anno Christi quadringentesimo decimoquinto. De illa Hydatius in Chronico Continuationis Eusebij, anno tertio Olympiadis CCXCVIII. ita scribit:* * Hierosolymis Joanne Episcopo præsidente, sanctus & primus post Christum Dominum Martyr Stephanus revelatur. *Ioannes ille priùs erat Pater Religiosorum in Carmelo, & inde fuit assumptus ad cathedram Hierosolymitanam, sicut luculenter traditum est Tomo præcedenti variis locis, & etiam hîc supra ad XII. Ianuarij. Inventionis istius, & translationis historiam scripsit Lucianus sanctus Presbyter, testis oculatus, & illam tradit Laurentius Surius ad diem III. Augusti: ubi (inter alia) ista:*

*apud Wastel. lib. 3. Vindic. art. 4.

descripta à S. Luciano, teste oculato:

2152. Lucianus misericordiâ Dei indigens, & omnium hominum minimus, Presbyter Ecclesiæ Dei, quæ est in villa Caphargamala, in territorio Hierosolymorum, sanctæ Ecclesiæ, & omnibus sanctis, qui sunt in Christo Jesu in universo mundo, in Domino salutem. Visio quæ apparuit meæ pusillitati à Deo tèr, de revelatione reliquiarũ beati & gloriosi prothomartyris Stephani, & primi Diaconi Christi, & Nicodemi, qui in Euangelio scriptus est, & Gamalielis, qui in Actibus Apostolorum nominatur, necessarium duxi pandere vestræ in Christo dilectioni, imploratus, ac magis jussus à sancto Dei cultore Avito presbytero, ut secundùm fidem consummatam interroganti, quasi filius obaudiens, sicut cognovi, cum omni simplicitate impiger, integrè indicarem omnem veritatem. Die igitur parasceve, hoc est, sextâ feriâ, tertio Nonas Decembris, consulatu Honorij decies, & Theodosij sexies Augustorum, adveniente nocte, dormiente me in cubili meo, in loco sancto baptisterij, in quo consuetudo mihi erat dormire, & custodire ecclesiastica, quæ erant in ministerio, horâ tertiâ noctis, quæ est primæ custodia vigiliarum, quasi in ecstasi effectus, semivigilans, vidi virum senem, longum, Jeroprebem, hoc est, dignum sacerdotem, canum, barbam prolixam habentem, palliatum albâ stolâ, cui inerant gemmulæ aureæ habentes intrinsecùs sanctæ Crucis signum: & virgam auream in manu tenens, venit & stetit ad dexteram meam, & aureâ virgâ pulsavit me, ter vocans me nomine meo, dicens: Luciane, Luciane, Luciane: & dixit mihi Græco sermone: Vade in civitatem quæ dicitur Ælia, quæ est Hierusalem; & dic (a) sancto Joanni, qui est in ea Episcopus: Quamdiu clausi sumus, & non aperis nobis? & maximè, quia temporibus tui sacerdotij oportet nos revelari? Aperi nobis festinanter monumentum, ubi in negligentia positæ sunt reliquiæ nostræ; ut per nos aperiat Deus & Christus ejus, & Spiritus sanctus ostium clementiæ suæ in hoc mundo: periclitatur enim sæculum ex multis casibus, qui fiunt in eo quotidie. Et non tantùm solicitus sum pro me, quantùm pro his, qui sunt mecum positi sancti & multi honoris digni. Et respondi ei, dicens: Quis enim es tu Domine, & hi qui tecum sunt? Respondit mihi: Ego sum Gamaliel, qui Paulum Apostolum Christi nutrivi, & legem docui in Hierusalem: & qui mecum in Orientali parte monumenti jacet, ipse est Dominus Stephanus, qui lapidatus est à Judæis, & Principibus Sacerdotum in Hierusalem, pro Christi fide foris portam, quæ est ad Aquilonem ... Interrogavi autem ego humilis Lucianus presbyter, dicens: Ubi vos quæremus? Qui dixit: In medio proastio, quod potest intelligi, suburbano, proximus de villa ager: qui dicitur Delagabri, id est, virorum Dei. Et evigilavi, & deprecatus sum Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, si est hæc visio ex te, & non est illusio, fac ut iterùm, & tertiò, appareat mihi, quando vis, & quomodò vis.

S. Gamaliel apparet B. Luciano:

qui jubetur ire ad Ioann. Episcop. Hierosol.

(a)

Sanctorum cultus quam utilis hominibus.

2153. Cœpi ergo jejunare, & siccas escas sumere usque ad aliam parasceven. Et iterum Dominus Gamaliel eâdem similitudine, eodemque schemate apparuit mihi, sicut in prima visione, dicens: Quare neglexisti ire, & dicere (b) sancto Episcopo Joanni? Et ego Respondi: Timui, Domine, mox ire à prima visione, & hæc nunciare, ne viderer seductor

S. Gamaliel secundò apparet:

(b)

III. Augusti. seductor esse .... Cumque expergefactus fuissem, gratias egi Deo Omnipotenti, & consuetis jejuniis operam dedi usque ad tertiam revelationem. In tertia igitur septimana, eâdem die & horâ venit supradictus vir comminans & fremebundus, & dixit mihi: Quare usque nunc dissimulasti, & noluisti pergere & dicere Episcopo Joanni, quæ tibi dicta sunt & ostensa ... Cùmque hoc in extasi, hoc est, in excessu mentis audivissem, statim expergefactus, benedixi Dominum, & perrexi ad civitatem ad (c) sanctum Joannem Episcopum: & cum illi omnia, quæ videram, nunciassem, reticui de visione bovis, expectans, quid audirem ab eo. Intellexeram enim, quia S. Stephanus ipse esset bos maximus: quia carri illi, de quibus dicebat, sanctæ essent ecclesiæ: & Sion prima ecclesia, ipse esset carrus major. Et quia habebat sanctus Episcopus à me petere benedicti Stephani reliquias, ideo de visione bovis Episcopo dicere nolui. Cumque hæc audivisset Ioannes Episcopus, lachrymatus est præ gaudio, & dixit: Benedictus Dominus Deus, filius Dei vivi. Si hæc, ut dicis, charissime, & audisti, & Deus tibi revelavit, oportet me indè transferre beatum Stephanum, primum Martyrem & Archidiaconum Christi, qui primùm adversum Iudæos Dominica bella bellavit, & Deum in sua majestate, in terris positus, in cœlo vidit stantem, & tamquàm Angelus in concione hominum apparuit. Hæc autem omnia, ut vidi, ita evenerunt, & consona sibi apparuerunt universa.

(c) *Ioannes Episcop. lacrymatur præ gaudio:*

(d) 2154. Dixit autem mihi (d) sanctus Episcopus: Vade, fode in acervo, qui est in ipso agro: & si inveneris, nuncia mihi .... Nos igitur ivimus ad acervum, & fodientes, nihil invenimus. Convertimus autem nos ad monumentum illud, ubi monacho ipsâ nocte apparuerat: & fodientes, invenimus tres thecas, secundùm quod apparuerat mihi in typo calathorum. Invenimus igitur altissimis litteris scriptum lapidem obrutum, habentem ita: CELIEL, quod interpretatur, SERVUS DEI: & APAAN, DARDAN, quod interpretatur NICODEMUS, & GAMALIEL. Hoc interpretatus est Papa Ioannes, sicut audivi ab ipso (e) sancto Episcopo. Statim ergò renunciavi Episcopo, cùm esset in Lidda, quæ est Diospolis, synodum agens. Qui assumpsit secum duos alios Episcopos, Eleutherium de Sebaste, & Eleutherium de Iericho, & venerunt ad locum. Qui cùm aperuissent Domini Stephani thecam, statim terræ motus factus est, & tanta suavitas, & fragrantia odoris inde egressa est, quantam nullus hominum se meminit vel audivisse, vel sensisse: ita ut putaremus nos in amœnitate paradisi esse positos. Multitudo namque populi aderat nobiscum, inter quos erant plurimi infirmi variis languoribus. Et ipsâ horâ mox de odore suavitatis ejus, septuaginta tres animæ curatæ sunt, ab aliis fugati dæmones, aliarum restrictus est fons sanguinis, alij à strumis, & furunculis liberati: alij stringio sanati, alij à tertianis & quartanis, alios febris reliquit, alios morbus regius: alij à cephaleia curati, & hemicrania: nonnulli à viscerum occulto dolore liberati. Et multas alias curationes senserunt homines, quas enumerare longum est. Et osculantes sanctas reliquias, iterum clauserunt. Et tunc cum psalmis & hymnis portaverunt reliquias beati Stephani in sanctam Ecclesiam Sion, ubi & Archidiaconus fuerat ordinatus: derelinquentes nobis de membris ejus parvos articulos: imo maximas reliquias, terram cum pulvere, ubi omnis ejus caro absumpta est: cætera absportaverunt. Ex his ergo reliquiis transmisi beatitudini vestræ: quas cùm susceperitis, orate pro exiguitate mea, ut dignus inveniar in conspectu Domini, fultus beatissimi Martyris Stephani meritis, & vestris orationibus. Translatæ sunt autem reliquiæ ipsius Martyris * VIII. Calend. Ianuarij; & tunc in tempore jugis & permagna siccitas erat: sed eâdem horâ pluvia magna descendit, & abundanter inebriata est terra: & omnes glorificabant ibi Dominum propter Sanctum ejus Stephanum, & propter cœlestem ejus thesaurum misericordiæ & pietatis, quem periclitanti seculo aperiri dignatus est Iesus Christus Dominus noster: qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum, Amen. *Historia illa à B. Luciano tradita in litteris, seu epistola ad omnes Christi-fideles directa, prodigna lectu, hic abbreviata, luculentius descripta videri poterit apud Laurentium Surium in Actis Sanctorum, ad diem 3. Augusti. Quàm ea sit authentica, declarat Cardinalis Baronius* (a) *his, inter alia, verbis*: De integritate litteratum Luciani, quibus agitur de hujusmodi inventione, nullus hactenùs dubitavit. *Id illustrium Scriptorum testimoniis ibi confirmat.*

Reliquiæ sacræ ad Ecclesiam Sion deferuntur:

* *Al.* VII.

tunc in magna siccitate Deus uberem pluviam dedit.

(a) in Notis ad Martyrol. Rom. ad 3 Aug.

2155. *Sanctus Ado Viennensis Episcopus (aut juxta aliquos Trevirensis Archipræsul) in Martyrologio, ad diem III. Augusti, de ista Inventione, hæc inter cætera, habet*: Jerosolymis inventio corporis beatissimi Stephani prothomartyris, & sanctorum Gamalielis, Nicodemi, & Abibon, sicut revelatum est à Domino beato presbytero Luciano, septimo Honorij Principis anno. Nam dum quiesceret in basilica baptisterij in stratu suo, die sextâ feriâ illucescente, circa horam tertiam noctis, dum adhuc pervigilaret, tamquam in excessu mentis effectus, vidit virum senem, staturâ procerum, vultu decorum, prolixâ barbâ, in vestitu candido, amictum pallio, in cujus summitatibus erant tamquam aureæ cruces contextæ ... Dixit, se esse Gamalielem ... *Et post alia*: Quæ visio consimilis ei, iterùm iterumque apparuit. Surgens autem venerabilis presbyter, perrexit in civitatem ad Antistitem Joannem, de quo per visionem monitus fuerat. Cùmque illi, Cleroque ejus particulatim visionis seriem retulisset; ille lacrymis præ gaudio fusis, benedixit Dominum. Reque veraciter, ut erat, per omnia

SS. Stephani Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis corpora inventa:

B. Gamaliel quâ formâ apparuit ter:

S. Stephani reliquiæ inveniuntur:

odor suavis. inde manat.

infirmi plurimi curantur:

Digitized by Google

III. Augusti. comperta (f) beatus Episcopus sub omni celeritate ad fratres, & coëpiscopos vicinarum urbium misit. Qui cùm occurrissent, & locum præsignatum fodere cœpissent, terræmotu statim facto, immensi odoris suavitas tanta exinde respersa est, quantam nullorum ætas hominum tunc temporis meminerat se sensisse: ita ut putarent se præsentes in amœnitate paradisi sitos. Et in ipsa hora de suavitatis odore LXXIII. animæ sunt curatæ à diversis infirmitatibus. Aderant tunc temporis testes miraculorum cum (g) B. Joanne, Eustomius * Sebastenus, & Eleutherius Jerichontinus, Pontifices, cùm clericorum sanctissimo comitatu. Qui osculantes (h) B. Stephani pignus, locumque claudentes, cum gaudio ad propria sunt reversi. Post paucos autem dies corpus prothomartyris Stephani in Sion ad sanctam Ecclesiam, ubi Archidiaconus fuerat ordinatus, * VII. Kal. Januarij cum psalmis & Hymnis detulerunt.

(f) *terræmotu, odor suaviss. & 73. infirmi curati in S. Stephani inventione.*

(g) **] Al.* Eleutherius.

(h)

** Al.* VIII.

2156. *Peculiariter hic notanda sunt ista*: (a) Sancto Joanni (b) Sancto Episcopo. *Ita S. Gamaliel in cœlis divinitatem contemplans, iteratò Ioannem* sanctum *dicit.* (c) Sanctum Episcopum (d) S. Episcopus. (e) S. Episcopo. *Sic Lucianus, à Deo istâ insigni revelatione honoratus, & ab Ecclesia sanctitatis titulo decoratus, ter Ioannem* sanctum *nuncupat.* (f) Beatus Episcopus (g) B. Joanne (h) B. Stephani. *Hæc Ado (etiam Martyrologio Romano ad diem 16. Decembris insertus, ut* sanctus *) eumdem titulum* Beati *tribuens Stephano Prothomartyri, & Ioanni Episcopo. Conformiter scribit S. Augustinus de gestis Pelagij cap.* 14. Hoc etiam usus est testimonio sanctus Joannes Hierosolymitanæ Antistes Ecclesiæ: *Ita quoque successivè alij plurimi: ac sub eo titulo* Sancti, *&* Beati *à Molano, atque aliis (quos referunt, PP. Bollandus & Henschenius, hîc suprà ad diem XII. Ianuarij) Martyrologiis, & catalogis Sanctorum insertus commemoratur. Perpendat æquus Lector hinc istorum omnium auctoritates: atque isthinc Erasmi, & Mariani Victorij glossas, seu notas ad opera divi Hieronymi, ac post istos censuram quorumdam aliorum, isti à tantis viris, tot seculis continuata & præscripta possessionis jure* Sancti, *&* Beati *titulo insignito, fuligi-nem inspergentium. Hîc optimè ad propositum sunt ea, quæ sequuntur.*

Ioannes Hierosolym. à S. Gamal. & S. Luciano, ac Adone, & aliis, vocatus sanctus *&* beatus:

2157. *VVastelius* libro 3. Vindiciarum operum ipsius Joannis Hierosolymitani (a) *post relata ex B. Luciano verba præfata, de inventione S. Stephani, subdit:* Ex quibus profectò, *inquit*, è B. Luciani libro excerptis non dubium est, Joannem Episcopum id circà temporis non solùm sanctitatis opinione floruisse, sed & reipsâ sanctum fuisse, ac justum coram Deo, & hominibus. Historia enim certa est, & recepta ab Ecclesia: ut liquet etiam ex Breviario Romano veteri, ac reformato; Unde Cardinalis Baronius in Notis ad diem tertium Augusti, monet, De harum litterarum integritate nullum hactenùs dubitavisse. Eò denique certior est, ac omnimodis accuratior circa dictionem ac sententiam Revelatio, quòd ipsam sanctus vir dictaverit ipso ferè die, quo sanctæ reliquiæ repertæ sunt, sive ipso tempore, quandò de Caphargamala VII. (alias VIII.) Calend. Januarij transferebantur Hierosolymas in sanctam Sion . . . Ut igitur ex superioribus excerptis sanctissimæ vitæ Joannem etiam circa extremos vitæ dies colligas, prorsùs videmus quòd quanta fides est circularis Beatissimi Luciani Epistolæ, tanta quoque omnibus comperta sit ratio monstrandæ sanctitatis nostri Joannis: id est, quòd nec scrupulus reliquus maneat dubitationis. Equidem non est hoc testimonium de terra, sive ab hominibus, sed acceptum à Deo & cœlo; ac tale quidem, quale nec datum fuit (absit invidia verbo) quamplurimis aliis Dei servorum, quos forsan non minùs hominum calumnia infestavit. Nempè abundè compensatum etiam in ista adhuc vita Dominus voluit, quòd peculiari dispensatione pati olim permiserat suum servum. Quid enim aliud præ se fert, quod Episcopi Joannis nomen sic notum erat Hierosolymæ cœlesti, nisi quia ipsum scriptum erat in cœlo? Nam de cœlo didicerat sanctus Lucianus quo titulo nomen exciperet sui Episcopi: & si sancto illi id prudentiæ non creditur, didicit ipse in Spiritu sancto, ab ipsa beatitudine cœlesti doctus nihil adulari.

(a) lib. 3. sect. 6. art. 4.

indè infertur, ipsum tunc, in fine vitæ, fuisse Deo cinerum.

2158. *Ob duas causas ista de S. Stephani inventione, & translatione adduximus. Una est, ad retundendas hæreticorum modernorum calumnias, & blasphemias contra cultum Sanctorum, & Reliquiarum, quas hîc divina revelatione exaltari videmus, & honorari à Deo tam multis miraculis suavissimi odoris, curationis infirmorum, & liberationis energumenorum. De honore S. Stephani reliquiis etiam alibi exhibito, & miraculis per eas factis scribit quoque S. Augustinus libro 22. de Civitate Dei cap.* 8. *&* Laurentius Surius, *ad diem 3. Augusti: mox enim ab ejus inventione ad varias orbis partes (sollicitationibus Episcoporum, & aliorum fidelium) translata, in magna ubique veneratione fuerunt, & variis in locis erecta Ecclesia, & per eas mortui plures ad vitam revocati, aliaque miracula plurima patrata; in Minoricensi insula mirabiliter Iudæi ad Christi fidem conversi, sicut Ecclesiastica historia fidissima luculenter tradunt. Ista obiter commemorata, ad hæreticorum (Sanctorum reliquias detestantium) perfidiam retundendam, hîc sufficiunt: plura videri poterunt apud prefatos S. Augustinum, & Surium* (a) *ac Baronium* (b) *Altera ratio, commemorata hic istius historia est (sicut jam ante cœptum dici) debitum quo Carmelitani Ordinis alumni obstringimur præfato Ioanni Episcopo Hierosolymitano; utpote Ordinis hujus Legislatori & historico (in libro* de institutione Monachorum, *qui in hoc Ordine receptus, & octo seculis habitus, & servatus fuit tamquam vita religiosa, eremitica, monastica norma, & Regula: sicut plenius declaratum est alibi* c) *quem Deus isto singulari favore affecit paulò ante obitum, qui contigit sub initium anni sequentis, tribus dumtaxat septimanis post istam inventionem. Propterea S. Luciano jussit S. Gamaliel, ut suo nomine diceret isti Episcopo:* Temporibus tui Sacerdotij oportet

Reliquias Sanctorum honorandas Deus manifestat.

(a) locis ante indicatis.

(b) in Annal. ad an. Chr. 415. & 416.

(c) hic suprà n. 1212. & 1229.

Digitized by Google

III. Augusti. oportet nos revelari; aperi nobis festinanter monumentum. *Cujus etiam meritis apud Deum, sive donum sapientiæ, nonne & indè satis eruuntur, quòd istis verbis* Celiel, Apaan, Dardan *aliis ignota, interpretatus fuerit, sicut testatur ipse S. Lucianus. Plura pro Ioannis istius vindicatione à labe, quæ præfati Erasmus, & alij nonnulli ipsum notarunt, videri poterunt apud præfatum P. Westelium libro 3. Vindiciarum per totum, & apud P. Franciscum Bonæ Spei in tribus diversis libris, videlicet* Visione Eliæ, *& libro Apologetico pro Joanne, ac Monito Christiano.*

2159. *Circa hactenùs dicta notanda ista Cardinalis Baronij verba* (a) Etsi olim sanctitatis titulus communior esse videretur, ut non solum (ut hodiè) illis tribueretur Christianis, qui vitâ functi, regnant cum Christo, sed & quibuscumque laudabilioris vitæ fidelibus: datum tamen aliquandò homini hæretico, nemo dicere jure poterit. *Hinc, contrà nonnullos, tale efficax conficitur argumentum: Titulus* Sancti, *&* Beati *datus est Ioanni Hierosolymitano à B. Luciano Presbytero, & S. Adone, in terris scribentibus, atque à S. Gamaliele cum Christo regnante in cœlis (omittimus S. Anastasium Papam, Sozimum Papam, S. Augustinum, & complures alios, eundem titulum ipsi tribuentes) ergò &c. An tamen titulus* Sancti, *vel* Beati, *sicut nunc passim accipitur, ipsi attribui possit, modestia, humilitatis, & obedientiæ; versus S. Sedem Apostolicam, limitibus tenti, id non asserimus, & rei tantæ judicium ipsius examini, & sententiæ omninò relinquimus, conformiter protestationi à nobis factæ in initio operis; cuncta scilicet S. Romanæ Ecclesiæ judicio, ac censuræ submittendo: & interim piæ considerationi cujusvis committendo, singularem à Deo favorem istum ipsi præstitum, immediatè antè obitum (Inventio enim & translatio illa sacri corporis S. Stephani facta fuit anno 415. die 26. Decembris, & ipse anno sequenti 416. decessit die 12. Ianuarij: atque ita dumtaxat dies 18. intercesserunt) Istum autem gratiam fuisse ex speciali Dei ordinatione, satis innuunt illa, Dei nomine, à S. Gamaliele, per S. Lucianum, ad ipsum, directa:* Temporibus tui sacerdotij oportet nos revelari.

(a) in Præcapitulat. ad Martyrol. Rom. cap. 7.

V. AUGUSTI.

DE FESTO S. MARIÆ AD NIVES.

2160. *Antiquitas, & celebritas Festi hujus colligitur ex Arnoldo Bostio in libro de Patronatu B. Virginis cap. 13. ubi ista:* Festum... quo peculiari Nivis miraculo, Virgo, nive longè candidior, in urbe Roma, Martyrum multitudine copiosè purpurea sibi delegit habitaculum, colimus perfestivè. *Et magis ex ejusdem Speculo historiali libro 7. cap. 29. ubi refertur istud memorabile devotionis exemplum, & incentivum.* In die Virginis gloriosæ, quando ejus Festum celebratur ad Nives, accedunt cum Fratribus Conventualibus ad celebrandum Missarum solemnia; erat autem illò tempore in eodem Conventu Frater quidam magnæ gratiæ, & ferventis devotionis ad Virginem Dei Genitricem Mariam. Hic motus spiritu ferventis amoris postulavit humilibus precibus Beatam Virginem, ut suis servis spirituale intersignium pro munere tribueret: factâ autem oratione, Virginem gloriosam in micanti habitu gestantem filium in brachiis vidit benignè Fratres respicientem, & procedentem per medium Chori, singulis spiritualia clenodia largientem. Uni quidem dedit pomum rotundum & rubicundum in signum ferventis amoris in Deum, & ejus Genitricem; alteri lilium nitidum in signum internæ castitatis; alteri panem rotundum & candidum ad hostiæ modum, in signum perfectæ fidei, & mirandæ devotionis ad venerabile altaris Sacramentum; His visis, Frater ille multum congratulabatur gratiæ eorum & donis spiritualibus. Et illi laudes, & gratiarum actiones ferventiùs resonabant homini Mariæ. *Idem memoratur in Collectaneis exemplorum Balduini Leersij, quod habetur Tomo præcedenti* (a) *& in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1288. Cùm igitur Festum istud sit tam antiquum, & venerabile, meritò ad ejusdem devotionem celebrationem decreta nobis esse pravia ad eam præparatio, videlicet jejunio:* Sciant etiam Fratres per anni circulum hæc eis injungi jejunia, nimirum in vigiliis Conceptionis... Dedicationis S. Mariæ ad Nives &c. *nec non disciplina, ac in variis locis etiam processione ad B. Virginis altare, cantando* Salve Regina, *&* Litanias Lauretanas. *Convenienter hoc Festo legitur Corolla virtutum Virginis Deiparæ, quæ habetur hic supra ad XXV. Martij.* (b)

(a) anni 1513.

Virtutum B. V. Mariæ corolla hoc die legenda.

exemplum notabile excitans ad devotionem.

(b) anni 1138.

MEMO-

VI. AUGUSTI.

MEMORIA S. P. N. ELIÆ

Christo coapparentis in Transfiguratione : ac pro sui Ordinis conservatione, & duratione perpetua orantis, & exauditi.

2161. *Mysterium hujus diei, quantum ad præsens institutum nostrum, sic traditur à S. Matthæo* (a) Et post dies sex assumit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seorsum. Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol: vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum: Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum. *Ita quoque S. Marcus*, (b) *& S. Lucas* (c). *Dicuntur* Moyses & Elias cum eo (Jesu) loquentes. *Inter cæteros sermones eorum, quantùm ad Moysen, Origenes* (d) *scribit, tunc* Moysen oràsse pro populo suo Israëlitico: *(verba ejus adducta sunt hìc suprà* (e). *Hinc sic argumentatur Ioannes Palaonydorus* (f): Existimandum planè non est, Moysen pro populo suo, qui sibi adeò rebellis, & cervicosus semper extiterat, sollicitasse; Eliam autem, Carmeli Patriarcham, cœtum fratrum suorum neglexisse, cujus legislator fuerat, & præceptor. *Similiter ferè scribit Arnoldus Bostius, verbis hic suprà relatis* (g). *Sed hujus rei* habemus firmiorem Marianum sermonem, *videlicet testimonium ejus, cujus in cœlo & in terra, majus, infra Deum, nullum est*: Durabit in finem Carmeli Religio nostra; nam & pro ea supplicavit etiam Filio meo primus Ordinis * Patronus Elias, in Transfiguratione, & impetravit. *Ita Dei Mater, cœli Regina ad S. Petrum Thomam. Historiam illam accuratè tradunt Ioannes de Hildesheim, discipulus ipsius S. Petri Thoma, Ioannes Palaonydorus, Balduinus Leersius. Arnoldus Bostius in libris Tomo præcedenti insertis* (h): *& alij plures* (i). *Cur autem cum Christo tunc apparuerint Moyses, & Elias, ex S. Thoma habes hìc suprà* (k).

S. *Elias cum Moyse apparet in Transfiguratione.*

(a) cap. 17.

(b) cap. 9.

(c) cap. 9.

(d) in lib. Num. homil. 7.

(e) nu. 164.

(f) in Fascic. trip. lib. 3. cap. 8.

(g) nu. 1631. *uterque erat pro populo suo.*

* *Al.* Institutor.

(h) vide num 661. & 1068. & 1505. & 1677.

(i) tom. præced. n. 1685.

(k) nu. 163.

VII. AUGUSTI.

VITA S. ALBERTI CONFESSORIS,

Beatissimæ Virgini Mariæ de monte Carmelo dicati antequàm nati.

NOTATA PRÆVIA.

§. 1. *S. Alberti vita ab Illustribus Scriptoribus exarata : elogia, de plurimis aliqua.*

S. *Albertus Carmeli splendidum jubar :*

2162. IN *Carmelitici Ordinis firmamento splendidissimum jubar refulget S. Albertus, meritis apud Deum præcellens, impetrandi efficaciâ singulari præstans, ac miraculorum innumerorum gloriâ coruscans; quem propterea Religio unà cum Patribus nostris Elia & Eliseo, ut peculiarem Protectorem; ac intercessorem pridem elegit, & veneratur. Eam ob causam in Cæremoniali Ordinis,* (a) *ubi agitur in quibus Missis dicendum sit* Credo, *sic ordinatur:* Symbolum dicitur... in festis Patrum nostrorum Eliæ & Eliseï, & etiam S. Alberti (quem ut Patronum & Protectorem nostra Sacra Religio semper habuit) & per eorum Octavas. *Hæc ibi. Hinc Lezana in Annalibus Carmelitanis* (b): Tribuitur autem S. Alberto Octava; tum quia verè Sanctus Canonizatus est, tum quia Religio ipsum ut Patronum & Protectorem semper habuit.

(a) lib. 2. Rubr. 57. §. 5.

(b) tom. 4. ad an. 1307. n. 6.

2163. *Vitam ejus habet Laurentius Surius ad diem 7. Augusti. Ea autem desumpta, & nonnihil abbreviata est ex illa quam scripsit Ioannes Maria Polucianus: de quo hæc ferè Possevinus in Apparatu, & Aubertus Miræus libro de origine ac incrementis Ordinis Carmelitani cap. 7.* Joannes Maria de Poluciis Italus, Doctor Bononiensis edidit... vitam, & miracula S. Alberti Drepanitæ Carmelitæ... Claruit anno 1494. *Sed ea vita non est primigenia; etenim annis centum ante ipsum Ioannem vitam S. Alberti scripserat eruditus vir Theodoricus de Aquis. Illam ex Authographo desumptam in Belgium misit R. Adm. P. Iacobus Emans Exprovincialis Allemaniæ inferioris* (c) *in literis adjunctis hæc de illa scribens*: Curavi, ut vitâ primordialis S. Alberti, ex Authographo V. P. Theodorici de Aquis, primordialis scriptoris, describeretur. Fatendum est, stylum Auctoris esse simplicem: sed indulgendum simplicitati, & humilitati seculi istius. *Ita ille Aquisgrani die 7. Septembris an. 1663. & in aliis eodem anno datis Colonia 17. Novembris:* [Quod ad Auctorem vitæ S. Al-

Vitæ ejus scriptores.

(c) de quo vide hìc suprà num. 1536.

Digitized by Google

VII. AUGUSTI

S. Alberti attinet, is in Authographo suo, propriâ suâ manu conscripto, in principio libri, quem de variis Sanctis propriâ manu exaravit, ita scribit: [Hunc librum Fr. Theodoricus de Aquis Ordinis Fratrum Beatæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli ex multis Sanctorum legendis compilavit, extraxit & conscripsit circa Annum Domini millesimum trecentesimum nonagesimum quartum. Supplicat etiam humiliter, ut hi ad quorum manus præsens liber venerit, Deum pro eo orare dignentur: quoniam qui pro alio orat, pro seipso orat, & seipsum salvat.] Super quam scripturam calamo pictus est Angelus custos, ad cujus pedes ipse genuflectit. Angelus autem in manibus tenet ante pectus insignia gentilitia Nobilium Baronum de Lutzenrath. Undè existimo, ipsum ex familia de Lutzenrath oriundum esse, & more veteri Religionis se non ex familia, sed ex loco originis nominasse, de Aquis, quia Aquisgrani natus erat. *Ita præfatus P. Iacobus Emans. Eadem vita etiam extat in vetusto codice Ms. Conventus Mechlinienſis cujus inscriptio est:* Speculum &c. *in quo plura alia antiqua Ordinis monimenta continentur, in plerisque ferè concordans: sed paulò contractior, & nomen auctoris ibi adscriptum non est. Ex istis exemplaribus inter se, & cum exemplari Cod. cis Vaticani (cujus extracta habemus) collatis Vita S. Alberti in capita distributa, hic prodit. Circa hanc vitam, ejusque auctorem primigenium videantur quoq; Nota, in caput primum.*

2164. *De aliis Scriptoribus Vitæ S. Alberti agitur in Annalibus Ordinis hujus tomo* 4. (a) *ubi, inter cætera hæc:* Habet insuper eximios vitæ, & miraculorum ipsius S. Albertus Scriptores, de externis, & domesticis. *Illi sunt jam dicti Surius, Ioannes Polucianus, Theodoricus de Aquis, necnon Auctor Codicis Vaticani de Vitis Sanctorum Carmelitarum, Baptista Mantuanus in Fastis libro* 8. *Petrus de Natalibus in Appendice, Bzovius, & Odericus in Annalibus Ecclesiasticis, Arnoldus Bostius in Speculo historiali per aliquot capita (& magis succinctè libro de viris illustribus hîc infrà:) Petrus Ribadeneira in floribus Sanctorum tomo* 2. *Heribertus Rosweydus in generali Legenda Sanctorum ad diem VII. Augusti, & alij à Lezana ibi suprà nominati. Vitam S. Alberti scripserunt quoque Laurentius de Abbate Messanensis, Eques, ex prosapia S. Alberti; Theodorus Arianus & Patè Siculus S. Theol. Magister Ordinis Carmelit. Matthias à Corona Leodiensis S. Theol. Doctor ejusdem Ordinis, atque alij. Inter omnes autem singulari cum laude commemorandus Vincentius Barbarus, de quo Roccus Pirrus Abbas Netinus in notitiis de ecclesiis Sicilienſibus, notitia* 6. *Ecclesia Mazarensis pag.* 555. *hæc ait:* Vincentius Barbarus Siculus, Drepanensis, doctissimus in Græco & Latino idiomate, Poëta clarus, edidit Vitam S. Alberti, solutâ oratione, &c. *Illa extat apud Octavium Cajetanum Societatis Iesu Tomo* 2. *de Vitis SS. Siculorum Panormi edit. an.* 1657. *qui ad eam adjecit notationes seu animadversiones, in quibus tradit,* Vitam illam à Vincentio Barbaro Drepanitano evulgatum an. 1536. *Præfatus Roccus Pirrus in dicto opere sparsim variis locis tractat etiam de S. Alberto, & de ejus reliquiis in plerisque Siciliæ Ecclesiis Carmelitanis, de quibus sequenti §.*

(a) ad an. 1307. n. 8.

2165. *Quoad Scriptores Martyrologiorum, Chronicorum, & Historiarum occasionaliter de S. Alberto tractantium, de plurimis aliquot dumtaxat adduxisse (prolixitatis vitandæ causâ) sufficiat. Martyrologium Romanum ad diem VII. Augusti:* Messanæ in Sicilia S. Alberti confessoris, Ordinis Carmelitarum, miraculis clari. *Ioannes Molanus:* Civitate Messana in freto Siculo, depositio beatissimi Alberti de monte Drepano, presbyteri & confessoris, sacrique Ordinis Carmeli per Siciliam Prioris Provincialis, qui genere, moribus, doctrinâ, sanctimoniâ, & miraculis clarissimus. *Ioannes Gillemanus Canonicus Regularis in Rubea Valle propè Bruxellas in Agiologio:* Septimo Idus Augusti in civitate Messana, Beati Alberti de Trapano, Carmelitani Ordinis per Siciliam Prioris Provincialis, viri sanctimoniæ sublimitate egregij, & miraculorum coruscatione præfulgentis. *Martyrologium Ordinis Carmelitani ad diem VII. Augusti:* Messanæ in Sicilia Natalis sancti Alberti Ordinis beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli, qui à parentibus sterilibus eidem Genitrici Dei Mariæ ante Conceptionem voto consecratus, conceptus, cerei nimio fulgore micantis visione, pluribus ante ortum præfiguratus est. Quod posteà rei eventus declaravit, dum virtutibus, prædicationibus, & vitæ Sanctitate, non Siciliam solùm, sed universum terrarum orbem illustravit; in vita & morte, præsertim in mulieribus partu laborantibus subveniendis, miraculis gloriosus. Hic antequàm ejus corpus sepulturæ traderetur, à Deo canonizatus fuit, dum coram omni populo duo Angeli albis induti, & Missam os justi incipientes, altercationem inter Clerum & Populum sedarunt. Ejus venerabiles Reliquiæ per universum Ordinem magna cum veneratione, & populi devotione asservantur: cum quibus aqua benedicitur, infirmitates, præcipuè verò febricitantes miraculosè sanans. *Fasciculus temporum Werneri Rolevinck circa annum* 1294. S. Albertus Carmelita, seu Frater B. Virginis Mariæ, clarus valdè meritis, signis, & doctrinâ, exemplar totius perfectionis: obiit septima Augusti, & in Domino requievit. *Theophilus Raynaudus, è Societate Iesu libro de Scapulari Partheno-Carmelitico* (a) S. Alberti Drepanitani memoria, à miraculorum claritate celebratur in Tabulis Ecclesiasticis, VII. Augusti. Et congruum fuit, hominem miraculo conceptum, post annos sex supra viginti sterilitatis parentum: ex voto, de filio (si obtingeret) inter Carmelitanos consecrando, exoratum, jam grandem natu patrare miracula. Sed ut huc accommodem quod S. Bernardus de S. Malachia scriptis commisit, maximum miraculum quod fecit, ipse fuit. *Et post compendiosè relatam vitam:* Cumque miraculorum gratia quæ viventem illustrarat, etiam defunctum non defeciſſet; pia contentio Cleri ac Populi,

S. Alberti memoria in Martyrologiis, & aliis historiis.

(a) parte 2. cap. 4. §. 4. & Tomo 7. operum pag. 161.

Digitized by Google

VII. AUGUSTI.

puli, qui ad exequias convenerat, interventu beatorum Spirituum dirempta est. Nam cum Clerus, mortuale Sacrum (ut moris est) decantari vellet, populus autem hanc fore importunam cantationem objiceret, & de sancto Confessore, Missam celebrari postularet; post præmissas in eam rem, jubente Episcopo, preces, auditus est cœlestium Symphoniacorum concentus, Missam ritu SS. Confessoribus proprio, cujus initium est, OS IUSTI MEDITABITUR SAPIENTIAM, suavissimè modulantium. Sicque uno affectu, omnes effusi in laudes, mirificati à Domino Sancti sui, funebrem parentationem, Angelico prosphonetico adhærentes, verterunt in Celeuma gloriæ. *Videri etiam poterunt de S. Alberto Tomo præcedenti Joannes Grossi in* Viridarij *parte prima*, (a) *Paleonydorus in historia Carmelitana lib. 3. cap. 9.* (b) *Balduinus Leersius in Collectanea exemplorum. Animadvertendum, in hoc Ordine cœlebrari etiam alium Sanctum nomine Albertum, Patriarcham Ierosolymitanum, auctorem, seu verius compendiatorem Regulæ Ordinis hujus: cujus festum agitur die VIII. Aprilis: ad quem vitam ejus dedimus hic suprà.* (c)

(a) n. 601. & seq.
(b) n. 1509.
(c) n. 1207. & seq.

S. Alberto cultum exhibitus in sepultura;

§. 2. S. Alberti Canonizatio & cultus.

S. Albertus Canonizatus quadamtenus à Deo, per Angelos,

2166. PRivilegio prorsus singulari S. Albertus quadam ratione canonizatus fuit per Angelos à Deo missos, suavissimo concentu intonantes: OS IUSTI MEDITABITUR SAPIENTIAM: Quod initium est Missæ SS. Confessorum. Canonizare enim aliquem est, declarare, & decernere illum esse Sanctum, eumque ut talem colendum. Cùm autem Deus à Clero & populo exoratus pro dirimenda controversia inter illos, circa cultum Alberti orta, Angelos destinaverit, hoc ipsò manifestavit illum Sanctum, Sanctorumque Confessorum honorem ei tribuendum. Verùm Alberti sanctitatem, & cultum Sancti ipsi exhibendum, quamvis Deus ipse per Angelos sic declaraverit, atque ità à Deo ipso per Angelos canonizatus dici posset; attamen stylo in Christi Ecclesia recepto, Canonizatio illa à Pontificibus Christi Vicariis comprobanda fuit. Nam nè ipsa quidem Scriptura, tametsi littera de cœlo ad nos delata, juxta D. Augustinum rata habentur nisi Ecclesiæ comprobatio accederet. Sic quoque canonizationi per Angelos facta accedere debuit Ecclesiæ per suos Rectores comprobatio. Quamvis autem Canonizatio, seu Beatificatio particularis pro una scilicet Provincia, natione, aut Regno antiquitus etiam Episcopis competeret, prout ex Waldensi nostro (d) Doctores passim tradunt. Deindè tamen magnâ cum ratione negotium Canonizationis, & Beatificationis Sedi Apostolicæ soli reservatum est; cum enim Canonizatio sit publicum Ecclesiæ testimonium, de vera sanctitate, & gloria alicujus jam defuncti, & simul judicium, ac sententia, quâ ei decernuntur honores illi, qui debentur Sanctis eum Deo regnantibus, sequitur hoc negotium competere Summo Pontifici; cum ipse solus sit caput, & supremus Iudex in Ecclesia, cujus proindè est, tales honores decernere, & ejusmodi testimonium dare.

ista canonizatio comprobari debuit ab Ecclesia,

per Summ. Pontif.

(d) Tom. 3. de Sacram. tit. 14. cap. 122.

cui soli competit generalis auctoritas:

2167. Hinc est, quòd licèt Archiepiscopus & Episcopi præsentes funeri sancti Alberti, permiserint tunc ipsi exhibere cultum sancti Confessoris, & de eorundem licentia, seu pia conniventia deinceps talis cultus fuerit continuatus (ut ex sequentibus patebit) attamen peractâ solemnissimè Missâ de S. Confessore, ab Angelis inchoata, & sepultura tradito corpore Rex & omnis populus promiserunt, imo decreto sanxerunt, per Sedem Apostolicam ipsum fore approbandum, seu canonizandum, labore, & expensis illius Regni: prout refertur cap. 6. vitæ, quæ sequitur. Sed (verisimiliter ob supervenientia mox bella) id cùm executioni mandatum non fuerit, Ordo in pluribus Capitulis Generalibus Procuratores constituit pro Canonizatione Beati Alberti (prout constat ex Annalibus Ordinis a) Tandem autem venerabilis Pater Ioannes Soreth Ordinis Generalis anno Christi 1457. exposuit Summo Pontifici Callisto III. quòd S. Albertus claresçentibus miraculis tam in civitate Messanensi Insulæ Siciliæ, quàm in diversis mundi partibus in magna veneratione habebatur, & propterea in diversis Ecclesiis per diversas mundi partes, altaria, & Ecclesiæ ad honorem Dei, & ejusdem B. Alberti commemorationem erecta fuerant. Et preces, ac suffragia publicè exhibita fuerint. Supplicavitque dictus P. Generalis, ut de licentia Apostolicæ Sedis Religiosi dicti Ordinis, omnesque Christi-fideles sic in cultu S. Alberto exhibendo possent continuare. Quod ipse Callixtus Papa annuit, & concessit. Guilielmus autem Episcopus Ostiensis, Cardinalis S. Martini in Montibus, & Protector Ordinis, qui tunc præsens aderat, de mandato expresso Pontificis sibi ab eodem facto, per patentes litteras, suo sigillo munitas, attestationem fecit. Littera illa in antiquo Speculo Ordinis Venetiis anno 1507. typis excuso extant folio 94. & referuntur in Annalibus Ordinis ad annum 1476. atque etiam in Speculo historiali Arnoldi Bostij libro 8. cap. 18. cujus iste est titulus: Quòd Magister Christophorus Prior Generalis impetraverit Bullam Apostolicam, vim canonizationis ejusdem sancti Alberti continentem, ubi ista: Porrò cùm hujus Beati Patris Alberti Canonizatio usque ad tempora Reverendissimi Magistri Joannis Soreth Prioris Generalis Fratrum Ordinis B. M. Virginis de monte Carmelo, propter diversa infortunia fuisset retardata, & jam in honore ipsius plura altaria, Capellæ, & Ecclesiæ forent ædificatæ consequenter refert, quod Calixtus III. indulserit cultum istum continuari donec Ecclesia solemniori ritu id decernat, tum sic prosequitur: Deindè anno Domini 1476. Reverendissimus Magister Christophorus Prior Generalis, successor dicti Magistri Joannis Soreth, procuravit à Domino Papa Sixto quarto Confirmationem omnium prædictorum per patentem bullam cujus tenor hic est. Sixtus Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cœlestis aulæ militum numerum adaugeri sancta lætatur Ecclesia, & propterea eos qui ex hoc sæculo transeuntes communi opinione fidelium superna patria digni reputantur præsertim

(a) ad an. 1307. n. 51

ad istius honorem erecta altaria, & Ecclesias;

cultui istum ratificavit Calixtus III.

& confirmavit Sixtus IV.

Digitized by Google

VII. Augusti per Bullam.

præsertim miraculorum celebritate fulgentes, æternitatis memoriâ decorare consuevit, ut eorum laudes frequentioribus valeant resonare præconiis, & Dominus in Sanctis ejus jugiter collaudari. Idcirco nos ea quæ pro honorificentia Beatorum de prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum beneplacito piè observata fuisse comperimus, libenter cùm à nobis petitur Apostolico præsidio confovemus. *Ibi consequenter describitur tota Bulla ista, atque inseruntur etiam eidem, litera præfati Guilielmi Cardinalis Ostiensis: ibi autem hæc inter cætera, magis ad propositum habentur:* Dudum fœlicis recordationis Callixto Papæ Tertio prædecessori nostro pro parte quondam Joannis Soreth, tunc Magistri Generalis dicti Ordinis, exposito quòd beatus Albertus qui dum vitam cælibem ageret in humanis Frater dicti Ordinis fuit, & cujus corpus in Ecclesia Beatæ Mariæ Messanensi in Insula Siciliæ Fratrum dicti Ordinis requieseit, clarescentibus miraculis à Christifidelibus illarum, & diversis mundi partium in magna veneratione habetur, & propterea in diversis Ecclesiis per diversas mundi partes Altaria & ecclesiæ ad honorem Dei, & ejusdem beati Alberti commemorationem erecta fuerant. *Et post alia:* Nos igitur attendentes, quòd dignè in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudia tranfivit Angelorum, & ad Ordinem præfatum, qui continuâ gloriosissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ protectione fovetur, & sub ejus honore, & speciali titulo fundatus, ac tam per diversos Romanos Pontifices Prædecessores nostros, quàm etiam per nos Apostolicâ fuit auctoritate confirmatus, multiplicibusque Virorum excellentium omni tempore, quasi syderibus, decoratur ornamentis, dirigentes paternæ considerationis intuitum. Hujusmodi quoque supplicationibus inclinati attestationem dicti Guilielmi Episcopi & Cardinalis (qui dicti Ordinis protector extitit) ac litteras prædictas ratas habentes, & gratas, illas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis auctoritate Apostolica & ex certa nostra scientia, approbamus & confirmamus, (*videlicet*, quod in honorem & reverentiam S. Alberti de Drepano possint altaria, Ecclesiæ ædificari, & preces, ac suffragia publica persolvi (*sicut dudum Calixtus III. concesserat*) *Bullam istam suam Sixtus Papa IV. sic tandem concludit*: Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1476. pridie Calendas Junij Pontificatus nostri anno quinto. *Vocatur autem ista:* Bulla Canonizationis S. Alberti, *& pro tali jure habenda, cùm per ipsam nedum illum* ad gaudia Angelorum

qua dicitur Bulla canonizationis.

transiisse *supponatur, sed ei* Altaria, & Ecclesiæ erigi & preces, ac suffragia fieri publicè tam in nostris, quàm in aliis Ecclesiis, concedatur: *qui cultus est generalis, non restrictus ad aliquem locum, Ordinem, vel Provinciam: quod proprium est Canonizatorum. Ità Lezana in Annalibus Carmelitanis* (a) *Hinc etiam ab Octavio Cajetano tomo 2. de sanctis Siculis, in Animadversionibus ad vitam S. Alberti, Bulla illa vocatur:* Bulla canonizationis Divi Alberti.

(a) in Annal. Carm. ad an. 1307. n. 5. & ad an. 1476. num. 2.

2168. *Quòd ad cultum Sancti Divo Alberto exhibitum, is ab ejus obitu, inque ipsa sepultura incœpit (prout jam vidimus) exindè autem semper fuisse continuatum, videlicet à populo tamquam Sanctum habitum, & invocatum, atque ejus annuam festivitatem seu commemorationem celebratam fuisse (piâ præsumptione, quòd ut canonizatus à Deo haberetur, & propter pluritha ac manifesta miracula, atque populi concursum, accedente propterea etiam permissu, seu conniventiâ Episcoporum) habetur ex historia vitæ hic infrà capite 7. & 8. Ipso enim anno obitûs, occasione magni miraculi illius, & divinæ ultionis in violatores Ecclesiæ in qua sepultus erat, elevatum fuit corpus ex loco sepulturæ, & cum maxima solemnitate translatum: prout patet ex primo miraculo ibi relato. Ex sequentibus etiam constat, quòd dies obitûs ejus (septimo idus Augusti) solemnizatus fuerit, Missa in ejus honorem celebrata, & aliquandò post Capella ipsi dedicata. Quod autem deinceps crebrescentibus miraculis non tantum in Sicilia, sed & in aliis diversis mundi partibus Altaria, & Ecclesiæ in ejus honorem ædificata fuerint, habetur ex antedictis. Officium in Festo S. Alberti olim erat de communi unius Confessoris non Episcopi. Circa annum verò 1411. compositum fuit Officium proprium (quò usque in præsens utimur) prout habetur ex actis Capituli Generalis Bononiæ dicto anno 1411. celebrati* (b) *quod autem illud tunc, aut aliquamdiu post usu receptum fuerit, constat ex vetustis Breviariis: & quidem in impressis Venetiis anno 1495. & 1573. & omnibus sequentibus, in quibus ad diem VII. Augusti habetur:* In die S. Alberti Confessoris totum duplex. *Et Invitatorium, Antiphonæ, ac Responsoria propria, eadem sunt prout modò. Missalia etiam Carmelitana omnia edita hoc seculo, & præcedenti missam habent propriam de S. Alberto. Publicum edictum Ioannis Cardinalis Doria, Archiepiscopi Panormitani de recitando officio S. Alberti tamquam Patroni Panormitanæ urbis, hujus usi teneris (ex Italico Latinè redditi)* Cùm gloriosus sanctus Albertus Confessor Religionis Carmelitanæ annumeratus sit inter Sanctos Patronos hujus Civitatis, & ideircò faciendum sit officium de eo sicut de aliis Patronis, propterea Illustriss. & Reverendiss. Dominus Cardinalis & Archiepiscopus ordinat, ut omnes & singulæ personæ tam seculares quam regulares utriusque sexus debeant singulis annis die VII. Augusti de eo celebrare missam & officium sub ritu duplici sine octavâ. Et ut omnibus id innotescat, ex ordinatione Illustriss. & Reverendiss. Domini Archiepiscopi factum est præsens decretum, & publicatum in locis consuetis hujus Civitatis. Datum Panormi die 4. Augusti 1626.

ipso anno obitûs elevatum corpus, ob magnum miraculum:

officium proprium ab anno 1411.

(b) Vide Lezana To. 4. Annal. ad an. 1307. n. 6.

Panormi ut Patronus colitur.

Digitized by Google

VII. AUGUSTI

subscriptum erat: De mandato dicti Illustriss. & Reverendiss. Cardinalis Archiepiscopi *& infra*: Antoninus Camali Magister Notarius. *ac in fine*: Panormi per Angelum Orlandi impressorem Cameralem. *S. Teresia inter Sanctos peculiariter sibi charos studiosissimè coluit S. Albertum; ideò in Catalogo quem ipsa digessit, post S. Iosephum primo loco reponit S. Albertum. Similiter exstatica virgo S. Maria Magdalena de Pazzi, pro singulari patrono, & protectore ipsum venerata fuit, ac per eum plures à Deo obtinuit gratias, & quidem anno* 1588. *die* 7. *Augusti victoriam de gravi quadam tentatione, in cujus signum coronâ fuit redimita à gloriosâ cœli Regina, recepitque à Christo sacram communionem, prout etiam aliàs ab ipso S. Alberto.*

S. Albertum ut Patrimũ coluerunt S. Teresia, & S. M. Magd. de Pazzi.

Messanensium singularis pietas erga S. Albertum.

§. 3. *Miraculorum multitudo meritis S. Alberti: propterea à variis civitatibus electi in Protectorem: Messanensium singularis in eum pietas. Reliquiæ illius per totum Ordinem dispertitæ.*

2169. *INter Sanctos Ordinis hujus miraculorum gloriâ non uno in loco, sed per universum ferè Orbem Christianum singulariter resplendet S. Albertus in vita, obitu, sepultura (sicut in sequentibus videbitur) & deinceps semper, prout tradit Arnoldus Bostius in libro de viris illustribus hujus Ordinis (hîc infrà parte* 5.) *bis verbis:* Usque hodie miraculis præcopiosis non cessans splendescere. *Idem adstruunt alij Scriptores: Et de hoc publicum extat testimonium in Constitutionibus Ordinis per Clementem VII. approbatis, & confirmatis, ubi cap.* 2. §. 41. *sic habetur.* Item, quia inter cætera eximiæ sanctitatis Ordinis nostri exempla, Sanctissimi Patris nostri Alberti ubique gentium celeberrima est gratia apud Deum & homines Christianos, cujus miraculis non modo Sacra Religio nostra exuberat, sed & Orbis ferè universus juvatur. *Hinc non tantum sui Ordinis (ut jam ante dictum) sed & variarum Civitatum Protector electus fuit.* Meruit quoque: *(scribit Lezana tomo* 4. *Annalium* a) ut plures civitates in Regno Siciliæ eumdem sibi in Protectorem elegerint. Præcipuè verò Regni Primariæ Messana, Drepanum, & Panormum. Cujus postremæ Senatus publico voto se fatetur an. 1626. coram doctissimo viro Salvatore Vinci Carmelitarum sancti Angeli in illo Regno quondam Provinciali, & tunc Conventus S. Nicolai Bononiorum Panormi Priore, fuisse, à morbo Epidimiæ totam Trinacriæ Insulam devastante, per merita istius Sancti mirabiliter liberatum. Hoc idem fatetur Populus Montis S. Juliani, nostri Sancti patria. Hanc quoque protectionis electionem à Panormitis factam publico edicto de illius Officio celebrando, concessis Indulgentiis, Joannes Cardinalis Doria Genuensis Panormi Archiepiscopus confirmavit 4. Aug. 1626.

S. Albertus copiosis miraculis splendescens.

primariarum Siciliæ, civitatum Protector:

(a) ad an. 1307. n. 12.

2170. *Porrò cùm S. Albertus vivens adhuc, Messana urbis insigni miraculo se potentem protectorem exhibuerit, & moriens (animâ in cœlum translatâ) alteram sui partem in ea reliquerit; atque hâc occasione ibi insolitum prorsùs spectaculum, & jucundissimus concentus Angelicus Regem, Archiepiscopum, Clerum, Principes, ac populum ineffabili lætitiâ affecerit, quàm propterea gratum se illi exhibeant Senatus, & populus Vrbis illius, testatur Placidus Samperi Societatis Iesu, in* Iconologia Virginis Mariæ, *edita Messanæ anno* 1644. *libro* 2. *cap.* 9. *ubi ista:* Anno 1623. in erectione magnifici Theatri, in Porta, è regione Conventûs Carmelitarum posita, quam Senatus Divo Alberto dicavit, legitur sequens inscriptio: D.O.M. DIVO ALBERTO CONFESSORI CIVI SUO S. P. Q. MESSANENSIS PORTAM ALBERTAM P. DD. Q. MENSE DECEMBRI ANNO CHRISTI MDCXXIII. Anno autem 1629. idem Senatus publico voto se adstrinxit D. Alberto, ut suâ intercessione Deum reddere dignaretur eorum desideriis annuentem. Quod quidem votum, erudito calamo Dom. Alberti Piccioli exaratũ, typis datum fuit, atque in insignioribus locis urbis affixum. Est autem hujusmodi: S. P. Q. DECRETO. MESSANA NOBILIS, ET REGNI CAPUT: QUOD FELIX, FAUSTUM, FORTUNATUMQUE SIT. SENATUI P. Q. MESSANENSI. Cùm in tuos Natales inspicimus Alberte, Vir beatissime, eum in accepta à te vivo, mortuoq; beneficia, bonâ spe sumus, & tua cum gratia de tua gratia plurimùm nobis, Reique nostræ publicæ vindicare jure, ac merito nostro debeamus. Nam materno quidem Paliciorum genere, non minùs, quam paterno Abbatiorum tota Sicilia clarâ & illustri, sanguis noster es, & originario jure nostræ Civitati obstrictus. Sed neque minoribus vinculis huic te patriæ tuæ sponte illigasti, cùm translato ad nos Domicilio, tuas, quæcumq; erant in tam eximia, & insigni Carmelitici Ordinis paupertate, fortunas Messanæ collocasti, naturæ auctoramento civiles quoq; nexus, necessitudinisq; adjungens. Proindè mirari jam desinant quicumque Urbem hanc Roberti Neapolitani Regis obsidione arctissimâ, fame pressam, & de suâ salute jam planè desperantem, tuâ præsenti ope, tuis precibus, comportato divinitùs commeatu, præsentissimo excidio ereptã, aut tuâ morte, & quæ illam consecuta sunt, cœlestibus prodigiis insignitam, piâ recordatione meminere. Mirari desinant, quod alias quidem Civitates tuis Natalibus, Messanam dormitioni Divinitas destinârit, intelligantque haud immeritò, te tantò ampliori affectu Messanenses præ aliis dilexisse, quantò mortalitate apud nos depositâ, feliciorem, quàm alibi gentium nactus, Patriam es sortitus. Meritò igitur nos ingrati porrò fuerimus, si cùm majores nostri pro ea, quâ adversum te, pietate semper fuere, oblatâ jam pridem tuæ fidei hujus Urbis clientela, atq; annuâ ad tuam aram supplicatione decreta, singuli, universique, intercedente auctoritate patrocinij tui, tutos, defensosque se senserint, non jisdem vestigiis insistere, & affectus nostros testatiori significatione palàm esse, contenderimus. Quid igitur ea de re fieri placeret,

Digitized by Google

VII. Augusti. ret, rogati Senatores, de ea re ita censuimus: Placere universo Senatui, Populoque Mamertino, Tibi, Beatissimo Alberto Concivi, ac Populari nostro, Tuoque numini, quod ad Deiparæ Virginis à monte Carmelo piè veneramur, quotannis de publica pecunia, quinque & viginti aureos donum dari. Insuper etiam si tuo intercessu, tuâque apud Deum Optimum Maximum authoritate, & gratiâ Reipublicæ Messanensis res meliores, amplioresque intra proximum quinquennium factæ fuerint, & si bonam mentem Optimo, atque Augustissimo Principi nostro Catholico Regi Philippo inspiraveris, & nostris votis, nostris desideriis; quæ pro hujus Regni, pro hujus Urbis felicitate optamus, concipimus, faveat, annuatque, eaque omnia, ex sententia S. P. Q. M. confecta fuerint; tùm Tibi, Alberte suavissime, vovemus, promittimus Nonis Augusti, quô die meliorem Patriam nactus es, Cives, incolasque Messanensis Urbis, atque agri, lite, jurgio, opere, proinde ac festivo die, cessaturos. Curaturos, etiam apud Romanum Pontificem, ut solemni cultu Duplicis Officij tui memoria apud nos celebretur. Statuam item ex argento, datis in eam ducentis quinquaginta aureis, ad Aram Tuam sistemus, à Priore, ac Fratribus tuis, æquè ac reliqua dona à nobis oblata, asservandam. Hæc quæ suscipimus, nuncupamus nota, ita ut ea suscipimus, nuncupamus, ut tuta, firma sint, reique votorum damnemur. Velis, Jubeas, Author sis, Alberte Pater Beatissime: ita rogamus, ita obtestamur. Nos Don Franciscus Marullo, Sebastianus de Marinis, D. Thomas Bonfiglio Baro de Callare, et Buccarate Eques de Calatrave, Joannes Tuccari, Franciscus Faraoni, Franciscus Fazzari Senatores. Acta sunt hæc Messanensi in Domo Senatoria, de mandato supradicti Illustrissimi Senatus. Die 23. Mensis Julij Indictione XII. M. DC. XXIX.

Reliquiæ ejus per Ordinem dispertitæ.

2171. *Illud verò singulare est in S. Alberto, quod sacra ejus Reliquiæ per totum fere Ordinem sint dispertitæ; ita ut S. Albertus tot ferè habeat argentea, aurea, aut prophyretica sepulchra, quot Religio hæc insignia monasteria. Et quidem de Sicilia, Roccus Pirrus in opere inscripto* Sicilia sacra *testatur, & sparsim refert, Reliquias S. Alberti in cunctis ferè templis Carmelitarum asservari: & nominatim* Catanæ, Ennæ, (castrum Joannis *vulgariter nuncupatur hæc Civitas in diœcesi Catanensi*) Calatahieronæ: (*Civitas est Diœcesis Siracusanæ:*) Leontij, Licodiæ, *in eadem Diœcesi Siracusarum*, Calatabilothæ, Saccæ, Leocatæ, Sambucæ, Calatanixetæ, Prizis, & apud Burgium-Millusium, *quæ sub Diœcesi Agrigentina existant. Item* Mazaræ, Marsalæ (ubi digitus & baculus S. Alberti sunt in veneratione) Carinis *sub Diœcesi Mazarensi*, Melitæ in urbe veteri, & in novâ, quæ vulgò Valetta dicitur. *Idem Roccus Pirrus notitia 6. Ecclesiæ Mazarensis pag. 549. loquens de celebri, & magnifico Carmelitarum Cœnobio propè Drepanum urbem ejusdem Diœcesis Mazarensis, scribit*: In sinistro hujus templi sacello, quod partem ædiculæ, seu cellulæ S. Alberti continet, quia in eâ Carmelitarum est professus disciplinam, diu vixit, Prioriisque onus sustinuit; eidemque Cæliti est sacrum cujus caput atque costas argenteis exornatas thecis, Anno 1316. Messanâ transtulit Mag. Catalus de Anselmo Montensis, id est ex urbe, quæ mons Drepani dicitur, *eadem (nullâ tamen memoriâ factâ de costis) scribit Leonardus Orlandinus in descriptione urbis Drepani pag. 63. Theodorus Ariano & Patè Ordinis Carmelitarum in vitâ S. Alberti Messanæ anno 1659. c. 27. scribit*, asservari Messanæ apud Carmelitas os brachij S. Alberti, intra argenteum brachium. *Item c. 29. inquit*, Fluviale, seu cappam, quâ sacrum D. Alberti cadaver, feretro impositum opertum fuit, ibidem custodiri. *Eodem c. 27. scribit*: oppidum Veria sub familiæ Abbatum Dominio olim constitutum, templum D. Alberto erexit, ubi digitum ejusdem S. Patris colit. *In Flandro-Belgiâ nostrâ Provinciâ, licèt à Siciliâ maximè distitâ, vix ullus est Conventus noster ubi non sit aliquid Reliquiarum S. Alberti: ita quoque in plurimis aliarum Provinciarum conventibus. Istarum autem Reliquiarum tactu benedicitur aqua*, quæ à populo Christiano pro variis infirmitatibus, peculiariter autem febribus curandis, religiosè sumitur, nec sine magno fructu, prout indies cernitur, *inquit Lezana ad annum 1307. n. 11. Testimonia seu exempla plura sanitatis per aquam illam præstitæ referuntur hîc infrà cap. 8. vita S. Alberti, & in appendice ibi subsequente.*

cum illâ benedicitur aqua, in remedium variis infirmitatibus.

§. 4. *Ex officio proprio S. Alberti, anno 1554. approbato ab Episcopo Mazarensi excerpta quædam, pietatem, & devotionem ad S. Albertum spirantia.*

2172. *Præter officium proprium, quod circa annum Christi 1411. confectum* (a) *recitatur in hoc Ordine, etiam aliud in usu est, ab Episcopo Mazarensi approbatum, cum Indulgentiis, illud legentibus, vel audientibus, typis excusum Panormi anno 1557. per nobilem Ioannem Matthæum Maydam. Titulus iste præmittitur:* Divi Alberti Carmelitæ officium, secundum Romanæ Curiæ ordinem, approbatum, et Indulgentiis decoratum. *Postea sequitur:* Indulgentia Episcopalis in officium. Don Hieronymus de Terminis, Dei gratiâ Episcopus Mazarensis, Venerabili viro Presbytero Joanni Auconitano, de terra montis S. Juliani, Diœcesis nostræ Mazarensis, nobis in Christo dilecto, salutem in Domino sempiternam &c. Authoritate nostra ordinariâ, quâ fungimur, tibi, & omnibus Presbyteris, in sacris Ordinibus constitutis, ad officium dicendum obligatis, & omnibus Christi-fidelibus, dictum officium Sancti Alberti, devotè dicentibus, & audientibus, quadraginta dies Indulgentiarum concedimus: te, & ipsos, ab obli-

(a) vide Lezan. Annal. Carmelit. tom. 4. ad an. 1307. n. 6.

Officium proprium de S. Alberto, in Mazarensi Episcopatu.

VII. AUGUSTI.

obligatione officij ordinarij dicto die dicendi, per præsentes absolvimus, &c. In cujus rei fidem & testimonium, has præsentes fieri fecimus, nostræ manûs subscriptione, & sigilli nostri Pontificalis cordulâ rubrâ pendenti munitas. Datis in urbe felicis Panhormi, in domo nostræ residentiæ die XVI. Septembris XIII. indictionis 1554. (a)

(a) Panormi impress. anno 1557. apud Matthæũ Maydam.

2173. *Quia autem illud gravi compositum est stylo, verè Ecclesiastico, devotionem spirante, quædam indè hîc libanda censuimus.* AD PRIMAS VESPERAS (b) Exultemus in Sanctorum hodie splendoribus; cùm Albertus Confessorum junctus est agminibus. (*Psalmus*: DIXIT DOMINUS *&c.*) (c) Virtutem mirabilium annúntiavit Dominus, qui Albertum quasi lilium Carmeli dedit Patribus (*Psalm.* CONFITEBOR *&c.*) (d) Exortum est in Ecclesia lumen sacratum Virgini, Albertus: cujus memoria manet in seculum seculi (*Psalmus*: BEATUS VIR *&c.*) (e) Collocavit sanctum Dominus cum Principibus sui populi: decorando mirabilibus; laudate nomen Domini (*Psalm.* LAUDATE PUERI *&c.*) (f) In hac die lætabunda, jubilemus mente mundâ: dicant quique concinentes, laudate Dominum omnes gentes. CAPITULUM (g) Oblatio justi impinguat altare: & odor suavitatis est in conspectu Altissimi: sacrificium justi acceptum est: & memoriam ejus non oblivisetur Dominus.

(b) ANTIPHON. 1.

(c) ANTIPHON. 2.

(d) ANTIPHON. 3.

(e) ANTIPHON. 4.

(f) ANTIPHON. 5.

(g) Eccli. 35.

HYMNUS:

Ecce lux surgit, recolenda toto
Orbe; sic læti modulentur omnes,
Atque Carmeli resonent alumni,
Undique patres.
Sed priùs cœli Dominator, alti,
Christe, lux mundi: pietatis almæ
Author, Alberti meritis, canentûm
Organa solve.
Cujus insignis generis parentes
Quinque dùm lustris steriles fuissent
Prole, sunt tandem precibus referti
Virginis almæ.
Ortus hic alvo genitricis infans,
Nomen è cœli tulit arce sanctum:
Estque Carmeli redimitus albâ
Veste tenellus.
Callidus verò scelerum magister,
Æmulans, illi laqueos tetendit
Fraudis; at victus, puero precante,
Fugit ad orcum.
Sit decus Patri, Genitoque summo:
Spiritus manat, Dator, undè compar,
Munerum: sed sit tribus una tantùm
Gloria semper. Amen.

AD MAGNIFICAT *Antiph.* O Alberte Carmelita: Confessorum margarita, qui es verè Israëlita, in quo dolus non est: ita roga Deum, ut nostra vita jam elapsa, sit unita cœli civibus. ORATIO: Deus qui hodiernâ die beatum Albertum Confessorem tuum ab ærumnis sæculi, ad triumphantis patriæ gaudia transtulisti: vota nostra propitius exaudi: ut cujus, piâ devotione, congratulamur solemniis, ejus nos tribuas aggregari triumphis. Per Dominum nostrum &c. AD MATUTINUM, *Invitatorium, Hymnus, Antiphona, & responsoria omnia, Lectiones novem: atque* AD LAUDES *antiphona omnes: hymnus, antiphona* AD BENEDICTUS, *vitam, virtutes, & miracula S. Alberti concinnè exprimunt. Missa propria itidem est, cum Prosa, seu Sequentia, vitæ S. Alberti præcipua exprimente. Prolixitati nimiæ vitandæ gratiâ, en pauca dumtaxat de refulgentia miraculorum ejus in vita, obitu, ac deinceps,*

EX HYMNO LAUDUM:

2174. Messana quondam prælia
Dùm longa belli pertulit
Diræ famis, tunc pabula
Hic, hoste pulso, præbuit.
Ingressus undam fluminis
Sicco pedùm vestigio,
Cum laude trini Numinis,
Mersis fuit suffragio.

EX PROSA, *seu* SEQUENTIA, AD MISSAM

Fluxæ fecli non amavit,
Se Mariæ dedicavit:
Cujus ope superavit
Trina victor præmia.
Ubi Sanctus exspiravit,
Mirus odor emanavit,
Qui multorum effugavit
Morbos, atque vulnera.
Æra sonitum dederunt,
Angelique cecinerunt,
Hujus laudes & fuderunt
In conspectu populi.
Aquæ Divi cùm potantur,
Imbecilles relevantur
Ægri, & indè prædicantur
Signa mirabilia.

AD OFFERTORIUM: Ad Alberti sitientes currunt aquas populi, quarum haustum assumentes, liberantur languidi.

ANNOT. *Consuetudo illa benedicendi aquam, tactu reliquiarum ejus, quàm antiqua sit, patet ex eo, quòd anno Christi 1364 Fredericus Rex Siciliæ ejus sumptione sanatus referatur capite S. vitæ.* (a)

(a) vid. hîc infrà num. 2211. & 2220.

2175. NOTABILE CIRCA VITAM S. ALBERTI, QUÆ SEQUITUR. *Quantum ad vitam S. Alberti, quam hîc tradimus, illam compilavit, seu, unà cum actis aliorum Sanctorum, digessit Theodoricus de Aquis: sed pro comperto esse debet, ipsum Theodoricum non esse primigenium auctorem: qui fuit Siculus, proximè post obitum S. Alberti. Ista satis eruuntur ex capite primo vitæ, ex istis verbis*: Cùm mos sit nobilium, in his maximè partibus: *videatur hîc infrà Annotatio ad ista verba* (a) *Ex ista autem primigenia Siculi Scriptoris vita, præfatus Theodoricus* compilavit, extraxit: *ità quoque Surius, Vincentius Barbarus, & alij: miracula autem primigeniæ vitæ postea apposita fuerunt. Et quia in numeris facillimè error irrepere solet (sicut passim in historiis advertere licet) ex varia vita ejus scriptione, id evenisse apparet in hac vita: sic id cap. 4. de Iudæo epileptico aliqui adscribunt anno Christi 1285. alij 1295. Ita etiam in nonnullis aliis: & hinc orta obscuritas circà annum obitûs. Sed nunc prodeat Vita illa ex Theodorici exemplari.*

S. Alberti vita scripta in Sicilia proximè post ejus obitum.

(a) num. 2182.

VITA

Digitized by Google

VII. Augusti.

VITA S. ALBERTI

Auctore æquali, aut suppari, Siculo: & indè ulteriùs tradita per Theodoricum de Aquis.

Ex codice Carmeli Colonienſis, collato cum altero MS. Codice Carmeli Mechlinienſis, & extracto Bibliothecæ Vaticanæ.

PROLOGUS.

2176. DIcit Philoſophus, ſæpè hoc accidere, quòd nomen ſequatur rei proprietatem. Sic Albertus dicitur ab Alab, quod eſt lacteus, vel dulcedo; & Her, quod eſt fons; & (a) Thus, quod eſt incenſum: quaſi dulcedo fontis, vel dulcis fons per virtutem miſericordiæ, & Euangelicæ prædicationis; fuit lacteus per dulcedinem & albedinem puritatis; fuit (a) thus per odorem devotionis, dum in noſtro, & Virginis Mariæ Ordine Deo ſe obtulit. Ut in primo oſtendatur ejus prærogativa pietatis: In ſecundo, excellentia caſtitatis: In tertio, eminentia ſanctitatis.

Alberti nominis etymologia.

(a)

ANNOT. (a) Thus. *Hinc de eo in Divino officio canitur*: * Cum Albertus naſcitur thus redolet in mundo. *Quòd nomen* Albertus *illi fuerit impoſitum divinâ inſpiratione (ſeu, ut Surius habet*: inſtinctu divino) *mox audiemus.*

* in offic. divino 7. Aug. ad Laud. Prim. & Veſp.

CAPVT PRIMVM.

S. Alberti patria & parentes: ſanctitas prognoſticata: favore Virginis Deiparæ natus, ejuſdemque juſſu Religioni conſecratus.

(a) 2177. FUit in diebus illuſtriſſimi (a) Petri antiqui Regis Cathaloniæ &
(b) (b) Siciliæ vir quidam nomine Benedictus
(c) nobili ſtirpe progenitus, dictuſque (c) de Abbatibus, quæ eſt una de primis regni Siciliæ familiis. Hic uxorem duxit nomine Joannam ſibi in nobilitate non imparem.
(d) Hæc originem duxit de caſtro montis (d) Drepani, qui mons eſt juxta Conventum Fratrum Ordinis beatæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli: & vocatur Conventus Drepanenſis. Hi coram Domino laudabilem vitam ducentes cùm ferè annos viginti ſex in matrimonio pariter exegiſſent, & natum nullum habere potuiſſent: tandem inter eos communicato conſilio, dictæ Beatæ Virgini Mariæ mente ſincerâ ſupplicarunt, quatenùs ipſa cunctorum ætherum Regina prolem ipſis concedere, ſuâ aſſuetâ miſericordiâ, dignaretur. Et addunt, ſi filium ipſis impetret, ipſum Ordini ſuo in ſervitium perpetuum dedicaturos. Sicque votivâ promiſſione factâ, jejuniis, & orationibus & eleëmoſynis dicta factis confirmant. Indè ad dies paucos Deus eorum petitioni annuit, & Joanna ſe impregnatam invenit.

S. Alberti parentes ſteriles,

B. Virgini Mariæ de Monte Carmelo ſupplicant & vovent:

2178. Benedictus verò divinitùs perluſtratus quâdam vice, dum ſe ſopori dediſſet, vidit cereum nimiò fulgore micantem, de utero Joannæ prægnantis emanare: ſimilemque viſionem Joanna vidit: & Benedictus Joannæ, & Joanna Benedicto enarravit, & Altiſſimo & B. Mariæ Virgini gratias genibus flexis egerunt. Joanna verò poſt hæc ait: Hic puer magnus erit coram Domino, ſi viſiones hactenùs habitæ veritatis effectum conſequantur. Cùmque tempus pariendi adveniſſet, peperit filium, quem in ſacro fonte baptiſmatis Alberti nomine inſigniri fecit divinâ inſpiratione; cùm nomen illud anteà inauditum fuiſſet in Regno Siciliæ. Cùmque puer aliquantulum creviſſet ipſum liberalibus artibus imbuendum tradiderunt. Spiritus Sancti gratiâ roboratus litteris laudabiliter eruditus, moribuſque optimis adornatus, parentibus charus, & omnibus placidus, atque gratioſus habebatur.

mirabili viſione illuſtrantur:

Alberti nomen Dei inſpiratione proli impoſuit:

filia regia ſtirpis in ſponſum depoſcitur:

2179. Cùm octavum annum attigiſſet à nobilioribus Regni à patre in ſponſum cujuſdam filiæ depoſcitur; ut ſic regali dignitate potiretur. Tandem pater precibus inclinatus etiam uxori ſuæ hæc manifeſtavit, & ipſam ſibi conſentire putavit. Illa cùm verba mariti audiviſſet, ſtupefacta ait: Miror, inquit, prudentiam tuam quod de talibus illicitis loquaris; numquid jam oblitus es Creatoris tui, qui nobis tantam gratiam conferre dignatus eſt, interpellante pro nobis Beatâ Dei Genitrice Maria: nonne expedit nobis reddere Deo, ejuſque Genitrici Mariæ debitum ſæpiùs promiſſum? Filius noſter Albertus conjungendus eſt Deo, Sanctæque Religioni copulandus eſt. Cumque pater hæc audiſſet timore Dei perculſus, tacuit, & amplius de hoc mentionem nullam fecit. Nec mirétur Lector ſi Albertus in pueritia fuerit requiſitus matrimonio copulandus, videlicet per verba de futuro; (e) cum is mos ſit nobilium, in his maximè partibus. Mater igitur beatum Albertum in cubiculo vocavit, & omnia de conceptione ſua & de viſionibus habitis funditùs enarravit: & ſimiliter ſeriem votorum & obligationem retexere non diſtulit. Sanctus verò puer Albertus cum verba matris intellexiſſet, humiliter matri reſpondit: Ego, inquit, non habeo libertatem, ſed ſub jugo ſum ſalubris regiminis conſtitutus: Quid igitur mater mea jubes facere? Vel mundo deſervire, & temporalia honorificè pertranſire? Vel Chriſtum amare, eidemque in ſacra Religione obſequium perpetuo exhibere libamine, ut in æternum valeamus cum eo vivere? Nam ſic me obligaſtis. Tunc mater ait: Fili amantiſſime, votivas obligationes abolere non audeo, ſed jam totô corde ſupplico, quatenùs promiſſiones exſolvamus, & dictis

patre conſentiente obſiſtit mater,

(e) *qua de voto inſtruit filium:*

VII. Augusti.

& dictis finem imponamus. Tunc Albertus : Mater mea, faciam quod hortaris. Cumque pater domum ingressus fuisset, & cum uxore in mensa discubuisset, puer Albertus coram ambobus parentibus ait : Non comedam, donec benedixeritis mihi. Parentes verò piô affectu dixerunt : Benedicat te Deus, dirigatque semitas tuas ; & acceptâ benedictione adiit Conventum Drepani Ordinis Fratrum Beatæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli, distantem à castro montis Drepani per duo milliaria.

qui monasterium adit,

2180. Cùmque puer Dei Albertus ad jam dictum Conventum perveniisset, petiit, & insignia habitûs sanctæ Religionis postulavit, & cum Fratribus vivere anhelavit. Prior verò cùm eos à puero audisset sermones cum admiratione dignâ ; quòd nobilis esset, recusavit : & puer cùm tristitia ad domum parentum rediit. Sequenti nocte, cùm parentes pueri se sopori dedissent, Beata Virgo ipsis apparuit, & dirâ increpatione cum minis eos affatur : Vos debitum mihi promissum non redditis, & aliena retinetis : nam filius vester de carne vobis natus est, sed mihi perpetuò obligatus ad sacrificium libaminis : & si servum meum mihi non reddideritis, morte turpissimâ citò finiemini. At illi nimiô timore perculsi evigilavèrunt, & citò ad Conventum prædictum properarunt : Priori & Fratribus visionem à B. Virgine habitam enarraverunt : filiumque promissum spontè tradiderunt, & ipsum habitu sanctæ Religionis post paucos dies induendum disposuerunt.

B. Virginis apparitio, & minax monitio ad parentes.

2181. ANNOT. (a) Petri antiqui Regis Cathaloniæ. *Is fuit pater Iacobi, & Frederici consequentur regnantium in Siciliæ. Dicitur* antiqui, *respectu alterius Petri Regis Siciliæ, qui fuit hujus Petri nepos, de quo ista apud Rocchum Pirrum in Chronologia Regum Siciliæ* : Anno 1321. Petrus Secundus Frederici Secundi filius Panormi Regis insulis ornatur. *Tempore istius* Petri antiqui *&c. sanctitate, & miraculis claroscebat S. Albertus ; sed natus fuit antequam is esset Siciliæ Rex scilicet demum anno 1282. die penultimâ Augusti Rex Siciliæ salutatus est Panormi, sicut tradunt Rocchus Pirrus in Chronologia Regum Siciliæ, præfixa Notitiis Siculiensium Ecclesiarum, atque alij (Locutio itaque ea per prolepsim, similis ferè est, sicut cum dicitur* : Jesse genuit David Regem, *qui scilicet postea fuit Rex.*)

(b) Siciliæ. *Ita exemplar Colonienſe, Exemplar Mechliniense habet* Ciciliæ. *Ita olim scribi solebat.*

(c) Ab Abbatibus : *ita exemplar Colonienſe MS. vetustius, cujus lectio tenenda Vincentius Barbarus, & Octavius Cajetanus in vita S. Alberti scribunt* : Benedictus ex nobilissima Abbatum familia. *In Breviariis ultimo impressis, legendum decernitur* de Abbatibus. *Erroneè igitur apud nonnullos legitur* Adaltibas *seu* Adalbatibas, *Matris nomen est* Joanna Palizzia, *seu* de Palizziis, *sive* de Paliciis. *Est autem* Paliciorum, *seu* Palizziorum *familia in Siciliæ tam valde illustris.*

(d) Montis Drepani. *Ita ibi exemplar Colonienſe : in sequentibus autem subindè (prout semper exemplar Mechlinienſe)* Trapani. *Sic olim dici solebat. De loco nativitatis S. Alberti agetur inferiùs in Dissertatione post Appendicem.*

2182. (e) Cum mos sit nobilium, in his maximè partibus. *Inde patet vitam S. Alberti scriptam in Sicilia : & quidem ex sequentibus apparet, quòd proximè ab obitu S. Alberti : deindè autem per alium adjecta fuere miracula, (qua propterea in exemplari Colonienſi ponuntur sub peculiari titulo) atque ea cum ipsa vita simul digesta fuere per Theodoricum de Aquis, qui fatetur, se hanc vitam* compilasse, extraxisse, & conscripsisse ex aliis, *scilicet vetustioribus, qui tempore S. Alberti, aut proximè post vixerunt, & vitam ac miracula scriptis mandarunt,*

(f) Adiit Conventum *&c. Baptista Mantuanus (& ex eo hymnus Ecclesiæ ad Vesperas) id sic eleganter exprimit :*

Cùm puer septem superasset annos,
More Baptistæ fugiens paternum
Limen, ad sacram properavit almæ
Virginis ædem.

CAPUT II.

Religionis ingressus ; tentationes dæmonis superatæ : vita austera omnibus virtutibus ornata : Sacerdotium miraculis splendescens.

2183. ADveniente autem die quo induendus erat sanctus Albertus in Religione sancta, congregabantur universi nobiles ad hujusmodi devotionis spectaculum, &, ut moris est, habitum sanctum solemniter assumpsit. Vestes verò sæculi manibus propriis pauperibus erogare non neglexit, (a) vitamque mirabilis sanctitatis indilatè inchoavit. Quod videns, malignus hostis serpentinâ astutiâ cupiens sanctum Albertum à salubri proposito revocare ; ipsum in suæ nativitatis spiritualis initiis, pœnitentiæ studiis incumbentem, ac in oratione persistentem aggressus est, sub figura pulcherrimæ mulieris : & ipsum Dei servum sic piô vultu ingemiscendo alloquitur : Heu me, inquit, quid faciam, tuô tantùm amore capta tuoque consortio derelicta ? cupio enim tuo copulari matrimonio. Precor ergo te, noli me tam nobilem puellam, atque speciosam juvenculam deserere : non enim decet te hunc vilem, & despectum habitum (cum sis nobilis) retinere ; sed ad sæculum te redire oportet. Ego enim decora, & amabilis, atque nobilissimâ genita prosapiâ, bonis hujus mundi (in quibus consistit tutior vita & felicitas) superabundo. Quid igitur in tanto labore perpetuò manere profiteberis ? Non enim hanc asperam vitam, neque hoc grave pondus ferre vales, cùm sis naturâ debilis, ut quod cæpisti, perficere non valeas. Obsecro igitur te, ô Juvenis pulcherrime, atque totâ mente deposco ; quia te præ cæteris diligo ; ut ad aërem proprium redeas, ibique mecum connubaris, & omnibus bonis meis mecum perfruaris. Tunc servus Dei Albertus diabolicâ suggestione perculsus, signo S. Crucis se muniens, ait : Vade, inquit, Satana in locum pœnarum tuarum : sine me ; non enim es vera effigies hominis, sed maledicta, & commentitia imago : finitoque præcepto servi Dei, Satan evanuit, & Albertus nihil mali ex visione maligna sensit.

S. Albertus habitu Carmelitico donatur :

(a) sancta vitæ rationem auspicatur :

tentatur à dæmone :

quem fugat signo crucis.

2184. Curriculo igitur temporis annus professionis clauditur, & vir Dei Albertus professione ligatur : quam mente fecerat ipsô die quo Religionem sanctam ingressus fuerat.

S. Alberti austera vita cunctis in exemplum.

Digitized by Google

VII. Augusti.

fuerat. Ejus vita austeritate plena, ejusque laudabilis patientia cunctis reddebatur exemplo gloriosa. Ipse quoque vir Dei Albertus nobili cilicio, feriis secundis, quartis & sextis carnem domabat: assiduoque jejunio eam macerabat, ex palmitibus stratum habebat, lanâ quoque grosså corpus operiebat, vestesque viles forinsecus gestabat. Vinum fugiebat, & semper lympham postulabat, nè in jucunditate vini luxuriæ vitio captari posset. Etiam verberibus & catenis orationes nocturnas decorabat: panem absynthio mixtum sextis feriis sumebat, vestibus acerbis carnem circumdabat, nè quid contra spiritum delectationis illicitæ insurgeret: otium etiam semper fugiebat bonum indesinenter operando, ut sic eum semper Satan in bono occupatum inveniret: castitatem semper tenuit; obedientiam firmiter & integrè servavit; paupertate & humilitate cunctis eminebat. Scientiam Ecclesiasticam illustrabat moribus ornatissimis. Patrimonij sui substantiam pauperibus Fratribus erogabat. Divinâ perlustratus sapientiâ intus semper in supernorum contemplatione delectabatur. Mirificè infideles Judæos radiis suæ prædicationis in Domino illustrabat, & ipsos ad fidem Christi convertebat. Et ut etiam perfectiùs divina opera perageret diem naturalem sic dividebat: à prima hora noctis usque ad tertiam ejusdem (b) orationibus vacabat. Indè quiete aliquali perceptâ corpus domabat, & posteà ad matutinarum horas surgebat, & Deum orationibus ac lachrymis insistendo orabat. Oriente autem aurorâ circa libamina & sacrificia satagebat. Cum autem his finem daret, horis canonicis celeberrimè peractis, & aliquali sumptâ refectione cum fratribus, ut agiliùs ad sequentia se paratum inveniret, & actu devotionis salubriùs se disponeret, aliquid manibus operabatur: deindè ad pristinæ pœnitentiæ redibat mensuram, quæ tanta in eo fuit, ut meruerit undique à Patre luminum, miraculorum illustrari radiis.

otium felicitè fugit:

ejus distributio temporis,

(b)

Sacerdos ordinatur:

2185. Ad Sacerdotij dignitatem cùm promoveretur, ait: Ego invitus hoc susçipio; quia indigno nunquam incumbit tantum Sacramentum ministrare populo, nec ad divini cultus honorem me sufficere inspicio. Tandem cum his obstitisset verbis, ad civitatem Messanensem per obedientiam destinatur; & ibidem sacerdotale officium cum magna humilitate, & devotione susçepit. In qua civitate non modicâ admiratione digna miraculorum opera per ipsum virum Dei Dominus operatus est in continenti. Nam quadam die Dominicâ in medio noctis silentio, dum vir Dei in orationis fervore esset in Ecclesia ante altare, & lampas lucem coruscantem emitteret, diabolus viro Dei adfuit, & ipsum à divino proposito retrahere voluit, dum Psalterium legeret: & cum ad illum psalmum: [Eripe me de inimicis meis Deus meus:] perveniisset, Satan videns viri Dei constantiam, lampadem ante faciem Domini extinguere conabatur; ut sic concussâ mente viri Dei, opus pœnitentiæ laxaret. Quod cùm vir Dei juxta lampadem vidisset, statim Dominus viro Dei adfuit, nec eum aliquam ex hoc tribulationem incurrere permisit, & lampadem ex jactu diaboli cadentem ab omni læsione tam luminis quàm olei effusione præservavit. Et hoc fuit tempore illustrissimi (c) Jacobi Regis Cathaloniæ & Siciliæ successoris Regis prælibati.

dum fervenster erat in Ecclesia diabolus lampadem impetit,

sed frustrà.

2186. ANNOT. (a) Vitam mirabilis sanctitatis indilatè inchoavit. Quod videns malignus hostis, serpentinâ astutiâ &c. *Qualis ejus vita monastica, mox à sumpto habitu, fuerit, lubeat audire ex Manuano:*

Candido velans humeros amictu,
Vertit ad mores tenerum severos
Corpus, & canos juvenilis ætas
Induit annos.
Vicit altricem scelerum juventam,
Atque fallaces erebi figuras,
Cum puellari redimita cultu
Venit imagò.
Semper à curis animum caducis
Flexit ad vitæ studium beatæ:
Risit humanæ genus omne laudis,
Risit honores.
Pervigil somnos abigens inertes,
Vel pios ibat manus in labores,
Vel revisebat meditans utrumque
Lingua volumen.
Fervidam ventris moderans orexim,
Fluminum potu, tenuique mensâ,
Debiles raro recreabat ægri
Corporis artus.

(b) Orationibus vacabat. *In Codice Vaticano de eo refertur*: Præter officium, quod quilibet Sacerdos dicere tenetur, dictus Pater omni nocte totum Psalterium legebat ante Crucifixi Imaginem, nudis, ac flexis genibus; cum tantâ devotione, quòd à terra per spatium trium cubitorum levabatur, & postea, oratione finitâ, ad terram suaviter dimittebatur.

(c) Jacobus *ille Rex Cathaloniæ & Siciliæ erat filius* Petri Regis, *de quo capite 1.* (*& frater* Frederici, *de quo cap. sequenti, & cap. 6.*) Anno 1286. Panormi coronâ redimitus regiâ 2. Februarij. *Ita Rocchus Pirrus in Chronologia Regum Siciliæ.*

CAPUT III.

Messanæ, obsidione & fame pressæ, S. Albertus precibus mirabiliter succurrit.

2187. EX parte Regis jam nominati Jacobi rexit deinde Siciliam Dux quidam (a) Fredericus, qui postmodum in civitate Panormensi fuit in Regem coronatus. (b) Tempore hujus, Robertus Rex Neapolitanus civitatem Messanensem inæstimabili obsidione pressit, volens eam, & totum regnũ Siciliæ suo subjugare imperio. Et ecce fames valida civitatem invasit, nec humanò poterat sublevari consiliò. Quod cùm Rex percepisset, eam incendio tradi præcepit, ut sic in manibus inimicorum non relinqueretur. Dicebat enim Rex: nos fugam capiemus versùs castra Cathaloniæ, & Castellæ. Et ecce adjunctæ sunt civibus turbæ nobilium, & Satrapæ in universis scientiis eruditi, & quamplures Comites & Barones in rebus bellicis peritissimi, gementes, & dicentes: quòd meliùs esset sperare in Domino, quàm sperare in Principibus: non enim solet Deus in se sperantes derelinquere. Eamus ergo, & inquiramus servum Dei Albertum, qui Deum, & Matrem ejus suppliciter exoret

(a)

(b)

Messana obsidione cingitur, & valde fame premitur:

consilium de ea incendenda:

Digitized by Google

VII. Augusti.

exoret pro populo, & pro civitate hac, & ad Dominū pro nobis preces fundat; nè propter peccata noſtra in hoc tempore malo nos deſerat. Cumque id omnibus placuiſſet, & ad virum Dei veniſſent, & ipſum Miſſam celebrantem invenīſſent, ab eodem poſtulabant auxilium cum magna devotione, & dicebant: ſub tuum confugimus præſidium, ſerve Dei: jam ex fame validiſſima perimus. Ora igitur Deum, & Beatam Virginē Mariam Matrem ejus; ut tuis ſanctis precibus in tantis periculis nos conſtitutos protegant ab inimicis noſtris, & famelicos viſitent, nec puniant propter delicta. Cumque vir Dei hos audiviſſet gemitus, & clamores, & ſacrificium offerret, lachrymatus eſt, & genibus flexis humiliter ſic orabat: Domine Deus univerſorum, qui non abſcondis faciem tuam ab his, qui tota mente, & ſincero corde confidunt in te, reſpice de excelſo cœlorum habitaculo ſuper populum tuum ad te ſic clamantem, & effunde miſericordiam tuam ſuper eum, qui paſcis famelicum, qui in deſerto ſatiaſti eſurientem: extende brachium dextrū, & defende civitatem iſtam, ut de te non diffidat, ſed confidat, quæ ſine tuo auxilio non poteſt ſalva conſiſtere, & cùm non ſit ſperandum in multitudine bellatorum, ſed ſolùm in nomine gloriæ tuæ, ſuccurre miſeris, juva puſillanimes, ut Satan non gaudeat de perditione tot animarum.]

recurritur ad S. Albertum:

qui Deum erat,

2188. Cumque vir Dei finem orationi dediſſet: ecce tonitruum magnum ſtatim intonuit, de quo vox quaſi tuba inſonuit in abſcondito dicens: Deus exaudivit orationes tuas: & cunctis audientibus, & mirantibus, facta eſt lætitia magna in populo. Et ait populus: Tibi Domine Chriſte gratias referimus, qui meritis hujus ſanctiſſimi Patris Alberti exaudiſti clamorem hujus populi. Et ecce ſtatim poſt hoc apparuerunt in portu civitatis tres galeæ victualibus abundantiſſimè onuſtæ, licet portus, & civitas circumvallata eſſet ab inimicis; tamen gratiâ Dei mediante tres galeas intraverunt, & victualia in eis exiſtentia cum gaudio civitati importaverunt, & unicuique, prout opus erat, diviſerunt. Et poſt hoc galeæ nuſquam apparuerunt: Non enim erant noti Patroni galearum. Plures enim aſſerebant rectores navium Angelos Dei fuiſſe. Quod videns Rex Siciliæ cum Comitibus ſuis, & populo, ſtupefactus de miraculo, properaverunt ad Sanctum virum Dei Albertum, & dicebant: Tibi Domine, Sancte Pater, gratias referimus, quòd pro nobis peccatoribus tam gratioſè intercedere ſis dignatus; & ideo firmiter credimus, quod tuis ſanctis precibus, & meritis hodiè liberati ſimus. Et cùm gratiarum actiones viro Dei retuliſſent, oſculati manum ejus, abierunt. Et exindè populus ipſum magis ſanctū credens, arbitratus eſt regnum non poſſe ampliùs debellari ab inimicis propter merita ipſius.

& exaudiuntur,

Deo mirabiliter civitati ſuccurrente.

2189. ANNOT. (a) Fredericus *frater* Jacobi, *de quo capite præcedenti. De illo iſta ſcribit Rocchus Pirrus in Chronologia Regum Sicilia*: Anno 1296. Fridericus ſecundus Jacobi frater, Rex renuntiatus ad 7. Kal. April. Panormi ab Archiepiſcopo Panormitano in Eccleſia Principe, ut ait Bzovius, aliique, regio diademate coronatur.

(b) Tempore hujus Robertus Rex Neapol. *&c. Meſſana obſidionem illam, & miraculoſam meritis S. Alberti liberationem Lezana in Annalibus refert ad annum Chriſti* 1300. *Addit autem*: vel circiter. *De iſta liberatione in hymno Eccleſia canitur.* (a)

(a) *Ad laud. Officij Carmelit.*

Meſſana gaude civitas,
Quam Chriſtus ſancti meritis
Eripuit ad hoſtibus,
Cibum præbens famelicis.

Iſtis concinit Baptiſta Mantuanus (b)

(b) *tomo 2. in hymno de S. Alberto.*

Arva Meſſanæ cruciata longâ
Martis ærumnâ, menimere quandò
Vexit ignotus pelagi per undas
Navita fruges.
Civitas duro famis in periclo,
Mox erat triſti peritura fato:
Motus Alberti prece ſupplicantis
Audiit æther.

Alio in loco (c) *ſic idem Mantuanus de iſto miraculo*:

(c) *de ſacris diebus, lib. 8.*

Cùm Meſſana gravi bello premeretur, & omni
Subſidio privata, famem pateretur acerbam;
Ad patrum, populique preces converſus, Olympi
Numina flexiſti; nam mox annona per undas
Navibus ad ſummum plenis adnavit ad urbem.
Nec licuit reſciri unquàm, quibus illud ab oris
Adventaſſet opis, nautis incognita lingua,
Ignotæ facies, operiſque abſconditus author.
Sic meritis adjuta tuis Meſſana revixit.

CAPVT IV.

Infirmitates variàs curat, puellam energumenam, & mulierem in partu periclitantem liberat. Ambulans ſuper aquas Iudæis opitulatur, & baptiſmum confert.

2190. EOdem tempore quidam Monachus monaſterij Sancti Salvatoris civitatis Meſſanenſis, apoſtematis tumore in gutture gravatus in tantum vexabatur, ut à medicis tanquàm mortuus ſine omni ſpe dimitteretur. Hic cum audiſſet Sanctum Dei Albertum in civitate Meſſanenſi adeſſe, miſit ad illum de Monachis quoſdam, ut ſuâ gratiâ ipſum ſic in periculo conſtitutum viſitare dignaretur. Qui cùm ad virum Dei ingreſſi fuiſſent, debitâ reverentiâ exhibitâ, dicebant: Frater noſter graviſſimâ apoſtematis inciſurâ arctatus mittit nos ad te, vir Dei, quatenùs digneris ipſum tuâ conſolatione ſalubri conſolari, ut tuis meritis interpellantibus ab ipſa incurabili infirmitate liberari valeat. Quod cum vir Dei intellexiſſet, pietate motus, cum Monachis cellam infirmi intravit, eique dixit: Amice, & frater mi dilectiſſime, ad quid miſiſti ad me; cùm ego infirmus, & peccator ſim? Tamen in Domino ſperare licet, cujus imperio ſanitas & infirmitas obediunt. Et cùm ipſum ſigno crucis ſignaſſet, accepit ipſius dexteram & ait: Frater mi, confidis in Domino Jeſu Chriſto, ejuſque Matre? Et ille: Confido; & ſanctitati tuæ me commendo, incurabili infirmitate detentum. Cumque hæc verba Monachus protuliſſet, continuò apoſtema horribile per os emiſit: ſicque priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. Et ex hoc ſanctitas viri Dei Alberti ubique divulgata fuit.

S. Alberti meritis monachus ab incurabili apoſtemate liberatur:

2191. Quā-

Digitized by Google

VII. Augusti.

2191. Quâdam die dum versùs terram Leocatæ peragrasset vir Dei Albertus, auribus percepit à Fratribus quandam nobilem Dominam habere filiã à dæmone obsessam, & cum emissione suspirij dixit: ô Satan, in qua potestate hoc facere ausus fuisti? Quo dicto quidam de fratribus continuò ad illam nobilem matronam perrexit, eique virũ Dei Albertum adesse indicavit. Quod cum audisset, ad virum Dei cum ardentissimo fervore charitatis ait: In Domino, & tuis sanctis meritis spero consolari; nam filia mea unica à diabolica illusione miserè vexatur. Rogo te igitur, ut eam visitare digneris. Quo audito vir Dei, pietate motus ad puellam ingreditur, & sic eam salutando alloquitur: Pax tecum, & factô signô crucis in fronte puellæ, porrexit viro Dei alapam in maxillam dexteram: & ait vir Dei: Præbe mihi & aliam pater superborum. Diabolus verò humilitate viri Dei confusus, atque meritis ipsius convictus, sic ait: Heu quanta patiot propter tua sancta merita, tuo adventu profugus! Tunc vir Dei ait: Ille qui te creavit, & te propter tua delicta de paradiso exulare fecit, ipse te ab hac nobili juvencula cum confusione exire faciat. Quo audito puella tremebunda facta est: & ait vir Dei: Egredere de corpore puellæ Christi nomine dedicato: factoque signo sanctæ crucis super eam, aspersit ipsam aqua benedicta, & in nomine, & meritis sancti viri Dei diabolus factô signô ad modum tonitrui magni cum confusione recessit: & sic sanatam se invenit puella: & Deo, & viro Dei gratias cum gaudio, & lachrymis egit. Et divulgatum est hoc miraculũ Dominis & Prælatis regni.

& puella à dæmone possidente,

2192. Circa annum Domini M. CC. LXXXI. accidit Trapani juvenculam quandam laborasse in partu diebus sex; creatura enim versa erat in matrice, sicque medici ex toto (quia jam morti vicina erat) dereliquerant. Contigit autem virum Dei illic eô tempore esse: quem cum mater juvenculæ cognovisset, nimiô dolore afflicta, in Domino confidens, & non desperans, & similiter in meritis viri Dei confidens, ipsum cum consanguineis adiit, cum lachrymis humiliter supplicando inquiens: Heu filia mea in partu posita moritur, & non est qui medicamen tribuat salutis: veni igitur ad eam antequam de ergastulo carnis anima ejus egrediatur; diu enim te videre optavit: confitebitur enim tibi, & delectabitur anima ipsius in te. Tunc ait vir Dei ad eam: ubi habitas? at illa respondit: ad quid necessarium est dicere, ubi manes? Veni & vide. Vir autem Dei assumpto puero, intravit domum illius, & ait: Pax tecum. Illa verò nihil respondit; quia jam amiserat sensus. Servus autem Dei affixit digitum ori mulierculæ, & vocavit eam nomine proprio dicens: Margareta, ad quid doloribus affligeris, & mihi non loqueris? emitte verbum, & matrem tuam consolare. Et cum vir Dei hoc dixisset, imposuit manus unctas oleo, sicque oravit: Sanet te Dominus noster Jesus Christus meritis sanctissimæ Matris suæ, ut ficut illa sine læsione virginitatis concepit, & sine dolore peperit, sic sine mortis periculo emittas prolem Domino dedicandam. His dictis puella revixit, & ad virum Dei clamavit: Adjuva me amice Dei; & cum hoc dixisset, puellam valdè speciosam peperit: quam postmodùm Domino consecravit.

ac mulier in partu gravissimè laborans:

2193. Anno Domini M.CC.LXXXV. (a) cum esset vir Dei in Terra Sancta, erat quidam Judæus, qui tenebatur morbo epileptico. Hic ad servum Dei Albertum à parentibus adducitur: quos cum vir Dei alloquens, diceret: Quid petitis? Aiunt: liberationem hujus filij nostri. Tunc vir Dei dixit ad illos: Si credideritis in Dominum Jesum Christum, ejusque Matrem Mariam Virginem in partu & post partum, & cæteros articulos fidei? Tunc illi: Credimus, si in nomine Jesu Christi filio nostro præstiteris sanitatem, & quod prædicas pro vero reputabimus. Tunc vir Dei, factô signô S. Crucis super epilepticum, dixit: Expellat à te Christus omnes morbos, si vera sunt quæ prædico de ipso. Quibus dictis infirmus in continenti coram omnibus sanitatem integram recepit, nec unquam post hoc infirmitas ipsum invasit. Parentes verò infirmi cùm hoc vidissent cum filio sacrum baptisma à viro Dei receperunt, & Christianissimam vitam duxerunt. Juvenis autem à viro Dei curatus ipsum secutus est, & cùm deindè laudabilem duxisset vitam, in Dño tandem feliciter obdormivit.

(a) *Iudæum epilepticum sanat:*

qui, & parentes Christi fidem amplexantur:

2194. Anno eodem cum vir Dei versùs civitatem Agrigentinam proficisceretur, & pergeret juxta fluvium qui nuncupatur Platanus, quosdam Judæos vidit circa idem flumen transire: erat autem via angusta; quia inter montes altos. Cumque Judæi iter agerent, & vir Dei ab alia parte fluminis ambularet, subitò aqua ultra modum crevit, & ipsos Judæos inundatio aquæ arripuit, & ipsos secum natare compulit. Judæi verò videntes se in periculo mortis positos, ad virum Dei circa flumen transeuntem, cum de ipsius fama audiissent, horribilibus vocibus clamaverunt, dicentes: Adjuva nos Domine in virtute Christi tui. Ad quos vir Dei ait: Si baptizari volueritis in nomine ipsius, & Christiani totâ mente effici desideraveritis, verè salvi eritis. Et illi: sic credimus, sicut prædicas de Christo Nazareno, & petimus baptisma. Tunc vir Dei super undas fluminis ad ipsos ambulavit, & eisdem aquis ipsos baptizavit. Cùm autem sic ageretur in medio fluminis, aquæ cedebant, & divisis aquis vir Dei ipsos Judæos baptizatos sine læsione aliqua eduxit; & de periculo mortis liberavit. Illi verò cum ad propria rediissent, omnia quæ eis in via contigerant Episcopo cum gaudio retulerunt, & virum Dei apud Episcopum, & cæteros laudaverunt.

Iudæos alios à submersionis periculo ereptos convertit.

ANNOT. (a) Anno MCCLXXXV. *In vita S. Alberti quam habent Vincentius Barbarus, & Cajetanus, legitur:* anno 1295. *Ita quoque apud Surium in ejus vita: ad marginem notat:* forte 1285. *varietas ista hic, & alibi, contigit ex varia transcriptione vitæ primigeniæ: & quia non accuratè satis invigilatum numeris, circa eos error irrepsit.*

Digitized by Google

VII. AUGUSTI.

CAPUT V.

Popularem auram fugiens compluribus miraculis aliis illustratur. Provincialis & Visitatoris munus pedes obit.

Fugit honorem:

2195. NOn post multos dies propter nimiam visitationem populi vir Dei cupiens vanam fugere gloriam transtulit se versùs Leontium: ubi, Domino cooperante, multa etiam per eum sunt facta miracula: inter ea, sequens ipsa Cronica promit. Cum filius cujusdam nobilis matronæ, nomine Desanna, in extremis laboraret, & Medici ipsum desererent, & in Conventu Ordinis Fratrum B. Mariæ de monte Carmelo sepeliri consulterent: mater ipsius infirmi dolore cordis intrinsecùs tacta & tremebunda per omnia corporis membra effecta, ad Conventum prædictorum fratrum cum fide quam gerebat in pectore pervenit, & cum maximo ejulatu clamavit. Eia amice Dei Alberte, adjuva me pauperculam in maxima tribulatione cordis positam; non enim hinc recedã, donec tuis meritis filius meus * Adinolphus convalescat, illum namque servitio tuo destinavi. Cumque matrona illa ad fores Conventûs sic clamaret, subitò fratres ad ipsam pervenerunt, & quid doloris haberet ab ipsa requisierunt. Cumque Fratribus causam sui adventûs & doloris enarrasset, responderunt, & dixerunt: Vir Dei in quo magnam habes fiduciam non est jam præsens: est autem unum de vestimentis ipsius apud nos; quod illa cum magna instantia accommodari postulavit. Fratres verò, quia ipsa per ipsum vestimentum filium suum Adinolphum salutem posse consequi credidit, cum ea pergendo ad domum infirmi pervenerunt, & ipsum vestimentum, cunctis orantibus, infirmo imposuerunt: & ecce apparuit servus Dei Albertus ipsi infirmo in visu: qui dixit ei: Magna est fides mulieris, scilicet matris tuæ, quæ Deum inclinavit ad misericordiam: Surge igitur in nomine Domini nostri Jesu Christi. Tunc Adinolphus somno arreptus ait ad virum Dei: Porrige manum tuam dexteram; credebat enim veracissimè virum Dei sibi corporaliter adesse. Cumque vir Dei prout in somnis sibi infirmo apparuit manum dexteram porrexisset & ipse eam sentiisset, excitatus à somno, seu visione protinùs surrexit, & ipsam visionem cunctis enatravit: & comedit & bibit, & confortatus convaluit. Post hæc mater votum filio manifestavit, & Religionem Fratrũ B. Mariæ intravit. Cumque per aliquod tempus in Ordine fuisset, & suam nobilitatem considerare cœpisset, Religionem sanctam reliquit, factus miles. Transacto verò modico temporis spatio ultio divina ipsum manibus fratris sui carnalis gladio interfici permisit.

qui eum sequitur:

** Al. Adinolphus.*

veste illius ad infirmum delatâ,

& illi impositâ,

apparet S. Albertus,

& sanitatem confert:

2196. Quâdam die cum vir Dei fuisset in civitate Panormensi quædam puella ludens cum fratre suo, inadvertenter soror cultello oculum fratris sui miserabiliter eruebat: & ecce factus est planctus amarus. Mater verò cùm filia nimis propter hoc tribulata cum planctu & luctu maximo ad virum Dei properaverunt, & suas tribulationes enarraverunt. Cumque vir Dei hæc intellexisset, ait ad eas: Quid ploratis, Deus adunator membrorum ipse restituet. At mater clamoribus instabat dicens: Adjuva tuis meritis: qui respondit: Peccator ego sum, sicut & cæteri, quid me tentas? at illa iterum cum maximo clamore & fletu postulabat auxilium. Tunc vir Dei pietate motus intravit hortulũ quendam infra Conventum, occultando se à muliere, & cæteris, & genibus flexis sic orabat: Domine Deus creator omnium, qui nos creasti, & ad gloriam vitæ æternæ vocasti, dignare hunc infirmum sanare, & oculum ipsius pristinæ sanitati restituere. Facta oratione ad mulierem rediit, & dixit: O Christicola mulier, confide in Domino Jesu Christo, qui solus membra corpori restituit. Illa verò cum debita gratiarum actione benedictionem à B. Alberto accepit, & ad domum suam rediit. Filius verò à somno excitatus ait matri: Verè homo quidam oleô oculum meum deturpatum perunxit, quæ ait: cujusmodi erat habitus illius? qui respondit cùm senex esset desuper albis tegebatur vestibus. Quod cùm cognovisset, & audisset mater infirmi in se ipsa considerabit quòd homo Dei fuerat in spiritu juxta filium suum: & soluto membro infirmi luculenter apparuit sanus. Factum est autem notum hoc omni populo, & mirabile ultra modum. (& ideo, creditur aqua, vel oleum in quo reliquiæ beati Alberti intinctæ fuerunt; diversis prodesse infirmitatibus) Exindè amplificabatur sanctitas ipsius. Videns autem vir Dei nimium ad se confluere populum, nè inanis gloriæ cupiditas eum invaderet, causâ fragilis naturæ, occultavit se ab hominibus.

vocatur ad puerum, in lusu privatum oculo.

apparet, oculum ungens, & restituit:

Provincialis electus consulit B. Virg. Mariam:

2197. Cum ejus fama per totum Ordinem sanctitatis nomine divulgata fuisset, Generalis dictæ Sanctæ Religionis, Sancto Alberto litteris testimonialibus mandat instanter debere officium Provincialatûs assumere. Quibus receptis, humilis Pater dolet in honore esse promotus, sed gaudet potiùs in labore. (a) Vadit ad Virginem, ipsamque tota mentis devotione precatur, quatenùs, si pro meliori foret sibi manifestaret, officium sumendum: quem Virgo alloquens ait: Noli dubitare, sed audacter litteras sume; ego enim custos tui tecum semper ero. Eo verò tempore quo erat Provincialis, dum visitaret Provinciam suam, solebat cum baculo itinerari, & cum socio: qui socius consuevit portare vas tetreum cum aqua & pane, de quibus se solebant alere in via. Accidit autem quâdam vice, cùm in itinere essent, & Conventui alicui appropinquarent, ex negligentia socij vas frangi, cadere, & in particulas plurimas comminui. Cumque socius ipsum vas fractum vidisset, & nimiùm turbatus fuisset, non audebat appropinquare viro Dei. Quod B. Albertus in spiritu cognoscens, vocavit socium suum, & quæsivit ab eo, quarè

(a) ipsa eum confortat.

Vas fractum miraculosè redintegratur:

solitò

VII. Augusti.

solitò tardiùs & longiùs iret, & cur tàm tristis esset. Qui cum tremore ei, quod sibi acciderat, enarravit. Et ait ei beatus Albertus: Vade citò, & reporta mihi vas cum particulis: cumque socius cucurrisset, ipsum vas integrum reperit, & plenũ aquâ invenit: De quo socius ultra modũ gavisus, ipsũ vas viro Dei præsentavit, & cum ipso ulteriùs ambulavit.

tentati cujusdam lapsum impedit.

2198. Cùm alio tempore beatus Albertus unum de Conventibus Provinciæ suæ causâ visitationis intrasset, & unâ dierum in choro orationis causâ cum Fratribus esset, cognovit unum de fratribus magnam habere devotionem ad Beatam Virginem Mariam: quod invidens antiquus hostis ipsum fratrem à devotione abstraxit, & ad amorem cujusdam mulieris, visione præhabitâ, excitavit. Cumque frater vulneratum amore se sensisset, devotionem reliquit, & die quâdam cum ipsa locutus fuit pravi operis intentione. Virum Dei hoc non latuit, & fratrem ad locum secretum vocavit, eique quæ facere cogitaverat indicavit. Quod cùm frater audivisset, veniam postulavit, & vir Dei per orationes suas ipsum fratrem ad devotionem, quàm ad Beatam Virginem Mariam habere consueverat, reduxit.

S. Alberti pietas erga B. V. Mariam.

ANNOT. (a) Vadit ad Virginem. *Hinc patet, quàm fiducialiter, ad B. Virg. Mariam, veluti ad Matrem filius, recurrere solitus fuerit* S. *Albertus: quam pietatem ab utero forè matris, usquead ultimum vitæ instans continuavit, Deo, & B. Virgini spiritum reddendo, recitatione* AVE MARIA *ac:* IN MANUS TUAS DOMINE &c. *sicut jam consequenter audiemus.*

CAPUT VI.

S. Alberti obitus, & exequiæ, miraculis, ac Angelorum cantu solemnizantur.

S. Albertus solitariè degens,

2199. CUm Beatus Albertus se ab hominibus occultare cogitasset, iter versùs civitatem Messanensem (quæ est Sedis illius Episcopatûs) arripuit, & se in quodam tugurio, juxta eam, orationis & devotionis causâ recepit. Cumque per aliquod tempus ibidem mansisset, infirmitatibus aggravatus Deum attentiùs deprecabatur, quatenùs ad cænaculum suum vocare dignaretur, sic dicens: Si proprio filio tuo voluntatem suam non adimplere, sed tuam mandasti, ideo non mea, sed tua voluntas fiat.

petit dissolvi,

sed cum magna resignatione:

divinum responsum:

Cum igitur sic in orationis fervore persisteret, & quasi in extasi positus fuisset, audivit vocem, dicentem sibi: Anima tua Sanctorum consortio Confessorum adjungetur: Ordines gloriosos ascendet lætabunda, sine fine fruitura. Etsi unquam in oratione moram traxit, diutiùs tamen tunc perseverabat: psalmodiæ vacabat, & sanctorum (a) Patrum perlegebat oracula, divina contemplans mysteria: & ad Virginem gloriosam votiva delectabatur collocutione. Cumque diem dissolutionis suæ cerneret imminere, Fratres ad se vocavit, & exemplo Sanctorum Patrum mitissimâ voce eos alloquebatur, dicens cum Apostolo: Cupio, inquit, dissolvi & esse cum Christo. Et addidit velut propheta dicens: Die istâ spiritus meus à carnis ergastulo liberabitur, & ad Dominum qui creavit illum dirigetur: Simulque cum spiritu meo anima sororis meæ hodie eâdemque horâ ab hac vita transmigrabit: cujus anima sit & mea vestris justis precibus commendata. Ecce mirabilis prædictio, nuntio terreno non habito, de morte sororis: quæ fuit soror in corpore matris, sit consocia in separatione animæ à corpore, & in conjunctione ipsius ad Deum. Et sic repertum est, cùm tamen essent distantes ferè per ducenta & sexaginta milliaria.

(a) *ejus ad mortem se præparantis pia exercitia:*

diem obitûs sui, & sororis prædicit:

2200. Orante autem viro Dei, & graviter infirmante, circa ipsum Fratres vigilabant & orationibus insistendo animam ipsius Deo commendabant. Circa horam verò vespertinam vir Dei sensit dissolutionem imminere, & genibus flexis coram Fratribus sic oravit dicens: Domine Jesu Christe, qui cuncta creasti, & omnia juxta beneplacitum tuum disposuisti, & conservas ea secundùm prudentiam tuam, conserva animam meam juxta mæstimabilem misericordiam tuam, & à maligno spiritu defende illam, & educ eam ad consortium electorum tuorum. Et post hoc oravit hunc psalmum: *Deus in nomine tuo salvum me fac: & in virtute tua,* inquit, *libera me.* Et posteà alium psalmum: *In te Domine speravi non confundar in æternum;* finivitque illum: & cùm interposuisset Pater noster, (b) & duo *Ave Maria*, iterum reversus est ad psalmum *In te Domine speravi.* Et cum finis vitæ appropinquasset, oculos ad cœlum levabat, animamque suam Deo & Beatæ Mariæ Virgini recommendabat, ipsosque in auxilium sũum invocabat. Et post aliquantulùm altâ voce dicebat: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* Et cum hoc dixisset, orantibus Fratribus, anima ejus quasi (c) nebula candidissima unô volatu in cælum ex ore viri Dei visa est scandere. Corpus verò ipsius super humum nobili cilicio amictum relinquebatur.

(b) AVE MARIA *bis recitato, & ad* IN MANUS TUAS *&c. emisit spiritum,*

(c) *ejus anima visa ascendere in cælum:*

2201. Ad transitum (d) autem viri Dei campana, quam Messanæ fieri fecerat, seipsâ sonum magnum, & prolixum cunctis civibus proprium tribuit. Tantus odor illicò de corpore sancti viri emanavit, ut cunctos astantes mira suavitate repleverit. Quapropter omnes Christicolæ, nec non & Judæi admiratione confluunt, & ad fidem Christi convertuntur, sanantur que plurimi diversis infirmitatibus. Habitus quoque ejus, & vestimentum, devotionis causâ, rumpitur, cupiens quilibet partem illius sortiri, cùm Deus meritis sancti viri per illa vestimenta ostenderet multa miracula. Inter cætera notandum sequens: Quædam nobilis domina, dicta de Palatiis nomine Renetia, nimio zelo, ac devotionis amore, de capite funeris * almitorium, seu biretum subtulit, quod custodiens, & sæpius imponens capitibus multorum, liberabantur à quacumque

(d) *campana nullo movente sonat:*

odor suaviss. à corpore manat:

infirmi plurimi sanantur: Judæi convertuntur.

* *Al.* almutium,

VII. AUGUSTI.

detinebantur oculorum infirmitate. Fredericus verò Rex Siciliæ, prælibati Petri Cathaloniæ Regis filius, unà cum Comitibus suis pedester ad funus veniens lachrymosè de amissione tanti Advocati, atque Patroni, omnibus mandavit, ut ad exequias Sancti viri venire debeant concitè: & facta sunt jejunia, eleëmosynæ, & orationes, Archiepiscopi præcepto, cum Missarum solemniis tribus diebus successivè per omnes Ecclesias Messanæ, ut Deus ostendere dignaretur, quid de eo fieri deberet: & ita à Deo factum est in multis miraculis.

Archiepiscopus triduanum jejun. & preces indicit:

2202. Cùm verò corpus in medio Ecclesiæ existens, Officio Missæ disponeretur, lis oritur quænam Missa sit celebranda. Clerus asserit Mortuorum, populus autem Sanctorum Confessorum; pro utraque parte rationibus adductis. Tandem inspiratione divina mandat Archiepiscopus, omnes oratione devotâ ad Deum fore recurrendum, ut suâ misericordiâ patefacere dignaretur, ipsum quem elegerat, quo honore vellet decorari. O mira res! orantibus universis, (e) ecce duo pueri in albis cruciatis stolis aureis, lucidissima claritate sociati, in tantum, quod audiri poterant, videri autem claro aspectu nequaquam, consona voce, ac tubali pariter dicentes: OS IUSTI MEDITABITUR SAPIENTIAM, ET LINGUA EIUS LOQUETUR IUDICIUM: Et cum hæc dixissent, in momento disparuerunt. Tunc subitò Rex, & Archiepiscopus, unà cum aliis Prælatis, viso tàm ineffabili miraculo, decreverunt, auditum, & inceptum Missæ introitum observari, dicentes divinum nutum, seu voluntatem esse præponendam: & sic celebraverunt unius Confessoris Missam pro tunc, ex devotionis causa. Quibus finitis horâ nonâ corpus sepulturæ devotissimè traditur. Rex & omnis populus promiserunt, imò decreto sanxerunt, per Sedem Apostolicam ipsum fore approbandum, seu canonizandum, labore & expensis illius Regni. Immediatè ad sepulchrum Sancti viri, propter divulgatam Sanctitatis famam, de longinquis partibus properant infirmi, cæci, claudi, leprosi, paralytici, causâ recuperandæ sanitatis, qui tribus diebus orationibus & jejuniis devotè unanimiter vacantes, ecce in medio noctis silentio vident quandam lucem coruscantem, & eos obumbrantem, in cujus medio visus est vir Dei Albertus veste candida circumdatus, sanitatem conferens omnibus ipsum videntibus, alta voce Deum glorificantibus, qui talem dedit potestatem, & gratiam Servo suo, sic virtutibus, & miraculis coruscanti usque in hodiernum diem.

(e)

Angeli tubali voce intonant Missam: OS IUSTI.

Rex & populus promittunt, canonizationem ejus procurare expensis regni.

ægri multi ad ejus sepulchrum curantur.

2203. ANNOT. (a) Patrum: *Surius, & Vincentius Barberus habent*, Prophetarum.

(b) DUO AVE MARIA: *In vita apud Surium:* Cum dixisset . . . bis Angelicam salutationem . . . Deo, & Beatissimæ Virgini Mariæ animam suam commendavit. *Itaque sicut maximus Dei para conceptus, & ejus Ordini aggregatus fuit, ita tota vita, usque ultimum spiritum singulariter ipsi devotus perstitit.*

(c) In nebula candidissima. *Vincentius Barberus habet*: Instar nubeculæ candidæ. *Surius legendum censet*: columbæ.

(d) Ad transitum viri Dei, campana &c.

2204. (e) Ecce duo pueri (*id est, Angeli*) in albis, *&c. Hinc in prosa, seu Sequentia Missæ propriæ in Episcopatu Mazarensi canitur*: Æra sonitum dederunt: Angelique cecinerunt, &c. *Et in Hymno Baptistæ Mantuani, qui (paucis mutatis) legitur in Officio canonico Breviarij Carmelitani*:

Sponte, non ullo ferientis ictu,
Æra de summis sonitum dedêre
Turribus, quandò supremum petivit
Spiritus arcem.
Antè conspectum populi frequentis,
Ad viri funus cecinere laudes
Nuncij summo tenuem per auram
Æthere lapsi.

CAPVT VII.

B. Alberti Sanctitatem varia post obitum miracula deprædicant.

2205. PUllulantibus miraculis B. Alberti (a) accidit annô suæ migrationis infinitam congregari multitudinem armigerorum & stipendiariorum propter guerras ortas in regno Siciliæ. Cumque ubique locorum alij adversùs alios confluerent quamplures de nobilibus & ignobilibus, ipsam partem castri, quam Rex beato Alberto, & Fratribus Ordinis sui in perpetuum dederat, ingressi sunt cum violentia & malevolentia, ponendo equos suos in Ecclesia, in quâ beati Alberti corpus reverenter sepultum erat, ex ea stabulum facientes equorum. Cum autem sic per aliquod tempus cum equis suis Ecclesiam exivissent, & intrassent, equi ex ordinatione divina morte subitaneâ mortui sunt: & viri armigeri infirmitatibus variis plagati; itaut pauci liberarentur. Quidam verò qui fugerant incensi irâ violenter se opponebant voluntati divinæ, permanendo, & discurrendo cum equis per habitacula castri, & ipsius Ecclesiæ. Cumque hæc sic agerentur, sarcophagus sepulchri ipsius viri Dei divisus, atque confractus in partes cecidit in profundum sepulchri, ubi latitabat corpus glorificatum. Cumque partes sarcophagi extractæ fuissent, & corpus gloriosum discoopertum, inventum est stare flexis genibus, quasi à Deo vindictam postulans. Ipsâ verò horâ contigit omnes illos pessimâ mori pestilentiâ. Quod cum alij ab extra conspexissent, nunquam ampliùs ibi habitare præsumpserunt. Cumque hæc sic se haberent Fratres locum mutaverunt ubi nunc manent. Corpus verò Sanctum extraxerunt de sepulchro cum maxima solemnitate, & ipsum ad locum ubi nunc Fratres manent propter ineptitudinem primi loci transferre curaverunt. Tandem super hoc habitô consiliô inter ipsos & populum, partem ibidem relinquentes causâ devotionis populi: reliquam, & principaliorem ad Conventum Drepani transtulerunt, ut sic in utroque loco Christianorum devotioni satisfieret, scilicet Messanæ, ubi sanctam vitam duxit, & Drepani

(a)

ultio divina in prophanatores loci sacri.

corpus S. Alberti in sepulchro repertum genuflectens,

transfertur.

Digitized by Google

VII. AUGUSTI

pani ubi originem traxit. Non post multos dies locus quidam propinquus Conventui igne accendebatur, in quo quidam puer, nomine Antonelius, cecidit, & in medio flammarum ait: Beate Alberte adjuva me: & post hoc Beatam Virginem invocavit, & sine læsione aliqua ab igne exivit, ità ut omnes vicini mirarentur. Dixit autem puer ad vicinos: Meritis Beatæ Mariæ Virginis, & Viri Dei Alberti flammas igneas non sensi, sed Deus me per eum præservavit, & ille Ordini largas eleëmosynas juxta facultates suas ministravit.

puer ex incendio incolumis:

(b) 2206. Prædicante (b) Priore Conventûs Leontij, & denuntiante virum Dei Albertum fore sanctum; quidam sacerdos cum hoc audivisset, ductus invidiâ coram toto populo dixit: Mentitus es per collum tuum, & quæ prædicas falsa sunt; quia non est sanctus Albertus ille de quo dicis. Cumque hæc finivisset verba, statim in ipso momento viscera, & omnia intestina ipsius invidi sacerdotis coram toto populo elapsa sunt usque ad genua. Accersitôque medicô, ait ad eum medicus: Non meo curamine, sed viri Dei sancti Alberti juvamine, si credideris, liberaberis. Quod cum didicisset sacerdos à medico coram multis voce flebili, & dolore ingenti ait: O beate Alberte vir Dei falsitatem locutus sum, & derogando Sanctitati tuæ mentitus sum. Causâ verò istius blasphemiæ meritò ista patior. Sana igitur me, sanctissime vir Dei Alberte, medicamentô salutis, ut expertus valeam verius prædicare sanctitatem tuam. Vigiliam tui sanctissimi transitûs observabo jejunio, & ipsum diem perpetuò sanctificabo. Sequenti die cum aurora finem daret, sensit sacerdos, virum Dei Albertum sibi adesse, & corpus ejus oleô perungere, quô factô sacerdos qui infirmus fuerat de lectô surrexit, & se sanum integrè invenit. Et ipsô factô ad Conventum properavit, ac coram omnibus gratiam & sanitatem ostendit, & quod promisit indubitanter adimplevit.

blasphemans in S. Albertum graviter punitus:

(c) 2207. Dum (c) quædam nobilis Domina in civitate Aggregentina in mamilla infirmitatem incurabilem pateretur tribus annis, tandem se ad virum Dei Albertum convertit devotè promittens imaginem argenteam in honore ipsius fieri, & pauperes fratres tres novis vestibus indui. Et intra paucos dies adimplevit, & quoad viveret annuatim ita se facturam promisit. Nocte igitur sequenti virum Dei Albertum quasi medicum, quem non noverat, sibi dicentem audivit: Si cupis sanitatem consequi, oleô sancti Alberti mamillam perunge. Et cùm surrexisset devotè ad capellam S. Alberti intravit supplicitèr ipsum exorando, ut gratiam ei petenti præstaret: & factâ supplicatione oleô lampadis mamillam inunxit, ac Missam de S. Alberto audivit. Finitâ Missâ domum rediit, & in via ipsam mamillam comitantibus sanissimam pandit, & sic populum admiratione nimiâ, & gaudio maximô replevit.

Oleo lampadis S. Alberti mulier sanata.

2208. Eôdem (d) annô, septimo Idus Augusti dum Fratres Conventus commemorationem & venerationem B. Alberti propter devotionem & congregationem populi peragerent, diabolus invidiam in corda quorumdam Clericorum seminavit, qui ad hoc se disponebant ut beati Alberti imago nocte sequenti aboleretur, & destrueretur. Et cùm ad hoc iter noctu agerent, quidam paralyticus nomine Bonozorno, qui per duodecim annos in lecto jacuerat, in medio noctis silentio, quia vicinus Ecclesiæ erat, audivit tumultum, quem cum uxori intimasset, ad eam ait: vade & investiga quid hoc sit. Ipsa verò cum fuisset juxta Ecclesiam, vidit turmam ex instinctu diaboli congregatam volentem destruere imaginem S. Alberti. Quod cum dolore viro nunciasset: maritus piô affectu ait: Utinam sanus essem, ut imaginem viri Dei defendere possem: Dixitque: Libera me, beate Alberte, & promissum adimplebo, & omnem substantiam meam, pro cultu tuo ampliando expendam. Hoc cum dixisset, audivit cohortem transeuntem, & cum devotionis fervore ait: Eia libera me Deus meritis sancti Alberti: qui statim somno capitur, & servum Dei sanctum Albertum proprio nomine velut figuram infixam parieti intuetur, habentemque virgulam radiis lucidissimis adornatam corpus languidum tangentem: qui etiam dixit ad infirmum: sanitatem præstet tibi Deus, qui dixit infirmis suis, surgite: quô dictô infirmus à sopore illicò excitatur, & viribus propriis resumptis surrexit corde armato: & viriliter cohorti obvians ait illis: Opera diaboli nolite facere, sed opera Dei explete: rogo enim vos ut non injiciatis manus in imaginem S. Alberti; quia ex hoc maximam possetis consequi tribulationem. Illi verò stupefacti cum hæc audivissent, interrogaverunt eum quisnam esset? Qui respondit: Ego, inquit, sum Bonozorno. Et illi: Quomodò sanus factus es à tàm miserabili, & incurabili infirmitate? Qui cùm per Ordinem omnia illis pandisset, timuerunt timore magnô valdè, & conversi sunt, glorificantes Deum in Sancto suo, (e) & ex hoc prima capella fabricata fuit in honore B. Alberti, in qua plurima fiunt miracula.

(d)

paralyticus à S. Alberto apparente subitò curatus,

Capella, seu Sacellum primum in honorem S. Alberti.

(e)

2209. ANNOT. (a) Accidit anno suæ migrationis . . . non post multos dies &c. *Igitur sicut S. Albertum, in vita, & obitu, ita mox, & deinceps incessanter miraculis copiosis effulsit, ut hic consequenter audiemus.*

(b) Prædicante Priore Conventûs Leontij. *In vita per Vincentium Barbarum sic habetur*: Anno 1308. dum Leontinus præpositus cœnobio Carmelitarum pro nostris concionem habet ad populum. *Istud igitur miraculum contigit anno sequenti post obitum.*

Anno sequenti obitum S. Alberti, ipsi cultus exhibitus.

(c) Dum quædam nobilis Domina . . . ad capellam S. Alberti intravit.

(d) Eodem anno septimo idus Augusti, dum Fratres &c. (PLACIA *scilicet, ut mox audiemus.*)

2210. (e) Et ex hoc prima capella fabricata fuit in honore S. Alberti. *In vita per Vincentium Barbarum, & Octavium Cajetanum, duo illa referuntur contigisse anno* 1309. (*secundo ab obitu S. Alberti*) *sic enim ibi*: Christianæ salutis anno 1309. ad 7. idus sextiles,

Digitized by Google

VII. AUGUSTI.

les, in oppido Platia, Carmelitis anniversaria D. Alberti sollemnia peragentibus. *Igitur istud contigit Platiæ. Ex dictis habetur, quòd ratione magnorum, clarissimorum, & plurium miraculorum (& quia censebatur quasi à Deo canonizatus) festum ejus annuè solemnizari caperit anno proximè sequenti obitum: & aliquantò post ipsi, veluti Sancto, existimato canonizato, capella dicata fuerit: & ante ejus imaginem lampas appensa. Quàm multis, & magnis miraculis S. Albertus corruscaverit deinceps, non tantùm in Sicilia, sed etiam in aliis regionibus, habetur ex Actis Capituli Generalis, in Conventu Sylvarum Tusciæ celebrati anno Domini 1399. in quibus, inter alia, de S. Alberto ista:* Varia, diversa, multiplicia, & ineffabilia miracula, laudabiliaque opera virtutum, in tota Provincia nostra Siciliæ, Romæ, Tusciæ, Bononiæ, Lombardiæ, Cathaloniæ, & aliis mundi partibus, per glorioſum & devotissimum Confessorem B. Albertum de Trapano, prædictæ nostræ Provinciæ Siciliæ, incessanter, & quotidie manifestissimè operatur (*Deus*). *Testimonium istud integrum exhibet Octavius Cajetanus; in Animadversionibus ad Vitam S. Alberti.*

& aliquantò post Capella facta:

quia existimatus quasi à Deo canonizatus, & propter manifestiss. miracula.

CAPVT VIII.

Variæ agritudines curatæ, mediante aqua benedicta per reliquias S. Alberti, & alia stupenda miracula.

(a) *Fredericus Rex Siciliæ ab incurabili infirmitate,*

2211. ANno (a) Dom. MCCCLXIV. Rex Fredericus filius regis Petri regni Siciliæ usque ad mortem infirmabatur; non enim habebat subsidium à medicis; quia non erat spes vitæ. Quod cum vidissent consanguinei ipsius infirmi, & essent tristes, voverunt ipsum Ordini beati Alberti, scilicet per triennium portaturum habitum Fratrum Beatæ Mariæ; ut sic Deus per misericordiam suam, & meritis beati Alberti liberaret ipsum ab infirmitate. Cumque hoc innotuisset Fratribus, acceperunt de reliquiis beati Alberti, & posuerunt super ipsum infirmum, & ad potandum tradiderunt aquam à reliquiis tactam; quam cum infirmus potasset, cognovit esse medicinalem suæ infirmitati, & secundo die liberatus de lecto prosiliit. Votum à consanguineis factum confirmavit, & habitum aliquibus diebus portavit. Dispensavit autem Ordo cum eo (quia magnus esset, & coronandus in Regem) ut ante tempus promissum habitum dimitteret.

facto voto,

& sumptâ aquâ, S. Alberti reliquiis tactâ, sanatur:

2212. Annô Domini MCCCLXX. erat quidam in castro Montis-Trapani ludens taxillis: bona sua omnia, quæ habuit, diabolo cooperante, perdidit, & in fide desperans venit ad locum ubi erat imago gloriosæ Virginis Mariæ, & B. Alberti: quas cum intuitus fuisset, dixit: Toties te Alberte invocavi, & non exaudisti me in necessitatibus meis. Te ad quid Sanctum Dei prædicarem, qui me nullo modo potuisti juvare: & ideo in te Sanctum Dei amplius non credam. Et tu Maria quæ Mater gratiæ diceris, clausisti aures tuæ pietatis precibus meis. Et acceptô gladiô scidit, & divisit in partes ambas imagines: & subitò guttæ sanguineæ emanaverunt de utrisque imaginibus super terram in magna abundantia. Quod cum puer quidam, qui aderat, vidisset, altâ voce, cum maximo tremore, clamat in illum maledictum: quod audiens ille foràs exivit: & ecce horrendum tonitruum cum fulminis ictu ipsum cum ossibus in cineres, apud fores Ecclesiæ, redegit.

blasphemi, & violatoris imaginum horribilis punitio:

2213. Eôdem annô dum quædam navis à barbaris Saracenis raperetur ad Tonisçum, homines qui in navi erant captivabantur, & diro carceri compedibus adstricti longô tempore detinebantur. Singuli verò istorum beatum Albertum quotidiè invocabant sic dicentes: O sancte Alberte, sicut te credimus Dei & Virginis Mariæ servum esse, sic te apud nos sentiamus advocatum tuis meritis: veni igitur, & libera nos de isto tenebrosissimo carcere. Hanc orationem quindecim diebus continuaverunt suppliciter dicere in jejunio & spiritus afflictione. Si verò infra illos quindecim dies propter jejunium nimis deficerent, & observare non possent, decreverunt illud ulteriùs non observare. Adveniente igitur aurorâ beatus Albertus eis apparuit quasi facula ardens carcerem perlustrando, & ait ad illos: Quid me invocastis, & jam defecistis? Illi verò neminem videntes, vocem quidem audientes, clamaverunt, dicentes: Te invocamus, te adoramus serve Dei Alberte: Veni & libera nos, & educ nos de isto carcere intolerabili, nè desperati morientes ad æternum supplicium cum diabolo descendamus in profundum inferni. Tunc B. Albertus ait ad eos: O fragiles, & debiles in fide! nunc in Domino habete fiduciam; probavit enim Deus opera vestra: ecce enim misit me Deus ad vos, sequimini me. Ad hanc vocem, fractô carcere, resolutis compedibus secuti sunt claritatem usquead portam maritimam, quæ utique non erat clausa: & post hæc claritas evanuit ab oculis ipsorum. Prædicti viri à beato Alberto sic liberati quandam naviculam sibi aptam cùm necessariis repleverunt. Flanteque prospero ventô salubriter in brevissimo temporis spatio Trapanum devenerunt, & Conventum nudis cruribus, & discalceatis pedibus beatum Albertum orando & salutando intraverunt, lachrymas gratiasque effundendo devotionis causâ, offerebantque navem B. Alberto cum parte substantiæ patrimonialis.

capti à Saracenis, & incarcerati,

per S. Albertum apparentem,

mirabiliter à carcere educti,

incolumes Drepani vota solvunt.

2214. Item in platea Trapanensi Romana quoque navis erat in medio maris habens nautas lusores, & Deum blasphemantes & Sanctos: qui dum perseverassent in sua pravitate, factus est in momento temporis ventus contrarius. Cumque nautæ hoc perspexissent, & propter metum mortis, & periculum naufragij timor ipsos invasisset, cœperunt horribilibus in cœlum clamare vocibus. Clamor verò ille cum insonuisset auribus civium, simulque & Fratrum, omnes pro juvamine (quia propè civitatem erat) confluxerunt, & ipsam liberare proposuerunt. Cùm autem complures eos juvare

Nautis blasphemis naufragij periculum magnum,

Digitized by Google

VII. AUGUSTI

juvare tentassent, & Fratres Beatæ Mariæ ipsis prædicassent, & jam quasi ad submersionem deveniissent, aër tenebrosus efficiebatur, pluvia simul & grando magna oriebatur. Diabolus navem usque-ad ultimum periculum submersionis traxit, & omnes pavore, qui aderant simul & timore complevit. Tunc omnes clamare, & sanctum Albertum invocare non cessaverunt. Quô invocatô statim omnibus in propria effigie, in medio duorum luminum apparuit, & quasi vultum Angeli coruscantem habens, ipsos blasphemos alloquebatur, dicens: Quia diabolo serviistis, idcirco venit super vos tribulatio ista: Deus autem, si vult, potest vos salvare per suam misericordiam. Tunc genuflectentes, & gementes, aiunt: Tibi ergo, Pater sancte, supplicamus, ut liberes nos. Qui respondit: Confidite in Domino, & illum timete. Et cùm hoc dixisset, visus est ascendere in cœlum, & facta est in brevissimo temporis spatio in mari tranquillitas magna, dæmonq; omnibus videntibus, mugitu maximo dato, fugiebat, & navem illæsam relinquebat. Ventus quoq; prosperè flavit, & navem cum gaudio & lætitia ad portum Pisanum perduxit. Nautæ miraculum, & omnia quæ ipsis contigerant omnibus enarraverunt, & sanctum Dei servum Albertum glorificaverunt in eo quòd, mediante Dei auxilio, ipsos liberaverat, & ad portum salutis reduxerat.

à diabolo:

S. Albertus invocatus, apparet in magna luce,

& liberat:

Hydropicus,

2215. Annô Domini MCCCLXXV. in civitate Panormensi juvenis quidam hydropicus, cum præ nimia paupertate nullum medicum habere posset, imaginem B. Alberti, mater pueri infirmi cum vidisset, ait: O beate Alberte, scio te Dei esse amicum, & multa miracula feciisse super terram circa eos qui invocant nomen tuum: audi ergo clamorem hujus pauperculæ matris, & attende infirmitatem languentis: & assumptô lampadis oleô in capella beati Alberti, perunxit ventrem pueri: cumque puer modicum somnum sumpsisset, evigilans inventus est emittere omnem putredinem hydropicalem per umbilicum perunctum oleô. Hoc vicinis panditur. Infirmitas beati Alberti meritis expellitur, sanitas redditur, & miraculum prædicatur. Propter quod Prælati Deum in sancto suo Alberto glorificabant, & omnes turbæ Deum collaudabant, & sepulturam ipsius Sancti usque in hodiernum diem visitare non cessant.

oleo ex lampade S. Alberti sanatur;

Comitis filius graviter infirmus,

2216. Eodem anno Saccæ D. Nicolaus filius Comitis Guilielmi de Peralta, cùm esset de stirpe Regali, mortaliter febricitat: ad quem medici confluunt catervatim: remediũ sanitatis causativum non reperiunt, sed parentibus condolentibus puer paroxysmo feritur, & ad mortem labitur: ad quod viscera materna commoventur. Luget mater, plorat pater super dilecto filio; qui cùm præ tristitiâ dormitarent, vidit quidam quasi in spiritu Dei devotus frater, ipsum puerum in ulnis Sancti cujusdam; ac devoti Religiosi jucundari intra Ecclesiam fratrum Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & ex somno exurgens intellexit visionis expositionem: Matri inclyti Ducis visionem pandit. At illa, & Pater fratri inquiunt: Quid Deus vult per hoc innotescat? Et frater ad eos ait: Forsan filium vestrum humano auxilio non posse liberari, sed dumtaxat meritis servi Dei Alberti, qui in illa Ecclesia experitur miraculis coruscare. Illa tunc mater mente sincerâ promittit vigiliam cum suo festo solemnizare, vestesq; deauratas illi præsentare, Imaginem argenti fabricare, pauperes in sui honorem induere, ipsum devotè visitare, ac puerum habitu sanctæ Religionis certo tempore vestiri. Pater pœnitentiæ, scilicet frater nostræ Religionis, Reliquias Sancti hujus transferri fecit: aquâ easdem intingit: atque dictis oratione B. Alberti, scilicet: [Quæsumus, Domine Deus noster, infirmitati huic salubre dignetris auxilium, ut qui B. Alberti Confessoris tui memoriam venerantur in terris, ipsius meritis à cunctis gaudeant adversantibus liberari. Per Christum Dominum.] cum trinis PATER NOSTER, & AVE MARIA, eam puero præbuit bibendam. Sumit aquam puer, & refrigerium illicò sentit. Sequenti die similiter agitur: & puer incolumis exurgit: & sic tandem Magnificei ejus parentes vota expleverunt.

facto voto Deo, & S. Alberto,

& exhibità aqua, reliquijs S. Alberti benedicta, subitò sanescit.

2217. Circa ann. MCCCLXXXV. erat in civitate Catanensi puer quidam nomine Nicolaus horribilem habens passionem in intestinis. Hic cùm quadam die ageretur memoria B. Alberti, venit ad Priorem ratione Festi. Prior puerum duxit ad capellam beati Alberti, & ad illum ait: Flecte genua, & dic: Beate Alberte sana me, & in perpetuum serviam tibi. Quod cum puer trinâ voce dixisset, dedit Prior ei potum de aqua S. Alberti, mediantibus trinâ vice Pater noster & Ave Maria. Quo facto puer coram omnibus qui aderant incolumis surrexit, & habitum sanctæ Religionis suscepit, & in habitu sanctæ Religionis laudabiliter vixit. Eôdem annô quædam nobilis Domina mamillam, infirmam, & fœtentem, ac vermibus mixtam per multa tempora habebat, hæc cum audisset sermonem de beato Alberto in die solemnis memoriæ ipsius, vovit beato Alberto imaginem de argento fabricatam præsentare, & altare ejus decorare pannis aureis, ac vigiliam & Festum ipsius, si ei sanitatem conferret, perpetuò celebrare. Post hæc aqua Reliquiis beati Alberti tacta supra mamillam funditur, & illa, vermibus coram omnibus cadentibus, sanitati est restituta.

per illam aquam alius puer instanter sanescit.

mamilla à vermibus per aquam S. Alberti curata:

2218. Accidit quemdam nobilem propter delicta capi, & non longè à Conventu Trapanensi, in patibulo suspendi. Frater ejus, qui in alio loco habitabat cùm hoc percepisset, in medio noctis silentio ad patibulũ cucurrit, & ad fratrem voce flebili clamavit: Frater mi dilecte, vivis adhuc, vel non? Tunc ille ait: Adhuc vivo. Quod cum audivisset ait: Quomodò adhuc vivere potes cùm per tantum spatium horarum in corda

Digitized by Google

VII. Augusti.

Suspensus, meritis S. Alberti servatus in vita:

suspensionis ligatus sis? Respondit, antequam suspenderer, vovi me Beatæ Mariæ Virgini, & beato Alberto in Conventu Fratrum ipsorum, si me in hac vita reservarent, perpetuò serviturum. Beata igitur Virgo Maria cum Alberto Sancto me per pedes usque adhuc tenuerunt, & à morte præservarunt. Hæc ille cum audivisset ad Conventum properabat, & Priori ac Fratribus visa & audita enarrabat. Cumque Prior cum Fratribus hæc audivisset ad patibulum currunt & ipsum suspensum vivum adhuc reperiunt. Post hæc Prior cum Fratribus ad Judicem properabat, & ipsum suspensum liberabat, atque ad Conventum cunctis videntibus ipsum ducebat. Post modicum verò temporis spatium ipsum habitu Religionis sanctæ induebat. Vix per spatium unius anni & dimidij in Religione permanserat, & nobilem se considerans, fecit ad se venire de amicis suis nobiles, & cum illis quotidie conversatus est simul & depravatus *i* tandemque, instigante diabolo, cum duobus de amicis suis Conventu exivit, & fracto voto, habitu Religionis se exuebat, & vestibus sæcularibus indutus ad alia loca pergebat. Cumque à Conventu per aliquod spatium distaret, cum sociis verba derisoria de habitu & Religione loquebatur: & ecce ignis de cœlo descendit, & ipsum usque ad cineres combussit. Cumque socij nimis territi hoc vidissent, fugam cæperunt, & ubique hoc horribile prædicaverunt.

i, fracto voto, pœnâ horribili plexus:

Miracula alia plurima meritis S. Alberti,

2219. Est notandum quòd quam-plurima miracula meritis B. Alberti facta sint, è quibus ista pauca ad laudem ipsius Dei, & Beati Alberti collecta sunt. Et sciendum quòd soleant infirmi, & nautæ, & mulieres prægnantes intrare Ecclesiam B. Alberti, & secundùm quod voverunt Scapulare Ordinis portant: & adveniente tempore, vel ipso exspirante, scapulare ex licentia Prioris exuunt, & postea eleëmosynis datis ad propria redeunt: & ex hoc multa beneficia consequuntur (a). Est autem consuetudo in multis partibus benedicendi aquam per Reliquias S. Alberti: quâ multi ab infirmitatibus liberantur, præstante Domino nostro Jesu Christo.

(a)

2220. ANNOT. (a) Anno Domini MCCCLXIV Fredericus Rex: *In vita per Vincentium Barbarum, & apud Octavium Cajetanum id sic describitur*: At anno 1364. Fridericus junior, Rex III. Petri II. filius, Friderici II. nepos, gravi morbo correptus est, quo indies invalescente, de salute ejus à medicis desperabatur; tum propinqui Regis vota pro incolumitate faciunt; Si B. Alberti meritis ille convaleseeret, habitum Ordinis Carmelitarum per triennium gestaturum; quæ peragebantur, cum Rex, intercluſis jam morbo sensibus, loqui nequibat. Igitur accersiti Fratres Carmelitæ, qui B. Alberti reliquias deferrent, has Regem suprà posuerunt: insuper aquam sacris ejus reliquiis in ea dilutis, in os stupidum infundunt: epotam continuò præsentem ac salutarem cognovit: itaque proximo die lecto suffultus adsedit, breviquè convaluit. Habitum, firmato voto, aliquantisper gestavit, nec nisi Diplomate Pontificio, eum antè diem reliquit, quò Rex Panormi pòst biennium coronatus est. *Hinc patet, quàm antiqua sit consuetudo benedicendi aquam, tactu reliquiarum S. Alberti.*

APPENDIX.

Miracula quædam alia, & beneficia sanitatis peculiariter per aquam tactu Reliquiarum S. Alberti benedictam, præstita. Ex Menologio Carmelitano, & Actis authenticis.

Aquam S. Alberti benedicendi antiqua consuetudo:

2221. *Capite præcedenti (ultimo vitæ S. Alberti) relata sunt beneficia sanitatis reddita Frederico Regi Siciliæ, Nicolao Comiti, puero alteri etiam Nicolao, & cuidam domicellæ nobili, per aquam benedictam tactu Reliquiarum S. Alberti. Indè ortum habuit pia, & celebris illa consuetudo per Orbem invalescens, benedicendi aquam S. Alberti, & præbendi eam infirmis, peculiariter febricitantibus, de qua dictum hìc suprà in Notis prævijs ad vitam S. Alberti §. 3. Similia, & varij generis alia miracula meritis S. Alberti præstita, ex authenticis instrumentis, & votivis tabellis in Menologio Carmelitano per Thomam Saracenum referuntur: ex illis nonnulla sub compendio hìc annotantur.* Anno 1434. Bononiæ puella, cui nomen Flora, febribus gravissimè ad mortem afflicta: eodemque anno ibidem Iacobus de Martellis ulcere fœdo, & incurabili, horrendum fœtorem emittente, vexatus. Ibidem an. 1449. Domina nuncupata Novella de Monterenciis pestifero morbo infecta: & anno 1455. D. Joannes de Poetis Legum Doctor, per annum febre tabescens, per votum Divo Alberto factum sanitate donantur. Ibidem anno 1456. Sebastianus puer ex gravi infirmitate moritur: sepulchrum paratur: interim afflicti valdè parentes ad S. Albertum recurrunt, preces fundunt: & ecce mirũ supra naturã: puer invalescit, ocellos aperit, loquitur, sanus surgit.

miracula varij generis, meritis S. Alberti.

desperabundus liberatur:

2222. Anno 1492. Venetiis Philippus nauta desperabundus ob gravem inopiam, ex non soluto stipendio nautico, meritis S. Alberti (cui erat devotus) à laqueo quẽ sibi parabat, & ab egestate (repertâ in foro S. Marci crumenâ pecuniis plenâ) mirabiliter liberatur. Sub idem tempus Viterbij duo fratres noctu ex sacristia Reliquias S. Alberti devotionis causâ surripiunt, & clã abscondunt: cùm tota die iter feciſſent, vesperi se prope mœnia civitatis Viterbij constitutos reperiunt. Idem contigit secundo, & tertio die. Hinc compuncti, & sacri furti pœnitentes, Reliquiã S. Alberti restituendã consignarunt Archipresbytero montis Falisci: qui casum detulit ad Illustriss. D. Laurentiũ Celsum Viterbij Gubernatorẽ: & illi duo sacrum pignus magna eum devotione restituerunt: & hujus rei authenticum instrumentum fieri curarunt.

casus thiorũ circa asseruatos Reliquias S. Alberti.

2223. *Quoad beneficia sanitatis peculiariter sumptione aquæ benedictæ per Reliquias S. Alberti variis temporibus & locis præstita, ex multis pauca quædam subnectuntur.* Anno Domini 1423. cùm Bononiensis Civitas pestilentiæ facibus ustularetur, mulier cui nomen Bona, uxor Franciſci de Muletis eâ lue æstuans, & aborsum passa, omni humanâ ope destituta jacebat. Vir ejus D. Alberto vota fecit, preces lachrymatus fundit, aquam

Aqua S. Alberti mulier cum familiâ à peste liberata:

Sancti

Digitized by Google

VII. AUGUSTI

Sancti Reliquiis benedictam potu tradit. Mirabile dictu, emisso voto, ipsa melius se habet, & cum tota domo protinus liberatur. Voverat pro obtinenda uxoris sanitate, imaginem Divi Alberti, cum miraculis in Cathedrali Ecclesia sancti Petri Bononiæ, propriis expensis pingendam fore ad lævam ostij veteris Sacristiæ; sed dum Bernardinus picturam curat, Episcopus prohibet: oratione instat, ut promissum votum adimpleat, nec valet. En miraculum miraculo additum. Episcopo sequenti nocte Beatus Albertus apparet, & validâ febre percutit. Episcopus pœnitentiâ ductus Bernardino amplissimam facultatem facit excogitatæ picturæ pingendæ, & aquam Divi Alberti pro sanitatis recuperatione sumit, atque Officium ejusdem sancti Alberti in Cathedrali Ecclesia concelebrari, dum viveret mandavit. *En duplex miraculum per aquam benedictam Reliquiis sancti Alberti ex authentico instrumento notariali relatum in Annalibus Carmelitanis* (a) *& in Menologio Carmelitano* (b) *è quo etiam sunt bina sequentia.*

& Episcopus à valida febre:

(a) ad an. 1423.
(b) in vita S. Alberti, 2 ha

2224. Anno 1496. Venetiis Sacerdos nomine Marinus, gravissima febre laborans, à medicis derelictus, mittit pro aqua benedicta S. Alberti: quam cùm tempestivè non acciperet, jussit adferri aquam non benedictam, & plenus spe de sanitate, meritis S. Alberti obtinenda, in hæc prorumpit verba: O Pater, sancte Alberte, scis me, singulis annis, tuum sacrum festum, cum vigilia, solemni ritu, observare: Te rogatum cupio, ut hanc benedicas aquam, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: bona fide bibit, & paulò post somno capitur. Adest ei D. Albertus dicens: Surge Sacerdos charissime, & da gloriam Deo: & statim sanitate donatus est. Anno 1592. Bononiæ Virginius Bentivolus per dies undecim acri febre correptus in vitæ discrimine versabatur. Ter oblatam sibi aquam benedictam S. Alberti sumpsit, & statim sanitati restitutus fuit. In rei memoriam celebris oratio habita fuit. (c)

item quoque Sacerdos,

& alium.

(c) in eodē Menologio.

2225. Singulare quoque est id quod Leodij contigit anno 1648. die 6. Januarij in puella quadam annorum 25. quæ per triennium laboraverat symptomatibus ab ulcerato hepate: pus per os frequenter evomebat, & per inferiores meatus excernebat, ac dolore intollerabili in hypochondrio, dextroque latere torquebatur. Pertinax, jamque inveteratus morbus, omnem tùm artis, tùm naturæ industriam inanem reddebat. Omni itaque humano auxilio & spe destituta, languentem spiritum inter gemitus, & suspiria adhuc ducens, fiduciâ & devotione ad S. Albertum Carmelitam permota, votum concepit, per novem dies sumendi aquam, hujus Sancti Reliquiis benedictam. Primo die Novenæ, haustâ ad unciâ unâ cum media circiter ex dicta aqua, illicò se mutari sensit: dolor lateris disparet, symptomata non amplius reditura evanescunt; eâdem die sumit tum liquida tum solida, nulla cum molestia, non singultu, nec vomitu amplius subsequente, noctem sequentem dormit, super latere affecto decumbens absque ullo nè molestiæ quidem minimæ sensu. Secundâ voti die surgit, ambulat, omnia sua munia exequitur (quod & primâ die se potuisse, jurejurando asserit, si tum parentes, tum etiam ipse Pastor, & alij, curam ejus habentes, permisissent) & sic integram consecuta est sanitatem, ut affirmet melius valere se, quàm meminisse possit se valuisse unquam antè. Hanc sanationem, nec naturæ, nec arti tribuendam; sed Deo Opt. Max. & S. Alberti Carmelitæ meritis, censuerunt octo primæ notæ Leodienses Civitatis Medici. Primarij autem Theologi, tum de Vicariatu, tum Synodales Examinatores, tum alij, seculares, & Regulares, numero viginti, ad hunc casum seriò, & rigidè discutiendum, ex commissione Reverendi admodum, ac Illustris Domini Joannis de Chockier à Surlet Serenissimi Principis Ferdinandi Episcopi Leodiensis Vicarij Generalis in spiritualibus, specialiter convocati, Dei omnipotentiam (qui in Sanctis suis mirabilis est.) adorantes, hanc sanationem miraculo attribuerunt, de hoc propriis chyrographis fidem facientes: ut videre est in processu accuratè super hoc facto, in Conventu nostro Leodiensi asservato: in cujus Ecclesia appensa est ad ejusdem S. Alberti Altare tabella rem oculis obiiciens. Historia illa latiùs descripta continetur in libellis Leodij excusis, unà cum viginti istorum Theologorum censuris, & approbatione Ordinarij. *Ex hactenùs dictis perspicuum est*: S. Albertum miraculis præcopiosis semper resplenduisse, & peculiariter per aquam benedictam beneficia sanitatis quamplurimis contulisse.

Per aquam S. Alberti tot miracula, solemniter approbatum.

DISSERTATIO DUPLEX

§. 1. *De loco Nativitatis S. Alberti.*

S. Alberti natale solum controversum,

2226. *Quemadmodum inter binas Siciliæ urbes, Panormum, & Catanam, contentio non levis est de loco natalitio S. Agathæ; sic de S. Alberto, ubi sit natus, disceptant Drepanum, & alia vicina, Mons-Drepani nuncupata: Circa hanc controversiam Roccus Pirrus in Notitiis Ecclesiarum Siciliensium, Notitia 6. Ecclesiæ Mazarensis loco natalitio S. Alberti scribit:* Hunc sanè civem suum Drepanenses & Montenses esse dicunt. Primi & ejus familiæ ABBATUM domum habitationis, & ætatis anno octavo ingressum Carmelitanæ Religionis in Cœnobio Annuntiatæ, ibique cellulam, ac ætatis anno 18. Professionem, & in antiquissimo instrumento, quod apud se asservant, subscriptionem propriæ manus: Fr. ALBERTUS A DREPANO, & quam plures pro se Auctores docent. Secundi quid dicant, mox in Eryce dicemus. *Inferius igitur ejusdem notitiæ Mazarensis, sub cujus Diœcesi urbs utraque sita est, scribit:* Civitas montis, Mons-Drepani, Mons S. Juliani, Mons-Erycinus, & eryx nuncupata, viros habuit Sanctitate illustres.

Digitized by Google

VII. Augusti.

Primus S. Albertus Carmelita: quem etsi civem suum dicant Drepanenses, suum quoque Montenses esse multis probant. *Circa istam controversiam ita censet Octavius Cajetanus* (a) Certamen fermè centum ante annos subortum est, Erycianos inter, & Drepanitas de D. Alberti solo natali. Erycenè, an Drepani Albertus natus sit? causa certaminis, diversa in vulgus fama, Scriptoresque diversi. Me, qui pietatem promovere studeo, minimè decet in hac controversia proferre judicium, quod est discordiæ fomes, ut alterutrius civitatis animos à Sacræ historiæ lectione avertat: quare neque Scriptorum suffragia, quæ jam collegeram, nec utriusque argumenta proferam, nè à me his, vel illis seu additum, seu dissimulatum pondus quis conqueratur: præsertim cum jam quæstio ad S. Rituum Congregationem delata sit, ibique & Drepanitani & Erycini suæ quisque causæ confirmationes proposuerint cum longo Scriptorum catalogo, mutuisque responsionibus, omnia typis impressa, ut solet in Romanis Tribunalibus, per eorum civium manus circumferuntur. *Ita prudenter ille.*

(a) Tom. 2. de sanctis Siciliæ in Animad. ad vitam S. Alberti.

inter Drepanitanos & Erycenos:

2227. *Verumtamen cùm vera & solida pietas firmiùs stabiliatur in ipsa veritate; veritatem ipsam ex veteribus, Scriptoribus, sine præjudicio utriusque partis, sic quidem ut amicabili nexu utraque pacificè conveniant, hanc esse arbitramur: quòd civitati utrique par, imò & plenum, competat jus, & prærogativa honoris, & patrocinij. Nempè sicut paris est honoris, & prærogativæ Civitati Bethleem, & præsepio ratione Natalis Christi, & Nazarethanæ ac sacræ Ædi in qua educatus, ac conversatus: ita quoque Monti-Drepano (Erycen nuncupant Vincentius Barbatus, & Octavius Cajetanus) ratione Natalitij S. Alberti, & Drepano ratione Nativitatis quasi alterius (quâ natus est Religioni Mariæ) & conversationis Sanctissimæ, ac variorum primorum suorum miraculorum. Nonne æqualis est gloria Paduæ, quod ibi anno uno sanctissimè vixerit S. Antonius (ab ea nuncupatus de Padua) & Vlissipone, quod ibi natus? Sic & Monti Drepano, & Drepano ratione S. Alberti. Quod S. Albertus sit natus in monte Drepano, Ordini autem Mariæ se consecraverit, & tyrocinij ac prima monastica Sanctissimæ conversationis annos transegerit Drepani, satis videtur evidens ex vita Scriptoribus, ac imprimis Theodorico de Aquis (à quo tamquam vetustiori vitam scriptam dedimus) in qua capite 1. ista:* Acceptâ benedictione adiit Conventum Drepani Ordinis Fratrum Beatæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli, distantem à castro montis Drepani per duo miliaria.

amicabili concordia lis terminata,

videlicet,

utriusque par, & plenum jus competit, ad vindicandam sibi sanctitatem & protectionem S. Alberti.

2228. *Conformiter omninò scribunt Arnoldus Bostius in Speculo historiali* (b) *Laurentius Surius, & alij, & in Codice Vaticano:* Abiit ad Conventum Carmelitarum Trapani circa duo milliaria. *Ex istis habetur, S. Albertum non natum Drepani, sed in Monte Drepano, ideo S. Albertus à Molano nuncupatur:* Beatissimus Albertus de Monte-Drepano; *ita & ab aliis. Hinc in antiquo Ecclesia hymno olim, & modò in solemnitate S. Alberti, & per Octavam canitur:* Mons gratulare Drepani, de quo talem propaginem, Deus deorum Dominus, produxit mundo floridam. *Quòd autem non in Monte Drepano, sed Drepani Ordinis B. Virginis Mariæ habitum susceperit, & primis annis vixerit, etiam confirmatur ex illis quæ habet P. Lezana in Annalibus ad annum Christi 1250. ubi de Drepanensi Monasterio istæ* Illustratum etiam Cœnobium est sancti Alberti in ipso præsentiâ. *Et paulò ante:* Cellula S. Alberti, qui in ea æde commoratus est, & Prioris officium tenuit: (*unde habetur, quod potissimè in illo Conventu, & diutiùs habitaverit*) *atque ad an. Christi 1423. De fundatione Conventûs Montis-Drepani eò anno facta; non potuit igitur in eo S. Albertus habitasse; cùm plus quàm centum annis ante istam fundationem S. Albertus obierit. Igitur primis annis Religionis, & diu post vixit Drepani; & ideo (sicut præfatus S. Antonius à Padua) passim etiam nuncupatur* Drepanensis.

(b) lib. 8. cap. 13.

S. Albertus natus in Monte Drepano:

Carmeli habitu donatus Drepani;

ubi à pueritia in senili præcipuè habitavit;

2229. *Ex dictis concludimus, pari jure honoris, gloriæ, & prærogativæ patrocinij peculiarioris S. Alberti gaudere nobiles Siciliæ Vrbes Drepanum & Montem-Drepanum, & pariter Messanam, quam etiam in vita insigni miraculo protexit, & liberavit, ac suo obitu, & reliquiis decoravit (quod etiam Panormum, Leontium & Agrigentum suâ quandoque præsentiâ, & morâ ad tempus decoraverit, colligitur ex vita ejus). Eia igitur nobiles Vrbes Drepanum, Mons Drepani, & Messana peculiariter quoque Panormum, nec non & aliæ in Sicilia, Divi Alberti præsentiâ quandoque decoratæ, gaudete, exultate, ac gloriamini, de viri istius sanctissimi potenti patrocinio: ipsum colite, ipsum invocate, & (quia summa religionis est, imitari quod colimus) ipsius virtutum, ibi exercitatarum æmulatores sitis: sic effectum obtinebitis orationis istius, quæ in ejus festivitate ad Missam, & horas canitur:* Tribue nobis quæsumus, ut ejus meritis, & exemplis dignè tibi servientes, cum ipso in æterna gloria, perpetuò te perfrui mereamur.

per igitur jus sibi vendicant ad S. Albertum.

§. 2. *De Anno obitûs S. Alberti.*

2230. *Quoto à creatione mundi anno natus sit Christus maxima inter Scriptores contentio est, ac sententiarum varietas, sic videre est in notis ad Martyrologium Romanum die 25. Decembris: ubi tandem Cardinalis Baronius:* Quot capita, tot sententiæ. *Sic etiam circa annum obitûs Deiparæ Virginis non levis est concertatio. Similes difficultates passim occurrunt in Actis, seu vitis Sanctorum. Sanctum Eucherium Episcopum Lugdunensem obiisse circa annum Domini 433. scribunt Gennadius de viris illustribus, & Ado in Chronico: ex sententiâ Cardinalis Baronij decessit circa aut post annum Domini 463. Cardinalis autem Bellarminus scribit:* Ego suspicor perveniisse ad annum 499. (*ex inter viros præstantissimos quam differentes sententia de obitu S. Eucherij de quo plura idem Bellarminus*) *Vt Siciliam ingrediamur historia decantatissima facti quam maximè publici, vesperæ Siculæ à plerisque adscribitur anno Christi 1282. ab aliis an. 1281.*

lib. de Scriptor. Eccleſiaſt. ad an. 440.

(Siculus

VII. AUGUSTI. (Siculus vesper an. 1281. tertiò Kalendas Aprilis, *inquit Bzovius*) *sic in Anno obitûs S. Alberti scriptores in varias abeunt sententias. Vndè id evenerit, annotavimus hîc suprà; nempe ex varia scriptione, & transcriptione vitæ primigeniæ S. Alberti; indè enim circa annum obitûs, & aliquorum miraculorum, varietas (seu error) irrepsit. Vetustiores plerique tradunt eum obiisse anno Christi* 1292. *Ioannes Paleonydorus (solus) annum obitûs scribit* 1297. *Laurentius Surius suspenso quasi gradu hic incedit; cùm enim retulisset, eum* anno 1295. fuisse in Terra Sancta *(atque ita non obieras anno* 1292.) *ad marginem notat* fortè ibi errorem esse in numero. *Maurolicus (unicus) longè recedens à cæteris, annum statuit* 1322. *Vincentius Barbatus Drepanitanus in vitâ S. Alberti, quam etiam habet Octavius Cajetanus* Tomo 2. Sanctorum Siciliæ *scribit annum obitûs ejus* 1307. P. *Lezana Ordinis Annalista eundem decernens, cùm pra cæteris diligentissimè de hac controversia indagasset, adfert fundamenta, seu rationes, persuadentes non posse referri obitum S. Alberti ad annum* 1292. *Deinde ad annum* 1307. Annum istum pro vero, & legitimo felicissimæ mortis sancti Alberti æstimamus: solidiori sanè fundamento quàm ij, qui anno 1292. eam adscribunt; prout eo sub anno scripsimus.

2231. *Circa hanc controversiam recurrendum censui pro consilio ad R. A. P. Iacobum Lombardo Provincialem Provincia S. Alberti in Sicilia, à quo (mediante Reverendiss. P. Generali nostro Matthæo Orlando, nunc Episcopo Cephaludensi) hoc accepi responsum*: R. A. P. V. litteras ad nos transmissas à Reverendiss. P. Nostro Generali accepimus, per quas annum obitûs sanctissimi Nostri Patris Alberti Siculi scisciatur. Cùm dictus SS. Pater noster Messanæ obierit, & ibi res gestæ ejus plus quàm in aliis locis præ manibus habeantur, demandavimus R. P. M. Andreæ Rasoi, ut diligenter inquirat, & Reverendiss. P. Generali nostro transmittat, ut illinc ad R. A. P. V. perveniant *&c.* Syracusis die 1. Aprilis 1671. *& infrà*: Fr. Jacobus Lombardo Provincialis Carm. Provinciæ S. Alberti. *Præfatus autem Andreas Rasoi hæc ad propositum, in litteris è Sicilia in Belgium missis scripsit*: Circa nativitatem, & obitum sancti Alberti Authores variè loquuntur; & ideò censui potiùs ex historiis hujus regni Siciliæ dilucidanda: *Atque in illum finem hanc addit Chronologicam successionem Regum Siciliæ, & Neapolis.* Fridericus Imperator & Rex Siciliæ, filius Henrici sexti Imperatoris & Constantiæ filiæ Rogerij Regis Siciliæ: natus est anno 1193. & mortuus ætate annorum 57. anno 1250. Frederico successit Conradus secundus, dictus Conradinus, loco cujus defectu ætatis, præfuit Manfredus, qui diademate Regni Siciliæ se ornavit anno 1258. Carolus Dux Andegaviæ successit Manfredo occiso: qui regnavit usque ad occisionem, & expulsionem Gallorum. Anno 1282. Siculi se tradiderunt Petro Regi Aragonum, & fuit Rex Siciliæ usque ad annum 1286. & mortuus est. Successit Petro Jacobus filius anno dicto 1286. qui anno 1296. discessit ex Sicilia ad Regnum Aragonum, & loco ejus regnavit in Sicilia Fridericus, filius dicti Petri, & frater Jacobi. *Ibi consequenter etiam traditur successio Regum Neapolitanorum: & agitur de bello inter Reges Fridericum Siciliæ, ac Carolum Neapolis, ac* de obsessione Messanæ, in qua meritis & oratione sancti Alberti tunc viventis urbs Messanensis fuit erepta ab hostibus miraculo navium præbentium triticum: idque circa, aut paulò post annum Christi millesimum trecentesimum. *Tandem addit, & concludit*: Hæc legi, & inveni in historiis scribentium facta Siculorum; & Regni Neapolis: & his stantibus dicendum est pro valdè certo: tempore Imperatoris Friderici anno circiter 1220. conjunctos fuisse matrimonio parentes divi Alberti cujus nativitas *post annorum XXVI. sterilitatem evenit*: & senex obiit tempore Friderici Regis Siciliæ, post obsessam, & miraculo navium vehentium triticum liberatam Messanam, secutâ pace. Quantum ad miracula, quæ post ejus obitum scribuntur contigisse anno Christi 1300. & anno 1304. dicendum quoad Chronologiam, errasse Authores ità scribentes; nam vel facta sunt dum esset in vita, vel anno 1309. post ejus mortem. *Ità dictus P. Andreas Siculus. Quoad præfatam Regum Siciliæ successionem ferè concordat Pirrus Roccus in Chronologia Regum Siculorũ, præfixa Notitiis Ecclesiarũ Sicilienſium. Itaque sententiam de obitu S. Alberti anno* 1307. *ut verisimiliorem tenendam arbitramur.*

verisimilior est sententia de S. Alberti obitu anno 1307.

XV. AUGUSTI.

DE FESTO ASSVMPTIONIS

GLORIOSISSIMÆ VIRGINIS DEI GENITRICIS MARIÆ.

Assumptionis B. Virg. Mariæ solemnitas incomparabilis festis aliorũ Sanctorum:

2232. HÆc est illa præclara Festivitas omnium Sanctorũ festivitatibus incomparabilis, in qua gloriosa, & felix, mirantibus cœlestis curiæ ordinibus ad æthereum pervenit thalamum. *Festivitas quidem communis, & generalis omnium Christianorum; hinc Ecclesia sic omnes invitat ad hoc commune gaudium*: Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore B. Virginis Mariæ, de cujus Assumptione gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. *Igitur & Angelorum est læta festivitas; ideò quoque verbis sancti Ioannis Damasceni canit Ecclesia*: Choros ducunt Angeli, celebrant Archangeli, & Virtutes glorificant, Principatus exultant, Potestates collætantur, gaudent Dominationes, Throni festum diem agunt, laudant Cherubim, glo-

Digitized by Google

XV. AUGUSTI.

riam ejus prædicant Seraphim. *Peculiariter verò Religiosi Ordines in hac solemnitate exultare debent*: Ipsa enim, inundans deifluæ misericordiæ torrens, continens vitæ sustentaculum, Maria exaltata super sydera, stellato considens solio sui Genitoris ... amplissimo charitatis sinu colligit, conservat, & complectitur universos. *Ita Arnoldus Bostius libro* de Patronatu B. Virginis cap. 9. *Verumtamen specialissimè Carmeli Ordo ipsi B. Virgini Mariæ singulariter dicatus, & ejusdem nominis vocabulo insignitus, ipsique Religiosi* Fratrum *honoratissimo titulo dignati, in suæ Patronæ, & Matris (& quâdam ratione* Fundatricis *sicut plenius declaratum est alibi)* (a) *in hoc triumpho mente jubilent, & exultent; nam juxta istud Hugonis de S. Victore in Cantica:* Omninò decens est, eos qui speciali titulo Beatæ Virginis insignes sunt, singulari quoque devotione charissimos (*seu* fructuosos) inveniri. *Ut autem ad majorem in hac solemnitate devotionem excitemur, scire convenit, & considerare ejusdem mysteria, quæ hîc consequenter declarantur.*

(a) vide hîc suprà num. 1985.

mysteria ejus (sicut & alia plura fidei) arcana:

2233. *Sapientia divina inscrutabilis œconomia plurima fidei mysteria reliquit sub velamine obscuritatis; peculiariter quoad benedictam Matrem suam, de ejus prothoparentibus, nativitate, pueritia, gestis, apparitione Christi resurgentis, annis vitæ, annoque præciso obitus, ac gloriosa assumptione, & istorum circumstantiis: de quibus omnibus, præter ea, quæ in sacro Euangelij textu leguntur; pauca habentur ex Ecclesiæ, aut Patrum traditione. Quantùm ad ejus Assumptionem, præsentisque festi solemnitatem, tria mysteria hodie recolit S. Mater Ecclesia.* PRIMUM MYSTERIUM *est* separatio animæ à corpore, *id est* mors, *seu* Dormitio (*ut Veteres nonnulli nuncupant,*) *ipsius sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ* (dormitio *videlicet non* somni, *sed* mortis, *cujus* imago est somnus, *& ideo ipsa* mors *quandoque* somnus *ac* dormitio *dicitur*) *ac* animæ ejus assumptio in cœlos (*seu translatio ad Paradisum terrestrem, ubi triduo felix illa anima fuit, juxta quorundam opinionem, de qua mox.*) *Quamvis enim ipsa nec actuale peccatum unquam commiserit, nec originale contraxerit, decebat tamen, ipsam, communem naturæ subire conditionem, à qua ipse Christus Dei Filius noluit esse immunis.*

in hac solemnitate recolunntur tria mysteria:

1. Dormitio, seu Obitus, & assumptio animæ:

2. corporis glorificati, animæ reuniti, assumptio:

2234. SECUNDUM MYSTERIUM *est, corporis ejusdem animæ reuniti, atque glorificati assumptio, sicut in hodierno Mututinali officio canit Ecclesia:* Non in terram reversa est; sed cùm esset animatum cœlum, in cœlestibus tabernaculis collocatur. Ex qua enim omnibus vera vita manavit, quomodo illa mortem gustaret? Sed cedit legi latæ ab eo, quem genuit: & ut filia veteris Adam veterem sententiam subiit (nam & ejus Filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit) ut autem Dei viventis mater, ad illum ipsum dignè assumitur ... Quomodò corruptio invaderet corpus illud, in quo vita suscepta est? Huic recta, plana, & facilis ad cœlum parata est via. *Id etiam exprimi videtur in Oratione seu Collecta in Missalibus, & Breviariis Carmelitani Ordinis, ad Missam, & horas canonicas*: Veneranda nobis Domine hujus diei Festivitas opem conferat salutarem: in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum de se genuit incarnatum. Qui tecum *&c. Præterea Ecclesia in hujus diei celebritate illas sanctorum Patrum homilias legendas tradit, quibus eadem de ejus Assumptione firmantur. Idipsum habetur ex antiquissima traditione, semper continuata, & ex Patribus ac Doctoribus. Brevitati studentes & perspicuitati, Patres, Doctores & Scriptores de Assumptione Deiparæ in carne peculiariter tractantes, in quatuor classes distribuemus, & ex singulis præcipuos aliquot adducemus; imprimis ex antiquioribus Patribus; deinde nonnullos ex Doctoribus medij temporis; tum quosdam posteriores; ac denique Theologorum, & illustrium scriptorum hujus aut præcedentis sæculi.*

Traditio, & Patres, de Assumptione B. Virginis in anima, & corpore:

2235. *Primum igitur locum hic sibi vendicent Traditio semper continuata, & Patres traditionem firmantes. Traditionis istius antiquæ testes sunt Iuvenalis Episcopus Hierosolymitanus, in Concilio Chalcedonensi, tempore Marciani Imperatoris, & ex eo S. Ioannes Damascenus, Oratione de Dormitione Deiparæ: ubi* ex antiqua traditione *refertur, quomodo corpus Deiparæ per SS. Apostolos fuerit traditum sepulturæ apud Gethsemane, & ibi per triduum auditus fuerit Angelicus concentus, quo cessante, tumulus apertus fuerit.* Ac sacratissimum quidem illud corpus haudquaquam invenire potuerunt; cùm autem jacentia tantùm ipsius linteа reperissent, atque ex iis inenarrabili quadam suavitate perfusi fuissent, loculum clauserunt. Atque mysterij illius admiratione perculsi, hoc solùm secum reputare poterant, quòd Deus Verbum ac gloriæ Dominus, qui in persona propria carnem ex ea induere, ac fieri homo voluerat, idem etiam, post discessum è vita, immaculatum, ac spurcitiei omnis expers ejus corpus, incorruptibilitate ac translatione, ante communem & generalem resurrectionem honestare voluisset. *Eadem tradit Nicephorus in Ecclesiastica historia libro 15. cap. 14. ubi ista:* In sacris divinitusquè inspiratis scripturis obitum sanctæ semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ minimè referri; antiquissimâ autem & verissimâ omninò traditione receptum esse: *videlicet id, quod jam narratum est: vocat igitur Nicephorus illam* traditionem antiquissimam, & omninò verissimam. *Et istam traditionem approbat quoque Ecclesia, partem historiæ illius inserens Divinis officiis; & illam confirmant quoque antiquissima Martyrologia, & Calendaria, in quibus, ad diem XV. Augusti, ista:* Assumptio sanctæ Mariæ Matris Domini nostri. *Ita quidem in Martyrologio sub nomine S. Hieronymi, & aliis subsequentibus pluribus, quibus concordat Romanum, notationibus illustratum Cardinalis Baronij. Porrò nomen* Assumptio *usurpatum verisimiliter à temporibus Apostolorum, olim plerumque, postmodùm verò generaliter soli jam Deiparæ (inter Sanctos) attributum, innuit, ipsam aliter hinc decessisse quam cæteri, videlicet in corpore & anima.*

2236. *Idem*

Digitized by Google

XV. AUGUSTI.

2236. *Idem traditur in Sermone, seu libro de Assumptione B. Mariæ Virginis inter opera S. Augustini* (a) *ubi docetur, credendorum quædam contineri in Scriptura sacra, quædam non: & de his sic ad propositum:* Sunt etiam quædam, quæ quamvis commemorari ex toto omissa sint, verâ tamen ratione creduntur, ad quod ipsa convenientia rei, quemadmodùm dux & prævia creditur ... Nihil de Eliæ & Henoch, postquàm rapti sunt, vitæ felicitate commendat, cunctis liquidò scientibus, eos beatè vivere, quos Dominus hinc in futurùm salvandos voluit rapere. Quid ergò de Mariæ morte, quid de ejus Assumptione dicendum est, undè divina Scriptura nihil commemorat, nisi quærendum ratione; quod conveniat veritati: fiatque ipsa veritas authoritas, sine qua nec est, nec valeat authoritas? Memores enim conditionis humanæ, mortem illam subiisse temporalem, dicere non metuimus, quam idem certè ejus filius, qui & Deus & homo est, lege sortis humanæ sustinuit: & hoc, quia homo de ejus susceptus & professus est utero. Sed si dicimus eam mortis teneri vinculis, & resolutam in communem materiam vermium ac cinerum: librandum est, si hoc conveniat tantæ sanctitati, tantæ aulæ Dei prærogativæ! *Et infrà:* Maria ergo & si communicat ærumnis Evæ, non communicat parturiendo cum dolore. Promeruit enim hoc singularis ejus sanctitas, & singularis gratia, quâ susceptione Dei singulariter æstimata est digna. Non immeritò ergo excipitur à quibusdam generalibus, verâ æstimatione, quam tanta servat gratia, & attollit dignitatis prærogativa ... Si ergò voluit integram Matrem virginitatis servare pudore, cur non velit incorruptam à putredinis servare fœtore?... Putredo namque & vermis humanæ est opprobrium conditionis, à quo opprobrio cùm Jesus sit alienus, natura Mariæ excipitur, quam Jesus de ea suscepisse probatur: caro enim Jesu, caro est Mariæ. *Sermo ille etsi censeatur non esse S. Augustini, habetur tamen venerabilis auctoritatis: de quo & altero, sic meritò Cardinalis Baronius* (b) Duo illi sermones, qui Augustini nomine editi sunt, licèt ipsius non sint, tamen (quod ex illis licet advertere, & ut est in paræmia, Ex unguibus leonem) clarissimorum Theologorum esse opus, non veremur asserere. *B. Petrus Damianus in Sermone* de Assumptione Beatissimæ Virginis Mariæ, *cujus initium est*: Hic totum decurrat ingenium, & aureus sermo totâ reluceat majestate: *Sic quoquè concinit*: Tota conglomeratur Angelorum frequentia; ut videat Reginam sedentem à dextris Domini virtutum, in vestitu deaurato, in corpore semper immaculato. *Et isti ex antiquioribus Patribus: cæteri videri poterunt relati à Baronio, Suario, & Carthagena locis infrà citandis.*

(a) Tom. 9. pag. 421. & seq. impres. Paris. an. 1614.

(a) Tom. 1. ad an Chr. 48.

2237. *Ex Doctoribus medij temporis, S. Thomas* in devotissima expositione Angelicæ salutationis, *agens de tribus maledictionibus, quibus ob peccata subjectus est homo, ab illis immunem fuisse B. Virginem Mariam docet, & quidem (sic ad propositum)* Tertia fuit communis viris & mulieribus, scilicèt ut in pulverem reverterentur. Et ab hac immunis fuit B. Virgo, quia cum corpore assumpta est in cœlum. Credimus enim, quòd post mortem resuscitata fuerit, & portata in cœlum: Psalm. 131. Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ. *S. Bernardinus Senensis non minùs perspicuè adstipulatur*, Sermone pro festo Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ, *cujus initium est*: Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ: *ibi articulo 8. cap. 1. (cujus titulus est*: Per septem rationes ostenditur, quod B. Virgo in anima & corpore regnat in gloria paradisi) *ista*: Quod autem B. Virgo tam corpore, quàm anima gloriosè regnet in cœlis, ostenditur septemplici ratione. Primò propter unitatem, secundò propter incorruptibilitatem, tertiò propter honorabilitatem, quartò propter dignitatem, quintò propter conformitatem, sextò propter æquitatem, septimò propter integritatem. *Illa autem prolixè prosequitur, pauca inde delibasse, sat erit*: Sicut caro prolis corrupta non fuit, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem, sic nec debuit corrumpi, seu incinerari, seu in pulverem redigi sanctissima caro matris, unde caro filij assumpta est. Ergo caro animæ est reunita, & B. Virgo Maria simul in anima & corpore glorificata... Sic ergò dicimus Matrem Domini humanæ sortis mortalitatem subiisse, ut tamen mortis nexibus non potuerit detineri, per quam sine corruptione Dominus voluit concipi, atque nasci ... Sicut igitur in vita eam gratiâ conceptûs & partûs præ cæteris honoravit: ita indubitanter sentiendum est, in morte eam speciali gratiâ honorasse... Nullo igitur modo dignum videtur, aut consonum rationi, quòd illud sacratissimum corpus, de quo Christus carnem suscepit, & in quo personam divinam naturæ humanæ univit: ut VERBUM CARO FIERET, ET HABITARET IN NOBIS, ipsis vermibus fieret esca, & post vermes pulvis abjectus efficeretur. *Consequenter ista prolixiùs prosequitur. Sed nos ad classem tertiam progredimur.*

Doctores medij temporis, de Assumptione B. Virg. M.

2238. *Inter subsequentium sæculorum Doctores occurrit S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus,* qui obiit anno 1459. *(ita Cardinalis Bellarminus) Is in Summa tractans* de Assumptione B. Mariæ Virginis, *sub isto titulo*: Quomodò autem sit assumpta; Sciendum, quòd fuit assumpta in cœlum valdè magnificè: cum Beatorum associatione: cum Angelorum admiratione: cum corporis resuscitatione. *Istud ultimum sic probat*: Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ: Surrexit Dominus Jesus: non quoad Deitatem, quæ numquàm cecidit in aliquem defectum: nec anima ejus, quæ numquàm peccavit, & in passione secundùm partem intellectivam summam requiem habuit: sed quoad corpus, quod post afflictiones innume-

Doctores subsequentes:

XV. AUGUSTI.

meras eadens in mortem, surrexit, & ascendens, in requiem æternam ivit. Arca autem sanctificationis fuit corpus Matris (in quo fuerunt ut in arca veteri figurata) loco virgæ, sceptrum Deitatis, loco legis, anima sapientissima, loco mannæ, dulcedo carnis. Hæc igitur Arca sanctificationis, id est, plena sanctis rebus, surrexit in requiem, corpore assumpto in cœlum. *Et, præter alias rationes, ibi, & ante* (a) *hanc etiam adfert:* B. Bernardus autem hoc tali ratione confirmat: Si corpus B. Mariæ mansisset in terris, videretur Christus contempsisse, vel minùs curasse de Matris suæ honore: cùm tamen semper eam summè honoraverit, & dilexerit. Nam corpora Sanctorum, quæ in terris remanserunt, & locum, ubi quiescunt, notum hominibus habeant; multi accedunt ad ea veneranda: ut patet de Apostolis Petro & Paulo, Jacobo, Nicolao, & hujusmodi. Multò magis visitaretur à fidelibus corpus B. Mariæ, si esset in terris. Non ergò passus fuisset filius locum ejus ignorari, ut honoraretur à cunctis, si non esset in cœlis assumptum. *Eodem sæculo, sub finem (anno 1497.) per Theologos Parisienses, in Theologica facultate determinatum fuit, esse* temerarium, scandalosum, devotionis populi ad Virginem diminutivum &c. dicere, quòd non teneamur credere, quòd B. Virgo Maria fuerit assumpta in corpore & anima. (*Determinationem, & censuram illam, ex actis originalibus refert Dom. Iacobus Gaudinus, Doctor Sorbonicus, Officialis Parisiensis, in libro, cui titulus*: Assumptio Mariæ Virginis vindicata (b) *de quo libro mox plura*). *Sub idem tempus Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis* in Sermone de Conceptione Mariæ Virginis, *sub titulo*: Prima consideratio *docet*, quòd Spiritus-sanctus interdum revelat Ecclesiæ, vel Doctoribus posterioribus, aliquas veritates, vel expositiones sanctæ scripturæ: quas non revelavit eorum prædecessoribus. Sic dicit Gregorius Daniel. 12. Pertransibunt plurimi: & multiplex erit scientia Domini. (*sic Carthagena hic infrà scribit Ecclesiam* instar auroræ quotidiè crescere in agnitione veritatis) *Gerson ibi consequenter tradit, tales nunc esse veritates*: Mariam non fuisse conceptam in peccato originali: & ipsam esse in paradiso (*cælesti scilicet*) in corpore & anima.

(a) eodem titulo cap. 43. §. 3.

(b) cap. 6. art. 6. & in fine.

Scriptores hujus & præcedentis seculi:

2239. *Tandem ad destinatam à nobis classem ultimam progrediamur, & aliquot hujus aut præcedentis seculi Scriptores præcipuæ auctoritatis, qualiter præfatis adstipulentur, audiamus. Ex Annalistarum Coryphæo Baronio quædam audivimus hic supra: & istis addimus sequentia, deprompta ex ejusdem Annalibus* (c) Sicut igitur tam ex Græcorum, quàm Latinorum omnium (perpaucis exceptis, qui eâ epistolâ decepti sunt) assertione; ita etiam ex Romanæ Ecclesiæ usu recepto firmiter constanterque asserimus, ac profitemur, ipsam sanctissimam Dei Genitricem Mariam, unà cum sacratissimo illo corpore, quo impertita est Deo carnem, in cœlum esse receptam. Quod nec adeò mirum vel novum videri debet, cùm, si cætera in illam collata pensentur beneficia, hoc levius videri debeat, quod & aliis plurimis constat fuisse divina liberalitate concessum. Quod si Christo resurgente ex mortuis, multa subinde (ut ait Euangelista) sanctorum corpora surrexerunt, & introierunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis; quos penetrans ille cœlos, duxit secum in altum, captivam (ut ait Propheta) ducens captivitatem: quid, inquam, tam mirum, tam novum, ut matri concessum sit, quod compluribus servis constat fuisse tributum? *Conformiter scribit Doctor illustris Suarez* (a) *hanc statuens assertionem:* Beatam Virginem paulò post mortem ad glorioſam & immortalem vitam corporis & animæ resurrexisse, atque in cœlum glorioſam ascendisse. Ita sentit universa Ecclesia: & hic ejus consensus ex antiquorum Patrum traditione manavit. *Et infra*: Sed quæres, quâ certitudine hæc veritas tenenda? *& concludit*: Est igitur jam nunc tam recepta hæc sententia, ut à nullo pio & catholico possit in dubium revocari, aut sine temeritate negari, atque adeò videtur habere eum gradum certitudinis, quem habet alia veritas supra tractata de sanctificatione Virginis in utero matris. *Ita quoque Homiliographus notissimus Ioannes de Carthagena, in Homilia cujus iste titulus* (b) B. Virginem in cœlum assumptam in corpore glorioſo, ex sacris Scripturis, secundùm sensum mysticum, ex SS. Patribus, ex Theologis scholasticis, ex universali Ecclesiæ consensu, ac tandem ex multis conjecturis cum ratione valdè conjunctis, demonstramus: pariterque aperimus, errorem esse in fide, id abnegare. *Verba illa posteriora qualiter intelligenda sint, sic declarat inferiùs*: Ecclesia namque Catholica, instar auroræ, quotidiè crescens in agnitione veritatis, omnem jam certitudinem, quam huic veritati potest præbere (præter eam, quam secum affert definitio) de facto illi tribuit. *Eadem tradunt Dionysius Rickelius, & Iudocus Clichtoveus docti juxta ac pij Theologi, in Sermonibus de præsenti festo, atque alij præcedentis & hujus sæculi præsentis plurimi.*

(a) Tom. 2. in 3. part. disp. 15. art. 4. sect. 2.

(b) lib. 14. homil. 13.

(c) ad an. Chr. 48.

2240. *Illustriss. Dom. Prosper Fagnanus in libro* de opinione probabili, *in indice, hanc statuit assertionem*: Mariæ Virginis corpus asserere non fuisse assumptum in paradisum (*cælestem scilicet*) hodie est proximum hæresi: *id plenius declarat quæst. 1. num. 17. ubi ad hoc propositum citatis Hostiensi, & Ioanne Andreâ, ita scribit*: Unde Baldus ait, olim non fuisse hæreticum credere corpus B. Mariæ non esse in paradiso, propter varias opiniones Sanctorum Patrum: hodiè verò esse proximum hæresi, quia solemnissimum festum sit de Assumptione Sanctissimæ Virginis, cujus corpus, & anima (ut verbis Baldi utar) piè creditur esse in paradiso apud pedes Jesu Christi: vel à dextris Christi, ut loquar cum Ugone de S. Victore, Petro Damiano, D. Thoma, & Cardinale Bellarmino,

Digitized by Google

XV. Augusti.

larmino, ita exponentibus Psalmum, Adstitit Regina a dextris tuis, &c.

2241. *De præsentis festivitatis mysteriis, instruendi pariter, & oblectandi animi (varietate gaudentis) gratiâ, libeat hîc consequenter audire, qua Baptista Mantuanus pari pietate, & eruditione insignis, exultabundus metricè cecinit: in opere* Fastorum, *seu de sacris diebus, ad Summum Pontificem Leonem X.*

Baptista Mantuanus eleganter profert rationes incorrupti corporis,

Hęc est illa dies, quâ Christus in æthera Matrē
Sustulit, indutā mēbris: sic credere sanctū est;
Nam nec erat locus in terris ubi viscera condi
Fas foret, æternū quæ progenuere Tonantē.
Divi omnes Christū orabāt, ne linqueret illud
Tam sanctū in tetros cineres evadere corpus:
Undè suū quasi rivus erat de flumine tractū.
Principio matris Deus immortalia membra
Formaturus erat. Verùm natura suāsit
Ne fieret: solis etenim cœlestibus istud
Orbibus indultū: quia sunt essentia simplex:
Non elementorū coitu & compagine ficta.
Tunc opifex: fiant igitur mortalia, dixit:
Gratia succurret: rursūq; in corpora postquā
Occiderint, vitam immittet: vivamque levabit
In superos: laterique meo conjuncta sedebit.
Non fuit in terris nec erit, seu sæcula versis
Quæ fluxere polis, seu quæ ventura revolvas,
Par opus: hæc mulier fuit admirabile quoddā
Prodigiū, ignotū nobis, populoque silentūm,
Ac superis. Nati genitrix, & filia, mater
Et virgo, non passa marem: pugnantia verba
Oedipodioniæ Sphingis paradoxa videntur:
Cōjectore tamē nihil est opus: omnia namq;
Sicut verba sonant, Patris omnipotentia fecit.
Sed neq; quod tulit Adami dementia quondā,
Dedecori subjecta fuit: sine sordibus ivit
Sola per humanas sordes: & cernimus almam
In syncera super sine labe incedere lucem
Corpora: sol nitido terras cum respicit ore.
Spiritus ut membris liber fuit, astitit illi
& translationem animæ in Paradisum, Michael, & divū chorus innumerabilis: omnes
Vestibus in niveis, fulvo radiantibus auro,
Terga per alba comis: & eū duxere volantes
Per liquidas nubes Verni Titanis ad ortum.
Quattuor ex uno manant ubi flumina fonte.
Hic Pater Helias, riguo qui presidet horto,
Affuit exultans: & adhuc florente senectā
colloquium cum S. Elia, Per varios frutices, & per florentia prata
Duxit: & ostendit sceleri loca conscia primo,
Fluminaq; & sylvas, nūquā sine fruge virētes.
Mox memor antiqui generis; quod habebat in alti
Rupe jugi: per Phinices, Syriamq; per omnē,
Diva parens dixit: Scio te cognoscere gentē
In patria tellure meam, tua mœnia propter.
Hanc euperem superesse diu: largire favorem
Tu quæ tanta potes: mea te custode supersit
Posteritas: & eat supremi in secula mundi.
Sic senior: contra mater sic orsa tonantis:
Nil opus est cuiquā sua cōmendare: propago,
O vates præclare, tua hæc dum vita manebat
Se mihi devovit: decet illi incumbere toto
Pectore me: Pater Helia, tua vota secundo:
Hæc tua progenies nostro titulabitur olim
Nomine: & in nostrum decus albo utetur amictu:
Me vexasse putet quisquis vexaverit illam:
Me servasse putet quisquis servaverit illam.
Ne affligare, mihi curam hanc, onus hoc-que relinque.
Interea Deus in melius mortale reformans
Corpus, aquæ, terræque minus, plus ignis & auræ
Indidit: & fecit sine mole volatile, clarum:
corporis glorificati unionem cum anima, Quod tamē arbitrio mentis quandoq; videri
Posset, & abscondi. Mox in sua prima remisit
Tecta animam, volucri quæ tulit super astra volatu.
Curia tum quali resonarit olympica plausu,
Qui cantus cœlo auditi: quā læta, frequensq;
Pompa, quis ornatus divūm: ne discere tenta
Gaudia: non capiunt nostri cœlestia sensus.
& utriusque assumptionē in cœlum. Demum jussa super stellis & Sole micantem
Ire thronum: cœli accepit sceptrum, atque coronam.

2242. *Auctoris itaque hujus opinio est, superbenedictam gloriosæ Virginis animam mox à corporis exitu, transmeasse ad Paradisum terrestrem: & ibi triduo mansisse. Quod etiam Christus, gloriosâ Resurrectionis suæ die sanctos Prothoparentes Adam & Evam cum sobole sua beata quos ab inferni limbo eripuerat, in Paradisum terrestrem introduxerit, & cum Elia & Enoch Paradisicolis eos quadraginta diebus usque ad Ascensionis suæ tempus dimiserit: tradunt nonnulli, sicut videre licebit Tomo præcedenti* (a) *Sed hæc, Ecclesiæ judicio submissa, pia fidelium meditationi committuntur.* (a) num. 1653.

2243. Tertium *itaque, & certissimum* mysterium *est, ejusdem exaltatio super omnes Choros Angelorum. Hinc Ecclesia identidem canit, & reciprocat hoc die, & per Octavam*: Exaltata est sancta Dei Genitrix super choros Angelorum, ad cœlestia regna. *Et Petrus Damianus, ac Ecclesia in hymno hodierni Officij*

Mysterium 3. hujus festi, exaltatio super choros Angelorum.

Te beatorum chorus Angelorum,
Te sacri vates, & Apostolorum
Ordo prælatam sibi cernit unam,
Post Deitatem.

Festi hujus celebratio in Carmelo cœpit verisimiliter mox ab ejus assumptione in cœlum, in Oratorio, de quo Iosephus Antiochenus (qui proximus temporibus Apostolorum vixit) in Speculo perfectæ militiæ Christianæ *cap. 12. ubi ista de S. P. Elia sequacibus, solitariam vitam agentibus in Carmelo*: in Virginis Mariæ honorem in montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt. *Quod quidem anno Christi XXXVIII. primùm constructum, postmodum anno LXXXIII. renovātum, seu translatum fuit, sicut cumulatè declaratur in Annalibus Ordinis ad istos annos. Oratorij, seu sacelli istius in Carmelo frequens mentio fuit tomo præcedenti & etiam aliquoties in hoc, peculiariter ad diem XVI. Iulij. De Indulgentiis ante annos octingentos huic Ordini pro hoc Festo concessis à Leone IV. circa annum Christi 850. & consequenter per alios ejus successores confirmatis, & ampliatis peculiariter à Sixto IV. Innocentio VIII. & Gregorio XIII.. egimus hîc supra ad diem 11. Februarij ubi de Festo Purificationis. Plenariam perpetuis temporibus duraturam SS. D. N. Clemens X. per Bullam, cujus initium est*: Commissa nobis divinitùs *datum Romæ die 8. Maij 1673. largitus est. Conveniențissimè in hac solemnitate legetur* Corolla vir-

Indulgentia circa an. Chr. 850. & deinceps concessa pro hoc festo.

Digitized by Google

XV. AUGUSTI.

tutum, *quibus ipsa S. Dei Genitrix potißimè promeruit supereminentem gloriam*, & exaltari super choros Angelorum, & super cœligenas omnes. *Ea habetur hîc supra ad diem XXV. Martij ubi de Festo Annunciationis.* (a)

(a) vide num. 1138. & seq.

Mysterij assumptæ in cœlum SS. Virginis Mariæ ulterior explicatio.

Mysterium quid sit:

2244. MYSTERIUM, *verbum Græcum, propriè idem est, quod Latinè* arcanum, secluſum, secretum, præsertim concernens res divinas *(quamvis tamen subindè etiam in rebus prophanis secretis, ejus sit usus: sic Nabuchodonosor dicitur habuisse* mysterium consilij sui (b)). *Est igitur Assumptio Deiparæ Virginis propriè* MYSTERIUM; *quia* arcanum, & concernens res divinas: *estque secretum, & seclusum à sensu & intelligentia perspicua hominum, sicuti etiam sunt numerus annorum ab origine mundi usque ad Christi natalem, & præcisus annus ipsius nativitatis Domini (in quibus scriptores contriverunt ingenia sua, & in multiplices abierunt opiniones; sic ut ferè tot sententiæ, quot capita) ita quoque genealogia Christi, atque etiam SS. Matris ejus, & S. Ioachim, ac S. Ioſephi (de qua hic supra* (c)) *atque etiam immaculata Conceptio Deiparæ (de qua infra ad VIII. Decembris) atque alia innumera. Sed cur Deus mysterium Assumptionis, similiter & Conceptionis ejus ita arcanum, secretum &c. esse voluit? Aliud respondere absolutè & solidè potest nemo, nisi istud S. Pauli* (d) Quis cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? *Adferri tamen possunt congruentiæ, juxta nostrum intelligendi modum, & capacitatem: quarum una illa est: quod* (e) *Spiritus-sancti œconomia sit, inspergere res credendas dubitandi causis, ut trans obtutum nitens, penetrans que, credulitas, non ignavâ victoriâ præmium auferat: atque etiam ut eâ occasione magis indagentur, & sic illustrentur mysteria B. Virginis; atque indè ipsa magis honoretur. Quot dissertationes, tractatus, libri eruditissimi à præstantioribus scriptoribus, summâ indagine, ac mentis intensione circa immaculatæ Conceptionis mysterium, non sunt exarati (præsertim in Hispania singulariter isti mysterio devotißima), In istis autem omnibus ipsius sanctißimæ Virginis præconia cumulatißimè resonant.*

(b) Judith. 2.

(c) num. 1127.

Assumptionis mysterii cur arcanum.

(d) Rom. 11.

(e) num. 1127.

2245. *Hîc animadvertere licet veritatem ejus, quod Tomo præcedenti diximus* (f) *(& omninò convenit ad præsens propositum) Nullum ferè esse fidei dogma, quantumvis scripturarum clarißimis traditum & confirmatum authoritatibus, quod non aliquando habuerit oppugnatores, nec quidquam est in rerum natura sine æmulo aut hoste, vel quod non sit quâdam ratione objectum controversiarum, opinionum, & errorum: & quod divina sapientia dispositio suavis, & fortis, quæ de tenebris facit lumen splendescere, & ex petra latices aquarum eduxit, etiam ista permittit in majus bonum; nempè, inter cætera, ex dogmatum fidei impugnatione, sequitur eorundem altior consideratio, profundior indagatio, ac plenior explicatio: sicut variis exemplis, peculiariter circa mysteria concernentia B. Virginem Mariam, ibidem demonstratur.* Ex antiquo divinæ Curiæ stylo pietas, quò plus appetitur turbinibus, eò feliciùs increscit. *Ita verè Theophilus Raynaudus, variis id exemplis confirmans* (g) *Id modò ad oculum perspicere licet in mysterio Assumptionis B. Virg. Mariæ, circa quod cùm Catholica Ecclesia & Christi-fideles hactenùs fuerint in pacifica possessione pia, & certa (certitudine mox explicandâ) fidei, de Assumptione ejusdem, etiam quoad corpus; circa eam ante paucos annos Theologus quispiam Parisiis aliquam movit controversiam: occasione cujus, mox bini ab ipso, ac succenturiante altero etiam tertius elucubrati, & editi sunt tractatus, & libri: quibus oppositi bini alij: quorum hi sunt tituli: unius:* Vindiciæ Parthenicæ, quibus asseritur vera Ecclesiæ doctrina de Assumptione corporea Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ ... Labore Nicolai Ladvocat Billiad Doctoris Sorbonici, necnon Ecclesiæ Parisiensis Canonici, Parisiis anno M. DC. LXX. *in quo Assumptio corporea ex traditione, auctoritate, & ratione, seu convenientia luculenter demonstratur: Alterius:* Assumptio Mariæ Virginis vindicata; Auctore Jacobo Gaudino, Doctore, ac Socio Sorbonico, Canonico ac Officiali Parisiensi, Parisiis anno M. DC. LXX. *In hoc posteriori declaratur imprimis, quâ certitudine tuendum mysterium Assumptionis, quoad corpus.* Constat, *inquit*, apud Theologos, in iis quæ ad communem fidei, ac religionis causam pertinent, illud esse certum, quod nititur consensu Ecclesiæ; hoc est, quod universim apud Catholicos probatur, quodque Ecclesia ipsis credendum proponit. *Consequenter ex Petro Aurelio declaratur, rerum ejusmodi certarum duo esse genera: Quædam enim fidei divinæ certitudinem habent. Aliæ ad istam quidem certitudinem non ascendunt; sed tamen Ecclesiæ, ac fidelium communi consensu fulciuntur. Multa autem sunt ejusmodi, quæ nec apertè scripturis insunt, nec apertè ab Ecclesia definita fidei dogmata, quamvis Ecclesiæ, & fidelium consensu nitantur. Talem autem esse assertionem de assumpta in cœlum B. Virgine, quoad animam & corpus, habetur ex antedictis, & sic* credimus *de assumptione, sicut docet Angelicus Doctor: sic tenet Ecclesia,* quæ Dei Matrem in anima & corpore beatificatam non ambigit, *ut tradit S. Bernardinus.*

controversia circa mysterium Assumptionis, illud magis illustrat:

Credendorum, certorumque mysteriorum duo genera:

(f) num. 2212.

mysterium fidei ferè nullum, quod non aliquando oppugnatum:

cur Deus id permittat:

(g) ibi à nobis relatus n. 2226.

2246. *Quanta autem certitudinis censenda sint illa, quæ universalis Ecclesia consensu nituntur, in eodem libro ostenditur; & quidem hôc manifesto exemplo:* Cujus veritatem clarissimè omnium adstruunt Concilij Tridentini Patres. Quô enim momento, quâve auctoritate adducti, Virginem Deiparam ab omni peccato, etiam veniali, immunem vixisse pronuntiarunt? ... Scilicet Concilij Tridentini Patribus id satis fuit, ut B. Virginem absque peccato veniali vixisse pronuntiarent, quòd id ab Ecclesia teneretur. Undè autem ab Ecclesia teneri noverant, nisi ex universali Catholicorum consensu? Non enim decretum aliquod proferunt, aut canonem, quô id se tenere Ecclesia declaraverit. Itaque certa est illa, & fidelibus omnibus ingenita persuasio, Ecclesiam non solùm non posse fallere, cùm res aliquas cum auctoritate proponit; sed neque falli, dum eas ipsa credit. Ita ut firmum, ac stabile manere debeat, quodcumque Ecclesiæ consensu fulcitur, esse verum ac certum.

Quanta sit certitudinis Assumptio corporea Deiparæ.

2247. AN-

Digitized by Google

XV. AUGUSTI.

Epistola, de Assumptione, sub nomine S. Hieronymi, non est ejus.

ANNOT. *Animadvertendum, quòd veteres nonnulli auctoritate* epistolæ, seu libelli ad Paulam & Eustochium, de Assumptione B. Mariæ, *inter opera S. Hieronymi tomo 9. epistola 10. inducti fuerint sentire, & scribere de mystevio Assumptionis in corpore, & anima, minùs certò, quàm tradat Ecclesia. Ita quidem Ado Viennensis, & Vsuardus (viri alioqui de Ecclesia optimè meriti) & quidam alij. Epistolam illam cujus initium est*: Cogitis me *& non esse S. Hieronymi, nervosè demonstrat Cardinalis Baronius* (a) *sic, inter cætera*: Quod autem pertinet ad libellum illum, seu epistolam ad Paulam & Eustochium, de Assumptione B. Mariæ, Hieronymi nomine prænotatam; eam non tantùm non esse Hieronymi, sed nec Sophronii, cujus idem Hieronymus meminit (ut aliqui existimarunt) judicium omnium eruditorum appello.

(a) Tom. 1. Annal. ad an. Chr. 48.

DIE XVI. AUGUSTI.

De venerabili, sanctæque vitæ, Angelino, seu Angelo Augustino.

Ven. Angelinus sanctæ vitæ:

2247. *IN Annalibus Carmelitanis hæc, inter alia, de eo referuntur ad annum Christi* 1438. Hoc eodem anno ad cœlestia migravit Angelus Augustinus, vulgò BEATUS ANGELINUS nuncupatus; patriâ Florentinus, & Ordinis nostri præclarus Professor. Vir fuit venerabilis, & sanctæ vitæ, etiam miraculis fama celebris. Concionator insignis, ac magni judicij, ex primis observantiæ Conventûs Sylvarum Institutoribus, undè Mantuana illustrissima Congregatio exordium posteà duxit... Depingitur, ut Beatus, & cum duobus Angelis, qui ejus capiti florum coronam imponunt unâ manu, aliâque vas antè ipsius pectus tenent, in quo, ex illius ore, dùm concionatur, cadentes rosæ recipiuntur. Corpus ejus Florentiæ, quò ex eo Sylvarum Conventu perrexerat, & ubi obiit in nostro Conventu, reservatur capsa, seu theca sub altari sanctæ Luciæ. *Ven. P. Michaël à Fonte in* Compendio historiali *Toleti in Hispania edito anno* 1619. *in Catalogo Sanctorum, Beatorum, & sanctimoniæ famâ illustrium, ad annum Christi* 1438. *sic illius meminit*: Beatus Angelinus, Concionator magnus, signis resplendet Florentiæ, ubi ejus corpus repositum est. *In variis manuscriptis in archivo Ordinis existentibus, & à nonnullis Auctoribus decoratus legitur titulo Beati: qui etiam in imaginibus pridem Florentiæ factis, ac ibi à civibus ei passim tribuitur. Vitæ ejus epitomen sequentem, ex Conventu nostro Florentino transmisit R. P. Stephanus Seravalle Conventûs istius Prior in litteris datis anno* 1673. *die* 27. *Aprilis, in quibus ista*: Florentini hujus nostri Conventûs antiquis monumentis, & codicibus solerter evolutis, B. Angeli vivendi rationem nacti sumus hujusmodi. *Adjunctum erat Instrumentum authenticum, hujus tenoris*: Fidem facio ego Notarius infra-scriptus, qualiter præ manibus habui librum Conventûs S. Mariæ Carminis de Florentia, coopertum corio rubeo, & aureo filettatum, cum insigniis Conventûs: Ex quo libro paginâ quadragesimâ primâ transumpsi infra-scriptam relationem tenoris sequentis, videlicet:

RELATIO DE VITA, ET MORIBUS APUD ANTIQUOS INVENTA B. QUONDAM ANGELI DE AUGUSTINIS CARMELITÆ A FLORENTIA. *Deinde sequitur hæc vitæ epitome.*

2248. Natus est B. Angelus ex Illustri, & Christiana Augustinorum familiâ, quæ Florentiæ sui adhuc sanguinis nobilitatem retinet. Hic cùm pubertatis attingeret annos, utrique parenti se Carmeliticum Claustrum ex consilio Deiparæ aditurum fatetur; qui unicâ tantùm prole donati, mentem adolescentis ægrè ferebant: tandem agnitâ Dei voluntate, cui per universum obediunt omnia, post receptum ab eo habitum, inenarrabili gaudio sunt perfusi. Nomen noluit Angelicum permutare, qui Angelicam vitam in terris agere non recusabat; in qua tantùm doctrinæ claritate, & excellentiâ, sui Monasterij Fratres antecelluit, ut in sacra Theologia, aliisque scientiis eruditus, ejusdem sacræ paginæ brevi tempore Lector sit adscriptus. Deindè, singulis annuentibus, Monasterij, sui Ordinis Florentiæ; posteà communi omnium laude Thusciæ Provinciæ Carmelitarum Antistes, est declaratus; in quo regimine studiosos summopere protegebat: audaces charitate refrœnabat: in via Domini tardis, concionando, stimulos addebat; superbis Dei iram, humilitatemque commemorabat, adeò ut nihil omninò posset excogitari ad Antistitis munus pertinere, quod Angelus angelicis fretus virtutibus, non administraret suæ Provinciæ Tusciæ. Provincialatûs tempore jam transacto, Florentiâ ad sui Ordinis Sylvarum, prope Signiam, Monasterium se transtulit, ubi arduâ ac solitariâ vitâ cæteris cum Fratribus militavit: inque Dei servitio, Matrisque devotione ineffabiliter accensus, Congregationem Mantuanam Carmelitarum mirâ eruditione, & exemplo excoluit. In senectute tandem bona repertus Florentiam ad patriam, Carmelicolasque suos veniens, jejunio, ac mirâ abstinentiâ maceratus, sedulòque pernoctans in devotione Deiparæ Mariæ Matris, ab ea proprij obitûs diem scire promeruit: sicque gaudens, & exclamans: Cupio, Virgo Mater, nunc dissolvi, & esse cum Christo, in morbum incidit: ad thorum Fratribus circumfusis, cinerem, cilicia, ac spinarum manipulos ad se adduci voluit, interquæ positus, profusis lacrymis, animam suam Domino commendavit, mente in Domini passionem, oculisque in Crucifixi imaginem defixis, his denique elevatis in cœlum, annum ætatis agens sexagesimum primum, millesimo quadringentesimo, trigesimo octavo, decimo septimo Kal. Septembr.

natus Florentiæ, illustri genere,

aggregatur Carmeli Ordini:

Officia:

vitam sollitariam agit,

Mantuanæ Congregationis cultor:

Digitized by Google

XVI. AUGUSTI.

illa Davidica verba pronuncians: [Si iniquitates observaveris, Domine, Domine quis sustinebit? migravit è vita: ejusque anima, videntibus Fratribus, ad cœlestem patriam defertur ab Angelis. Quantæ autem vir sanctus extiterit sanctimoniæ, etiam declarat in eum devotio, concursusque populorum apud Carmelitas Florentiæ, corporisque tumulus, his pervetustis carminibus exornatus:

obitus:

Quid nos Religio moneat, quid vita pudica,
Et nôram, & multos, nunc, docuisse juvat
Carmeli testes, quorum sum sacra secutus
Angelus: & tanto nomine dignus eram.

2249. Quare, nè tanti viri deperderetur memoria, in mystica effigie (quæ ab eo tempore adhuc in Ecclesia summa cum devotione palàm asservatur) meruit post mortem populo demonstrari, in qua cernitur integerrimus Pater cœlestibus undique ad crines fultus radiis, elevatâ ad cœlum facie, dexterâ manu librum, sinistrâque rubeum gestans sceptrum, septem circumdatus columbis toto corpore albis, rostro & pedibus rubeis, nempe tribus ex utroque latere altero ex pedibus cruci rubeæ innixis; unica absque cruce, sed radiis redimita capiti expansis alis insidens, sicut & aliæ omnes: hæc verba pronunciat: EXULTET IUSTUS IN CONSPECTU DEI. Sub Patris ejusdem pedibus mitissimus agnus sternitur: Angelique duo cœlestes terrenum Angelum rosarum ferto coronant, ac vimineis vasculis ejus verba rosarum in specie ex ejus ore egredientes & cadentes diligenter excipiunt; eò quòd, testibus Calvo, & Gometio Dominicanis, pro invisibilibus verbis, visibiles visi sint aliquandò, dum prædicabat, rosarum, & liliorum pulcherrimi erumpere manipuli: in inferiori margine imaginis nomen ejus atque vetustis caracteribus ita describitur: B. ANGELUS. Ejus corporis Reliquiæ extant in Ecclesia Carmelitarum ejusdem civitatis in area lignea, cum supra-scriptis carminibus, sub altari S. Luciæ Virginis & Martyris decenter asservatæ, ubi & post mortem Angelus miraculis claruit. *Hactenùs est relatio, infrà quam ad latus est signatura Notarij, & è regione ista subscriptio:* Ego Carolus Novellius, *&c.* civis & Notarius publicus Florentinus supra scriptam relationem transumpsi ex dicto libro Mss. Conventûs S. Mariæ Carminis, ac concordare inveni: *Proximè sequitur:* Alexander Puccius Prothonotarius Apostolicus Ecclesiæ Metropolitanæ Florentinæ Archipresbyter, nec non Illustrissimi & Reverendissimi D. Francisci Nerly, Dei, & S. Sedis Apostolicæ gratiâ Archiepiscopi Florentini Vicarius & Officialis in spiritualibus, & temporalibus generalis, Universis attestamur retropositum D. Carolum de Novellis fuisse, & esse talem qualem se facit &c. Datum Florentiæ in Archiepiscopali Curia hâc die 18. Aprilis 1673. *& à latere impressum erat magnum sigillum Archiepiscopi Florentini.*

effigies ejus mystica.

reliquiæ in urnâ asservatæ.

2250. *In vita alia aliquantò copiosiùs scripta, traditur etiam fuisse Prior in præfato Conventu Sylvarum nuncupato: Ille est, in quo S. Andreæ Corsino primum Missa sacrificium libanti apparens Sanctissima Dei Mater his eum alloquuta est verbis:* Servus meus es tu, &c. *In vita illa etiam hæc, inter alia, memorantur:* Quòd cum deliberaret de capessendo statu Religioso [quia omnes omninò Ordinum monasticorum regulæ in unum eumdemque finem diriguntur, omnes ei Ordines arridebant, & cui se mancipare deberet, ignorans, sæpè dicebat: UTINAM TOT MIHI CORPORA, QUOT MONASTERIA! UT IN EIS OMNIBUS DEO SERVIREM!] Tandem Deiparæ monitu, ad Carmeliticum, ipsi peculiariter dicatum, se recepit. Generosum ex inimicorum inferorum insultibus victoriam reportavit. Nam diabolum virtutis æmulum (qui semper familiæ nobilitatem, hæreditatis fælicitatem, ciborum, vestimentorumque apparatum in memoriam, & ante oculos proponebat, ut vitæ monasticæ paupertatem, jejuniorum frequentiam, omnia denique virtutis exercitia in horrorem haberet) fortissimo orationis clypeo superavit. In Conventu Sylvarum cœnobiticam anachoreticam ducens vitam, quandoque solo herbarum alimento contentus fuit. Ex singulari in Deiparam devotione, antè ejus imaginem quotidiè Officium ejus flexis genibus recitabat. Triduò antè festum Assumptionis B. Virginis Mariæ ad illud singulari cum pietate se præparans; & ejusdem mysteriis contemplandis vacans, ipso Assumptionis die febre acutâ correptus, sequenti die lætus animam efflavit anno 1438. *optat habere tot corpora, quot monasteria extant.*

Consequentur beneficia nonnulla sanitatis ad ejus sepulchrum relatâ traduntur, ac inter illa, istud: Quædam mulier filium suum hydropisi morientem, magnâ ad sepulchrum B. Angelini confidentiâ advexit: qui ibi sanitatem accepit. Ad ejus beneficij memoriam, in templo posita fuit effigies ipsius, inter septem dona S. Spiritûs egregiè depicta, cum binis Angelis, qui rosas ex ore ejus colligunt. *Sed nunc ab Angelino ad Angelum oratio procedat.*

XXVII. AUGUSTI.

De Festo Translationis S. Angeli Martyris.

2251. S. *Angeli Virginis Martyris, Doctoris vitam dedimus ad diem V. Maji. Siculi, præcipuè Leocatenses, & Panormitani, ob varia, & singularia per eum recepta beneficia, præcipuâ venerationè ipsum prosequuntur, ac continuatum ejus patrocinium promereri satagunt. Hinc Leocatenses varias sacri corporis ejus fecerunt translationes, videlicet aliquantò post obitum, ratione lilij mirabiliter*

Translationes variæ corporis S. Angeli factæ.

XXVII. Augusti.

liter ex ejus sepulchro germinantis, ac fontis olei, postmodùm aquæ inde etiam scaturientis, atque aliorum miraculorum. Posteà, ratione multiplicium miraculorum, & beneficiorum Leocatensibus, & aliis præstitorum, arca argentea facta fuit, ad quam glorioſum corpus S. Angeli translatum fuit anno Christi MCCCCLXXXVI. die VII. Augusti, sicut habetur ex Actis authenticis hîc infrà. Deindè Translatio alia facta fuit anno MDCXXIII. die V. Maji, ad novam pretiosiorem arcam argenteam: ac denique ultima Translatio contigit an. MDCLXII. die XV. Augusti: & ea fuit solemnissima. Istorum omnium fidem faciunt Acta publica, quæ sequuntur. Porrò festivitas nova S. Angeli Leocatæ anno MDCXXV. instituta fuit ad XVI. Augusti; deindè in memoriam jam dictæ solemnissimæ Translationis factæ anno MDCLXII. extensa fuit pro toto Ordine, ad instantiam R.mi P. Matthæi Orlandi Prioris Generalis sub Clemente X. anno MDCLXXII & auctoritate Sacræ Congregationis Rituum, subscribente Eminentiss. Cardinale Bona, fuit approbatum Officium. De præfatis Translationibus, ex Actis publicis, & authenticis hîc consequenter agetur.

occasione ultimæ, solemnissimæ, institutæ præsens solemnitas.

TRANSLATIO

Venerandi Corporis S. Angeli in novam Arcam argenteam, an. 1623.

Ex Actis publicis Leocat.

DEO OPT. MAX.

S. Angeli martyrium Leocatæ:

2252. INclytus Dei & Domini nostri JESV CHRISTI Sacerdos & Martyr ANGELUS, Carmelita Jerosolymitanus, percussus quinque mortalibus plagis, sic exanguis prædicans imaginem Crucifixi amplexus, civitatem dilectissimam Leocatam commendans, & pro suo persecutore Berengario, ad instar Prothomartyris Stephani, exorans, obdormivit in Domino Leocatæ quintâ Maji MCCXX. cujus sanctum ac venerabile Corpus ab Antistite Panormitano Gotfredo post dies octo sepultum fuit in Ecclesia sanctorum Philippi & Jacobi, ubi sanguinem effudit, juxta ipsius Martyris mandatum; ut clarè testatur Henoch Patriarcha Jerosolymitanus, præfati Martyris socius, hæc propriis oculis vidisse, ac suis manibus palpavisse: & vetustissima & notissima fama est, ex traditione antiquorum, tribus diebus sequentibus desuper sepulchrum ejus virens lilium apparuisse, & innumerabilia miracula, ejus meritis, coruscasse: ob id Leocatenses cives sacra ossa dissepelierunt (& statim aqua scaturivit ubi Corpus erat, cujus sæpè fontis aqua solebat oleum manare, quô liniti restaurabantur) illaque honorificè posuerunt in lignea arca, cooperta rubei coloris frixô aureô decoratâ. Et sic nonnullis annis elapsis posteri cives, devotione moti, sacras Reliquias prætactas transtulerunt in arca argentea, foliaceibus argenteis deauratis in modum crucis ornatâ, in qua huc usque manebant, sub hac forma.

Panormitanus antistes corpus sepultura tradit:

ibi lilium exoritur, & fons aquæ scaturit,

Corpus S. Angeli in arca lignea rubeo panno decorata, deindè in argentea deposition fuit,



forma ipsius arcæ argenteæ vetustæ

Præsentes verò cives præ oculis habentes hodierna beneficia commendatione ipsâ prædicto coram Protectore, ac ab inimicorũ suorum insidiis custode, volentes in minori parte tali tantoque Martyri; Davidicâ progenie nato, retribuere, & ut prætactæ ejus Reliquiæ majori honore venerentur, decreverunt (jam sunt anni octo) præfatam argenteam arcam, in qua præfatum venerandum Corpus quieſcit, illustrare. Ob eam causam elegerunt in Deputatos hujusmodi fabricæ Franciscum Grugno, & Balthasarem Celestri & Prades; & in Depositarium argenti Joseph Serravilla, probos ac nobiles cives; ut patet per Actum celebratum nonâ Junij 1615. Et Spiritûs sancti gratiâ spirante, quidam Magister Lucius de Arizi faber argentarius terræ Raguſæ hujus Regni Siciliæ obtulit,

Arca argentea nova pretiosior fit.

Digitized by Google

XXVII. AUGUSTI

obtulit, & se obligavit eandem argenteam arcam fabricare, ut in Actis legitur sextâ Decembris, quartâ Indictione MDCXXI. sicut illam domi ipsius de Serravilla fabricavit. Quâ arcâ expeditâ volentes cives ipsam Translationem sanctarum Reliquiarum facere, devenerunt ad hæc, in quorum perpetuam memoriam, & eorum pietatis effectum: In nomine Domini nostri *Iesu Christi* patefacimus, quòd anno à salute mortalibus restituta MDCXXIII. Indictione sextâ, mense Majo, die verò quinta, feria sexta, ac festo ejusdem Martyris hora quasi vigesima Pontificatûs in Christo Patris & Domini nostri Domini Gregorij divinâ providentiâ Papæ Decimi quinti, annô ejusdem tertiô, regnante Serenissimo, Invictissimo, ac Catholico Domino nostro Philippo Dei gratiâ Rege Quarto Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Jerusalem, &c. feliciter, Amen. In nostrûm Notarij testiumque infrà dictorum præsentia personaliter instituti in venerabili Ecclesia ejusdem Martyris, idem Franciscus Grugno, Dominus Antoninus de Caro, Dominus Philippus Celestri, & Joseph de Averna magnifici jurati hujus dilectissimæ civitatis Leocatæ tamquam Patres & Primi Universitatis (cui soli competit jus Patronatûs prætactarum sanctarum Reliquiarum) nobis de nominibus & cognominibus cogniti, spontè, promptô animô, ac rogationibus & piis supplicationibus petierunt benedictionem à Rev. D. Michaële Tavormina, cive & Vicario hujus prætactæ Civitatis; cui fuit collata potestas hujus Translationis ab adm. Illustri & Reverendissimo Domino Gabriele Salerno, sacræ Theologiæ Doctore, Cathedralis Ecclesiæ Agrigentinæ Cantore & Vicario Generali Illustrissimi & Reverendissimi Domini D. Octavij Ridulphi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Episcopi Agrigentini, nobis etiam de nomine & cognomine cognito ibidem præsente, & præfatâ auctoritate in spiritualibus benedicente, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti*: quâ benedictione habitâ, fuit per Rev. D. Carolum Giliberto Juris utriusque Doctorem, Archipresbyterum hujus majoris Leocatensis Ecclesiæ intonatus Hymnus *Deus tuorum militum*, &c. Rev. Dominus Angelus Eriolo Capellanus dictæ Ecclesiæ, & societatis dicti sancti Martyris; ac P.M. Fr. Angelus Gatti, sacræ Theol. Doctor Carmelita Prior sacri Conventûs ejusdem Ecclesiæ, aliique Sacerdotes Sæculares & Regulares, induti paramentis Ecclesiasticis; cantantes acceperunt veterem præfatam argenteam arcam ab altari majori, in quo posita fuerat præteritâ die, vigilia Festi, hora quasi vigesima ad vesperas ante Officium (quâ horâ ipsâ die in annis antiquiores cives, assueverunt illam educere à cancellis & clausuris ferreis sacri sacelli præfatarum sanctarum Reliquiarum) illamque processionaliter transeundo per Ecclesiam S. Andreæ, posteâ per viam quæ vocatur Arcus in humeris portarunt sub Baldachino sub ara ad hoc erecta in palco ligneo, ornamentis insignito, in medio viæ, quæ est propè cœmeterium prædictæ majoris Ecclesiæ, devotè adstantibus in circuli formâ Presbyteris & Clericis dictæ majoris Ecclesiæ, Fratribus omnium Conventuum, ac Confratribus omnium Societatum, & Confraternitatum civitatis, ac numero civium ferè decem milliû, ultra turbam plurimam, quæ egressa fuerat à finibus istis, & convenerat ad diem festum hunc... Priùs invocato Christi nomine, dictique Martyris implorato auxilio, fuit ab ipsis Vicario & Juratis ordinatum Magistro Philippo de Anizi, filio dicti Magistri Lucij, ac eidem Joanni Martino uti artifici; qui priùs flectentes genua magnâ devotione, nudato capite, diligenter ferreis instrumentis (cum lachrymis exclamante populô, MISERICORDIA!) eripuerunt à prædicta veteri arca landas argenteas, illamque in prædictam novam, quæ in altari in medio dictorum Officialium existebat, humiliter immiserunt, quæ sedulò clausa & clavis affixa fuit; & clarâ voce ibidem Archipresbyt. intonavit Hymnum, dicens: TE DEUM LAUDAMUS, &c.... Sed mirabilis Deus in Sanctis suis: quoniam in ipsa processione meritis ejusdem Martyris quatuor parvuli ruptura infirmi sanitatem acceperunt, videlicet Julius Spata, Joseph Tarbo, Angelus Vaccaro, & Sebastianus Bono. Tandem applicando ad eamdem Ecclesiam, dictam venerandam argenteam novam arcam collocarunt in dicto majori Altari, pietate, quâ decet, ut illa per octavam veneretur, sicut mos est: & facta est in hoc triumpho Martyris lætitia magna in populo, eo dicente: *Gaude Ierusalem sancta, Christi sanguine sactata: gaude civitas Leocata sancti Martyris ditata Angeli Reliquiis.* Undè ut in futurum appareat, tam ad instantiam dictæ Civitatis, dictorumque civium, quàm aliorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, factus est præsens Actus suis die, locô, & tempore valiturus, præsentibus pro testibus Sacerdote sæculari Domino Mamuxia cl. Domino Michaële Caci, Antonio de Fragaro I.V.D. Petro de Casi Art. & Med. Doct. Domino Francisco Perconti, Alexandro Formica, Domino Vincentio, & D. Mario Serovilla, Joanne Baptistâ de Ognibeni, Joanne Antonio de Caci, Alexandro Articalupo, Joanne Philippo Fontano. *Inferiùs scriptum erat*: Ego Jacobus Murci, Leocatæ civitatis dilectissimæ Regiâ auctoritate per totum hujus Siciliæ Regnum citra Pharum, ejusque Insulas coadjacentes Judex ordinarius, atque Notarius publicus, præmissa omnia rogatus & requisitus recepi, scripsi, publicavi, & in præsentem publicam formam reduxi, subscripta mea manu propria his me subscripsi, meoque solito & consueto sigillo signavi, in fidem & testimonium præmissorum.

Magna cum solemnitate.

In eam sacra Reliquiæ transferuntur.

Quatuor parvuli infirmi S. Angeli sanantur.

SACTUM

XXVII. Augusti. **Sacrum Corpus S. Angeli in binis Arcis (ligneâ interiùs, argenteâ exteriùs) solemnissimè includitur, Anno 1623. 14. Maji.**

Ex iisdem Actis publicis.

DEO OPT. MAX.

2253. FActa (ut præscripsimus) Translatione sancti ac venerandi Corporis Martyris, nostri Protectoris, ex communi consilio prælibatorum spiritualis & temporalis Officialium Curiæ, fuit reædificata lignea arca, in qua sacra Ossa manebant (ob destructionem inveterati ligni) ad perpetuò servandas Reliquias Civitatis dilectissimæ: suorumque civium pietate fuit aureo raso intùs ornata, ejusdemque coloris, velluto cooperta, filo aureo, & margaritis, ac raso variis coloribus, acu insignita, ingenio, opere, ac præstantibus manibus Sanctimonialium Leocatensium sacri Monasterij sanctæ MARIÆ Succursûs Cistercensium Ordinis divi Bernardi, in qua glorioſum Corpus translatum fuerat ex dicta vetere lignea arca præteritâ nocte privatè in sacro Sacello, illudque in eo inventum fuisse positum, priùs in media arcæ tabula (quæ æstimaretur fundus ipsius arcæ) posteà mantile serico viridi, albo & rubeo coloribus lineato, exindè sacra Ossa corporis, sanctumque caput, seu calvaria rupta involuta in xilino seu bombice, desuper quindecim numulos æreos Regni Aragoniæ insigne impressos, & denique subtus nonnulla fragmenta & cineres ipsius glorioſi Corporis, ac membrorum; ut contineri vidimus his verbis scriptum:

Arca interior lignea renovatur, & pretiosè ornatur.

2254. Sit cuncto populo Christiano notum, & manifestum, quòd hodiè die septima Augusti Indict. 4. MCCCCLXXXVI. regnantibus beatissimo summo Pontifice Innocentio Papa VIII. & Sereniſſimo Principe & Illustrissimo Domino nostro D. Ferdinando inclyto Rege Castellæ, Aragonum, &c. existentibus Capitaneo Armorum terræ Licatæ magnifico Domino Galcerando de Caro, Domino Castri Montis Clari & Capitaneo dictæ Terræ, nobili Macciottâ de Amato, Præfecto Piero Cannizaro, Juratis nobilibus Moraclusio Delotto, Berengario Seraira, Antonino Perconti, & Christophoro la Caudarera, ad laudem sanctæ & individuæ Trinitatis, gloriam & honorem glorioſissimi Martyris S. Angeli, Ordinis Carmelitarum, fuit ejus glorioſissimum Corpus translatum in præsente area argentea per Rev. D. Leonardum de Capransano, Canonicum Agrigentinum ad hæc commissum per Reverendos Vicarios Generales Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Joannis Decastreo Episcopi Agrigentini, intervenientibus etiam in eadem Translatione Venerabilibus Dominis Vicario terræ Licatæ, Presbytero Galcerando Gugliſmotta Archipresbytero, & Domino Antonino de Lotto Capellano & Beneficiali dictæ Ecclesiæ S. Angeli: in qua Translatione intervenerunt multi spectabiles, magnifici, & egregij Viri Regni; unde ad laudem, & gloriam, atque honorem dicti glorioſissimi Sancti, & supraſcriptorum memoriam dicti nobiles Officiales fieri fecerunt præsentem scripturam Translationis prætactæ per manus mei fratris Petri Bancelli, Ordinis Minorum civitatis Majoricarum, & sigillo Universitatis prætactæ, & subscriptione dicti Domini Leonardi munimine roboratam, quæ est acta Licatæ anno, mense, die, & Indictione præmissis.

Corpus S. Angeli arca argentea impositum anno 1486.

2255. Et in dicta ornata arca eâdem nocte illud positum fuisse, priùs circumdatâ xylinceo corporali fimbria albi fili fimbriatô, easdemque Reliquias xilino novo involutas, posteà in angulo ipsius arcæ dicta fragmenta & cineres, posita in serico velo violacei coloris, fimbriis aureis circumdato, exinde sacculo telæ albæ integro dicto xilino vetere pleno cum dicto mantili involuto, posteà desuper palmis octò panni serici damasci viridi colore, ac quantitate xilini novi sic cooperta; hinc est hodiè decima quarta mensis ejusdem, ac Dominica post Octavam Festi præfati, horâ, Indictione, Pontificatu, ac regnatione præmissis. Notificamus qualiter à præfata Martyris Ecclesia Processio facta sit (pro concursu populi) die Dominica, solita & antiqua via, sed recta, cum dicta, ut suprà, ornata area, ac pro decore Martyris monilibus aureis circumdata: quâ perventâ ad dictum Monasterium, idem Vicarius, ut suprà, delegatus ab ipso Vicario Generali dicti Cardinalis sanctæ Agnetis in Agona Agrigentini Episcopi, idemque Archipresbyter præfatis Sanctimonialibus lachrymantibus sacra Ossa monstrarunt: subsecuta est Processio, & in eodem loco prope cœmiterium applicata ipsa arca, sustentata majori cum aptitudine in altari, posita in palco ligneo, dictis Officialibus in eo genuflexis, dictisque fere innumerâ civium & advenarum turbis circumcircà eo modo existentibus aperta arca, ipsi Vicarius & Archipresbyter lachrymantes sacra Ossa membratim, eaque osculantes, monstrarunt genuflexis, & devoto populo exclamanti sæpè sæpiùs: *Misericordia!* innumerisque lachrymis dicenti: *O forte scutum fidei! ô Prædicator optime, Christi sator eloquij! ô Angele charissime diram necem pertulisti, dum ineestum prohiberes, & pravos mores fugares, sic emisisti spiritum; pro cunctis civibus ora.* Facta adoratione, dictoque spectaculo peracto, dictam arcam sindone munda involutam, ereptis tum dictis monilibus aureis ab ea, immiserunt in præfatam argenteam: & arcas præfatas præfati argentarij clavis ferreis fortiter simul affixerunt, & cooperuerunt; adeò quòd sine violentia, & earum destructione sacrum Corpus præfatum minimè in futurum videri possit. Quibus peractis, & Hymno *Te Deum laudamus*, cum Oratione dicto, subsecuta est Processio

Reliquiæ sacræ ostenduntur.

Exclamationes populi.

Digitized by Google

XXVII. AUGUSTI

cessio. Tandem applicatâ ad eandem Protectoris Ecclesiam dicti Jurati prætactam venerandam arcam in Sacrario clauserunt solitis ferreis & ligneis clausuris, ut mos est: gaudentes cives, dicebant: *O fortunata atas! ô nos felices gentes, quæ meruimus videre gloriosum Corpus Angeli nostri.* Undè ut in futurum appareat, &c. ut in superiori. Præsentibus pro testibus Sacerdote sæculari D. Joseph, Sacerdote sæculari D. Jacobo Perconti, Sacerdote sæculari D. Joseph Blundo, P. F. Bonaventurâ Aravizzo Sacerdote Minorum Conventualium, P. F. Melchiore Labiso Sacerdote Carmelitâ, Joanne Baptistâ Formica Juris utriusque Doct. Hieronymo Formica patre & filio, Joseph Bonello, Francisco de Milazzo, Petro Collo, Didaco Greco, Joseph Ricciardo quondam Calcerandi, & Nicolao Caccaleti, &c. Datum Leocatæ decimo quarto Maji, sextâ Indictione, Anno millesimo sexcentesimo vigesimo tertio.

TRANSLATIO

Beatissimi Corporis S. Angeli ad novam Ecclesiam, facta anno 1662. *

* Iuxta Exemplar impressum Panormi An. 1663.

2256. DEus Optimus Maximus, quamvis Sanctam inter Astra Hierusalem fabricaverit, quæ suos invictos Heroas post vitæ hujus militiam triumphantes excipiat; amat tamen & homines accendere ad eorumdem victorias meritis semper honoribus coronandas, gaudetque nimiùm quantùm; sternente Cœlo victricibus animabus Solem, ac Stellas; templa in terris erigere, quæ frigidas cadaverum exuvias immortali pietatis ardore foveant. . . . Verùm si Orbis universus debuit in hæc devoti animi officia conflagrare, illæ potissimùm Urbes ardeant oportet, quæ strenuissimos Christi Athletas, vel terræ, vel cœlo pepererunt, sacrosque illorum cineres suo sinu claudunt. Inter quas haud ultimum locum nostram hanc Urbem sortitam esse ex eo constat, quòd caput laureatis Angeli spoliis coronatum sustollat. Diu Heros hic Solymæus in eremo versatus, venit novus Christi Præcursor ad Urbes, parans ubique vias Domini, & complens latè orbem ingenti suæ sanctitatis, ac miraculorum admiratione: donec variis hinc indè regionibus peragratis nostram Leucaten subiit. . . Voluit apud nos noster inclytus Protector domum figere, ut domestica nobis essent augusta ipsius patrocinia: & fortunam, quam Cæsar navi suâ vehere falsò putabat, domi nostræ nos præter invidiam haberemus.

2257. Exceperunt nostri majores tantæ hæreditatis patrimonium arcâ ligneâ primùm, ut tempus dabat, argentea deindè, ea majori pompa, fastûsque apparatu, quæ tantæ lætitiæ significationem decebant: diuque cœlestis thesaurus, veteri in templo asservatus, videbatur jam Regiam digniorem exposcere: impellebantque Lucatensium animos ad novi Templi structuram non vulgaria argumenta . . . Reddit quotidiè Sanctus oculos cœcis, salutem infirmis, robur jacentibus, miseris solatia, roganti cuique sua vota: & lucem adhuc desiderant sacræ ejus Reliquiæ? adhuc jacent saxa, quæ fabricam in altum tollant? Quid plura? clamant unaquaque horâ miracula miraculis coacervata, . . . Dum his ignibus fervet Leucatensium pietas, res accidit, quâ conceptæ jam flammæ in incendium auctæ moras omnes rumperent, fabrorumque manus ad optatum opus illicò concitarent. Grassabatur Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto totâ ferè Siciliâ (quæ procul æternum exulet) vesana pestis. Occidebant passim nitidiora Urbium capita: Equitesque, plebemque depasta uno eodemque morsu mors crudelissima depopulabatur lacrymabili clade frequentiores oppidorum populos, ferens ubique luctus, ac planctus; non ars, non industria, non ulla medicorum peritia aggerem tanto malo valebant opponere: diceres jam feralia sepulchra luridamque mortis Regiam florentissimas Principum domos esse; adeò irreparabili strage hoc furiale monstrum undique debacchabatur. Una Leucata inter tot Urbium ruinas, vel exarmatum, vel armis satis contusis sensit tantum hostem: & dum ubique Sicilia deflebat surgentes in montium cacumina mortuorum acervos, pauciissimos nostra dilectissima Urbs desiderabat, solùm etenim quinque ex nostris civibus ad Cœlestem Patriam evolarunt, nostra Urbs inquam, quæ, sinu peregrinis navibus aperto, aditum pesti dedisse si unquam alia, meritò timebat: verebaturque nimiùm, nè inter tritici commercia, dum aliorum vitæ consuleret, mortem ipsa suorum sua in horrea recepisset. Agnovêre omnes præsentissimam Angeli tutelam, ejusque patrocinio vertentes quicquid serenitatis in tam universali eluvione ipsis effulserat, jam tunc animos, manusque adjecerunt ad pares tanto beneficio grates reddendas per novam Templi ædificationem; ut tamen plerumque minores animo vires sunt, nec pari incessu eunt potentia, & amor; aggressis opus ingenti fervore defecerunt opes: nec paria inceptis augmenta secuta sunt, sed lento gradu fuit procedendum, retardante pietatis ardorem nummorum penuriâ.

Miracula quotidiana per S. Angelum.

Leocata meritis S. Angeli à peste præservata:

ideò novi Templi erectio decernitur,

2258. Placuit tandem Deo digitum suum omnipotentem, quo assuevit jam mundi machinam appendere, in rem nostram admovere, ac lætiorem Leucatensium votis fortunam apponere. Ad quod inter cætera miracula magis magisque, in dies ab omnibus spectanda, haud parum valuisse censeo dulcedinem fonti tribus ab hinc annis divinâ virtute superadditam ipso Angeli Martyrij pervigilio: quæ res mirum in modum omnium animos commovit, devotionemque auxit. Vicit igitur rei nummariæ penuriam pietatis copia, excitatoq; novo in omnibus incendio,

Digitized by Google

XXVII. AUGUSTI

incendio, confluxêre statim ad rem perficiendam totius Civitatis, & pecunia, & terga. Cerneres unoquoque die certis horis convenire unâ, eâdemque pietate æquatos, quos ætas, aut fortuna discriminabatur, & spectacula pro se quemque præstare cœlesti, haud Romano theatro digna. Mixti confusim Magistratibus privati, divitibus pauperes, senibus pueri, certatim omnes operam suam dabant, ut ad mensuram votorum fabrica adolesceret. Videres haud sine lacrymis hos ad imperia natos supponere oneribus nobile tergum de bajulorum more, vectare illos saxa, calcem, cæmenta, & quicquid ad opus promovendum conduceret. Asportabant alij tabulas, trabes, instrumentaque omnia quæ moles erigenda expeteret, pars summovebat terram, arenas, quæque alia operis celeritatem immorabantur : accendebant omnes, & voce, & exemplo fabros ut pares suis desideriis parietes quàm primùm assurgerent. Pecuniam verò impensis ministrabat communis omnium census... Jam verò visum est tempus esse, quô sacrum Depositum è veteri in novum Templum transferretur : ideoque dies decima quinta Augusti, quæ connumeratur hodierna dies, exultantibus Virginis in cœlum assumptæ trophæis, adhuc gestiens, ad id agendum decreta fuit. Utque aut pari, aut non absimili pompâ Translatio hæc de loco ad locum contingeret, quàm olim evenerint solemnes Translationes de arca in arcam; indicta etiam est Tragœdia uno eodemque Sole, qui Translationis festum ducet, peragenda, quæ ante civium oculos ponat sui præsentissimi Protectoris vitam & gesta singularia. Arca quâ inclyti Martyris Ossa veneranda clauduntur, stabit in medio Templi nuperrimè ædificati totos octo dies, quos, ut pio immisso certamine celebriores pietas redderet, singulos singulis civium officiis illos distribuit. Absolutis verò his festis diebus omni eo splendore, ac lætitiæ significatione, quâ vires, & antiqua in tantum Protectorem studia dabunt, in novo ejusdem Martyris Sacello sedebunt tandem Ossa triumphalia; quod læto semper faustoque omine cœlum fortunet...

Leucatensium devotio valde singularis.

2259. Quæ ne ulla unquam deleat oblivio, possintque ad posteros feliciter deducta, novas illas flammas addere ad majora, Instrumento publico commissum, ac vulgatum volumus omnibus, quique hæc legerint, quique audierint: Anno Filij Matrem ab originali præservantis millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, quintâ decimâ Indictione, mense Augusto, die verò decimâ quintâ ejusdem mensis, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Alexandri Divinâ auxiliante clementiâ Papæ Septimi, anno octavo sui pij & sancti Regiminis, ætatis verò suæ duodenariorum lustrorum cursu jam expleto. Regnante Serenissimo & Invictissimo, ac Potentissimo Cathólico Domino nostro Domino Philippo ex Austriaca Domo, Divinâ cooperante gratiâ Inclyto Rege Quarto Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, &c. feliciter Amen, nostræ Agrigentinæ Diœcesis Episcopo satis ultrà digno Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Domino Francisco Gisulfo & Ossorio, olim in hoc Siciliæ Regno Præside, & Capitaneo Generali meritissimo... Undè ad perpetuam rei memoriam, & ut in futurum appareat, & tam ad instantiam Urbis ejusdem, dictorumque ejus Civium, quàm aliorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, factus est præsens Actus suis die, loco & tempore valiturus pariter & ostensurus. Præsentibus pro Testibus Don Philippo Cæleste, & del Carretto, Guilelmo Cæleste, & Serovita, Petro Accolla, & quàm plurimâ turbâ tum Civium, tum exterorum virorum numero haud inæquali copiosissimo. Ego Don Joseph Peleri Leucatensis Urbis dilectissimæ, ac fidelissimæ Regiâ auctoritate per duas Valles hujusce Siciliæ Regni, nempè Mazaræ, & Neti, Apostolicâ autem per totum Orbem terrarum Judex ordinarius, ac Notarius publicus præmissa omnia recepi, scripsi, & publicavi, manuque propriâ subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, ac signo, & nomine meis solitis, & consuetis subsignavi, & communivi in fidem, & testimonium omnium, & singulorum præmissorum rogatus, & requisitus. *De Leocata, meritis S. Angeli liberata, plura videri poterunt hîc suprà num.* 1395. & 1401.

Annus & dies translationis.

2260. *Ex hactenùs dictis patet, quàm authentica sint omnia de S. Angelo; utpotè tàm solemniter in Actis publicis tradita; & quidem de translatione facta aliquantò post ejus martyrium, agitur in Actis hîc suprà num.* 2252. *& de alia facta anno* MCCCCLXXXVI. *constat ex Actis, de quibus num.* 2254. *& consequenter de aliis. Miracula autem ejus olim per Notarios publicos in magnis voluminibus scribi solebant: deindè anno* 1628. *novum confectum est volumen, & in eo scripto tradita miracula, prævio accuratissimo examine testium juratorum, sicut videre licet hîc suprà num.* 1389. & 1390. *ac sequent. Itidem authentica est ejus vita, tradita à testibus oculatis, & ab uno eorum scripta, videlicèt* Enoch, *sicut habetur ex jisdem Actis authenticis num.* 1395. & 2252. *nec non ex Baronio, Molano, Miræo, Bzovio, Thoma Belloroſio, & aliis: videatur hîc suprà num.* 1231. 1233. 1235. *Vitam illam typis edi curârunt præfatus Thomas Belloroſius, anno* 1525. *Panormi, & Octavius Cajetanus. Anno* 1657. *etiam Panormi inter* vitas Sanctorum Siculorum *tomo* 2. & *Benedictus Gononus anno* 1625. *Lugduni, inter* vitas Patrum Occidentis, *libro* 4. (*sed ea indiget castigatione*) *extat quoque MS. in Bibliotheca Vaticana. Ex eadem vita, per* Enoch, *prodierunt alia, compendiô tradita, atque etiam elegans, & devotus hymnus, Panormi anno* MDXXVI. *typis editus, qui sequitur.*

Digitized by Google

XXVII. AUGUSTI.

HYMNUS*

AD

DIVUM ANGELUM.*

*Iuxta exemplar Panormi impressum an. 1527.

*Marci Panclareni, Basilij, Siculi Messenij,

2261. SYdus, ô, salve, fidei coruscum,
Qui sacræ palmam meritus coronæ,
Martyres inter residēs beatos
Tempus in omne:
Cui sacrum nomen monitu dedêre
Virginis, cùm lux manifesta visus
Rettulit claros oculis parentum
Nocte soporâ:
Tum parens alvo Mariæ beato
Lætior natos peperit gemellos:
Vergeret quamvis genitor senectæ,
Obsitus ævo.
Abstinens rerum teneris in annis
Uberum lactas alimenta parcus:
Nec tibi curæ tener apparatus
Divitis aulæ;
Sed labor durus juvat, æquè primis
Mensibus cælebs inhias Olympo,
Scilicet par est: etenim decebat
Davidis ortum,
Atque germano socio laborum
Nunc domas hosteis animæ rebelleis;
Nunc humi stratus tua, ceu cubili,
Membra reponis.
Ambo primævâ pariles juventâ
Ritè Carmeli subiistis Ædem
Servitum magnæ Dominæ ferentes
Pectore casto.
Nónne mirâclis etiam refulges?
Proh fides! ima revocas ab unda
Ferream molem super enatantem
Alitis instar.
Sistis & Sacri fluvij recursus,
Sic Jósephus biduò sepultus
Mortis, heu mœstæ! lacrymis obortis
Luce revixit.
Attamen vulgus refugis prophanum,
Ergò desertas habitare rupes
Eligis, lustris penitus ferarum
Undique septus.
Sæpè cœlesti choreâ revisunt
Angeli: hi sacras epulas ministrant
Suspicis tandem venientis ora
Splendida Christi;
Illi ait, dux ô! fidei superne
Præpetem (segnis mora nunc abesto)
I, tene cursum Siculas in oras
Angele solers.
Sat tibi curâ vigili ferendum,
Sed manet tanti pretium laboris.
Quid gemis cladem patriæ futuram
Hoste sub acri?
Occidet quondam Lybia, subactam
Barbaro cernent Asiam minorem.
Græca Turcâ ditione tellus
Versa jacebit.
Hîc, ubi servat Galilæa ritus,
Heu! minax agmen steterit, cadetque
Tristis Epyri plaga, quæque Nili
Fertilis amne,
Dalmatæ cedent miseri, Rhodosque
Pannonis flebit regio, recumbet
Omnis Europæ propiùs periclo
Itala tellus.
Exeret tantùm scelerum propago,
Tu modò internos cohibe dolores:
Nuntia tempus fore, quo resurget
Nostra potestas.
Inclytæ crescet pietatis Heros,
Victor hoc ultrò duce miles ibit,
Roma jam tandem teneat quietas
Libera sedes.
Ut dies salvæ patriæ supersunt;
Perge nunc urbes celer ad Sicanas,
Hîc opem morbis operare nostro
Numine fretus.
Impius dùm se miseræ sororis
Frater incestu scelerat nefando,
Ipse Baptistæ similis Joanni
Fata moraris.
At salus mors est tua, nec timesces
Efferum crudi facinus tyranni,
Sic petes cælum gladio peremptus,
Inclyte Martyr.

Angelo nomen imposuit B. V. Deipara Maria.

Cujus favore ex senibus natus erat.

Abstinentia ejus in pueritia.

Rigor vitæ,

Invenis Carmeli Ordinem ingreditur;

Ejus meritis ferrum natat.

Iordanis sistitur.

Autam populatem fugit.

Ab Angelis invisitur.

Christus ei apparens destinat in Siciliam.

Oraculum de variis Regnis Christianorum à Turcis occupandis.

De Rege qui Turcas debellabit,

S. Angelus ab impostore redarguto occiditur.

XXIX. AUGUSTI.

DECOLLATIO S. JOANNIS BAPTISTÆ;

Eremiticæ vitæ ab Elia institutæ cultoris; & ideo inter binos Eliæ discipulos sepulti.

S. Ioan. Baptista vitam egit eremiticam, institutam à S. Elia.

2262. QUarto Kalendas Septembris Decollatio S. Joannis Baptistæ, Domini nostri Jesu Christi, & ejusdem in spiritu & virtute Eliæ præcursoris. Hîc vitam Eremiticam ab Elia Propheta institutam, adhuc puer assumpsit, vestium hispiditate, victûs parcitate, conversationis similitudine, parique mentis rigore Eliam semper exprimens; adeò ut Judæi eum esse Eliam in persona opinarentur. Quapropter in Sebaste, oppido Palæstinæ à suis discipulis inter corpora Elisei & Abdiæ Prophetarum, discipulorum Eliæ, tamquam eorum condiscipulus, & ejusdem Religionis observantissimus alumnus humatus est. *Ita in Martyrologio, seu Hagiologio Ioannis Gillemani* (a) *De ipso* in Desertis *vitam eremiticam agente, in spiritu & virtute Eliæ, & quidem ita similem, ut ipsum esse Eliam in persona Herodes rex, & Iudæi existimaverint, & Christus de ipso dixerit:* Ipse est Elias: *Plura videantur hic suprà ad diem* XXIV. *Iunij* (b).

ideo sepultus inter 2. discipulos S. Eliæ:

(a) de quo vide Tom. præced. n. 1707. & 1713. & seq.

(b) vid n. 1918. & seq.

2263. *Quòd*

Digitized by Google

XXIX. AUGUSTI

2263. *Quòd S. Ioannes Baptista sepultus fuerit in* Sebaste, *olim dicta* Samaria, *& postea etiam* Augusta, *testis locuples est S. Hieronymus, in caput primum Commentarij in Abdiam, sub initiũ, ubi ista*: Sepulchrum ejus usque hodie cum Mausolæo Elisei Prophetæ, & Baptistæ Joannis in Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes Rex Judææ Antipatri filius, in honorem Augusti Cæsaris, Græco sermone vocavit Augustam. *Idem tradit in Epitaphio S. Paulæ, agens de Sebaste: & ex eo Cardinalis Baronius in Annalibus, ad annum Christi* 362. *ubi ista*: Vidit Sebasten, id est, Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode, Græco sermone, Augusta est nominata: ibi siti sunt Eliseus, & Abdias Prophetæ, & quô major inter natos mulierum non fuit, Joannes Baptista. Ubi multis intremuit consternata miraculis: namq; cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulchra Sanctorum ululare homines, more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensisque pede fæminis, vestes defluere in faciem &c.

scilicet in Sebaste, seu Samaria,

inter corpora S. Elisei & S. Abdiæ:

2264. *Fuerunt autem sancta illa corpora ibi cum magna veneratione asservata usque ad annum Christi* CCCLXII. *quo sub Iuliano Apostata, Paganorum feritas velut relaxatis frænis, efferbuit in omnem sævitiam ac impietatem, ac etiam in sacras reliquias, contumeliosè igni traditas: sicut tradunt Nicephorus* (a) *& Cardinalis Baronius* (b). *Videatur quoque hic supra ad diem XIV. Iunij, cap. ultimo vitæ S. Elisei. Decollationem S. Ioannis Baptistæ Mantuanus* (c) *insignè decantavit carmine, cujus hoc est initium*:

Herodes, Herode satus, vesana propago,
De patre vesano, fratris consorte Philippi
Usurpatâ, ingens scelus, immanemque rapinâ
Ausus erat, tantumq; nefas jactabat in horas.
Id Baptista palâ facinus reprendere adortus,
Iram Herodiadis (nam regis adultera nomen
Hoc habuit) subitò incurrit: crudelior Hydrâ
Illa, sacro insidias Vati, laqueosque tetendit.

Infra, de loco sepulturæ:

Tunc caput ablatum, tunc advenêre nepotes
Eliæ (viventis adhuc) raptumque cadaver
Adjunxêre suis patribus, tumuloque dedêre,
Atque duos inter vates posuisse feruntur,
Scilicet Abdiam, Carmelicolamq; Heliseum.

Ibi Nepotes Eliæ *id est, posteri, nuncupantur* Discipuli S. Joannis Baptistæ, *ejusdem absdubiè cum suo Magistro*, in spiritu & virtute Eliæ *vivente, instituti; & ideo* tulerunt corpus ejus, & sepelierunt *inter corpora SS. Elisei & Abdiæ discipulorum S. Eliæ.*

(a) lib. 10. cap. 13.
(b) in Annal. ad an. 362.
(c) lib. 8. Fastor. seu de sacris dieb.

Elegans descriptio occâsionis martyrij S. Ioan. Bap.

SEPTEMBER

II. SEPTEMBRIS.

VITA S. BROCARDI

Natione Hierosolymitani, Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, secundi Prioris Generalis.

Cur dicatur Prior Generalis, *ratio istius nomenclaturæ tradita est superiùs* (a).

(a) ad diem 29 Martij num. 1162. & seq.

NOTATA PRÆVIA.

§. 1. *S. Brocardi vita quandò primùm scripta: ac deindè à quibus compendiosiùs compilata: elogia quædam in ipsum, & quædam de ejus cultu.*

2265. IOannes Molanus in Auctario ad Martyrologium Usuardi, *ad diem 2. Septembris, hac de B. Brocardo habet*: Eodem die, beati Brocardi Presbyteri, & Carmeli Prioris Generalis, magnæ sanctitatis viri. *Et infra, in Annotationibus*: Brocardi vita eô annô cœpta est scribi, quô obiit, ut habet initium historiæ ejus. *Indè apparet, ipsum vidisse primigeniam illam vitam, undè posteriores ea quæ de B. Brocardo scripserunt, mutuati sunt. Dolendum sanè, eam latere, aut interiisse; indè enim Carmelitana historia non parùm illustraretur, quoad ea, quæ ipsius tempore contigerunt. Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum scribit de eodem*: In monte Carmelo beati Brocardi Secundi Prioris Generalis Carmelitarum. *Et in Annotationibus*: Fuit patriâ Hierosolymitanus, B. Bertholdi primi Generalis successor. *De ejus in Priorem Generalem unanimi electione scribit S. Cyrillus* (b), *qui cum eo in Carmelo vixit, & ipsi successit: & eum nuncupat* virum perfectum. *Ioannes Grossi* in Viridario (c) *brevem habet vitæ ejus epitomen. Similiter Ioannes Palæonydorus* in Fasciculo tripartito (d). *Trium istorum opuscula inserta sunt Tomo præcedenti. Thomas Bradley Episcopus Dromorensis in Hibernia, circa annum Christi* 1446. *in Oratione*

S. Brocardi vita scribi cœpta anno quo obiit:

ea periit, aut latet:

S. Brocardi memoria apud varios Scriptores:

(b) libro de processu Ordinis vide Tom. præced. num. 301.
(c) n. 561. & 593.
(d) n. 1035.

II. SEPTEMBRIS.

Cur hic duplex ejus vita detur,

panegyrica de S. Brocardo, præcipua vitæ ejus puncta tradit. (Orationem illam habemus ex vetustis monumentis à Ven. P. Wastelio, ex variis mundi partibus, collectis) Arnoldus Bostius, non uno in loco sed in variis libris vitam, virtutes, doctrinam, miracula, & beatum obitum S. Brocardi commemorat, videlicet in libro de Patronatu Beatissimæ Virginis, & libro de viris illustribus, sed luculentiùs in Speculo historiali lib. 6. cap. 11. & 13. & lib. 7. cap. 2. Ex utroque (Bradleyo, & Bostio) vitam & gesta S. Brocardi hìc damus; nam licèt uterque ferè conveniat, habet tamen nonnulla Bradleyus, quæ desunt in Bostio, & econtrà.

(a) circa an. 1204.

2266. *Wernerus Rolevinck Carthusiensis*, in Fasciculo temporum (a), *sic ejus meminit*: Sanctoque loci illius (Carmeli) tunc Priori Brocardo, mortui suscitatione, quàmpluribusque miraculis coruscò, & suis Confratribus, Regulam, jure suò ordinariò tradidit, &c. *scilicet S. Albertus Patriarcha Ierosolymitanus.* (b) Speculum antiquum Ordinis, (c) *quod impressum fuit Venetiis anno* 1507. S. Brocardus secundus Generalis Ordinis: cui Albertus Patriarcha Regulam Ordinis signanter direxit, & scripsit: cujus siquidem gloriosum corpus multis clarens miraculis, in monte Carmeli quiescit. *Petrus Lucius* in Bibliotheca Carmelitana *hæc, inter alia, de illo tradit*: Brocardus Hierosolymitanus, vir insignis, ac vitæ Sanctimoniâ conspicuus, vario doctrinæ genere excultus, plurimum in conservando gregem sibi commissum verbò, & scriptis laboravit, nihilque prætermisit, quod ad bonam conversationem, ac fidelium ædificationem pertineret. Ea quoniam videbat divinâ providentiâ Carmelitas hinc inde per Asiam, Africam & Europam dispersos, multos ipse hortationibus piis ad Propheticæ vitæ continuationem sedulò monuit... Cæterum Brocardus, mortui suscitatione aliisque miraculis coruscus, depositâ carnis sarcinâ, ad verum Carmeli montem, qui Christus est, migravit secundâ die Septembris. *Aubertus Miræus.* Libro de origine & incrementis Ordinis Carmelitarum cap. 6. *istud habet vitæ ejus compendium*: S. Brocardus patriâ, & cognomento Hierosolymitanus, secundus Latinorum Generalis Prior Carmelitarum: Vir insigni vitæ sanctitate variòque doctrinæ genere celebris. Is est cui sanctus Albertus Patriarcha Hierosolymitanus Regulam Carmelitarum inscripsit: ad cujus observationem alumnos suæ Religionis, omni quidem tempore, maximè tamen sub mortem, his & similibus verbis est cohortatus: Filij, inquiens, desideratissimi, corona mea, & gloria mea. Vocavit nos Deus ad Prophetarum Ordinem, ad Eremitarum suorum numerum glorioso hoc titulo decoratum FRATRUM B. MARIÆ DE MONTE CARMELO. Videte, oro, nè post discessum meum vobis hunc titulum ineptè & vanè concreditum esse reprehendamini. Estote fortes in bello, induite brachium Domini, in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obsequio constanter perseverate: divitiæ si affluant, nolite eor apponere: & si mundus vos odit, mementote quia Christum Jesum Dei filium prius odio habuit. Omnem vitam vestram ad Eliæ, & Mariæ vivendi normam componite. Æmulatores æstote legis à me vobis propositæ, & date animas vestras pro testamento Patrum nostrorum Eliæ, Eliséi, & Joannis Baptistæ, & mementote operum quæ fecerunt, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Confortamini ergo, ô Filij, & viriliter agite in Lege prædicta, quia in ipsa glorioси eritis. Interim oculis in cœlum intentis iteratò precabatur: Bone Jesu suscipe, me, & conserva eos, quos dedisti mihi, ut non perdam quemquam illorum. Quibus in verbis animam illam nive candidiorem exhalavit. *Vita S. Brocardi etiam extat in Menologio Carmelitano typis excuso Bononiæ anno MDCXXVIII. per Petrum Thomam Saracenum, & in libro, cui titulus*: Decor Carmeli, *impresso Lugduni annò* 1665. *per Philippum à SS. Trinitate Præpositum Generalem Carmelitarum Discalceatorum Congregationis S. Eliæ; sed in illa utraque non satis exacta videtur chronologia, de qua agemus* §. *sequenti.*

(b) ejus vita tradita est ad 8. Aprilis.

(c) in Catalogo SS. Ordinis pag. ultimâ.

S. Brocardi patria,

& miracula

vitæ ejus epitome.

2267. *Sanctitatem Brocardi, & cultum illi debitum declarat Lezana in Annalibus* (a), *ex perpetua, & constanti traditione, ex Martyrologiis, ex miraculis, ex auctoribus, ex Officiis divinis. In Kalendariis Mss. vetustis de eo legitur ad diem* 2. *Septembris* (b) Sanctus Brocardus Confessor non Episcopus. *Ita quoque in Kalendario Romæ annò* 1564. *impresso apud Impressorem Cameralem, ad diem* 2. *Septembris*: Brocardi Confessoris, Duplex. *Breviaria verò, ac Missalia anno* 1573. *&* 1575. *impressa Venetiis ac Lugduni hujusmodi in loco proprio inscriptionem habent*: Die 2. Septembris, sancti Brocardi Confessoris, Ordinis nostri, duplex. *Extat illic in Horis Canonicis hac Collecta propria*: Sanctifica quæsumus nos famulos tuos, qui preces in veneratione beati Brocardi montis Carmeli incolæ Confessoris tui humiliter ad te dirigimus; ut ejus salutaribus patrociniis vita nostra inter adversa ubique regatur, & prospera. Per Dominum, &c. *Additur in Missali Veneta editionis anni* 1574. *Missa propria, seu integraliter suo loco disposita, cum sculpta ejus effigie, in dextris lilium, in sinistris librum gestante, cum subscriptis tribus Collectis.* 1. ORATIO Deus qui Ecclesiam tuam beati Brocardi Confessoris tui illuminare dignatus es meritis, & doctrinis, concede, ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, & spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Dominum, &c. 2. *quæ est* SECRETA: Munera tibi Domine dicata sanctifica, ut meritis beati Brocardi Confessoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum, &c. 3. *quæ est* POSTCOMMUNIO. Concede quæsumus Omnipotens Deus, ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Brocardi Confessoris tui patrociniò sublevemur. Per Dominum, &c. *In Litaniis Sanctorum Eremitarum à Doctoribus Sorbonicis, & Andrea Saussaye Vicario Generali, Archie-*

(a) Annal. Tom. 4. ad an. 1211. n. 3. & seq.

(b) vide hic suprà Præfationem generalem.

S. Brocardi cultus antiquus.

II. SEPTEMB

Archiepiscopi Parisiensis, approbatis, & typis editis Parisiis anno 1653. *sic invocandus proponitur:* Sancte Pater Brocarde, qui vitæ normam, scriptò tibi traditam, clariùs moribus expressisti, ac verè epistola Christi, spiritu Dei vivi in corde descripta, fuisti: Ora pro nobis.

§. 2. *S. Brocardi doctrina, & Scripta: quantum ei debeat Carmeli Religio: tempus regiminis.*

S. Brocardi doctrina, & scripta: (a) in Append. lit. B.

2268. *Doctrinam ejus testantur scripta, de quibus Possevinus in Apparatu sacro,* (a) *ubi ista:* Brocardus Hierosolymitanus, & Eremita montis Carmeli, Latinè scripsit Canonem sui Ordinis; Statuta item in Carmelo, alterò libro; pias exhortationes aliò Paulò ante, *cum Doctorem tunc apud* Angeli Virgo, &c. sub Doctore Brocardo Hierosolymitano Carmeli velamen accepit. *In Gesneri Bibliotheca utrumque conjungitur:* Brocardus, patriâ Hierosolymitanus, Palæstinorum Doctor, Hebræus; Latinè scripsit canonem sui Ordinis lib. 1. Statuta in Carmelo lib. 1. exhortationes pias lib. 1. atque alia. *Per* Canonem *intelligitur Regula, quam ex Regula antiqua Ordinis (videlicet libro de Institutione primorum Monachorum à Ioanne Hierosolymitano tradita anno Christi CCCCXII. & exinde pro Regula habita) nonnulla etiam ex S. Basilij Regula mutuatus, conscripsit, eò fine, ut Ordo antèhac in Carmelo, & aliis eremis magis eremiticus, quàm cœnobiticus, deinceps esset magis cœnobiticus; Religiosi enim habitabant sparsim in Carmelo, in cellulis separatis, & distitis, septò, seu murò non circumdatis. S. Brocardus autem intendebat prosequi id, quod sub Aymerico Patriarcha, & S. Bertholdo inchoatum erat, nempè monasterium, juxtà modum Europæorum, murò altò circulariter circumdatum, in quo omnes simul congregati, magis cœnobialiter viverent; tùm ut sic magis conformes essent Religiosis Europæis, seu Latinis (qui ibi plurimi erant) tùm ut magis tuti essent ab incursibus prædonum.*

S. Brocardus Regulam novam Ordinis concinnavit,

2269. *Quò annò* Canonem *illum, seu* Regulam & Statuta, *seu* Constitutiones *S. Brocardus scripserit, disserit* P. Lezana *tomo 4. Annalium, ad an. Christi 1171. & 1191. & ut verisimilius censet, quod anno 1191. Segerus Paulij, in Chronologia vitæ S. Simonis Stock, id refert ad annum Christi MCLXXI. ubi ista:* S. Brocardus eôdem annò (1171.) ex commissione S. Bertholdi Generalis, Latinum conscribit Canonem, seu Regulam cum Latinis Constitutionibus, ad reducendum Ordinem suum ad morem Ecclesiæ Latinæ. *Etiam hæreticus & apostata Ioannes Balæus, in Catalogo Scriptorum Britanniæ, multa de Carmelitarum Ordine inserens, hæc partim vera, partim falsa scribit* (b) 2 Brocardus igitur Hierosolymitanus secundus eorum Præses, annò Domini 1171. composuit eis Regulam, ex Basilij dogmate, quædam mutuatus, ut secundùm illam viverent. Hanc annò Domini 1199. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus abbreviavit, confirmavit, atque observandam ipsis tradidit. *Vera quidem fuit de scripta Regula S. Brocardo ex S. Basilij dogmate (sed tamen magis ex Ioannis Hierosolymitani libro) & de ea à S. Alberto Patriarcha* abbreviata, confirmata, *& sic tradita, de quo plura videri potuerunt in Speculi hujus* Tomo 1. (a): *sed error est de Regula ab Alberto tradita anno* 1199. *cum tunc Albertus adhuc esset Vercellis, ibidem Episcopus; & dominum Patriarchalem cathedram obtinuit anno* 1205. *Igitur id fieri non potuit, nisi iste anno* 1205. *aut aliquot post: qua de re late disseruimus in Tomo* 1. *Speculi hujus* (b). *Sancto igitur Brocardo multum debet Carmeli Religio tota, ob* Canonem, *seu* Regulam (*quæ usquè in præsens servatur*) *atque etiam* Statuta, *seu* Constitutiones *ab ipso scriptas. Anterioribus autem temporibus in varia temporum vicissitudine per octo ferè integra sæcula, videlicet ab anno Christi quadringentesimo duodecimo, Regula hoc habitus fuerat liber à Ioanne Hierosolymitano Episcopo, seu Patriarcha, inscriptus* de Institutione primorum monachorum: *quem Aymericus Patriarcha Antiochenus & Legatus à latere Summi Pontificis ex Græco in Latinum traduci fecit. Etenim licèt hic Ordo à sua institutione etiam olim habuerit Conventus in quibusdam urbibus; & ibi observantia esset cœnobitica, attamen in Carmelo, & aliis eremis magis erat eremitica (eò modo; sicut in Lauris) Ut autem universaliter magis esset cœnobitica; Regula illa anterior per annos octingentos ferè servata, magis exhortatoria, quàm præceptiva, nec ita in speciali determinans; non videbatur plenariè, & sufficienter exprimere articulos, seu puncta quædam: decem numero erant: quæ idèò S. Brocardus, cum consilio Seniorum Religiosorum Carmeli, jam antè digesserat, una cum præfatis Statutis. Istos decem articulos post modum præfato Patriarchæ Alberto tradidit, petens, ut eò tanquam vita monasterialis formulam disponeret, & formaret, ac suâ auctoritate confirmaret.*

(a) Centuriâ 3. in appendice post Gualterum de Constantiis.

(b) parte 1. lib. 8. cap. 4. & etiam 2. & 3.

(b) in Appendice post lib. 8. in parte 1. n. 396. & seq.

quam S. Albertus Patriarcha abbreviavit, digessit, & sic tradidit;

ut esset magis proportionata vitæ cœnobiticæ;

2270. *Albertus, acceptis istis decem articulis, & lectâ Ordinis antiquâ institutione, & Regulâ in prædicto Ioannis libro descriptâ, satisfaciens petitioni S. Brocardi, & cæterorum Carmeli incolarum Religiosorum, vitæ formulam, seu Regulam digessit, & tradidit: de qua Regula utraque, antiqua videlicet scripta à præfato Ioanne, & nova tradita ab Alberto (Patriarchis Ierosolymitanis) ita scribit auctor illustris Thomas Waldensis* (c) Ordo Carmelitarum à Joanne Patriarcha Jerosolymitano, priùs Carmelita, Regulam vivendi, Græcè conscriptam, accepit, quam pleniori, post, sub Alberto itidem Patriarcha, formâ digestam, inspexit. *Istius autem Regulæ ipse S. Brocardus tradita, hoc est initium:* Albertus, Dei gratia, Hierosolymitanæ Ecclesiæ vocatus Patriarcha: dilectis in Christo filiis Brocardo, & cæteris Eremitis, qui sub ejus obedientia juxtà fontem Eliæ in Monte Carmeli morantur, in Domino salutem, & sancti Spiritûs benedictionem. Multifariè, *&c. Itaque quòd Ordo hic Regulam illam habeat, principaliter (post S. Albertum, Legislatorem absolutè nominandum, sicut mox audiemus) debet acceptum referre S. Brocardo, qui primitùs Regulam illam concepit & ex Regulâ anteriore (tradita à Ioanne XLIV.*

Regula illa est ex anteriore digesta.

(c) in Doctrinali fidei, tom. 3. titulo 9. cap. 89.

II. SEPTEMB.

anxitiè (ut fatebimur) concinavit: quam ab Ioanne Baptista digestis, effamavit, & suâ authoritate tradidit. Accuratè de istis gestorum Annalista Ordinis R. Lezana Tomo 6. Annalium videri potest, ad annum Christi 1171. num. 8. ad annum 1191. num. 9. & præcipuè ad annum 1208. num. 10. 11. & 12. ubi sub finem rem retulisse, quæ ex Brocardi institutionibus, sententiis Alberto abbreviando, methodisve, & componendis Regulam compositis, tandem concludit: Nihilominùs propter dicta, Albertus, & non Brocardus Regulæ Author, & institutor à nostris jure nominandus. Etsi nos, ut historicæ veritati omnino satisfaciamus, aliquandò ipsum Authorem, seu Institutorem, aut Compositorem, aliquandò verò nonnisi Compilatorem, seu Abbreviatorem nuncupemus. Illud etiam de S. Brocardo memorandum, quòd Ordinem antea tempore S. Bertholdi per Alexandrum III. approbatum, etiam per Innocentium III. curaverit confirmari, sicut traditur in Annalibus: Ordinis (a) & quidem Ordinem hunc anno Christi 1199. ab Innocentio III. confirmatum fuisse, scribit Cardinalis Bellarminus, in Chronologia, adjuncto libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi ista: Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. anno 1180. Item ab Innocentio III. anno 1199. Is (1199.) erat regiminis S. Brocardi annus circiter duodecimus.

(a) ad an. 1199. n. 8.

S. Brocardus Ordini Carmeli præfuit annis XXXIII.

1227. De tempore regiminis S. Brocardi, S. Cyrillus, immediatus ejus successor, in libro de successu Ordinis hujus, testatur, Brocardum virum perfectum unanimiter præfitientes, ei omnes obedientiam promiserunt: sub regimine cujus triginta tribus annis permanserunt. Eadem tradunt alij historici Ordinis. Quo autem anno electus fuerit, ex fundamentis certis deducit Lezana in iisdem Annalibus, id contigisse sub finem anni 1187. aut initium anni sequentis, nam teste eodem S. Cyrillo, S. Bertholdus supervixit Aymerico aut eodem fere tempore obiit. Decessit autem Aymericus circa dictum annum 1187. sicut ex Onuphrio Panvino, Hieronymo Barda, & aliis ostendit idem Lezana: qui & Beatum S. Bertholdi mortem eidem anno adscribit, declarans quosdam alios anteriorem annum assignantes, à vera chronologia deviasse. Verò non statim ab obitu S. Bertholdi electus fuit S. Brocardus, sed post lapsum temporis, ut idem S. Cyrillus ibidem testatur, atque ita sub finem istius anni, aut potiùs sequenti. Hinc rectè refertur S. Brocardi obitus ad annum Christi MCCXXI. Cùm enim pro anno MCLXXXVIII. ejus electio in Generalem acciderit, & per triginta-tres annos Ordinis regimen tenuerit, rectâ supputatione sub hoc tempore ex hac vitâ migrasse, credendum. (c) Plura circa ista videri poterunt hîc supra ad diem XXIX. Martij in Appendice post vitam S. Bertholdi. (d)

electus circa an. 1187.

(c) Ita Lezana ad an. 1221.

(d) hic supra num. 1187.

II.

VITA

Ex Oratione Paræneticâ Thomæ Bradley Episcopi Dromorensis, Legati Apostolici.

CAPUT PRIMUM.

S. Brocardi virtutes: gesta aliqua præcipua, & miracula in vita.

1227. S. Brocardus fuit Prior Generalis, & Iisumus in Ordine Fratrum gloriosæ Virginis Mariæ de monte Carmeli, unanimi omnium Fratrum electione (quibus se socialem & amabilem exhibuit) sublimatus. Neminem puto tantum adhibuisse conatum pro adipiscendo honore, quantum ille adhibuit, ne eligeretur: sed quoniam voluntas Dei, & charitativus omnium Fratrum affectus suam diligentiam, & repugnantiam superaverat, præbuit suæ electionis humiliter assensum. Assumptô autem officiô, non solùm in suo monasterio montis Carmeli, sed ubique Fratres sui Ordinis in Terra-sancta, humiles, & obedientes, in mansuetudine, & studiosâ admonitione pertractavit: & magnarum virtutum exemplo, velut alter Elias viam Dei demonstravit. Et quia gloria regni cœlestis, quam summô desiderio concupivit, non nisi magnum aliquid agendo, acquiritur, nec spectantibus, sed concertantibus corona præstatur, sanctus Brocardus manum suam misit ad fortia, ut eum sequi à nonnullis impossibile videretur. Nam quis eo in sanctis operibus facilior, & ab omni obdurationis duritie remotior? quis amicorum sententiis acquiescens moderatior, & Sedi Apostolicæ obsequentior umquàm fuit? Sed quid suis meritis est assecutus, qui (a) Accon, in pede montis Carmeli sitam, industriâ Salahadini, Ægypti, & Syriæ iniqui Principis captam, suâ oratione, & exhortatione Christianis restituit? nam ante adventum Philippi, & Richardi Regum Francorum, & Anglorum in nullo super terram, sicuti in sancto Brocardo, consilij, & auxilij Christi fideles ponentes fiduciam, habuêre & solatium. Sanctus Brocardus, quem sua virtus evexit, ut primus Archiepiscopi Cæsarienſis fieret Consiliarius, nec non Magistri Templariorum non infimus, propositum tamen suum suscepti priùs Ordinis observantiæ non prætermisit, sed ferventer vigilando, laboravit, & per singula addidit, quò melior fieret. Considerabat quoque in his sanctorum veterum studia, qui montem Carmeli inhabitavetunt, vitam ducentes eremiticam, quodque maxima nunc præmia pro suis laboribus à Deo receperint. Erat corpore validus, aspectu gratus, scientiâ clarus, eloquentiâ singularis, litteris tàm Græcis, quàm Latinis excellenter

S. Brocardus electus, invitus:

virtutes ejus.

(a)

Christianos sub Saladino jugo consolatur,

Consiliarius Archiepiscopi Cæsariensis, & Magistri Templariorum.

Digitized by Google

II. SEPTEMB

cellenter instructus. Quodque super omnia pretiosum est, integrâ fide, secundum ritum Romanæ Ecclesiæ, & præcipuâ sanctitate conspicuus. Et esto, quòd Regulam compendiosam conscripserit, fratribus tradens observandam, erat tamen ipsemet simul regula morum, integritas honestatis, vita disciplinæ, & norma pietatis. Totô sui Prioratus tempore studuit ex sapientia rerum gerendarum divinitùs concessa, & amari ut facilis; & timeri ut fortis, & observari ut prudens à Fratribus; quibus consilio erat & solatio: & juvenes pariter ac senes, sub disciplinæ vigore fortiter, & suaviter continuit. Et ideo Dominus etiam talem illi meritorum gratiam addixit, ut vivens miraculis coruscaret.

Regulam scripsit breviorem Regula ipse viva:

& boni regimini exemplar:

2273. Dùm quâdam die in solemnitate Annunciationis gloriosissimæ Virginis Mariæ devotè missam celebraret, audivit in Ecclesia multos rumores; & missâ finitâ, orans more solitô pro pace Ecclesiæ, dixit: O piissime Deus, etsi omninò miseratione tuâ simus indigni, tamen parce nomini tuo magno, parce, obsecro, locis sacris; eccè jam multæ Ecclesiæ sunt, te permittente, destructæ: & ubi paulò ante Christiana Religio viguit, nunc sacrilega Mahometi figmenta coluntur. Necdùm orationem finierat, & ecce unus de amicis vocavit eum, cujus filius die illâ jacebat extinctus: cujus sanctus Brocardus dolori compatiens, oratione priùs fusâ, adinstar Patris sui Eliæ Prophetæ, mortuum suscitavit: quem ad Ordinis sui professionem invitavit, præbens ei sacrum habitum, quem devotè juvenis suscipiens, induit, & in eo postmodùm moriens, sepelitur. Quòd autem sunt miracula, quæ Dominus per Sanctum suum dignatus est ostendere, tòt sunt illius sanctitatis indicia. Quid dicam de humanitate ejus mirifica, de charitate in suos fratres, de dilectione in omnes, de bonitate singulari, in qua multos Sanctus conabatur præcellere. Prudentiæ verò quantæ fuerit, ex hoc apparet, quòd Congregationem Fratrum montis Carmeli maximam, tàm varia, multipliciaque negotia, mortuô sanctô Bertholdô prædecessore suô, per annos XXXIII. ut testatur S. Cyrillus, sic gubernaverit, ut nemo fratrum consilium, solatium, victum, & vestitum sibi deesse omni tempore sui Generalatus umquàm sentiret. O Religio Carmelitarum sancta gens, in veteri Testamento ab Elia plantata, à Virgine Maria totiès visitata, quæ novissimis diebus talem virum meruit in Generalem. Nam cùm aperta esset omnibus via salutis per Christum Dei filium, diabolus nimiùm dolens Jesum Christum ibi regnare, pseudoprophetam excitavit in Arabia, Mahometum nomine, sceleratum hominem, qui se, Dei nuntium, est mentitus: & contrariam Euangelio legem condidit. Illô mortuô, Eububezer principatus est annis III. post quem Homar annis XII. quem Persa quidam, se velle adorare simulans, fixô in ejus ventre gladiô, interemit. Iste Homar omnes Christianos, quos non occidit, suâ potestate expulit; Eremitas montis Carmeli, Virginis Mariæ servitores, (b) Mantellum album, in barratum mutare coëgit. Tunc fratres in magna tribulatione fuerunt, usque ad tempora Godfridi, & fratris ejus Balduini. Et tunc missus est sanctus Bertholdus, & S. Brocardus in consolationem Eremitarum, & omnium Christianorum subsidium.

mortuum ad vitam revocat:

2274. Viderunt autem omnes Principes terræ sanctitatem in S. Brocardo, constantiam, singularem prudentiam, ingenium perspicax, administrandæ justitiæ, secundùm rigorem Ordinis grandem curam. Recepit ergò eorum litteras, & in arduis negotiis eis utiliter consuluit. Quâdam autem vice scripsit ad eum Albertus Patriarcha Jerosolymitanus, qualiter (c) in Damascum pergeret ad Regem Syriæ, ut faceret ad tempus treugas, & postèà pergeret cum eo Romam ad Lateranense Concilium. Cùm verò à Soldano omnia ad nutum impetrasset, accessit ad eum (d) Mammalucus terræ illius, nomine Sacâin, leprâ percussus, qui usum manuum suarum omninò amiserat, petens ab eo mundari: cui respondit sanctus Brocardus: Accede ad spiritualem Jordanis aquam, ut lavetur corpus tuum, & sanitatem recuperabis. Qui ait: scio, quid dicis: baptizari volo, & fieri Christianus. Tunc sanctus Brocardus, Patris sui Elisæi Prophetæ morem servans, leproso aquæ pauxillum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, super caput ejus effudit; & continuò sanatus, cum fratribus montis Carmeli annis multis permansit, serviens Deo, & B. Virgini, usque ad vitæ exitum, quô Deo charus, ad cœlum migravit.

(b) *Damascum destinatur:*

(c)

(d) *leprosum sanat;*

2275. ANNOT. (a) Accon ... restituit: *capta à Saladino anno* 1187. *quadriennio post, per Philippum Regem Gallia, & Richardum Regem Anglia anno Christi* 1191. *recuperata fuit, consilio, & meritis S. Brocardi.*

(b) Mantellum album in barratum mutare coegit: *De ista mantelli, seu pallij albi mutatione, coactione istius* Homari (*seu* Haumari, *sive* Homur) *deque depositione barrati, ac resumptione albi peculiariter fermè fuit hic suprà ad diem XXII. Julij, & in tomo præcedenti variis locis: vide num.* 273. & 802. *ac* 1015. *in tomo præced.*

(c) In Damascum pergeret. *Legatio illa S Brocardi in Damascum in Annalibus Carmelitanis refertur ad annum Christi* 1213. *& unà tunc comitatus fuit Nuntios Apostolicos, à Summo Pontifice Innocentio III.* ad Saphadinum Soldanum Damasci, & Babylonis, *cum Apostolicis litteris hujus tenoris*: Nobili viro Saphadino Soldano Damasci & Babyloniæ, timorem divini nominis, & amorem. Prophetâ testante didicimus, quòd est Deus in cœlo, qui revelat mysteria, mutat tempora, & transfert Regna, ut universi cognoscant, quòd dominatur excelsus in regno hominum, & cui voluerit, dabit illud, &c. *Littera illa integra extant in Registro Pontificatûs Innocentij III. ep.* 36.

(d) Mammalucus, *id est vicerex, seu viceprinceps.*

CAPVT

11. SEPTEMB

CAPVT II.

S. Brocardi discipuli plures Sancti: visitatur ipse à Beatiss. Virgine Maria: fœlix obitus: sepultura: subsequentia miracula.

S. Brocardi amor paupertatis:

2276. SAnctus Brocardus considerans, quòd homo nasceretur in mundum, non ad opes congerendas, vel possidendas: non ad delicias, sed ad labores; in terris vivere voluit, non tamquàm incola, sed tamquàm advena, & peregrinus, futuram & cœlestem patriam per opera sancta, persistens acriter, inquirendo. In magna siquidem fortuna non facilè virtus reperitur. Quod advertens Thebanus magnus ille Philosophus, ingens auri pondus in mare conjecit, ut expeditiorem se traderet Philosophiæ. Sic & sanctus Brocardus, ut Christo propinquiùs adhæreret, contemplationique in eremo vacaret, nil proprium habere volens, omnia temporalia contempsit. Ejus discipuli multi sancti fuerunt, paupertatis amatores, ut sanctus Cyrillus Doctor Græcus, & B. Angelus in Sicilia martyrizatus: Frater ejus uterimus Joannes Patriarcha Jerosolymitanus: Joseph de Emaus, Petrus de Bethleem, & plures alij. Multi fræna dimittunt filiorum, cùm adolescere cœperint: sed sanctus Brocardus, ex quo Prior electus, curam Fratrum susceperat, omnes juvenes, & senes, sub disciplinæ rigore corrigere studuit, monendo, & castigando, ac ad virtutes incendendo, diligenter eos semper instruxit. O quantâ urbanitate sententiarum, ac copiâ optimorum verborum animos Fratrum demulcentium mirificè pacavit! O quantâ devotione orationes, compunctiones, lacrymas, ad Christum, ad B. Virginem, & Sanctos direxit! unde crebrò hortatus est Fratres, collationes, & Vitas Patrum relegere. Et quia ejus admonitiones ex charitatis zelo, & simplici corde procedebant, mirò modò fratres, eas audiendo, ædificabantur. Valde angebatur animò, quando negotiis communibus Ecclesiæ vel monasterij præpeditus, facultatem orandi sibi vidit ademptam. Cum his præconiis laudum ad 81. ætatis suæ annum pervenit: exitum quoque vitæ facilem, tranquillumque sortitus est, qualiter superiori ejus ætati congruebat.

discipuli ejus imitatores plures sancti:

exemplis, & hortationibus S. Brocardi, accensi, & confortati:

vixit annis 81.

2277. Cùm autem tempus instaret, quò Dominus fideli servo in gloria remunerari voluisset; ipse Legislator Fratrum Carmelitarum, & Doctor Terræ sanctæ, dùm juvenis fuit, dùm ferre labores potuit, sudare, algere fortiter contra mundum, & diabolum decertavit; numquàm victus, sed victor Dei gratiâ semper evasit: sed pòst, senectute gravatus, vires perdidit, anima tamen, velut athleta fortissimus fortunæ impetum superavit. Tandem pòst multæ abstinentiæ, & laborum tolerantiam, astitit Mater Dei Maria, dicens: [Veni jam, benedicte Domini, & ingredere in ea, quæ tibi debentur, æterna tabernacula. Ecce enim mecùm sunt (a) Pater vester Elisæus, & Prophetæ, qui te secum in suum suscipiant chorum.] Quibus auditis, Brocardus ad hujus vitæ terminum disponitur. In agone constitutus, vocatis fratribus, humiliter veniam petens, ait: [filioli mei, vocavit nos Deus in Ordine Eremitarum, & Sacerdotum, & (b) vocamur Fratres Beatæ Mariæ: videte, ne pòst decessum meum, sit hoc nomen Fratrum Beatæ Mariæ falsum in vobis. O dilectissimi, perseverate, contemnite mundum, delicias odite, quarum blanditiæ maximum præstant impedimentum ad æternæ vitæ consecutionem.] (c) Aliisque multis verbis eis persuasit futura mala præcavere, & futura bona appetere.

labores ejus:

apparet illi Deipara virgo: (a)

ejus in extremis constituti hortatio ad Fratres: (b)

(c)

2278. Tandem appropinquante sui transitus horâ, anima illa, puritatis amatrix, corporis vinculis liberata, ascensu facili summam cœli viam arripuit: & astantibus Fratribus, ac videntibus, ab Angelis in cœlum sublata est: ubi nunc consistens à tenebris erepta, purò intuitu divina illa spectacula contemplans, imbecillitatem nostram intuetur. Audivit quoque Patriarcha eum infirmum, & ait: Jam flos Carmeli decidit. Quò dictò, flevit, & mox subjunxit: Jam securus est, tutus est, inter Principes cœli elevatus, catalogoque Sanctorum adscribatur. Ejus sanctum corpus Fratres cum honore decenti, psalmis, & orationibus sepulturæ juxta sanctum Patrem Bertholdum tradiderunt. Tunc affecit Fratres incredibili mœrore, inter Paganos habitantes, suus obitus. Illud tamen consolationi eis fuit, quòd ad sepulchrum ejus, operante Deo, multa facta sint miracula. Cæci illuminati, claudi erecti, dæmoniaci relevati, aliique multi à diversis morbis sanati, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei. Amen.

moritur:

anima ab Angelis in cœlum visa deferri:

Patriarcha obitū deflet:

sepultura:

miracula pòst obitum.

2279. ANNOT. (a) Pater vester Elisæus: *ita B. Virgo (sed cur non dixit quoque: Pater vester Elias? quia non est in cœlo, sed in Paradiso terrestri) En testimonium Matris Dei, de* S. Eliseo Patre Ordinis hujus, *testimonium simile illis, dixit S. Eliam, & ipsum B. Eliseum in monte Carmeli inchoasse Carmelitanum Ordinem, expressè asserit & cùm* S. Eliam Institutorem nuncupat. *

* Vide hic suprà num. 2013.

(b) *Vocamur* Fratres Beatæ Mariæ. *De ista nomenclatura plura videri possunt hic suprà ad XVI. Julij, num. 1980. De aliis Ordinis nomenclaturis*: Eremitæ Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli: Fratres eremi de monte Carmeli: Carmelitæ, *& aliis titulis sub veteri & nova Lege agitur tomo præcedenti parte 1. lib. 6. cap. 5. 6. 7. & 8.*

(c) Aliisque multis verbis: *inter quæ à Palæonydoro, & aliis, traduntur ista*: Vitam rectam ad Eliæ, & Mariæ normam componite.

VITA

Digitized by Google

II. SEPTEMB

VITA EIVSDEM

Ex Arnoldi Bostij Speculo Historiali libro 6. & 7.

CAPVT PRIMVM.

S. Brocardi patria: Successio in officio Prioratûs Generalis: virtutes in regimine: Regula ei tradita ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano.

* ex lib. 6. c. 21.

2280. DEfunctô * Magistrô Bertholdô, virô sanctissimô, commune regimen Fratrum, non solùm Montis Carmeli, sed etiam aliorum locorum Terræ Promissionis, S. Brocardus, natione Jerosolymitanus suscepit: sub cujus regimine non solùm Fratres Montis Carmeli, sed & aliarum Eremorum Terræ sanctæ triginta tribus annis permanserunt. Is Sanctus, quem sua virtus evexit, ut primus Archiepiscopi Cæsarienſis fieret Consiliarius, nec non Magistri Templariorum non infimus, propositum tamen suum susceptæ priùs Ordinis observantiæ non prætermisit; sed ferventer vigilando laboravit, & per singula addidit aliquid, quò melior fieret. Considerabat namque in his Sanctorum veterum studiis, qui sanctum Montem Carmeli ante eum inhabitaverunt, vitam ducentes eremiticam, maxima nunc præmia pro suis laboribus à Deo reposita. Erat namque idem Sanctus corpore validus, aspectu gratus, scientiâ clarus, eloquentiâ singularis, litteris tam Græcis, quàm Latinis, excellenter instructus. * Porrò hic Sanctus Brocardus totô sui Prioratûs tempore, studuit ex sapientia rerum gerendarum divinitùs concessa, amari ut facilis, timeri ut fortis, & observari ut prudens.

S. Brocardus Prior Generalis, successor S. Bertholdi;

Consiliarius Archiep. Cæsariensis, & Magistri Templariorum.

ejus virtutes, & doctrina:

* ex lib. 7. cap. 2.

* ex lib 6. c. 13.

2281. Cùm * novus Patriarcha Jerosolymitanus, Albertus nomine, ad Terram sanctam pro rebus tam Ecclesiasticis, quàm bellicis ordinandis, Legatus Apostolicæ Sedis à latere esset missus, & in urbe Accon, non longè à Monte Carmeli existeret... requirebant * à prædicto Patriarcha Alberto, ut juxtà propositum eorum, traderet eis de quibusdam articulis per eos tunc sibi oblatis, conversationi Monasteriali necessariis, brevem vitæ formulam. Dictus autem Dom. Patriarcha Albertus, (a) lectâ priùs institutione eorum antiquâ, à Joanne quadragesimo quarto Episcopo Jerosolymitano descriptâ: & visô, quòd nullus prædictorum articulorum planè per eamdem institutionem determinabatur, annuit eorum humili requisitioni. Et de prædictis decem articulis, certam vitæ formulam, tempore sempiternô imposterùm ab eis, & successoribus eorum observandam, ipse tradidit; quibus postmodùm eôdem annô Monasterium in hoc monte Carmeli juxta fontem Eliæ Prophetæ, ad plenum consummari fecit: infra cujus septa claudebatur (b) Capella, quam ad honorem Beatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ prædecessores eorum, post ejus Assumptionem, construxerant. Et eos omnes in antris, atque cellulis divisim per hunc montem habitantes, ipse Dom. Albertus tunc meliùs congregavit, quàm priùs congregati fuerant, & in dicto Monasterio, sub observantia Religiosæ vitæ solitariæ, per Eliam Prophetam institutæ, eos inclusit, ut ibidem conversarentur secundùm Regulam ejus per ipsum noviter scriptam. * Forma Regulæ nostræ sacræ Religionis, sicut fuit per Albertum Patriarcham scripta, & Fratribus, ad observandum tradita: ALBERTUS DEI GRATIA JEROSOLYMITANÆ ECCLESIÆ VOCATUS PATRIARCHA, DILECTIS IN CHRISTO FILIIS BROCARDO, &c. * (& in fine sic concluditur) TU AUTEM FRATER BROCARDE, ET QUICUMQUE POST TE INSTITUTUS FUERIT PRIOR, ILLUD SEMPER HABEATIS IN MENTE, ET SERVETIS IN OPERE, QUOD DOMINUS IN EVANGELIO DIGENS, AIT: QUICUMQUE VOLUERIT INTER VOS PRIMUS ESSE, ERIT VESTER SERVUS. (c) In Regula * illa Dom. Albertus nulla, aut pauca inseruit, quæ non essent jam per Joannem XLIV. Patriarcham Jerosolymitanum, in libro suo de institutione hujus Religionis, Fratribus vel verbis suasa, vel exemplis sanctorum Patrum præcedentium litteris monstrata: quæ Joannes in dicto libro suadendo in generali dixerat: Albertus, amputando à Fratribus scrupulum dubitationis, in Regula statuendo, in speciali determinat. Hæc porrò est causa, propter quam oportuit aliam dictam Regulam scribere, ut scilicet omnia à Fratribus observanda, quæ in institutione fuerant in generali eis suasa, breviter haberentur in speciali, & determinata, in Regula.

* scil. S. Brocardus; & alij Carmelitæ,

Regulam ab Alberto Patriarcha Ierosol. cur petierint:

(a)

(b)

* ex lib. 6. c. 14.

Regula istius initium & epilogus;

* Habetur tota tomo præced. p. 1. lib. 2. c. 3. ideo hic omittitur.

(c)

* ex lib. 6. c. 15.

Regula illa est desumpta ex alia anteriori;

2282. ANNOT. (a) Albertus lecta priùs eorum institutione antiqua. *Illa quæ hic dicta sunt de Regula, data S. Brocardo, planiùs tradita sunt Tomo præced. libro 2. cap. 2. 3 & 4. atque etiam hic suprà ad diem VIII. Aprilis: ubi de S. Alberto Patriarcha: vide num. 1212.* Institutio antiqua *est libr. Ioannis Ierosolymitani, de* institutione primorum Monachorum &c. *in quo etiam Carmelitani Ord.nis prima institutio per S. Eliam accuratè traditur; ideò à S. Cyrillo, Siberto de Beka, & aliis, nuncupatur liber ille* Institutio antiqua.

(b) Capella, *de illa, temporibus Apostolorum in Carmelo Deipara dicata, & nomenclatura Ordinis indè promanante, peculiariter actum est hic suprà ad XVI. Iulij num. 1979. & sapiùs Tomo præcedenti.*

(c) In Regulâ illa Dom. Albertus nulla, aut pauca inseruit quæ non essent jam per Joan. XLIV. Patriarch. &c. *Ita tradunt alij præstantiores Ordinis historici, & quidem accuratè Philippus Ribotì, in volumine decem librorum, de Ordinis Carmelitani origine, & successione, lib. 8. cap. IV. Quædam etiam circà hoc dicta sunt hic suprà num. 1212. & 1229. & idem tradit Thomas Waldensis, verbis hic paulò antè adductis (num. 2270.) nempè* à Joanne Patriarcha Jerosol. Regulam Græcè conscriptam..., pleniori sub Alberto itidem Patriarcha, formâ digestam.

Regula ab Alberto tradita, desumpta est ex alia anteriori.

Digitized by Google

II. SEPTEMB

CAPVT II.

Adolescens mortuus vitæ redditus: Princeps leprosus corporali, & spirituali sanitate donatus per S. Brocardum: sub ejus regimine sanctitate illustres: ipsius obitus, & sepultura.

2283. DOminus * etiam talem illi gratiam addixit, ut vivens miraculis coruscaret; nam dùm quâdam die in solemnitate Annuntiationis gloriosissimæ Virginis Mariæ devotè Missam celebraret, audivit multos in Ecclesia.... & Missâ finitâ, more solitô orans pro pace Ecclesiæ, dixit: O piissime Deus, etsi omninò tuâ miseratione sumus indigni, tamen propter nomen sanctum tuum, parce, obsecro, locis sacris. Ecce jam multæ Ecclesiæ sunt, te permittente, nostris peccatis exigentibus, destructæ: & ubi paulò antè Christiana viguit Religio, nunc sacrilega Mahometi coluntur figmenta. Necdùm orationem finierat, & ecce unus amicorum suorum sè coràm eo prostravit, cujus filius die illâ jacebat extinctus: cujus dolori Beatus Brocardus compatiens, oratione priùs fusâ, ad instar Patris sui Eliæ Prophetæ, mortuum suscitavit, quem ad sacri Ordinis sui professionem invitans, præbuit ei ejusdem Ordinis habitum benedictum: eum idem juvenis devotè susçipiens, induit, & in eo laudabiliter conversatus, tandem bonô fine in Domino quievit, sepultus in monasterio Montis Carmeli.

Quâdam vice Albertus Patriarcha Hierosolymitanus hunc sanctum virum destinavit Damascum, ad * Saladinum Regem Syriæ, & Ægypti, ad componendum treugas pro tempore, inter ipsum Saladinum, & Principes Christianos. Cùm ergò ab ipso Saladino idem Sanctus omnia ad nutum impetrasset: accessit ad eum illius Mamaluecus, idest, Saladini * Vice-Princeps, leprâ percussus, qui usum manuum suarum omninò amiserat, petens ab eo mundari: cui respondit Sanctus Brocardus: Accede ad spiritualem Jordanis aquam, ut lavetur corpus tuum, & sanitatem recuperabis. Qui ait: scio, quod dicis: baptizari volo, & fieri Christianus. Tunc verò Beatus, Patris sui Elisei morem secutus, aquam fontis Eliæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, super caput Leprosi effudit, & continuò sanatus est. Is sic sanatus, ad Dominum suum non redivit, sed cum Fratribus montis Carmeli permansit, serviens Deo, & Beatæ Virgini Mariæ, usque ad vitæ exitum, quô Deo carus, ad cœlum migravit. (a) Hujus * sancti Brocardi temporibus floruerunt multi præclarissimi viri in monte Carmeli, pauperatis amatores; utpote S. Cyrillus Doctor egregius, & Eusebius ejus comes individuus: Beatus Angelus in Sicilia martyrizatus, & Joannes Patriarcha Jerosolymitanus, ipsius Angeli Frater uterinus: Joseph de Emaus: Petrus de Bethleem, & plures alij, de quibus in suis locis dicetur. Cum his ergo laudum præconiis, ad octogesimum primum ætatis suæ pervenit annum perfectâ valetudine, & continuatâ Prioratûs authoritate. Exitum quoque vitæ facilem, tranquillumque sortitus est, qualis superiori ejus moderationi maximè congruebat.

2284. Undè in agone constitutus, vocatis Fratribus, humiliter veniam petens, ait: Filioli mei, vocavit nos Deus in Ordinem Eremitarum & Sacerdotum, & vocamur Fratres Beatæ Mariæ Virginis; videatis, ne post decessum meum, sit hoc nomen Fratrum Beatæ Mariæ falsum in vobis. O Dilectissimi Filij, perseverate, perseverate: contemnite mundum, delicias odite, quarum blanditiæ maximum præstant impedimentum ad æternæ vitæ consecutionem. Aliisque multis verbis eis persuasit, futura mala fugere, & futura bona appetere. Tandem appropinquante sui transitus horâ, anima illa, puritatis amatrix, corporis vinculis liberata, ascensu facili summam cœli viam arripuit; ubi nunc à tenebris erepta, purô intuitu divina illa spectacula contemplans, imbecillitatem nostram intuetur. Cujus sanctum corpus Fratres cum honore decenti, psalmis, & orationibus sepulturæ juxta sanctum Patrem Bertholdum tradiderunt.

ANNOT. *Consequenter de miraculis ad ejus sepulchrum actum, iisdem ferè verbis sicut in præcedenti vita. Ioannes Grossi, in Viridario, commemoratis miraculis præscriptis de* resuscitato mortuo, & mundato leproso, *addit*: Multa alia miracula fecit in diversis locis Terræ sanctæ, & præsertim in monte Carmeli: ubi secunda die Septembris ab hoc seculo nequam migravit.

* ex lib. 7. c. 2.

leprosum mundat:

* lib. 7. c. 2.

ejus tempore plures sancti, & præclari in Carmelo:

vixit ad an. 81.

S. Brocardus mortuum ad vitam revocat:

ejus ante mortem exhortatio:

* Lege Saphadinum: vid. Annal. Ord. Carm. ad an. 1213. n. 2.

* seu Prorex,

sanctus obiit:

sepultura:

miracula in vita, & post obitum.

VIII. SEPTEMBRIS.

DE FESTO NATIVITATIS

SACERRIMÆ VIRGINIS DEI GENITRICIS MARIÆ.

2285. CArdinalis Baronius (a) de isto festo tradit: constare eam esse antiquam, & tam Latinos, quàm Græcos eadem animi pietate, concordique studio ac religione permotos, eadem die sacratissimum Dei Genitricis Natalitium solemniter celebrandum esse, duxisse. Rationem autem ejus solemnitatis agenda S. Bernardus scribit sermone 4. super Salve Regina.

(a) ad Mart. tyrol. Rom. die 8. Sept.

Nativitatis B. V. Mariæ festum antiquum:

De

VIII. SEPTEMB

De jussis quibusdam divinitùs ostensis cuidam Religioso viro de hoc celebrando Natali die, agit Petrus in catal. lib. 8. c. 51. in fin. & alij. Petrus autem ille cognomine de Natalibus Episcopus Equilinus *dicto loco sic occasionem instituta hujus solemnitatis refert:* Dies autem Nativitatis Beatæ Mariæ aliquanto tempore fideles latuit: contigit autem, ut refert Joannes Beleth, quòd quidam sanctus vir contemplationi sedulè vacans: singulis annis sexto idus Septembris jucundissimos Angelorum cantus audiret. Qui Dominum instanter oravit, ut sibi revelaret, cur eâ die tantùm, & non aliâ, hæc audiret. Demumque responsum accepit, quòd Virgo Maria sexto idus Septembris nata fuit, de cujus nativitate cœlestis curia solemnitatem facit, mandans, ut hæc filiis Ecclesiæ manifestaret, ut concordes fierent in tali festo cælesti curiæ. *Historiam illam Baptista Mantuanus libro 9. Fastorum, seu de sacris diebus, sic plenius pandit:*

Dei revelatione manifestatus dies.

Festa Septembr. annuè angelico cœtu celebratum.

2286. Hunc antiqua diem fastis non intulit ætas:
Posteritas verò, postquàm peccata quierunt
Tempora, prostratâ jam Relligione Deorũ,
In Mariæ laudes, magis est accensa, diemque
Censuit adjungi festis majoribus istum.
Causa piũ quæ movit opus, repetenda videtur
Altiùs; à superis hæc observantia fluxit.
Divi homines curis vacuos terrestribus, & se
Vertere nitentes ad cognoscenda Superni,
Sublatis in cœlum animis, solatia mundi,
Multa docent, ardenter amant, & sæpè revisunt
Aëreis tecti membris, & imagine nostrâ.
Ex his unus erat super alto vertice montis
Idalij, solus degens, qui traxerat istud
Vivendi genus à Patribus Carmelidis oræ;
Namque ea gens simul ac Sanctæ confinia Terræ
Exivit, Cyprios primùm se extendit in agros.
Sic nostri Annales perhibent, sic multa senili
Jam carie corrosa docent nostratia templa,
Quæ superant, & adhuc illis celebrantur ab oris.
Hic solitus dulces cantus audire quotannis
Sexto idus mensis, faciunt cui nomina Septẽ.
Ad tam dulce melos cõtemplabatur, & aures
Ignea dum tacitam voluebant sidera noctem,
Altiùs arrectas, pendentiaque ora tenebat.
Postquã sæpè illos symphoniacos modulatus
Audiit, & summo resonantia carmina cœlo,
Grandiùs incœpit meditari, & quærere causã.
Dumque stat admirans, vox est audita per auras,
Talia verba ferens: Divi annua festa frequentant,
Et modò quandò rubens terris aurora propinquat,
Incipiunt celebrare diem, quô maxima Mater
Edita venturo fecit primordia sæclo.

Historia istius descriptio elegans ex Mantuano.

Fac igitur, fac ista palàm solemnia mundo;
Carmelita, tuũ est vulgãdo incumbere Festo;
Namque tuum genus illa fovet, titulumque tenetis
Illius: & Patres vivens invisere vestros,
Eliæque domos priscas, fontemque solebat.
Nuncia, & evulga lucem hanc, imitemini olympum,
Vestraq; sit posthàc cõcors Ecclesia nostræ:
Sic ait. Hic autẽ Cyprias descendit ad urbes,
Arsinoën, Sálamina, Paphum, Temesen, Amathunta,
Per Rhodum in Cretam veniens, Gortynia tecta,
Gnosiaque intravit, celeriq; Sydonia gressu;
Talia famigerans ivit per Cycladas usque ad
Bosphoricos Thraces rumor, pervenit Athenas,
Appulit, & Spartã, Pelopeiadesque Mycenas.
Per Siculos tandem Romam perlata, Senatũ
Movit fama: dies sic est ea nacta favorem.

2287. *Quantum ad istud Mantuani:* Qui traxerat istud *(anachoretica, seu solitaria vitæ)* vivendi genus à Patribus Carmelidis, *meminerit Lector ex dictis hìc suprà fundamento IX.* (a) *olim semper in hoc Ordine duplicis generis professores fuisse, videlicet alios agentes cœnobiticam, alios anachoreticam vitam, è quibus unus fuit ille, cui revelatio ista facta fuit. Cæterùm antiqua Festi hujus solemnizatio in hoc Ordine patenter eruitur indè quòd ante octingentos annos à Leone IV. pro illo Festo concessa fuerint Indulgentiæ, confirmatæ, & ampliatæ successivè per alios plurimos Pontifices, sicut videre licet hìc supra ad diem 11. Februarij, ubi de Festo Purificationis.* (b) *Indulgentias plenarias largitus est Clemens X.*

(a) vid. hìc suprà num. 329. & seq.

Festi istius antiquitas in Ordine Carmeli.

(b) num. 816.

2288. *Quàm sancta, & quantâ gratiarum affluentiâ redundans, fuerit Sanctiss. Virgo ab ipsa sua nativitate, imò ab ipso conceptionis puncto, sic S. Antoninus declarat* (c) In me omnis gratiæ vitæ & veritatis: (d) Sicut in cœlo materiali sunt diversa luminaria, scilicet stellæ, luna, & sol, diversimodè lucentia: sic in cœlo Ecclesiæ sunt quidam sancti, & sanctæ, tamquàm stellæ lucentes per gratiam, & gloriam: diversimodè tamen, sicut stella differt à stella in claritate, ut ait Apostolus. Sol autem justitiæ Christus Deus noster plenus est lumine, gratiæ scilicet, & veritatis, ut dicitur Joannis 1. à quo omnes & stellæ, & luna illuminantur. Sed Beata Maria post eum, ut luna luce major stellis nobis apparens. Est Beata Maria pulchra ut luna, canit de ea Ecclesia. Nam, ut ait beatus Ambrosius: cæteris Sanctis per partes; Mariæ verò plenitudo gratiæ se infudit. *Plura de ista gratia plenitudine in ipsa sacerrima Virgine adferentur hìc paulò post* (e) *Peculiariter autem pro hac solemnitate legatur* Corolla, *seu* Sertum, *ex ejus gratiis & virtutibus confecta, hìc suprà ad diem XXV. Martij* (f)

(c) parte 4. tit. 15.

(d) Eccli. 24.

Gratiæ plenitudo in B. Virg. Mariâ quanta.

(e) de Nom. Mariæ num. 2190.

(f) ad diem XVII. Septemb. num. 1139. & seq.

Digitized by Google

XVII. SEPTEMB

XVII. SEPTEMBRIS.

DE SOLEMNITATE NOMINIS MARIÆ.

Nominis MARIÆ *veneratio in Ordine Carmeli;*

2289. *Sacri Nominis* MARIÆ *veneratio magna semper fuit in Carmeli Ordine, peculiariter eidem dicato; cui etiam hujus nominis* nomenclaturam magnificentissima Virgo tribuit: *ut dicatur, & nominetur* Ordo Fratrum Beatiss. Virginis Mariæ: *de qua nomenclatura plenius actum est suprà ad diem XVI. Iulij: ubi etiam memoratum, quòd* eum titulum Summi Pontifices non modò confirmaverint, sed etiam Indulgentias peculiares iis, qui eo titulo vel Ordinem, vel fratres singulos nuncuparent, concessêre; *videlicet* qui Ordinem Carmelitarum, & Fratres ejusdem Ordinis, Ordinem, seu Fratres gloriosissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo vocaverint, nominaverint, & appellaverint, si in gratia extiterint, tres annos, & totidem quadragenas Indulgentiarum. *Ita quidem Vrbanus VI. Gregorius XIII. & alij, ac nuper SS. Dom. Clemens X. in Bulla, cujus initium est:* Commissa nobis. *Cœpit autem devotionis affectus ad ipsam Virginem Deiparam nondùm natam, ab ipsis Ordinis origine; sicut ibidem declaratum est,* (a) *& etiam hìc infrà ad diem VIII. Decembris ostendetur. Peculiariter autem ad ipsum nomen* MARIÆ *à temporibus Apostolorum, quandò haud diu post Christi ascensionem in Carmelo, constructa fuit Capella (seu Sacellum) pro ejus veneratione. De ista Capella, seu Sacello frequens fuit mentio in Tomo præcedenti, & etiam aliquoties in hoc* (b). *De eximio pietatis affectu erga dulce* MARIÆ *nomen in S. Petro Thoma actum est in ejus vitâ ad diem XXIX. Ianuarij* (c).

devotio erga ipsam Deiparam cœpit cum ipso Ordine,

(a) vide num. 1992.

(b) vid. hic supr. num. 1979.

(c) num. 716.

2290. *Festum hoc* sub ritu Duplicis majoris *solemnizatur in hoc Ordine die XVII. Septembris, & insuper* sub eodem ritu Duplicis majoris *quater in anno; ut sic devotio ad illud in cordibus Religiosorum Ordinis hujus sæpius renovetur, & profundiùs imprimatur. Illum in finem conveniret quoque sacri nominis istius hìc proponere prærogativas; ast sæcula præterita Marianorum, Marianique nominis præconiorum refertissimas protulerunt apothecas, passim obvias, in operibus S. Epiphanij, S. Augustini, S. Cyrilli Alexandrini, S. Ioannis Damasceni, S. Bernardi, S. Bonaventuræ, S. Antonini Archiepiscopi Florentini, atque etiam aliorum Patrum, in variis Sermonibus, homiliis, & tractatibus. Pauca hìc sufficient derivata ex luculento opere præfati S. Antonini, de præconiis Sacræ Virginis* MARIÆ (d) *qui sub isto titulo,* De nomine Virginis Mariæ (e), *hæc ad præsens propositum scribit:* Nomen Virginis MARIA Lucæ 1. *Ibi eruditè, & piè declarat, duplex esse* nomen proprium Sanctissimæ Dei Genitrici: *unum* MARIA, *Dei jussu, seu instinctu impositum à parentibus: alterum Dei mandato, ab Angelo, Dei Nuntio, seu Legato, ipsi de novo inditum:* GRATIA PLENA: *de quo ista S. Antoninus:* Angelus dignissimè salutando, novæ dignitatis nomine salutavit, ut per mutationem nominis, mutatio statûs figuraretur, & eminentia dignitatis. Quandò enim quis assumitur ad magnam dignitatem, mutatur nomen: ut patet in Papa. Quod etiam Dominus Jesus fecit de Petro, dicens: Tu vocaberis Cephas, id est, Petrus. Angelus ergò de proprio nomine, quod est MARIA, mutavit nomen, dicens: GRATIA PLENA: hoc autem nomen, quod est GRATIA PLENA, hujusmodi circumlocutio est tantùm proprij nominis beatissimæ Virginis, & personæ ipsius, quod nulli alij convenit propriè, nec Deo, nec creaturis: sed quòd plenitudo gratiæ intelligitur susceptivè: constat enim, quòd Deus non est gratiæ susceptivus, sed dativus. Nulla autem pura creatura est PLENA GRATIÆ susceptivè, præterquàm Beata Virgo: quæ tantum suscepit quod pura creatura magis suscipere non potuit (a). Unde hoc ei ita proprium fuit, quod nulli alij convenit: ideò Angelus ei hoc nomen imposuit, dicens: GRATIA PLENA.

GRATIA PLENA *nomen proprium Deiparæ,*

(a) videlicet, quod sit Mater Dei, cum prærogativis, & gratiis comitantibus.

2291. *Quantùm ad nomen* MARIA, *tria notanda circà hoc nomen: Primum,* nominis interpretatio: *Secundum* nominis derivatio: *Tertium* nominis litteratio: *de quibus singulis, en aliqua ex eodem S. Antonino:* Quantùm ad primum, sciendum, quòd MARIA interpretatur DOMINA, vel ILLUMINATA, seu ILLUMINATRIX: ac etiam STELLA MARIS, secundùm beatum Hieronymum in libro interpretationum. Ipsa enim DOMINA omnium; cum Filius ejus sit Dominus universorum: ipsa ILLUMINATA à Deo, ut lùna à Sole, & plena omnium illuminationum cœlestium. Ipsa ILLUMINATRIX omnium electorum: undè canit Ecclesia: SOLVE VINCLA REIS, PROFER LUMEN CŒCIS: meritis scilicet, & interventu. STELLA quoque MARIS: AVE MARIS STELLA, ei dicitur. Quantùm ad secundum principale: derivatur hoc nomen à mari: & hoc aptissimè; quia sicut OMNIA FLUMINA IN MARE INTRANT, ET MARE NON REDUNDAT Eccl. 1. ita in MARIA omnes aquæ gratiarum, quæ fuerunt in aliis Sanctis ut fluviis, intraverunt in MARIA VIRGINE: & tamen istud mare plenum omni gratiâ, non redundavit, excedens terminos suos in aliquam elationem, vel jactantiam.

Tria notanda circa nomen MARIÆ,

(d) parte 4. tit. 15. quasi per tot.

(e) ibid. cap. 14.

Undè

Digitized by Google

XVII. Sept. Undè & beatus Hieronymus in Serm. CÆTERIS SANCTIS PER PARTES COLLATA EST GRATIA: MARIÆ VERÒ PLENITUDO GRATIÆ, SE INFUDIT. Mare autem dicitur, quasi amarum. Fuit autem Beata MARIA mare amarum in conversatione amara, scilicet perfecta sensuum mortificatione. Nulla enim pura creatura mortificavit ita sensus suos ab omni vanitate, & curiositate, ut ipsa ... MARIA verò mare amarissimum fuit in passione filij: nam (ut ait Damascenus) partûs dolores fuerunt ei reservati. In partu igitur naturali peperit sine dolore Salvatorem, imò cum summo gaudio: sed in partu spirituali, cùm scilicet parturivit nos Deo: ATTENDITE, inquit, ET VIDETE, SI EST DOLOR, SICUT DOLOR MEUS... Quantùm ad tertium ex significatione litterarum hujus nominis elicitur sublimitas ejus. Quinque enim sunt litteræ hujus nominis MARIA, & significatur per hoc quod est:

MATER UNIVERSORUM;
ARCA THESAURORUM;
REGINA COELORUM;
JACULUM INIMICORUM;
ADVOCATA PECCATORUM.

2292. *Quantum ad seculum præsens, illud itidem Deiparæ, & sacri Nominis ejus præconum est fœcundissimum; meritò inter primos deprædicatur Homiliographus Ioannes de Carthagena, Ordinis Minorum, in opere præclaro, inscripto,* De sacris arcanis Deiparæ: *in quo uberrimos adaperit fontes, ad hauriendas in gaudio Dei Matris; & sacrosancti nominis ejus laudes: & quidem lib. 2. Homil. 6. sub hoc titulo:* Sacerrimum MARIÆ nomen multis retrò temporibus pronuntiatum & impositum, congruentissimum illi esse, tùm ex Dei imponentis sapientia, tùm ex mysteriis, quæ in litteris, ex quibus coalescit, delitescunt, facilè deprehenditur. *Et homil. 7.* Excellentiam sacrosancti nominis Mariæ ex interpretatione amari maris, & maris stellæ, duplicem metaphoram, multiplici eruditione prosequitur: *ubi ex S. Bonaventura* (a) *ista paucis multa complectentia:* MARIA Mare est, gratiâ affluendo, & amara Filio compatiendo, & amarum mare est, diabolum submergendo; quemadmodùm mare rubrum amarum fuit Ægyptiis in ipso submersis. O quàm amarum, & timendum est hoc mare Ægyptiis! O quàm amara, & timenda est MARIA dæmonibus! Non sic timent hostes visibiles quasi castrorum multitudinem copiosam, sicut aëreæ potestates, MARIÆ vocabulum, patrocinium, exemplum: fluunt, & pereunt, sicut cera à facie ignis, ubicumque inveniunt crebram hujus nominis recordationem, devotam invocationem, sollicitam imitationem. *Homilia octava istud est subjectum:* MARIANI nominis encomia prosequimur, juxtà alias ejus significationes à Patribus probatas, nimirùm quòd interpretetur DOMINA, ILLUMINATA, ILLUMINATRIX, ubi multa de ejus sapientia: nec non SPES, IMITATRIX DEI, DEUS EX GENERE MEO, & similia. *Et indè nobis hic sufficiant, ex melliflua Doctore, de suavitate nominis Mariæ exuberante mentis jubilo eructata:* Ad ipsum itaque MARIÆ nomen iterùm contemplandum, iterùm atque iterùm descendere libet. *Et paulò antè:* Testis conscientiæ est Dominus, quòd si quandò cœlesti gratiâ largiente, exterioribus curis exemptus, laudibus Virginis valeo totus vel per horam occupari, tantâ mentis lætitiâ saucior, tantâque interiùs suavitate perfundor, ut cunctis mundi vanitatibus, & concupiscentiis conculcatis, nil aliud appetam, quàm cum ipso lætitiæ spiritu, si daretur, statim exilire ad Dominum.

(a) in Speculo Virginis.

MARIÆ nomen tremendum dæmonibus:

2293. *Gaude igitur, anima, tanto felix nomine, insonet illud auribus tuis, inhæreat cordi, infigatur pectori, altas agat radices imis in visceribus, palato adhæreat, ori adglutinetur; etenim* sicut Nomen JESV mel in ore, in aure melos, in corde jubilus, sic & nomen MARIA, *inquit, Richardus à S. Laurentio* (a) *cui concinit pius pariter & eruditus Petrus Canisius* (b) Si ullum aliud venustum, præclarum, & gratiosum nomen ulli contigit mortalium, quod scribi, legi, decantari, pingi, sculpique mereatur, id MARIÆ Nomen videri potest; dignum sanè, quod in omnium oculos, aures, & mentes incurrat, magnaque cum reverentia, & privatim, & publicè nominetur. *Ita quoque doctus idiota* (c) Vocabitur tibi nomen novum, ô beatissima Virgo MARIA, quod os Domini, scilicet Filius Dei, qui est os Patris, per Angelum nominavit, videlicèt, GRATIA PLENA; posteà verò nomen MARIÆ expressit, dicens: Nè timeas MARIA; dedit enim tibi Virgini MARIÆ tota supersancta Trinitas nomen, quod, post nomen superbenedicti Filij tui, est super omne nomen... Non enim est in ullo alio nomine, pòst nomen superbenedicti Filij tui tam potens adjutorium; nec est aliud nomen datum sub cœlo hominibus, post dulce nomen JESU, ex quo tanta salus hominibus refundatur, quia super omnia Sanctorum nomina, reficit lassos, sanat languidos, illuminat cœcos, penetrat duros, recreat fessos, ungit agonistas, & jugum diaboli extrudit. Nam (*ut istis adstipulatur pius Thomas à Kempis* d) Diffugiunt, audito nomine sancto ejus (*spiritus maligni*) velut ab igne, horrent sanctum & terribile nomen MARIÆ, non audent apparere, nec possunt sua ludibria exercere, ubi noverint nomen clarere sanctæ MARIÆ: tanquàm ad tonitruum de cœlo factum, sic prosternuntur ad sanctæ MARIÆ vocabulum.

(a) lib. 1. de laud. Deiparæ c. 1.

(b) lib. 1. de Deip. c. 1.

quam gratiosum:

(c) De B. Virg. Maria c. 3.

(d) Serm. 4. ad Novitios.

2294. *Animi efficacius moventi, pariter & oblectandi gratiâ, libet subnectere nonnulla deprompta ex Baptista Mantuano,* Poëta verè pio (*ut eum nominant Possevinus, & alij plures.*) *Is laudes Deiparæ cecinit tribus libris inscriptis,* PARTHENICES MARIANÆ, *in quorum primo, ferè sub initium, his (utiliter prævie cuilibet operi recitandis, aut ruminandis) versibus ipsam piè invocat, & se, ac alios ad illius, ac Nominis ejusdem devotionem permovet:*

Digitized by Google

XVII. SEPT.

Tu mihi, Diva, fave, cœlũ cui militat omne:
Quã trepidant erebi ſedes, cui terra, freumq;
Vota, preceſque ferunt, noſtro tu ſola labori
Sis præſens, operique tuo largita futuro
Præſidium, noſtræ veniens illabere menti.
Tu licet à noſtro ſpatiis ingentibus orbe
Disjungare, ſuos quantũ polus elevat ignes;
Non tamen humanos caſus oblita, tuumque
Nil pertæſa genus, vigili mortalia curâ
Suſcipis, & lachrymæ tangunt tua pectora noſtræ.

Pòſt alia, ſic ſe in Maria laudes effundit, atque fiduciam erga illam ingenerat:

MARIÆ laudes dignè effare poteſt nemo:

Nulli adeò vivax animi ſolertia, nulli
Tàm fœlix aderit florentis gloria linguæ,
Ut MARIÆ poſſit laudes æquare loquendo.
Quæ data ſunt illi, numquã mortalibus ullis
Anteà conceſſit, nec poſt cõcedet Olympus.

Quot miſeros pelagi nautas ſubtraxit ab ũdis,
Cũ jã præcipites fluctus Aquilonis, & Auſtri
Viribus adverſis cœlo æquarentur, & ipſa
Tranſtra per effuſi certiſſima fata tuliſſent?
Quot trajecta gravi ſervavit pectora telo,
Pectora, Pæonias quæ non valuêre per artes
Reſtitui, nec opis noſtræ poſcentia quicquã?
Quotque etiã tetro ſqualentes carcere fractis
Ocyiùs obicibus, manicíſque reſolvit ahenis?
Quot famis exhauſtos macie, vix ægra trahentes
Mẽbra, datis cœlo dapibus, miſerata reduxit
Robur in antiquũ, vireſque refudit in artus?
Nec minùs ingenti vitiorum mole ſepultos
Infixoſque luto, & toto tellure jacentes
Corpore, divini luſtravit numinis aura.
Propterea totum ſurgentia templa per orbẽ
Illlus immenſam laudem, regnique perennis
Perpetuos faſces, & ſine carentia jura
In noſtrumq; genus ſummũ teſtantur amorẽ.
Ipſa eſt adverſis commune in rebus aſylum.
Ante preces etiam necdùm obſecrata, favorẽ
Donat, & ad miſeros maternas explicat ulnas.

ea ſolatium, & præſidia in quibuſvis afflictionibus.

XXIV. SEPTEMBRIS.

VITA S. GERARDI EPISCOPI CANADIENSIS.

NOTÆ PRÆVIÆ, ET ELOGIA.

S. Gerardus ſingulariter devotus B. Virgini Mariæ:

2295. *CVm Ordo Carmeli peculariter dicatus ſit B. Virgini Deiparæ Mariæ, meritò omnes ferè ejuſdem Ordinis Sancti addicti ſingulariter fuerunt cultui ipſius ſacerrimæ Virginis. In illa virtute excellenter effulſit ſanctus Gerardus*: Eximiæ devotionis ejus inſignia relucent, in ejus vita, ſcripta ab auctore iſtius ævi, publici juris facta per Laurentium Surium ad diem 24. Septembris: & ea, in capita diſpertita, hîc exhibetur, præmiſſis, *ex illuſtribus Scriptoribus, aliquot ejus elogiis, & ſanctitatis teſtimoniis. Itaque in Martyrologio Romano his commemoratur verbis ad diem 24 Septembris.* In Pannonia ſancti Gerardi Epiſcopi, & Martyris (*Idem habetur in variis aliis Martyrologiis*) *Baronius ibi in Notis addit*: Ejus vitam deſcripſit ex veteribus monumentis Surius tomo 5. *Et in Annalibus ad annum Chriſti* 1147. *num. XVIII. aſſerit eam eſſe* ab ejus (GERARDI) temporis Scriptore. *Idem in Annalibus ad annum Chriſti* 1042. Hic nobilis Venetus ab ineunte ætate Monaſticum amplexus inſtitutum, pergens Jeroſolymam, rediens, in Hungaria à S. Stephano Rege detentus, illic conſiſtere cogitur, cultor illius Eccleſiæ. *Ex iſtis videtur colligi, ipſum antequam in Hungariam veniret, fuiſſe in Terra ſancta, & indè redeuntem detentum fuiſſe à S. Stephano Rege. Adſtipulantur alij Scriptores relati à Lezana tomo* 3. *Annalium ad annum Chriſti* 1024. *num.* 4. *quorum placitum ibidem trutinat*

commemoratus in Rom. Martyrol.

& Kalendariis Carmelit.

In Kalendariis Miſſalis, & Breviarij Carmelitani his commemoratur verbis ad diem 24. Septembris: ſancti Gerardi Epiſcopi, & Martyris, Ordinis noſtri. Duplex, *Illo die ad Miſſam, as in Divino Officio olim, & nunc* hæc eſt *oratio*: Sacratum tibi Domine diem offerimus, quô B. Gerardum à vertice Montis præcipitem dederunt tui nominis hoſtes, ſupplicitèr tuam clementiam exorantes, ut cujus ſolemnia colimus, veneranda illius paſſio nobis proficiat ad medelam. Per Dominum &c. *Ita in Breviario an.* 1573. *impreſſo Veneſtiis.*

2296. *Petrus de Natalibus* in Catalogo Sanctorum *lib.* 3. *cap.* 145. *hoc habet vita ejus compendium*: Gerardus, Epiſcopus, & Martyr, Venetiarum civitate oriundus, à pueritia Deo devotus, Eccleſiæ ſancti Marci Canonicus fuit. Sed ad vitam arctiorem anhelans, Religionis habitu ſuſcepto, dum ad ſepulchrum Dominicum pergeret viſitandum, Pannoniam devenit, ubi à S. Stephano, Chriſtianiſſimo Hungariæ Rege, qui eum ſervum Chriſti eſſe cognovit, retentus eſt: dimiſſiſque ſociis cum quibus pergebat, ibidem manſit. Et in quadam Eremo quæ Bel vocatur per annos ſeptem ſolitariam vitam duxit.... Altare Dei Genitricis erexit, ante quod argenteum thuribulum cum thymiamate perpetuô collocavit, & ibidem ſemper conſervari decrevit. Beatam enim Dei Genitricem devotiùs coluit. Undè & ſingulis Sabbati diebus officium ejus cum novem lectionibus ibidem conſtituit celebrandum, quod uſque in præſens ſervatur. Epiſcopatum quoque ſtrenuè gubernabat: ſæpiùs ad Eremum aliquot diebus diverte-bat.... Poſt annos quinque cùm ad Albam civitatem pergeret, hoſpitatus apud Eccleſiam

ex Canonico S. Marci Religioſus, deinde vitam ſolitariam agit:

pro Deipara cultu quæ præſtiterit:

Epiſcopus ſæpè ad eremum diverſatur:

Digitized by Google

XXIV. SEPTEMB

siam sanctæ Savinæ, martyrium suum in crastinum futurum prænunciavit. Sequenti die Missarum solemniis celebratis, cùm esset juxta flumen Danubium ab infidelibus captivus lapidari cœpit. Dumque lapides in ipsum jacti in aëre penderent, lanceâ transverberatus, cum pluribus aliis Christianis gladio cœsis ibidem, occubuit. *Quod S. Gerardus Canonicus fuerit S. Marci, sicut ibi scribitur, adstruunt plures alij, relati à Lezana tomo 3. Annalium ad annum Christi 1004. Indè videtur erui, quòd etsi S. Gerardus Monastica Religionis habitum puer acceperit inter Patres Benedictinos Venetiis in Monasterio S. Georgij: provectior autem in Monasterio illo non permanserit, sed Canonicus factus fuerit, ac deindè Carmeliticum institutum amplexus, sicut idem Lezana ad annum 1024. ostendit.*

martyrium ejus.

(a) apud Baron. ad an. 1147.

2297. *Longinus Cracovienſis* (a) *sic paucis describit martyrium ejus:* Beatus Gerardus Chanodiensis Episcopus bigis impositus de monte Kerempheludt præcipitatus, & lanceâ est perfossus in pectore. Alij ex Laicis, saxis obruti, aut vulneribus sauciati, felici cruore pro nomine Jesu Christi abluti sunt. *Petrus Pramonstratensis* (b) *in Chronicis, quorum initium est:* SAPIENTIS CONSILIUM *idem martyrij genus, ad tempora Benedicti IX. refert his verbis:* Gerardus Ordinis Carmelitarum, Patriarcha Antiochenus, in Hungaria super bigam ligatus, de alto jactus præcipitio, martyrizatus est. *Aubertus Miraus in libro* de ortu, & incrementis Ordinis Carmelitarum capite 6. *ipsum quoque Patriarcham Antiochenum nuncupat (sed equivocè)* Sanctus Gerardus, *inquit*, Patricius Venetus, illustri Sagredorum familiâ ortus, ex Monacho Carmelita Canadiensis Episcopus, & Antiochenus Patriarcha creatus; Hungarorum Apostolus, Pannoniæque Prothomartyr fuit. Martyrium subiit anno Domini * 1042 ætatis suæ 61. Fuit & alius hujus nominis & Religionis Monachus, qui erectô Jerosolymis insigni Xenodochio, pro sublevandis peregrinorum necessitatibus, initium dedit Ordini Hospitalariorum, seu Equitum S. Joannis Baptistæ, qui nunc Melitenses dicuntur. *Hæc Miraus. Est & tertius ejusdem Instituti Carmelitani Gerardus, Patriarcha Antiochenus: de quo plura Arnoldus Bostius in Speculo Historiali lib. 6. cap. 1. & Ioannes Paleonydorus in libro tripartito lib. 2. cap. 10. & iste à præfatis, & nonnullis aliis Scriptoribus confunditur cum S. Gerardo Sagredo Episcopo Canadiensi. De tribus istis Viris illustribus Carmelitici Instituti Gerardis nomine, accuratè tractat Lezana tomo 3. Annalium variis locis. Fuit etiam alius Gerardus Bronienſis Abbas, magnæ sanctitatis, Ordinis S. Benedicti, cujus vitam exhibet Surius ad diem 3. Octobris: de quo idem Lezana dicto tomo 3. ad annum. 928. ubi inter cætera ista:* Nisi nostra nos fallit opinio, ex eo quòd Sanctus hic Gerardus clarissimæ Benedictinæ scholæ alumnus fuerit, ortum habere potuit quorumdam existimatio refragantium alium S. Gerardum, Venetum, Episcopum, & Martyrem, quem hoc sæculo, vel principio sequentis vixisse, suo loco dicetur, nostris Carmelitis accensendum. Gerardorum varietas confusionem in auctoribus parere potuit, à nobis in sequentibus enodanda. Vita S. Gerardi Canadiensis Episcopi, & alterius Gerardi Patriarchæ Antiocheni traditur à P. Philippo à Sanctissima Trinitate, in libro: *Decor Carmeli.*

(b) apud Paleonyd. in Fasciculo trip. l. 2. c. 10.

* *lege* 1047

Gerardi illustres planes:

& hinc æquivocatio, seu confusio:

2298. *Ista de pluribus Gerardis hîc prænotasse oportuit ad tollendam æquivocationem, ac confusionem unius cum altero, ne quod mei competit, alteri tribuatur, prout à nonnullis auctoribus factum videmus; dum S. Gerardo huic, Sagredo cognomine, adscribunt Patriarchatum Antiochenum, aut institutionem Ordinis militaris Hospitalariorum, quæ duobus aliis diversis, ejusdem tamen nominis, competunt. Occasionaliter hîc animadvertat Lector, etiam in aliis quandoque evenire, ut à Scriptoribus erroneè distincti duo, aut tres confundantur, & pro eodem habeantur, indeque oritur confusio Historiarum v. g. Simon Zelotes, Iudas Thadæus, & Simon Cleophæ (videri poterit Baronius tomo 1. Annalium ad an. Christi 68. num. VI. & VII.) Sanctus Cyprianus Carthaginensis, & S. Cyprianus Nicomediensis (apud eundem Baronium in Notis ad Martyrologium die 26. Septembris) S. Dionysius Areopagita Parisiorum Apostolus cum altero: Sancti Guilielmi, & Dagoberti varij. Ità & SS. Gerardi. Hæc obiter. De ortu, & instituto S. Gerardi Sagredi peculiariter agitur tomo 3. Annalium Carmelitanorum ad annum Christi 986. num. 3. ubi ista:* Oritur hoc tempore felici sydere, circa annum 986. prout aliqui autumant, nova Carmelo adjuncta proles, sanctus scilicet Gerardus Episcopus Canadiensis, & Martyr. *Ibi consequenter ostenditur, ipsum Carmelitanæ Religionis professorem fuisse (& ut talis Officio sub ritu duplici, approbato à Sacra Congregatione in toto Carmelitano Ordine die 24. Septembris colitur.) Etiam Episcopus existens, ad veterum Carmelitarum rationem vivendi regrediebatur, ab operibus vitæ activæ ascendens ad exercitia vitæ contemplativæ; nàm ut tradunt Scriptores vitæ ejus, sæpiùs ad eremum aliquot diebus divertebat: & ibi* vestibus cilicinis, & ex strictum pilis confectis sæpè induebatur: *is olim erat vestitus, ac vitæ institutum Fundatorum, & primorum Patrum Ordinis hujus in solitudine Carmeli, atque in aliis eremis. Quod, & quo jure etiam clarissimo Benedictino Ordini accenseatur, declarabitur in Dissertatiuncula, hîc infrà.*

quæ etiam subindè evenit in aliis ejusdem nominis.

2299. *Quantum ad locum, seu titulum Episcopatûs S. Gerardi, scribit Baronius* Chanodiensis (a) *Surius autem* Canadiensis, *scilicet à* Canadio, *de quo Aubertus Miraus, in Notitiis Episcopatuum libro 5. ista:* Canadium, sive Cenadium, Chonad, V. E. Hungariæ Transdanubianæ, sub A. Colocensi, Episcopum & Martyrem habuit S. Gerardum Venetum. *Thomas Saracenus in Menologio Carmelitano, de ejus situ hæc annotat:* Canadiensis civitas, priùs Morosena, seu Morisena appellabatur in Iazygo, hoc est, in Hungaria Transdanubiana, sita ultrà Tibiscum flumen ad Marysium amnem, in Transylvaniæ confinio.

(a) ad an. 1042. & 1047.

Titulus Episcopatûs S. Gerardi.

Veri-

XXIV. SEPTEMB. *Verisimiliter ea est civitas, quam Philippus Cluverius in Introductione Geographica lib. 4. cap. 2. nuncupat* Genadium, *vulgò* Conad.

VITA

Ex vetustis Mss. per Laurentium Surium ad 24. Septemb.

CAPVT I.

S. Gerardi patria, vita Monastica, & Eremitica.

2300. GAudia, quæ Christi participibus dies hodierna contulit, ex beati Patris nostri, Christique martyris Gerardi meritis fluxêre. Is enim hujus lucis lumen per Venetos parentes sortitus, Dei gratiâ illum præveniente, ab ipsa pueritia cœpit Domino nostro Jesu Christo esse devotus, & doctrinæ Euangelicæ per omnia parere. Itaquè & ipsum Monasticæ Religionis habitum puer accepit, siniſtramque primi parentis viam declinans, novi hominis secundùm Deum creati vestigiis insistens, regionis per inobedientiam amissæ, nempè paradisi, gaudia adolescens studuit appetere, & amare. Cùm sic igitur syncerô animô sanctam vitam duceret, cupido ei incessit Dominicum sepulchrum invisendi, ut Christum, qui cùm dives esset, propter nos egenus factus est, inops ipse, & pauper sequeretur. Egressus itaque de terra, & de cognatione sua, tendebat ad Orientem, ubi Abraham & divitiis auctus est, & pater multarum gentium effectus: uti etiam ipse in Abrahæ semine, id est in Christo, datam benedictionem, susceptô peregrinationis labore, instar fidelis Abrahæ adipiscereturs.

S. Gerardus à pueritia Religiosus:

Dominici sepulchrum visitaturus tendit in Orientem:

2301. Pervenit interim in Pannoniæ partes, cujus habenas tunc Christianissimus Rex Stephanus moderabatur: ad quem Regem vir Dei humilis, & simplex accessit, causamque sui itineris ei aperiens, majori studiô, & amore ab eo exceptus est. Ubi autem animadvertit Rex, eum moribus, & doctrinâ, bonum Christi odorem spirare, clàm dimissis itineris ejus sociis, illum solum apud se retinuit invitum, eique servando custodes adhibuit. Cernens verò servus Christi se solum illic derelictum, ut populi strepitus evitaret, ejus regionis Eremum, quam Beel vocant, petiit, atque illic septenniô, jejunio & precibus, vacans, exceptô Mauro Monacho, solus habitavit.

Septennio vitam solitariam agit.

CAPVT II.

S. Gerardi Episcopatus, prædicatio, eximia devotio erga B. V. Deiparam.

2302. INterea memoratus Rex Stephanus, ut robustissimus Josue, impietatem gentis profligavit, crudelesque ac barbaros Ethnicorum mores edomuit, ac plurimorum pectora ad suscipienda sanctæ fidei semina præparavit. Videns autem pius Rex regnum suum pacis tranquillitatem adeptum, servum Dei Gerardum ab Eremo revocavit, pontificalique infulâ decoratum, ad prædicandum populo suo destinavit. Tantam autem superna pietas ei contulit gratiam, ut eum omnes loci illius incolæ unicè amarent, & ut patrem colerent, ità ut jam pater multorum, instar Abrahæ Patriarchæ, haberetur. Crescente verò fidelium numerô, Ecclesias Deo per singulas urbes ædificavit: principalem autem Ecclesiam in honorem sancti Georgij, prætiosissimi Christi Martyris, ad littus Morisij fluminis extruxit, atque indè Morisenam sedem appellavit, quam beatus Rex Stephanus dotalitiis muneribus nobilitèr ditavit. In qua Ecclesia ad honorem beatissimæ Matris Domini Salvatoris venerabilem erexit aram, ante quam thuribulum argenteum collocavit, ejusque ministerio duos provectæ ætatis homines adhibuit, qui jugiter illic vigilarent, atque operam darent, ne ullâ unquam horâ thymiama ibi deesset. Singulis quoque Sabbatis cum novem lectionibus, ut in die Assumptionis ejusdem sanctissimæ Matris, magnisque laudum præconiis devotionis suæ officium illic explebat. Cæteris autem diebus, matutinis & vespertinis precibus absolutis, bis cùm processione eò venire solebat: quæ consuetudo hodieque perseverat.

S. Stephani Hungariæ regis pietas.

S. Gerardus Episcopus,

Ecclesias plures ædificat,

B. Virgini Mariæ devotissimus quæ ad ejus cultum pertinent:

2303. Porrò laudibus, & veneratione ejusdem sacratissimæ Virginis, tantæ humilitatis obsequio se subdere noverat, ut si quis reus, clam à sancti viri familiaribus edoctus, veniam ab ipso peteret per nomen Matris Christi, mox auditô nomine Matris misericordiæ, pater sanctus lachrymis perfunderetur, & perindè ac si ipse reus esset, à reo veniam peteret: filium quoque suum illum fore affirmaret, si eam syncerè Dei crederet Genitricem. Ipsô auctore, ab Hungarica gente non pronuntiatur nomen ipsum Matris Dei, sed Dominam eam vocant. Si sit autem pronunciatum illius nomen, statim flexis genibus, & demissis in terram capitibus, sese inclinant. Atque adeò Pannonia, à sancto Rege suo Stephano, FAMILIA S. MARIÆ appellata est. O prædicandam virorum prudentiam, qui in hanc maris stellam intendendo, vitæ suæ cursum dirigebant: ut contemplatione exemplorum ejus, possent inter hujus sæculi fluctus navigantes,

nomen ejus singularissima pietate venerantur,

illud dum nominatur, genuflectendum esse, induxit.

Hungaricæ regnum FAMILIA MARIÆ dictum.

Digitized by Google

XXIV. Sept. vigantes, voluptatum illecebras, & incitamenta, tamquam Scyllæam voraginem declinare, portumque æternæ salutis attingere.

CAPVT III.

Sollicitudo in munere Episcopali, humilitas singularis, vita solitaria & contemplativa juncta activæ.

S. Gerardo Ecclesiasticorum ministeriorum cura magna:

2304. ERgà ministeria Ecclesiastica magna beato viro cura & sollicitudo inerat. Itaque æstivo tempore in domo Dei vascula glacie plena ponebantur, in quibus lagunculæ & vinum, quod posset optimum inveniri, ad Dominici sanguinis consecrationem asservarentur. Dicebat enim, quod per fidem intùs accipitur, id extrinsecùs suave inveniri. Nocturnò tempore leprosum in suo reponebat lectulo, & arreptâ securi, ad sylvam solus pergebat, fasciculosque lignorum pro corporis sui castigatione propriis humeris indè reportans, servorum suorum labores sæpè antevertebat, ac sublevabat. Cùm illi proficiscendum esset à loco in locum, non jumento utebatur, sed vehiculò: in quo sedens, libros, quos sancti Spiritus gratiâ composuerat, relegebat (a). Vestibus cilicinis & ex arietum pilis confectis, sæpè induebatur.

vita ejus asperitas: (a)

2305. Ut autem sanctis hominibus usu venire solet, aliquandò negligentiâ aurigæ sui, aut qualibet injuriâ læsus, levi irâ commotus, jussit protinùs hominem reum flagellis cœsum, duris vinculis alligari. Parebant verò illi ministri, sed non ignorantes animi ejus clementiam, & suavitatem, juxta viam, quâ sanctus Pater transiturus erat, hominem culpæ obnoxium ad stipitem alligabant, & plagarum vestigia in ejus nudo dorso gallinæ aut alterius animantis sanguine exprimebant. Cumque eò perveniisset homo Dei, oblitus severitatis suæ, illicò è vehiculo exiliens, ad vinctum illum properabat, & modò stipitem, brachia, manus, ac vincula, modò pedes osculabatur, munera pollicebatur, si veniam, & misericordiam ab homine consequi mereretur. Si cui tum id videre contingeret, illum virum Dei pro tanta humilitate, & simplicitate dicere non dubitaret, conversum in puerum illum, quem Salvator imitandum statuit in medio Discipulorum suorum.

ejus clementia & humilitatis exemplum:

2306. Etsi autem Episcopalem functionem, & dignitatem summâ prudentiâ administraret, attamen (b) eremum non reliquit: sed apud urbes, ad quas concionaturus veniebat, cellulas sibi in sylvarum secretioribus locis construxit, in quibus ligatus pernoctasse, multasque afflictiones, soli Deo cognitas, pertulisse memoratur. Cùm aliquandò pro cujusdam defensione ad beatum Stephanum Regem properaret, in ejus regionis parte quadam, pecoribus pascendis opportuna & apta, vir Dei hospitiò usus fuit. In ea autem domo sub noctis medium ancilla quædam manibus versans molam, quâ triticum terebatur, laboris molestiam cantilenâ temperabat. Eâ autem cantilenâ expergefactus vir sanctus, accersitò ministrò, quid ea sibi velit, inquirit. Respondet ei famulus, id quod res erat. Mox pius pastor infusus lachrymis: felicem, inquit, fœminam, quæ cùm sit sub alterius potestate constituta, debitum servitutis officium tàm suaviter, absque ullo murmure, persolvit, jussitque ei non minimum pecuniæ pondus deferri.

(b) *solitarium & vitam in cellula egit in eremo.*

Ancilla laboriosum opus hilariter obeunti gratulatur.

ANNOT. (a) Vestibus cilicinis &c. *sæpè utebatur. . . .*

(b) Eremum non reliquit: cellulas sibi in sylvarum secretioribus locis construxit. *Ea olim erat vita Carmelitica, ad instar SS. Prophetarum Fundatorum hujus Ordinis Eliæ, & Eliséi, nec non SS. Bertholdi, Brocardi, Cyrilli, Angeli, Simonis Stock, Alberti, Petri Thomæ, & aliorum priscorum Patrum hujus Ordinis, qui licèt per tempora aliorum institutioni incumberent, mox iterum ad solitudinem, orationem, & internam cum Deo conversationem, tamquàm primariam Carmelitici Instituti partem regrediebantur. Alia ad hoc intentum dicentur infrà num. 2316. & 2317.*

CAPVT IV.

S. Gerardi zelus, libertas in reprehensione Tyranni, prophetica prædictio.

S. Stephanus Pannoniam ad Christi fidem adducit:

2307. POstquàm autem beatus Rex Stephanus totam Pannoniam ad veram Christi lucem adduxit, eam sub patrocinio sanctissimæ Matris Dei semperque Virginis MARIÆ voluit contineri: atque in ipso die Assumptionis ejus migrans à corpore, ipse quoque ad æternam requiem assumptus est. Successit autem ei Petrus Rex: cui cùm omnes Pannoniæ Principes fidem, & amorem se conservaturos juràssent, unus ex eis, illò exturbatò, Regiam sibi auctoritatem per vim usurpavit. Eò autem regnante, sicut Propheta ait, sanguis sanguinem tetigit, & peccata peccatis cumulata sunt. Namque ipsis sanctis Quadragesimæ diebus, honestissimos sui consilij viros fudibus ac palis perindè ut immunda pecora interficere non dubitavit. Deindè ad Morissenam sedem, nempè ad Gerardi Pontificis locum, Paschalia Sacramenta celebraturus advenit: atque in ipso die Dominicæ Resurrectionis, ut pater ejusdem loci Regio capiti diadema impositurus adveniret, ab Episcopis & Principibus per honestissimos viros invitatur. At illo renuente, reliqui Pontifices Regi coronam imponunt, magnòque Cleri & populi comitatu Rex ornatus, Ecclesiam ingreditur. At verò plenus Spiritu sancto beatus Episcopus, stolâ candidâ indutus, pulpitum ascendit, Regemque his verbis per interpretem intrepidus alloquitur.

post ejus obitum tyrannus regnum usurpat:

ei se opponit S. Gerardus,

Digitized by Google

XXIV. SEPTEMB

2308. Observatio sanctæ Quadragesimæ peccatoribus pro venia, justis pro præmio constituta est. Quam tu Rex cùm cædibus pollueris, mihique nomen patris eripueris, per te dulcissimis filiis orbato, nullam hodie veniam mereris. Et quia pro Christo meo hodie mori paratus sum, quæ tibi sint eventura, pronunciabo. Anno tertio regni tui gladius ultionis excitabitur in te, qui tibi regnum improbâ fraude per vim acquisitum auferet, & cum illo pariter & vitam. Hæc cum Regis amici, liberalibus instituti litteris, attoniti mirarentur, imuebant interpreti, ut taceret, Episcopum ab ira & indignatione Regis servare volentes: jisque interpres, timens, assensit. At verò pastor immorigerum interpretem perurget, & compellit, ut pergat, ità dicens: Deum time, Regem honora, patris tui verba edicitò. Tandem coactus interpres, pastoris declaravit sententiam, non mediocriter Regis iram reformidans. Postquam autem evenêre, quæ dixerat beatus Episcopus, totius regni incolæ reipsâ didicerunt, eum prophetiæ spiritum habuisse. Prædixerat namque etiam in illa gente immanem seditionem excitatum iri, atque in ea se mortem oppetiturum. Nolim igitur, quisquis es Christianâ religione initiatus, ex me humanâ prudentiâ nosse velis, num hic sanctus vir in vita sua miracula, quæ sunt cum reprobis communia, ediderit: num cæcis visum, surdis auditum reformarit, tametsi ejusmodi spiritaliter ei non defuerint. Nihil horum à te requirit Deus. Da operam, ut sancti Spiritus gratiâ adjutus, hujus beati viri humilitatem, & pietatem obtineas: nec dubites te habiturum partem in Regno Dei Patris, & Christi ejus.

& prædicit,

inferendum regnum, ac vitam:

& ita evenit:

pranuntiat seditionem, & in ea suam mortem:

CAPUT V.

S. Gerardi Martyrium, sepultura, translatio, miracula.

pridiè rursùs prædicit martyrium suum:

2309. VNô indè lustró evolutô, & alterô inchoatô, prædicta seditio extitit, in qua cùm ad Albam regalem vir Dei proficisceretur, apud Ecclesiam S. Sabinæ Virginis & martyris hospitio usus est, illicque cœnantibus fratribus ait: Fratres & amici, crâs ad cœnam Agni Dei vocamur. Itaque absque detrectatione properemus, pro Christo moriamur. Altera verò illucescente die, Pater sanctus Missam celebravit, mensæque Christi multitudinem sibi adhærentem fecit participem, lætusque ad martyrium perrexit. Ubi autem ad Danubium intendit iter, ecce turba populi eum circumstitit, lapidesque in eum in curru sedentem jactat, à quibus tamen, Deo eum protegente, tactus non est. Ille verò ex adverso benedictionem, & Crucis signum opponit. At impij homines tandem equorum retortis collis subvertunt currum, paremque humi abiiciunt, & magno impetu lapidare conantur. Tum instar Prothomartyris Stephani, primus Pannoniæ martyr, positis in terra genibus, clamavit voce magna: Domine Jesu Christe, nè statuas illis hoc peccatum; quia nesciunt quid faciunt. Et cùm hoc dixisset, in pectore (a) lanceâ percussus, obdormivit in Domino. Eodem autem die maxima Christianorum strages facta est. Duo enim Episcopi, multique viri religiosi interempti sunt: quorum numerum, & nomina sola Dei scientia colligit.

ad illud latus pergit:

pro se lapidantibus orat:

(a)

Lanceâ percutitur:

2310. Corpus quidem beati viri, cùm in loco martyrij sui jaceret, nulla sorde commaculatum est: porrò sequenti die à Catholicis viris in Ecclesia Dei sanctæ Genitricis conditum est. Multis indè lapsis diebus, fidelissimus Sancti viri Procurator Regem Andream adiit, orans, ut peregrini atque hospitis patris corpus celeriter restituat: quod etiam impetravit, ac deindè ad sanctum corpus perveniens, tàm illud nitidum ac luculentum invenit, ac si eô die martyrium obiisset. Itaque ad Morissenam sedem illud cum hymnis, & canticis translatum, cum multa reverentia sepelierunt: ubi multæ gratiæ Catholicis viris collatæ sunt: non tamen adhuc evidenter, usque ad tempora Ladislai Regis, & Laurentij Antistitis, qui à beato viro quintus, ejus cathedram accepit. Tum enim à S. Romanæ Ecclesiæ synodo injunctum est, ut corpora eorum, qui Pannoniam fidei prædicatione irrigassent, summo honore afficerentur. Veniente etiam Sedis Apostolicæ Legatô, & nobilium Pannoniæ coactô conventu, sacrum hujus beati martyris corpus elevatum est, atque Regis, & Principum humeris translatum, honorificèque depositum eo loco, ubi pro meritis tanti patris supernâ gratiâ efficiendis & declarandis miraculis largius coruscat: Præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

sepelitur,

corpus incorruptum,

transfertur,

Regis, & Principum humeris:

miraculis coruscat.

2311. ANNOT. (a) Lanceâ percussus obdormivit in Domino. *Degenere, & tempore Martyrij S. Gerardi in Annalibus Carmelitanis hæc habet Lezana: ad an. Christi* 1047. Pro hoc tempore, anno videlicet 1047. contigit pretiosa mors S. Gerardi Sagredi cum Sociis. *Duindè hæc adfert ex Arnoldo Wion.* Ubi ad Danubij portum perveniissent, à maxima Paganorum turba cum cæteris sociis lapidari cœpit, ipse verò ex adverso benedictionem, & Crucis signum opponit. Unde, Deo eum protegente, tangi non potuit. Impij verò subvertunt currum, Patremque humi abjectum magno impetu lapidare conantur. Tum instar Prothomartyris Stephani primus Pannoniæ Martyr, positis in terra genibus, clamabat voce magna, dicens: Domine Jesu Christe, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Et cum hoc dixisset eo magis plebs impia irritatur, currum jam deturbatum rapit, bigisque in montem fluvio Danubio prominentem subvehit, subjectumque ex prærupta rupe in subjecta saxa præcipitat, & dum adhuc palpitaret in pectore lancea perfoditur, & super unum lapidem capite, & cerebro contusis, tandem gloriosus Martyr Christi ab ærumnis seculi huius ad æternam beatitudinem transmigravit anno Domini 1047. Ka-

Digitized by Google

XXIV. Sept. 1047. Kalen. 8. Octobris: Ex qua relatione cessat contrarietas quæ videbatur esse inter Officium ejusdem Sancti à Sacra Congregatione pro nostris Carmelitis approbatum, ac Orationem ejusdem Officii, eò quod in Officio dicatur Lanceâ percussum obiisse, in Oratione verò insinuetur propter præcipitium à vertice montis animam dedisse. Utrumque namque verum est, ut explicatur in verbis relatis. Dicitur autem in nostro Officio migrasse in Cœlum anno 1042. sed credi potest errorem in numerum irrepsisse, ex anno 1047. ad annum 1042. quia non contigit nisi anno 1047. *Hactenus Lezana.*

DISSERTATIUNCULA

De jure peculiaris cultûs S. Gerardi in Ordine S. Benedicti, & Carmelitano.

S. Gerardum in Ordine Carmelit. & Benedict. veneratione habet.

2312. Ordines S. Benedicti, & Carmeli S. Gerardum Sagredum, Episcopum Canadiensem, peculiariter venerantur. Quòd colatur in utroque, neutri causa æmulationis esse debet; etenim dum Sanctus quispiam generaliùs colitur, id cedit in majorem Dei, & Sancti istius gloriam. Sic S. Ildephonsum Archiepiscopum Toletanum ut suum tenet Ordo Canonicorum Regularium S. Augustini: Benedictino Ordini adscribunt complures: vetustioris autem Prophetici Eliani Instituti assertam alij, non levibus insistentes fundamentis, censent (a). Ità quoque Catanenses S. Agatham ut suam civem colunt: Panormitani econtrà suam esse contendentes, non minori eam cultu prosequuntur: talis quoque æmulatio est inter aliquot Hispaniæ urbes, S. Vincentij cunabula sibi vendicantes. Contentiones similes suâ non carere utilitate (dum sic Sanctorum honor amplificatur) rectè declarat Ven. P. Bollandus, tractans de disceptatione inter præfatas urbes Panormum, & Catanam, circa locum natalitium S. Agathæ: *Sanctæ Virginis*, inquit, *refert quàmplurimùm, ut ipsæ inter se de ea re urbes contendant: modò citra odia, motusque animorum eos, qui Christiana, quâ invicem devinctæ esse debent, communioni adversentur: verùm ut nitore, ac magnificentiâ templorum, solennique sacrorum apparatu, ac potissimùm Sanctæ ipsius constanti æmulatione, superare invicem adnitantur. Et vigebit certè quidem in iis urbibus studium, exercitatioque virtutis, dum ea manebit contentio.* Eadem est ratio in cæteris.

(a) apud Lezana in Annal. Carm. tom. 3. ad an. 649. nu. 5.

contentiones circa varios Sanctos:

ex ad. quib. natis,

2313. Sed nunc inspiciamus, quid juris Benedictino clarissimo Ordini competat circa S. Gerardum, & quid itidem Ordini Carmelitano. Imprimis notandum, quòd omnes fateri coguntur, in vita S. Gerardi varia tenebris involuta esse (sicut consideranti haud difficulter patescet) & quòd circa hunc Gerardum varij hallucinati sint, sicut variis locis indicat P. Lezana (b). Nec etiam in ejus vita primigenia scripta ab auctore coævo ipsi S. Gerardo (sicut tradit Baronius relatus hìc suprà in Notis prævijs) quam habent Surius, & Gononus in Vitis Patrum Occidentis, ulla fit mentio, cujus Instituti monasticæ Religionis habitum puer acceperit, sicut nec apud Petrum de Natalibus: qui tradit, ipsum, relicto Canonicatu, vitæ arctioris desiderio, religionis habitum susceptisse. Quando autem, & quâ ratione Canonicatum illum susceperit, & reliquerit, non constat. Arnoldus Wion in opere, cui titulum præfixit, *Lignum vitæ*, lib. 2. cap. 39 cujus titulus est, *Episcopatus de litera C.* istud vitæ S. Gerardi tradit compendium: *S. Gerardus de Secretis, Patricius Venetus, monachus Monasterij Beel in Hungaria; ob singularem pietatem Episcopus ordinatus, toto regiminis sui tempore, continuâ verbi Dei prædicatione multos ab iniquitate ad pietatem adduxit: sed tandem ab impijs tentus, capitis obtruncatione coronam martyrij promeruit anno 1042. die octavo Calendas Octobris.* Quæ non cohærent cum illis, quæ tradit auctor vitæ ejus primigeniæ apud Surium, & Gononum, de ejus *monachatu in Monasterio Beel*; ibi enim non in monasterio, sed in eremo solus habitavit: *Eremum, quam Beel vocant, petiit: atque illic jejuniis & precibus vacans, solus habitavit.* Conformiter scribit Petrus de Natalibus. Itidem non *de Secretis*, sed *Sagredus* nuncupatus, nec *capitis obtruncatione*, sed *præcipitio de monte*, nec non *lanceæ confossione* martyrizatus fuit.

(b) ad an. 384 & seq. num. 6. in fine & ad an. 1004. n. 2. pag. 472. impref. Rom.

In vita S. Gerardi varia tenebris involuta.

2314. Historiam itaque S. Gerardi variis intricatam obscuritatibus pro posse elucidare satagentes, dicimus, quòd Ordo S. Benedicti jure meritò veneretur, & colat S. Gerardum; [quia à pueritia, Benedictinis Patribus oblatus est, & S. Benedicti habitum suscepit. Familiarissimum autem fuisse in Benedictino Ordine, conformiter etiam ad ipsius Patriarchæ Regulam cap. 59. pueros etiam teneros pro oblatis admittere, latè prosequitur Benedictus Haeftenus ejusdem familiæ in Disquis. Mor. tit. lib. 4. tract. 1. disquis. 3. & constat in Placido, Fausto, Bertulpho, Gordiano, Eugenda, Beda, & aliis apud eumdem Haeftenum. Inter hos ergo Gerardus nominandus] Ita P. Lezana (a) Quanto tempore in Ordine S. Benedicti vixerit; quandò factus Canonicus S. Marci; quandò reliquerit Canonicatum, arctioris vitæ desiderio, in obscuris latitant. Interim Ordo S. Benedicti habet, quo glorietur in S. Gerardo, ut eum colat, & virtutes illius suis proponat alumnis, ut imitentur.

S. Gerardus à pueritia vixit in monasterio Benedictino;

(a) in Annal. ad an. 984. & seq. n. 8.

ideo meritò ipsum colit Ordo S. Benedicti:

2315. Ordo Carmeli S. Gerardum ritu duplicis officij colit ad diem XXIV. Septembris: ad quem in Kalendariis Missalium, & Breviariorum legitur: *Sancti Gerardi Episcopi & Martyris, Ordinis nostri: Duplex.* Fuitque officium iteratis vicibus approbatum à Sacr. Rituum Congregatione, Cardinalibus Bellarmino, & De Torres: Ad Matutinum, Vesperas, & alias horas; nec non ad Missam, ista est Oratio: *Sacratum tibi &c.* Videatur hìc suprà in Notis prævijs. Eadem etiam olim in usu fuit, sicut constat ex vetustis Breviarijs: inter manus habemus Breviarium excusum Venetiis anno 1573. apud Petrum Debuchinum, in cujus Kalendario festum S. Gerardi adscribitur 24. Septembris: & in corpore Breviarij fol. 424 pag. 2. etiam Oratio illa habetur. Eadem Oratio pro Officio & Missa extat in aliis Breviarijs & Missalibus antiquis, de quibus P. Lezana in Annalibus (b). Ibidem & ad an. 1024. ac sequentes, tradit fundamenta Carmeliticæ traditionis, & asserti de S. Gerardo Carmeliticæ Religionis alumno, & disserit, quandò, & ubi Instituto Carmelitano aggregatus fuerit: ibi autem hæc, inter cætera, scribit: *Plures, nec contemnendæ auctoritatis, existimant ipsum Gerardum in reditu è Hierosolymis Pannoniam appulisse, non quandò Hierosolymam tendebat.* Consequenter hæc adfert ex Menologio Carmelitano Petri Thomæ Saraceni: *Ad sacri Carmeli Montis eremum in Palæstina se recipit: eremitico, obtentu Deiparæ Virginis, habitu, ignotus quidem in Oriente, notus autem in cœlo religiosissimis Carmelitarum institutis, diuturno inservire labore studet.*] Ita Lezana: ibidem alios refert, qui idipsum tradunt. Illum autem non tantùm in proposito habuisse, proficisci Jerosolymam, sed reipsà illuc pervenisse, innuunt ista suprà adducta Baronij: *Pergens Hierosolymam, rediens in Hungariam, à Stephano Rege detentus.* Igitur ex mente Baronij Jerosolymis (& consequenter in aliis Terræ sanctæ locis) fuit, & indè rediens per Hungariam, ibi à S. Stephano detentus fuit. Animadvertendum autem, quòd olim non infrequens fuerit transitus de Ordine uno ad alium: & quidem ex Carmelitano transierunt, seu assumpti fuerunt Joannes Briselotus, & Martinus Cuperus ad Benedictinum, & Gedeon des Fossez ad Cistercienſem: atque ita etiam alij, de quibus in parte 5. E contra ex Benedictino ad Carmelitanum venit Thomas Scropus, aliàs Bradley, de quo ista Joannes Pitseus (c): *Thomas Scropus nobilissimâ familiâ in*

Carmeliticæ professionis fundamenta.

(b) Tom. 3. ad an. 986.

(c) de illust. Angliæ Scriptor. ad an. 1491.

Digitized by Google

XXIV. SEPTEMB

Anglia &c. primùm Ordinis S. Benedicti Monachus ... ad majorem aspirans perfectionem ... Carmelitarum disciplinæ se submisit ... duxit autem vitam in austeritate penè incredibili ..., ad annos viginti vitam ibi egit anachoreticam. Tandem electus fuit Episcopus Dromorensis in Hibernia. Et ista hic obiter.

2316. Alij autem verisimilius censent, S. Gerardum in pueritia habitum S. Benedicti suscepisse in monasterio S. Georgij Venetiis: & postea factum Canonicum S. Marci, ac demique abdicato Canonicatu, ad arctiorem vitam anhelantem, & Deiparæ cultui addictissimum, Ordini ejus Carmelitico (in Monasterio eo tempore Venetiis, aut in confinio, existente) nomen dedisse. Plura circa hoc videri poterunt apud eumdem Lezana (a): ubi istud confirmat ex verbis Petri de Natalibus hîc suprà, in Notis prævijs adductis: *In quibus, mi lector, si attendas, non obscurè totam seriem nostri Gerardi vitæ, & intentum nostrum, denotari conspicies. Primò namque id quod in superioribus diximus, & quod Historici cuncti fatentur, de monachatu Benedictino S. Gerardi, verbis illis [à pueritia Deo devotus] quia à pueritia, ut diximus, monasterio S. Georgij Venetiarum Benedictini Instituti oblatus est, sub habitu etiam sanctissimæ hujus familiæ. Deindè Canonicatum Ecclesiæ S. Marci ejusdem inclytæ urbis, ad quem ascendit, illius Ecclesiæ S. Marci Canonicus fuit. Præterea quòd in aliquo Ordinis Prophetici nostri Venetiis habitum Religionis susceperit, illis: [Sed ad vitam arctiorem anhelãs, Religionis habitu susceptò &c.]* Hactenùs ibi Lezana: qui notat & ista, ex historia Vitæ S. Gerardi apud Arnoldum Wion: *Accedit etiam quòd cùm, sicut ex eadem historia cap. 11. elicitur, plura monasteria in illis partibus essent, præsertim Baradini, Zaladini, Beel, Zobor, & Monte Pannonio, ex quibus major saltem pars, Patrum Benedictinorum esset, nihilominùs, quòd S. Gerardus in hujusmodi Monasteriorum aliquo commoratus sit, in ea non legitur, potiùs cap. 7. dicitur, eum in domo quadam, privata videlicet, hospitatum fuisse, & ad eum venisse, ipsum invisendi causâ, Maurum Episcopum, & Abbatem Anastasium. Credibile autem non sit, quòd si ipse tunc Benedictinus Monachus esset; vel propter observantiam regularem, mansionem intra Monasterij alicujus ejus Instituti claustra non quæsiisset.* Nec etiam postea Episcopus umquam legitur ad aliquod monasterium S. Benedicti divertisse, sed ad loca solitaria se recepisse. Præterea in ejus vita apud Surium, & Gononum legitur: *Eremum, quam Beël vocant, petiit, atque illic septennio jejuniis & precibus vacans, excepto Mauro Monacho, solus habitavit.* Circa ista notat P. Lezana: *Ibi etiam quemadmodum Elias in Carith à corvis, Gerardus à bestiis, colebatur, prout de cervis & lupo quodam ipsius narrat historia. Eliciat proindè lector, Carmelicolarum apud Venetias delibatum Institutum in Pannonia plenius exercere sollicitè curasse. Eò clarius id patet, quod Eremitica vita, quam Gerardus eo loco agebat, veluti propria Carmelitarum est, qui montis Carmeli Eremitæ passim in Diplomatibus Pontificiis appellantur; Benedictinorum autem Patrum veluti extranea; quia magnus eorum Patriarcha Regulam suam veluti solum pro Cœnobitis composuit.* Ita ille. Quinimò *etsi Episcopalem functionem & dignitatem summâ prudentiâ administraret, attamen eremum non reliquit: sed apud urbes, ad quas concionaturus veniebat, cellulas sibi in sylvarum secretioribus locis construxit.* Ita præfati Surius, & Gononus, quibus concinit Petrus de Natalibus: *Sæpiùs ad eremum aliquot diebus divertebat.* Ex istis apparet, quàm dilexerit vitam eremiticam in cellis separatis, qualis antiquitùs in Carmeli Religione, tum in ipso Carmelo, tum in aliis illius Instituti locis præcipuè viguit, unà cum singularioris devotionis cultu SS. Virginis Dei Genitricis Mariæ, cujus peculiari titulo Ordo ipse gaudet: & etiam in hoc singularissimè S. Gerardus resplenduit, sicut patet ex cap. 2. vitæ ejus. Denique peculiariter animadvertendum, quod vestem gestasse referatur, etiam Episcopus existens, non Ordinis S. Benedicti, sed Carmelitani, qualis olim in usu erat; nam in vita ejus primigenia apud Surium legitur: quòd *vestibus cilicinis, & ex arietum pilis confectis sæpè induebatur*: an non id ad imitationem S. Eliæ, & Filiorum Prophetarum, de quibus S. Paulus ad Hebræos cap. XI. *Circuierunt in melotis* &c. *Vestis* enim *cilicina*, sive de pilis animalium *Melota* dicitur: & *ex arietum pilis confecta*, albi coloris, sicut erat pallium S. Eliæ, quocum pingi solet.

(a) in Annal. ad an. 1024. & seq. n. 6.

S. Gerardus solitariæ, eremiticæ vitæ cultor,

etiam Episcopus:

vestitu simili S. Eliæ utens.

2317. Cujus Ordinis sit aliquis, nonnè indicia sunt certa, *habitus*, & *ratio vitæ*? Ordinis Carmeli, antequàm ab Ecclesia inter 4. Ordines Mendicantes assumeretur, hæc erat vivendi ratio: *Religiosam vitam solitariam sigillatim in modicis tabernaculis, & speluncis ac cavernis, atque cellis, continuè, & incessanter ducere, juxtà formam à Deo Eliæ traditam*: ita in libro *de Institutione primorum Monachorum* (a) ac in Regula Ordinis: *Singuli cellulas habeant separatas ... Maneant singuli in cellis suis, die ac nocte in lege Domini meditantes.* Conformiter scribit S. Hieronymus (b) *Filij Prophetarum ædificabant sibi casulas.* De eorum habitu jam audivimus ex S. Apostolo, fuisse *melotas* &c. Duo autem ista cernuntur in S. Gerardo. Quòd autem nonnemo (c) scribit: *In monasterio Beël ... septem annorum spatio contemplationi rerum divinarum vacavit; non solus, ut quidam scribunt, & soli Mauro cognitus, sed cum aliis Monachis*: Quomodò id verum est? cùm primigeniæ vitæ auctor diserte testetur: *Eremum, quam Beël vocant, petiit, atque illic septennio jejuniis, & precibus vacans, excepto Mauro monacho, solus habitavit.* Quòd etiam Episcopus existens, ad veterum Carmelitarum rationem vivendi regrederetur, ab operibus vitæ activæ ascendens ad exercitia vitæ contemplativæ, & ad eremum aliquot diebus divertens, ac solus, ibi veste cilicina, seu melote utens, & contemplationi vacans, jam antè audivimus.

Carmelitici Instituti indicia certa in S. Gerardo.

(a) cap. 21.

(b) epist. ad Rustic. & ad Paulin.

(c) Melchior Inchofer in Annal. Hungar. ad an. 1030.

Et ista hactenùs adducta sufficere arbitramur, ut bini Ordines præfati, Christianæ charitatis fœdere juncti, charismata meliora æmulantes, quilibet S. Gerardum tamquàm suum colat, & virtuosis ejus vestigiis insistat. Licèt enim ad honorem S. Gerardi parùm referat, an hujus, aut istius, an utriusque (modo explicato) Instituti habeatur, nostrà tamen refert quàm plurimùm, ut quilibet Ordo suo gaudens jure, alterum etiam suo frui sinat, ac S. Gerardum uterque colens, virtutes ejus imitari satagat, ut sic ipsius suffragiis specialibus, ejus consortio aggregari in cœlis utriusque alumni promereantur.

OCTO-

Digitized by Google

XV. OCTOBRIS.

VITA S. TERESIÆ

(Ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte-Carmeli:) Virginis, puriſſimâ caſtitate ab omnipotenti Deo mirificè condecoratæ, Matriſque, inviolatâ fœcunditate innumeros filios, ac filias in utraque Congregatione Diſcalceatorum, & Diſcalceatarum, Eccleſiæ, & cœlo, progignentis.

PROLEGOMENA.

§. 1. *Hiſtoria vitæ S. Tereſiæ ſcripta à pluribus: qualis ea quæ hîc traditur.*

S. Tereſia juſſa ſcripſit hiſtoriam ſuæ vitæ:

2318. *Sancta Tereſia Confeſſariorum ſuorum juſſu vitæ ſuæ hiſtoriam elucubravit, iter, per quod eam Altiſſimus in rebus ſpiritualibus deduxit, deſcribens, & divinis affectionibus, ac ſublimibus aſceticis inſtructionibus ſcriptum iſtud reſpergens. Suas autem hîc ipſa virtutes minimè refert, nec ingentia, quæ Deo præſtitit obſequia, ſed ea ſolùm, quæ à liberali ſupremi largitoris manu ad annum uſque Domini milleſimum quingenteſimum ſexageſimum primum, dona acceperat. Ipſa verò deindè viginti amplius annis ſupervixit, ſicut refert celebrati nominis Doctor Franciſcus de Ribera, è Societate Ieſu, in prologo operis de ejuſdem S. M. Tereſiæ vita, quam omnibus numeris perfectam elaboravit, & in lucem protulit, quinquenniô à deceſſu ipſius S. Matris, ſicut ibidem teſtatur. Compendioſiorem Vitam ſcripſerunt Didacus Iepes Hieronymianus, Philippi II. Hiſpaniarum Regis Confeſſarius, & poſtea Epiſcopus Turiaſonenſis, & Ioannes à Ieſu Maria Præpoſitus Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis S. Eliæ, & quidem iſti variâ & eximiâ eruditione illuſtres. Poſt illos vitam eamdem, ſeu ejus epitomen, ſive orationes, & conciones evulgaverunt de S. Tereſia quàm plurimi, & quidem in omni idiomate uſitato inter orthodoxos. Ecquid igitur de ejus vita hîc adducetur? an non verendum, quidquid proferetur, quia omnibus jam ante in promptu, haud gratum futurum. Dei providentiâ, ſolicitè deliberanti occurrit, quod ex ſe & magnam habebit majeſtatem, ex Pontificia, & Eccleſiæ auctoritate, & ſingularem jucunditatem, propter tria iſta in hiſtoriis laudatiſſima; certam & probatiſſimam veritatem, ſuccinctam brevitatem, (ne ingenia aliis curis multis adſtricta, magna mole abſterreantur) & perſpicuitatem deſideratam, ne ambiguitatibus obortis lector moleſtiâ afficiatur, nempè* VITA, VIRTUTES, MIRACULA, *elogia, & teſtimonia ſublimis ſanctitatis ipſius* SANCTÆ VIRGINIS ET MATRIS TERESIÆ, *ex Actis authenticis Canonizationis ejus, in quibus ea, Romani judicij rigidiſſimâ diſcuſſione, auri inſtar, probata, lucidiſſimè ſplendent, & ſplendidiſſimè fulgent: quæ quanta ſint auctoritatis & fidei, cenſebit quilibet ex ſubjunctis teſtimoniis.*

Scriptores alq; plures de S. Tereſia:

Vita quæ hîc ſequitur, eſt probatiſſima: ac brevitate, & perſpicuitate commẽdata;

quam perfectam elucubravit Franciſcus Ribera:

2319. *Ioannes de Valdeſpino, Ordinis Prædicatorum S. Theol. Doctor ſic paucis Vitæ hujus rationem exprimit*: Quid in libri commendationem dicam, quando inſcriptio ipſa quicquid dici poteſt, verbo complectitur? VITA SANCTÆ VIRGINIS ET MATRIS TERESIÆ. (Habes materiam libri, & omne argumentum) ROMANI JUDICII RIGIDISSIMA DISCUSSIONE, AURI INSTAR, PROBATA. Quid ego aliam adhibeam cenſuram? SOLI ILLUMINATIO EST FIDES (aiebat Ambroſius) ET QUÆDAM INTESTATA TESTIS, QUÆ ALIENO NON INDIGET TESTIMONIO. Dicam tamen vel unum. Sermonis venerem, lenocinia verborum, evanidas dictionis ampullas tantùm hîc non quæſieris, cætera omnia, quæcunque in hiſtoriâ expetere queas, invenies cum multo cumulo, veritatem ſupremi in Orbe Tribunalis judicio confirmatam, exempla vitæ prodigioſæ, meros carbones, ſed vivos, vaſtatores criminum, incentores virtutum. Ità cenſebam: in Conventu noſtro Sanctæ Mariæ Rotundæ Ord. FF. Præd. Ann. 1628. die 13. Julij. *Subſcriptum erat*: Fr. Joannes de Valdeſpino Hiſpanus Ord. Præd. SS. Theol. Doctor, & in Almâ Univerſitate Viennenſi S. ſcripturæ Interpres auctoritate Cæſareâ confirmatus.

utpote Romani judicij rigidiſſimâ diſcuſſione, auri inſtar, examinata.

Operis hujus auctores, tres Reverendiſſ. Rota auditores,

Relatio una eſt de miraculis approbatis:

2320. *Iudicium aliorum qui Acta illa primùm typis edi curarunt, hoc eſt*: Hujus Operis Auctor non unus quidem, quin tres Reverendiſſimi Rotæ Auditores ſunt... Duplex hîc proponitur Relatio: de miraculis prima, & de virtutibus ſecunda. Miracula (inquam) tantùm illa adſunt, quæ ſigillatim pro Canonizatione, & à Procuratore Ordinis præſentata, & à Rota approbata fuere. Præter quæ, ſunt & alia quàm plurima evidentia pleneque probata teſtium depoſitionibus, in proceſſibus deſuper confectis: ac noviſſimè, poſt gratiam Beatificationis ipſius Virginis,

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

satis compertum est, alia per ipsam, Deum patrasse, maximè duo illa excellentiora, in contradictorio judicio ab Ordinariis discussa & approbata, suscitationes scilicet duorum Mortuorum. Prior igitur Relatio ex his, nimis * erudita est; quippe quæ variis Sacræ paginæ locis (& iis quidem ritè adductis) illustratur, pluribus juris decretis ornatur, fulciturque gravium Auctorum dictis, non modò Juris prudentum atque Historiographorum, verum etiam & artis medendi Principum, putà Hippocratis, Galeni, Avicennæ; dum de ægritudinibus agitur miraculosè curatis, quæ aliàs naturalibus non subessent remediis. At secunda Relatio, quæ magis accedit ad Theologicas quæstiones; styli Divi Thomæ adeò est æmulatrix; ut lectâ eâ, ipsummet Angelicum Doctorem te auscultasse dicas... Igitur ex tot millibus foliis, quibus constant processus, labore summo, coaluit compendiolum hoc, more vitrei stillicidij virgultorum essentiam (quam vocant quintam) stillantis, aut quasi fasciculus quidam elegans, ex pluribus collectus hortis, venustissimis, redolentibusque floribus nitens... Redactis denique ad formam Relationibus his, earum originale, ab Auditoribus subscriptum, Sanctissimo traditum fuit, & mansit in ejus privata selectorum Bibliotheca. Aliud verò ejusmodi, in Prothocollum Sacrorum Rituum Congregationi, de Sanctitatis suæ speciali mandato, ad ultimum complementum Canonizationis hujus Beatæ Virginis, datum est ad servandum. Ut constat testimonio Joannis Pauli Mucantij, & ab illo originali præsens libellus fuit fideliter transcriptus. Quem devotè legas, piè venereris & pluris æstimes. Vale.

* id est valde, *estque valdè erudita:*

altera (de Virtutibus) magis Theologica est:

utraque est veluti quinta essentia majoris operis.

2321. *Relatio prior, cujus jam mentio fuit,* De Miraculis, *pro commoditate legentium (cùm in cæteris omnibus Vitis, seu Actis Sanctorum, miracula non priore, sed posteriore loco referri soleant) ultimum hîc locum tenebit. Relatio autem altera in duas dividetur. Itaque relatio prima exhibet testimonia sublimis sanctitatis ejus: secundâ continet ejus Vita compendium; mox subsequuntur heroica ejus virtutes, ac dona supernaturalia: Tertia itaque erit de miraculis. Et ista omnia ex Actis istis authenticis Canonizationis S. Teresiæ, verbotenùs, nullâ dictione variatâ, aut additâ (nisi fortè ob connexionem sensûs, seu sermonis, quandò aliquà minùs ad propositum prætermissa sint: vel errore typi aliquid irrepserit) præterquàm, quòd ubi passim legitur:* serva Dei Teresia *(in Actis scilicet ante Canonizationem factis) visum fuerit addere:* Sancta Teresia, *quia titulus* sanctitatis *jam ipsi competit. Animadvertendum tamen, hinc indè prætermissas longiores citationes testium, & foliorum, in quibus in Actis originalibus, ea quæ hîc compendiosè traduntur, plenius annotantur exarata; idque, quia ista hôc locô nec necessaria, nec utiles videntur ad intentum nostrum: (quod duplex est, alterum, declarare eminentem S. Teresiæ sanctitatem, & alterum indè sequens, proponendo ejus virtutes heroicas, ad earum imitationem incitare)*

Relatio una dividitur in duas: atque ita hîc erunt tres:

Citationes prolixiores prætermissæ.

Frequentissimæ enim, & plerumque etiam prolixæ istæ citationes animos lectorum interpolantes, & remorantes, molestæ essent, & magis gravamini, quàm subsidio; cùm Acta originalia, quæ citantur, inspici nequeant; utpote Roma in archivis Ecclesiæ recondita.

2322. *Cùm autem præcipuum, heroicum, admirabilis magnanimitatis, & prudentiæ, omnique laude dignissimum opus S. Teresiæ, uberrimos in Ecclesiam universam fructus producens, fuerit: quòd ipsa* Virgo, purissimâ castitate ab Omnipotenti Deo mirificè condecorata *(sicut in Relatione 2. articulo XII. ex Actis Canonizationis ejus traditur) ex filia Carmelitani Ordinis antiqui, effecta sit* Mater innumerorum filiorum, & filiarum, *atque ita* primarium instrumentum salutis, & perfectionis, ac etiàm sanctitatis in plurimis, *nova fundando Monasteria, & consequenter novam instituendo & fundando Congregationem Virginum Monialium, pro salute animarum preces, & opera sua specialiter Deo offerentium, nec non Religiosorum Carmelitarum Discalceatorum similiter specialibus precibus, perfecta vita exemplis, Divini Verbi prædicationibus, ac ad infidelium nationes missionibus in utrumque Carmelitici finem, contemplatione & actione tendentium: contemplativa quidem vita exercitiis seipsos perficientium, & prædicatione, ac conversione infidelium salutem proximorum procurantium: qui omnes fructus ex ipsa S. Teresia, veluti radice, pullulant. Antequàm ulteriùs progrediamur, operæ pretium erit, cognoscere, quis ei præfixus fuerit scopus in fundandis novis Monasteriis, cujus facultate, & quibus sociis id præstiterit.*

S. Teresia purissima Virgo, Mater innumerorum filiorum, & filiarum,

salutis animarum cooperatrix.

§. 2. *S. Teresiæ Carmelitani Ordinis antiqui filiæ, & novo-antiqui Matri, ac Fundatrici quis scopus præfixus in fundandis novis monasteriis: ubi de initiis Discalceatorum, & primis S. Teresiæ sociis.*

2323. SAncta Teresia, Carmelitana Vinea, à S. Elia plantata, palmes fructuarius speciosissimus; Vinea nova, seu antiquo-nova effecta est tradux, vitis, & radix fertilissima. Id sic paucis exponit insignis Homilio-graphus Ioannes de Carthagena. (a) Antiquissima Carmelitarum Religio meritò cum sponsa in Salomonis epithalamio sibi usurpare potest verba illa: Omnia poma vetera & nova servavi tibi, dilecte mi. In veteri lege obtuli tibi Eliam, Eliseum, & filios Prophetarum: hæc sunt poma vetera: in lege gratiæ obtuli Cyrillos, Albertos, Angelos, hæc sunt etiam poma vetera. Tandem nunc in novissimis temporibus offero tibi Teresiam Apostolicô calculô beatificatam, ac filios & filias ejus insigni sanctitate præditas: hæc sunt poma nova, quæ pariter cum veteribus servavi tibi, dilecte mi. Filia igitur est legitima Beata Teresia Ordinis Carmelitani calceati, mater tamen discalceatorum, & reformationis eorum auctrix, & fundatrix. *Hinc habetur ratio, cur & quâ ratione uterque Carmeli Ordo, videlicet antiquus, seu antiqua observantia regularis: &*

(a) homil. de S. Teref. lib. 17.

S. Teresia filia Ordinis Carmelitani à S. Elia inchoati:

mater est Congregationis Discalceatorum:

novo-

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

novo-antiquus, seu nova Reformationis, S. Teresiam colat, & veneretur: nempè alumni istius veluti sororem, hujus verò ut Matrem, & Fundatricem. Hinc rectè monet idem Auctor ibidem: Video nonnullos malè deceptos, falsò existimantes Beatam * Teresiam, novam aliquam in Ecclesia Dei religionem induxisse, aut alicujus novi Ordinis fundatricem extitisse; compellor dicere Beatæ Teresiæ eam mentem fuisse, ut eamdem Religionem Carmelitanam, quam profitebatur, ad pristinum rigorem primævi sui instituti reduceret. *Et quidem in antiquo Ordine recepta, & professa est, & sub obedientia Reverendissimi Patris Generalis, ac aliorum Prælatorum Ordinis vixit annis multis, antequàm Reformationem novam Discalceatorum inchoaret: inchoavit autem, & prosecuta est, de licentia, & cum, ac sub obedientia P. Generalis, sicut patet ex formula solemnis & publica anno Domini 1571. coram multis gravissimis viris facta protestationis, hujus tenoris:* Ego Teresa de Jesu Carmelitani Ordinis Beatæ Mariæ in monasterio Incarnationis professa Abulæ, & quæ modò in Sancti Josephi Abulensi conventu ago, in quo prima Regula servatur (quamque hactenùs hîc ipsa bonâ cum Reverendissimi Patris nostri F. Joannis Baptistæ Rubei veniâ sum secuta; & ab ipso accepi:) coram omnibus testor, & assero hanc me toto vitæ tempore servare velle. *Simul etiam voto ad id se obstrinxit, suique nominis subscriptione firmavit: signanter dicit, se* Primam (*seu primitivam*) Regulam à Reverendiss. P. Joan. Baptista Rubeo Generali nostro, accepisse.

* Al. Tharsiam.

non nova, sed instaurata Religionis.

Formula professionis S. Teresiæ:

2324. *Ea igitur, quæ S. Teresia in nova istius Reformationis molimine fecit, præstitit, cum Dei, & SS. Virginis Mariæ singulari directione, &* cum venia Reverendissimi Patris Joannis Baptistæ Rubei *Generalis totius Ordinis Carmelitani, & ab ipso accepit primam Regulam (quam servandam suscepit, & suis tradidit) sicut in dicta formula ipsa testatur, & plenius refert in libro Fundationum Monasteriorum cap. 1. sub finem, ac cap. 2. cujus titulus est:* Pater noster Generalis Abulam venit. *Ibi igitur ista, hîc maximè ad intentum, & scitu dignissima, ut cognoscatur, quâ occasione, quo modo, & quo fine S. Teresia Reformationem illam exorsa sit.* Invisit me, *inquit ipsa S. Teresiâ*, Religiosus quidam Franciscanus, F. Alfonsus Maldonatus dictus, insignis Dei famulus, eodem animarum juvandarum ardens desiderio, quo ego: quòd verò illud ipse executioni mandare poterat, hinc ei non parùm invidebam. Venerat is non ita pridem ex Indiis; ac commemorare mihi cœpit, quot animarum milliones ibidem defectu docentium, perierant: habitâque ad nos concione, ad pœnitentiam & austeritatem subeundam nos est adhortatus, itaque recessit. Ego verò tot animarum pereuntium jacturam ita miserata sum, ut me ipsa vix possem retinere: undè intra eremitorium quoddam me abdidi, ibique multis cum lacrymis ad Dominum clamavi, eum rogans, mihi medium suggereret, ut vel unam animam ad illius obsequium possem traducere, cùm cacodæmon tam multa ad se traheret millia. *Vndè manifestum est, motivum primarium S. Teresiæ ad condenda nova Monasteria, fuisse Dei honorem, & obsequium, ac zelum salutis animarum. Id peculiariter declarabitur hîc infra §. 4.*

flagrans ejus zelus pro salute animarum:

2325. *Primordia Reformationis sua sic ipsa refert in præfato libro fundationum cap. 2.* Ergo ingentem hanc pœnam *(scilicet de gravi jactura, & perditione animarum)* identidem in me sentienti, ac quâdam nocte in oratione agenti, apparuit mihi Dominus eò modò, quò solet, magnumque amorem præferens, tamquàm si me consolari vellet, mihi ait: PAULISPER EXPECTA FILIA, ET MAGNA VIDEBIS. Verba hæc ita cordi meo impressa mansêre, nullâ ut ratione ea è cogitatione possem evellere; & quamvis colligere & eruere non possem (quantumlibet apud me de hoc cogitarem) quidnam hoc futurum esset, nec etiam viderem, undenam hoc possem imaginatione consequi; nihilominùs non vulgarem in me consolationem sensi, simulque spem quàm maximam concepi, verba hæc effectum certissimò habitura: at, quò id modò fieri posset, numquam mihi in mentem aut imaginationem venit. Medius ergo annus interim (quantum mihi videtur) elapsus est, ac deindè id quod modò referam contigit:

id illi fuit motivum, ad inchoandam Congregationem Discalceatorum:

2326. *Quomodò ista Dei promissio* Paulispet expecta, filia, & magna videbis, *paulo post cœpta est impleri, consequenter ipsamet testis ita refert:* Generales nostri Romæ semper residebant, & numquàm eorum ullus in Hispaniam profectus est: undè impossibile videbatur, eum modò illuc profectionem instituere: verùm quia ad ea, quæ Deus fieri vult, nihil impossibile est, hinc Majestas illius statuit, & effecit, ut quod hactenus factum non erat, jam fieret. *Et paulò infra:* Generalis enim, cùm insignis Dei esset famulus, & discretione ac scientiâ præstans, opus bonum esse vidit, nullamque mihi de cætero indignationem, aut animi alienationem ostendit. Nomen illi F. JOANNES BAPTISTA RUBEUS, RAVENNAS, vir admodùm illustris in Ordine, & judicio pollens. Hic cùm Abulam venisset, dedi operam, ut S. Josephi domum inviserem: Episcopus porrò è re nostra fore putavit, ut eisdem illum benevolentiæ & amoris signis reciperemus, quibus ipsummet. Equidem ei magna cum veritate, candore, & claritate omnia aperui, ac singulorum rationem dedi: sic namque prout naturalis mea inclinatio est, cum Prælatis tractare gaudeo, eveniat quodcumque demùm evenire potest, cùm ipsi Dei sint Vicarij; nec non cum Confessariis. Id nisi sic facerem, anima mea secura non fore videbatur. Quare tam hujus, quàm penè totius vitæ meæ, tametsi ea satis improba sit, ei rationem dedi. Ipse verò me non parùm est solatus, certamque me reddidit fore, ut me indè digredi non juberet. Quin & ipse à

Priori Generali Joanni Rubeo summo declarat propositum:

id ipse approbat:

parte

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

parte ſua non parùm gaviſus eſt, noſtrum vivendi modum, nec non exemplar quoddam (tametſi imperfectum) primævi in Ordine noſtro ſervari ſoliti vigoris videns, tùm quòd prima regula, ad litteram, in ſummo rigore hic ſervaretur, eò quòd in nullo per univerſum Ordinem conventu ea ſervabatur. Quod autem tenue hoc principium longiùs ſe diffundere & creſcere deſideraret, ampliſſimas mihi dedit litteras, quibus poteſtatem mihi fecit plura ad eamdem formam & exemplum monaſteria erigendi, additis inſuper cenſuris & pœnis adversùs Provinciales, qui mihi obſtare, & impedimento eſſe vellent. Has verò ego ab ipſo non petij; verùm ipſe ex meo orandi modo ſatis intellexit, ardentia illa mea deſideria aliò non ſpectare, quàm ut adminiculum & inſtrumentum eſſe poſſem, ut aliqua anima ad Deum propiùs accederet, ac converteretur. *Hæc ibi de ſuo illo Generali S. Tereſia: & paulò infra:*

& cooperatur,

plura monaſteria primitivæ Regulæ erigi exoptat:

2327. Itaque inſignem R. P. noſtri Generalis propenſionem, & voluntatem, ut plura hujus regulæ monaſteria erigerentur, videns, illa jam tùm erecta videre videbar: & verborum, quæ mihi Dominus anteà dixerat, memor, jam tùm aliquod initium videbam ejus quod anteà quomodò effectui mandaretur, intelligere non poteram. Videns verò, P. Generalem Romam reverſionem parare, non mediocriter contriſtata fui, quòd ſingulari eum amore proſequerer; undè me omni ope, & adjumento, per illius diſceſſum, deſtituendam credebam, quam ipſe mihi ſummam ac ſingularem, uti & permagnum favorem oſtendit. Quoties verò ei per occupationes integrum erat, ad nos excurrebat, de ſpiritualibus rebus nobiſcum acturus, utpote cui hoc in genere magnas Dominus gratias conferre debebat; de his verò eum agentem audire mirificè nobis conſolationi erat. *Ibidem paulò poſt refert, quod idem P. Generalis etiam licentiam dederit ad conventus Fratrum Diſcalceatorum, primam regulam ſervantium, fundandos:* Ad Patrem Generalem ſcripſi, eum quàm potui, demiſiſſimè rem hanc rogans; ſimul & cauſas, ob quas è Dei obſequio illud futurum credebam proponens; & incommoda quæ indè ſequi poterant, tanta non eſſe aſſerens, ut opus tam bonum, ac ſalutare propterea intermitteretur; denique in mentem ei revocans, quàm id eſſet honorem Beatiſſimæ Virginis Matris, cujus ipſe perſtudioſus erat, promoturum. Ipſa haud dubiè Virgo rem omnem optatum ad exitum perduxit: etenim cùm ei Valentiæ agenti litteræ meæ traditæ eſſent, indè mihi per epiſtolam poteſtatem fecit, duo monaſteria viris fundandi, utpote qui majorem Ordinis religionem ac bonum deſiderabat: ac, ne qua contradictio, aut difficultas oriretur, rem omnem tùm Provincialis, qui tunc id munus obibat, tùm ejus qui eò nuperrimè defunctus eſſet, arbitrio commiſit. *Hâc Patris Generalis obtentâ facultate, ſed ceteris omnibus deſtituta mediis, & adjutoribus, quid ipſa fecerit, ſic conſequenter refert:* Undè aſſiduò Dominum rogabam, ut vel unum hominem, ad hoc opus inchoandum excitaret. Non habebam ad hæc domum, nec undenam haberem ſciebam. Ecce tibi ergo pauperculam Monialem, Diſcalceatam, omni humanâ ope deſtitutam, ſed ſolius Dei auxilio nixam, litteris ſui Generalis, & bonis deſideriis tantùm inſtructam, eadem tamen executioni mandare prorsùs impotentem: nec tamen me vel animus vel ſpes deficiebant; ſperabam namque, Dominum, cùm dediſſet unum, daturum & alterum, undè jam poſſibilia admodùm videbantur; quare eadem opere exequi cœpi. Quomodò, ô divina magnitudo, potentiam tuam oſtendis, dum formiculæ cuidam audaciam ſuggeris! quomodò, ô Deus meus, per te non ſtat, quò minùs magna & heroica opera patrent ij, qui te amant; ſed per noſtram inertiam & puſillanimitatem, quod nimirùm firmam ſolidamque reſolutionem non faciamus, ſed identidem mille timoribus natemus, & humanâ prudentiâ nimiùm nitamur; atque indè eſt, Deus meus, quòd mirabilia & magnalia tua minimè opereris.

permittit, erigi duo monaſteria Fratrũ Diſcalceatorum.

2328. *Et iſta hactenùs ipſa S. Tereſia de illo Reverendiſſimo P. Generali, cujus veniâ, & favore, ſed præcipuè Dei providentiâ, & auxilio ſingulari, heroicum opus reformationis aggreſſa eſt, & perfecit. Conſequenter cap. 3. agit de duobus primis ex antiquæ obſervantiæ Ordine Carmelitano, ſociis ei à Deo deſtinatis, videlicet Ven. P. Antonio Heredio, & Beato P. Ioanne à Cruce, de quibus ibi iſta:* Cuidam Ordinis noſtri Patri, cui nomen Antonius Heredius (qui tùm in Fratrum monaſterio, quod ibi Ordinis Carmelitani erat, à S. Anna cognominatum, Priorem agebat) ſcripſi. *Et poſt alia:* priorem illam de monaſteriis virorum excitandis cogitationem identidem animo verſabam, &, quòd nullum prorsùs primam regulam ſervans eſſet (uti dictum eſt) quid agerem neſciebam. Decrevi itaque Priorem Heredium hac ſuper re convenire, & explorare, quidnam is in ea mihi conſuleret. Quod cùm feci, incredibili is perfundi cœpit gaudiô, ac primum, qui inſtitutum hoc auſpicearetur, fore ſe reſpondit. *Et infra:* Ipſe verò ita viriliter omnia ſuſtinuit, & tantum indè in ſpiritu profecit, ut Dominum ipſa mirum in modum laudarim; ut jam tum illum Majeſtas ipſius ad hoc diſponere videretur. Non multò pòſt, alium ejuſdem inſtituti Religioſum, ætate juvenem, Salmanticæ tùm litteris operam dantem, unà cum ſocio ſuo huc appellere contigit. Socius mihi multa de ejus probitate & religione narravit: nomen verò huic erat Joannes à Cruce.

Ex antiquo Carmeli Ordine duo primi ſocij S. Tereſiæ:

ſcilicet B. Ioannes à Cruce, & Ven. P. Antonius Heredia, ſeu de Ieſu:

2329. *De iſtis latiùs tractat cap. 12. ubi iſta:* Antequàm autem ad hoc Valliſoletanum monaſterium fundandum abirem, jam tum cum P. F. Antonio de Jeſu (qui tùm in S. Annæ cœnobio Ordinis Carmelitani Priorem Metinæ agebat) & cum F. Joanne de

Digitized by Google

XV. Octobr.

de Cruce (uti antea dixi) conveneram, ut, si quod Fratrum primam Discalceatorum regulam sectantium monasterium fundaretur, primi essent, qui ipsam profiterentur. *Ibidem commemorat, quomodò isti duo initium dederint primo cœnobio, & consequenter toti Congregationi Discalceatorum, negotium totum dirigente ipsâ S. Teresiâ: & quomodò Provincialis, & Ex-provincialis Carmelitarum, habentes commissionem à præfato Reverendiss. P. Generali, facultatem, Deo disponente, dederint:* Ut aliud nobis (*scribit S. Teresia*) reliquum non esset, quàm duorum illorum, quos dixi, Patrum Provincialium facultatem obtinere; hâc namque conditione, potestatem ad hoc exequendum mihi P. N. Generalis dederat. Equidem in Domino sperabam, hanc nobis facultatem minimè denegatum iri ... Deo porrò disponente, factum, ut illuc tunc appelleret Ordinis nostri Provincialis, cujus beneplacitum & facultas requirebatur, F. Alfonsus Gonsalvius, vir senex, optimæque indolis, & omnis malitiæ expers... Facilè tum ipso negotium confecêre, nec non tum P. Angelo de Salazar, Provinciali defuncto... Quàm multa, Deus bone, hisce in negotiis, quæ prorsùs ut fierent, impossibilia videbantur, felicitèr à divina Majestate, omnibus difficultatibus exsuperatis, ad exitum deducta vidi! *Prosequitur cap. 13. & plenius describit primi istius cœnobij, & Ordinis Discalceatorum fundationem.* Ut ergo, *inquit*, hasce duas voluntates in potestate mea habui, nihil mihi ulteriùs deesse videbatur. Decrevimus itaque, ut P. Joannes de Cruce in domum, quam dixi, concederet, eamque ita adaptaret & concinnaret, ut quomodocumque liceret, in ipsa habitari posset: nam tam diù festinato opus censebam, quoad usque res jam cœpta foret; non parùm enim timebam, nè quod inexpectatò nobis obstaculum suboriretur. Igitur & res peracta est. Jam P. Antonius nonnullam ad usum necessarium suppellectilem collegerat; quem & nos à parte nostra, prout potuimus (potuimus autem parum) adjuvimus. *Præfatis duobus Antonio & Ioanni à Cruce aliquamdiu post se junxit tertius ex Ordine Carmelitano antiquæ observantiæ Ven. P. Balthazar de Iesu, de quo ipsa S. Teresia cap. 16. libri ejusdem, ubi ista, inter alia:* Agebat tùm Metinæ quidam Carmelita satis provectæ ætatis, qui etsi junior non esset, sed senior, egregius tamen extra erat concionator, F. Balthazar de Jesu vocitatus: qui cognito recens hoc Pastranæ domicilium fundari, unà cum Monialibus evocatis huc appulit, cum intentione Discalceatis se aggregandi, uti etiam, postquàm venit, reipsâ fecit. Quod cùm ipse mihi significasset, Domino summas egi gratias. *Et hactenùs quidem ex ipsius S. Teresiæ testimonio.*

perisse duos (præsertim B. Ioan. à Cruce) S. Teresia incheavit Congregationem Carmelitanam Discalc.

P. Balthazar de Iesu, ex præfato Ordine tertius accedit.

§. 3. *Præfata, confirmata, & illustrata ex Scriptoribus vitæ S. Teresiæ.*

2330. *Haud ingratum, nec inutile erit, circa jam tradita, etiam audivisse ea, quæ scribit gravis auctor, & insignis Doctor Franciscus de Ribera (de quo plura jam ante) Is in historia vitæ S. Teresiæ libro 2. cap. 6. sic declarat motivum S. Teresiæ ad Ordinis sui reformationem, zelum videlicet animarum.* Alfonsus Maldonatus Excalceatus Ordinis Minorum, qui paucis ab hinc diebus ex India in Hispaniam redierat, Teresiam convenit, & quot in remotis illis regionibus salutarem doctrinam propinantium defectu, animæ perpetuum ruerent in interitum, tristi sanè & lugubri narratione commemoravit... Audito igitur infinitas, doctrinæ defectu, animas pessum ire, tantum animô concepit dolorem, luctum tantum, ut se propè ipsa continere præ ardore mentis non posset. Quamobrem insolitis æstuans ignibus, extemplò in solitarium quemdam recessum (quales in horto domestico nonnullos suis construxerat) se abdidit ut ibidem majori in quiete mentem colligeret; hîc lacrymas oculis, ac gemitus corde imô exciens, ad summum animarum procreatorem incessanter queritabunda clamabat, aliquam sibi ut rationem suggereret, quâ vel ad unius salutem animæ posset cooperari, cùm tot cacodæmon sibi illarum vindicaret myriadas, &, cùm aliâ ipsis auxiliari viâ sibi non liceret, suæ huc saltem lacrymæ vim aliquam conferrent & opem. Hic illi ardor continua orandi erat materia, donec nocte quâdam in oratione vigilanti, quâ solitus erat formâ, se illi spectandum Redemptor magna amoris significatione dedit, & per speciem consolantis hæc illi verba locutus est: EXPECTA PAULISPER, CARISSIMA, ET MIRA VIDEBIS.

S. Teresia intelligens animarum plurimarum jacturam, defectu institutionis, magno dolore corripitur:

Desiderium cooperandi ad salutem animarum produxit Congreg. Discalceatorum:

2331. *Flagrantissimus itaque salutis animarum zelus motivum fuit S. Teresiæ in fundandis monasteriis novis: ad quod quomodò facultatem, favorem, & auxilium præstiterit Reverendiss. P. Generalis, & qualiter mox verificari cœperit istud Christi promissum:* Expecta paulisper, carissima, & mira videbis, *ibi consequenter refert:* Deo statuente, ac dirigente factum, ut non in Hispaniam modò, sed Abulam quoque delatus sit Reverendus admodùm Pater Joannes Baptista Rubeus, Ravennas, Carmelitarum Ordinis Præpositus Generalis: à nulla hominum id contigisse memoria quisquam meminerat. *Quàm reverenter, & candidè cum eo S. Teresia egerit, sic etiam ibi:* Quò cùm venisset, exactam non hujus modò fundationis, sed vitæ etiam ferè universæ apud illum rationem dedit, eô mentis sinceræ candore, & genuinâ veritate, perinde ac si Deo, cujus ille vices gerebat, hæc reddenda ratio fuisset. *Quàm propensò studiò ipsam juverit, & tutatus fuerit Generalis, mirum dictu.* Cùm videret autem virum nascentis Ordinis sui hôcce in mona-

P. Generalis Ord. Carmel. venit in Hispaniam:

S. Teresia patefacit ipsi desiderium suum:

Digitized by Google

sterio exemplar, & primogeniam sine exceptione ac mitigatione ulla hîc regulam observari (quod nullo alio in cœnobio fieri norat) & ingenti ipsam animarum Christo asserendarum desiderio succensam; mirificè novô hoc est spectaculô recreatus, simul & ex animo hancce rem & perficî, & indiès provehi longiùs optavit. Quapropter amplissimam illi, datis ad hoc litteris, potestatem fecit, plura hinc indè paulatim, sicubi posset, condendi monasteria; quin etiam obedientiæ præcepto injunxit, ut quàm posset plurima erigeret; Provinciales verò, si qui fortè remoram piis machinationibus injicerent, gravissimis esse voluit pœnis obnoxios... Ipse etiam Generalis adversùs calumniantium virulentiam, & obtrectationem omni in re eam tutabatur, eique quà poterat, variis in casibus gratificabatur, & quoties per graviorum negotiorum quietem licebat, ipsam familiariter convisebat, de rebus spiritûs, & ad Ordinis totius regimen gubernationemque spectantibus cum illa amicè conferens: hinc tantô ferri in eam amore cœpit, ut quoties de ipsa loquendi daretur occasio; suam dicere filiam non dubitaret: donec tandem Romam retrò, unde venerat, revertit. *Hæc ibi Ribera: qui etiam addit* (a), Tot voluisset cœnobia à B. Teresia erigi, quot in capite haberet capillos. *De facultate, quam concessit S. Teresiæ, fundandi duo prima monasteria virorum scribit eôdem librô 2. cap. 7. & in sequentibus, de tribus primis sociis S. Teresiæ ex Carmelitano Ordine antiquo adscitis, P. Antonio, P. Ioanne à Cruce, P. Balthazare, qui habitum dedit P. Mariano de S. Benedicto, qui præ humilitate habitum Choristarum assumere detrectabat, donec præfati P. Generalis jussio accederet. Capite 14. refert Toletanam fundationem, negotium perficiente P. Ioanne de S. Maria Magdalena, Ordinis ejusdem Carmelitani Priore Toleti, prout ibi accuratè refertur.*

2332. *Sed & alterum vitæ S. Teresiæ scripterem, hactenùs dictorum præconem & testem advocasse juvabit, Ioannem à Iesu Maria Præpositum Generalem Congregationis S. Eliæ, eruditione, & sanctitatis opinione celebrem: is igitur in historia vitæ S. Teresiæ lib. 2. cap. 1. tractans de scopo quem S. Teresia ad monasteria condenda sibi propositum habebat, scribit:* Non fuit modestissimæ Virginis mens novam Religionem condere, sed suam instaurare; quamobrem eum vitæ modum selegit, qui ad finem assequendum esset appositissimus, ut ex historia tota liquebit. Verùm quò grande opus hoc propositô grandi feliciùs expleret, scopum quendam sibi tam sublimem, & cœlesti prudentiâ dignum præfixit, ut à mulieris ingenio nihil altius potuerit excogitari. Acceperat prudentissima virgo, cladem funestam à Lutheranis Galliæ tunc illatam (ut ipsa cap. 1. in Itinere perfectionis expressit) & caritatis immensæ incendio conflagravit: optasset quippe millies occumbere, vel pro salute unius ex illo infelici numero: nec tamen votum explere valebat. Sed inventô mirô divinitùs inspiratô, decrevit, orandi studiô perenni, ceterisque piis operibus, quibus institutum cœptæ vitæ contexitur, sic uti, ut pro iis, qui hæreticorum saluti navarent operam, doctoribus, concionatoribus, fidei propugnatoribus Deum jugiter interpellaret: ut quæ sexus imparitate in opus virile nequiret incumbere, virili certè animô viros juvaret. Artificiosè quidem opera suæ gentis expolivit, & excelsi finis altitudine subvexit. *Hæc ibi. Et paulò infrà*: Qua ex re maturum certè judicium fieri possit, quid Teresia à viris, quos condidit, erga fidei hostes fieri vellet, quæ fœmineos quoque labores in hoc ipsum opus direxit. Profectò strenuos milites optasse, & jugi orandi tenore à Christo impetrasse, ex ejus scriptis non leviter conjicitur. *Et cap. 5. sic prosequitur*: Oportebat certè lucem illam hominum saluti natam orbe totô diffundi: tempus instabat: & ecce gravissimus P. F. Joannes Baptista Rubeus Ravennas Ordinis Generalis... Accessit ille, & B. Virginis Teresiæ omnia candidè narrantis prudentiam, & leporem admiratus, non modò cœpta non improbavit, verùm litteris (quas Patentes appellant) ad alia monasteria condenda, quod ei numquàm in mentem venerat, amplissimè favit, & ne quis Provincialis obstreperet, severè interdixit. *Capite 6. refert, quod idem Generalis concesserit, extrui duo prima cœnobia Discalceatorum: & in sequentibus agit de præfatis tribus sociis S. Teresiæ, ex Carmelitano Ordine assumptis.*

quod ipse magnaperè laudat;

ideo permittit, & injungit, plurima erigi nova monasteria:

optando tot, quot in capite haberet capillos,

(a) in Indice, verbo: *Carmelitarum Generalis,*

Ordinem novum instituere non intendit S. Teresia sed suum instaurare:

S. Teresia, & ejus moniales, qualiter ad salutem animarum industriè cooperentur:

P. Generalis amplissimè favet incepto S. Teresiæ.

§. 4. *S. Teresiæ primum motivum, & finis ultimatus, zelus divini honoris, ac salutis animarum, instar S. Eliæ, Patris sui.*

2333. *EX hactenùs dictis evidens est, quis fuerit scopus, seu finis S. Teresiæ, videlicèt idem in Ordinis instauratione, qui S. P. N. Elia in ejusdem fundatione: id manifestè patebit conferenti antè dicta, cum illis, quæ ex Scripturis sanctis, & Doctoribus de S. P. N. Elia tradita sunt hîc suprà ad diem XX. Iulij, cap. 2. §. 2. cujus hic titulus est:* Motiva instituendi Propheticum Monasticum Ordinem, *scilicet* zelus divini honoris, & salutis animarum (*sicut habetur ex istis ejus verbis:* zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum; quia dereliquerunt pactum tuum filij Israël: altaria tua destruxérunt *&c. Idem ille ipse fuit S. Teresiæ finis* zelus divini honoris,

S. Teresia, scopus idem qui S. Elia.

Digitized by Google

XV. Octobr.

honoris, & salutis animarum, *sicut habetur etiam ex istis ipsiusmet verbis, in libro, cui titulus est*, Iter perfectionis *cap.* 1. Ad notitiam meam pervenerunt damna, Ecclesiæ Dei illata ab hæreticis. Extemplò me magna cœpit animi molestia: & tamquam si aliquid potuissem, plorabam ad Dominum: & supplex tanto malo remedium postulabam. Videbar mihi mille posituræ vitas, ut uni saltem, ex tot pereuntibus animabus, suppetias ferre possem. *Ad eumdem zelum, & ad opem ferendam per orationes, & mortificationes, sic suas excitmulat*: Juvate me, quæso, charissimæ in Christo sorores, in identidem Dominum hac pro re orando: hanc enim ob causam vos huc adduxit, & conjunxit: hæc est vocatio vestra, hæc vestra esse debet negotiatio, & studium, hoc vestrum desiderium, huic rei vestras dedicare lachrymas; huc vestræ tendere debent postulationes & preces. *Et post alia*: Hoc incessanter à Deo petamus, ut Concionatores, & Theologos in via Domini animosos, & quàm maximè strenuos efficere dignetur; quòd autem maxima illorum pars in monasteriis & Religionibus agat, has ipsas Religiones in sua perfectione & vocatione magnos facere profectus velit; quod sanè perquàm necessarium est. *Eadem ibidem sic inculcat*: Redeundo igitur ad præcipuum motivum, propter quod Deus nos in hac æde conjunxit, & in quem ego finem unicè desidero, ut aliquid valeamus: Dico, quòd cùm agnovissem exorta mala tam grandia, ut vires humanæ non sufficiant extinguendo igni istorum hæreticorum, qui tàm latè depascendo progreditur; visum mihi fuit necessarium, ut sicut, dùm hostes belli tempestate totam pessumdederunt regionem, Dominus illius in angustias redactus, ad civitatem quamdam se recipit, eamque diligenter muniri jubet: ex qua non rarò contigit inimicos oppugnari, & siquidem milites ex selectioribus sint, plùs valeant pauci, quàm magnus numerus ignavorum, sæpiùsque victoriam consequantur. *Hæc, aliaque multa in eamdem sententiam ibi consequenter Seraphica illa Virgo. Imitata est igitur Teresia in motivo tàm sublimi exemplum sui Patris Prophetæ Eliæ, qui regnum Israël, post turpissimum lapsum in idololatriam, asceteriis Religiosorum suorum Prophetarum replevit, qui populum in Divino cultu continerent, ab idolis avertent, impios percellerent, probos confortarent. Istis consonat testimonium Didaci de Tepes Episcopi Turiasonensis, eruditione, & pietate valdè spectabilis (qui multis annis eidem à sacris fuerat confessionibus, & interiora sacrarij penetraverat) his ex Hispanico in Latinum traductis verbis*: Ex sublimibus his, & zelo divinæ gloriæ, ac salutis animarum plenis, gravidisque affectionibus, nata est in agro Ecclesiæ divina hæc nova planta, Carmelitarum Discalceatorum Reformatio; nam inficiari quis audeat, hæc Sanctæ Teresiæ desideria, semina fuisse, virtutemque primigeniam, quibus conceptus, formatus, atque in lucem editus fuit novus hic partus.

zelum divinæ honoris, & salutis animarum.

S. Teresia, & Moniales, qualiter cooperentur ad salutem animarum.

Religiosi docti, & boni quanti boni præstent in Ecclesia.

2334. *Cæterùm ex dictis patet, Congregationem, seu Ordinem à S. Teresia inchoatum non tam novum esse, quàm novo-antiquum, & tamquàm Carmelitanæ Vineæ pranubilem palmitem, ex ipsa Carmeli Vinea traductum.* Non fuit modestissimæ Virginis mens novam Religionem condere, sed suam instaurare, *inquit* Joannes à Jesu Maria, *hic supra, tum ipsa filia Ordinis antiqui, in ipso professa, & mortua, & de Ordinis ejusdem Generalis licentia, & beneplacito, districtioris istius vitæ rationem inchoaverit, & provexerit, sub ejusdem manens obedientia usque ad finem vitæ (nam demùm anno Christi 1593. annis undecim post ejus obitum, Congregatio illa proprium, independentem Generalem obtinuit) Præterea etiam tres prafati primi socij S. Teresiæ similiter professi fuerunt, & vixerunt sub obedientia ejusdem P. Generalis; & antiqua observantia filij, seu professi fuerunt. Hinc etiam habetur quoque, quòd huic novæ Congregationi (quæ jam duplex est, Hispanica, & Italica) sive Ordini novo-antiquo, omnia jura, & privilegia (v. gr. titulus* Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ, *antiquitas, ac hereditaria successio à S. Prophetæ Elia, ac reliqua) Ordinis antiqui, etiam jure competant; utpote ex eadem radice, trunco, caudice germinanti, & traducto per S. Teresiam, Ordinis antiqui filiam sub, & cum obedientia prafati P. Generalis, Sociis, & adjutoribus prafatis tribus Beato Ioanne à Cruce, Antonio, & Balthasare, ex eodem Ordine Carmelitano antiqua observantia adscitis: Atque ità Congregatio illa utraque est velati palmes, seu ramus ex veteri radice Patrum: fic ut utrique Congregationi, & trunco, undè procedit, propriissimè applicari possit istud, jam pridem decantatum, à Mantuano nostro.* (a)

S. Teresia intentum non fuit, novum Ordinem instituere, sed suum instaurare:

(a) Elogia 10.

Nos radix, alij rami, sed nos quoque rami,
A veteri radice Patrum, &c.

2335. *Hinc S. Teresia ad perfectionis studium suos, & suas exstimulans, in libro fundationum cap.* 28. *his utitur verbis*: Vestros in stirpem & propaginem, è qua descendimus, sanctorum, inquam, illorum Prophetarum oculos semper conjicite. *Quod ipsa in se præmonstravit*, ceu vera sui Patris Eliæ filia repleta luminibus, quæ ille possidet, *ut de ea testatur magnus ille in Hispania Episcopus Ioannes de Palafox* in notis ad literas & monita S. Teresiæ, *ubi (ad propositum)* in Præfatione *ait*: Ordinis Carmelitani Religiosos omnes esse obstrictos zelosissimo, & sanctissimo Patri Eliæ (*videlicet tumquàm filij*) quem imitari debeant in zelo, austeritatibus, perfectaque abdicatione omnium rerum mundanarum. *Eodem libro cap.* 13. *exhortans ad moderationem in ædificiis, ad speluncas, & cæsulas* S. Patris Eliæ, & S. Elisei, *ac filiorum Prophetarum præsecat, his verbis*: Vos obsecro, charissimæ, & vos, Patres, ut in domibus magnis & pretiosis, semper omnem, quam potestis, moderationem adhibeatis. Versentur nobis antè oculos veri nostri Fundatores, qui sunt sancti illi Patres, à quibus descendimus, quos per hanc paupertatis, & humilitatis viam, ad Dei fruitionem perveniisse novimus. *Sic & alias identidem in memoriam revocat*, Patrem nostrum

sæpè monebat suos, & suas ad imitationem S. Eliæ, sui Fundatoris:

XV. OCTOBR.

Eliam, S. Eliseum Patrem. *Ita quidem febri æstuans, & pressa persecutionibus*: Patris nostri Eliæ Jezabelem fugientis recordabar (a) *Agens de Monasterio in silva*: Speciem referebat ejus, in qua Pater noster Elias delituerat (b) *Rursùs* (c) Die, quâ festum S. P. N. Eliseï recolebatur.

(a) lib. fundat. cap. 26.
(b) ibid. cap. 27.
(c) eod. lib. cap. 29.

2336. *Quòd autem Carmelitæ Discalceati (eadem est ratio de Monialibus) verè sint* hæredes, & successores SS. Prophetarum Eliæ, & Eliseï, *perspicuè etiam indicat Clemens VIII. Romanus Pontifex, in bulla, cujus initium est*: Apostolicæ dignitatis, *in qua de instituto S. Teresiæ, & filiorum, ac filiarum ejus sic loquitur*: In utrumque Instituti sui finem, priorem scilicet ac potiorem, qui est divina unio per orationem & contemplationem, & posteriorem, quæ est salus proximorum verbo & opere, Sanctorum Prophetarum, Eliæ & Eliseï, aliorumque Sanctorum Patrum, quorum hæredes sunt, vestigiis insistentes incumbunt. *Et quidem quoad istam hæreditariam successionem à SS. Prophetis Elia, & Eliseo, eam idem Clemens VIII. perspicuè adstruit in litteris ad Sciahabam Regem Persarum datis an. 1604. die 5. Octobris, quarum initium est*: Illustri ac potentissimo Sciahabas Regi Persarum Clemens Papa VIII. *In quibus inter alia, ista*: Misimus jam ad te Paulum Simonem, Joannem Thadæum, & Vincentium, Fratres Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, eisque mandavimus, ut nonnulla negotia nostro nomine tibi exponerent. *Et infrà*: Habuerunt olim Religionis hujus Professores, sicut à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris memoriæ proditum est, sui Instituti auctores sanctos Prophetas Eliam & Eliseum, omnibus nationibus & gentibus notos: *In alia Bullaque incipit*: Dominici gregis cura nobis divinâ dispositione commissa, *data Romæ anno MDCIIII. sic loquitur*: Cùm ... in vestra Religione ac Congregatione nunc spiritu fervebat (benedicente Domino) Religiosi plures reperiantur, eò quòd divinâ annuente gratiâ, sanctæ orationi, ac contemplationi vacantes, sacrarum litterarum studio, prædicationi Verbi Dei, atque animarum saluti diligenter incumbitis, & humilitate, paupertate, nuditate, abstinentiâ, jejuniis, ac vitæ austeritate prælucentes, Patris vestri & Prophetæ sanctissimi Eliæ, Ecclesiæ vestri instituti auctoris alumnos, & imitatores vos ostenditis.

cujus hæredes, & successores sunt etiam Carmelitæ Discalc.

2337. *Ex jam dictis obiter hic notandum, quòd S. Teresia sui Ordinis* Patres, & Fundatores, stirpem, è qua descendimus, *identidem asserat* SS. Prophetas Eliam, & Eliseum *& quòd etiam illa sit traditio apud* Romanos Pontifices, Instituti Carmelitani Auctorem esse SS. Prophetam Eliam, *& quod illius* hæredes (*hæreditariâ successione*) *sint alumni utriusque Congregationis Carmelitarum Discalceatorum. Istud autem, & alia antiqui Carmelitani Ordinis jura jure non competerent PP. Discalceatorum Congregationi, si novum Ordinem S. Teresia instituere intendisset. (sicuti S. Dominicus, antè Canonicos Regularis, Ordinem omninò novum instituit) Habent igitur se Religiosi antiquæ observantiæ regularis, & Discalceati, respectu S. Eliæ Ordinis Instituteris, nec non Beatiss. Virginis Mariæ Ordinis peculiaris Patronæ, & Matris amabilis, veluti Fratres: respectu autem S. Teresiæ, antiqui Ordinis filiæ, & Discalceatorum Matris, sunt veluti nepotes: atque ita hos inter & illos duplex intercedit cognationis moralis spiritualis, & consequenter peculiarioris dilectionis mutua vinculum, tantò arctius utrumque Ordinem, & utriusque alumnos constringens obligatione reciproca benevolentiæ, atque fraterni amoris, quantò spiritualia præcellentiora sunt carnalibus. Et ista de motivo & fine S. Teresiæ, & initiis Congregationis Carmelitarum Discalceatorum per ipsam S. Teresiam, ante ingressum in historiam vitæ ejus præscivisse, utile, & necessarium videbatur.*

& idèò privilegiorum antiqui Ordinis participes sunt:

hinc inter Ordinem utrùsque vinculum est peculiarioris mutua dilectionis.

VITA, VIRTVTES, ET MIRACULA

ex Actis authenticis Canonizationis ejus, in quibus ea supremi in Orbe tribunalis, videlicet Romani Judicij, rigidissimâ discussione auri instar probata, resplendent.

RELATIO PRIMA.

De eminenti Virginis Matris Teresiæ sanctitate.

ARTICULUS I.

De sanctitate ejus in genere.

2338. *Ex argumentis thema istius Articuli primi probari demonstrabimus, quæ duntaxat proponemus, vitandæ prolixitatis gratiâ.* Primum argumentum. Rectè dicitur: *Vox populi, vox Dei*; quod præsertim verum est in voce populi Christiani, Sanctos venerantis, qui nullo humano affectu, vel cupiditate boni alicujus temporalis, sed solo pietatis, & divini honoris desiderio ductus, sanctitatem perseveranter acclamat. Constat autem S. Teresiam in universa ecclesia, ab Europa usque ad Orientales & Occidentales Indos, jam pridem & in vita, & post mortem, ut sanctam, communi & perseveranti acclamatione celebrari, ut probant centum & septuaginta testes examinati: inter quos, viri graviſſimi, unus videlicet Patriarcha, alius Archiepiscopus, quinque verò Episcopi, & alij in dignitate Ecclesiastica constituti. Ex quibus, primus testis Reverendissimus Episcopus Segrobiensis, D. Petrus de Castro, Confessarius istius Virginis, dicit, quòd fuit habita pro sancta, non quomodocumque

S. Teresia in vita, & proximè à morte habita ut sancta,

in gradu sublimi,

etiàm à viris gravissimis,

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

documque, sed in gradu multùm sublimi, & superiore, nedùm inter gentem gravem, sed etiam popularem: & isto nomine (*Sancta*) ab omnibus fuit vocata.

qui spiritum ejus explora-tum habebant,

2339. Secundum argumentum desumitur ex tot gravissimis vitæ, & doctrinæ integritate clarissimis viris, qui S. Teresiæ sanctitatem, ipsiusque spiritum explorarunt. Constat enim quòd inter alios fuerunt triginta octo, à quibus ferè omnibus, post factam cum eis confessionem, diversis in locis, & temporibus, spiritus Beatæ Teresiæ divinus fuit judicatus. Nam cùm Dei favores, & beneficia in ea multiplicarentur, & Serva Dei magis formidaret ne à dæmone deciperetur, humiliter prædictos viros qui in Hispania doctrinâ, & sanctitate florebant, consuluit. Inter quos, brevitatis causâ, tantùm aliquos annumerabimus. Et in primis R. P. Fr. Petrum de Alcantara, * Ordinis sancti Franciſci, qui sanctitate vitæ austeritateque incredibili, & oratione sublimi, nostra ætate in Hispania floruit: sicque Fratrum Minorum reformationem, labore, & industriâ suâ mirificè promovit. Qui eò usque Beatam Virginem Teresiam coluit, ut duo multùm mirabilia de illa dicere soleret. Unum, nempe: *Teresiæ animum proculdubiò esse unum ex his, qui in universo terrarum orbe eximiâ sanctitate splenderent*: alterum verò notatu dignius: *Quòd exceptis Catholicæ fidei assertionibus, nihil sibi certius: quàm quod Teresiæ spiritus esset divinus.* Cujus quidem mirabilis censendi modus, meritò fuit ponderatus à gravissimis Historicis illum referentibus, videlicet à R. Fr. D. Didaco de Yepes Episcopo Tirasonensi, & à R. P. Francisco Ribera Societatis Jesu, in libris de vita, & virtutibus Beatæ Teresiæ editis.

* is solemniter canonizatus est an. 1669.

Testimonia, S. Petri de Alcantara de Teresiæ eminentia sanctitate,

& divino spiritu:

2340. Item Patrem * Franciſcum Borgia, Societatis Jesu Generalem, & prius Ducem Gandiæ, genere clarissimum, tantoque magis rarum exemplum mundi contemptûs, orationis, & contemplationis magnum magistrum, vitæque sanctitate conspicuum: Qui non modò spiritum Beatæ Teresiæ absque ulla exceptione probavit; verùm adeò illam veneratus fuit, ut frequenti litterarum officio devotissimè salutaverit. Reverendum P. Magistrum Joannem de Avila, virum verè Apostolicum, & hac tempestate per totum orbem, vitæ sanctitate, discretione spirituum, doctrinæ gravitate celebrem. Qui Epistolâ quadam eruditionis divinæ plenâ, spiritum Beatæ Teresiæ probat: quam refert præfatus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, ubi crebrò verba hujusmodi repetit, nempe: *Nihil non tutum invenio: verba à Deo inspirata mihi videntur*, & hujusmodi alia.

* etiam solemniter canonizatus.

& S. Franciſci Borgiæ,

M. Joannis de Avila viri verè Apostolici,

2341. Patrem Magistrum Fratrem Dominicum Bañez Ordinis Prædicatorum, apud omnes notissimum ob scripta gravissima, Salmanticensis Cathedræ primariæ Theologiæ Prælectorem: Qui Beatam Virginem Teresiam, (cujus Confessarius fuerat, ipsiusque spiritum per annos circiter viginti quatuor accuratissimè exploraverat) tanti fecit; ut cùm in ejus funere concionem ad populum haberet, palam inter alia dixerit, *se existimare Beatam Virginem Teresiam, Beatæ Catharinæ Senensi, sanctitate æqualem esse, Catharinæ verò ipsi divinâ suorum librorum doctrinâ antecellere.* Ut probat vigesimus secundus testis in Remissoriali Salmantino. Et affirmat præfatus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis in sua historia §. 2. prologi. Quâ quidem laude vix ulla major ab homine gravissimo proferri potuit. Patrem Magistrum Fr. Bartholomæum de Medina, ejusdem Ordinis Prædicatorum, Salmanticensis item Academiæ celeberrimum Primariæ Theologiæ Prælectorem, & sancti Thomæ doctissimum Commentatorem: Qui cognito spiritu, diligentissimèque explorato Beatæ Teresiæ, ejusque scriptis perlustratis, ab eaque confessione generali auditâ, & miratus est, & acerrimus defensor ipsius evasit. Dicereque solebat experimento convictus: *Nullam omnino aliam in orbe terrarum Teresiæ parem, vitæ sanctitate reperiri.* Ut probant trigesimus sextus testis, in Remissoriali Abulensi & Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, ubi supra.

Teresiam æquiparat S. Catharinæ Senensi:

& in aliquo censet excellere,

Bartholomæus Medina,

Doctor celebris,

nullam in orbe terr. parem Teresiæ.

2342. Patrem supradictum Doctorem Franciſcum Ribera, è societate Jesu, virum doctissimum, & inter sacræ Scripturæ nostrâ ætate interpretes insignem: Qui (ut ipse in sua depositione affirmat) facto priùs diligentissimo examine spiritûs Beatæ Teresiæ dum viveret, & post ejus fœlicissimum obitum, accuratissimâ adhibitâ diligentiâ, ejus vitam heroicis virtutibus refertam contexuit, ac in lucem edidit. In qua *illius spiritum planè divinum*, & summis laudibus extollit, & efficacissimis argumentis demonstrat. Nec omittendus (inter alios amplissimos Antistites, qui facto periculo, Beatam Teresiam summoperè laudarunt, ejusque spiritum approbarunt) prædictus Reverendissimus Frater D. Didacus de Yepes Episcopus Tirasonensis, vir pietate, atque doctrinâ illustris, ac pro tali à Philippo II. Rege Catholico in suum Confessarium electus. Qui etiam per annos multos confessiones Beatæ Teresiæ audivit: cujus spiritu explorato, tam in sua depositione sub juramento facta, quàm in libro prædicto de vita, & miraculis Beatæ Teresiæ; illam, ejusque spiritum divinum non minus doctè, quàm piè, & fideliter laudavit, & approbavit. Cùm igitur sanctitas Beatæ Teresiæ, à supradictis, aliisque pluribus sapientissimis, & gravissimis viris explorata, valde laudata, & approbata fuerit, necesse videtur firmandum, hujusmodi sanctitatem fuisse veram, & solidam.

scriptor vitæ S. Teresiæ,

spiritum ejus divinum extollit.

ita quoque Didacus Yepes, Episc. Tirasonensis.

Dominicus Bañez,

gravissimi Doctor,

2343. Tertium argumentum deprehenditur ex eo, quòd divina providentia, Ecclesiæ universalis Patres, & Magistros, hoc est Apostolos, eximia sanctitate adeò provexit, ut juxta sanctum Thomam (a) temerarium sit, sanctos alios Apostolis æquare; sed proportione servatâ, Monasticorum Ordinum Patres,

Apostolis non sint æquandi Sancti alij:

(a) in epist. ad Ephes. c. 1. lect. 3.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

Patres, sive Fundatores insigni vitæ sanctitate exornat, quæ filiorum ipsorum perfectionem excedat. Quod multis exemplis, puta sanctorum Basilij, Benedicti, Augustini, Bernardi, Dominici, Francisci, Alberti, & aliorum Monasticæ disciplinæ Institutorum, vel Reformatorum notatur. Sic quippè perfici debent, qui ad alios perficiendos electi sunt. Cùm ergò Beata Teresia, à Deo Domino nostro electa fuerit, ut Religionem istam ad perfectionem vitæ laudatissimam reformaret, ejusdemque Religionis novam Reformationem, Discalceatorum nuncupatam, introduceret; in qua multi utriusque sexus spectatæ sanctitatis claruerunt, & claruerunt (ut omnibus est notum) ad divinam profectò providentiam pertinuisse dicendum videtur, ut Virginem Teresiam, tali Sanctitatis excellentia insigniret; quâ perfectorum filiorum digna Parens, & Magistra esse valeret.

Patres Ordinum Religiosorum à Deo insigni sanctitate decorati:

quos inter S. Teresia meritò referenda:

2344. Quartum argumentum elicitur ex quatuor Libris spiritualibus & planè divinis, quorum aliquos Confessariorum suorum jussu, aliquos, etiam particulari Christi revelatione, S. Teresia conscriptos reliquit, qui præ manibus habentur. Primus scilicet, de *Vita ejusdem Beatæ*, suo Confessario Patri F. Garciæ de Toledo, Ordinis sancti Dominici directo. Qui nihil est aliud, quàm ab ineunte sua ætate, usque ad Abulensis primi Monasterij institutionem, quidam vitæ discursus, affectionibus divinis, quas patiebatur, refertus. Secundus, *Iter perfectionis*, inscribitur, quem præcipiente præfato P. Fr. Dominico Bannez suo Confessario, scripsit. Tertius vulgò inscriptus, *Castellum interius, sive mansiones*, quem ex mandato Doctoris Velazquez sui Confessarij, Episcopi postea Oxomensis, & denique Archiepiscopi Compostellani, Toleti incepit, & Abulæ absoluit. Quartus de suorum *Monasteriorum fundationibus*, quem jussu sui Confessarij Patris Hieronymi Ripaldæ è societate Jesu composuit. Quibus perlectis, clarissimi omnium Ordinum Theologi, Beatæ Teresiæ sapientiam admirantur, & facilè Mysticarum passionum explanationem adeò obstupescunt, ut rarum genus sapientiæ eis videatur, quod de Mystica Theologia Patres obscurè, ac sparsim tradiderunt, à Virgine aliquâ in methodum, tam perspicuè, atque concinnè fuisse redactum. Meritoque illam quasi *spiritualis doctrina Magistram*, *Ecclesia à Deo datam* prædicant, convicti scilicet experientiâ divinæ lucis, & piorum affectuum, quos ex illius libris hauriunt, ut probant octuaginta quinque testes, omnes ferè gravissimi & doctissimi viri: qui testantur communiter, doctrinam horum librorum non esse hominis, nec minùs mulieris litterarum ignaræ, sed Dei: &, ut aliqui subdunt, non acquisitam, sed infusam, & à Spiritu sancto dictatam, maximæque utilitatis fuisse, & esse, miroscque effectus ex eorum lectione in Ecclesia Dei consecutos, & indies consequi. Inter quos testes, brevitatis causâ sufficiant tres supra nominati gravissimi Præsules: nempe Reverendissimi Episcopi, Tirasonensis, Caleguritanus, & Segobiensis.

Libri à S. Teresia scripti, planè divini,

quorum sapientiam clarissimi Theologi admirantur,

& S. Teresiam Mysticæ Theologiæ veluti magistram prædicant:

cujus doctrina à Spiritu sancto est,

maximæ utilitatis:

2345. Et quòd ipsa S. Teresia suâ propriâ manu, & non alienâ industriâ, seu alicujus alterius humano studio, istos Libros scripserit, probant testis quadragesimus nonus in Remissoriali Abulensi, & quadragesimus septimus, in secunda parte Remissorialis Salmantini, & septimus testis in 4. p. Toleti, addens, quòd quandò scribebat librum de *Mansionibus* vidit illius vultum cum quadam luce valde clara, & quòd ex eo exibant splendores, uti radij deaurati, per spatium unius horæ. Et vigesimus primus testis; in eadem 4. p. dicit, quòd scribebat cum magna velocitate, non sistendo in aliquo: & quòd quâdâm vice vidit illam scribere cum vultu inflammatissimo, & formosissimo. Sunt & alij plures testes, addentes aliqui, scripta originalia horum librorum in magna æstimatione, ac veneratione fuisse, & esse apud Regiam Bibliothecam sancti Laurentij *del Escurial*, ibique Philippum II. Regem Catholicum, devotione; & pietate erga istam Beatam Virginem ductum, & illos libros unà cum originalibus quibusdam sancti Augustini repositos, tamquam Sanctorum Reliquias fidelibus in veneratione esse. Constat etiam; & est valdè notum, illos ad communem fidelium utilitatem, ex lingua Hispana, in qua à Beata Teresia fuerunt conscripti, diversis idiomatibus versos fuisse; videlicet Latino, Italico, Gallico, Germanico, Flandrico; & Polono. Cum igitur Deus misericors Beatam Teresiam Ecclesiæ illuminandæ, & pietati augendæ destinaverit, omninò sentiendum videtur, Deum ipsum, quâ solet sui communicatione, & illam priùs excellenter illuminasse, & sanctitate insigni condecorasse.

ejus scriben-tis vultus aliquandò lucidus, & radiosus apparuit,

Originalia librorum ejus unà cum Originali S. Augustini asservata velut reliquia:

libri illi translati in varia idiomata:

2346. Quintum argumentum conficitur ex multis, magnisque miraculis, intercessione istius Beatæ Virginis à Deo operatis. Et cùm miracula sint Dei sigilla, & licèt illa nonnumquam Deus (malis utens benè) per peccatores operetur: numquàm tamen ad confirmationem alicujus peccati, vel erroris, à Deo operantur. Sigillum enim Dei, (qui est ipsa munditia, & sapientia) peccato vel errori imprimi nequit. Undè D. Thomas (a) docet, miracula, quæ fiunt ad demonstrationem sanctitatis alicujus, quem Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis, non posse effici nisi à Sanctis. Cùm igitur Deus, tot & tàm illustria miracula, in demonstrationem, sive attestationem sanctitatis S. Virginis Teresiæ ancillæ suæ, illius meritis, & intercessione operatus fuerit, absque ulla hæsitatione affirmandum videtur, ejus sanctitatem, multis Dei sigillis obsignatam, & probatam fuisse.

Miracula, veluti Dei sigilla,

(a) 2. 2. q. 178. art. 2.

multa, & illustria obsignant ejus sanctitatem.

2347. Sextum argumentum adstruitur ex pluribus donis, & gratiis gratis datis, huic S. Virgini à Deo collatis: scilicet ex dono prophe-

XV. OCTOBR.

prophetiæ, & gratia discretionis spirituum, ex divinis revelationibus, ac visionibus, & ex raptibus frequentibus, aliisque hujusmodi, quæ probantur per plurimos testes doctissimos, & gravissimos. Quorum aliqui fuerunt Confessarij Beatæ Teresiæ, & infrà (suis propriis locis) cùm de his donis, & gratiis in specie agetur, referentur. Quæ quidem dona, licèt seorsim accepta, sanctitatem efficaciter non probent, ex circumstantiis tamen personæ, & fructibus pietatis subsecutis, talem sanctitatis persuasionem generant, ut nullus mentis compos ac pius, aliud quàm excellentem sanctitatis gradum, de S. Teresia credere posse videatur.

Dona prophetiæ, & alia, ac gratia gratis data:

excellentem sanctitatis gradum indicant.

2348. ANNOT. In Actis Canonizationis accumulatio est plurimorum aliorum testimoniorum de eminenti sanctitate Teresiæ, & quòd ea ut SANCTA haberetur adhuc vivens: & quòd proximè post obitum antequàm ab Ecclesia in Beatarum aut Sanctarum seriem solemni ritu Beatificationis aut Canonizationis relata esset, eam haberent, & tenerent pro SANCTA, CUM SANCTITATE VALDE EXIMIA Episcopi, Principes, Equites, & Nobiles, Regiique Concilij Præsidentes, & Consiliarij, & alij quamplurimi: qui eam ubique terrarum Christianæ Reipublicæ, cum generali veneratione, & acclamatione SANCTAM vocant, & vocari ab omnibus affirmant in suis depositionibus; & quòd illius carnem, vestes, litteras ab ea scriptas, aliaque similia, quæ istam Virginem SANCTAM tetigerunt, pro Reliquiis SANCTÆ venerantes, & in magnâ æstimatione conservantes, universaliter illius intercessionibus apud Deum se ipsos commendant. Maximè autem ponderanda sunt testimonia præfatorum illuminatissimorum in vita spirituali, ac eminenti sanctitate fulgentium S. *Petri de Alcantara*, & *S. Francisci de Borgia*, nuper Sanctorum catalogo solemnissimè adscriptorum.

Teresia adhuc vivens, & proximè post obitum habita ut eximiè Sancta.

ARTICULUS II.

In quo sanctitas ad Canonizationem requisita consistat, explicatur.

2349. SAnctitas dupliciter sumi potest. Primò (teste D. Thoma *a) Sanctitas est per quam mens hominis se ipsam, & suos actus applicat Deo*: Nec tantùm refert in Deum debitum famulatum in specialiter pertinentibus ad cultum divinum, sacrificia, & oblationes, prout religio; sed etiam aliarum virtutum opera. Secundò sumitur sanctitas non ita strictè, pro specie una dumtaxat, qualis est religio, sed pro excellenti gradu gratiæ gratum facientis, virtutum, & donorum Spiritus sancti. Quæ omnia ad hominem justificandum, ac proindè ad eundem sanctificandum requiruntur, juxta Concilia, & Theologorum sententiam. Et perspici potest ex Concilio Tridentino (b) ubi *justificatio* appellatur *sanctificatio, & renovatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum.* Quæ sanctificatio, & justitia augetur cum augentur, Fides, Spes, & Charitas, cæteræque virtutes. Ad tradita in eodem Concilio (c) ubi de gratia, & charitate fit mentio, quarum incrementum petit sancta Ecclesia, cum orat dicens: *Da nobis Domine, Fidei, Spei, & Charitatis augmentum.*

(a) 2. 2. q. 81 art. 8.

Sanctitas quid sit præclarè declaratur:

(b) Sess. 6. cap. 7.

(c) Sess. 6. can. XI.

Et S. Thomas (a) pluribus in locis, accuratè differit de gratia, & virtutibus, ac donis, quæ homini dum justificatur, infunduntur, & succedentibus meritis, usque ad perfectam sanctitatem augentur.

(a) 1. 2. & 2. 2.

2350. Et quamvis quilibet justus, totam illam gratiæ, virtutum, & donorum connexionem à Deo recipiat: non tamen quilibet justus ad eum pertingit gradum, quem ad Canonizationem Ecclesia requirit; sed qui multis progressibus excellenter heroicarum virtutum exercitio justus evasit. Itaque ad hunc effectum virtutes heroicæ in Canonizandis requiruntur: ut probatur in relatione canonizationis sancti Bonaventuræ, per Joannem Franciscum de Paninis Rotæ Auditorem factam, & habetur inter Opuscula sancti Bonaventuræ in principio. His itaque suppositis, virtutes S. Teresiæ adeò creverunt, ut dictum heroicum gradum attigisse, judicaverimus, & quòd meritò censeri debeant ex illo genere virtutum, quas D. Thomas (b) *virtutes purgati animi* appellat, his verbis: *Quædam verò sunt virtutes jam assequentium divinam similitudinem, quæ vocantur virtutes jam purgati animi: ita scilicet, quòd* PRUDENTIA *sola divina intueatur,* TEMPERANTIA, *terrenas cupiditates nesciat,* FORTITUDO *passiones ignoret,* IUSTITIA *cum divina mente perpetuo fœdere societur, eam scilicet imitando. Quas quidem virtutes dicimus esse beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum.*

Sanctus no quis habeatur, requiruntur virtutes in gradu heroico:

tales fuerunt in S. Teresia.

(b) 1. 2. q. 61. art. 5.

quæ vocantur virtutes purgati animi.

ANNOT. Quòd virtutes omnes connexæ in S. Teresia, fuerint juxta illam S. Thomæ doctrinam, in heroico eminenti gradu, simul cum eximiis divinis donis manifestum fiet ex dicendis in Relatione secunda: quæ est de ejus virtutibus.

ARTICULUS III.

De famâ & opinione sanctitatis Beatæ Virginis Teresiæ, tàm in vitâ, quàm post mortem.

2351. TAnta fuit, ac talis, istius Beatæ Virginis sanctitas, tantusque in eâ ardor amoris Dei, & proximi, adeoque orationi, & contemplationi altissimæ vacavit, assiduis jejuniis, ciliciis, aliisque corporis macerationibus ita fuit dedita, in cæterisque aliis virtutibus assequendis ita fuit sollicità, ut non solùm tot, tantisque virtutibus in gradu perfecto ac heroico, à Deo Optimo Maximo condecorari meruerit; verùm etiam quamplurimis gratiis, & favoribus, visionibus, locutionibus, & revelationibus divinis, aliisque cælestibus donis mirabiliter, etiam dum viveret, honorari, ac illustrari digna facta fuerit. Quæ omnia adeò indies creverunt, ut quantumcumque eadem Beata Virgo, suâ profundissimâ humilitate, opinionem sanctitatis, mundo celare curasset, illud minimè assequi valuerit, imò potiùs Deus misericors & sapiens, qui illam ad istius Ordinis reformationem erigendam, & ad tot fidelium animarum utilitatem, ac conversio-

Teresia sanctitas,

virtutes heroicæ,

cumulatissimi favores divini, ac dona,

dum viveret:

Teresia occultare satagebat:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

versionem elegerat, & cui tam sublimem sedem in cælis præparaverat, illius sanctitatis, (etiam ipsâ vivente) famam publicari, & per omnem Christianum populum taliter extendi voluit, ut vivens, ab omnibus fuerit habita & reputata pro SANCTA: atque hoc eodem nomine (SANCTA) vocata & nominata, & non utcumque sed CUM FAMA SANCTITATIS EXIMIÆ, tam apud Reges Catholicos, & Præsules, Procereſque illorum Hispanorum Regnorum, Præsides, & Consiliarios Regios, quàm etiam in universum apud omnes cujuscumque status, & conditionis, ut ultra viginti quatuor testes Moniales istius Ordinis, quæ tamquàm magis familiares, & sociæ hujus Beatæ Virginis, & suæ Matris, plenè de his omnibus testantur: deponunt, & probant concludenter plusquam centum alij testes: inter quos viri gravissimi jam suprà nominati.

sed Deus manifesta fecit,

unde vivens Sancta habita, & dicta,

etiam apud Reges, Præsules, ac Proceres,

2352. Qui etiam cum aliis testibus, usque ad numerum 170 de ejusdem sanctitatis famâ, & opinione, illiusque cum perseverantiâ incremento, post fœlicem transitum istius Beatæ Virginis Teresiæ ad gloriam sempiternam, latissimè, & concludenter testantur; istamque famam communiter sparsam fuisse, & esse, apud eosdem Reges, & Proceres, undiq; tam in prædictis Hispaniarum Regnis, ac Provinciis, quàm in aliis Galliæ, Italiæ, Flandriæ, & Poloniæ, & apud Indos, ac denique Beatam Teresiam ubique terrarum Christianæ Reipublicæ, pro SANCTA, CUM SANCTITATE VALDE EXIMIA, communiter reputari, & honorari universali cum acclamatione, ac veneratione, & magnâ æstimatione illius Sanctitatis, vestesq; illius, literas ab ipsâ scriptas, panniculos oleo ex ejus Sancto corpore manante tinctos, aliaque similia, pro Reliquiis venerando, & in magnâ æstimatione conservando, illiusque Sepulchrum (ubi ejusdem corpus incorruptum cum odore mirifico ac liquore, miraculosè conservatur, & colitur) frequentando, & ipsius intercessionem apud Deum in necessitatibus, & afflictionibus, magnâ cum fiduciâ postulando, effigiem ipsius cum radiis, tamquàm Sanctæ depictam, maximo cum honore, & reverentia tenendo, illamq; observanter colendo, ac venerando, commemorationes cum Antiphonis, & Oratione propria ad recitandum typis mandando: Item legata nobilia in Canonizationis subsidium eroganda relinquendo, Monasteria in Dei, ipsiusq; ancillæ Teresiæ honorem erigendo, multos libros de illius vita, sanctitate, ac miraculis, per gravissimos auctores conscriptos, typis mandando, nomen Teresiæ, ob illius devotionem, etiam apud Indos remotissimos, propriis filiis in Baptismatis fonte imponendo; Conciones, & Orationes in ipsius laudem, in die ejus depositionis prædicando; aliaq; permulta ad opinionem maximam & famam Sanctitatis hujus Beatæ conducentia præstando. Ut in particulari probant viginti duo testes; Quibus accedunt, quæ superius art. 2. notavimus, cùm de sanctitate in genere, istius Beatæ Virginis Teresiæ egimus.

Mox ab obitu fama illa magis percrebuit,

non tantùm in Hispania,

sed etiam in aliis regionibus:

& ubique Christiani populi erga Teresiam velut magnam sanctæ devotionis insignia.

2353. Quæ quidem fama, & communis opinio sanctitatis, omnimodum augmentum recepit, ex approbatione Sanctæ Sedis; annumeratâ enim istâ ancillâ Dei inter Beatas, & Ecclesiæ, ac populo Christiano, tamquàm talis propositâ, ubique terrarum, apud animos fidelium sanctitas hæc B. Teresiæ, omninò confirmata, ita remansit, ut non solùm Regi Catholico, sed etiam Christianissimo, aliisque Principibus Christianis illorumque Regnis, ac Provinciis, valdè gratum, & acceptabile beneficium fuerit habitum, omnesque illo accepto, summâ & inenarrabili lætitiâ fuerint affecti, ac illam manifestis, & publicis signis ostenderint; etiam omnes tam Ecclesiastici status quam sæcularis, ultrà prædicta, ipsi suis propriis sumptibus, hujus tantæ Virginis devotione permoti, & accensi, hunc diem festum, quadam incredibili, maximâ, universali, communiq; lætitiâ, gaudio, ac exultatione celebraverint, laudando, & magnificando Dominum Deum nostrum in suâ S. Teresiâ in sono tubæ, in psalterio, & cythara, in tympano, & choro, chordis, & organo, in cymbalis benè sonantibus, & in cymbalis jubilationis, omnisque spiritus videtur laudare Dominum. Ita ut illa animorum fidelium universalis, ac pia commotio, ferè posset quid miraculosum judicari. Et quia esset nimis prolixum, in specie enarrare solemnissimas processiones, ornatissimè, ac sumptuosissimè celebratas. Templa Religiosorum munificentissimè, & accuratissimè ornata, variaque carmina in omni genere poëtico, ac ænigmata plurima ingeniosissimè composita, inventiones summo ingenio, & arte adinventas, maximasque expensas in supradictis festivitatibus liberalissimè factas: Hæc (inquam) & alia omnia remittenda duximus, libris multis, de hujusmodi festivis gaudiis compositis, & typis mandatis, qui præ manibus habentur. Ubi nonnulla miracula, pluraque mirabilia, inter illa festiva gaudia, auxilio istius Virginis Beatæ invocato, occursa passim referuntur, nec non vota Deo emissa ab aliquibus Civitatibus, & populis, colendi in perpetuum diem festum B. Teresiæ; illam apud Deum in Patronam, & advocatam illorum populorum eligendo, præsertim à Civitate Abulæ, ubi nata fuit, & ab Oppido Alba (ubi ipsius sanctum corpus requiescit,) totaque ejus Communitate, & à Civitate Salmantinâ, in cujus Diœcesi Alba sita est; prout in eisdemmet libris, etiam videri poterunt conciones quàm plurimæ, variæ & doctissimæ, tam coram Rege Catholico, quâ Præsulibus gravissimis, & Proceribus illorum Regnorum, à Regiis doctissimis Concionatoribus, aliisque eruditissimis viris habitæ, doctrinâ Euangelicâ, ac Sanctorum Patrum ornatæ, in laudem & honorem istius Beatæ Virginis, quam meritò mirabilem prædicant mirisque laudibus & encomiis extollunt.

fama illa sanctitatis ac cultus, post beatificationem omnimodum accepit incrementum;

& mox à variis civitatibus electa in Patronam.

AN.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

2354. ANNOT. Propter istam generalem famam & opinionem sanctitatis B. Teresiæ *apud Summum Pontificem*, pro ejusdem Beatæ Virginis Teresiæ Canonizatione instantiam fecerunt, non solùm Rex Catholicus, qui iteratis precibus hoc à Sanctitate Sua efflagitavit; verùm etiam Cæsarea Majestas, & Reges Christianissimi, Rex Poloniæ, & Archiduces Austriæ; Duo Concilia Provincialia, Tarraconense scilicet, & Cæsar augustanum; Archiepiscopus Cardinalis Toletanus, Archiepiscopus Hispalensis, Burgensis, Compostellanus, Valentinus, Tarraconensis, Cæsaraugustanus, Olysipponensis, Granatensis, & Mexicanus: & ferè omnes Episcopi Hispaniarum, pluraque Capitula Ecclesiarum Cathedralium Hispaniæ, & status Ecclesiasticus Regnorum Castellæ, in suâ Congregatione congregatus; quin & Regna ipsa Castellæ, Legionis, Lusitaniæ, Aragoniæ, Valentiæ, Cataloniæ & Provincia Cantabriæ: Item & Universitates, Salmantina, Vallisoletana, & Complutensis; simul cum fere omnibus Civitatibus magis insignibus illorum Regnorum. *Ita etiam in Actu Canonizationis, ubi ipsa latiùs referuntur.*

quanta instantia mox facta pro ejus canonizatione.

ARTICULUS IV.

Gregorij XV. Summi Pontificis testimonium (a) & Eminentissimorum DD. Cardinalium judicia de Teresiæ eminenti sanctitate.

(a) in Bulla canonizationis.

2355. GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI: Omnipotens sermo Dei, cùm de sinu Patris ad hæc inferiora descendisset, ut erueret nos de potestate tenebrarum, completo dispensationis suæ tempore, transiturus de hoc mundo ad Patrem, ad propagandam per totum terrarum orbem electorum suorum Ecclesiam, quam sanguine suo acquisiverat, eamque verbo vitæ erudiendam, ad confundendam sapientiâ sapientium, & destruendam omnem altitudinem, quæ adversùs Deum extollebatur, non multos nobiles elegit, nec multos sapientes; sed contemptibiles mundi: qui non in sublimitate sermonis, nec in humanæ sapientiæ verbo, sed in simplicitate, & veritate ministerium suum, ad quod à diebus æternitatis prædestinati erant, adimplerent: in sequentibus verò generationibus, cùm juxtà præordinata tempora, plebem suam per servos suos fideles visitare dignatus est, plerumque parvulos & humiles assumpsit, per quos Catholicæ Ecclesiæ ingentia præstaret beneficia: quibus ipse, juxtà verbum suum, abscondita à sapientibus, & prudentibus, regni cœlestis mysteria revelaret: eosque supernorum charismatum donis adeò illustraret, ut omnium virtutum, ac bonorum operum exemplis Ecclesiam foverent ac signorum gloriâ clarificarent.

Deus ad magna parvulos, & humiles elegit:

2356. In diebus verò nostris fecit salutem magnam in manu fœminæ: suscitavit enim in Ecclesia sua, veluti novam Debboram, Teresiam Virginem, quæ postquàm mirabili victoriâ carnem suam perpetuâ virginitate, mundum admirabili humilitate, & cunctas adinventiones diaboli multis, maximisque virtutibus superasset, excelsiora moliens, & virtutem sexûs animi magnitudine supergressa, accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum, & instruxit exercitus fortium, qui pro domo Dei Sabaoth & pro lege ejus, & pro mandatis ejus, armis spiritualibus decertarent, quam Dominus ad tantum opus peragendum, abundanter implevit Spiritu sapientiæ, & intellectûs, & thesauris gratiæ suæ adeò illustravit, ut splendor ejus, tamquàm stella in firmamento, fulgeat in domo Dei in perpetuas æternitates. *Consequenter in accurato succulento compendio traduntur insigniores ejus virtutes, ac magnalia, quæ Dominus in manu ejus operatus est, & præcipua miracula: quæ ex ipsis Actis canonizationis, luculentiùs digesta, hic subsequentur.*

id patet in S. Teresia:

2357. *Maffæus Cardinalis Barbarinus (anno sequenti Summus Pontifex* URBANUS VIII.) Obtinet inter B. Teresiæ virtutes principem locum charitas eximia, quâ Deum coluit, & omnibus prodesse mortalibus ardentissimè concupivit, hæc in animis hominum singularem excitat admirationem, & eam quæ prodit è tot insignibus ab ea patratis miraculis, longo videtur intervallo præcedere: quid enim mirabilius, quàm ut adhuc ancilla Domini non exuta mortalitatem sit ab ipso Christo, ob dilectionis excessum, sponsa pariter habita, & nuncupata? ... Decet, ut Carmeli gloria effloreſcens, in omnes orbis Christiani partes odorem suavitatis diffundat.

in ea maximè resplendet charitas:

2358. *Franciscus Maria Cardinalis de Monte:* Teresia ab ipsâ pueritia, futuræ sanctitatis, martyrium expetendo, & quantum illi sexui & ætati licuit, procurando, insigne & admirandum specimen cùm dedisset, suavissimo postmodum Religionis jugo Ordinis Beatiss. Virginis MARIÆ de monte Carmelo se subdidit: ubi, divino spiritu afflante, opus nedum fœminâ majus, sed omni viro superius est aggressa: nempè ut Carmelitani instituti rigorem, non solùm æmulari ac perficere, sed aliis, ut id facerent, Auctrix fuerit, erectis ad id quam plurimis, non fœminarum solùm, sed virorum etiam, ipsa suadente, monasteriis, nullo humano auxilio, sed in Deo spe firma, (quâ solâ nitebatur). Charitate, ac Vitæ sanctitate fuit admodum insigni cœlestique ac divina sapientia, quam ipsius libri testantur, ac prophetiæ spiritu ornata, miraculisque insignibus locupletata, crebrisque cum Domino nostro Jesu Christo, ejusque sanctis visionibus ac collocutionibus assueta.

Opus nedùm fœminâ, sed & viro omni superius aggressa est:

2359. *Octavius Cardinalis Bandinus:* Quæ in fœminis, in sanctarum numerum relatis, priscis Ecclesia temporibus admirata est, ea omnia in una Teresia evidentissimè conspicimus; nam candorem virginitatis, charitatis ardorem, constantiam fidei, rerum humanarum despectum, ac divinarum perpetuam contemplationem, communia illi fuisse cum aliis plerisque omnes fateri possunt, cùm etiam martyrij præmium ipsi non defuerit: quæ adhuc puella Africam hoc animo cogitavit, quæ tot ac tantis afflictata morbis ac doloribus, vitam duxit martyrum cruciatibus penè parem: quæ denique ignea sagitta Angeli

in una Teresia sanctitatis insignia omnia:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

ministerio transfixa, ad cælum purissima evolavit. Quod non solùm fœminis, sed viris etiam arctioris disciplinæ documenta præbuerit, hoc illi proprium ac peculiare censendum est, in fœmina verò adeò novum, ut cæteras quamvis sanctissimas hoc uno longè superasse videatur.

2360. *Philippus Cardinalis Filonardus:* Licèt sanctorum ingens sit numerus, ita ut B. Joannes in Apocalypsi dixerit: *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat*: nihilominus pauci sunt, quos Deus suâ providentiâ elegit, ut eis per Vicarium suum in terris publici decernerentur honores. Neque enim ad hanc excellentiam satis est, ut coram Deo sancti sint, sed oportet ut certissimis documentis probetur, eos dum viverent sanctitatis gloriâ aliis præluxisse, & in eadem sanctitate diem extremum clausisse, & demùm post mortem carnis, animas eorum ad æternam Beatitudinem perveniisse. In eorum paucorum, sed felicissimorum hominum numerò, B. Matrem Teresiam referri posse merito, jureque optimo credimus, nam ex documentis & pluribus atque idoneis testibus, quibus lux veritatis affulsit, legitimè & evidenter probatur, Deum omnipotentem ejus intercessione ac contemplatione, dum in hac vita permansit, in morte, & post mortem multa magna & admiranda miracula fecisse.

Teresia sanctitate in gradu eminenti:

2361. *Robertus Card. Vbaldinus:* Inter agmen fortium & Sanctarum Mulierum, Beata Virgo Teresia meritò censetur, quæ omnem virtutis laudem cumulatè complexa nostro sæculo testatum reliquit, quoniam etiam in sexu fragili divinæ potentiæ digitus operetur, prodigia dixerim, non miracula, quæ de ejus gestis legitimè probata & ab ipsamet cœlesti planè calamo exarata nobis ostendunt: *delicias Dei esse cum filiis hominum*; Per hanc flos ille Carmeli, qui arescere videbatur, refloruit, species agri formosissima rediit, quæ perierat, & admirabilem ubiq; terrarum dedit odorem suavitatis. Quod si magnitudo charitatis mensura est sanctitatis, profectò sanctissima dici debet; sic tam fortis fuit dilectio, ut non dissolutionem sui corporis, non effundendi sanguinis desiderium, sed ipsammet operata sit internecionem vis amoris exæstuantis.

charitatis fervore assumus obiit.

2362. *Guido Cardinalis Bentivolus:* In iis, quæ relata sunt, de vita, & miraculis B. Virginis Teresiæ, tanta elucet heroicarum omnium virtutum præstantia, ut dubitari possit, in quâ magis ipsa excelluerit, & magis se admirandam præbuerit. Quæ dixit, quæ fecit, quæ scripsit, omnia sunt miraculorum ejus velut præconia. Id quod uno ore prædicat, non sola tantùm Hispania, quæ illam genuit, sed universus Christianus orbis, qui illam, sibi præcipuo cultu, & veneratione ubique jam vindicavit.

virtutes omnes in ea præcellentes:

2365. *Itelius Fridericus Cardinalis de Zoleren.* Res ante faciem omnium populorum, & in conspectu gentium posita vociferatur in Beatissimam Virginem Teresiam propriè convenire, quod in S. Lucæ Euangelio legimus: *Beatæ steriles & ventres, qui non genuerunt & ubera quæ non lactaverunt.* Cui proinde Prophetæ verbis, acclamare & beatitudinem suam gratulari possumus: *Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis, quàm ejus quæ habet virum.* Totidem profectò sunt virginis hujus filij, ac filiæ, quot sanctissimi ejus Instituti per orbem Christianum sectatores ac sectatrices, cum ingenti Ecclesiæ Catholicæ gloria inveniuntur, quotq; ipsorum horum partim doctrina partim exemplo filios parturiunt, donec formetur in illis Christus. Si ergò filiorum carnalium turba in mensæ circuitu istam psalmi gratulationem meretur: *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum*; quantò justius, nos Teresiæ gratulari? Ecce sic benedicetur Ancilla quæ timet dominum: hoc amplius quòd tòt Beatitudinis argumentis hanc suam servam Deus glorificaverit, quot per eam miracula patrata esse testatissimum habemus.

verè beata sterilis, filiorum, & filiarum numerositate gaudens.

2364. Præconia & sublimis sanctitatis testimonia, præfatis similia, ac plerumque quasi eadem (& ideo non repetenda) verbo, & scripto tradiderunt etiam alij Eminentissimi DD. Cardinales, videlicet,

Cardinales alij, præcones S. Teresiæ.

Franciscus Cardinalis Sfortia.
Alexander Cardinalis Montaltus.
Andreas Cardinalis Peretius.
Dominicus Cardinalis Gymnasius.
Carolus Cardinalis Madrutius.
Scipio Cardinalis Burgesius.
Ioannes Garzia Card. Millinus.
Marcellus Card. Lantes.
Ioannes Bapt. Card. Lenius.
Fabricius Card. Verallus.
Dominicus Card. Rivarolle.
Gabriel Card. de Trexo.
Gaspar Card. Borsa.
Petrus Card. Valerius.
Stephanus Card. Pignatelus.
Ludovicus Card. Ludovisius.
Franciscus Card. Sacratus.
Martius Card. Gozadinus.
Hyppolitus Card. Hedobrandinus.

ARTICULUS V.

Sententiæ Illustrissimorum Reverendiss. DD. Præsulum de B. Teresiæ sublimi sanctitate.

2365. *Eliobius Farnesius Patriarcha Hierosolymitanus:* Teresiam à JESV sibi Christus exhibito passionis suæ clavo, miro quodam modo, propriæque vocis præconio veram sponsam ac totam suam promulgavit.

Teresia verè sponsa Christi:

2366. *Dominicus Marinus, Archiepisc. Genuinus:* B. Teresiam, nostris temporibus, omnes tanquam novam lucem elapsam de cœlo admirati sumus, & quotidie non sine admiratione ipsius Alumnos intuemur: innumerabilia sunt signa & virtutes, quibus Dominus Ancillæ suæ sanctitatem manifestare dignatus est. Et ferè incredibilia ea quæ ipsa

nova lux de cœlo:

virgo

XV. OCTOBR.

virgo pro sponsi sui amore, honore & gloria perpessa fuit. Sanctamnè hujusmodi fœminam dixerim? imò verò sanctissimam.

odor virtutum ejus per orbem diffusus:

2367. *Paulus Æmilius Philonardus Archiepiscopus Amalphitanus*: Coronam, tam præstanti florum varietate sibi ab ætatis initio serva Dei Teresia concinnavit atque contexuit, ut ex Hispania, quæ Christi sponsam protulit, in omnes Christianæ Reipublicæ partes, atque in cœlum ipsum tum virginitatis & charitatis, tum pœnitentiæ & obedientiæ, omniumque virtutum fragrantissimus odor, Deoque acceptissimus penetrarit, ac illustrissimæ sanctitatis nomen illi fecerit.

vitam contemplat. & activam mirè sociavit:

2368. *Sebastianus Quirinus Archiepiscopus Naxiæ*: Felix Virgo Teresia, quæ ut moriens viveret, vixit ut moritura, ut vestes Beatorum indueret, de quibus Salomon ait: *omnes amici ejus induti sunt duplicibus*; Linum & lanam quæsivit, ornamenta scilicet contemplativæ & activæ vitæ sibi adjunxit, panem otiosa non comedit, ea enim pro Christo domino egit, atque passa est, quæ sempiternæ memoriæ, sempiterno tempore sunt tradita.

Teresia sancta audacia exemplum Prælatis.

2369. *Sebastianus Buthillerius Episcopus Aduricensis*: B. Teresia, quæ delicato tenelloque in corpore, tolerantiâ, patientiâ, rerumq; caducarum contemptu, vitæ integritatem asseruisse non contenta, ausa est divinius & expectatione humanâ grandius facinus, collapsam vitæ Monasticæ disciplinam restituendi, undè habent etiam Principes ipsi Ecclesiæ; quod in fœmina imitentur singulare sanctitatis exemplum. Obstupuit Christianus orbis ad Virginis sanctam audaciam.

S. Teresia admirandum spectaculum hominibus:

2370. *Ioannes Ciampolus, Secretarius Apostolicus domesticus Summi Pontificis* GREGORII XV. *in Consistorio Cardinalium, & Præsulum aliorum, jussu, & nomine ipsius Summi Pontificis*: Spectaculum Deo gratissimum, atque hominibus admirandum præbuit Hispaniæ Virginis fortitudo, in ipso vitæ semper militantis, tyrocinio, omnium Imperatorum laudes, supergressa... Quâ ætate vel ipsas materni cubiculi tenebras plerique formidamus, puella septennis jam micans splendoribus Sanctorum, à parentum complexu divellitur, monstrorum feracem Africam petitura, deducente pietate, ac periculis invitantibus, ubi ferox amore martyrij Tyrannorum sævitiam provocaret; clamitans plaudente cœlo: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an periculum, an gladius?* Compendiarium illa quidem iter instituerat, ut violenta raperet Regnum Dei: verùm opportunis id sepsit impedimentis misericordiarum Pater: quò tanta virtus orbi profutura, per longiores Divinorum mandatorum ac consiliorum semitas ad æternitatis palmam properaret. Id autem ita cumulatè præstitit, ut non iisdem quibus vitam finibus opera suæ pietatis concluserit. Vivit adhuc Teresiæ sanctimonia in religiosis Virginibus, ac viris Carmelitanis, quos voluntariis supplicijs edocuit vires corporis, id est arma vitiorum, continenter expugnare: & modò Principes juvat sapientium magistra, modò Divini eloquij voce tonans, & gladio salutis armata in aciem prodit de impiorum sententiis triumphatura.

puella septennis micans splendoribus Sanctorum:

Docuit voluntariis supplicijs arma vitiorum expugnare.

2371. ANNOT. Similia elogia de S. Teresia verbo & scripto alij plures Præsules enuntiarunt in Consistorio coram Summo Pontifice, & Cardinalibus, quæ hîc prætermittuntur, prolixitatis non necessariæ vitandæ gratiâ; cùm pleraque cum antecedentibus ferè coincidant: eorum autem ista sunt nomina:

Præsules alij magnalium S. Teresiæ assertores.

Galeatius S. Vitalis Archiep. Barij.
Filibertus Miletius Archiep. Taurinus.
Andreas Gerbasius Archiep. Lancianens.
Alaneonissa Archiep. de Conso.
Alphonsus Gonzaga Archiep. Rhodiensis
Raphael Invitiatus Hyacinthi, & Eepalleniæ.
Iulius Sansedonius Senensis Episcopus Grossetei.
Alexander Caccia Episc. Pistoriensis.
Marinus Georgius Episc. Brixia.
Berlingerius Gessi Episc. Ariminens. Gubernator Romæ.
Iacobus Goriæ Episc. Vercellensis.
Cormus Dardus Episc. Carpenctoractensis.
Lucas Alamanius olim Episc. Volateranensis.
Octavus Mancinus Episc. Cabellionensis.
Petrus Franciscus Maletus Ep. Nicienensis.
Franciscus Mutinus Episc. Brugnati
D. Episcopus Adrienses.
Antonius Diac. Episc. Casertæ.
Fr. Ioannes Vincentius Spinula Ep. Tagastensis, &c.
Hector Diotallenius Ariminensis Episc. S. Agathæ.
Carolus Bovius Ep. Balneoregiensis.
Hieronymus de Buteo Ep. Marianensis.
Antonius Albergatus Ep. Vigiliarum.

RELATIO SECUNDA.

DE S. TERESIÆ VITA, VIRTUTIBUS, ET DIVINIS DONIS.

ARTICULUS I.

De Nativitate, & pueritia S. Teresiæ, & de ejusdem in virtute progressibus, compendiosa enarratio.

S. Teresiæ patria, parentes.

2372. NAta fuit Beata Virgo Teresia in Hispania, in Civitate Abulæ, anno Domini 1515. Martij 28. ex nobilibus parentibus Alfonso de Cepeda, & Domna Beatrice de Ahumada, Christianis, & legitimis conjugibus; & juxta ritum S.R.E. baptizata, pièque à parentibus educata; ita ut ex ipsa puerili ætate facilè conjectari potuerit, qualis esset sanctitas futura istius Beatæ Virginis. Cùm enim circiter septimum annum ageret, incredibili mentis maturitate cœpit æternam gloriam, & pœnam meditari, ac mirari: adeò ut sæpiùs hæc verba repeteret: *In æternum. In æternum. In æternum.* Quo Dei sensu invalescente, non solum orationi, & solitudinis amori fuit intenta, sed (quod in ætate tenella omninò rarum, & mirabile est) cùm historias Martyrum legeret, in Martyrij desiderium ita exarsit; ut ex pacto cùm Roderico puero, ejus fratre germano, à paternis ædibus, & de Civitate egressa, in Africam ut à Sarracenis pro Christo jugularetur, peritura; per pontem urbi proximum alacri-

Æternitatis consideratio mentem ejus septennis mirè percussit:

martyrij desiderio,

iter in Africam arripit:

XV. OCTOBR.

ter iter inchoavit. Quod prosequi statim prohibita à patruo quodam suo fortasse obvio, domum mœstissima rediit. Cæterùm redire coacta, quod Martyrij successu obtinere non potuit, multis piis actionibus, pisq; lachrymis, & eleemosynis, quas in suo statu, & ætate tenera elargiri poterat, supplere curavit. Cum verò annum duodecimum impleret, matre orbata, humiliter, & ehixè deprecata est Beatissimam Virginem, & Matrem unigeniti filij Dei, quòd illi loco matris esse dignaretur: quod fœliciter obtinuisse creditur. Hoc ipso tempore Orationis primitias delibare cœpit, cujus futura erat insignis Magistra.

ætatis anno XII. matre orbata Deiparam in matrem eligit:

2373. Hac ipsa puerili ætate, cùm vidisset in tabula pictam Samaritanam sic Christum rogantem: *Domine da mihi hanc aquam*: illius aquæ cælestis desiderio flagravit, eamq; sæpè à Christo Domino efflagitavit; & ut ab effectibus apparet, coplosè obtinuit. De quibus omnibus deponunt quàm plures testes. Ex quibus actibus, & exercitiis piis B. Teresiæ, in sua puerili ætate, facilè dignoscitur, Dominum nostrum Jesum Christum Ancillâ suam, quam ad sublimem sanctitatis gradũ promovere decreverat; in pueritia ipsa præveniſſe: ut ex his quæ meditabatur, & agebat tenera, futuræ sanctitatis excellentia præsagiri valeret. Quod familiare est divinæ Sapientiæ; ut eos, quos ad eximiam sanctitatem provehere statuit, ab ineunte ætate, peculiari gratia præveniat, & futuram pietatem ab ipsa inchoatione præmonstret. Quod non solum in S. Joannis Baptistæ recessu in eremum, S. Alberti in Monasterium Drepanense, sed in aliorum quoque sanctorum primæva ætate perspicitur. Undè etiam in illa ætate B. Teresiæ consideratâ, posset aptè de illa dici, quod de sancta Virgine Agnete canit Ecclesia: *Infantia computabatur in annis; sed erat senectus mentis immensa.*

Samaritana consideratione piè, ardenter inflammatur:

à pueritia Deus illam singulari gratiâ prævenit:

2374. Cum autem vigesimum annum his piis exercitiis tradita attingeret, & spiritus sitim in seculo explere non posset, monasticã vitam aggredi constituit. Et cùm ob intensũ amorem, quo eam pater suus prosequebatur; diffideret, ab ipso licentiam obtinere posse: decrevit, etiam insciο patre, se conferre in eadem Civitate ad Monasterium Monialium Incarnationis, Ordinis mitigati B. Mariæ de monte Carmelo: prout fecit, ibique habitum ejusdem Religionis induit; & maxima cum laude observantiæ, & pietatis, post annũ expletum solemnem professionem emisit. Et indies exercens se in virtutibus omnibus, mirificè in illis profecit.

ætatis anno XX.

insciο patre (ne impediret)

Ordinis B. Virg. M. de monte Carmelo habitu induitur:

2375. Gravissimis namque vexata morbis per aliquot annos, in patientia incredibili laudabiliter se exercuit. Et cùm inter alia, per decem & octo annos molestissimam spiritus ariditatem invictè pertulisset, quadam die coram vulnerati Christi imagine prostrata, tam fideliter oravit; ut ex eo tempore miram in se ipsa mutationem, & robur cœperit experiri ita ut posteà orationi, & altissimæ contemplationi dedita, Revelationibus, & Visionibus divinis, familiarique Dei conversatione illustrata, fœlicissimos progressus in virtute fecerit. Cum autem ipsa dubitaret de suo spiritu, qualisnam esset; illum humiliter cum multis viris, pietate, ac doctrinâ clarissimis communicavit; quorum accuratissimo examini, ne deciperetur, se subjecit: à quibus omnibus, spiritus quo ducebatur, fuit unanimiter approbatus.

aridatem spiritûs annos XVIII. invictè pertulit.

ab ea liberatur, virum coram imagine Christi:

viros consulit doctissimos:

2376. Cùm ergo B. Teresia divino lumine, ac robore, in spiritualibus exercitiis aucta mirificè fuisset; & cuperet austeriorem vitæ modum, ut Deo acceptior fieret: cœpit de primitiva Carmelitarum Regula cogitare. Quod ita Christo Domino fuit acceptum, ut die quadam, post sumptionem sanctiss. Eucharistiæ ei præceperit, ut operi cogitato serio incumberet: Quod ipsa constanter exequtioni mandavit. Et inprimis in eadem Abulæ Civitate Monasterium Monialiũ Discalceatarum, titulo S. Joseph erexit, non obstante turbulentissima commotione, eâdẽ de causa in illa urbe (Deo permittente ad majorem operis perfectionem) excitatâ. In quo quidẽ Monasterio eadem B. Teresia cum aliquot Virginibus, prædictam Regulam primitivam professa fuit, Regulæq; ipsi ad perfectiorem ejus observantiam, auctoritate Apostolica, & in vim literarũ, fœlicis recordationis Pij IV. datarũ decima septima Julij, 1562. Statuta alia, cœlesti prudentiâ, & pietate plena adjunxit.

Carmelitãnam primitivam Regulam observandam suscipit:

Statuta scribit.

2377. Excitato autem ab omnipotente Deo in Beata ista Virgine quodam summo desiderio, circa propagationem hujus Reformationis, illamque summis precibus ipsâ à Deo postulante, post quinquennium ab erectione prædicti primi Monasterij venit Abulam R.mus P. Fr. Baptista Rubeus de Ravenna Carmelit. Ord. Generalis, qui B. Teresiæ amplissimam facultatem ad nova Monasteria, tã Monialium, quàm fratrum Discalceatorum erigenda concessit. Cujus vigore, ex tunc Hispaniam penè totam Teresia Virgo virili animo peragravit, & septemdecim Monasteria Monialium erexit, ac gubernavit. Fratrum verò quindecim fundata reliquit, ac mirâ prudentiâ direxit. Meritoque eam tam Fratres, quàm Moniales Fundatricem, & spiritualem Matrem totius hujus novæ Reformationis Discalceatorum B. Mariæ de monte Carmelo appellant, & tanquàm talem venerantur.

Baptista Rubeus Generalis Carmelitarum in Hispaniam venit:

amplisf. facult. concedit S. Teresiæ, condendi nova monasteria:

erexitque XVII. Monialium, & Fratrum fundata reliquit XV.

2378. Quanta verò incommoda passa fuerit, quantosque labores, & contradictiones in istis itineribus, pro fundandis Monasteriis sustulerit, quot mirabilia, Deo faveute, præstiterit, latè describitur per gravissimos viros, qui historiam vitæ hujus sanctæ Virginis accuratè scripserunt. Quæ omnia & si grandia, & mirabilia maximè in una Virgine paupere, & maximis morbis gravata, ita ut quot Monasteria fundavit, tot miracula patrasse videatur: nihilominùs majora sunt, quæ in excellentissimæ, planeque divinæ sapientiæ, ac heroicarum illius virtutum actionibus, divinisque donis eminent: quæ consultò

incommoda grandia perpessa fuit:

plura maximè admiranda in S. Teresia.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

consultò hîc omittuntur, cùm de illis figillatim in discursu istius relationis sit agendum.

2379. Cùm jam de nativitate, & de indiciis futuræ Sanctitatis, progressibusque in virtute à sua tenera ætate, compendiosè egerimus; nunc de virtutibus, & donis istius Beatæ in specie erit sermo, incipiendo à tribus virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, & Charitate & priùs de fide.

DE VIRTVTIBVS THEOLOGALIBVS.

ARTICULUS II.

De excellentia Fidei, sanctæ Virginis TERESIÆ.

Fides quid sit,

2380. IUxta D. Paulum ad Hebræos cap. 11. FIDES *est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.* Dicitur verò *argumentum*, quia per illud inducitur intellectus ad inhærendum alicui veritati, ut docet S. Thomas (a). Et hinc est, quòd Fides sit virtus intellectualis, quâ firmiter, & absque ullâ dubitatione intellectus adhæret his, quæ nobis sunt à Deo revelata, propter solam Dei authoritatem, cui intellectum nostrum captivamus. Cùm autem Beatæ Teresiæ intellectus rebus Fidei adeò firmiter adhæserit, & propter solam Dei authoritatem adeò enixè illi, rebusque Fidei intellectum suum captivaverit, ut ex sequentibus patebit; necessariò erit affirmandum, excellenti Fide in gradu heroico præditam fuisse. Quod nobis suadetur.

(a) 2. 2. q. 4. art. 1.

ea in heroico gradu fuisse in S. Teresiæ.

2381. Primò, quia orta fuit à Parentibus non solùm nobilibus, (ut diximus) verùm etiam fidelibus, & antiquis Christianis, qui & à talibus descenderunt: quod maximè interest, ut faciliùs, ac firmiùs filij eamdem Fidem induantur. Quam Beata Teresia dum vixit, firmissimè habuit, & credidit, & in ea usque ad ultimum vitæ spiritum perseveravit, tanti in suo fœlicissimo transitu Fidem Catholicam æstimans, ut in illo articulo mortis præ gaudio & consolatione interiori, sæpius gratias Deo redderet, quòd illam in Ecclesiæ suæ sanctæ, filiam adoptasset, hæc eadem verba proferens, & alia similia maximæ consolationis, & fiduciæ, cum magnâ adstantium ædificatione, nempe: *Sum certè, mi Domine Deus, Ecclesiæ filia*; ut probant plures testes de visu, & certa scientia.

quâ in mortis articulo peculiari ratione exercuit:

actum fidei externum sæpè enixè exercebat:

2382. Secundò ad idem inducimur, ex exteriori confessione Fidei, sæpissimè, & enixè à Beata Teresia in discursu vitæ suæ facta. Quæ exterior confessio ordinatur ad significandum id, quod corde concipitur. Undè teste D. Thoma (b) sicut conceptus interior eorum, quæ sunt Fidei, est proprius actus Fidei, ita etiam & exterior confessio. Unde Apostolus (c) dicit: *Habentes eumdem spiritum Fidei credimus, propter quod & loquimur.* Si autem consideramus, quæ circa

(b) 2. 2. q. 3. art. 1.

(c) 2. Cor. 4.

istam confessionem Fidei sæpè sæpiùs in suis libris scripta reliquit Beata Teresia, satis illam probatam habebimus. Probat enim præfatus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, Confessarius istius Beatæ Virginis, in prædicta historia vitæ illius (a) affirmatque illam circa mysteria nostræ Fidei habuisse maximam quamdam certitudinem: ita ut nihil quantumvis clarum & evidens, adæquare valeret certitudini, quam circa veritates infallibiles nostræ Fidei ipsa habebat. Quod ipsamet in quadam relatione vitæ scriptum reliquit his verbis: *In rebus Fidei, meo videri, me ipsam invenio cum multò majori fortitudine. Videtur enim mihi, quòd contra omnes Lutherum sequentes ego sola me opponerem, ut illos facerem intelligere errorem, in quo ambulant: Admodùm enim sentio perditionem tot animarum.*

(a) lib. 3. c. 28.

robusta fidei ejus testimonia ex illius scriptis:

2383. Et in exclamatione quarta sic loquitur cum Deo Domino nostro: *Velis tu, Domine mi, velis quòd licèt sim miserabilis, firmiter credo quòd tu potes quicquid vis, & dum mirabiliora à te facta audio, & considero quòd ad magis tua se omnipotentia extendit, magis in me Fides fortificatur, & firmiùs credo quòd tu facies. Et quid mirandum, dum omnipotens faciat? Bene Domine tibi notum est, quod inter omnes meas miserias, numquam defui in cognitione tuæ omnipotentiæ, & misericordiæ. Hoc Domine me adjuvet, in quo non peccavi.* Et in alio loco sic loquitur: *Habeo pro certo, quòd damon non decipiet (nec Deus quicquam tale permittet) illam animam, quæ de se in nihilo confidit, & est fortiter in Fide munita, & quæ in se ipsa cognoscit, quod pro unico puncto Fidem concernenti, millies mortem subibit, & quæ cum isto amore erga Fidem, quam Deus illi infundit (quæ est quædam Fides, viva, & fortis) semper curat sequi quod tenet, & sequitur Sanctæ Mater Ecclesia.* Et in cap. 33. Relationis suæ vitæ, affirmat scire de se, quòd in rebus Fidei pro quavis minima cæremonia Ecclesiæ, vel quavis auctoritate Scripturæ sacræ millies vitam tradere parata erat. Quod etiam verbo, absque scriptis sæpius confessa fuit.

pro quavis fidei puncto parata millies mori:

hinc summè dolebat vices hæreticorum fide carentium:

2384. Tertiò, idem sumitur, ex immenso desiderio propagandæ Fidei, quo flagrabat, valdè dolens vices hæreticorum, & infidelium, qui carentes hac divina luce, damnabantur. Et cùm huic zelo, & Fidei exaltationi apud ipsos hæreticos, & infideles, videretur seipsam tanquam mulierem operam dare non posse, fecit quantum potuit, fundando, & erigendo tot Ecclesias, & Monasteria Fratrum, & Monialium istius sacræ Religionis (non absque divino consilio) tali intentione, & fine; præcipuè ut in illis Regula primitiva Beatæ Matiæ de Monte Carmelo cum perfectione observaretur, & quòd assiduâ oratione, jejuniis, aliisque pœnitentiæ operibus in præfata Regula contentis, Christus Dominus à suis Religiosis summè coleretur: sicque divino servitio traditi magis acceptabiles & grati essent Deo, quorum deprecationes, & pœnitentias offerebat ipsa, & in sua Religione offerri curabat

pro eorum infide illuminatione quæ fecerit, & Deo obtulerit;

Digitized by Google

pro exaltatione sanctæ Fidei, conversione hæreticorum, & infidelium, & pro prædicatoribus, ac defensoribus ejusdem Fidei Catholicæ. Et quantâ efficaciâ, & lacrymis hoc desideraverit, videre licebit scriptum in libro ab ipsa relicto, intitulato: Iter perfectionis, c. 1. & in quadam exclamatione sic suas filias alloquitur: *Peto à vobis amore Dei, ut ab ipso efflagitetis, quatenùs dignetur in hoc nos exaudire. Id ego licèt miserabilis ab ipso etiam peto, siquidem concernit gloriam suam, & bonum ipsius Ecclesiæ, eò enim mea desideria tendunt.* Et paulò inferiùs dirigens verba in Deum, sic alloquitur: *Domine, quandò à te petierimus honores, reditus, aut divitias, aut quicquid sapit mundum, nullatenùs nos exaudias: Sed quando petimus à te, quæ concernunt honorem Filij tui, æterne Pater, quare non exaudias nos, millies tradituras honorem & vitam pro te?* Et paulò inferiùs: *Respice, Deus meus, desideria mea & lacrymas, quibus hoc à te efflagito: & ob te ipsum, operum obliviscere meorum, & miserere tot pereuntium animarum, & adjuva Ecclesiam tuam: nec amplius Domine permittas damna in Christianismo. Illumina jam tenebras istas.* Et quantùm in hoc zelo propagandæ Fidei, salutisque animarum Beata Teresia præstiterit (ultra testes relatos, & maximè Confessarios illius, Præsules, & viros gravissimos) latè firmarunt ejusdem Beatæ vitæ historici.

& etiam pro concionatoribus:

ferventissima ejus desideria, & preces:

2385. Quartò, apparet Beatam Teresiam eò firmiùs, & securiùs mysteriis Fidei adhæsisse, quò ea sublimiora & obscuriora sibi videbantur. Dicebat enim (ut in libro suæ vitæ scribit) Dei sapientiam, & potentiam eò altiùs demonstrari, quò altiora essent mysteria. Et ex hac consideratione quemdam affectum tenerum, & devotionem excitatam in se cognoscebat. Ex quibus patet firmissimam intellectus adhæsionem, sive assensum Fidei veritati præstitum à Beata Teresia, quin & voluntatem illius vehementer affectu pietatis indè exorto commotam: quale legitur de Sancto Augustino recenter converso, & Fidei veritatem considerante, in libro Confessionum cap. 6. Et simul cum ista fidei certitudine, erat tanta cognitio, quam habebat Beata Teresia mysteriorum Catholicæ Fidei, quòd (ut notat Reverendissimus Tirasonensis, ubi supra) quasi alter Moyses inspiceret Deum invisibilem, fide adeò vivâ, ac si illum clarè vidisset. Unde eadem Sancta sæpè dicere solebat, se non invidere illis, qui in hac vita oculis corporeis viderunt Christum Redemptorem nostrum: Videbatur enim ipsi, quòd oculis fidei ipsum præsentem in Sanctissimo Sacramento altaris intuebatur, ita ut quantùm ad hoc, gaudebat illius præsentiâ corporali. Ex quâ fidei certitudine & evidentiâ rerum illius, quasi illas oculis corporeis videret, desumitur habuisse gratiam gratis datam, quam vocat D. Paulus (a) *Gratiam Fidei*: & ex cognitione altissimorum mysteriorum Fidei, & convenientiæ, quam inter se habere intellexit, dignoscitur effectus doni intellectus, quod clarificat, & perficit valde ipsam Fidem, & quantò magis participabat donum istud, tanto magis in ea augebatur clara cognitio istarum Fidei veritatum.

sublimioribus & obscurioribus fidei mysteriis firmissimè assensum præbuisse:

quasi ea oculis clarè vidisset:

(a) 1. Cor. 12.

2386. Quintò, facit ad idem, ipsam Beatam Teresiam numquàm tentationem contra Fidem habuisse. Sic testatur Reverendissimus Tirasonensis, ejus Confessarius, loco supra citato. Timuit autem adeò ipsamet, ne quid Catholicæ Fidei adversum, vel parùm consonum, ex ignorantia diceret, aut scriberet, ut sollicitè suos Confessarios, & spiritûs examinatores precaretur, admonerent ipsam, si quid ejusmodi animadverterent. Quin etiam aliquandò se ipsam sanctæ Inquisitionis officio examinandam offerre cogitavit, ut nihil non purum in Fidei doctrinâ forsitan obreperet, ut probat nonus testis, in Compulsoriali Abulensi, & affirmat præfatus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, loco supra citato.

tentationem contra fidem numquam habuit:

2387. Sextò, ut ex infra dicendis suo loco apparebit, Beata Teresia excellenti charitate præstitit: Sed sic est, quòd charitas est forma Fidei, per illam enim actus Fidei formatur, ac perficitur, juxtà D. Thomam (a). Actus etiam Fidei ordinatur ad objectum voluntatis, quod est bonum, sicut ad finem; hoc autem bonum, quod est finis Fidei (scilicet bonum divinum) est proprium objectum charitatis: Et ideo charitas dicitur forma Fidei, in quantùm per charitatem actus Fidei perficitur, & formatur, ut notat ipse D. Th. ubi supra. Ex quibus elicitur, Beatam Teresiam excellentissimam Fidem habuisse, sicut & formam ejusdem virtutis, quæ est charitas, quâ in gradu heroico, (ut infra dicetur) fuit prædita.

fides S. Teresiæ excellenti charitate formata,

(a) 2. 2. q. 4. art. 3.

fuit excellentissima.

ARTICULUS III.

De firmissima spe S. Teresiæ.

2388. SPES *est virtus Theologica, quâ homo à Deo, ut primario & præcipuo Authore, æternam beatitudinem sperat.* S. Thomas (b) juxtà illud Apostoli ad Hebræos 6. *Habemus spem incedentem ad interiora velaminis*, hoc est: *Incedere facientem ad beatitudinem cælestem*, ut Glossa exponit. Quibus ex verbis patet, hoc esse proprium Spei, ut hominem Deo fidentem per viam salutis incedere, & erecto corde obstantia quæque superare faciat. Quod in Beatæ Teresiæ actibus apertissimè dignoscitur, & apparet ex sequentibus.

(b) 2. 2. q. 17. art. 1. 2. & 4.

Spes quid sit:

2389. Primò. Perfecta Spes desumitur ex perfecto modo sperandi, qui consistit in duobus; scilicet quòd sit in solo Deo, & ex toto corde. Undè dicitur (c) *Habe fiduciam in Domino, ex toto corde tuo.* Et ut significaretur esse in solo Deo sperandum, additur: *Et ne innitaris prudentiæ tuæ.* Et Hieremiæ c. 17. dicitur: *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Et hunc modum perfectum sperandi explicat D. Thomas (d). Ut enim quis dicatur sperare in solo Deo, oportet ut solum ipsum

(c) Prov. 3.

(d) 2. 2. q. 17. art. 4.

Deum

XV. Octobr.

Deum speret tamquam finem, reliqua verò creata bona, tantummodò amet & speret, quatenùs sunt necessaria, vel magis conducentia ad bonum æternum consequendum: Sed quòd Beata Teresia speraverit in solo Deo, & ex toto corde suo, nullatenusque innixa prudentiæ suæ, aut viribus suis, probant quàm plures testes, & benè ex ejusdem verbis descriptis in Relatione illius vitæ demonstratur, cùm dixit ipsa verba hæc: *Omnia mihi defint, mi Domine, at si tu mihi non defis, ego tibi minimè deero. Omnes doctrinâ insignes mihi adversentur, creaturæ omnes me persequantur, dæmones me torqueant, dummodò tu Domine mihi adsis: Experientiâ enim perspectum habeo, quanto augeas lucro eos, qui in te solo confidunt.* Et tanta erat istius Sanctæ Virginis fiducia in solo Deo, ut homines, illorumque favores quasi nihilum reputaret. Ut in alio loco Relationis vitæ suæ demonstravit his verbis: *Usque nunc mihi videbar habere indigentiam aliorum, habebamque fiduciam in adjutorio Mundi, nunc verò clarè intelligo vanum esse in illis sperare: Habeo enim experimentum, quòd unicum & verum remedium sit accurrere ad Crucem, & confidere in illo, qui in eâ passus fuit, quem invenio verum amicum.* Et in ultima suarum exclamationum his notatu dignis verbis eam, & totum librum finivit: *Malo vivere, & mori in spe & cursu vitæ æternæ consequendæ, quàm possidere omnes mundi creaturas, omniaque illius bona, quæ tandem finem habitura sunt. Ne me derelinquas, quæso, Domine, quia in te confido, ne spes mea confundatur. Et dummodò ego semper tuo sim divino servitio tradita, fac Domine cum famula tua secundum tuum divinum placitum.*

S. Teresia sibi diffidens, in solo Deo firmissimè sperans;

ideo pro nihilo habens favores hominum:

2390. Secundò, est efficax argumentum istius in Deo solo perfectissimæ spei, magna securitas, absque ulla dubitatione, aut hæsitatione, & certitudo excludens omnem timorem vanum, & sollicitudinem superfluam, juxta S. Thomam (a) & juxta illud Apostoli (b). *Scio cui credidi, & certus sum quia potens est, depositum meum servare in illum diem.* Et ab hac vana sollicitudine procurabat Christus Redemptor noster liberare Apostolos suos (c) fundando in illis spem perfectissimam, quando dicebat: *Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, &c.* Ex quibus, quantùm splenderit Beata Teresia, in solo Deo perfectissimam suam spem collocando, satis deprehenditur ex quamplurimis locis prædictæ Relationis vitæ suæ, nec non ex historia de Fundationibus suorum Monasteriorum. Ubi mira & notatu dignissima circa hanc virtutem Spei, ac maximam ejus in Deum confidentiam sparsim inveniuntur: & probant plures testes, præsertim Christianus Pater Julianus de Avila ejus Confessarius, & socius in itineribus, quando ad fundanda monasteria se conferebat. Qui tamquam testis oculatus, latè & optimè circa hæc deponit, ut in Compulsoriali Abulensi. Et quadragesimus nonus, in Remissoriali Abulensi, & trigesimus septimus, in Remissoriali Salmantino & in Compulsoriali Toletano, decimus testis, Confessarius Beatæ Teresiæ.

excluso vano timore & superflua sollicitudine.

(a) 2. 2. q. 118. art. 4

(b) 2. Timot. 1.

(c) Mat. c. 6.

perfectissimè spem in solo Deo collocas:

2391. Tertiò istius perfectæ spei indicium elicitur, si quis indigens aliqua re, statim ad illum, in quem sperat, confugit, illumque interpellat: Ut benè colligitur ex cap. 3. Proverbiorum: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ;* statim subditur: *In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* Quod clarissimè reperitur in Beata Virgine Teresia, quæ cùm in solo Deo ex toto corde perfectissimam Spem haberet, ad solum Deum in omnibus suis necessitatibus, & laboribus accurrebat, ab ipsoque solo adjutorium in suis necessitatibus, & periculis sperabat. Quod, præter probationem multorum testium id affirmantium, evidenter constat ex discursu totius vitæ Beatæ Teresiæ, & ponderatur optimè ab ipsis gravissimis Historicis referentibus casus particulares, in quibus recursum ad solum Deum in majoribus periculis, Beatam Teresiam habuisse dicunt: præsertim cùm itinerum discrimina imminerent, ut cùm Abulâ Salmanticam pergeret, nox tenebrosa, & obscurissima ad fluminis ripam supervenit, præsensque periculum itineris comites adeò tersuit, ut fluvium trajicere non audentes, attoniti hærerent. Tunc illa firmissimâ in solo Deo spe roborata, ait: *Trajicite, Deum vrate.* Mox autem ipsa prima periculum aggressa est, statimque quasi fax quædam aliquantulùm distans præire, ac prælucere miraculosè visa est, donec omnes incolùmes transierunt. Quem & alios perfectissimos actus spei, & confidentiæ in Deum, referunt Reverendissimus Tirasonensis, & P. Ribera libr. 4. c. 14. & probant de visu, decimus nonus testis, in Remissoriali Toletano, & duodecimus, in Compulsoriali Abulensi.

& ad Deum in omni necessitate fiducialiter recurrens:

in gravi quodam periculo quantæ ejus fuerit fiducia:

2392. Quartò, perfectissimæ spei argumentum clariùs desumitur, quantùm difficilior est res, quæ speratur. Unde Paulus ad Romanos (a) probat spem Abrahæ fuisse excellentem, in hæc verba: *Qui contra spem, in spem credidit;* Et infra: *Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cùm jam fere centum esset annorum. In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentiâ, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcumque promisit, potens est & facere.* Sed sic est quòd Beata Teresia in difficillimis perfectissimam suam spem probavit. Id apparet primò in erectione cordis ad tentandam istius Religionis reformationem. Quod fuit proculdubio mirabile, & opus summè difficile, præsertim peragendum à muliere, paupere, ægrotâ, solâ, & in monasterio clausâ. Et tantò res fuit difficilior, quantò validiora invenit impedimenta obstantia, & contradictiones, maximè in erectione primi Monasterij Abulæ, & posteà ferè in cæteris omnibus aliis fundationibus, omni humano auxilio destituta, & pluribus periculis exposita, diversas Provincias peragrando.

(a) cap. 4.

in difficillimis perfectissima fuit S. Teresiæ spes:

2393. Quæ

XV. OCTOBR.

2393. Quæ omnia, quàm difficilia sint, etiam in homine potentissimo, & viribus, favoribusque munito, quis ignorat? Quantò ergò difficiliora, in Muliere, paupere, ægrâ, & sola, ut diximus? Nihilominùs numquàm in medio tot difficultatum, & contradictionum, periculorumque huic Sanctæ Virgini defuit firmissima spes in solo Deo, & ex toto corde, nulla illam adversitas fregit, nihil nisi culpam timuit, & (encomio Abrahæ digna) in spem, contra spem credidit, illaque solâ spe munita, omnia prædicta tentavit, curavit agere, & omninò perfecit: Ut de omnibus prædictis apparet in libro Fundationum prædictorum Monasteriorum, ab ipsamet Beata conscripto, & deponunt quamplures testes de visu, & certâ scientiâ. Inter quos aliqui sunt Confessarij Beatæ Teresiæ. Et testatur Reverendissimus Tirasonensis, dicto libro 3. c. 11. quòd existente Beatâ Teresiâ Toleti, ubi præsens adfuit idem Dominus Episcopus, ipsa recepit litteras Provincialis Ordinis, in quibus referebat negotia Religionis, & Fundationes Monasteriorũ esse in maximo periculo, omniaque cœpta destructum iri, & quòd ipsa Beata Virgo erat habita pro muliere inquieta, & prava. Quibus litteris perlectis, nullatenùs illius animus fuit turbatus, nec spes diminuta, sed invicto animo altiùs se erigebat, ac solabatur. In orationeque paulisper recollecta, statim ac si oculis videret quæ posteà evenerunt, prædicto D. Episcopo, suisque Monialibus, (quæ aderant) hæc verba fuit locuta: *Labores quidem patiemur, sed Reformatio nostra erit permansura.* Sicque deindè propositum, quod in animo conceperat, contra totius Orbis impetum, fœliciter successurum sibi persuasit. (Res nova, fides nova certè videtur, cui bene possit acclamari. O mulier, magna est fides tua!) Quantò enim spes progressus istius Reformationis decrescebat, & minuebatur in omnibus aliis (etiam literatissimis ac religiosissimis viris) tantò majorem fiduciam in solo Deo Beata Virgo Teresia habebat, dicens quòd omnes illas perturbationes ordinabat Dominus noster ad meliorem finem: quod exitus comprobavit; ut ex multis locis Relationis ipsius vitæ, & fundationum Monasteriorum constat, & probant testes proximè citati, & comprobant supradicti, Episcopus Tirasonensis, & Doctor Ribera in suis historiis.

in spem contra spem credens:

ubi alij minimè & quasi desperabant, ipsa firmissimè sperabat in Deo:

2394. Quintò ejusdem spei argumentum desumitur ex erectione istorum monasteriorum sine annuis redditibus, ut deponunt in Remissoriali Abulensi, quadragesimus septimus testis, & quadragesimus nonus, & in Compulsoriali Abulensi, decimus testis, & in Remissoriali Salmantino, trigesimus septimus testis, & in secunda parte Remissorialis Toletani, Reverendissimus Episcopus Calaguritanus, & alij plures. Et quia non deerant, qui Beatæ Teresiæ consulerent, quòd ordinaret ut monasteria ista haberent redditus, undè viverent, occasione hujus ipsa in suis libris dixit hæc verba: *Invenio in me multoties quandam adeò magnam in Deo fidem, in credendo, non posse Deum deficere suis servis, & non dubitando aliquo modo, quòd ullo unquam tempore verba Dei deficiant, quod nullatenùs potest mihi aliud suaderi, nec possum timere. Sicque sentio maximam molestiam, quando mihi consulitur, quod admittam in monasterium annuos redditus, & tunc me totam converto ad Deum.*

argumentum aliud magnæ ejus fiduciæ:

2395. Sextò cognoscitur spem alicujus fuisse excellentem ab operibus sanctis, quæ operatus fuit. Non enim videtur posse fieri, quempiam magna opera facere absque magna spe, juxta illud (a). *Debet in spe qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi.* Et quoad hoc eadem est ratio de fide, & spe. Undè Paulus ad Hebræos 11. definit fidem per spem, tamquam per effectum, dicens: *Fides est sperandarum substantia rerum, &c.* Unde cùm Beata Teresia ita rectè, justè, sanctè, & excellenter operata fuerit, (ut ex toto discursu vitæ suæ apparet, & ex adductis superiùs, & infra dicendis probatur) sequitur necessariò dicendum, habuisse excellentem, firmissimamque spem in solo Deo, ex toto corde suo.

(a) 1. Cor. 9.

sancta, & magna Teresia opera demonstrant excellentem ejus spem:

2396. Septimò, & ultimò arguitur, quòd istam excellentem spem habuit Beata Teresia, in illaque usque ad ultimum vitæ extremum perseveravit, ex ardentissimo desiderio ex hac vita migrandi, ut summo bono frueretur. Hoc probant testes, qui affirmant, quòd illa elevando sæpe oculos ad cælum, & itidem cor, considerans bona, quibus frui sperabat, extra se rapiebatur. Quod etiam Beata Virgo in Relatione suæ vitæ comprobat his verbis: *Majus servitium quod Deo offero, illud est, quod cùm mihi sit adeo molestum, ab ipso separari, velim tamen pro ipsius amore vivere.* Et in quadam aliâ relatione scriptâ suo Confessario sic dicit: *Aliquibus diebus recordor pluries dicti D. Pauli, quod nec mihi videor vivere, nec loqui, nec habere proprium velle, sed vefidet in me qui me gubernat, & fortificat, & incedo quasi extra me, & sic mihi est maxima pœna, & molestia ipsa vita.* Et in alio loco dicit: *anxior quia vivo, & quia videtur mihi, quòd desiderium non vivendi nullum habet remedium, & medium videndi Deum est ipsa mors, quam non possum à me accipere. Et sic anima mea videtur, quòd omnes fruantur consolationibus præter ipsam, & quòd omnes inveniant medelam suis laboribus, illâ tamen exceptâ.* Et hoc quidem clarissimè & dulcissimè, diversis conceptibus exposuit in quibusdam versibus, linguâ Hispanâ, ab eademmet compositis (quos ad litteram refert Reverendissimus Tirasonensis, dicto libro tertio, cap. 23.) dignis quidem, ut litteris aureis describerentur. Quorum sensus, & scopus ille est, quòd sancta Virgo Teresia dicebat, habere spem vitæ adeò excellentis, (nempe æternæ) quòd mortem tantò plus amplius sitiebat, quantò illa dilatabatur, sicque cupiebat cum Apostolo *dissolvi, & esse cum Christo.* Quod non tam ardenter cuperet, nisi firmissimè sponso suo se fruituram speraret.

usque ad ultimum vitæ

id testantur inflammata desideria ejus fruendi Deo:

expressa verbis ejus enarratis,

& versibus aureo inscribi dignis.

Quam

Digitized by Google

XV. OCTOBR. Quam perfectissimam spem, morti proxima satis apertè monstravit, cùm mirâ securitate, coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, dum illud divinum Viaticum susscipere volebat, quasi amore languens dixit verba hæc: *O Domine, ô sponse mi, accessit tandem tempus optatum, æquum est ut te videam, tempus est mi Domine, ut ex hac vitâ migrem: fiat, obsecro, juxta placitum tuum. Venit demùm hora, quâ hoc exilio eripiar, & te fruar, quem tam ardenter expetivi.* His & aliis dulcissimis verbis animam Deo reddidit, prout probant testes quàm plures, præcipuè octo Moniales, quæ in beatissimo illius transitu præsentes fuerunt.

ac dulcissimo cantu lyræ.

ARTICULUS IV.

De ardentissima Charitate Beatæ Teresiæ erga Deum.

(a) 2. 2. q. 23 art. 3. (b) lib. de morib Eccl. c. 11.

2397. TEste D. Thoma (a) & D. Augustino (b): *Charitas, est virtus, quæ nos Deo conjungit, & qua attingit ipsum Deum, ut in ipso fiatur, non ut ex eo aliquid nobis proveniat.* Undè ista virtus, est quâ Deum summum bonum diligimus propter ipsius bonitatem, reliqua autem omnia in ipso, & propter ipsum: sicque Charitas inter omnes virtutes principatum obtinet, estque quasi cæterarum virtutum mater. Ut Divus Thomas, ibi suprà (c) habet. Ex quâ excellentissima virtute duo filij nascuntur, nempe amor Dei, & proximi. De quorum primogenito, in hoc articulo sermonem facimus. Illum namque in Beatâ Teresiâ in gradu heroico, ac eminentissimo reperiri constat, ut ex sequentibus clarè patebit.

CHARITAS *quid sit:*

virtutū omnium mater:

(c) 2. 2. q. 23. art. 6.

cujus duo filij, amor Dei, & proximi:

primogenitus (Amor Dei) in S. Teresia eminentissimus:

2398. Primò istius divini Amoris indicium manifestum desumitur ex cæteris aliis virtutibus, quibus illam Deus condecoravit, ut ex superiùs adductis, & infra dicendis constat: Ut enim testatur D. Th. supra, art. 8. *Charitas dat formam actibus omnium aliarum virtutum, sicque ipsa est forma illarum*; cùm per ipsam actus omnium aliarum virtutum ordinentur ad ultimum finem, nempe summum bonum. Et à Charitate reliquæ virtutes vivificantur, juxtà Apostolum ad Colossenses cap. 3. dicentem: *Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Et 1. ad Corinthios cap. 1. *Finis autem præcepti est charitas.* Et 1. ad Corinth. 13. *Charitas patiens est, benigna est, omnia credit, omnia sperat.* Unde cum (ut diximus) cæteræ aliæ virtutes in Beatâ Teresiâ adeò eminenter resplenduerint; sequitur formâ illarum, nempe Charitate ardentissimâ erga Deum, præditam fuisse. Secundò hoc idem demonstratur ex mente intensâ, quam perseveranter Beata Teresia in Deum habuit, ut ferè numquam ab illius præsentiâ, & divinâ consideratione, vel contemplatione recesserit, ad instar ardenter amantium, qui die noctuque de personâ dilectâ fideliter, intenseque cogitant. Qualiter Beatæ Teresiæ evenit, cùm quadam perenni Dei præsentiâ semper illius menti impressâ. Et probant plures testes: quòd amor, quem habuit Beata Teresia, fuit adeò perfectus & immensus, adeò excellens, & in altissimo gradu, ut fuerit potius Amor, & dilectio Cherubin, quàm mulieris.

cæteras virtutes ejus eminenter perficiens:

hinc perennis erat mēti ejus impressa Dei præsentia:

& amor illum Cherubicus:

2399. Tertiò, ad idem nos induxit, quòd dicta Beata Teresia Deum super omnia propter ipsum solum amavit, ut gloriæ ejusdem Dei omnipotentis desiderio semper arserit, eamque augeri summè, summisque laboribus curaverit, tam in reformatione istius Ordinis, illiusque propagatione, quàm in mirabili doctrina librorum, quos conscriptos reliquit, ac in omnibus aliis suis actionibus, & virtutibus heroicis, quibus semper præluxit, ad majorem gloriam Dei, & utilitatem animarum, non quærens quæ sua erant, sed quæ Jesu Christi. Quod ipsa in Relatione suæ vitæ dixit his verbis: *Videtur mihi honorem meum consistere in eo, quòd Dominus noster laudetur, & reliqua omnia parvipendo. Ipsò enim conscius est, quòd nec honorem, nec vitam, nec gloriam, nec bonum aliquod corporis, vel animæ volo, nec desidero, nisi Dei omnipotentis gloriam.* Quod etiam monstravit affectio, quæ animum ejus vehementer cruciabat, è multitudine hæreticorum & ardens desiderium, quo erga illorum conversionem flagrabat, & continua sollicitudo, quâ pro prædictis semper Deum precibus exorabat, ut ipsius Dei gloria magis augeretur, sæpèque hoc idem suis Monialibus valdè commendabat, & ad hunc finem Deum illas in unum congregasse monebat: ut ex doctrina suorum librorum multis in locis constat.

Dei propter ipsum solum amans:

omniaque opera ad illum purè dirigens:

non quærens quæ sua sūt,

hinc illam cruciabat multitudo hæreticorū:

2400. Quartò accedunt prædictis efficax propositum, curaque continua sui ipsius, suarumque actionum, & cogitationum, quam habebat non offendendi Deum, sibi adeò dilectum, nedum culpâ veniali, & levi, verùm nec actu aliquo minoris perfectionis. Ex quo processit illud *Votum rarum, ac notatu dignum, quod emisit*; nempè *semper agendi quod inter multa, quæ illi occurrerent, gratius, & acceptius Deo sibi videretur*: Ita ut per talem voti emissionem, non solùm voluerit, quòd placitum esset Deo adimplere; (quod amoris istius magnum signum fuisset, juxta illud Joannis cap. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit*) Sed etiam tamquam illa, quæ inter istas amoris flammas ardebat, voluerit, & quod perfectius, & quod Deo acceptius judicaret, illud exequi, & ad id voto se astringere. Quod & Deo fideliter reddidit, præ nimio amore, quô illum propter se ipsum prosequebatur, ut totius vitæ ipsius cursus probat. Quintò, quo istius Amoris divini in Beata Teresia fortissima vis ostenditur, est molestia gravis, quæ ob Christi absentiam, cor ipsius tamquàm sagitta transfixum affligebat, & ex qua animam exhalare sibi videbatur, ita ut voces, (amoris signa) eum absentiæ dolorem ferre non posset, ederet: Sextò, signum istius heroici Amoris in Beata Teresia desumitur, ex eo quòd sæpè ex

& sollicitè vitabat etiā minimam culpam venialem:

imò votum heroicum emisit,

facilli sem- per quod Deo acceptius:

Christi ā- mor quid in ea efficeret:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

ejusdem divini amoris impetu, ecstasim passa fuit, ut infrà dicemus latiùs. Pro nunc sufficiat illud, quod contigit ei Salmanticæ, cùm audiret canticum de Christo amatorium, & Toleti, dum matutinas preces persolveret. Utrobique enim prædicto amoris impetu extra se rapta fuit.

amoris impetu sæpè extra se rapta:

2401. Septimò, prædicta confirmantur, ex multiplici fomento, quo Christus in ancilla sua, flammam vehementer ardentem multò amplius excitavit. Prout quando misit Angelum vultu decorum, qui jaculo ignito illius viscera trajecit, & ineffabili amore æstuantia reliquit. Ut probant testes plures: & ipsamet Beata Teresia illud confirmat, in libro suæ vitæ cap. 29. & eadem scriptum reliquit, quòd Christus ipse ei manum dexteram porrigens dixit ASPICE CLAVUM HUNC, QUI TE SPONSAM MEAM EX NUNC FORE SIGNIFICAT, HONOREM DEINCEPS MEUM QUÆRES, NON MODO UT CREATORIS, REGIS, AC DEI TUI, SED UT VERA SPONSA MEA. JAM MEUS HONOR TUUS, TUUSQUE MEUS EST. Quæ verba incredibile divini Amoris Seraphici incendium in corde Beatæ Virginis Teresiæ excitarunt. De quâ certè, his & aliis divinis favoribus, & gratiis, necnon tot virtutibus heroicis condecoratâ & illustratâ, loqui videtur D. Gregorius Homilia 34. in Euangelia dicens: *Sunt nonnulli, qui supernæ contemplationis facibus accensi, in solo Conditoris sui desiderio anhelant, nihil jam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore pascuntur, terrena quæque abjiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, amant, & ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt; amando ardent, loquendo, & alios accendunt, & quos verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo ipsos nisi Seraphim dixerim, quorum cor in igne conversum lucet, & urit? quia & mentium oculos ad superna illuminant, & eos compungendo in fletibus vitiorum rubigine purgant.* Hæc D. Gregorius. Octavò, quòd apertissimè Amorem Dei inæstimabilem erga suam sponsam Teresiam arguit, fuit impetus amoris ultimus, & maximus, quem morti proxima sensit, ex quo potiùs, quam ex vi morbi se obijsse, revelavit ipsa, pro consolatione suarum Monialium, matri Catharinæ à Jesu, Priorissæ Conventûs Oppidi de Beas, mulieri spectabilis virtutis, quæ suo Patri Provinciali, ac Confessario hanc revelationem enarravit.

Angelus jaculo ignito illius viscera trajecit:

à Christo in sponsam assumpta;

inde Amoris Seraphici incendio exarsit.

Amoris impetus ultimus animâ à corpore separavit.

ANNOT. Singula præfata puncta per plures testes in Actis Canonizationis confirmantur.

ARTICULUS V.

De immensa Charitate erga proximos.

2402. RAtio diligendi proximos est ipse Deus, juxta D. Thomam. (a) Undè cum articulo præcedenti demonstraverimus Beatam Teresiam Deo perfectissimè per charitatem adhæsisse; videtur etiam in proximos perfectissimam charitatem habuisse. Quod ex sequentibus facilè constabit. Primò, quia si probatum reliquimus ardentissimum amorem Beatæ Virginis Teresiæ erga Deum, ex eo necessariò infertur observantia præceptorum illius, juxtà illud Joannis (a) supra relatum. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.* Undè & cùm inter alia præcepta illud sit maximè à Deo commendatum, quòd quis *diligat proximum suum sicut se ipsum*, (b) sequitur, hoc præceptum ad unguem observasse Beatam Teresiam. Secundò, idem comprobatur ex immenso salutis proximorum desiderio, quo illos Deo conciliare, & hæreticos maximè, ad ipsum convertere optavit: Quæ propria charitatis nota est. Ut enim dicit S. Thomas, (c) hoc debemus diligere in proximo, ut in Deo sit. Quod quàm excellenter præstiterit Beata Teresia, qualemque animum quasi Apostolicum in proximorum salute procuranda ostenderit, vitamque propriam animarum saluti dicaverit, probant testes plures.

(a) 2. 2. q. 25. art. 1.

Ratio diligendi proximum, est Deus ipse;

(a) cap. 14.

ex cujus amore perfectissimo, perfectissimus fuit Amor erga proximum:

(b) Matth. 22.

(c) 2. 2. q. 25. art. 1.

pro quorum salute vitam suâ dicavit:

2403. Tertiò idem petitur ex adductis in præcedentibus articulis circa Reformationem istius Religionis, & illius propagationem, & Monasteriorum erectionem: suos, suarumque filiarum labores, pœnitentias & orationem continuam, ad majorem gloriam Dei, salutem animarum pereuntium, & maximè hæreticorum, zelo charitatis ardentissimo inflammata fieri semper curavit. Ut probant suprà proximè relati; uberrimos fructus in Ecclesiâ Dei ex hac sic reformatâ Religione, tam Monialium, quam Fratrum, vitæ exemplo, ac doctrinâ subsequutos fuisse, ac indies sequi affirmantes. Et comprobatur ab eventu quamplurium animarum, quas ipsa Beata, dum vixit, suis orationibus, efficacissimisque persuasionibus; & ab æterna damnatione, & à Purgatorij pœnis liberavit. Ut in Compulsoriali Abulensi, probant secundus testis, dicens, se scire Beatam Teresiam mediantibus suis orationibus, verbis, & salutaribus consiliis, duas personas nobiles, virum, & fœminam, in peccato cum scandalo per aliquod tempus perseverantes, ab illo peccati & scandali actu avertisse: & decimus testis, Confessarius illius, & in Compulsoriali Toleti, decimus testis P. Ægidius Gonzalez de Avila, Societatis Jesu, etiam ipsius Confessarius, sic ait: *Charitatem autem illius scit iste testis in pluribus casibus particularibus, nempe in Religiosis perditis, quos reduxit, & in aliis animabus valde semotis, & deviis.* Et ipsa in Relatione suæ vitæ cap. 38. plura ejusmodi refert, & latè ex prædictis historiis supra relatis constat.

suos, suarumque filiarum labores, & orationes ad eumdem finem obtulit:

hoc medio plurimi ab æterna damnatione præservati:

2404. Quartò, argumentum in comprobationem prædictorum petitur ex lachrymis, & dolore summo, quò torquebatur, si aliquis egregius salutis animarum operarius è vita migrasset: *quia illius morte* (dicebat ipsa) *proximorum adjutor & Ecclesiæ defensor deficiebat.* Prout evenit in obitu sanctæ memoriæ Pij V. & viri illius Apostolici, Patris Joannis Avilæ. Quintò, idem elicitur à consuetudine

Amoris eximij erga proximos argumenta alia:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

suetudine solandi afflictos. Ut cùm Burgis in hospitali quodam moraretur, maximâ charitate ægrotos visitare, eisque favere consuevit. Quod & in aliis occasionibus plurimis afflictionum corporalium, & spiritualium, tàm suarum Monialium, quàm aliorum, sæpius assuevit facere. Sextò, prædictis accedat erogatio libentissimè facta eleëmosynarum. Et inter multa, illud memorabile est, quòd cùm Toleti pauperem nudis brachiis incedentem vidisset, detractas sibi manicas ei largita est, imitata Sanctum Martinum, qui parte propriæ chlamydis inopem contexit. Septimò, hocmet confirmat (& tantò dignius laudè dignoscitur, quantò perseverantius est) propositum illud, quo in animo suo decrevit, nullum transigere diem sine peculiari aliquo charitatis actu proximis impenso. Quod adeò fideliter observavit, ut si fortè interdiù occasio prædicti propositi exequendi non se obtulisset, noctu, cum Moniales à Choro, vel alio loco egrederentur, eis lucernam præferret, nè occasionem illam exercendi charitatem in proximos illo die amitteret.

pauperi manicas sibi detractas largitus:

omni die peculiare aliquod charitatis opus exercebat:

2405. Octavò, idemmet petitur à singulari dilectione inimicorum, & persecutorum. Non enim defuerunt (divinâ permissione) multi, & inter illos viri gravissimi, quorum persecutionibus Beatam Teresiam Deus tentavit, & tamquam in fornace ignis probavit. Quos nihilominùs affectu, verbis, & operibus propter Deum dilexit, quod pertinet ad perfectionem charitatis, (ut tradit D. Thomas (a)) illisque omnia bona opera impendere curabat, & de illis in suâ præsentiâ detrahi non permittebat, quin potiùs illorum defectus, quantum poterat, excusabat, & illos suis precibus Deo commendabat, exemplo Beati Prothomartyris Stephani, qui (ut ait S. Augustinus sermone 2. de Beato Stephano) *cum lapidaretur, non solùm non expectabat de persecutoribus reportare vindictam; sed eis potiùs à Deo veniam postulabat.* Novit igitur Beata Teresiâ (sicut de isto Sancto canit Ecclesia) pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum. Quod adeò verum & notum fuit, ut Reverendissimus Dominus Aluarus de Mendoza, Episcopus Abulensis dicere soleret, quòd ut aliquis à Beatâ Teresiâ amaretur, medium efficax erat, ei injuriam vel damnum aliquod inferre.

inimicorum dilectio etiàm singulariter exercuit in ea,

(a) 2. 2. q. 25. art. 8.

ARTICULUS VI.

De Prudentiâ divinâ S. Teresiæ.

PRUDENTIA VERA *quid sit:*

2406. *Prudentia*, de qua agimus, *est illa vera, & perfecta, quæ ad bonum finem totius vitæ rectè consiliatur, judicat, & præcipit:* ut notat D. Thomas (b): dicit, hanc solam simpliciter dici prudentiam, & reperiri in justis, non verò in peccatoribus. Et istius est invenire medium virtutum moralium, ipsaque ad communia omnia laudabilium actionum principia cognoscenda, & ad earum circumstantias dijudicandas lucem subministrat, cæterisque virtutibus in his, quæ ad earum finem idonea sunt, deligendis, contrariisque repudiandis opitulatur: juxta eumdem D. Thomam (a). Quàm virtutem, tamquàm valde necessariam commendavit Dominus noster Jesus Christus Discipulis suis, quando illos misit ad prædicandum, dicens: *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* (b) Quantùm verò idem Dominus noster mittens Beatam Teresiam sicut ovem in medio luporum, hoc est in medio multarum contradictionum, difficultatum, & periculorum, obire diversas Provincias, pro erigendis monasteriis, & propagandâ Reformatione istius Religionis, illam hâc prudentia munierit, ex sequentibus patebit.

(b) 2. 2. q. 47 art. 13. in corp.

(a) ead. q. 47.

(b) Mat. 10.

cur, & qualiter Deus illâ virtute decoraverit S. Teresiam:

2407. Primò, benè in Beata Teresia, ista perfecta prudentiæ virtus desumitur ex cæteris virtutibus, quibus à Deo omnipotenti in excellenti gradu ornata fuit, ut ex toto illius vitæ decursu, & ex superiùs adductis, & infra dicendis clarè probatur. Ad quarum virtutum assecutionem, cùm medium necessarium attigerit per convenientem dispositionem (quæ propriè est prudentia, juxtà D. Thomam (c)) sequitur necessariò, Beatam Teresiam istam divinam prudentiam habuisse, cùm per illius medium, & dispositionem cæteras virtutes assecuta fuerit. Secundò hoc deprehenditur, ex prudentiâ, quâ inchoavit opus istius novæ Reformationis, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, adhibitâ maturâ consideratione præsentium, & futurarum rerum, quæ evenire poterant, prævidendo contradictiones, contradictoresque plurimos, vel specie pietatis, vel prudentiæ futuros; ut reverà illos invenit, qui validè ipsi (cum bonâ tamen intentione) adversati sunt. Nihilominùs Beata Teresia, quæ omnia prædicta prævìderat ab initio, tantâ prudentiæ dexteritate opus istud aggressa est, ut mediis efficacibus inventis, & summis difficultatibus superatis, finem quem optaverat, obtinuerit. Ad quem effectum ita se habebat cum Principibus, & aliis viris gravissimis, quos pati solebat adversarios, ut primo colloquio cum illis habito, ita illos convinceret, ut eosdem posteà fidelissimos adjutores, & defensores haberet.

idque in excellenti gradu:

(c) 2. 2. q. 47. art. 7.

id manifestè patet, in operè difficillimæ Reformationis:

miro modo superans illas omnes difficultates,

& ex adversariis sibi faciens defensores:

Prudentia ejus summa, & divina elucet in Constitutionibus:

2408. Tertiò, fundamentum summæ prudentiæ Beatæ Teresiæ elicitur ex legibus, seu Constitutionibus, quas tulit ad istius Religionis regimen, & gubernationem, adeò prudentes, ut ex illis facilè dignosci valeat, illam divino lumine in illis condendis fuisse illustratam. In quibus inter alia, illud valdè notandum est, (& de quo etiam sapientissimi viri mirantur) nempè, illa temperies suavitatis, & austeritatis, quâ istam Reformationem instituit, ut deponunt testes plures: & comprobat Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 2. cap. 38. in quo Constitutiones præcipuas, à præfatâ Beatâ Te-

mira ratione temperatis suavitate, & austeritate:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

resia suis Monialibus traditas, fideliter refert. Quartò, hæc eadem divina prudentia Beatæ Teresiæ dignoscitur ex eo, quòd (ut notat D. Thomas (a) præcipere est actus prudentiæ consistens in applicatione consiliatorum, & judicatorum ad operandum. Quò actu præcipiendi, quæ in suis Constitutionibus consuluerat, & quotidiè in suis admonitionibus animadvertebat, Beata Teresia mirificè usa fuit, dum vixit, ac suarum Monialium Monasteria rexit, & Fratrum Cœnobia direxit, adeò ut tamquam quoddam cæleste Oraculum sæpissimè à Prælatis consuleretur. Quintò argumentum istius mirabilis prudentiæ Ancillæ Dei Beatæ Teresiæ desumitur ex dono consilij, quo fuit prædita, quod juxta S. Thomam (b) prudentiam adjuvat, & perficit. Et in istâ Sanctâ Virgine istud donum consilij satis deprehenditur, ex illius responsis in rebus difficillimis, & in monitis planè divinis verbo, & scripto datis: quorum pars impressa circumfertur, & in admiratione habetur. Ut deponunt in secunda parte Remissorialis Toletani, primus testis Episcopus Calaguritanus, illius Confessarius, & in Remissoriali Abulensi, testis quinquagesimus quartus. Et in Remissoriali Salmantino, testis trigesimus septimus, & testis centesimus vigesimus primus, & in Compulsoriali Abulensi, decimus quintus.

(a) 2. 2. q. 47. art. 8.

à Prælatis velut Oraculum consulebatur,

(b) 2. 2. q. 52. art. 2.

etiam in rebus difficillimis.

ARTICULUS VII.

De Iustitiâ perfectissimâ S. Teresiæ.

2409. IUstitia, quantùm est una ex quatuor virtutibus Cardinalibus, dividitur à D. Thoma (c) in legalem, distributivam, & commutativam. Legalis autem est per quam omnium virtutum actus ad bonum commune ordinantur; distributiva dirigit distributionem communium bonorum in partes Reipublicæ; commutativa verò dirigit mutuos actus inter privatas personas. Quam virtutem perfectissimam in Beatâ Teresia reperiri probant sequentia. Primò, hoc docet ardens, & immensa dilectio, & charitas, quàm habuit in Deum & proximum, prout efficaciter jam suprà ostendimus. Et cum juxta Apostolum (d) *Plenitudo legis sit dilectio*; necessariò dicendum est, Beatam Teresiam, quæ plurimùm dilexit, exactè & perfectè legalem justitiam coluisse.

(c) 2. 2. q. 58. art. 5. & q. 61. art. 1.

JUSTITIA *quid sit:*

perfectissima fuit in S. Teresia:

(d) Rom. 13.

2410. Secundò idem desumitur ex timore filiali, quo illa semper legis, & mandatorum Dei transgressionem exhorruit. Quod adeò verum est, ut quamvis ipsa culpas suas, in relatione suæ vitæ exaggerarit (quod profundam humilitatem arguit) numquam tamen peccatum lethale commisisse, sed nuptialem gratiæ vestem in Baptismo susceptam, fidelissimè custodisse credatur, ut opera quæ fecit ab ineunte ætate, devotio quam habuit, timor Dei, & odium peccati, quibus semper fuit munita, amor divinus, quo exarsit, virginalis castitas, consilia quæ dedit, opus istius Reformationis quod perfecit, verba quæ semper de Deo fecit, scripta quæ reliquit, cæteræque ipsius virtutes, & actiones piæ & excellentissimæ in progressu totius vitæ, satis denotant. Et deponunt in prima parte Remissorialis Toleti, vigesimus tertius testis, ipsius Beatæ Teresiæ Confessarius, dicens quòd in totâ vitâ ipsius non fuit visa macula aliqua peccati mortalis in eâ. Et in secundâ parte Remissorialis Toletani, primus testis, Episcopus Calaguritanus & Confessarius, & in Remissoriali Abulensi, testis quadragesimus octavus, & alij plures: & tradunt Reverendissimus Tirasonensis, & R. P. Franciscus de Ribera, in historiâ, quam scripserunt de vita istius Beatæ.

hinc ex timore filiali etiam minimas noxas horrebat:

Baptismi gratiam credidit numquàm amisisse per peccatum mortale.

2411. Tertiò, idem comprobatur ex illo raro quodam voto, divinitùs (ut creditur) inspirato, quo in Superiorum suorum manibus promisit, se numquàm consultò peccatum veniale, vel imperfectionem cognitam commissuram, sed in omnibus, quod perfectius, & Deo gloriosius esset, quæsituram. Ut superius ubi de charitate in Deum diximus, & deponunt iidem testes proximè supra adducti. Ex quibus meritò inferri valet, illam, quæ sic se ipsam adstrinxit, longissimè à legis transgressione abfuisse. Quartò hocmet suadetur, ex illa accuratissima observantia Regulæ suæ Religionis, cui ipsa in victu & vestitu, cæterisque omnibus deditissima fuit usque ad mortem. Cui cùm propinqua esset, Monialibus instantibus, ut in illa hora eas aliquid moneret, quod illarum cordibus impressum maneret, ipsa Beata Teresia nihil aliud respondit, nec illis magis commendavit, quàm observantiam Regulæ, & Constitutionum. Undè cùm ex D. Thoma (a) justitia legalis, in Principe sit quasi architectonicè, in subditis verò quasi administrativè, videtur meritò posse inferri, in Beata Teresia quasi architectonicè istam justitiam legalem fuisse, cùm vivens ac moriens, exemplis & verbis subditas suas ad legum & Constitutionum custodiam impulerit.

votum fecit consuluò nullum peccatum veniale committere:

accuratissima fuit in Regula observantia,

quâ in morte suis maximè commendavit.

(a) 2. 2. q. 58. art. 6.

2412. Quintò, argumentum distributivæ Justitiæ quam etiam habuit Beata Teresia, desumitur ex officiis, quæ distribuit in sua Religione, quibus omni ratione humanâ, & acceptatione personarum neglectâ, semper præfecit Moniales, quas aptiores judicavit: nec per modicum tempus toleravit quas inutiles vidit, nè communi bono nocerent. Quòd servavit in acceptandis ad Religionem, absque respectu carnis, aut sanguinis: illudque apertè monstravit in repulsâ cujusdam neptis suæ, quæ jam fuerat habitu Religionis induta, quam cùm ineptam Religioni censeret, ab illa expulit, nõ obstantibus enixis precibus Monialium pro illius retentione, ut in prædictis historiis vitæ istius Beatæ legitur. Sextò, argumentum pro justitiâ commutativâ desumitur ex omnibus contractibus per Beatam Teresiam celebratis, in

Iustitia distributiva singulariter resplenduit in illa.

similiter & commutativa.

funda-

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

fundationibus Monasteriorum, & solvendis debitis, in quibus justissimè egit, nec cuiquâ occasionem querelæ dedit, ut ex ipsius vitæ Relatione, & ex libris Fundationũ Monasteriorum apparet. Ex quibus omnibus, & cæteris virtutibus; quibus Beata Teresia præstitit, potest jure optimo inferri, justitiam habuisse: non solùm quatenùs ipsa significat aggregatum quoddam ex iis omnibus, quæ hominem coram Deo justum efficiunt, (quæ justitia Christiana appellatur, juxta illud D. Pauli ad Rom. 6. *Liberati à peccato, servi facti estis justitiæ*) verùm etiam perfectissimam justitiæ virtutem, & ex illarum genere, quas (a) 1. 2. q. 61. art. 5. dixit D. Thomas (a) esse beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum.

ARTICULUS VIII.

De invictâ Fortitudine.

(b) 2. 2. q. 123. 2413. SEcundùm D. Thomam (b) quem in ista materia virtutum sequuti sumus) *Fortitudo est tertia virtus cardinalis, animum in gravibus & maximis periculis firmans, cohibens timorem, audaciam verò moderans.* Juxtà quam moderationem audaciæ, aggredi pertinet ad fortitudinem, sustinere autem, id est immobiliter sistere in periculis, pertinet ad repressionem timoris: & hic est principalior actus fortitudinis, juxta eundem D. Thomam, quòd autem Beata Teresia hac fortitudine mirabili fuerit munita, ex sequentibus convincimur. Primò ex eo quòd in bono, quod incœpit ab ineunte ætate in servitio Dei, usque ad mortem perseveravit, cum ingenti indies incremento, & imminentia pericula evadens, ut ex totâ serie illius vitæ clarè apparet. Quam perseverantiam, seu firmitatem vocat fortitudinem D. Thomas (c) 2. 2. q. 139. art. 1. (c) donumque Spiritus sancti. Et magis specialiter ista perseverantia considerari valet in opere ab ipsâ inchoato ingressus Religionis emissionisque professionis in illa, & posteà in aggressione Reformationis hujus Religionis, illamque ad finem perducendo, & in illa tandem, virtutibus clara spiritum suum Deo reddendo, & tanquam fortis athleta dimicando pro gloriâ Dei, & pro regno illius consequendo. Quod cùm (juxta sanctum Matthæum cap. 11.) *vim patiatur, & violenti rapiant illud*, Beata Teresia, suâ fortitudine, & perseverantiâ, hanc vim Regno cœlorum intulit, & eâdem fortitudine violenter illud rapuit.

Fortitudo quid sit:

ea mirabilis in S. Teresia:

2414. Secundò idem elicitur ex erectione primi Monasterij, in civitate Abulæ, ubi pericula, tumultus, & graves indignationes imminebant, prout in effectu evenerunt (tota enim civitas commota fuit) quibus se ut firmissimum murum opposuit, ut sanctum opus ad Dei gloriam perficeret. Prout etiam in reliquorum Monasteriorum fundationibus, præsertim in illâ Hispalensi, pericula, & difficultates gravissimæ non defuerunt, quas omnes ista virgo fortis virili animo superavit. Ut deponunt in prima parte Remissorialis Toletani, primus testis, Reverendissimus Episcopus Calaguritanus, & Episcopus Tirasonensis, & Episcopus Segobiensis, & alij testes plures. Tertiò hoc idem comprobatur ex quodam forti, & intrepido animo, quò viros gravissimos, & suo sancto intento adversos, alloqui pro Religionis negotiis gerendis assuevit. Ut contigit Toleti, ubi ex eadem causâ, graviter egit cum Gubernatore Archiepiscopatûs, D. Gomesio Tello Giron, qui ob contradictionem aliquorum, in dando licentiam ad inibi fundandum Monasterium, se difficilem reddebat, quem nihil verita corripuit, exponendo se periculo temporali, quod sibi evenire poterat, & sequendo illud Matthæi 10: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*; illum Beata Teresia allocuta fuit his verbis: *Intolerabile est, quòd illi, qui in delitiis degunt, velint impedire pauperculas quasdam Moniales, quæ nihil aliud prætendunt, nisi cum omni rigore, & clausurâ, consilia Euangelica servantes, Deo inservire. Considera quanta Civitas hæc posset amittere, si hæc non exequerentur: Denique quod de hujusmodi impedimento redditurus sis Deo rationem.* Et alia similia verba illi dixit, tali scilicet vi spiritus, & efficaciâ, ut ab eo statim licentiam impetraverit, ut ipsa in libro Fundationum scripsit.

difficultatibus gravissimis se ut murum firmissimum opposuit:

forti, & intrepido animo agebat cum viris primariis:

2415. Quartò idem comprobatur ex eo quòd S. Petrus Apostolus (a) nos admonet, dicens: *Vigilate, quia adversarius vester diabolus, tamquàm leo rugiens, circuit quærens quem devoret, cui resistite fortes in fide.* Et cùm Beata Teresia benè cognosceret astutias istius communis inimici, vigilavit, ipsique se opposuit, illiusque tentationibus ita fortiter in fide restitit, ut illum omninò devicerit, pugnando viriliter contra ipsum, dum vixit, induta armaturâ Dei, mediantibus operibus charitatis, justitiæ, & humilitatis, cæterarumque virtutum, quas mirabiliter, (ut dictum est) exercuit; quin & mediante istâ Reformatione, & Monasteriorum erectione, tendens ad hunc finem, ut scilicet diabolum, & opera ejus impugnaret, de illoque quotidianas victorias reportaret, relinquendoque in hoc eodem exercitio filios, filiasque quos in Deo generavit, qui fortes ipsi succederent in hujusmodi pugnâ, in quâ adeò frequenter inimicum superabat, ut mirabili, forti, ac piissimo ausu, illum jam ad certamen provocaret, quasi illum non timens juxta illud Jacobi 4: *Resistite diabolo, & fugiet à vobis*; ut legitur in ipsius vitâ, his verbis: *Si ego serva Dei sum, quare mihi non aderit fortitudo ad bellandum contra omnes tartareas potestates? Accipiebam crucem in manu, & verè videbatur, Deum talem mihi fortitudinem tribuere, ut absque timore ullo cum dæmonibus luctari non dubitarem. Videbatur enim mihi quòd illâ cruce, omnes dæmones facilè vincerem, ficque dixi: Venite modo omnes, quia cum Serva Dei sim, volo videre quid in me possitis. Et absque dubio videbatur mihi quod ipsi metuerent me. Et quoddam dominium, verè donatum ab*

(a) Epist. can. 1. c. 5.

Quam viriliter expugnaverit astutias, & tentationes dæmonis:

Digitized by Google

universorum domino, contrà omnes illos mihi remansit, taliter quod non pluris eas quàm muscas faciebam. Quintò, non minùs fortis evasit B. Teresia in periculis corporalibus quantumcunque gravibus, dùm nec adversa valetudo, quam per plures annos graviter passa fuit, nec pauperta summa, nec sexus fœmineus, nec labores itinerum, quos perpeti in istis fundationibus ut plurimùm ipsi contigit, illam exanimarunt, quia nihil horum timuit, nibilque ex prædictis potuit ipsam ab opere inchoato retardare. Prædicta enim omnia adversa, & corporis incommoda fortiter subivit, omniaque æquo animo superavit. Ut deponunt supradicti testes, proximè citati, & specialiter de quodam periculo, cui in difficillimo fluminis transitu, cùm Burgos peteret, prima se fortiter opposuit. Ut affirmant, prædictus Reverendissimus Episcopus Calaguritanus, & trigesimus testis, in Remissoriali Salmantino: & alius similis casus ei contigit, cùm Abulâ Salmanticam pergeret. Ex prædictis patet, quàm rectè possimus Salomoni respondere, nos rectè *mulierem fortem inveniisse*, Beatam scilicet Teresiam, quam Deus animo virili, tanquàm virorum ductricem munivit.

quanta ejus fortitudo in periculis, & incommodis corporis:

S. Teresia animi virilis, dux virorum.

ARTICULUS IX.

De Temperantiâ singulari.

Temperantia *quid:*

2416. *VIrtus Temperantiæ versatur circa delectationes moderandas, & sic circa concupiscentias bonorum sensibilium, & tristitias ex illorum absentiâ procedentes*, juxta D. Thomam (a) Præsertim tamen consistit in moderatione delectationum gustûs, sicque illi est annexa virtus abstinentiæ, jejunij, & sobrietatis. De quibus D. Thomas (b) Differt autem abstinentia à temperantia, quia hæc resecat superflua victus, & circà illum ponit ordinem rationis servandum; abstinentia verò subtrahit de cibo convenienti, & quantò magis, tantò erit perfectior: sobrietas autem versatur circa potum vini. Ita D. Thomas locis supra citatis. Quas virtutes quantùm coluerit Beata Teresia nobis constat, & facilè ex infrà dicendis apparebit. Primò ex assueta temperantia, sive ciborum parcitate, quâ utebatur: Non enim ad panem aliud præter unum ovum, aut paucos pisciculos adhibere consuevit, quantumvis infirmitate assiduâ laboraret.

(a) 2. 2. q. 141. art. 3.

(b) 2. 2. q. 146. & 147.

quàm singularis ea fuerit in S. Teresia:

in cibo parcissima,

2417. Secundò idem desumitur à studio & usu mortificationis in cibo sumendo. Omnia enim quæ gustui placere possent, respuebat. Ut cùm quadam die coctum quid manducaret gustui gratum, buccellam ex ore subtraxit: rogataque cur eo cibo benè condîto non vesceretur, respondit, se ob delectationem, quam ex prædicti cibi sumptione percipiebat, non fuisse ausam, buccellam illam deglutire. Tertiò hocmet elicitur apertè ex eo quòd quoties ad corporis refectionem accedebat, eique cibus sumendus erat, toties sibi (ut de sancto Bernardo legitur) tormentum subire videretur. Quartò idem probatur, ex lacrymis, quas vescens effundere solebat, considerans se corporis alendi necessitati subjectam. Quin & pro majori mortificatione gustus, in cibo sumendo consuevit uti patinis, ac scutellis, non solùm humilibus, sed sordidis, repugnantibus naturali inclinationi ipsius ad munda & nitida. Ex quibus patet cogitationes quibus Beata Teresia, dum cibum sumebat, pascebatur, non sinere illam, ex cibo aliquam delectationem percipere.

gustum mortificans:

ad refectionem velut ad tormentum, ibat:

2418. Quintò, quoad sobrietatem abstinentiæ sociam, quæ corpori & animæ salutifera est, juxta illud Ecclesiastici 31. *Sanitas est animæ, & corpori sobrius potus.* Hanc virtutem coluisse Beatam Teresiam, clarè desumitur, ex perpetuâ vini fugâ, & solius aquæ usu. Ut deponunt Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 3. cap. 6. & alij. Sextò prædicta comprobantur à fideli observatione jejuniorum, tam Ecclesiæ, quam Regulæ primitivæ suæ Religionis. Quod tanto majoris æstimandum fuit, quòd illa eodem tempore ægrotabat, & justè carnibus etiam juxta Regulam, illas ægris permittentem, vesci potuit; & quòd jejunia Regulæ Ecclesiasticis jejuniis plura addita sunt: Siquidem à die Exaltationis Sanctæ Crucis usque ad Dominicam Resurrectionis, Regula jejunium indixit, & præter omnes sextas ferias sunt etiam alia non pauca jejunia per Constitutiones imposita. Quæ omnia Beata Teresia ad unguem observavit, & in his omnibus, sicut in aliis mortificationis operibus, se suis perfectissimam perfectionis Magistram præbuit.

sobrietatis perfectissima magistra.

ANNOT. Puncta singula præfata testimoniis plurimorum probata extant in Actis Canonizationis.

DE TRIBVS VIRTVTIBVS, Tria vota solemnia Religionis concernentibus, Obedientiâ, Paupertate, & Castitate.

ARTICULUS X.

De perfectissimâ Obedientiâ S. Teresiæ.

Obedientia *quid:*

2419. OBedientiæ virtus habet objectum Superioris præceptum tacitum, vel expressum: sicque in illius præceptis obediendo consistit, juxta D. Thomam (a) & inter cæteras virtutes morales Obedientia primatum tenet. Ut notat idem Sanctus Doctor. Per illam namque voluntas propria, quæ inter suprema bona humana reponitur, abnegatur, & contemnitur propter Deum; per alias autem virtutes morales, bona exteriora, & corporis, quæ inter infima, & media bona humana connumerantur, contemnuntur. Unde D. Gregorius (b) dicit, *quod obedientia sola, virtus est, quæ virtutes*

(a) 2. 2. q. 104. art. 2.

inter virtutes morales primatum tenet:

(b) lib. ult. Moral. c. 10.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

virtutes cæteras menti inserit, & insertas custodit; Illa namque victimis jure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Et hac excellenti virtute Beatam Teresiam adeò fuisse condecoratam, ut vera obedientiæ cultrix dici valeat, sequentibus argumentis, clarè demonstrabimus. Primò in hanc sententiam nos induxit illa universalis consuetudo, quâ Beata Teresia suis Superioribus, & Confessariis, tanquàm Deo ipsi obtemperavit, ita ut nunquàm eis repugnaverit, vel difficilem se præbuerit, nec quicquam sine illorum consensu egerit, quod non modò in rebus externis, verùm etiam in internis ad animæ directionem spectantibus, fidelissimè observavit. Ut probant triginta octo testes & inter illos decem Confessarij Beatæ Teresiæ.

ea etiam sublimiter decorata fuit S. Teresia,

ergà Superiores, & Confessarios,

Idque promptissimè in rebus etiam difficillimis:

2420. Secundò idem desumitur à promptitudine obediendi etiam in rebus difficillimis, ut cùm ad jussum Confessarij combussit librum, quem super Cantica Salomonis conscripserat, mirabili doctrinâ plenum. &c. Prout iterum se paratam exhibuit, ad exurendum vitæ suæ librum, quem gravissimorum Confessariorum mandato scripserat. Quod sanè fecisset, nisi Pater Dominicus Bañez, qui ad tentandam ejus obedientiam, illud præceperat, id prohibuisset. Ut probant idem Pater Dominicus Bañez in Compulsoriali Salmantino, qui est primus testis, & in primâ parte Remissorialis Salmantini, trigesimus septimus testis, & in Remissoriali Abulensi, quadragesimus nonus testis, prout & aliàs cum ei in suo monasterio Metinæ del Campo commoranti, imperatum fuit à quodam Superiore, ob quasdam rationes humanas irato, ut statim ab illo monasterio recederet. Cui Beata Teresia non solùm in recedendo, verùm etiam in statim recedendo obedivit, licèt paralysi laboraret, & hora præcepti nocti esset proxima; nihilominùs illicò ab illo loco recessit. Et licèt frigore; (nam hyems erat) incommodis, & morbis vexata, magnam illius noctis partem in itinere consumpsit, quantumcunque Moniales offerrent prædicti præcepti revocationem se impetraturas.

Obedientiâ simplici, & cæcâ,

2421. Tertiò evidenter apparet de simplici, & cæcâ obedientiâ istius Beatæ Virginis, ex eo, quòd cùm Christus illi apparere cæpit, & Confessarij ad cautelam illi jusserunt, ut apparentem signis irrisionis (quæ Hispanicè dicuntur *Higas*) despiceret, id illa ad unguem præstitit, ob quod & à Christo fuit laudata. Quartò hocmet petitur à mirabili æstimatione obedientiæ. Nam cùm plures divinas revelationes haberet, nihil revelatum exequebatur, nisi à Superioribus & Confessariis prius approbatum fuisset: Quin etiam si Superiores contraria his, quæ per revelationem acceperat, præciperent, tam promptè eis parebat, ac si nihil revelatum habuisset; dicebat enim se in revelationibus decipi posse, in obedientia verò Superioribus reddendâ non posse. Quæ quidem sententia quasi cæleste oraculum celebratur, & in praxi illi contigit in Oppido de Beas, ubi illi à Prælato injunctum fuit ut Hispalim ad Monasterium condendum pergeret, quod illa præstitit, licèt per revelationem haberet, ut potiùs Matritum pateret. Quod & aliàs etiam evenit, cum de primi Monasterij erectione ageret. Ità deponunt in 2. part. Remissorialis Toletani, primus testis, Episcopus Tirasonensis, illius Confessarius, & tertius testis, & vigesimus tertius testis, Matriti, Confessarius ejusdem Beatæ, & in Compulsoriali Toletano, decimus testis, etiam Confessarius &c. Quintò hoc idem elicitur à raro exemplo obedientiæ, quàm ita Beata Teresia coluit, ut cùm Mater esset, ac Fundatrix, nihilominùs in Monasteriis, ubi ad tempus morabatur, Prioribus, quas ipsa constituerat, tanquàm subdita humiliter, & promptè obediret, memor Christi, qui Matthæi, cap. 20. dicit: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Et ut in Epistolâ D. Pauli ad Hebræos, cap. 5. legitur: *Cùm esset filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam.* Ex quibus apparet, quantùm in hac virtute obedientiæ Beata Teresia resplenduerit, & quàm altè ejusdem virtutis solemne votum interiùs, ac exteriùs obedientiæ actibus perfectissimis exoluerit, & quàm idonea fuerit obedientiæ magistra, quæ priùs & perfectiùs cœpit facere, quam docere.

quam in magno pretio habebat.

ARTICULUS XI.

De purissimâ Castitate & Virginitate S. Teresiæ.

2422. CAstitas, ut D. Thomas (a) docuit, est pars subjectiva temperantiæ, hoc est, quædam illius species: *estque virtus, per quam,* ut dicit idem Sanctus Doctor (b) *concupiscentia juxta rationis modum castigatur.* Quæ virtus maximè grata est Christo, qui ejus candore delectatur, & maximè accedente virtute virginitatis, quæ in genere castitatis dicitur, excellentissima virtus, teste D. Thoma (c) quæ consistit in integritate corporis, & immunitate à delectationibus, & magis formaliter in proposito perpetuò à talibus abstinendi: juxtà D. Thomam (d) ubi docet, quòd hoc propositum redditur laudabile ex fine, in quantùm scilicet sit ad vacandum rebus divinis. Quibus virtutibus, Beatam Teresiam mirificè ab omnipotenti Deo, in excellenti gradu fuisse condecoratam, constat, ut ex sequentibus facilè est videre. Primò, ex proposito firmissimo, quod ab infantia habuit, perpetuò colendi istam virginalem castitatem, simul cum quodam odio sibi impresso, & quasi à naturâ insito, contra quidquid impuritatem verbis, aut factis sapere posset, prout eadem Beata Teresia, in Relatione suæ vitæ multis in locis de se affirmat. Et Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 3. suæ historiæ cap. 4. optimè comprobat, mira in confirmationem

(a) 2. 2. q. 143. art. 1.

Castitas *quid sit:*

(b) 2. 2. q. 151. art. 1. & 2.

quid Virginitas.

(c) 2. 2. q. 152. art. 5.

(d) ead. quæst. art. 1. & 2.

virtute illâ utrâque in excellenti gradu fuit decorata S. Teresia,

Digitized by Google

tionem istius veritatis, & notatu digna adducendo, & Pater Ribera, lib. 1. cap. 7.

2423. Secundò hoc ipsum comprobant Confessarij ejusdem Beatæ, inter quos Pater Rodericus Alvarez è Societate Jesu, admodum spiritualis, & sapiens, qui generalem illius confessionem audivit, dixit quadam die, manu tenens conspicilia, quibus utebatur ob debilitatem visus, adeò esse impossibile, quòd Beata Teresia turpes cogitationes pateretur, ob singulare Dei privilegium, ac illa ipsa conspicilia quæ ostendebat. Pater quoque Magister Didacus de Yanguas, è gravioribus, ac doctissimis Ordinis sancti Dominici viris & istius Beatæ Confessarius illam non quovis modo virginem, sed thesaurum virginitatis appellare solebat. Ut probant &c. Vnde & idem Reverendissimus Tirasonensis, in dicto cap. 4. affirmat, quòd ipse, & omnes qui cognoscebant, & tractabant Beatam Teresiam, illam aspiciebant non tamquàm personam quæ carne constaret & sanguine, sed tanquàm Angelum viventem in hoc mundo absque infectione, & maculâ immundiciæ nostræ carnis. Et ipse notavit, & experimento cognovit in ista Sancta, toto tempore, quo cum illâ tractavit, hoc unum inter alia, quòd quamvis in ipsâ omnes virtutes resplenderent, attamen virtus castitatis, & puritatis animæ illius clariùs manifestabatur in illius vultu, illiusque compositione, quâ attrahebat ad hanc virtutem illos, qui cum ipsa loquebantur, & tractabant; taliter quòd in facie portaret impressam imaginem castitatis, & interioris puritatis. Tertiò idem suadetur ex eo quòd nunquàm Beata Teresia tentationes carnis experta fuit, illasque omninò ignoravit, particulari gratiâ & privilegio Dei: ut idem Reverendissimus Tirasonensis, ipsius Confessarius, ubi suprà, testatur. Ex quo non semel evenit, quòd cum aliquæ Moniales carnis stimulis vexatæ illam pro remedio consequendo consulerent, illis respondere soleret, aliam personam consulerent: se enim in hac materia consilium dare non posse, cùm hujusmodi motus, Dei misericordiâ, nunquàm passa fuisset, ac proindè cujusmodi essent, ignoraret.

per singulare Dei privilegium,

nuncupata thesaurus virginitatis,

instar Angeli,

carnis tentationes nunquàm expertæ:

2424. Quartò idem convincitur ex circumstantiis summæ honestatis, modestiæ, circumspectionis, aliisque similibus, quibus & quoad se ipsam, & quoad Moniales suas ornata fuit, ita ut castitatis ornatum filiabus suis verbo, & exemplo impressisse videatur, ut ex earum moribus, & mirabili pudicitiâ apparet, nec non ex Constitutionibus, quas pro perfectiori castitatis observantiâ suis Monialibus tradidit. Quintò perpetuam castitatem, & virginitatem istius Beatæ Virginis Teresiæ, eundem Dominum nostrum dignatum fuisse comprobare non dubitamus, mirabili illius corporis integritate, & incorruptione, mirificoque odore, & liquore suavissimo, cum quibus hodieque conservatur, & colitur, prout in relatione miraculorum latè ostendemus. Quæ quidem videntur quædam præmia, puritati corporis istius sanctæ virginis Teresiæ correspondentia.

Castitatis ornatum suis filiabus impressisse videtur.

corporis ejus incorruptio præmium quoddam puritatis illius.

ARTICVLVS XII.

De perfectissimâ Paupertate.

2425. DIvi Ambrosius, & Hieronymus, (quos refert, & sequitur Divus Thomas (a)) dicunt quòd *paupertas spiritûs est abjectio temporalium rerum, quæ fit spiritu, id est propriâ voluntate per instinctum Spiritus sancti.* Et hinc est, paupertatem istam esse virtutem pertinentem ad temperantiam: Nam abdicatio rerum temporalium velut abstinentia quædam est ab iis, quæ nocere possunt animæ. Quantùm verò ab ipsis temporalibus bonis Beata Teresia, ad imitationem Christi abstinuerit, quantùmque excellenter istam virtutem paupertatis spiritûs amaverit, colueritque sequentia demonstrare facilè valent. Primò hoc desumitur ex solemni voto paupertatis, quod in emissione suæ primæ professionis, in manibus Superioris voluntariè fecit, & ex illo, quod posteà ad majorem perfectionem, sub primitiva Regula emisit, illorumque strictissima observantia, quam verbis, & operibus semper demonstravit, dum dicere solebat, *paupertatem esse quoddam bonum continens in se omnia bona Mundi, & quòd pauperem se non habebat, nisi quando sibi aliquid necessarium deficiebat.*

(a) 2. 2. q. 19. art. 12.

Paupertas spiritûs quid sit:

in ea excellenter Christum imita S. Teresia,

verbo & opere:

2426. Secundò operibus, ac doctrinâ Beata Teresia idem confirmavit, quatenùs non solùm in suis Constitutionibus, hanc paupertatem spiritualem Monialibus summè commendavit, & easdem summo studio ad amorem, & observantiam ejus in communi, & in particulari retinendam, vehementer hortata fuit. Sed hoc idem docuit in erectione suorum Monasteriorum absque annuis redditibus, spe in Deo tantummodò collocata; Vt deponunt primus testis, Episcopus Calaguritanus, & in Salmantino, proximè relatus testis trigesimus septimus, & alij plures usque ad triginta quinque testes. Tertiò idem comprobatur ex labore manuum suarum, quo ad imitationem Divi Pauli necessaria parabat. Quartò idem elicitur ex paupere victu & lecto, quibus utebatur, & ex vilitate vestium, quam tanti ipsa fecit, ut si aliquam Monialem vilioribus vestitam videret, cum illa vestes commutaret.

hanc virtutem suis summè commendavit:

2427. Quintò hoc idem deprehenditur ex Apostolico modo iter faciendi, cum ad erectiones Monasteriorum tenderet, sæpè sine pecunia; ita ut necessaria ipsi deessent. Prout etiam illi evenit, cùm in erectione Monasterij Toleti pro se, & sociis unum dumtaxat operimentum haberet, & vix eibus necessarius suppeditaretur: quod ipsa summo

in occasionibus paupertatis magnopere gaudebat.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

summo gaudio passa fuit. Quadam die Sanctissimi Sacramenti, deficiente in Conventu alimento, cùm non haberent Monjales quidquam præter panem, tanta fuit consolatio Beatæ Teresiæ, ut in gratiarum actionem processionaliter duxerit imaginem Jesu, cantando illi devotas laudes. Sextò prædicta confirmantur ex odio auri, & rerum pretiosarum, quod habebat, ut demonstravit, cum à Ducissâ Albæ quandam gemmam magni pretij (propter reverentiam Ducissæ) accepisset, quam retinere noluit, immò potiùs statim cuidam ejusdem Ducissæ famulæ dictam gemmam restituit.

arum, & res pretiosas everſabatur.

ARTICULUS XIII.

De Religionis virtute.

Religio quid:

2428. *Religio* inter finitimas justitiæ virtutes numeratur, quas D. Thomas (a) partes justitiæ potentiales appellat, & *est quædam virtus, per quam homines debitum cultum, & reverentiam Deo exhibent.* Aliis virtutibus moralibus præeminet, ex propinquiori accessu, quem habet ad Deum: juxta sententiam ejusdem Sancti Doctoris: qui docet quòd licet religio, & sanctitas essentialiter sint idem, ratione tamen differunt, quia sanctitate mens hominis se Deo applicat, religione verò ei debitum exhibet famulatum in his quæ specialiter ad illius cultum spectant. Quarum Beatam Teresiam perfectissimam se cultricem ostendisse censuimus, & ex sequentibus demonstratur. Primò hoc desumitur ex actibus religionis interioribus, & exterioribus, quibus hæc virtus religionis perficitur, ut notat D. Thomas: qui inter actus interiores religionis describit devotionem & orationem. Quorum primus nempè *devotio, est quidam actus voluntatis, ad faciendà prompte quæcumque ad Dei servitium, & famulatum spectant.* Quam voluntatem promptissimam ad exequenda quæ ad Dei cultum spectant, habuit Beata Teresia, ut efficaciter docet promptitudo, & celeritas in Monasteriis fundandis, & sollicitudo in præparatione eorum, quibus Deum fore honorandum credebat. Prout in erectione Monasterij Metinæ del Campo, ubi propriis humeris gestavit partem apparatûs requisiti ad altare ornandum, & omnia necessaria, penè miraculosâ brevitate absolvit, ut Deo sacrificium altaris summo mane offerretur. Ut legitur in libro Fundationum, cap. 1. & in Compulsoriali Abulensi, deponit decimus testis illius Confessarius, & socius in illa fundatione, & confirmat Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 2. cap. 16. ubi dicit hanc fundationem fuisse miraculosam, quia sic illud à Deo accepit Beata Teresia.

(a) 2. 2. q. 80.

præeminet aliis virtutibus moralibus:

ejus cultrix perfectissima S. Teresia.

promptissima in iis quæ ad Dei cultum spectant:

2429. Secundum argumentum istius perfectissimæ religionis fuit oratio, quæ juxta D. Thomam (b) est actus virtutis religionis, & internus, sicut & devotio. & cùm per actus excellentes feratur judicium de excellentiâ cujuslibet virtutis; videtur dicendum, quod hanc virtutem in excellenti gradu Beata Teresia habuit, quia actum illius, nempe orationem sublimissimam, assecuta fuit, ut Ecclesia universa ex ejus libris novit, & infrà suo loco dicemus. Tertium argumentum habetur ex actibus externis istius virtutis, nempe ex divini Officij persolutione, quo divinæ Majestati laus, & cultus redditur, in quo Beata Teresia fuit perfectissima Dei cultrix, sive seorsim, sive in choro officium divinum reciaret, aut caneret: ita ut ob divinæ Majestatis reverentiam, si minimus etiam error in choro committeretur (ut solet accidere) diligentissimè illum corrigi curaret.

(b) 2. 2. q. 83.

S. Teresia assecuta fuit orationem sublimissimam.

Divini officij cura ei erat diligentissima:

2430. Quartò idem comprobatur ex honore, quem semper detulit Sanctis, & iis rebus omnibus, quæ peculiari aliquâ ratione (puta sanctitatis, vel consecrationis) ad Dei venerationem referuntur. Multos enim Sanctos summo studio coluit, & præsertim gloriosissimam Virginem Mariam, & sanctum Joseph illius sponsum, adeò ut prolixa oratione explicari non valeat numerus prædictorum Sanctorum, quos refert in sua Historia Reverendissimus Tirasonensis (a). Imagines etiam Christi, & sanctorum à pueritiâ floribus ornare, vestesque sacras singulari studio & munditiâ, ob Dei, & Sanctorum cultum tractare consuevit. Quam munditiam & ornatum circa sacras vestes, altare, & alia ad cultum divinum pertinentia, & ipsa in vita sua curavit summo studio, & in sua Religione valdè commendata reliquit. Quintò mirificè hoc comprobatur, ex mirabili affectione, quàm Beata Teresia habuit ad cultum Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, ut dicere soleret, se ad fundanda summis cum laboribus Monasteria excitari, ut adderet Ecclesiæ novum aliquod templum, in quo Sanctissimum Altaris Sacramentum collocaretur, & coleretur. Et hoc solatio sibi proposito, fiebat ad labores animosior.

(a) lib. 3. c. 21.

munditia in illu qua Dei cultum concernunt, fuit illi summum studium:

mirabilis ejus fuit affectio ad SS. Eucharistiæ Sacramentum:

2431. Sextò ad idem firmandum nos induxêre, mira incrementa in anima istius Beatæ Virginis ex augmento cultûs Christi causata per quotidianam communionem viginti trium circiter annorum, ex doctissimorum virorum consilio, & suorum Confessariorum licentia. Quo divino pastu mirificè roborata, in cultu & fide Jesu Christi in Sacramento existentis, maximos fecit progressus, ita ut per plures annos, per fidem vivam non secùs ad sumendam Eucharistiam accederet, quàm si Christum ipsum corporeis oculis cerneret. Quàm verò fuerit gratus Christo Beatæ Teresiæ hic cultus, clarè apparet ex eo, quòd frequenter post Communionem, cum fulgore vultus ecstasim patiebatur. Et propter interna Dei solatia, corporis etiam dolores ei fuerunt remissi. Et ex quo Communionem frequentare cœpit, cessavit in illâ quidam vomitus, quem quotidiè manè passa fuerat, & illam quotidianam Eucharistiæ sumptionem impediebat. Et cùm quâdam Dominicâ Pal-

& hinc maximos in virtute fecit progressus:

XV. OCTOBR.

marum, post Communionem, antequàm Eucharistiam deglutiret, in ecstasim rapta fuisset, paulò post in se reversa, visum fuit sibi os pretioso sanguine Christi plenum, totumque corpus eodem sanguine tinctum habere, ubi intimâ cum suavitate hæc verba à Jesu Christo audivit: FILIA, VOLO UT MEUS SANGUIS TIBI PROSIT, NEC TIMEAS MEAM TIBI ALIQUANDÒ MISERICORDIAM DEFUTURAM. EGO ILLUM MULTIS CUM DOLORIBUS EFFUDI, ET TU IPSO (UT VIDES) MAGNA CUM VOLUPTATE PERFRUERIS. Quod ipsa refert in libro vitæ suæ, & deponunt in Remissoriali Abulensi, testis quadragesimus septimus, & testis quadragesimus octavus. Septimò, & ultimò prædicta confirmantur ab honore & reverentiâ, quibus venerata fuit Sacerdotes, tanquàm ministros Sanctissimi Sacramenti, ita ut coram ipsis genua flectere consueverit.

singulari à Christo consolatione perfusa.

reverentiâ magnâ venerabatur Sacerdotes.

ARTICULUS XIV.

De profundissimâ Humilitate S. Teresiæ.

2432. *HUmilitas est virtus, quâ animus firmatur ne inordinatè extollatur.* Et est quædam species modestiæ, & pars temperantiæ, juxta D. Thomam (a). Hanc virtutem maximè commendavit Christus ad sui imitationem (b) & plures illius gradus ponuntur in regulâ sancti Benedicti, ut refert D. Thomas (c). Et quantùm præstiterit Beata Teresia in hac virtute, & qualiter ad ejus perfectissimum gradum pervenerit, ex sequentibus argumentis planè constat. In primis hoc suadetur ex sui ipsius cognitione, quam in adeò excellenti gradu fuit assecuta, ut licèt heroicis virtutibus, & donis cœlestibus ornata esset, se ex animo maximam mundi peccatricem crederet; ita ut sæpè diceret, optare se aliquandò omni sensu carere, ne tanta in se mala conspiceret. Et inter tot mirabilia, quæ illam celebrem fecerunt, inanis gloriæ stimulos non sensit, & sæpiùs dicebat, gratias sibi à Deo collatas, ut raptus, visiones, revelationes essent quasi torrentes raptim transeuntes, peccata verò sua quasi cœnum, quod semper præ oculis habebat. De quibus deponunt plures testes, inter quos quatuordecim illius Confessarij. Sed sufficiat exprimere in 2. part. Toletani, primum testem, Episcopum Calaguritanum, & Episcopum Tirasonensem, & Episcopum Segobiensem.

Humilitas quid sit:

(a) 2. 2. q. 161. art. 1. & 4.

(b) Matt. 11.

(c) ead. q. art. 6.

ad ejus perfectissimum gradum pervenit S. Teresia:

2433. Secundò hoc idem desumitur à desiderio, quo flagrabat, ut aliis ejus culpæ innotescerent, iis præsertim, à quibus se magni fieri sciret. Quâ in re à Confessariis cohibita fuit, quibus sponte licentiam dedit, ut omnibus ejus culpas manifestarent, cum è contrario curaret, nè beneficia divina ei impensa publicarent, ut deponunt plures ex testibus suprà relatis. Tertiò hoc idem comprobatur ex fugâ honoris. Nam cum ejus sanctitatis fama cœpisset extendi, optavit è Monasterio, in quo tunc degebat, in aliud migrare, ubi à nemine cognosceretur. Et postulavit à Superioribus, ne in Monasteriis, quæ erexerat, appellaretur Fundatrix. Et cùm re verâ esset talis, nihilominùs tamen subditam se reputabat, semper se subiiciendo & humiliter obediendo Prioribus, quas ipsamet in suis Monasteriis elegerat; & econtrà habebat sitim contumeliarum, voluptatemque sentiebat, dum à Superioribus objurgaretur.

culpas suas innotescere aliis, divina beneficia occultari optabat.

honores fugiebat,

contumelias objectabantur:

2434. Quartò idem docet quædam fuga pia divinorum beneficiorum, quâ visiones, & revelationes, divinaque solatia, suam indignitatem agnoscens detrectabat, ad imitationem sancti Petri dicentis (a). *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine:* ut patet ex ejus verbis, in Relatione suæ vitæ: *Vide Domine quid facias? ne tam citò gravium peccatorum meorum obliviscaris. Et licèt, quòd attinet ad veniam, tam citò eorum oblitus fueris, recordare precor illorum, ut beneficiis in me tuis metam præfigas.* Hæc ipsa. Quintò hocmet petitur ab externis humilitatis actibus, quos ut magistra istius virtutis exercuit: Ut cùm Refectorium ingressa, prona, & elitellam tergo impositam ferens, à Monialibus veniam culparum postulavit, & cùm se habitu monastico indignam credens, à superiore impetravit, ut per dies aliquot eo exueretur, iterumque ut Novitia indueretur. Quod dum fieret, ex magno devotionis sensu ecstasim passa fuit, ut testes plures deponunt. Qui multos alios etiam humiliationis seu humilitatis exteriores actus, prædictam Beatam Teresiam fecisse affirmant. Sextò ad idem nos inducunt exercitia inserviendi aliis in culinâ, & Refectorio, & in abluendis sordidis vasis, in quibus ministeriis intimè delectabatur. Quibus accedat quædam consuetudo agendi cum subditis, quasi cum æqualibus, exposcendo ab eis consilium de rebus gerendis, illudque sequendo, mirabili cum animi demissione.

(a) Luc. 5.

Divinis beneficiis se indignam reputabat;

imo etiam habitus monasticos

obiectabatur infimis ministeriis.

ARTICULUS XV.

De perfectissimâ Patientiâ.

2435. JUxtà D. Augustinum in libro de Patientia, cap. 2. quem refert, & sequitur D. Thomas (b): *Patientia est virtus, quâ mala æquo animo toleramus, id est sine perturbatione tristitiæ*, ut ibidem exponit S. Tho. qui infrà art. 4. affirmat, patientiam esse virtutem fortitudini adjunctam. Quam virtutem Beatam Teresiam eminentissimè habuisse constat, & probatur. Primò ex ardore patiendi, quem illa semper ostendit in illis verbis, quibus frequenter utebatur: *Domine, aut mori, aut pati*; quasi frustrà viveret, nisi propter Deum mala pateretur. Cui patiendi desiderio ut Christus satisfaceret, gravissimis eam laboribus exercuit. Nam ab emissâ professione in Conventu Incarnationis, per triennium tali nervorum contractione vexata fuit ut acutissimos dolores illi causaret.

Patientia quid:

(a) 2. 2. q. 136. art. 1. in corp.

ea in S. Teresia eminentissimè fuit:

sæpè recipro-cabat: Domine, aut mori, aut pati.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

causaret. Jacebat in lecto ita impedita, ac inhabilis, ut nec unum tantùm digitum manûs movere posset. Reliquo etiam tempore vitæ suæ semper fuit malè affecta. Sæpè enim epilepsiam, pleuritidem, paralysim, corporis tremores, vomitum per singulas noctes, febres valdè frequenter passa fuit. Ita ut per quadraginta annos afflicta, nullum diem absque aliquâ hujusmodi molestiâ duxerit. Quibus gravata infirmitatibus per viginti annos Hispaniam peragravit, nivibus, pluviis, summis Solis ardoribus, paupertate maxima, innumerisque incommodis se exponens, ut Monasteria erigeret. Quæ omnia admirabili ac incredibili patientiâ pertulit; Ita ut in molestissimis ægritudinibus, ac acerbissimis doloribus, nullum aliud verbum ex ore ejus egrederetur, nisi illud Job. 2. *Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus?*

toto ferè vitæ tempore;

itinerum gravia incommoda pertulit:

2436. Secundò eandem patientiam exercuit in doloribus, & percussionibus, quibus dæmones illam excruciarunt. Sæpè enim cùm aliqui Beatæ Teresiæ intercessione à gravibus peccatis resipiscerent, dæmon illam rabidè torsit. Aliquando eam cerea face percussit, corpusque nonnunquam graviter læsit. Abulæ illam è choro egredientem à summitate ejusdem scalæ præcipitem egit, ex quo brachium ei confractum fuit, in cujus curatione acerbissimos pertulit dolores, & nihilominus ità remansit debile, ut deinceps illo uti nunquam potuerit. Quadam autem vice, per quinque horarum spatium interiùs, & exteriùs valdè à dæmone excruciata fuit, taliter ut jam illi animus deficere videretur: Et cùm illa inter alios patientiæ, ac resignationis actus usque ad mundi finem, diceret libenter se passuram, si id Deo placeret, apparuit ei dæmon deformis Æthiops, in quem cùm Beata Teresia aquam benedictam proiiceret, protinùs aufugit, magno fœtore relicto, ut ipsamet in Relatione suæ vitæ scripsit, c. 31. ubi multos alios casus similes refert. Quæ omnia alacri animo, & mirâ patientiâ Beata Teresia sustulit.

dæmonis percussiones, & tortiones, alacri animo sustinuit:

dæmon fugit aquâ benedictâ.

2437. Tertiò eandem mirabilem patientiam exercuit Beata Teresia in interna desolatione, quæ per viginti annos illam (sic Deo disponente) acerbissimè afflixit: Quæ inter prima, & gravissima tormenta enumeratur; cùm sit quasi perenne martyrium. Hujusmodi, imò & graviores derelictiones, postquàm Dei benignitatem cœpit experiri, ad tempus toleravit. Multis quoque annis anxio fuit animo, timens ne à dæmone esset delusa. Quartò, prædicta confirmantur, ex ingenti affectu majora patiendi. Cùm enim tot, tantaque mala sustulisset, ut aliquando præ immensa animi anxietate, corporis compages solvi viderentur, nunquam tamen saturata fuit, dicereque solebat, se ad patiendum non indigere alio fine, quo moveretur, quàm ipsa patientia.

Patientia mirabilis in desolatione interna:

desiderium majora patiendi.

ANNOT. Puncta præfata singula plurium testium depositionibus stabiliuntur in Actis ipsis Canonizat.

ARTICULUS XVI.

De rarâ Pœnitentiâ, corporisq; maceratione.

Pœnitentia *quid:* (a) 3. p. q. 85. art. 2.

2438. *Pœnitentiæ virtus* (ut docet D. Thomas (a)) *est, quâ homo operatur ad prateriti peccati destructionem, & detestationem:* Et ista virtus est species justitiæ, ut idem sanctus Doctor, ubi suprà, art. 3. Exigitque hujusmodi virtus quandam justitiæ compensationem, quæ fit mediis actibus ipsius pœnitentiæ: Horum aliqui sunt interni, ut contritio, sive peccati detestatio, & dolor: alij externi, qualis est carnis maceratio, & alia opera quæ ad vindictam, & satisfactionem peccati fiunt. Quæ operata fuit insigniter Beata Teresia, ut facilè ex sequentibus apparebit. Primò hoc desumitur ab actibus internis contritionis, quorum mensura est amor Dei. Qui quantùm in anima ejus crevit, tantùm peccati odium fuit auctum. Quod benè demonstrant ea, quæ in suorum levium peccatorum detestationem scripta reliquit in libro suæ vitæ cap. 7 & cap. 8.

eam insigniter exercuit S. Teresia,

etiam circa levia peccata:

2439. Secundò hoc idem elicitur, ex actibus exterioribus pœnitentiæ, nempè ex acerrimis flagellis, non modò duriorum funium, sed etiam urticarum, & clavium, quibus usque ad sanguinis effusionem se verberare consuevit, cum reiteratione super plagas præcedentes nondùm curatas: tum ex ferreis catenis acuminatis, quibus cincta incedebat, & à vepribus, in quibus se (ut de sancto Benedicto legitur) aliquando volutabat. Quibus & similibus pœnitentiæ operibus, corporis valetudinem destruxit, nec ægra unquam cilicia, & verbera deseruit; & nonnunquàm ex febri in lecto decumbens, ad solitam cum aliis Monialibus disciplinam surgebat.

acerrimis flagellis se afflixit,

ferreis etiam catenis, & vepribus:

ægra decumbens, ad disciplinam cum aliis surgebat:

2440. Tertiò idem petitur ab observatione jejuniorum Ecclesiæ, & regularium, quæ sunt plurima, (ut suprà *de temperantiâ* diximus) & à carnium abstinentia, cùm ob continuos morbos, juxtà regulam carnibus vesci posset. Quibus accedit durus lectulus paleis stratus, & subucula lanea, rudesque vestes, quibus usa fuit: licèt juxtà regulam posset aliquid de ista austeritate (morborum causâ) remittere. Cum quibus concurrit modicus somnus duarum, vel trium horarum, ut reliquis noctis horis orationi vacaret. Quod etiam dum iter faceret, observavit, majoresque pœnitentias feciisset, nisi à Confessariis fuisset prohibita. Dicebat enim, se (cum vehementem impetu Deum videndi patiebatur) nullâ re magis, quàm corporis maceratione quiescere, ægreque ferebat, quòd Confessarij eam reprimerent. Quartò supradicta confirmantur ab istius Religionis Reformatione, quam instituit, cujus austeritas ex multiplicibus pœnitentiæ actibus composita Ecclesiæ notissima est, & illius Regula indicat, & plures testes affirmant, quos referre hìc, quòd sint notoria, superfluum duximus.

varia ejus pœnitentia & corporis macerationes alia.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

ARTICULUS XVII.

De perfectâ Beatæ Teresiæ Mansuetudine.

Mansuetudo *quid*: (a) 2. 2. q. 157. art. 2. (b) art. 3.

2441. *Mansuetudo est virtus per quam secundùm rectam rationem affectum iræ moderamur*, juxtà S. Thomam (a) ubi & (b) affirmat, istam virtutem esse partem adjunctam temperantiæ. Estque ista virtus una ex duabus, quas Christus Redemptor noster plurimùm commendavit, Matth. 11. dicens: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et ut declarat D. Augustinus lib. 1. c. 2. de Sermone Domini in Monte: *Mites sunt, qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum.* Hanc virtutem qualiter in sublimi gradu consecuta fuerit Beata Teresia, ex dicendis clarè apparebit. Primò ex eo tempore, quo aliqui illusam eam existimarunt, magnâ ob eam causam procellâ excitatâ, cum alij dicerent illam esse à dæmonibus obsessam, & exorcismis uti vellent, alij eam fallacem mulierem crederent, Sanctæque Inquisitionis censuram minarentur. Quo tempore ità ab omnibus derelicta fuit, ut nemo ejus Confessiones audire vellet. Quibus in contumeliis, & injuriis miram mansuetudinem semper exhibuit. Vt comprobant Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, & P. Doctor Ribera in suis historiis.

à Christo plurimùm commendata.

à S. Teresia sublimiter exercita,

2442. Secundò ex tractatu de erectione primi Monasterij: Cujus occasione (Deo sic permittente ad suæ ancillæ Teresiæ probationem, eam apud aquam contradictionis & persecutionis probando, & tanquàm aurum in fornace illius patientiam, & mansuetudinem examinando) multa in civitate Abulæ & in ipsò Monasterio, in quo tunc morabatur, de illa maledicè, & ignominiosè sparsa sunt; quin etiam coram suo Provinciali, in judicium fuit vocata, ubi plura ei objecta fuêre, & (quod gravius est) in concionibus prædicatores aliqui in eam invehebantur adeò apertè, ut tantùm ex nomine Teresiam non appellarent. Quod fuit continuatum in prædictæ novæ Reformationis institutione, quam dum inchoare tentaret, graves, & indignati testes adversùs illam insurrexerunt, qui multa falsa crimina contrà eam sparserunt, & contumelioſa verba jactarunt, & multæ & graves contumeliæ de illa scriptæ fuerunt, quæ in multorum etiam gravissimorum manus devenerunt. Quæ omnia mitissimè audivit, & toleravit: & inter tot & tam acria indignationis incitamenta, nullum iræ, aut impatientiæ verbum protulit; nullus locus iræ in ejus animo, sed admirabilis mansuetudo, & tranquillitas fuit. Vt deponunt in Compulsoriali Abulensi, primus testis, Confessarius, & in Remissoriali Abulensi, quadragesimus sextus testis, & quadragesimus septimus & Episcopus Tirasonensis. Et comprobatur ex latè scriptis per ipsam Beatam Teresiam in Relatione suæ vitæ c. 36.

Mansuetudo patientiæ S. Teresiæ velut aurum in fornace, probata:

in concionibus publicis taxata,

gravibus contumeliis affecta:

2443. Tertiò ex responso per istam Beatam dato Patri Dominico Bañez, non semel in hac Relatione nominato: qui cùm Beatæ Teresiæ referret, quòd in quodam virorum gravium consessu, unus ex illis adversùs eam injurias, & probra congesserat, eamque cum quadam Magdalena illusa, tunc vivente, & toti Hispaniæ notâ, comparaverat, respondit tranquillè: *Heu me miseram! non me cognoscunt. Si enim Pater ille me cognovisset, majora in me probra, & maledicta meritò contulisset*, ut idem Pater Dominicus Bañez, primus testis, in Compulsoriali Salmantino deponit. Quin & cùm Hispali moraretur, ipsa & ejus sociæ, sanctæ Inquisitionis officio, multa eis imponendo falsa, denunciatæ sunt, aliaque multa injuriosa sese illi obtulerunt. Quæ omnia tam leniter, & mansuetè accepit, ut scripserit cuidam Religiosæ in hæc verba: *Benedictus Deus, in hac enim Civitate verè me agnoscunt.* Et subdidit, idcircò curaturam se, ne ex eâ civitate egredi posset. Alia plura contigerunt, quibus Beata Teresia excellenter exercuit istam virtutem mansuetudinis, imitata Christum mansuetissimum, *qui tanquam agnus coram tondente se obmutuit.* Isai. 53.

mansuetudinis & humilitatis admirabilis responsum ejus:

Inquisitionis officio denunciata.

ANNOT. Præfata puncta singula testes plures deposuerunt, & inter eos Reverendiss. D Episcopus Tirasonensis & alij ejus Confessarij.

ARTICVLVS XVIII.

De admirabili Magnanimitate B. Teresiæ.

Magnanimitas *quid*: (a) 2. 2. q. 129. art. 2. & 3. (b) art. 5.

2444. *Magnanimitas est virtus, quæ modum rationis ponit quoad magnos honores, & propriè versatur circa illos*, juxta D. Thomam (a). Estque virtus ista, (ut idem Sanctus Doctor docet ibidem (b) pars fortitudinis, eique adjuncta ut secundaria virtus principali, perficitque omnes virtutes, addens eis magnitudinis ornamentum, dum eas majores facit, ut notat idem S. Thomas (c). Quâ virtute maximè Deus omnipotens Beatam Teresiam ornavit, ut ex sequentibus apparebit. Primò à summo, verèque heroico virtutum, magnanimitate crescentium, gradu, quem adepta fuit, & clarè ex superiùs in istâ Relatione de principalioribus virtutibus notatum videri potest: & ex testium depositionibus, & historiis de illius vita compilatis apparet.

(c) ibid. art. 4. ad 3.

Magnanimitatis S. Teresiæ signa,

2445. Secundò idem petitur à magnitudine animi, quo opera planè magna ob Dei gloriam præstitit, qualis fuit istius Reformationis institutio, maximè quòd cum mulier esset, ita se gesserit, ut non solùm mulierum, sed virorum digna Fundatrix evaserit, cùm aliàs res tanta neque sperari quidem posse videretur, maximè cùm hoc opus valdè arduum, & difficile aggressa fuerit, & absolverit tantâ eventûs securitate & fiduciâ: quòd admirandæ magnanimitatis argumentum est. Quia secundùm D. Thomam (d) fiducia & securitas, magnanimitatis proprietates sunt.

opera grandia,

(d) dicta q. 129. art. 6. & 7.

Acce-

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

Accedat prædictis multitudo operum grandium, quæ patravit, nempè triginta duo Monasteria, quæ fundata reliquit, septemdecim monialium, quindecim verò Religiosorum. Tertiò idem elicitur ab illo admirabili voto, quod emisit, agendi semper non quæcumque bona, sed quæ meliora, ac gratiora Deo crederet, prout demonstravimus suprà, art. 5. de charitate erga Deum. Si ergo (juxtà D. Thomam (a) in corpore) magnanimitas non versatur circà mediocria, sed circà grandia, Beata Teresia magna aggrediens in emissione dicti voti rari & maximi, & in cæteris aliis magnis supra relatis; dicendum necessariò est illam evidens argumentum istius virtutis magnanimitatis dedisse.

votum rarum verè heroicum,

(a) dicta q. 129. art. 2.

2446. Quartò hoc ipsum evidenter demonstratur ab ardentissimo studio diligendi Deum super omnia, & proximum sicut semetipsam, quo hujusmodi præcepta adimplere curavit. Nam quoad amorem Dei, non quovis modo, sed seraphico illum amavit, & omnes (quoad potuit) ad Deum converti, non solum desideravit, sed curavit: ut latiùs diximus suprà, in dictis articulis 5. & 6. de charitate ergà Deum, & ergà proximum, istiusque amoris Dei talem magnitudinem optavit, ut dicere soleret, benè se accepturam, quòd alij sublimitate gloriæ ipsam anteecellerent, at nescire quo animo acceptura esset, quòd alij ardentiùs Deum amarent: ut legitur in libro 4. Patris Riberæ cap. 10. Quòd verò ad amorem proximi, habuit Apostolicum animum, ac desiderium omnes Christo luerandi, & ultrà meras muliebris sexus, circa conversionem hæreticorum, & aliorum infidelium, & fidelium peccatorum, rarum exemplum in universo Orbe fuit: ut superiùs ostensum est, quæ christiana & in eo genere excellens non solùm charitas, sed magnanimitas est.

ardentiss. studium diligendi Deū,

Apostolicus animus pro salute proximi.

ARTICULUS XIX.

De *summâ erga Deum & homines Gratitudine.*

2447. GRatitudo, (quæ & gratia à S. Thoma (b) vocatur) ad partes justitiæ pertinet, & *est virtus, quâ acceptum beneficium animo quidem largè, re autem pro viribus recompensatur.* Habetque hæc virtus vim quandam efficacem ad notorum beneficiorum copiam è fonte divinæ bonitatis hauriendam; sicut è contrario *ingratitudo fontem divinæ misericordiæ*, (ut ait Sanctus Bernardus (c).) *arefacit:* Quantùm verò hac virtute erga Deum & homines, Beata Teresia claruerit; sequentia demonstrant. Primò deprehenditur gratitudo Beatæ Teresiæ erga Deum à pondere Divinorum beneficiorum, quo se premi, & ad benè agendum incitari sentiebat, & ab illorum recognitione, & continuâ gratiarum actione tam verbis, quàm factis. Quod benè elicitur ex his, quæ scripsit cap. 15. in Relatione suæ vitæ per hæc verba: *Anima quæ suo ingenio est grata, acriùs incitatur, ut ad Deum redeat, accepti beneficij memoriâ, quàm repræsentatis omnibus inferni suppliciis;* & ex illis quæ operata fuit in obsequium, & servitium Dei, ac laudem, & majorem gloriam ipsius, satis ostenditur: ut historiæ de illius vitâ referunt, & testes in istâ causâ examinati confirmant, & superiùs in istâ relatione ostendimus, & ex infrà dicendis magis patebit. Quæ omnia verè possunt gratitudini accepta referri, tamquam operata ab istâ Beatâ Virgine adeò divinis beneficiis illustratâ: & nullum majus gratitudinis indicium, quam servitium non solùm verbis, sed operibus pro viribus compensare. Quod & clariùs arguitur ab effectu beneficiorum de novo, & indies majori cum incremento receptorum, quorum augmentum est effectus gratitudinis, ut suprà diximus.

(b) 2. 2. q. 106.

GRATITUDO quid,

quàm apud Deum efficax:

(c) Serm. 51. in Cantica.

S. Teresia quàm Deo grata fuerit:

2448. Secundò idem petitur ab odio, quo ingratitudinem prosequebatur. Cùm enim videretur sibi divinis beneficiis ingrata, non audebat coram Divina Majestate sistere, timens stimulum conscientiæ ingratitudinem accusantis. Quo nullum majus tormentum, ut judicari potest ex his ejus verbis, in prædictâ Relatione scriptis cap. 7. *Animo quidem meo* (ait) *tantò erat duriùs, beneficia potiùs, quàm supplicia accipere, quo tempore ego culpas admiseram, ut vel uno beneficio efficaciùs, quàm multis morbis aliisque laboribus consumi, pudefieri, & fatigari mihi viderer.* Quæ confirmat in c. 39. suæ Vitæ, fo. 339. ubi fatetur sibi majorem animi fortitudinem fuisse necessariam ad beneficia Dei recipienda, quàm ad labores maximos perferendos: quod notatu dignissimum est. Judicabat enim tantis beneficiis se ingratam, ex quo eisdemmet beneficiis cruciabatur, & beneficiorum magnitudine se valdè gravari sentiebat.

ingratitudinem magno odio prosequebatur:

2449. Tertiò eadem gratitudo erga homines etiam ob exigua beneficia, dignoscitur ex eo, quòd cum iter faceret, sitiens accepit vas aquæ à quodam homine, cujus tàm exiguum beneficium adeò impressum fuit animæ Beatæ Teresiæ, ut per aliquot annos pro illo perseveranter orare meminerit. Quin ipsis Monialibus ob familiaria obsequia, quæ aliis passim præstantur, vix credi potest, quas gratias ageret. Quod magis notatu dignum videtur, cùm Moniales omnes, tamquàm filiæ Matri, & Fundatrici plurimùm deberent, nihilominùs ipsa tamquàm extranea quædam, quæ gratuitas eleemosynas acciperet, eis se gratissimam exhibebat. Quarto hoc idem confirmatur à gratitudine erga illos, à quibus spiritualia beneficia recepit, quales fuerunt Confessarij: quibus in oblatis occasionibus fidelissimè servivit. Quod tamen non ita mirandum est, ac illa gratitudo demonstrata ab effectu, quem gessit erga offensores, tamquàm erga benefactores maximos, conferendo in eos omnia quæ poterat officia, ut superiùs de charitate in proximos deduximus. Undè

Quòd grata hominibus etiam ob exigua beneficia;

præsertim autem Confessariis,

imò etiam adversariis.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

bonum, quod ei injuriam patienti proveniebat, distinguere consuevit ab injuriâ ipsâ, ut injuriæ immemor, boni spiritualis ex illâ occasione accepti memor, & grata esset. Quæ Euangelica perfectio est, juxta illud Christi Domini docentis Matth. cap. 5. *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos. Orate pro persequentibus vos.*

ANNOT. Puncta præfata, de S. Teresiæ gratitudine, depositionibus Episcoporum Tirasonensis, Segobiensis, & Calaguritani, ac aliorum testium in Actis Canonizationis confirmantur.

DE DIVINIS DONIS ET GRATIIS GRATIS DATIS, quibus beata Teresia fuit illustrata.

ARTICULUS XX.

De sublimi dono Orationis & Contemplationis, de raptibus & splendoribus, de visionibus, & revelationibus divinis.

§. 1. *De Oratione & Contemplatione.*

ORATIO quid:

2450. *Oratio*, juxtà communem sententiam, est *elevatio mentis in Deum*: quod incidit in idem cum eo, quod docuit D. Thomas (a) dicens, quòd *oratio est ascensus intellectus in Deum.* Habetque diversos gradus, quos optimè ipsamet Beata Teresia expressit, & declaravit in libro inscripto, *Castrum interius*, seu *Mansiones spirituales*, quas septem, quasi tot orationis gradus reperiri docuit, & de unâ in aliam deveniri, usque dum ad unionem perfectissimam cum Deo, sivè ad matrimonium spirituale anima perveniat, quæ est sublimior hujus vitæ perfectio: Tunc enim tota anima cum omnibus suis potentiis, & viribus in Deum recollectâ unus spiritus fit cum eo, ita ut jam nihil reminiscatur nisi Deum, nihil sentiat aut intelligat nisi Deum, & omnes affectus in amoris gaudio uniti, in solâ Conditoris fruitione suaviter quiescant, juxtà Sanctum Bonaventuram (b). Iste autem orationis status habet etiam in se diversos gradus, prout & amor Dei habere dignoscitur. Undè qui majori amore, majorique charitate in Deum flagraverit, sublimiorem gradum istius divinæ unionis consequetur, prout Beatam Teresiam assecutam fuisse non dubitamus. Siquidem à juventute suâ, & à die quo Religionem fuit ingressa per quinquaginta annos & ampliùs continuos, in hoc sublimi orationis studio per omnes illius gradus se exercuit, usque dum ad sublimem, & perfectiorem gradum prædictum perfectissimæ unionis pervenit.

(a) 2. 2. q. 83. art. 17.

cujus 7. gradus optimè expressit S. Teresia:

sublimior est, unio cum Deo:

(a) lib. 2. de processu Religionis c. 72.

ad istum, unionis perfectissimæ cum Deo, gradum pervenit S. Teresia:

2451. Quòd si velimus à testibus fide dignis petere, habemus ipsiusmet Beatæ testimonium in iis quæ de sua propria oratione, & contemplatione divinâ, in suis libris scripta reliquit. Frequentissima enim ejus mentis suspensio, altissima quies, arctissima unio, crebertimi raptus, intimæ charitatis vulnera, vehementissimi amoris impetus, suavissima Dei colloquia, tenerrima blandimenta, quibus ipsius scripta respersa sunt, sublimitatem orationis proculdubio Angelicæ, atque ad alios erudiendos absolutissimam peritiam cœlitùs infusam facilè demonstrant. Habemus etiam testes majores omni exceptione, & de hac re optimè per diversa temporum curricula instructos nempe graves, doctos, spirituales, & pios. Quorum plures Confessarij ejusdem Beatæ, & inter illos, aliquos dignissimos Antistites, quos non semel in ista Relatione nominavimus, qui super hoc articulo optimè & latissimè deponunt, quibus ipsa suam orationem, gradus, & effectus illius, gratias, & favores divinos, & statum, ad quem medio orationis studio ascenderat, fidelissimè, pro majori animæ suæ securitate, & directione, semper communicare curavit. Qui omnes, facto periculo de spiritu ac doctrinâ librorum hujus tantæ Virginis, eam non immeritò quasi spiritualis doctrinæ Magistram à Deo optimo Maximo Ecclesiæ suæ datam fuisse affirmant. Ut suprà diximus. Sed ultrà prædictorum testimonia, ad hoc ipsum sequentia nos induxerunt argumenta.

testimonia sublimis orationis ejus Angelicæ perhibens ipsius scripta,

& testes omni exceptione majores,

affirmantes, eam à Deo Ecclesiæ datam voluit Magistram doctrinæ spiritualis.

2452. Primò, quia cùm (teste D. Thomâ (a)) causa orationis sit desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio, & Beata Teresia hoc maximo desiderio, quin potius ipsa charitate adeò arserit, ut ipsa mirabiliter dicere soleret non sibi molestum fore quòd alius majori gloriâ frueretur, ægrè tamen laturam quòd alius majori amore Deum prosequeretur: quibus verbis desiderium istius charitatis, quin & ardentissimam charitatem, quâ erga Deum flagrabat, mirificè demonstravit. Undè cùm assecuta hunc igneum amorem in gradu valde heroico per medium orationis, & divinæ contemplationis fuerit, dicendum videtur, gradum sublimem orationis quoque assecutam fuisse, sicque potuisse dicere cum Regio Propheta (b). *Concaluit cor meum intrà me, & in meditatione meâ exardescet ignis.* Secundò istius sublimitatis gradus, ad quos in oratione Beata Teresia (Deo dante) pervenit, effectus illius clarè demonstrant. Per istud enim medium orationis, quæ dicitur *regia via* ducens ad vitam, Beata Teresia assecuta fuit tot, tantasque excellentes, & heroicas virtutes, non solùm ardentissimam charitatem (de qua suprà) sed etiam fidem vivam, & spem firmissimam, obedientiam altissimam, virginalem castitatem, & paupertatem Euangelicam, humilitatem profundam, patientiam, fortitudinemque incomparabilem, nec non divinam prudentiam, & alias admirabiles virtutes, quarum unamquamque in suis locis recensuimus. Istamque gratiam assequendi virtutes ità excellentes, & in gradu summè perfecto, Beata hæc semper & continuò à Deo in oratione flagitavit, tamquàm illa quæ benè cognoscebat substantiam

(a) dictâ quæst. 83. art. 14.

(b) Psalm. 38.

sublimitatem orationis ejus etiam effectus demonstrant,

Digitized by Google

XV. Octobr.

stantiam perfectionis Christianæ, & Religionis consistere in perfectione charitatis & aliarum virtutum, ut ex doctrina librorum, quos scripsit, constat, & confirmat ejus Confessarius, Episcopus Tirasonensis, in sua historia.

nec non mira adhæsio mentis in Deum, & ejus continua præsentia,

2453. Tertiò hoc idem desumitur ex alio mirabili effectu per orationem in Beata Teresia secuto, nempè quadam mira adhæsione mentis in Deum, continuaque illius præsentia; ita ut omni loco, omnique tempore orationi vacasse dicendum sit: quibus ita anima ejus immersa erat, ut corpus quodammodò amando consumeretur, cùm divinæ præsentiæ intenta nec cibo reficì, nec somnum tempore nocturno capere posset. Quartò per orationem assecuta fuit perseverantiam, & continuationem in illa, ita ut per quinquaginta annos (ut diximus) ab illa non destiterit, nec ariditates, & desolationes animæ, quas per primos viginti annos circiter, (Deo sic disponente ad ipsius probationem) passa fuit, ab oratione illam removere valuerunt. Quam quidem qualitatem continuationis in orationis exercitio requiri docet D.Th. loco proximè citato, adducens D. Augustinum. Epist. 121. ad Probam. c. 9. dicentem: *In ipsa fide, spe, & charitate continuato desiderio semper oramus.* Elegerat autem Deus Beatam Teresiam, spiritualem Matrem, ac Fundatricem prædictæ novæ Reformationis Discalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo: & cùm assidua in lege Domini meditatio, & oratio sit potissimus finis illius Regulæ, (ut ex illâ constat) oportebat ut talis esset Mater, quæ tot filios filiasque suo mirabili orandi, ac meditandi continuato studio, ac desiderio erudire valeret.

& continuata perseverantia, etiàm inter longas ariditates;

§. 2. *De Raptibus divinis Beatæ Teresiæ.*

sublimis istius orationis effectus fuerunt maximi impetus amoris Dei, & ecstases,

2454. Postquàm Deus omnipotens huic Beatæ Virgini donum orationis, & contemplationis concessit, alius effectus mirabilis ejusdem doni secutus fuit, nempè quòd (oratione mediante) devenit Beata Teresia ad quosdam maximos, violentosque impetus amoris Dei, & sic ad frequentes elevationes in ecstasim. Sæpissimè enim in oratione positam, extra se raptam fuisse constat; & quòd aliquandò adeò vehementibus spiritus elevationibus rapiebatur, ut corpus etiam ipsius à terra in altum levaretur. Ut deponunt testes plures: inter quos, in specie de raptibus, & elevationibus corporis à terra, deponunt de visu in Remissoriali Abulensi, quadragesimus nonus testis, & in prima parte Toletani, tertius; & in tertia parte, nonus; & in 4. parte septimus, & vigesimus primus: quæ confirmantur ex latè scriptis per supradictos Episcopum Tirasonensem lib. 1. cap. 15. & Patrem Ribera lib. 1. cap. 15. nec non ex iis, quæ supradicta Beata scripsit in Relatione suæ vitæ cap. 20. ubi quid sit Ecstasis, & in quo ab unione differat, docet, & aliqua ex multis bonis spiritualibus ex hac divinâ Ecstasi animæ provenientibus mirificè explicat. Et in septima mansione cap. 3. ubi cùm Deus animam ejus ad ultimum perfectionis promovisset, tunc exteriores raptus sibi abfuisse affirmat, remanentibus tamen iisdem, immò excellentioribus effectibus orationis, ac familiaris cum Deo communicationis, quàm cum dictos raptus patiebatur.

ac elevationes corporis à terra:

§. 3. *De Splendoribus divinis.*

sublimis istius orationis effectus etiam fuit splendor ex ejus facie prominens sæpè,

2455. Hoc idem elicitur ex alio effectu mirabili istius orationis, nempè quòd facies Beatæ Teresiæ, dum orationi vacaret, ex colloquio Dei, (ut de Moyse legitur) sæpiùs resplenduit, ut de visu deponunt in prima parte Toleti, tertius testis; & secundus, dicit, quadam die se vidisse Beatam prædictam emittere splendorem quemdam ex facie sua ad instar solis, & in 2. parte primus testis, & in 3. quartus testis, octuagesimus secundus, & nonagesimus secundus testis: & in prima parte Toleti vigesimus tertius testis: fueruntque Confessarij istius Beatæ, qui ministrantes illi Sanctum Sacramentum Eucharistiæ, illius faciem resplendentem viderunt. Et in 3. parte Toleti, septimus testis, & in 4. parte septimus, dicens, se quadam nocte vidisse, quòd habebat vultum luce clarâ præmicantem, & ex illo exibant splendores uti radij deaurati, & hoc duravit illi per tempus unius horæ, & quòd quando cessavit prædictus splendor, videbatur existere in tenebris. Sunt & alij testes de visu, affirmantes quòd quando Beata Teresia scribebat libros, facies ejus resplendebat (ut suprà de sanctitate in genere diximus) & in Compulsoriali Abulensi, quintus testis, affirmat se vidisse splendorem vultus Beatæ Teresiæ illustrare totum Capitulum, dum in eo exhortationem spiritualem ad Moniales faceret.

præsertim cùm SS. Eucharist. Sacramentum fumeret:

& quando scribebat libros.

§. 4. *De Visionibus divinis.*

Visionibus divinis,

2456. Hoc idem suadet ille mirabilis effectus, ex quo præsentia Dei cœpit magis Beatæ Teresiæ manifestari, per divinas nempè visiones intellectuales, ac imaginarias, nec non Christi Domini revelationes, divinasque locutiones, quibus Deus clemens Beatæ Teresiæ secreta cœlestia patefacere dignatus fuit, ipsamque familiariter alloqui cum ingenti amore, mirabilique dulcedine. Quarum divinarum visionum & revelationum, hic aliquas annotare visum nobis fuit, quia omnes, cùm sint quàmplurimæ, enarrare, esset difficile, & prolixum. Et primò de visionibus divinis erit sermo, deinde de revelationibus.

secreta cœlestia sæpè manifestata S. Teresiæ.

Anima in gratia constituta pulchritudo,

2457. Primò, flagrante Beatâ Teresiâ in desiderio videndi pulchritudinem animæ in gratiâ constitutæ, evenit, ut in quadam vigilia Sanctissimæ Trinitatis, illud Deus illi conces-

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

concesserit, ostendendo illi quemdam globum, sive quemdam orbem pulcherrimum crystalli, ad instar unius Castri cum septem habitaculis: In quorum septimo, nempè in centro, assistebat Rex gloriæ, cum miro splendore, illustrante omnia illa habitacula. Quæ tantò majori lumine perfundebantur, quantò magis centro appropinquabant. Hæc lux ultrà dictum globum non se extendebat; quin omnia extrà illum erant tenebræ, viperæ, & alia animalia venenosa. Et cùm Beata Teresia miraretur hujusmodi pulchritudinis magnitudinem, quam Deus animabus in gratiâ constitutis communicat, illicò lux evanuit, & (Rege gloriæ nequaquam ab isto Castro absente) crystallus fuit obscuritate obruta, & remansit turpis, & quasi carbo, & cum quodam intolerabili fœtore, & per illa venenosa animalia, quæ existebant extra globum, statum animæ in peccato existentis significari, ipsi fuit ostensum. Quam quidem mysteriosam visionem communicavit uni ex suis Confessariis, nempè Episcopo Tirasonensi sæpè nominato, dixitque illi magnos effectus spirituales in anima sua ex hac visione provenientes. Inter quos unus fuit, quòd ex illa Deo remansit adeò humiliata, ut ex illâ horâ numquàm sui fuerit recordata in opere bono: quia vidit quòd omnis pulchritudo proveniebat ex illo splendore, & omnis virtus ex illa potentiâ, & omnes vires animæ, & corporis erant vivificatæ ex illâ essentiâ existenti in suo centro, & quòd indè omne bonum emanabat: & sic omne bonum, quod ex illo tempore gessit, & operata fuit, retulit in Deum, tamquàm auctorem, & motorem principalem, ut ipse Episcopus in suâ depositione affirmat.

gratiosâ visione à Deo monstrata S. Teresiæ:

Anima in peccato existentis horridus status:

quàm humiliata fuerit S. Teresia ex visione illa:

2458. Secundò, per annum, & amplius Beata Teresia obtinuit gratiam à Deo, videndi Christum Redemptorem nostrum à latere suo dextro, illam concomitantem, aloquentem, & docentem, consolationemque in suis laboribus præbentem, ac ipsam in altissimâ oratione recolligentem, aliosque mirabiles, & salutares effectus in animâ ipsius relinquentem: prout latè eadem scriptum reliquit, libro suæ Vitæ, c. 28. & 29. & in sexta Mansione, cap. 8. & confirmant prædictus Episcopus Tirasonensis lib. 1. c. 13. & P. Ribera, lib. 4. c. 4. Tertiò: Posteà verò idem Dominus noster non solum huic Virgini concessit illum videre visione intellectuali supradictâ; sed etiam quadam aliâ visione inter imaginarias altissimâ, sibique (ut ipsa ait) valdè proficuâ. In ea namque paulatim Christus suæ sponsæ videndum se præbuit: In primisque illi tantummodò manus suas divinas, quæ cœlum, & terram fabricarunt, demonstravit. Et paucis elapsis diebus illi videre concessit suam divinam faciem, quam Angeli prospicere desiderant. Et tandem in festivitate Sancti Pauli, dum Missæ sacrificium audiret, tota illa sanctissima humanitas (prout Jesus Christus resuscitatus, ac glorioſus depingi solet) ipsi fuit ostensa. Cujus incredibili pulchritudine ita capta fuit, ut ab ipso Christo Domino suavia hæc verba: FILIA IAM TOTA MEA ES, ET EGO TOTUS TUUS, hisque similia, magno cum amoris indicio proferente, audire meruerit. Et hanc gratiam, istumque divinum favorem, pluriès spatio duorum annorum cum dimidio, ab omnipotenti Deo habuit, ut ipsa refert in cap. vigesimo octavo, & vigesimo nono suprà citatis, & in supradicta sexta Mansione c. 8.

S. Teresia frequenti, & variâ visione Christi delibuta:

singularissima dilectionis verba ab eo audit:

2459. Quartò. Cùm jam primum Monasterium novæ Reformationis in urbe Abulæ Beata Teresia construxisset, mentali orationi instanter vacans, à Jesu Christo sponso suo, ob varios in ejus, & Genitricis suæ sanctissimæ obsequio passos labores, coronâ fulgentissimâ fuit redimita, & tamquàm sponsa decorata, ut ipsa in libro Vitæ suæ cap. 36. scriptum reliquit. Quintò. Insuper Dominus noster aliam maximam, admirandamque gratiam Ancillæ suæ Teresiæ concessit, nempe quamdam visionem trium personarum Sanctissimæ Trinitatis, in quâ gaudebat tanta illuminatione, & penetratione veritatis istius mysterij, quanta in hac vitâ mortali obtineri potest, ut eademmet scripsit in septimâ Mansione capit. primo, & tradidit Pater Ribera ubi suprà, dicto cap. quarto. Qui alias plures, ac mirabiles visiones hujus Sanctissimæ Trinitatis Deificæ mysterij, à Deo Beatæ Teresiæ collatas, & ab ipsâ propriâ manu in quibusdam chartulis conscriptas se vidisse affirmat.

coronâ fulgentissimâ ab ipso redimita:

SS. Trinitatis mysterii sublimiter ei revelatum:

2460. Sextò. Pluriès etiam, & ferè semper videbat Christum Redemptorem nostrum in hostiâ consecratâ, & sæpiùs cum maximâ, & mirandâ majestate; ut ipsa scripsit in libro suæ Vitæ c. 38. & in Itinere perfectionis cap. 34. Septimò. Et cùm aliâ vice orationi vacasset, fuit spiritus illius in ecstasim raptus, viditque iterùm per quamdam certam & claram notitiam, sacratissimam Christi humanitatem, excessivâ, maximâque gloriâ. Quam visionem non semel, sed pluries habere meruit & (ut illa fatetur) ex illa uberrimos fructus spirituales fuit consecuta, ut in prædicto libro suæ Vitæ cap. trigesimo octavo refert, & tradit Prædictus Pater Ribera, ut suprà.

sæpè videt Christum in hostia consecrata:

2461. Octavò. Altera autem die, orationi intentæ evenit illi quidam magnus raptus spiritus, in quo vidit se ipsam elevatam, & in cælum immissam: ibique genitores suos ante alios conspicere meruit. Et brevissimo temporis intervallo, tàm magna, & mirabilia vidit, ut verbis nullatenùs exprimi possent. Quod & aliàs illi evenit. Et quoties Deus illi hanc gratiam communicabat, toties denuò majora, & mirabiliora secreta illius æternæ Beatitudinis, magna cum lætitia, & exultatione illi demonstrabat. Et particulariter una vice, rapta mens ejus fuit in cœlum, ubi per unius horæ spatium, magno solatio perfusa, habuit Deum juxtà se stantem & demonstrantem illi mirabilia,

spiritu rapta in cælum, ibi mirabilia, & altissima mysteria videt:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

bilia, & altissima mysteria, secretaque cœlestia, dicentemque: VIDE FILIA, QUIBUS BONIS SE PRIVENT PECCATORES. HOC DICES ILLIS. Ut latiùs ipsa in prædicto capite trigesimo octavo scriptum reliquit. Nonò. Quamplures aliæ visiones Jesu Christi Domini nostri, & Sanctissimæ Trinitatis, Beatæ Virginis Mariæ, & Angelorum, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Sancti Joseph, & multorum aliorum Sanctorum Beata hæc Virgo habere meruit, plurieſque illam allocuti fuerunt Christus Dominus, & illius sanctissima Mater, & alij Sancti, ut in libris per ipsam scriptis variis locis legitur, & particulariter in sextâ Mansione cap. 5. scriptum reliquit, quòd cùm quadam die coram Christo crucifixo esset desolata, considerans numquàm habuisse quid quod pro Christo offerret, nec quicquam propter ipsum relinquendum, ipsemet Crucifixus illam consolando dixit, quòd ei dabat omnes dolores, & labores, quos passus fuerat, quòdque illos ipsa habere posset tamquam proprios, ad offerendos illos Patri æterno.

visiones aliæ plures, & Sanctorum alloquia habuit:

§. 5. *De Divinis Revelationibus.*

2462. DE Revelationibus divinis, quæ, sicut & visiones, ad prophetiam spectant, ut docet D. Thomas, alia quæ dicemus infra art. 21. cùm de dono Prophetiæ agemus. Nunc verò ad corroborationem prædictorum, nonnullas ex multis, quas in oratione habuit Beata Teresia, breviter prosequemur. Primò. Cùm quadam die Beata Teresia cogitasset maximâ cum anxietate, an esset in gratiâ Dei (quia nihil ipsi adeò grave evenire poterat, quàm cogitare, si forsàn Deum offensum haberet) humiliter Deum efflagitabat, tale quid non permitteret. Tunc Deus misericors illi revelavit, esse in suâ divinâ gratiâ, dicens, quòd similis amor Dei, quem ipsa habebat, & beneficia & favores, quibus illius anima illustrabatur, non compatiebantur cum animâ existente in peccato lethali, ut in lib. suæ Vitæ c. 34. ipsamet affirmat.

Revelationes divinas plures habuit S. Teresia,

quòd esset in gratia divina;

2463. Secundò. Revelavit etiam ei Dominus, quòd antequàm ab hac vita migraret, visura esset maximum progressum Ordinis Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, per hæc verba: ESTO FORTI ANIMO, QUANDOQUIDEM MEUM IN TE AUXILIUM VIDES; CORONAM HANC TE OBTINERE VOLVI, ORDINEM BEATÆ MARIÆ QUO AD VIXERIS, MAGNOS PROGRESSUS FACERE VIDEBIS: *Hoc à Domino accepi ad dimidium Februarij Anno* 1571. ait ipsa in prædicto libro. Quam quidem revelationem, (ut est notum) exitus comprobavit, & probat Reverendissimus Episcopus Tirasonensis lib. 2. Tertiò. Aliâ quadam die eidem fuit revelatum à Domino, prædictam Reformationem Discalceatorum tunc magnis persecutionibus afflictam, non dissolvendam; immò potiùs augendam. Quam revelationem, suo Confessario ipsa manifestavit, his verbis: *Labores quidem patiemur, sed Reformatio non retrocedet.* Et ita evenit, ut ipse Confessarius Episcopus Tirasonensis affirmat.

de imagine sui Ordinis progressu;

etiam inter persecutiones;

2464. Quartò. Iterùm cùm fundationi Monasterij Segobiæ operam daret Beata Teresia, ei Dominus per medium Sancti Alberti revelavit ejusdem Ordinis separationem à Patribus mitigatis. Quod ipsa dixit Patri Magistro de Yanguas, suo Confessario, sex annis antequàm separatio fieret, ut affirmat prædictus Episcopus Tirasonensis lib. 2. cap. 25. Et deponunt trigesimus sextus testis, in Remissoriali Salmantino, & testis quadragesimus nonus, in Remissoriali Abulensi. Quintò. Revelavit etiam eidem Beatæ Dominus noster obitum cujusdam Religiosi sui Ordinis, & quòd in cælum illius anima ascendisset viâ rectâ, absque eo, quòd per Purgatorium transisset. Quam revelationem habuit eadem hora, qua ille Religiosus obierat, ut ipsa scripsit in libro suæ vitæ c. 38. prout etiam aliorum obitus, & illorum animarum ascensus in cælum eidem revelati fuêre. Nempè cujusdam Magistri Ybañez, Ordinis Sancti Dominici, ipsius Confessarij, quin & alterius Fratris istiusmet Religionis, & cujusdam Religiosi Societatis Jesu, & aliorum plurimorum in cap. 38. suæ vitæ ab ipsa relatorum.

de ejus separatione;

de Religioso rectâ ad cœlum transeunte:

de simili gratia duobus Ordinis Prædicatorum, & cuidam Societatis Jesu.

2465. Quòd autem hujusmodi visiones, & revelationes, & cæteræ omnes, quas Beata Teresia habuit, prout in suis libris scriptæ apparent, fuerint veræ, & à Spiritu Sancto processerint, nihilque habuerint illusionis, nec participationis spiritûs maligni, facilè nobis persuasum fuit. Primò ex sanctitate excellenti, & virtutibus heroicis istius Beatæ Virginis, ut ex omnibus articulis hujus secundæ partis clarè constat. Item ab effectibus resultantibus ex eisdem visionibus & revelationibus, nempè humilitate profunda, & incremento amoris divini, & reliquarum virtutum, nechon utilitate, & ædificatione proximorum: Tum etiam ex approbatione tantorum gravissimorum virorum, tàm litteris, quàm prudentiâ, virtute, & pietate conspicuorum, quos superiùs non semel nominavimus, præsertim cùm de sanctitate in genere ageremus, inter quos Præsules, Magistros Sacræ Theologiæ, illiusque publicos professores, & ferè omnes ejusdem Beatæ Virginis Confessarios reperimus: Quibus eadem Beata favores, & gratias, quas in oratione & raptibus Deus illi conferebat, semper exponere ac manifestare curabat, ut ipsi omnia illa examinarent, & consilium præberent, ac dijudicarent an in dictis favoribus divinis aliquid illusionis fugiendum reperirent. Quos consulebat cum determinatione, & resolutione potiùs insequendi consilium ipsorum, illisque fidem majorem adhibendi, quàm prædictis revelationibus. Dicebat enim

Revelationes illa, & alia, vera, & à Spiritu S.

id variis argumentis persuadetur;

ipsa fidem majorem præbebat suis Confessarijs; quàm revelationibus.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

quòd in obediendo suis Confessariis errare non poterat, prout in credendo revelationibus, & visionibus. Undè ex prædicto tàm exacto examine istius spiritûs hujus Beatæ Virginis, ipsiusque visionum, ac revelationum, & illarum approbatione à tot viris insignibus, & eruditis, non videtur dubitandum, prædictas revelationes & visiones esse veras, & procedere à spiritu bono, & vero, non autem ab illusorio, & falso.

Revelationum istarum veritas ulteriùs stabilitur.

2466. Nec eò minus istæ revelationes & visiones probari videntur, quòd de illis potissimam attestationem desumamus ab ejusdem Beatæ Virginis Teresiæ scriptis, in prædictis ipsius libris & à decem Confessariis illius, qui de auditu ab eadem deponunt, qui sunt Episcopus Calaguritanus D. Petrus Manso: Et Episcopus Tirasonensis D. Didacus de Yepez: & Episcopus Abulensis, Fr. Don Joannes de las Cuevas: & Episcopus Segobiensis D. Petrus de Castro: & Magister Fr. Bartholomæus de Medina: Magister Dominicus Bañez: & Magister Didacus de Yanguas Ordinis Prædicatorum: Et Pater Ægidius Gonzalez de Avila: & P. Henricus Enriquez: & P. Hieronymus de Ripalda Societatis Jesu, præter alios insignes viros sæpiùs nominatos; quia ut probatur in relatione miraculorum art. 3. revelationes & visiones unico teste fide digno probantur. Et cùm ex naturâ rei alij testes dari non possint, nec ab alio, quàm ab ipsomet, quem Deus similibus favoribus prosequi dignatus est, probari possunt; materia subjecta facit, ut eisdem Beatis, quibus contigerunt, & illorum Confessariis, de auditu ab ipsis standum sit, ut in terminis fuit declaratum in relatione Sanctæ Franciscæ (a). Et conducunt plurimùm declarata in relatione Sancti Raymundi (b) & eò maximè cùm ex supradictis clarè, & evidenter constet de eximia sublimique sanctitate, nec non de miraculis multis & magnis à Deo operatis per merita, & intercessionem Beatæ Virginis Teresiæ, quæ fiunt, præter alia, ut illius dictis & scriptis, major fides sit adhibenda.

(a) part. 2. art. 12. de vis. & revelat.

(b) p. 2. art. 8. versu: *Nos tamen.*

Revelationibus similibus Deus fidelissimos amicos suos solet illustrare.

2467. Et quòd Deus tam familiariter per modum visionum & revelationum cum suis fidelissimis amicis loquatur, illisque sua secreta manifestet, non est novum, neque inusitatum: Divina enim Majestas Civitates illas funditùs eversura his verbis amico suo Abraham loquitur, Genesis cap. 18: *Num celare potero Abraham quæ gesturus sum?* Et in Amos Propheta cap. 3. sic legitur: *Non facit Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos Prophetas.* Apostolos etiam Dominus Joannis cap. 15. his verbis est affatus: *Iam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Et omnes ferè sanctos, maximè Ordinum Fundatores, divinis visionibus, & revelationibus illustratos fuisse legimus, ut videre est in libris Historiarum Sanctorum Benedicti, Bernardi, Dominici, & Francisci, & aliorum, qui præ manibus habentur: In quibus innumeræ visiones, ac revelationes, aliique favores divini tam ipsis sanctis Fundatoribus, quàm aliquibus eorum discipulis collati, scripti reperiuntur. Absque dubio itaque Deus cum suis amicis familiariter loquitur, & his maximè favere solet, quos ad opera grandia eligit, qualis fuit Beata Teresia, quam & Fundatricem unius perfectissimæ Religionis, & Magistram spiritualis doctrinæ à Deo optimo Maximo Ecclesiæ datam fuisse constat, ut supra de sanctitate in genere probavimus.

ARTICULUS XXI.

De Prophetiâ, discretione spirituum, & aliis Gratiis gratis à Deo Beatæ Teresiæ datis.

2468. *Gratia gratum faciens, est per quam homo ipse Deo conjungitur: Gratia verò gratis data est illa, per quam unus homo cooperatur alteri ad salutem, illum instruendo & ad Deum reducendo.* Ita distinguit D. Thomas (a) & de hac gratia gratis data dicit Apostolus (b). *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem*, (scilicet aliorum) *alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundùm eumdem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in uno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum.* Homo autem ad effectum hunc operari non potest interiùs movendo, (hoc enim solius Dei est) sed solùm exteriùs docendo, vel persuadendo. Undè gratia gratis data continet sub se supràdicta ab Apostolo expressa, & à D. Thoma (c) adducta, quibus homo indiget ad hoc, quòd alterum instruat in rebus divinis. Quibus ferè omnibus mirificè fuisse Beatam Teresiam à Deo condecoratam, probatur ex sequentibus.

GRATIA quid sit:

(a) 1. 2. q. 111. art. 1.

(b) 1. ad Corinth. 12.

Gratia gratis data.

(c) ead. q. art. 4.

mirificè in S. Teresia.

§. 1. *De Gratiâ Fidei.*

2469. PRimò gratiam fidei habuisse constat ex summo desiderio, quo flagravit lucrandi animas Deo, ad quem finem gratia gratis data dirigitur. Quod suprà in articulo 5. de charitate erga proximum, ostensum est. Et de excellentiâ fidei satis etiam suprà demonstratum est, quali firmitate gratiam fidei habuerit, & quantùm curaverit conversionem hæreticorum, & infidelium, quantâque fidei certitudine, ac rerum illius evidentia, fuerit prædita.

videlicèt Gratia fidei.

§. 2. *De Sermone Sapientiæ, & Scientiæ.*

2470. ET quòd habuerit sermonem sapientiæ & scientiæ, hoc est sublimem cogitionem rerum divinarum, & humanarum, ad aliorum eruditionem, satis docent

Sermo Sapientiæ, & Scientiæ.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

docent libri quatuor, quos scriptos reliquit, de quibus suprà, ubi de sanctitate in genere, qui variis linguis ex Hispano Idiomate versi, per omnes status Ecclesiam Dei recognoscentes, in manibus circumferuntur, quorum doctrina tamquam vera & catholica, & à Deo infusa, communiter ab omnibus est approbata, & laudata: præsertim ab octoginta quinque testibus, deponentibus, inter quos sex sunt Reverendissimi Præsules, pietate, & doctrinâ insignes. Nempe D. Alfonsus Manrrique, Archiepiscopus Burgensis: D. Petrus Manso, Episcopus Calaguritanus: D. Petrus de Castro, Episcopus Segobiensis: D. Joannes Alfonsus de Moscoso, Episcopus Malacitanus: D. Laurentius Otadui, Episcopus Abulensis. Alij verò septem sunt Magistri & Cathedratici Sacræ Theologiæ; in Universitate Salmantina: Nempe Pater Magister F. Dominicus Bañez Ordinis Prædicatorum, celeberrimus Theologiæ Prælector, Pater Magister Augustinus Antolinez Ordinis Sancti Augustini, Provincialis, & Cathedraticus etiam Primarius Theologiæ, Magister Joannes Alfonsus de Curiel, Cathedraticus etiam Primarius Theologiæ, & Magister Fr. Basilius Ponce de Leon Ordinis Sancti Augustini, & Magister Pater Fr. Petrus Cornejo, Ordinis Carmelitarum Calceatorum, & ambo Cathedratici Sacræ Theologiæ, & Magister Fr. Bartholomæus Sanchez, ejusdem Ordinis Carmelitarum Calceatorum, Cathedraticus proprietatis, & Decanus Theologiæ, in dictâ Universitate, & Magister Frater Ludovicus Bernardus, Ordinis Sancti Bernardi Generalis, & Cathedraticus sacræ Scripturæ, & Doctor D. Rocchus de Vergas, Archidiaconus de Monte Leon, & Canonicus Doctoralis in Ecclesia Salmantinâ, ac in eadem Universitate sacrorum Canonum Cathedraticus primarius, & P. Franciscus Suarez, Societatis Jesu, Cathedraticus Primarius Theologiæ, in Universitate Conimbricensi. Reliqui verò 64. testes, alij sunt Canonici Magistrales, & Lectorales, alij Religiosi valdè litterati, & graves Ordinum Sancti Dominici, Sancti Francisci, Sancti Augustini, Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Sancti Benedicti, Sancti Bernardi, Sancti Hieronymi, Carthusianorum, Societatis Jesu, Sanctissimæ Trinitatis, Sanctæ Mariæ de Mercede. Alij verò sunt Præsidentes Consiliorum Regis Catholici, & Consiliarij eorumdem. Qui omnes doctrinam dictorum librorum, non solùm tamquàm sanctam, & catholicam approbant, illamque miris encomiis extollunt; sed (quod magis est) aliqui eorum divinitùs infusam, & à Deo optimo Maximo doctam, per medium orationis, & conversationis adeò familiaris, quam Beata Teresia cum divina Majestate habebat, judicant, & reputant. Et inferunt aliqui ex eisdem testibus, quòd ex altitudine mysteriorum supernorum, & divinorum nostræ fidei, & aliorum arcanorum cælestium, quæ scripsit prædicta Beata Teresia, mirabili cum scientia & claritate, (cùm tamen illa litteris nec in scholis, nec alibi operam dedisset, quin potiùs esset mulier divinarum litterarum omninò ignara, cumque tota doctrina sit madefacta igne charitatis, quo inflammantur corda, hos libros legentium) concludunt, magnam utilitatem magnumque fructum spiritualem ex eorumdem lectione in Ecclesiâ Dei subsecutum. Quia animæ fidelium removentur à vitiis, & excitantur ad virtutes, & hoc quasi miraculosè, ob efficaciam, quâ cor legentium illos, quantumcumque durum compunctione, & devotione mollificatur, cujus multi ex prædictis testibus, in se ipsis experimentum fecisse affirmant. Undè plures testes subdunt, meritò istam Beatam Virginem ratione prædictæ scientiæ divinitùs infusæ, depingi cum columbâ super illius caput, sub cujus specie Spiritum Sanctum sibi apparuisse, in quadam vigiliâ Pentecostes, suumque spiritum, magna cum fruitione gloriæ, in ecstasim raptum fuisse, ipsa Beata Teresia affirmat in relatione suæ vitæ c. 38. Accedit quòd (ut suprà probavimus) sæpè dum istos libros scribebat, visa fuit vultu splendere, illosque maximâ cum celeritate scribere, quod est signũ maximum præsentiæ Spiritus Sancti ipsi tunc dictantis. Ex quibus, & ex tot gravissimorum, & doctissimorum virorum gravissimâ censurâ, meritò ipsos libros eâdemmet censurâ dignos judicavimus.

resplendens in libris quos scripsit,

quorum doctrina, velut à Deo infusa, probatissima est,

ita deponunt 85. testes, plerique eruditione eximiâ præditi:

doctrinam eorum miris encomiis extollunt, ut sanctam,

magnaque utilitatis & fructûs spiritualis,

corda etiam dura quasi miraculosè mollificantis.

§. 3. *De Gratiâ sanitatum, & operationis virtutum.*

2471. DE gratiâ verò sanitatum, & operationis virtutum, quæ ad miracula pertinent, illam habuisse Beatam Teresiam in relatione miraculorum latè probabitur.

§. 4. *De dono Prophetiæ.*

2472. DE Prophetiæ autem dono, quod ei Dominus omnipotens communicare dignatus fuit, patet tum ex visionibus, & revelationibus divinis, de quibus supra art. 20. quas quidem visiones, & revelationes ad prophetiam spectare docet D. Thomas (a) juxta illud Isaiæ 6: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum*, tùm etiam ex futuris contingentibus, quæ Beata Teresia prædixit, circà quæ propriissimè prophetia versatur, juxta D. Gregorium (b) quem refert, & sequitur idem D. Th. loco proximè citato. Et licèt ex eisdem Beatæ Teresiæ libris, & testium depositionibus, constet de quàm pluribus casibus, in quibus Beata Teresia spiritu prophetico futura prænovit, & prædixit; tamen quia omnes recitare esset nimis longum, ideò aliquos tantummodò in comprobationem istius assertionis enumerabimus.

Prophetia donum communicatum S. Teresiæ:

(a) 2. 2. q. 175. art. 3. in corp.

(b) Homil. 1. in Ezechiel.

2473. Primò prænovit Beata Teresia, illius magni viri (suprà nominati) Patris

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

(a) nunc Sanctus solemniter canonizatus.

S. Petri de Alcantara obitum prædixit,

ita quoque subitaneam mortem suæ sororis.

Fr. (a) Petri de Alcantara mortem per annum ante illius obitum, ut ipsa in libro suæ vitæ cap. 27. expressit, in his verbis: *Anno antequam obiret, apparuit mihi absenti & novi ipsum moriturum, de quo per aliquas leucas absens illum monui. Et cùm efflaret animam, apparuit, dixitque mihi se ad requiescendum ascendere. Quod ego cum alijs communicavi, & post dies octo venit Nuncius illius mortis, seu (ut melius dicam) æternæ vitæ, quam inchoaverat.* Secundò etiam prænovit per revelationem divinam, quòd D. Maria de Cepeda ipsius soror, morte subitaneâ esset obitura, quod illius Confessario aperuit, & iter paravit ad Oppidum, ubi soror morabatur, tacitaque revelatione, cœpit illam admonere, ut sacramentum pœnitentiæ frequentaret, seque ad incertum diem, quô à Deo vocaretur, præpararet. Quod illa fecit, piè vivendo, & evenit casus, dum post quadriennium repentè dicta D. Maria obiit, cujus animam paucis exindè diebus è Purgatorio exeuntem Beata Teresia vidit, ut ipsa refert in prædicto suo libro, cap. 34.

Marchionissa cuidam dixit, non habituram successionem:

& ita evenit:

2474. Tertiò. Cùm D. Catharina de Mendoza, Marchionissa de Mondejar scripsisset Beatæ Teresiæ binas litteras, petens ut sibi à Deo postularet successionem legitimam, illi Beata Virgo respondit, quòd voluntas Dei erat, quòd non haberet talem successionem. Et quamvis posteà eadem Marchionissa peperisset filium, qui per viginti annos vixit, nihilominùs prophetia prædicta fuit adimpleta, quia ille (Comes vocatus de Tendilla) obiit, & post eum prædicta Marchionissa absque filiis, nullaque relictâ successione, ut deponunt quadragesimus quartus testis Comitissa de la Puebla, in primâ parte Remissorialis, de auditu ab ipsâ Marchionissâ, & quadragesimus quintus, & quadragesimus sextus testis de auditu, à supradicta Comitissa, & de publica voce, & fama. Quartò. Prænovit etiam laborem quemdam, quo prædictus Episcopus Tirasonensis ejus Confessarius, quadam vice vexabatur, misitque ad illum sociam, Matrem Annam de Sancto Bartholomæo, quæ illi ipsius nomine diceret, quamdiù labor ille esset duraturus, prout evenit, quia labor prædictus, tempus designatum à Beata Teresia non excessit, ut deponit ipsemet Episcopus, in secunda parte Toletani. Quintò. Item prædixit cuidam nobili D. Mariæ de Guzman, quòd postquàm matrimonio collocaretur, Monialis esset futura, non tamen Carmelita Discalceata, sed in aliâ Religione, quodque similiter duo filij, quos ex illo matrimonio erat procreatura, futuri essent Religiosi. Quæ omnia ita contigerunt: nam nupsit, & duos habuit filios, & tàm ipsa, quàm illi, defuncto marito, facti fuerunt Religiosi.

varia alia ejus prædictiones:

2475. Sextò. Cuidam suæ nepti D. Beatrici de Oualle, quæ valdè ornatè incedebat, & à statu Religionis animo longissimè aberat, prædixit Monialem Discalceatam futuram esse, ad illamque hæc verba facere solebat: *Nunc Beatrix, discurre ut libet, nam denique Monialis Discalceata futura es.* Quod exitus comprobavit, ut refert idem Episcopus Tirasonensis in suâ historiâ, & confirmat eadem Beatrix, Priorissa Conventus Toleti, in prima parte Remissorialis Toletani. Septimò, Per annos ultra viginti, antequàm D. Sebastianus Rex Lusitaniæ, in Africam cum exercitu transiret, ibidemque periret, vidit Beata Teresia Angelum, sanguinolentum ensem manu tenentem super Regnum prædictum. Quæ visio indicabat copiosum sanguinem ex illo Regno fundendum, prout in effectu evenit, ut probat quadragesimus nonus testis, in Remissoriali Abulensi, fol. 371. de auditu ab ipsamet Beata, & Episcopus Tirasonensis, loco citato. Octavò. Prædixit etiam Beata Teresia suum obitum, illumque Patri Fratri Mariano, ejusdem Ordinis Religioso, ante octo annos manifestavit. Ut deponunt in Remissoriali Salmantino, quadragesimus testis, & quadragesimus primus, & quadragesimus tertius, & quadragesimus octavus, & quadragesimus nonus, & quinquagesimus. Aliorumque multorum mortem præscivit, pluraque alia spiritu prophetico prædixit, quæ à supradictis historiis, & ab ipsamet Beata in prædictis libris referuntur & brevitatis causâ hic omittuntur.

spiritu prophetico plura alia præscivit, & prædixit.

§. 5. *De discretione Spirituum.*

Discretio spirituum quid sit:

2476. DIscretio autem spirituum, quæ etiam est species prophetiæ, versatur circa dignoscendum spiritum, quô quis movetur, & discernendum Angelum lucis, ab illo tenebrarum, cùm non omni spiritui sit credendum, juxtà illud 1. Joannis 4: *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Et etiam versatur circa cognoscendum occulta cordium, juxtà illud Hieremiæ 17: *Pravum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes.* Et docet D. Thomas (a) Quæ gratia est maximæ excellentiæ, & utilitatis, præcipuè in personis habentibus curam, & regimen animarum spiritualium, prout Beata Teresia habuit: rexit enim ac direxit per viam spiritualem, tàm suas Moniales, quàm multas alias animas; sicque & illi non defuit ista gratia, quin potiùs illam mirificè à Deo obtinuit, ità ut in discernendo spiritum quo quis vel moveretur, vel in orationis studio procederet, fuerit Magistra, & in cognoscendo, & penetrando secreta cordium excellens. Ut docent clarè consilia, quibus suas Moniales in vitâ spirituali direxit; illis, prout occasio eveniebat, affirmando spiritum quô ducebantur, esse sanctum & verum, alias verò de contrario admonendo, revelationes & visiones veras, ab illusionibus discernendo, secreta & occulta cordium, pluribus (prout expedire videbat) patefaciendo, non

(a) in cap. 12. lect. 2. Epist. 1. ad Corinth.

illam à Deo mirificè habuit S. Teresia:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

non minùs ac si propriis oculis eorum corda, & in eis recondita prospiceret. Ut affirmant idem Episcopus Tirasonensis, in suâ depositione, & scriptum reliquit in historiâ vitæ istius Beatæ, lib. 3. c. 28. §. 3. & R. P. Franciscus Ribera, in eadem Historia, lib. 4. c. 25. & testes alij plures. Et prædicti scriptores, diversos casus ad hunc articulum spectantes referunt, quorum (brevitatis causâ) tres vel quatuor tantummodò, notabiles quidem, hîc referendos decrevimus.

secreta cordium pluribus patefecit.

2477. Primus evenit eidem Reverendissimo Episcopo Tirasonensi, cui Beata Teresia quandam Epistolam scripsit, tradiditque Priorissæ sui Conventus Toleti, & illi injunxit, ut post ejusdem Beatæ obitum, illam prædicto Episcopo legeret, prout factum fuit. Et idem Episcopus affirmat, quòd Beata Teresia in eadem Epistola penetraverat interiorem statum ipsius Episcopi, & necessitatem ipsius animæ curandæ apertè significaverat, non secùs ac si ipsa intra cor suum extitisset. Secundò. Cum P. Gaspar de Salazar Societatis Jesu, distaret per plures leucas à loco, in quo Beata Teresia commorabatur; cognovit ipsa statum interiorem illius Patris, & ex particulari Dei ordinatione illi apparuit, realique præsentia illius cubiculum clausis januis ingressa fuit, ac illi dedit quædam documenta, ad salutares effectus animæ suæ. Ut probat tertius testis P. Doctor Enriquez ejusdem Societatis, & Confessor Beatæ Teresiæ, de auditu tam ab ipsa, quàm ab eodem Patre Salazar, & refert idem Episcopus Tirasonensis, ubi suprà.

Episcopi Tirasonensis statum interiorem qualiter penetraverit:

idem, & mirabilius accidit in alio Societ. Jesu.

2478. Tertiò. Vallisoleti quidam Sacerdos in præsentiâ Beatæ Teresiæ Missam celebravit, quem ipsa post Sacrum ad Cancellos vocavit, & dixit nefas esse quòd Sacerdos peccato mortifero obnoxius celebrare auderet, ac ipse perterritus veritatem agnovit, gratiasque sanctæ Teresiæ egit. Ut probat idem Tirasonensis Confessarius Beatæ Teresiæ, loco suprà citato. Quartò, in Conventu Fratrum ejusdem Ordinis Oppidi de Pastrana, quidam Frater Novitius gravissimam tentationem patiebatur, quam nemini propalare audebat. Illucque Beata Teresia accedens, statim ac prædictum Novitium aspexit, cognovit id quod intùs patiebatur, illoque seorsum vocato, terque interrogato, quidnam haberet, renuenteque suam tentationem manifestare, ipsa Beata illi eandem tentationem, & afflictionem, quâ ipse cruciabatur, clarè demonstravit, & modum, quo liberari posset, talèm docuit, ut ex illâ horâ Religiosus ille incolumis & tali molestiâ liber remanserit. Ut probat quadrag. nonus testis, qui prædictis adfuit in Remissoriali Abulensi, & sextus testis in 4. pa. Toleti, de auditu ab eodem Religioso, & firmant supradicti scriptores vitæ istius Beatæ.

Sacerdotem in statu peccati mort. celebrantem nescit, & corripit.

Novitij gravissimam tentationem internam ipsimet manifestat, & remedium suggerit.

§. 6. *De Gratiâ Interpretationis sermonum.*

Gratiâ interpretationis sermonum.

2479. GRatia autem interpretationis sermonum, quamvis videatur spectare ad Doctores, & in divina lege peritos, nihilominùs, quia gratis data, Deus omnipotens (cujus non est abbreviata manus) illam Beatæ Teresiæ ad multos edocendos & erudiendos tribuit, ut constat. Nam cùm esset mulier, quæ nunquàm latinum sermonem didicit, aliqua sacræ Scripturæ loca interpretata est, sensu sano, catholico, & utili, ut inter alia apparet in libro, quem in Orationem Dominicam edidit, & in illo super Cantica Canticorum. Ut probat Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 3. c. 28. §. 2. & 3. In quo latè & doctè demonstrat, qualiter à Deo Beata Teresia hæc & cæteris aliis supradictis gratiis gratis datis fuit insignita; ita quòd de omnibus gratiis ab Apostolo enumeratis, (prout suprà) ipsa Beata Teresia omnes (exceptâ tantummodò gratiâ, quæ genera linguarum vocatur) obtinuisse meruerit à Deo Optimo Maximo.

insignita S. Teresia.

ARTICULUS XXII.

Donis Spiritus sancti, ejusque fructibus, & Beatitudinibus, S. Teresia ornata.

2480. SEcundùm D. Thomam (a) *Dona Spiritus sancti sunt habitus, quibus anima perficitur ad promptè instinctum, & motionem Spiritûs sancti sequendum.* Quæ quidem dona sunt septem, scilicet *donum Sapientiæ, Intellectus, Consilij, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, & Timoris Dei*, quibus quasi quibusdam perfectionibus homo disponitur ad promptè obediendum Spiritui sancto. Quibus donis, ex superioribus virtutibus (quas demonstravimus Beatam Teresiam habuisse) resultare videtur, eandem ornatam fuisse & promptissimè secutam instinctus Spiritus sancti, & maximè quia charitatem erga Deum, & proximum, in heroico gradu habuisse ostendimus. Unde sequitur, cum D. Thoma ubi suprà articulo quinto, quòd qui habet charitatem, habet omnia dona Spiritus sancti. Quæ omnia sibi invicem in charitate connectuntur.

(a) 1. 2. q. 68. art. 2. & 3.

Dona Spiritus sancti:

illis decorata fuit S. Teresia,

2481. Et cùm eadem Beata plures actus egregios virtutum, & donorum produxerit, qui sunt veri fructus Spiritus sancti, videtur eisdem fructibus maximè præstitisse. Ut enim docet idem Sanctus Doctor (b) fructus Spiritus sancti, dicitur operatio hominis, quasi cujusdam divini seminis, juxtà illud 1. Joannis 3: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet:* Videtur dicendum, operationes virtutum istius Beatæ Virginis, quasi ex divino semine provenientes, fructus Spiritus sancti fuisse.

& eorum fructus produxit.

(b) 1 2. q. 70. art. 1.

2482. Quæ operationes virtutum, cùm in illa fuerint perfectè excellentes, (ex superiùs adductis) sequitur non solùm posse dici

Beatitudines etiam habuit.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

fructus Spiritus sancti, sed etiam Beatitudines, juxtà eundem S. Thomam (a) ubi dicit omnia opera virtuosa, in quibus homo delectatur, fructus dici, non autem Beatitudines, nisi perfecta, excellentiaque fuerint. Vndè ex tot tantisque operibus perfectis & excellentibus quibus Beata Teresia resplenduit, sequitur habuisse, non solùm fructus, sed etiam Beatitudines, quibus in hac vita gaudere conceditur, quod veluti quædam inchoatio æternæ Beatitudinis, reperitur in viris perfectis, ut notat idem S. Doctor (b).

(a) dicta q. 70. art. 2.

(b) dicta q. 70. art. 2. in corp.

RELATIO TERTIA.

ARTICULUS I.

De miraculis S. Teresiæ in genere.

Canonizatio Sanctorum prævè requirit, ut constet de vita, virtut. &c ac Miraculis,

2483. CErti juris est, ad canonizationem Sanctorum claris, & perspicuis probationibus ante omnia constare debere de Vita, Virtutibus, & Sanctitate Canonizandi; & de Miraculis intercessione illius à Deo operatis, juxta ritum S. R. E. & Sacrorum Canonum sanctiones. Et quamvis non sit dubium, quin pro Canonizatione non sit opus probari Miracula in vita Canonizandi facta; sed sufficiat constare de factis post illius mortem: (prout hanc sententiam tenet, & docet D. Thom. c) nihilominus, cùm Omnipotens Deus elegisset istam suam Servam Teresiam de JESU ad fundandam Reformationem Sacrosanctæ Religionis Fratrum, & Monialium Discalceatorum Sanctæ Mariæ de monte Carmelo, ex qua tot uberrimi fructus Ecclesiæ Catholicæ, & omnibus fidelibus per totum Orbem erant proventuri; (ut ex postfactò evidens, & notoria experientia docuit, illam futuram Fundatricem, & quasi Patriarcham tantæ, ac tam perfectæ, & sublimis Religionis) sicut dignatus fuit tot virtutibus heroicis, & excellentibus, tantoque spiritu dotare, ardentissimoque ipsius Dei amore ipsius pectus, & cor inflammare: ita & suâ miseratione decrevit etiam viventem condecorare, & Miraculis illustrare, & Orbi illius Sanctitatem manifestare.

saltem post mortem:

(c) D. Tho. 2. 2. q 178. art. 2. in corpore artic. versus *Secundo autem modo,*

S. Teresia à Deo electa,

Fundatrix & quasi Patriarcha,

perfectæ & sublimis Religionis,

etiâ vivens Miraculis claruit.

2484. Vt debitus ordo servetur, & ab universalibus incipiamus, & sic melius possit ad specialia deveniri: ante omnia operæ pretium erit demonstrare in genere, probari sufficienter Omnipotentem Deum Miracula plura operatum fuisse intercessione suæ Servæ Teresiæ; & posteà ad illorum aliqua particulariter & in specie devenire, dicimus sufficienter probatum, per Servæ Dei Teresiæ de Jesu intercessionem tam in illius vita, quàm in morte, & post mortem, Omnipotentem Deum quàm plurima Miracula operatum fuisse ubique terrarum, quòdque plures, & ferè omnes testes, in Relatione Miraculorum clarè, & verbis expressis deponunt, & non pauci illorum affirmantes etiam de publica voce, & fama; quibus accedunt Scriptores, qui usque nunc illius vitam in scriptis redegerunt; prout sunt, Reverendissimus D. Didacus de Yepes Ordinis sancti Hieronymi, Catholicæ Majestatis Philippi II. Confessarius, & postea Episcopus Tirasonensis, in libro de Vita ejus in Prologo lib. 4. Pater Doctor Franciscus Ribera Societatis Jesu, qui librum ejusdem Vitæ typis mandavit, lib. 5. cap. 8. Pater Magister Ludovicus de Leon Ordinis sancti Augustini Cathedraticus Sacræ Scripturæ in Vniversitate Salmantina, in quadam epistola dedicatoria pro initio librorum ab ipsa Serva Dei conscriptorum, circa medium. Thomas Bosius, in libro de signis Ecclesiæ Dei, tom. 1. lib. 12. cap. 25. Pater Frater Joannes à Jesu Maria Religionis Carmelitarum Discalceatorum tunc Procurator generalis, nunc verò Præpositus Generalis Congregationis Italiæ, in libro, quem de eadem vitâ edidit, lib. 5. cap. 4. de Miraculis. Quæ comprobantur ex diversis, & pluribus litteris Clementi Papæ VIII. & Gregorio XIII. non semel directis, instanter, & suppliciter efflagitantibus adscriptionem in numerum Sanctorum, prout sunt literæ Regis Catholici Philippi III. & Reginæ, illius uxoris: item & literæ Archiepiscopi Tarraconensis, & Episcoporum illi suffraganeorum, in Concilio Tarraconensi expeditæ: Quibus accedunt literæ Archiepiscopi Burgensis, & Archiepiscopi Valentini, & Archiepiscopi Mexicani, & Episcoporum Abulensis, Salmantini, Conchensis, Palentini, Vallisoletani, & Tirasonensis, præter aliorum quàm plurium Antistitum totius ferè Hispaniæ, quæ propter brevitatem omittuntur. Insuper & literæ congregationis Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium Regnorum Castellæ, & Legionis. Quin & literæ insignium Vniversitatum Salmantinæ, & Complutensis; nec non literæ Regni Castellæ, & Legionensis; & literæ Regni Aragoniæ; tum & literæ Regni Portugalliæ: item & literæ Dominationis Cantabriensis Provinciæ; & aliæ Excellentissimi Ducis de Lerma, & aliorum Procerum, nec non quàm plurium Ecclesiarum, Capitulorum, & Civitatum ipsiusmet Hispaniarum Regni. Qui ferè omnes testantur de Miraculis intercessione sanctæ Teresiæ, tam in vita, quàm in morte & de illorum fama, ultra virtutem, & sanctitatem ipsius Matris Teresiæ. Quemadmodum enim quamdiu illa vixit, Dei gloriam virili ausu, virili corde propagavit: sic ipse Deus clementissimus eam in Orbe tot Miraculis honorari, & illustrari, scriptis gravissimorum virorum, & sermonibus laudari, Principum, & Regum votis, & supplicationibus commendari misericorditer dignatus est.

attestantibus Scriptoribus vitæ ejus,

nec non Regibus Catholicis,

Archiepiscopis, Episcopis ferè totius Hispaniæ,

Ecclesiarum Cathedralium, Vniversitatum, &c.

imo & in vita, & in morte, & postea, pluvimis testatissimis,

ARTI-

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

ARTICULUS II.

De Miraculis in Vita.

Primum Miraculum, & celebre multiplicationis Farinæ.

2485. EVenit quòd cùm Anno 1580. Serva Dei Virgo Teresia de Jesu se contulisset ad locum de Villanova de la Xara Conchensis Diœcesis, pro fundando ibi Conventu sanctæ Annæ, cujus fundationem novem devotæ mulieres pauperes, ibi recollectæ viventes, summo desiderio expectabant; & cùm Mense Februario dicti Anni Villanovam jam venisset, dictæ fundationi, & illis optatum finem imposuit, insimul cum aliis Sex Monialibus professis selectis, & adductis ad hunc effectum ex aliis Monasteriis ejusdem Religionis, & eadem Serva Dei ibi illas novem devotas mulieres habitu Religionis induit, & cum ipsis demorata fuit per aliquot dies. Adveniente verò tempore sui discessus, & videns Moniales dicti Monasterij afflictas, eò quòd remanerent in Oppido paupere, & in Monasterio omninò indotato, & nihil prorsùs in redditibus habenti, undè tot Moniales, & servæ, & ministri necessarij ali possent; ipsas sic consolata fuit, promittens illis in nomine Domini nostri Dei omnipotentis, *quòd si religiosè vixissent, nihil eis unquàm defuturum.* Quam promissionem iterùm post annum elapsum ratificavit in occasione, quâ prædictæ Moniales ipsam per literas certiorem fecerunt, quòd advenerat tempus, quòd illæ novem Novitiæ professionem emittere debebant; attamen dubitabant quid agendum, stante dicti Monasterij summâ paupertate. Quibus Serva Dei, cùm esset Palentiæ, attendens fundationi Conventus illius Civitatis, rescripsit: quòd dictis Novitiis professio daretur, & quòd in nomine Sanctissimæ Trinitatis, in cujus Dominica illam Epistolam scribebat, promittebat ipsis, *nihil sibi de necessariis defuturum, si religiosam vitam egissent.* Quâ literâ per Moniales receptâ, & lectâ, maximâ fiduciâ in Deo, ex intercessione Servæ Dei Teresiæ illarum in Christo Matris, professionem dictis Novitiis dedêre; ipsæque illam alacriter emiserunt. Cujus promissionis implementum per tempora, continua experientia docuit; cùm nunquam ex postfactò dictis Monialibus quicquam necessarium defuerit; quin etiam ultra illarum competentia alimenta, & subventionem in omnibus necessariis, & eleëmosynas, quas frequenter pauperibus erogarunt; Ecclesiam sumptuosam fabricarunt, & acquisiverunt in redditibus annuis ducatos quadringentos. Quæ semper omnia retulerunt miserationi divinæ, & verbo, & promissioni S. Teresiæ Matris illarum.

S. Teresia Monialibus in pauperrimo Conventu promittit: Si religiosè vixerint, nihil eis defuturum:

post annum, durante illâ inopia, idem ratificavit:

promissio illa haud dum mirabiliter impleta fuit.

2486. In primo anno, & in limine dictæ fundationis, & post primam promissionem Virginis, & Matris Teresiæ dictis Monialibus factam, evenit in illo Oppido de Villanova quædam notabilis, & summa sterilitas, ita ut nec prece, nec pretio frumentum reperiretur, nec Moniales habebant pecunias, undè illud emerent, nec habitantes in illo loco poterant illis ullatenùs succurrere, prout nec succurrerunt; nec alias eleëmosynas, per sex menses, quibus ista sterilitas duravit, habuerunt; sed tempore sterilitatis, & penuriæ frumenti, nempè Februario, quo illa incæpit, habebant in quadam capsâ octo, vel novem mensuras farinæ (Hispanicè *fanegas*) quæ nullatenus pro unico mense illis sufficiebant, cùm opus illis esset quolibet mense decem mensuris pro alendis tredecim, vel quatuordecim Monialibus, & duabus servis, quæ extra claustra illis ministrabant, & duobus fratribus, qui illis ferè per totum illud sterilitatis tempus astiterunt. Quo tempore toto prædictis Monialibus, & ministris congrua, solita, & competens portio panis quolibet die fuit impartita, & pauperibus itidem panis eleëmosyna, largâ manu ministrata; pro quibus suppleendis erant necessariæ ad minùs pro dictis sex mensibus sexaginta mensuræ tritici ex supra explicatis.

& quidem in summa sterilitate, & istius Conventûs necessitate,

farina mensura 8. aut 9. multiplicata fuerunt,

ad minus ad sexaginta mensuras:

2487. Nihilominùs Omnipotens Deus, qui trans Mare Galileæ ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus satiavit quasi quinque millia virorum, & ex fragmentis, quæ superaverunt, impleti fuêre duodecim cophni (Joannis cap. 6.) & iterum in solitudine septem panibus, & paucis piscieulis, saturavit quasi quatuor millia hominum, superatis de fragmentis septem sportis; (Marc. 8.) idem misericors Deus, & mirabilis in Sanctis suis, non permisit istas devotas Moniales in tanta sterilitate illam experiri, nec aliquo modo defraudari verbo sibi dato, & promisso in nomine ejusdem Deitatis per ipsarum Matrem Virginem Teresiam de Jesu; & ita in ejusdem verbi, & fidei adstrictæ Servæ Dei vim, & integrum complementum, misericorditer operatus est, ut illæ octo, vel novem mensuræ farinæ ita in prædicta capsâ multiplicarentur, ut ex illis solis tota istius Monasterij supradicta familia sufficienter aleretur, & pauperibus frequenter ad Monasterium accedentibus eleëmosyna panis largè distribueretur per totos dictos sex menses; ita ut quandò farina à dicta capsâ extrahebatur, non deficere, sed multiplicari videretur. Quòd Moniales pro manifesto miraculo habuerunt, & plures pro illo gratias Deo reddiderunt, & usque in hodiernum diem illa vocatur *Capsa miraculi.*

id simile fuit miraculis Christi de panibus paucis aliquot millia hominum satiantis.

2488. ANNOT. Consequenter factum probatur testium depositionibus, quæ ponderantur, & confirmantur: & tandem sic concluditur: [Ex quibus nobis visum fuit satis probari, & illud esse in se miraculum maximum, operatum per intercessionem Servæ Dei Teresiæ de Jesu, & in vim promissionis per ipsam factæ suis Monialibus, in nomine Domini nostri, quòd nihil eis esset defuturum, si religiosè viverent. Ad quem autem gradum, & ordinem sit referendum, hujusmodi multiplicationis farinæ miraculum,

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

raculum, visum fuit . . . referendum ad primum gradum, ad quem refert D. Thomas (qui tres gradus miraculorum assignat, & declarat in parte 1. q. 105. artic. 8. in Corp. versic. UNO MODO) actus quoad ipsius facti substantiam excedentes facultatem totius naturæ creatæ, qualis est, in sui facti substantia, actus istius farinæ multiplicatæ]

II. MIRACULUM, IN VITA.

Laborans gravi Erysipilate, & ingenti febri, in instanti, solo tactu manûs S. Teresiæ liberata.

Erysipilate, & febri graviter laborans,

2489. ANna à Trinitate Monialis in Conventu Metinæ del Campo Vallisoletanæ Diœcesis, à pluribus annis, & antequàm ingrederetur Monasterium, patiebatur infirmitatem Erysipilatis in facie, insimul cum febri, & ferè quoliber anno hujusmodi accidens illi eveniebat, semel, aut bis, & tandem in ultima occasione illam ita oppressit, ut febris esset nimia, & Erysipilas maxima in naribus, quæ erant valdè tumidæ, & grossæ, ita ut Medici timentes ne in illis Cancer generaretur, volebant dictæ sorori fontes, seu rotaria facere. Et adhibitis multis, & diversis remediis, nihil tamen proficientibus, accessit ad illam infirmam

tactu manûs S. Teresiæ,

S. Teresia, & imponens illi manum in facie, dixit: *Ne timeas filia, spero quòd Deus tibi sanitatem restituet.* Quibus tactu, & verbis statim infirmitas cessavit, & Patiens remansit sana ab Erysipilate, & tumefactione, ac febri, &

instantanè sanata:

taliter, quòd nunquàm amplius, dum vixit, hac infirmitate fuerit affecta, quamvis postea vixerit per viginti annos.

similî modo Christus, & Apostoli infirmitates curarunt.

2490. Sic legimus Matthæi cap. 8. de Leproso per Christum Dominum mundato, *Et confestim mundata est lepra ejus*; & Actuum Apostolorum cap. 9. *Et continuo Surrexit*; & pluribus aliis locis Sacræ paginæ. Ponderandus etiam modus operandi hujusmodi Miraculum, nempè per contactum manus Servæ Dei super infirmâ, ad instar plurimorum Miraculorum, quæ operatus est ipse DOMINUS noster JESUS Christus per se ipsum, & manus suorum Apostolorum, prout legitur Marci quinto ibi: *Et tenens manum puellæ ait illi: Puella, tibi dico surge, & confestim surrexit,* & Matth. cap. 8. supra citato, de Leproso, quem Jesus extendens manum tetigit, & confestim sanatus est, & Luc. 22: *Et cum tetigisset auriculam ejus,* (scilicet servi Principis Sacerdotum) *sanavit eum,* & cap. 4. *Omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum, at ille singulis manus imponens curabat eos.* Apostolis etiâ quando misit ad prædicandû, modum, quo languores, in signum Euangelicæ veritatis, curare debebant, designavit dicens: *Super ægros manus imponent, & benè habebunt.* Marci ultimo. Et Actuum Apostolorum cap. 5. dicitur. *Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe,* & cap. 3. ubi dicitur de Beato Petro, *& apprehensa manu ejus dextera, allevavit eum, & protinùs consolidatæ sunt bases ejus, & plantæ.* Sanctis etiam aliquibus hoc donum fuisse communicatum docet Divus Gregorius secundo Dialogorum cap. 30. & ut docet S. Thomas (a) ille modus dicitur excellentior operandi Miracula, quia ad illa potestativè, seu tanquam instrumentum physicum concurrit. Cum ergo Deus per contactum manus suæ Servæ Virginis Teresiæ Miraculum hoc perfecerit, ostenditur illi suam virtutem communicasse; ita ut ipsa illi, per veram, & realem actionem contactûs, tanquam instrumentum physicum cooperaretur.

(a) quæst. 3. de malo art. 3. & 2. 2. q. 83. art. 1.

2491. ANNOT. Miraculi istius, per testes præsentes (cum factum fuit) comprobati, circumstantiæ in Actis Canonizationis ponderantur, his verbis [Quòd stante gravitate infirmitatis assiduâ, & à tot annis, & illius ingravescentiâ, cum gravi febre, & attento maximo narium tumore, & medicorum timore de cancro ibi generando, & quòd Erysipelas, & tumefactio narium, & febris insimul & in continenti cessarunt, accedente solummodò tactu Servæ Dei, & quòd nunquàm in futurum dicta infirmitas priùs assidua, illam molestaverit. Undè non solùm cessavit infirmitas, & accidens grave tunc temporis imminens; verùm etiam & causa illius, quæ operabatur illam assiduitatem, & continuationem annuam.]

III. MIRACULUM, IN VITA.

Sanitas instantanea per contactum manûs S. Teresiæ restituta alteri Moniali Pluritide, & magnâ febri in lecto laboranti.

2492. MAter Alberta Baptista Priorissa ejusdem Monasterij Metinæ del Campo jacebat in lecto, magno dolore in uno latere correpta, & cum maxima febri, & sic patiens infirmitatem Pleuritidis, ità ut in adventu Servæ Dei Teresiæ ad dictum conventum non potuerit surgere, & illi obviàm ire. Et cùm Ancilla Dei non videret dictam Priorissam cum aliis Monialibus, interrogavit de illa, & audivit qualiter ægrotabat, & illicò ivit ad illam videndam, & ingressa cellam ubi Priorissa jacebat, dixit illi: *Iesu! filia, & tu agrotas in meo adventu? Surge, quia es sana, & mecum descende ad cœnam:* Et simul istis verbis prolaris tetigit manu latus dolore affectum, & in continenti Priorissa obedivit Matri Teresiæ, & surrexit è lecto sana absque ullo dolore, & febri, ac si nunquam talem infirmitatem habuisset, & interfuit cœnæ cum dicta Matre Teresia, & attendit aliis ministeriis sui officij. Et cùm die sequenti venisset Medicus Doctor Polanco, & reperisset sanam, audivissetque dictum modum recuperatæ salutis, dixit esse Miraculum, prout & illud omnes Moniales judicarunt, gratias Deo agendo.

Duplici, & gravi infirmitate decumbens,

tactu manûs S. Teresiæ incontinenti sana:

2493. ANNOT. In Actis Canonizationis, adductis testium depositionibus, Miraculi istius circumstantiæ sic expenduntur: [Attendenda gravitas infirmitatis prædicti doloris cum febri, & quòd, illâ permanente, per contactum Servæ Dei fuerit incontinenti dicta Priorissa liberata à prædicto dolore, & febri, & obediendo Matri Teresiæ surrexit sana, & ambulaverit & potuerit attendere incumbentibus ipsius

XV. OCTOBR.

ipsius officio. *Hoc* additò, quòd non solùm in isto Miraculo intervenerit manûs contactus Ancillæ Dei; sed *verba imperativa: Surge filia, quia sana es*: quæ statim obedivit, & sana, ac libera à febri, & dolore surrexit, & ministravit Matri, & Sororibus. Modus quidem non parùm similis modo, quo Christus, & Apostoli Miracula operabantur; sicut de Socru Petri dicitur in Evangelio Luc. 4. & in Actibus Apostolorum c. 9. ibi *Et ait illi Petrus: Sanat te Dominus Iesus Christus: Surge, & sterne tibi, & statim surrexit*, & apud Matth. c. 8. de Leproso dicente: *Domine, si vis, potes me mundare.* Cui Iesus dixit. *Volo: Mundare*, (imperativè) *& confestim mundata est lepra ejus*, & Lucæ cap. 8. de Cæco, cui dixit Dominus *Respice; & confestim vidit.* Joannis cap. 4 & Lucæ cap. 7. de filio Viduæ Naim in præcedenti Miraculo relato, cui dixit Christus (quando illum tetigit) *Adolescens tibi dico, Surge*: *Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui*, Et in resurrectione Lazari dixit Christus. *Lazare, veni foras, & statim prodiit qui fuerat mortuus. Ioannis* 11.

modus istius Miraculi fuit non parùm similis quo Christus & Apostoli Miracula operabantur:

ARTICULUS III.

De Miraculis in Transitu S. Teresiæ, & aliquantulùm de illius fælicissimo Obitu.

2494. ACturi de mirabilibus, quæ Deus Dominus noster in Obitu suæ Servæ Teresiæ, & in signum ejus sanctitatis dignatus fuit ostendere: operæ pretium esse duximus, circa illius obitum, & modum transeundi de hoc mundo ad æterna gaudia aliquid attingere; ut constet Ancillam Dei usque in finem perseverasse, non immemorem verbi Domini dicentis: *Qui perseveravit usque in finem, salvus erit.* Evênit itaque quòd cum Serva Dei Teresia Metinam venisset; & inde Abulam (cui Monasterio præerat) ire parasset, de mandato Superiorum, & tanquàm obedientiæ cultrix, quamvis morbo graviter affecta, & valde adversâ valetudine laborans Albam pervenit circa finem mensis Septembris anni 1582. Ubi, infirmitate jam ingravescente, pridie festi sancti Francisci Sacram Eucharistiam postulavit, post Confessionem factam Patri F. Antonio à Jesv Provinciali, ac ipsius Servæ Dei tunc temporis Prælato. Et interim, dum expectatissimum Viaticum afferebatur, suas Moniales allocuta est, illis commendando Observantiam Regulæ, Ordinis Constitutionum, Obedientiamque debitam Superioribus, & petendo ab illis, ne ipsius indignæ Monialis culpas pensitarent; sed potius illi ignoscerent.

S. Teresia morbo extremo laborat:

Moniales hortatur ad observantiam Regulæ & Constit.

veniam petit:

2495. Ubi verò Eucharistiam in cellam inferri cognovit, quamvis, velut paralytica, jaceret; confestim se sine ullius adminiculo erexit, & summa cum veneratione, & reverentia illud divinum Viaticum suscepit, & in illius præsentia amore languens dicebat. *O Domine, Sponse mi! accessit tandem tempus optatum: æquum est ut te videam. Tempus est, mi Domine, ut ex hac vita migrem: fiat, obsecro, juxta placitum tuum. Evênit demùm hora, quâ hoc exilio eripiar, & te fruar, quem tam vehementer, ardenterque expetivi.* Et semper gratias particulari affectu agebat Deo, quòd eam in Ecclesiæ filiam adoptasset. Undè morti appropinquans sæpè repetebat verba hæc: *Sum certè, Domine, Ecclesiæ filia.* In oreque habebat frequenter illos Prophetæ versus: *Ne proicias me à facie tua: & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.* Et tandem petiit Sacramentum. Extremæ unctionis, illudque eâdem reverentiâ, & respondens precibus suscepit; & dum liniretur, eâsdem gratias Deo agebat, quòd illam in Ecclesiæ filiam admisisset. Quibus peractis, non desistebat sæpius prædictos versus David proferre. Tandem sequenti die, Quarto scilicet Octobris, horâ septima Matutina in latus incubuit, eo modo, quo imago sanctæ Mariæ Magdalenæ exprimi consuevit; & Christi effigiem manu tenens, nec usque ad Obitum deponens, vultu flagranti, orans, cum maxima quiete, & immota, quasi in Ecstasim rapta permansit usque ad horam nonam noctis, in qua animam Deo reddidit, eâdem die quartâ Octobris ejusdem anni 1582. ætatis suæ Sexagesimo octavo.

Extremam unct. petit, & pariter reverentiâ suscipit.

animam Deo reddit an. 1582. die 4. Octob. ætat. 68.

ANNOT. Præfata depositionibus testium, & ex Scriptoribus vitæ S. Teresiæ confirmantur. Quoad diem obitûs, qui dicitur accidisse IV. Octobris, animadvertendum, quòd juxtà Kalendarij Romani emendationem, ea sit XV (id est, Idibus) Octobris, quâ festum ejus colitur.

De aliquibus Mirabilibus in obitu S. Teresiæ.

2496. IN isto fælicissimo transitu Cælum, & Terra exultarunt, & suæ lætitiæ varia signa dederunt: aliquæ enim Moniales spectatissimæ vitæ, & sanctitatis, ejusdem Religionis, & Conventûs Albæ nocte, quâ Serva Dei ad cælum migravit, & aliis noctibus proximis; & Obitum illius præcedentibus, viderunt diversa cælestia lumina supra templi tectum, & in Choro, & in cella ejusdem Ancillæ Dei, ipsumque cæleste lumen transiens per illius fenestram: & quædam Religiosa maximæ virtutis, & sanctitatis, ipsiusque Virginis Teresiæ familiaris socia, antequàm Virgo animam efflaret, vidit Christum Dominum magno splendore præfulgentem, & multis Angelis comitarum, prope lectum suæ Ancillæ assistentem.

Transitûs nocte, & etiam ante, cælestia lumina visa, in cella S. Teresiæ, & alibi:

& Christus Dominus ipsi assistens.

2497. Alia verò Monialis, non minori sanctitate conspicua, puncto Obitûs Ancillæ Dei, audivit strepitum ingentem plurimorum, & vidit illos candidis vestibus amictos ingredientes cellam Virginis, & lectum ambientes, & statim ipsa ad cælum migravit. Et omnes crediderunt, istos fuisse illos decem mille Martyres, erga quos Virgo Teresia maximam devotionem gerebat, & quorum festum religiosissimè celebrabat, & qui

auditi etiâ, & visi plurimis in vestibus albis ejus jam migraturæ cellam ingredi:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

ei polliciti fuerant, horâ sui Obitus, se accessuros, & eam in cœlestem aulam comitaturos. Alia verò Monialis, ipso Mortis momento, vidit quasi Columbam albam ex ore Virginis prodeuntem. Alia verò Lucem Chrystallo similem juxta cellæ fenestram intuita est. Eâdem nocte, quâ ad cælum migravit Virgo Teresia, apparuit gloriosa diversis personis, præsertim Matri Catharinæ de Jesu Fundatrici, & Priorissæ Conventûs ejusdem Ordinis Oppidi de Beas, in Provincia, Bætica, Religiosæ spectabilis sanctitatis, quæ hoc confestim retulit Provinciali istius Ordinis, priusquam de illius Obitu, aut infirmitate aliquid accepisset.

momento obitûs visa quasi columba candida ex ejus ore prodiens:

eadem nocte ipsa S. Teresia variis apparuit gloriosa:

2498. Facies Virginis remansit pulcherrima, candida, & cute tensa, cùm jam illam senectus contraxisset, membra omnia flexibilia & tractabilia. Et quidam Odor mirificus aliis odoramentis absimilis non modò ex corpore, sed ex vestibus, & panniculis, quibus ægra utebatur, exivit tam vehemens, ut fenestras Cellæ, in qua dictum corpus jacebat, aperire oportuerit. De quo tamen infrà particulariter agetur. Et tunc accessit ad illam quædam Religiosa, capitis, & oculorum infirmitate valdè laborans, & imponens sibi manus Virginis super caput, & oculos, statim convaluit. Et alia Religiosa, quæ antea quatuor per menses olfactum amiserat, audiens ab aliis, suavissimum Odorem, quem sentiebant efflare corpus Virginis, accessit devotè ad illam, & dum pedes deoscularetur sensum lætæ recuperavit, & eundem olfecit Odorem.

facies ejus pulcherrima remansit.

ANNOT. Omnia hactenùs relata juratis testimoniis comprobata fuerunt, & pleraque per plures testes.

MIRACULUM IN IPSA MORTE S. TERESIÆ.

In nocte fælicissimi transitus Virginis Teresiæ ad cœlestem Hierusalem è conspectu ejus Cellæ Arbor Sicca intempestivè, & miraculosè floruit.

2499. TErra etiam in Obitu istius Ancillæ Dei exultavit, & præ exultatione, & in honorem Virginis, & Servæ Dei prodigiosum signum mundo dedit. Evênit enim, ut in quodam campo respondente ad Cellam Virginis Teresiæ, & in qua, sui Obitus nocte, ipsa mortua existebat; reperiretur quædam Arbor parva, & Sicca, quæ nunquam flores, nec frondes, nec fructus dederat, circumdata acervo lapidum, calcis, terræ, & laterum fabricæ, quæ in illo Conventu fiebat; & summo manè visa fuit cooperta, plena, & referta floribus albis. Quod cum plures Moniales vidissent, pro Miraculo habuerunt: cùm neque illa Arbor anteà, nec postea unquam flores, nec fructum dedisset.

Nocte obitûs S. Teresiæ arbor ficca floret:

2500. Quod reputavimus Miraculum evidens in honorem tantæ Virginis ab Omniporente Deo operatum, inspectis circumstantiis, quòd Arbor erat Sicca, & nunquam antea nec postea flores, nec fructum, nec frondes reddiderat, & quòd evênit Quinta Octobris, & tempore, quo juxtà Ordinem Naturæ arbores floribus non solent fulciri, quia illo tempore, etiam frondes amittunt; præcipuè in illis partibus jam tunc frigori valdè subjectis; item quòd in instanti prædicta arbor floruit. Ex quibus istud Miraculum referendum ad secundum gradum censuimus: cùm istud factum excedat facultates Naturæ, non quantùm ad id, quod fit; nempè arborem floribus vestiri (quod & Natura facit;) sed quantùm ad id, in quo fit, nempe in Arbore Sicca, quæ nec antea, nec postea flores, frondes, nec fructus dedit; & tempore autumnali: prout Natura potest præbere vitam, sed non mortuo; & visum, sed non cæco. Divus Thomas (a).

fuit istud miraculum evidens à Deo ad honorandam S. Teresiam.

(a) part. 1. q. 105. art. 8. in corp. vers. Secundò aliquid.

2501. Et non est novum, Deum similibus florum Miraculis suos servos honorasse. In Hispania enim, in urbe Arcitana, & die Martyrij sancti Torquati discipuli sancti Jacobi Apostoli florebat Oliva, ut tradit Ado in Martyrologio die 15. Maji. Et Cordubæ juxta sepulchrum Sanctorum Martyrum Asciccli & Victoriæ, Quintodecimo kalendas Decembris (quo die Martyrium passi sunt) ob commendationem eorum pretiosæ mortis, rosæ divinitus ortæ colligebantur, Vsuardus, Ado, & Æquilinus Episcopus in suis Martyrologiis. Sic Christus Dominus hanc Virginem ut sponsam, velut coronâ è floribus miraculosè natis contextâ decorare voluit, & lætitiæ signum hominibus exhibere dignatus fuit.

Miracula similia in Sanctis aliis.

ARTICULUS IV.

De Miraculis post Mortem, & primùm.

De miraculosa Incorruptione Corporis, & Reliquiarum S. Teresiæ.

2502. NOn solùm illicò post fælicem Obitum Virginis Teresiæ, Odorem mirificum, & vehementem, & à cæteris absimilem corpus illius efflavit, (ut in articulo 3. de Miraculis in ejus morte dictum reliquimus) sed idem corpus, postquàm sepulturæ fuit traditum, post plura, diversaque temporum curricula, semper fuit repertum Incorruptum, & Integrum, & eundem conservans Odorem, quem & ipsius sepulchrum insimul participavit; nec non idem corpus Liquorem quendam pretiosum, & odorificum continuò de se dedit. Vnde in hoc corpore potius tria Miracula, quàm unum reperiuntur, Incorruptionis, Odoris, & Liquoris. Et, ut de his clariùs, & facilius appareat, distinctione procedendum duximus. Et in primis de Incorruptione agendum, & pro illa concludenda, incipiendum esse à Sepultura huic corpori data, & de modo illud sepeliendi.

S. Teresiæ corpus in sepulchro incorruptum.

tria Miracula:

2503. Circa

XV. OCTOBR.

2503. Circa quod firmatur, quòd, postquàm Serva Dei animam efflavit, corpus illus indutum suis vestibus, & habitu, fuit sepulturæ traditum integrum, absque ulla interiorum extractione, & absque alicujus præservativi, seu odoris applicatione, & quòd sic appositum fuit in quadam lignea capsa. Sed quia Fundatrix Conventûs Albæ, in quo Mater Teresia ex hac vita migraverat, formidabat, ne istud inæstimabile pignus à sepultura extraheretur, & surriperetur, & ad Conventum Abulæ portaretur; (prout postea eventus docuit) curavit, ut Sepultura profundissima foderetur inter duas crates chori Ecclesiæ, in qua supradicta capsa, ipso corpore incluso, fuit immissa; & supra illam, terram, calcem, lapides, & aquam in magna quantitate Moniales projecerunt, & validissimis lapidibus per quendam lapicidam sepultura fuit impleta, non minùs ac si fundamentum fortissimum pro magno ædificio sustinendo construere voluissent.

Peculiariter notanda nonnulla circa sepulturam S. Teresiæ,

ANNOT. Prædicta confirmantur depositionibus plurium testium de visu.

De exhumatione dicti corporis S. Teresiæ, & qualiter, & quoties, quibusque temporibus fuerit repertum, & visum Incorruptum.

2504. PRædictum Corpus in dicta Sepultura sic incluſum remansit per novem menses continuos: & quia tantus odor ex dicto sepulchro prodibat, Moniales, cum interventu Provincialis ejusdem Ordinis, decreverunt dictum corpus exhumare, & videre, quidnam tantus odor significaret; prout factum fuit non parvo labore.: & capsa, & vestes Servæ Dei corruptæ fuerunt inventæ; corpus autem illius incorruptum, integrum, flexibile, agile, & tractabile, & dicto odorifero liquore suffultum, & mirifico odore plenum; ita ac si hesterna die terræ mandatum fuisset. Et tunc alio habitu, & vestibus indutũ, in alia capsa, & in eodem sepulchro, non tamen ita profundo, fuit collocatum, abscisâ sibi per Provincialem lævâ manu, pro illa, in Monasterio ejusdem Religionis Ulisponæ, pro reliquia suæ Matris conservanda.

Post menses 9. corpus exhumatũ, incorruptum mirifici odoris, & liquoris:

2505. Deindè transactis tribus annis, postquàm ad cælum migravit; Provincialis istius Ordinis pervenit ad dictum Conventum Albæ, & videre voluit corpus Matris Teresiæ, sicque illud exhumari fecit in præsentia Priorissæ, & aliquarum Monialium, (prout factum fuit) & illico Priorissæ patentes literas suorum Superiorum intimavit, quibus præcipiebatur sub censuris, ne transportationem istius cælestis pignoris ullatenùs impedirent: & sic brachio manûs abscissæ etiam amputato, & in dicto Conventu relicto, corpus transportari ad Conventum Abulensem Provincialis fecit. Et quia tunc temporis Communitas Monialium reperiebatur in Choro recitando horas Matutinas, cùm omnes quendam magnum, & suavem odorem sensissent, ex hoc solo signo cognoverunt extrahi corpus suæ Matris Teresiæ, & derelicto Choro, abierunt ad sepulchrum: Attamen corpus jam erat extra claustra, & tunc in dicta secunda exhumatione idem corpus fuit repertum eodem modo integrum, & incorruptum, & tractabile, & cum eodem odore, & liquore, ut in prima inventum fuerat.

annis tribus ab obitu transìs exhumatum,

integrum, incorruptũ, odorificum:

2506. Transportato prædicto corpore Servæ Dei ad Conventum Civitatis Abulæ, fuit ibi ostensum in præsentia Episcopi Abulensis, & de illius ordine, & mandato, & præsentibus Episcopo Tirasonensi, tunc Regis Catholici Confessario, & Paulo Laguna, & Don Francisco de Contreras à Consilio ejusdem Regis, & duobus Medicis, & aliis testibus, & Notario publico; fuitque recognitum per legitimos testes, qui matrem Teresiam vivam cognoverant, esse ipsius illudmet corpus, & tunc fuit etiam repertum plenum carne, & cum eadem Incorruptione, & Integritate, flexibilitate, Odore, & Liquore, & cum quadam Agilitate, & Levitate, ut nullatenus esset ponderis unius infantis duorum annorum; quin & caro erat ita tractabilis, quòd digito percussa concava redderetur; & digito admoto caro surgeret, & elevaretur. De quibus deponunt de visu, Episcopus Tirasonensis, Don Franciscus de Contreras Regius Consiliarius, Paulus de Laguna Præses Regij Consilij Indiarum, Ludovicus Vazquez Medicus Civitatis Abulensis. Qui de prædictis testatur, & quòd dictum corpus non fuerat apertum, nec unctum balsamo, quia tetigit ejus ventrem plenum cum suis intestinis, & cum tanta carne in illis partibus, prout in vita exstare poterat. Et declarat super incorruptione, odore, & liquore, & quòd via naturali, nisi miraculosè, illud esse non poterat. Et quòd pro majori confirmatione prædictorum, diversis vicibus, & horis, sine præventione Monialium, ingressus fuit Monasterium, pro visitandis infirmis, & petiit, & obtinuit sibi ostendi dictum corpus, & præcipuè quando maximus calor vigebat, & semper illud vidit eodem modo, quo à principio, & erat valde leve, & judicavit illud pondus carnis sanctificatæ. Et quamvis alius Medicus unà cum eo in præsentia dictorum Episcoporum, & aliorum in prædicti corporis visione concurrerat, tamen quia tempore examinis testium obierat iste Medicus, Ludovicus Vazquez, ibidem testatur dictum Medicum defunctum, idem tunc declarasse circa dictam incorruptionem, odorem, & liquorem, & quòd non potuisset evenire viâ naturali, sed miraculosa.

ostensum in præsentia Episcoporum duorum, & aliorum testium;

recognitum incorruptum flexibile, plenum carne:

attamen non fuerat apertum, nec unctum balsamo:

2507. Postquàm verò intra novem menses, de mandato fælicis recordationis Sixti Papæ V, fuit prædictum corpus istius Servæ Dei restitutum Conventui Albæ, & ex post factò diversis vicibus, & temporibus idem corpus fuit visum, & repertum cum eadem Incorruptione, Odore, & Liquore, & aliis

& Albâ translatum Abulam,

postea diversis vicibus, & temporibus sic repertum incorruptum, odoriferum:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

qualitatibus superius relatis, & in particulari anno 1592. Et sic decem post annos ab illius obitu, præsente Episcopo Salmantino, cum Medicis, & Notario in eodem Conventu Albæ fuit discoopertum corpus, & visum, ac repertum Incorruptum, cum omnibus qualitatibus prædictis. Exinde anno 1594. & sic duodecim annis transactis ab obitu Servæ Dei, in præsentia Fratris Joannis à Jesu Maria Diffinitoris ejusdem Ordinis, & alterius fratris illius Socij, & Annæ de Jesu Monialis dictæ Religionis, quæ ferebatur ad alium Conventum, & præsentibus Monialibus Conventûs Albæ, fuit iterum discoopertum idem corpus, visum, & repertum integrum incorruptum, & cum eodem odore, & liquore. Postmodùm autem anno 1604. & sic elapsis viginti duobus annis à fælici transitu Servæ Dei in præsentia Ducis, & Ducissæ Albæ, & Ducis del Infantado, & aliorum Equitum, & Virorum Religiosorum, fuit dictum corpus discoopertum, & visum per supradictos, & repertum cum eadem incorruptione, odore, & liquore. De quo testantur, idem Dux Albæ Don Antonius Alvarez de Toledo, Donna Mencia de Mendoza Ducissa Albæ, Don Joannes Hurtado de Mendoza Dux del Infantado, qui cùm prædictum corpus Virginis Teresiæ aliâ vice post viginti annos ab ejus obitu integrum & incorruptum, ex eoque magnam odoris fragrantiam, & liquorem in abundantia profluentem vidisset, affirmat quòd si tunc temporis non esset Christianus, solùm hoc vidisse fuisset causa ad illum convertendum. Quibus accedit Alphonsus Sanchez Scriba publicus de numero Oppidi Albæ, qui prædictis, cum supranominatis testibus præsens adfuit, & vidit insimùl cum ipsis dictum corpus integrum sine aliqua corruptione, & cum odore, & liquore, de quibus fidem fecit in processu Compulsoriali Salmantino.

& quidem anno 1594.

& an. 1604 ann. XXII. ab obitu.

in præsentia Principum & aliorum illustrium:

2508. Et denique ultra occasiones prædictas, & tempora, in quibus dictum Corpus fuit discoopertum, & recognitum; sese diversis temporibus, diversæ occasiones obtulerunt, quibus diversæ, ac plures personæ diversorum statuum magna cum devotione, & admiratione similiter prædictum Corpus viderunt integrum, & incorruptum, & cum odore, & liquore. Prout fuerunt Doctor Christophorus de Medrano Medicus, & Cathedraticus in universitate Salmantina, vigesimus tertius testis deponens de visu & quòd particulari curâ, & diligentiâ vidit, & palpavit dictum Corpus integrum, molle, & tractabile, habens uterum, & ventrem, ubera, ac mammas pectoris (partes quæ citius corrumpuntur, & consumuntur in corporibus mortuis) tam integra, & plena, ac si Serva Dei viva esset; quod judicavit pro manifesto Miraculo: prout etiam pro tali habuit levitatem, & parvum pondus ipsius corporis, quod ipse sic vidit, & manibus palpavit. Ultra quos, adsunt alij sexdecim testes de visu prædictæ incorruptionis, ultra alios plurimos de auditu publico, & notorio ponentes. Quibus accedit, quòd prædicta incorruptio, odor, & liquor, non solùm reperiuntur in corpore Servæ Dei, sed etiam in illius brachio, corde, manu, & aliis fragmentis carnis, & reliquiis ejusdem Virginis à corpore segregatis. Item apparet, quòd cùm per quindecim annos post obitum Servæ Dei, quædam nobilis Matrona Madriti haberet quoddam fragmentum carnis Servæ Dei, & illud vellet inter ipsius Sorores dividere, petiit à quodam nobili Ecclesiastico, quòd illud scinderet, & divideret, prout fecit, & in prima illius scissione pars cecidit super cartam albam, & insimùl gutta Sanguinis vivi, qui ex dicta carne abscissa exivit. Et cùm priùs ille Ecclesiasticus dubitaret, an dicta caro esset Matris Teresiæ, viso eventu, & sanguinis effusione, genuflexus, perterritusque illam carnem veneratus fuit, & esse carnem Servæ Dei Teresiæ de Jesu credidit, & confessus fuit.

temporibus aliis coram personis variorum statuum dictum corpus sic incorruptum repertum:

Incorruptio illa etiam est in partibus corporis separatis:

particula carnis divisa sanguis exivit.

2509. Ex quibus judicavimus incorruptionem corporis Servæ Dei Teresiæ Miraculo maximo referendam esse. Movebamur autem, quia corpus humanum post mortem, de sui natura est putrefactioni subjectum, quod provenit ex infirmitate naturæ illius, quæ non potest ampliùs corpus continere in unum, & ita statim post mortem incipit resolvi, & ad putredinem disponitur: quia exhalante calido naturali supervenit calor extraneus, qui putredinem causat. Ita D. Thomas (a). Adest alia ratio corruptionis corporis humani, adducta ab eodem D. Thoma in Opusculo 2. cap. 152. in principio, nempe, quòd corpus humanum ex contrariis est compositum: Omne enim hujusmodi, naturaliter est corruptibile. Tum etiam quia corruptio, & putrefactio provenit homini, ultra infirmitatem naturæ illius, (ut dictum est,) etiam in pœnam peccati primi Parentis. Sicut enim mors fuit pœna illius peccati, ita & etiam incineratio. Dictum enim fuit primo homini: *Pulvis es, & in pulverem revertêris.* Genes. 3. Undè sicut homo non potest evadere mortem, ita nec putrefactionem, nec corruptionem, nisi sit aliquid prohibens, ut notat D. Thomas (b). Quæ naturalis corruptio, & putrefactio cori Virginis Teresiæ naturaliter conveniens, faciliùs in illo corpore verificari poterat, cùm fuerit sepultum integrum cum intestinis, quæ sunt de facili corruptione, & eadem facilitate cæteras partes corrumpunt, maximè in corpore carnium pleno de sui naturâ, prout erat corpus Servæ Dei, & sic magis participans de humiditate aptiori ad corruptionem, quam adjuvabant terra, lapides, & aqua immissa supra corpus sepultum. Quibus stantibus, naturaliter istud corpus erat putrefactibile, & corrumpendum. Quin etiam judicavimus istud miraculum tamquam excedens vires totius naturæ creatæ, non quantùm ad id, quod fit, sed quantùm ad id, in quo fit, (potest

Incorruptio ipsa est maximum miraculum:

(a) p. 3. q. 51. art. 3.

(b) in 3. Sent. dist. 21. q. 1. a. 2. ad 4.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

(potest enim Natura dare conservationem, & incorruptionem, sed non homini mortuo) referendum esse ad secundum gradum: juxta D. Thomam (a).

(a) p. 1. q. 105. a. 8. in corp.

2510. Et quòd talis incorruptio sit sanctitatis signum, & pro maximo miraculo habenda, satis apparet ex pluribus corporum Servorum Dei exemplis, quibus impartitus fuit hanc gratiam. Rodulphus Abbas sancti Trudonis scriptum reliquit se anno 1122. adfuisse unà cum multis aliis, cum corpus sancti Gereonis post annos 800. integrum, & incorruptum est repertum. Corpus Sancti Hilarionis Abbatis, (ut scribit Sanctus Hieronymus) post ferè decem menses ab ejus obitu, integrum, & incorruptum, quasi adhuc viveret, fuit inventum, tantisque fragrans odoribus, ut delibutum unguentis odoriferis putaretur. Et satis est, quòd scriptis mandavit Gregorius Presbyter Cæsarienſis, commune fuisse Episcopis Catholicis, qui in Synodo Nicæna interfuerunt, ut eorum corpora per multa annorum curricula perstiterint illæsa. Præmium quidem dignum servi Dei; ut corpus, quod vivens immortali, & æterno Deo servivit, immortalitati, & æternitati, mortuum, integrum, & illæsum conservetur.

SECUNDUM MIRACULUM POST MORTEM.

De Odore mirifico è corpore, & Reliquiis Servæ Dei procedente.

Odor mirificus & suavissimus ex corpore S. Teresiæ procedens,

2511. ODorem autem mirificum, & suavissimum concomitantem corpus incorruptum Servæ Dei, illiusque brachium, manum, & cor, (quamvis jam à Corpore separata) quin etiam alias Reliquias ejusdem Virginis, satis probari nobis visum fuit ex testibus supra relatis, de incorruptione deponentibus. Et (quod magnæ considerationis est) quòd non solùm hujusmodi odorem, ipsius corpus, & pannuculi, quibus ægra utebatur, à puncto sui fælicissimi obitus efflarunt, (taliter quòd ipsâ nocte, quâ ad cælum migravit, ex nimia fragrantia, & odoris vehementia, opus fuerit, prout factum fuit, fenestram, & portas Cellæ Virginis aperire, sicque per totum Conventum fuerit sparsus odor iste) verùm etiam & sepulchrum, in quo fuit sepulta, quamvis in magna profunditate, participavit istum odorem, cujus tanta erat vehemencia, ut dictum sepulchrum adeò profundum, & tantâ terrâ, calce, aquâ, & tot lapidibus obtusum penetrarit, ita ut occasionem tribuerit primæ exhumationi Virginis & Ancillæ Dei, prout supra notavimus.

etiam ex pannuculis quibus usa fuit,

ex sepulchro:

Id etiam insigne est miraculum,

2512. Quem odorem, licèt illum consideremus in abstracto à miraculosa corporis incorruptione, etiam per se Miraculo insigni adscribendum fore censuimus: cùm naturaliter ex defunctorum cadaveribus corruptioni, & putrefactioni naturaliter subjectis (ut supra probavimus) non odorem, sed fætorem potiùs oriri videamus. Undè semper isti suaves odores prodeuntes ex corporibus mortuis Sanctorum, fuerunt ad miracula relati. Quia (ut Sanctus Gregorius in Homilia 38. refert) ipsa corporis fragrantia, & odoris suavitas ostendit in illo corpore Auctorem suavitatis existere, & isti odores sunt signa Sanctitatis, & insigne argumentum Divinitatis infinitæ. Odor enim spiritualis ex interna partium animæ contentione, virtutumque debita connexione promanat, & internam pulchritudinem magnoperè commendat. Et prout ait D. Thomas (a). Bonus odor pertinet ad repræsentandum effectum gratiæ, quia sicut bono odore Christus plenus fuit, (secundum illud Genes. 27. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni*) etiam à Christo derivatur ad suos fideles, & amicos, juxtà illud ad Corinth. 2. *Odorem notitiæ suæ sparsit per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo.* Unde & Sancta Mater Ecclesia quasi exultans præ gaudio de gloria filiorum suorum canit. *Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, & sicut odor balsami erunt antè te.* Quod etiam plurium Sanctorum exemplis comprobari valet.

& signum eximiæ ejus sanctitatis:

(a) p. 3. q. 83. art. 5. ad 2.

2513. Nicephorus Calixtus lib. 15. c. 14. testatur, è Sacrario, in quo reconditum fuerat corpus Sanctæ Euphemiæ Martyris, & Virginis celebèrrimæ, afflatos odores immensos erupisse, qui vim Naturæ atque artis humanæ longè superarunt. Ex cadavere Sancti Othmari, mirificus, & ignotus odor, accedentes propè, jucundissimo sensu perfundebat, ut scribit Abbas Walafridus. Idem contigit cadaveri Alberti Episcopi Rothomagensis, Landoalti Maximi Regiensis, Edoardi Anglorum Regis, aliorumque plurimorum, ut ait Surius Tom. 6. Ex corpore Sancti Alberti Carmelitarum Ordinis, antequam humo traderetur, odor mirificus prodiit, ut legitur in officio ejusdem Sancti, die 7. Augusti. De quo etiam meminit Surius tom. 3. eadem die 7. Augusti, in vita ipsius Sancti. Quod Miraculum ita insigne, & vires totius naturæ creatæ excedens, quantùm ad substantiam facti (ut apparet ex supradictis) putavimus referendum esse ad primum gradum: juxta notata per D. Thomam (b) vers. *Uno modo.*

exempla similia in Sanctis aliis.

(b) p. 1. q. 105. art. 8. in corp.

TERTIUM MIRACULUM POST MORTEM.

De Liquore odorifero emanante ex eodem Corpore & Reliquiis Ancillæ Dei.

Liquor odoriferus miraculosè ex eodem corpore emanans:

2514. NOn minùs probari credimus liquorem odoriferum, ex brachio, corpore, & aliis Reliquiis Servæ Dei, adinstar olei emanantem, per eosdem testes de incorruptione deponentes. Et itidem judicavimus, hujusmodi mirificum liquorem, Miraculo referendum esse. Cùm ex se pateat, quantùm præter ordinem omnis naturæ

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

turæ creatæ hoc eveniat, quantùm illius vires excedat, & alienum sit à corporibus mortuis, quæ putrefiunt, & incinerantur, & humiditate consumptâ, & carne omnino corruptâ, & incineratâ, ossa arida, & sicca remanent: ex quibus naturaliter nullus humor, nec liquor generari, nec prodire valet. Quod cùm totum contrarium in corpore, & Reliquiis istius Servæ Dei appareat, & istum liquorem conservatum, quin & continuò emanantem, necessariò est fatendum, esse opus supernaturale, & in facti substantia, omnes naturæ creatæ vires excedere: & sic miraculum primi ordinis esse. Ex D. Thoma, ubi supra.

Miracula similia in Sanctis aliis.

2515. Nec est novum Dominum nostrum in corporibus servorum suorum, hoc miraculum sæpius operatum esse: prout legitur apud Marcum Antonium Marsilium Columnam, de Vita & gestis Beati Matthæi: quòd è corpore istius S. Apostoli, (quod est Salerni) humor hujusmodi emanare solet. Ambrosius Leo libr. de situ Nolæ, in scriptis reliquit, è corpore S. Felicis Nolani eumdem humorem emanare. Et Reverendissimus Cardinalis Baronius, in Martyrologio, die 13. Aprilis, inquit, quòd Novariæ ex sacris ossibus Sanctorum Martyrum Laurentij Presbyteri, & puerorum, quos ipse susceperat educandos, medicus liquor emanare consueverit. Idem Baronius, ubi supra, die nona Maij, de Sancto Nicolao Episcopo Myrensi, dicit, quòd ex illius corpore, ut è perenni charismatum fonte, stillat liquor salubris. Et idem testatur Emanuel Imperator Nouel. de Feriis, ubi etiam meminit similiter aquæ illius, quæ defluit è corpore Sancti Andreæ, quod Amalphi asservatur. Idem Baronius, loco præcitato, die 26. Septembris, refert, quòd Chalcedone, ex Reliquiis Sanctæ Euphemiæ Virginis, & Martyris, unguentum medicum jugiter manabat. Ex cadavere Margaritæ Ravennatis (ut Hieronymus Rubeus scribit) sudor quidam suavissimus effluxit. Ex cadavere Gliceriæ Martyris unguentum manasse, quod peluì subjectâ excipiebatur, refert Nicephorus lib. 18. c. 32. Cromar. lib. 9. orat. 1. de ædific. just. scribit, quòd ex cadavere Heduvigis Polonicæ jam diu defunctæ, liquor purus, & clarus instar olei, suavissimo, mirabilique odore profluxit. Similiterque ex cadavere Solomeæ, quæ Regis Boleslai soror fuit.

QUARTUM MIRACULUM POST MORTEM.

Puer à nativitate contractus, & corpore valde contortus; ita ut nec pedibus stare, nec humi jacens se movere posset, factâ Novenâ in Cella S. Teresiæ repentè sanatur.

2516. ISte puer, vocatus Franciscus, ætatis quatuor annorum, filius cujusdam pauperis mulieris, vicinæ Conventui Incarnationis Carmelitarum Calceatarum Civitatis Abulensis, à nativitate erat sic corpore contractus, contortus, & inhabilis, ut videretur natus ad similitudinem unius litteræ, S, ut nec pedibus subsistere valeret, nec humi jacens se movere; quamvis ex dicta contractione corporis, nullo dolore afficeretur. Undè quædam Religiosa dicti Conventus, Donna Mencia Roberto, pietate, & charitate mota, petiit à matre Pueri, ut illum quotidiè ad suam Cellam portaret, pro charitate illi impendenda, prout mater faciebat: & nocte illum domum suam reportabat, & sic dicta Monialis compassione plena, & cogitans, quòd illa infirmitas contractionis corporis istius Pueri, cùm esset à nativitate, videbatur incurabilis, decrevit cum dicto puero per novem dies Cellam Servæ Dei Teresiæ in illo Monasterio existentem, & in magna veneratione habitam, visitare, prout fecit, à Virgine Matre Teresia petendo, quòd dignaretur obtinere à Domino nostro sanitatem pro illo puero. Unde evenit, ut ultimo die Novenæ, Puer repentè fuerit sanatus, & liber à dicta contractione remanserit, ita ut propriis pedibus ambularet, publicando, illum Matrem Teresiam de Jesu sanasse. Quæ verba optimè proferebat, quamvis nulla alia integrè proferre valeret, sed balbutienter, & tamquam tener puer. Quem eventum Moniales pro miraculo habuerunt, & Deo gratias pro illo egerunt.

Puer à nativitate contractus,

ad cellam S. Teresiæ per 9. dies delatus,

ultimo die repentè sanatus:

2517. ANNOTATIO: Adducuntur deindè depositiones testium: & tandem concluditur: [Prædictum factum pro Miraculo esse judicandum: cùm in illo concurrant circumstantiæ sæpius supra in aliis Miraculis, quin & in aliis Canonizationibus consideratæ, & ponderatæ: nempè, gravitas infirmitatis, oratio præcedens, & sanitas in instanti recuperata. Et ponderavimus in hoc miraculo, particulariter hunc Puerum ita contortum, & contractum natum fuisse; unde nullum dolorem patiebatur, nec istam imperfectionem, & contractionem, sic à nativitate provenientem, posse remediis naturalibus curari, teste Hippocrate 3. de articulis 5 *oportet autem & incurabilia cognoscere*, num. 68. & Galeno 3. Prognostic. 26. & sic illius curationem omninò excedere facultates totius naturæ creatæ, & per consequens secundo ordini miraculorum adscribendum censuimus (juxta D. Thomam (a)) non quantùm ad id quòd fit, sed quantùm ad id, in quo fit. Undè licèt natura possit dare rectitudinem, & aptam membrorum compositionem homini: non tamen contorto, & contracto à nativitate. Et satis simile videtur illud Actuum Apostolorum cap. 3. de claudo, qui ex utero matris bajulabatur, & portabatur quotidie ad portam Speciosam templi, cui eleëmosynam petenti Petrus dixit: *In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula.* Et aliud simile de sancto Abundio refert D. Gregorius lib. 3. Dialogorum cap. 25.]

id pro Miraculo judicatur.

(a) parte 2. q. 105. art. 8. in corp.

QUIN-

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

QUINTUM MIRACULUM POST MORTEM.

*Quædam Monialis tribus * Cancris in pectore oppressa, Reliquiis S. Teresiæ illicò sanatur.*

* Cancer morbus, aliter carcinoma.

2518. SOror Anna de Sancto Michaele, Monialis ejusdem Religionis in Conventu de Malagon, per duos annos passa fuit gravem infirmitatem trium Cancrorum in pectore, quorum unus erat major aliis & ex illis, maximis doloribus cruciabatur: Quin & illi causarunt in collo, & brachiis quamdam retractionem, ut brachiis uti non posset, nec illa super caput levare; eratque impedita, ut vacare non valeret ministerio sui officij, & servitio Monasterij. Et cùm valdè afflictum animum haberet, quæsivit, & invenit Reliquiam, nempe modicum carnis Matris Teresiæ. Et eâdem nocte, ipsa fecit orationem genuflexa Deo Domino nostro, petendo à dicta Serva Dei Teresia, ut intercederet pro illius salute impetranda, & non permitteret, quòd illa infirmitas progrederetur ulteriùs, cùm ob illius prolixitatem ipsa evasisset inutilis, & non posset satisfacere ministerio, ad quod habitum assumpserat, & esset magno sumptui Monasterio, habere Religiosam cum infirmitate adeò diuturna, & molesta. Et apposuit dictam Reliquiam super pectus, & ivit ad lectum, & dormivit (cùm per plures alias noctes præ dolore dormire non valuisset) & mane surrexit sana omninò, non solùm ex dictis Cancris, quæ è pectore evanuerant, sed etiam ex alio morbo cordis, quem usque tunc temporis patiebatur, nec ampliùs dictas infirmitates sensit. Et illicò, cùm primùm se sanam, & liberam à dictis infirmitatibus cognovit, hilaris ivit ad Cellam Priorissæ, & narravit illi prædictum eventum, & omnes pro miraculo illud habuerunt.

Cancri (morbi) graviter afflicta tribus,

quorum S. Teresia,

sibi curata:

2519. ANNOTATIO: Post depositiones testium sequitur: [Judicamus supradictum factum miraculum esse, attentâ infirmitatis gravitate, quæ de sui naturâ est incurabilis, teste Hippocrate, 6. libro Aphorismorum, Aphorismo trigesimo octavo, dicente: *Cancros occultos* (id est magnos) *habentes, melius est non curare, curati enim citò pereunt*, Paul. libro quarto cap. vigesimo sexto dicit: *Hoc malum propter succi crassitiem non consanescit.* Galenus secundo de Crisibus, duodecimo secundo, prognost. quadragesimo sexto, secundo ad Glauconem cap. 10. Avicenna in tertio quarti, tract. 2. c. 16. Accedit & præcedens oratio, & instantanea salutis recuperatio. Ex quibus putavimus, hoc factum totius naturæ creatæ vires excedere, non tamen quoad facti substantiam, sed quoad subjectum, in quo evenit: Nam quamvis Natura posset corpori infirmo sanitatem restituere; non tamen infirmo ægritudine incurabili laboranti, prout potest dare Jumen, sed non cæco, & dare vitam, non tamen mortuo. Et sic secundo gradui adscribendum esse censuimus, cum Sancto Thoma.] (a)

quod etiam Miraculum judicatum.

(a) parte 1. q. 105. art. 8. in corp.

SEXTUM MIRACULUM POST MORTEM.

Anna Gonzalez manu sinistra per totum annum capta, digitisque contractis, ad contactum brachij Virginis Teresiæ de Jesu, repentè sanatur.

2520. CUm dictæ Annæ Gonzalez incolæ Oppidi Albæ, ex quadam infirmitate remansisset manus sinistra inhabilis, propter contractionem nervorum, & digitorum, ita ut illam aperire non valeret, nec minus illâ aliquo modo uti, nec digitos extendere, & sic per annum stetisset, medicinisque adhibitis, & non proficientibus, monitu Mariæ Rodriguez ipsius vicinæ, se commendavit Servæ Dei Teresiæ de Jesu, & unà cum dicta Maria Rodriguez accessit ad Monasterium Incarnationis Discalceatarum dicti Oppidi Albæ (ubi corpus, & brachium ab ipso divisum, istius Ancillæ Dei servatur) ibique illæ orationem fecerunt, & à quodam Sacerdote Capellano ejusdem Monasterij petierunt, quatenùs deferre voluisset aliquam Reliquiam Servæ Dei Teresiæ, ad prædictam Annam infirmam, prout prædictus Sacerdos fecit, & brachio Matris Teresiæ manum contractam Annæ tetigit, quæ statim manum aperuit, & remansit libera, & sana à dicta infirmitate, prout per sex annos, quibus supervixit, permansit cum dicta sanitate, exercendo dictam manum, & illâ benè utendo tamquam sanâ. Et actis Deo gratiis, redierunt domum hilares, & exultantes de salute dictæ Annæ, misericordiâ Dei, ac meritis, & intercessione Virginis Teresiæ, per medium contactûs suæ Reliquiæ sibi restitutâ.

Contractionem nervorum in manu patiens per annum,

tactu Reliquiæ quia S. Teresia statim curata:

2521. ANNOT. Consequenter adferuntur depositiones testium, & tandem sic concluditur: [Istud factum probari, & miraculum esse, ejusdem meritis, & intercessione Servæ Dei per ipsam operatum, considerata qualitate, gravitate, & diuturnitate infirmitatis, & oratione præcedenti (quæ regulariter miracula præcedere assuevit, juxta Divum Thomam. (a) & etiam recuperatione salutis integræ in instanti assecutâ per contactum brachij istius Virginis Matris Teresiæ de Jesu: prout de instantanea sanitate, & per contactum, suprà in aliis miraculis plenè annotavimus, & tandem quòd ampliùs infirmitas hæc illi non rediit, quamvis vixisset postea per sex annos. Putavimusque istud ad tertium gradum miraculorum referendum esse.]

(a) 2. 2. q. 178. art. 1. ad 1.

SEPTIMUM MIRACULUM POST MORTEM.

Quidam nobilis puer periculosâ infirmitate, Lethargus dicta, cum gravi febre oppressus, & in ultimis constitutus, S. Teresiæ Reliquiâ statim convaluit.

2522. DIlectus puer, D. Antonius de Villarroel, ætatis quinque annorum, filius D. Didaci de Villarroel Equitis Sancti

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

Puer quinquennis graviter, periculosè infirmus,

Sancti Jacobi, & D. Mariæ Aluarez de Luna illius uxoris, incolarum Medinæ del Campo, incidit in infirmitatem periculosam, Lethargus dictam, cum gravi febre, quæ illum sensibus privabat, & nullatenus à somno excitari poterat, quantùmeumque illum chordulis in brachiis, & cruribus constrinxissent, minùs autem ad se redibat, nec proficiebant illi ulla medicamenta ex pluribus applicatis per multos dies, quibus infirmitas duravit. Unde à Medicis jam derelictus, & ab aliis pro ferè mortuo, & sine spe vitæ habitus erat, quin & omnia signa illum quasi mortuum indicabant. Et tunc dicta D. Maria mater illius, & devota Virginis Teresiæ misit ad Conventum Monialium Discalceatarum Carmelitarum ejusdem Oppidi, ut aliquam Reliquiam dictæ Matris Teresiæ transmitterent, & illi transmiserunt quoddam linteum album habens aliquas maculas olei, seu liquoris, qui emanat è corpore Virginis Teresiæ. Et supplicavit dictam matrem Teresiam pro salute, & remedio sui filij cum maxima fiducia illam consequendi, & apposuit dictum linteum super caput infirmi, & statim, aut infra unum quadrantem horæ rediit dictus puer in se, tam hilaris, & sanus, ac si non fuisset passus aliquam infirmitatem, & vocavit matrem, & fratres, & non fuit opus aliis medicinis nec remediis, quia etiam febris simul cessavit, & numquam ampliùs reincidit in dictam infirmitatem: & omnes qui hoc viderunt, & sciverunt, judicarunt fuisse miraculum, & mater habuit istum filium, quasi resuscitatum à dicta Virgine Matre Teresia, unde illum vocavit, & vocat FILIUM MATRIS TERESIÆ, & die sequenti Doctor Mercado, & Doctor Polanco Medici, qui curabant dictum puerum, accesserunt ad illum, & audientes successum sunt admirati, & illum publicarunt pro certo, & claro miraculo; & licentiam petierunt, dicentes quòd jam ibi non habebant quid facerent.

à Medicis derelictus,

attactu Reliquiæ S. Teresiæ sanescit,

inde vocatur filius S. Teresiæ.

2523. ANNOT. Consequenter adducuntur depositiones testium, & decernitur: [Istud factum probari, & miraculo adscribendum, per intercessionem Virginis Matris Teresiæ, & contactum illius Reliquiæ: Concurrunt enim conjecturæ aliàs consideratæ, de gravitate, & periculo infirmitatis Lethargiæ, & de extremo vitæ ad quod Patientem reduxit, ita ut à Medicis pro derelicto haberetur, & à cæteris pro quasi mortuo, cum amissione sensuum, & loquelæ, & aliis signis lethalibus. Item & præcessit oratio matris pueri Virgini Teresiæ facta. Et tandem accedente contactu Reliquiæ prædictæ successit instantanea curatio, & sanitas, ita ut nec umquam ampliùs dicta infirmitas isti puero redierit. Censuimus istud miraculum ad tertium genus esse referendum.]

OCTAVUM MIRACULUM POST MORTEM.

Franciscus Perez Presbyter affectus quodam Apostemate super os pectoris, & brachij magna contractione, visitato sepulchro, veneratoque brachio Virginis Teresiæ repentè sanatur.

Sacerdos apostemate graviter afflictus,

2524. DIctus Franciscus Perez, Rector Ecclesiæ Sancti Petri Turris de Lobaton, Diœcesis Vallisoletanæ, ex quadam infirmitate remansit cum quodam apostemate, & duritie super os pectoris & cùm uno brachio ita contracto, & debilitato, ut illud minimè movere potuerit, per quinque menses, nec Missam celebrare. Hac ex causa confugit ad Medicos, & Chirurgum, qui illi plura, & diversa medicamenta applicarunt, quibus nihil melioratus fuit, immò in pejùs tendere videbatur, & apostema semper durum & rebelle ostendebatur, nec ullatenùs mollificabatur. Ex quibus omnibus ingentes dolores patiebatur, & in lecto jacere astringebatur, absque eo, quòd nec ibi absque adjutorio moveri valeret. Undè monitu cujusdam Religiosi Carmelitæ Discalceati, qui illi dixit, quòd haberet magnam fidem erga Servam Dei Teresiam de Jesu, & imponeret pro sanitate recuperanda, super partibus offensis quamdam Reliquiam dictæ Virginis Teresiæ, quam illi dedit, nempè epistolam scriptam, & subscriptam manu, & nomine ejusdem ancillæ Dei: quam infirmus magna cum devotione accepit, & super pectus, & dictam duritiem apposuit, & intra dimidiam horam somnum cœpit, ferè usque manè, quamvis per alias noctes præteritas nullatenùs somnum sumere potuisset.

tentatis frustrà remediis pluribus,

tactu Reliquiæ S. Teresiæ mox melius habet;

2525. Postquam cœpit apponere dictam Reliquiam, Apostema, & durities ostendit signum puris, & materiæ, quod non potuerunt operari medicamenta maturativa per Medicos, & Chirurgos antea applicata. Et sic dictum apostema per Chirurgum fuit apertum, cum magna effluxione puris. Ex quo infirmus ita gratus remansit erga Virginem Matrem Teresiam, ut decreverit ire Albam, pro visitando illius corpore, & relictis medicamentis, quæ pro brachij curatione ei præparabantur, & tempore ad id apto iter arripuit, & Albam petiit. Et quamprimùm illuc pervênit, quadam die serò, ad Conventum Monialium (ubi dictum corpus servatur) se contulit, & à Matre Priorissa petiit, & obtinuit sibi ostendi brachium Virginis Teresiæ: Quod fuit appositum super altare Ecclesiæ, & illud veneratus fuit, tam ipse, quàm Christophorus de Torres Presbyter, qui dictum Franciscum in hoc itinere associavit. Et ambo fecerunt ante dictum brachium orationem, & ante sepulchrum Corporis Servæ Dei, & indè se in hospitium receperunt. Et cùm essent in lecto,

ideo ad visitandum corpus S. Teresiæ proficiscitur.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

lecto, prius quàm dies lucesceret, dictus Franciscus movebat brachium quod habebat contractum, eodem modo, quo aliud brachium sanum. Et cùm manè assurgerent, movebat, ducebat, & elevabat brachium prius contractum, sicut aliud. Et abierunt ad dictum Monasterium. Et Franciscus ibi celebravit Missam, quam per quinque menses celebrare non potuerat, & finitâ novenâ, gratias reddendo Deo, & ejus Servæ Teresiæ, reversi sunt domum suam, patiendo in itinere maximam pluviam, & ventum, quæ nihil offecerunt Francisco, quamvis antea à quocumque aëre offenderetur. Et numquàm ampliùs (quamvis vixerit per aliquot annos) aliquem ex dictis doloribus sensit.

integram sanitatem subitò obtinet:

ANNOT. In Actis Canonizationis consequenter istius facti veritas probatur per sex testes: quorum unus est idem Christophorus de Torres presbyter, Rector Parochialis S. Petri, Turris de Lobatos, & Commissarius S. Inquisitionis, qui omnibus prædictis interfuit, & tamquàm testis ocularis, & de visu deponit. Alius est Doctor Polo Medicus Cathedraticus medicinæ, in Universitate Vallisoletana: qui istum infirmum curavit, & de illius infirmitatibus deponit, & qualiter plura remedia applicata non profecerunt. Testes alij sunt Doctores duo, & neptis præfati Domini Francisci, ac alia in eadem domo habitans. Ex quibus simul junctis: Hoc factum judicatum fuit, adscribendum esse miraculo tertij generis, meritis, & intercessione Beatæ Teresiæ.

id pro miraculo declaratur.

NONUM MIRACULUM POST MORTEM.

Don Gabriel Pacheco de Spinosa, à cerebro usque ad pedes acerrimis doloribus per viginti & ultra dies correptus, impositâ Reliquiâ S. Teresiæ confestim sanus evasit.

2526. DIctus Don Gabriel in Civitate Abulensi habens nubeculam in oculo, intentavit à quodam Chirurgo curari; & dum pro illius curatione, Magister acum in oculum immitteret, & per dimidiam horam intra oculum retineret, in præsentia trium Medicorum, qui videntes quantum damnum oculus patiebatur in dicta curatione, jusserunt acum extrahi, prout factum fuit: & Patiens remansit magno dolore in illa parte affectus. Ex quo non solùm dolor oculi crevit, sed etiam ex ista causa correptus fuit gravissimis doloribus, à pede usque ad verticem capitis, ita ut loquelam amitteret, & opus fuerit quòd domestici illum tenerent, ne pugnis caput laceraret. Et isto medio tempore per Medicos quàm plura remedia, & medicamenta illi fuerunt adhibita, & nihilominùs dolores non minuebantur, quin potius videbantur augeri. Unde ipse Don Gabriel devotione erga Ancillam Dei Teresiam motus, & illi valde devotè se commendans, petiit sibi aliquam ejus Reliquiam portari, quæ ab ejus patre Ludovico, ex Monasterio Monialium Discalceatarum allata fuit. Soror quippè, Teresia Monialis, & neptis Ancillæ Dei Teresiæ, partem tunicæ illi dedit, & cum illa domum reversus patet filio infirmo prædictam Reliquiam dedit, & celebratâ Missâ à Patre Herrera Societatis Jesu ejus Confessario, in privato Oratorio domestico, & sumptâ sacra Eucharistiâ (vigentibus doloribus, & infirmum valdè cruciantibus) idemmet Confessarius dicto Don Gabrieli super caput, & oculum dictam Reliquiam imposuit, & statim infirmus dixit, dolores omnino cessasse, & taliter ut remanserit ex illo puncto liber à dictis doloribus, & sanus, & exinde ampliùs dolores non sensit.

Gravi correptus dolore oculi, & infirmitate,

Reliquiâ S. Teresiæ impositâ in pectore sanatur.

2527. ANNOT. Deindè adferuntur depositiones testium, ac tandem censetur: [Prædictum eventum miraculo tertij generis adscribendum esse, meritis & intercessione Servæ Dei Teresiæ, & impositione prædictæ ejus Reliquiæ, inspectis gravitate infirmitatis, & dolorum per tot dies graviter Patientem affligentium & remediis tot applicatis, & non proficientibus, & præcedenti commendatione per infirmum Servæ Dei devotè factâ, & appositione Reliquiæ capiti illius, & instantaneâ subsecutâ liberatione à doloribus, & sanitate recuperatâ; & quòd ampliùs non redierit.]

DECIMUM MIRACULUM POST OBITUM.

Don Joannes de Leiva, & Hermosilla gravi morbo in extremo periculo constitutus, quadam Reliquiâ S. Teresiæ de Jesù appositâ statim liberatur.

2528. DOn Joannes supradictus anno 1609. cœpit magno gutturis morbo vexari, ita ut suffocaretur, & à tribus Medicis curabatur: & applicata illi fuêre plura remedia phlebotomiæ, ventosarum, & unctionum, & aliorum medicamentorum; nihil tamen proderant. Immò illis non obstantibus, ita à morbo premebatur, ut non posset cibum ad stomachum mittere, nisi aliquid valde liquidum, & cum magna difficultate, & labore: ita ut duo Medici matri infirmi dixerint, quòd si aperiretur morbus gutturis, descenderet ad cor, & infirmus moreretur. Unde ipse cum celeritate confessus fuit sua peccata. Et videns mater illum ita in extremis laborare, & remedia humana non prodesse, misit ad Monasterium Monialium Carmelitarum Discalceatarum istius Civitatis Vallisoletanæ (ubi habebat unam filiam Religiosam) petendo ab illis ut suum filium Deo, & Matri Teresiæ multùm commendarent: quia in magno periculo esset constitutus. Et Moniales sic facere obtulerunt, & Matri Reliquiam quamdam, nempè sudarium Servæ Dei Teresiæ miserunt, ut illud super infirmum apponeret, prout appositum fuit super guttere illius, ubi erat morbi vis, dicente matre infirmo: Fili habeto magnam fidem, & commenda te multùm sanctæ

Gutturis morbo affectus gravatur,

XV. OCTOBR.

Matri. Filius dormivit, & ferè horâ secundâ post mediam noctem expergefactus, & stans in lecto dixit matri: Jam sum sanus, quia Sancta Mater Teresia de Jesu mihi apparuit cum alia Religiosa, & suis manibus guttur meum strinxit, & confestim convalui, & benè habui. Mater aliquantulùm incredula, & timens ne illa actio incorporandi se in lecto, esset occasio quòd plus morbi descenderet ad cor, & filius moreretur, ipsum monebat quod verteretur ore inferiùs, quod attenderet quod animam exhalabat. Ipse autem semper insistebat, quòd erat sanus, prout veritas demonstravit: quia ex tunc omninò salutem recuperavit, & comedit, & bibit; nec ampliùs medicinæ fuerunt necessariæ. Et surrexit è lecto, & numquàm ampliùs illâ infirmitate fuit affectus.

applicatâ Reliquiâ S. Teresiæ subitò curatus.

ANNOTATIO: Adductis deinde testium depositionibus, decernitur: [Istud factum probari, & miraculum fuisse, meritis & intercessione istius Virginis, & Ancillæ Dei operatum, & tertio generi miraculorum adscribi mereri.]

UNDECIMUM MIRACULUM POST MORTEM.

Quædam Novitia ejusdem Religionis, per annum cum dimidio continuâ febre laborans, ac per sex ultimos menses morbo articulari, nervorum contractione, aliisque capitis, & cordis infirmitatibus, appositâ quadam Reliquiâ S. Teresiæ, repentè sana & libera evasit.

2529. Dicta Novitia Monasterij Discalceatarum Carmelitarum in Oppido Metinæ del Campo, tunc vocata Joanna à Spiritu Sancto, ætatis quatuordecim annorum, incidit in febrim continuam, quæ illi duravit per annum cum dimidio, cui accesserunt aliæ infirmitates, nempe, morbus artericus cum contractione nervorum, & quædam Sciatica, & quoddam impedimentum omnium nervorum, ita ut nec in lecto moveri valeret, nec propriis manibus manducare, nisi cum auxilio aliarum Monialium, & cum vehementibus malis cordis & exanimatione, & doloribus capitis. Et illi quàm plurima remedia fuerunt ministrata, & ultra quadraginta vices fuit purgata, & totidem phlebetomiæ datæ à duobus Medicis, & uno Chirurgo, qui illam curabant: & tandem dixerunt, dictam Joannam non recuperaturam sanitatem, nisi rediret ad suum aërem naturalem. Et cùm in die Circumcisionis peteret adduci ad Chorum, pro audienda Missa, & assumenda sacra Eucharistia (prout in brachiis Monialium fuit adducta) acceptâ sacrâ Communione non potuit Missam audire: Quin, dum illa duravit, exanimis remansit, & eam aliæ Religiosæ portarunt ad cellam. Medici venientes dixerunt, quòd in motione prædicta, constituerant ipsam in periculo amittendi vitam. Et sæpiùs per illam petitâ quadam Reliquiâ Ancillæ Dei Virginis Teresiæ, existendo in hoc statu, Infirmaria Reliquiam illi portavit, quam cum maximâ devotione recepit. Et erat quoddam fragmentum unius fasciæ, factæ ex quodam mantello dictæ Matris Teresiæ, & illud super collum imposuit. Et cœpit magnoperè tremere interiùs, & exteriùs, & doloribus angustiari; Unde voluit Reliquiam à se amovere; attamen quædam Religiosa ibi stans dixit illi: Habeas fidem; & quiesce. Quid enim scis de Dei operibus, quosnam limites habeant? Quod evenit hora tertiâ post meridiem. Et infirma cœpit quiescere, & dolores minui, ita ut horâ quartâ proximâ sequenti nullum haberet dolorem, & videretur nullum malum passa fuisse. Et surrexit absque adjutorio alterius; & suprà pedes stetit cum maxima agilitate. Et tàm ipsa quàm Monialis, quam ipsam comitabatur, invicem se amplectentes, præ lætitia, exultatione, & devotione flebant: ita ut aliæ Religiosæ timerent aliquid pejus infirmæ accidisse, & ad rumorem venerunt. Et ipsa infirma exiliens descendit per quamdam scalam habentem viginti quatuor gradus, nemine illi opitulante, & cucurrit pro benedictione habenda à matre Priorissa, quæ illam videns, perterrita interrogavit, quid illud esset: Et illa flendo respondit: sunt misericordiæ Dei per nostram sanctam Matrem operatæ. Et aliquæ Moniales illam videntes stupebant, & credebant visionem videre. Et omnes illam adduxerunt ad Chorum pro gratiis Deo agendis. In quarum actionem, Hymnum, TE DEUM LAUDAMUS, cantarunt. Quo audito per quemdam Capellanum, & Confessarium illarum Monialium, & alias personas, credentes dictam Joannam obiisse, & pro illa Moniales aliquod officium facere, accurrerunt. Et audito miraculoso eventu, sunt admiratione repleti, & illam videre voluerunt, sicuti sanam, & ambulare celeriter viderunt.

devotionem ad S. Teresiam,

ab omni morbo subitò libera.

Infirmitatibus novitiæ diuturnis detentæ,

2530. ANNOTATIO: Post adductas testium depositiones, ac etiam relatas circumstantias, judicatur: [Eventum notabili miraculo adscribendum esse. Ad quod facilè inducere valent circumstantiæ: Nempe gravitas, & complicatio infirmitatum, & illarum diuturnitas, maximè in subjecto tenero, & debili istius puellæ quatuordecim annorum, & tot medicinæ, & remedia applicata absque ullo profectu: & devotio, & petitio Reliquiæ Servæ Dei toties per infirmam, & Reliquiæ appositio, (quæ denotant illius devotionem, fiduciam, & spem) & tandem instantanea, & repentina salutis recuperatio, absque eo, quòd infirmitas ampliùs rediret. Nec aliquid ab hoc miraculo detrahere nobis visum fuit, quòd appositâ Reliquiâ ad collum Patientis, dolores creverint, & maximam anxietatem illi causaverint, Ut notat Archidiaconus in cap. Nec mirum numer. 9. 16. quæst. 5. Et patet Marci 9. ibi:

Et

XV. OCTOBR. *Et exclamans, & multùm disserpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent: Quia mortuus est.*]

DUODECIMUM MIRACULUM POST MORTEM.

Quædam Monialis gravibus infirmitatibus per duos annos cum dimidio correpta, ac uno in supremitate stomachi apostemate oppressa, repentè intercessione S. Teresiæ sanatur.

2531. SOror Magdalena à Matre Dei, Monialis Monasterij sancti Josephi Abulensis, hujusmet Religionis, cùm sana ingrederetur Religionem, anno emissæ professionis cœpit diversis infirmitatibus vexari, prout per duos annos cum dimidio illis vexata fuit, & in particulari cœpit sentire quemdam dolorem in uno oculo quasi ramum Carbunculi: cujus occasione illi sæpius è venis sanguinem extraxerunt. Quibus accessit quædam gravis infirmitas stomachi, quæ brevi tempore parturivit in parte superiori stomachi, quoddam apostema durum, & majus uno latere, & insimul correpta fuit magno dolore cerebri, & cordis, junctis multis tremoribus, & clamoribus, quæ augebantur prout apostema crescebat. Et cum medicinæ illi non proficerent, & Medici timerent mortem infirmæ, dum apostema pervenisset ad cor, cui valdè appropinquabat: decreverunt illi fontem, seu rotarium facere. Facto tamen eo, multò magis creverunt dolor cordis, & alia accidentia, ita ut quilibet tumor quem habebat, erat illi causa tremorum, & clamorum, & remanebat veluti mortua. Quibus accesserunt magna animi deliquia, quin & morbus comitialis valdè asper cum gravibus cordis palpitationibus: & deliquia animi illi durabant per tres, vel quatuor, vel quinque horas, & se ipsam percutiebat, tremens & clamans. Unde devenitum fuit, ad Sacrum Viaticum illi ministrandum, & Sacramentum Extremæ Unctionis.

Morbo multiplici correpta.

2532. ANNOT. Consequenter refertur, quòd petierit reliquiam aliquam S. Teresiæ; & quòd apportato lintеolo sanguine S. Teresiæ tincto, ac magna cum fide, & devotione invocatâ intercessione S. Teresiæ, eò ipsò sanata fuerit. [Et tunc surrexit, & statim porrexerunt illi cibum, & potum: & comedit, ac bibit; prout si non habuisset aliquam infirmitatem. Et inde horâ secundâ post meridiem, intervenit Choro ad Vesperas, cum aliis Religiosis: & sequenti nocte Matutinis; & ex tunc sequuta est Chorum, & Communitatem, & post paucos dies omnem rigorem Regulæ, & pœnitentiæ Ordinis.] Pòst relatas alias nonnullas circumstantias, & testium depositiones prædicti facti, illud judicatum fuit, miraculum esse, meritis, & intercessione Virginis Matris Teresiæ.

devotione ad S. Teresiam repentè sanat.

APPENDIX
AD VITAM S. TERESIÆ.

§. 1. *De Miraculis aliis plurimis, meritis S. Teresiæ: & de electione ejus in Patronam Hispaniarum.*

2533. HActenùs tradita de virtutibus, & miraculis S. Teresiæ, desumpta sunt ex Actis Canonizationis ejusdem: ubi plurimorum testium depositionibus singula ferè puncta confirmantur: attestationes illa multæ, & subindè prolixæ, consultò passim prætermissa sunt in hoc opere: ratio hîc suprà (a) reddita est, ubi etiam annotatum est, quòd, & cur subindè loco Serva Dei Teresia, suppositum sit, præsertim in titulis, Sancta Teresia; in ipso tamen corpore, seu opere plerumque ea relicta sunt; cùm Illustriss. Domini Prælati, qui Acta illa Canonizationis compilârunt, illis verbis usi sint. Quantùm ad præfata Miracula, in Relatione nostra tertia (in Actis ipsis Canonizationis est prima) descripta, animadvertendum, quòd alia, meritis, & intercessione S. Teresiæ, Deus operatus fuerit: id testantur præfati Illustriss. DD. Prælati, qui Acta Canonizationis S. Teresiæ digesserunt: & quidem quàmplurima evidentia, plenèque probata... maximè duo excellentiora... suscitationes scilicet duorum mortuorum: de quibus hîc suprà (b) Varia, quæ variis locis per corporis ejus reliquias, lineos pannos, vestium ejus contactum, imagines, epistolas, aut ad ejus invocationem, patrata sunt, referunt Doctor Franciscus de Ribera, in vita ejus lib. 5. cap. 5. 6. 7. & 8. Ioannes à Iesu Maria in Compendio vitæ ejusdem lib. 5. cap. 4. & alij Scriptores vitæ ejusdem.

(a) num. 2321.

Miracula plurima evidentia meritis S. Teresiæ:

(b) num. 2320.

suscitatio duorum mortuorum:

2534. *De multitudine miraculorum, meritis S. Teresiæ, præstitorum, testimonium etiam perhibet Gregorius XIII. Romanus Pontifex, in Bulla Canonizationis, his verbis:* Manifestavit Deus hominibus gloriam suam, præstitis per intercessionem ancillæ suæ frequentibus beneficiis, his, qui se fideliter ejus precibus commendassent: *& infra:* Operante Domino, per intercessionem ejus, tot mirabilia, quæ etiam in dies, unà cum ipsius veneratione augebantur, fuerunt auctoritate ordinariâ in multis Hispaniæ partibus formati processus, ac ad sanctam hanc Sedem transmissi. *Hinc in Patronam Hispaniarum electa fuit, & ut talis à S. Sede Apostolica declarata, & confirmata, per Bullam, cujus initium est:* URBANUS PAPA OCTAVUS. Ad perpetuam rei memoriam &c. Domini nostri Jesu Christi &c. *in qua ista:* Sanè dilecti Syndici, seu Procuratores Regnorum Coronæ Castellæ nobis nuper exponi fecerunt, quòd ipsi attentè considerantes, quot, & quanta, meritis, & intercessione S. Teresiæ de Jesu præpotens Deus illis contulerit, & indiès conferat beneficia, quamque Regna prædicta illius vitæ sanctimoniâ, ac quæ Dominus per eam operari dignatus est, miraculis &c. illustrentur. Idcircò, & aliàs ob singularem, quem ergà ipsam sanctam Teresiam gerunt devotionis affectum, in Comitiis, seu Parlamento dicto-

Pontificum testimonia de miraculis:

Propter multa miracula & beneficia,

S. Teresia electa Patrona Hispaniarum:

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

rum Regnorum ultimo loco habito, eandem S. Teresiam in præcipuam Regnorum Coronæ hujusmodi Patronam & Advocatam elegerunt . . . Supplicationibus tam charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, quam eorundem Syndicorum seu Procuratorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, electionem prædictam, ac desuper emanatum decretum hujusmodi, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium, perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, atque omnes & singulos, tàm juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, utque imposterùm eadem S. Teresia ab omnibus, & singulis eorundem Regnorum personis, tàm sæcularibus & Ecclesiasticis, quàm Regularibus, uti talis Patrona, cum omnibus & singulis privilegiis, gratiis, & Indulgentiis, similibus Patronis competentibus, seu aliàs concedi solitis (sine tamen præjudicio & innovatione, vel diminutione aliqua Patronatûs S. Jacobi Apostoli in universa Hispaniarum Regna) haberi, & reputari; atque ita ab omnibus, ad quos spectat, observari debere, etiam perpetuò statuimus, præcipimus, & mandamus. . . . Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die 21. Julij 1627. Pontificatûs nostri anno quarto.

Id confirmatur auctoritate Apostolicæ Sedis.

§. 2. *Notanda nonnulla circà Fundationes Monasteriorum.*

2535. *IN præcedentibus Relationibus tribus tradita sunt argumenta eximia sanctitatis, virtutes heroicæ, & miracula præcipua, quibus Deus luculentissimè decoravit S. Teresiam: & illa omnia ex Actis Canonizationis ejusdem probatissimis. Cùm autem in Actis illis non agatur peculiariter, sed dumtaxat obiter, de Fundationibus Monasteriorum, per illam factis; ad Teresianæ historiæ complementum, jure meritò etiam hìc locus dandus videretur Relationi, seu Tractatui de illis;* verùm cùm ipsamet S. Teresia, testis ocularis, ipsaquemet Fundatrix libro integro, passim obvio, historiam illam Fundationum accuratè descripserit: & Franciscus de Riberâ, in S. Teresiæ Vita lib. 1. per aliquot capita, libro 2. per totum, & lib. 3. etiam quasi per totum; Joannes etiam à Jesu Maria, eodem ordine procedens, libro 1. 2. & 3. in Compendio Vitæ ejusdem, Fundationum istarum historiam perspicuè complexi sint, ac etiam passim libri illi obvij extent, *superfluum videretur, huc illa transferre; cum de istis vix aliud quidpiam, præter ea, quæ in istis S. Teresiæ, & præfatorum libris traduntur, adferri possit: & præcipua nonnulla, indè in Actis Canonizationis inserta, relata sint hìc suprà (a) satis erit, quædam hìc annotasse, circà istas Fundationes.*

Fundationes monasteriorum per S. Teresiam, ab ipsa accuratè descripta, & ab aliis.

(a) Sparsim in Relat. 1. & 2.

2536. *Imprimis istud superadmirabile in eo fuit, quòd duo, suprà triginta, monasteria inops Virgo potuit ædificare, omnibus humanis destituta auxiliis, quinimò adversantibus plerumque sæculi principibus: ita legitur in officio sibi ejus,* (a) *& alibi* (b). Primævam Carmeli disciplinam, afflante Deo, æmulari, mox restituere aggressa est. Plurima ejus Instituti mulierum, virorumque cœnobia (rem à sæculis in fœmina inauditam) generoso ausu excitavit: siquidem septemdecim monasteria monialium erexit, ac gubernavit; virorum verò quindecim fundata reliquit, mirâque prudentiâ direxit, omniaque sanctitatis exemplo constabilivit. Quæ itinerum incommoda, quos labores, quas pugnas eò opere peragendo perpessa non est? humanis plerumque destituta præsidiis, ægrota, pauper, sola, Deoque dumtaxat freta, reclamantes locorum Præsides, Proceres, Præsulesque, imperturbata sustinuit. *Quales, ac quantas passa fuerit contradictiones, & quantâ magnanimitate omnes superaverit, declaratum est hìc suprà* (c).

Monasteria XXXII. inops Virgo ædificavit:

(a) ad Matutin lect. 3. (b) in Orat. habita coràm Sum. Pontif. & Cardinal.

(c) num. 2414. & 2445.

2537. *Ista autem XXXII. Monasteria, XV. virorum Religiosorum Carmelitarum Discalceatorum, & XVII. Monialium; & Religiosi, ac Religiosæ in illis tunc commorantes, filij, & filiæ S. Teresiæ, fuerunt velut traduces è veteri Carmeli Vinea & vites quædam novellæ, quibus Deus tam uberem, & superabundantem largitus est benedictionem, ut brevi tempore palmites suos extendentes à mari usque ad mare, per totum Christianum orbem, & ultrà mare propagines suas; etenim novus Ordo ille, seu verius novo-antiquus, sive antiquo-novus, successu temporis, in duas dispartitus Congregationes, Hispanicam, & Italicam, Provincias, & monasteria utriusque sexûs nunc habet in omnibus Christianis regionibus, & insuper apud Infideles, in America, Indiis, Terra-sancta, ac inter hæreticos Missiones, pro conversione infidelium, & hæreticorum. Porrò missiones, prædicationes, virtuosa exempla, pœnitentia, pietas, suspiria filiorum, & filiarum omnium S. Teresiæ collimant ad procurandam, seu à Deo exorandam conversionem hæreticorum, infidelium, & peccatorum. Istud enim motivum fuisse, seu scopum S. Teresiæ (& esse debet cunctis Carmelitis Discalceatis, Religiosis, & Monialibus) pandit ipsa variis locis, peculiariter in libro, cui titulus:* VITA PERFECTIONIS, *capite 1. cujus titulus est:* de causa quæ me ad monasterium hoc adeò strictum & arctum, fundandum moverit. *Et cap. 3.* Prosequitur id, quod primo capite dicere cœperat, suasque monet, ut identidem Deum pro iis orent, qui pro Ecclesiæ incolumitate laborant, quò ipsis adesse, & opitulari dignetur. *De isto ejus motivo, fine, seu scopo peculiariter actum est hìc suprà in Prolegomenis, & præsertim §. 4* (d) *Et ista de Fundationibus Monasteriorum hìc delibasse sufficit.*

Teresiana Vinea palmites misit per universum Orbem Christianum, & ultrà.

(d) vide hìc suprà num. 2333. & seq. pag. 682. & seq.

§. 3. De

XV. OCTOBR.

§. 3. *De voto Angelico, seu Seraphico S. Teresiæ semper efficiendi, quod Deo gratius est: an à nobis illud imitandum.*

2538. DE illo verè heroico, imò Angelico ac Seraphico voto, ista in Officio divino, Ecclesiæ auctoritate approbato (a) legunitur: Maximè arduum votum emisit, efficiendi semper, quidquid perfectius esse intelligeret. *Et in oratione habita in Consistorio, coram Summo Pontifice Gregorio XV. ac Cardinalibus, inserta Actu Canonizationis ipsius S. Teresiæ:* Quid singularem in Deum charitatem eloquar? quæ tam fuit eximia, ut votum ad eam diem inauditum prima emiserit: Semper se, quod perfectius, & divino cultui convenientius esse intelligeret, effecturam. O amorem inauditum! O nobilem generosissimæ Virginis, & sæculis prædicandam omnibus magnanimitatem! *Doctor Franciscus Ribera, in ejus vita* (b) *sic illud refert, & explicat:* Nulla unquàm adeò vehementi impetita tentatione fuit, quæ intermittere ipsam cogeret, quòd ad ampliorem Dei facere gloriam vel ipsa nosset, vel ab aliis audiret. Nec verò vulgari quâdam ratione id ab ipsa fiebat; cùm etiam voto se obligasset, in omnibus se rebus non modò quod Deo placeret, ac gratum foret, sed etiam ea, quæ illi gratiora, magis placitura, & ad majorem ejusdem tendentia gloriam, & majoris perfectionis occasionem sibi fore intelligeret, facturam. Id porrò votum non ad minoris momenti res (ut scrupulis hoc modo occurreretur) sed ad majoris referendum intelligebat. Cujusmodi ipse votum nec legi unquàm, nec audivi Sanctum quempiam emisisse. . . . Nec verò leviter id & temerè ipsa nuncupavit, nec quid ageret, advertendo, sed consultò admodùm, & Generalis sui, & Commissarij Apostolici nutu & assensu accedente. Quid igitur, ipsum adeò integrè perfectèque tot spatio adimplere annorum? ecquæ verò ejusdem adimpletione spiritûs divitiæ comparari? quis meritorum cumulus coacervari? quàm ad sublimem evehi gloriæ gradum quis possit? *Hinc alius vitæ ejus Scriptor Ioannes a Iesu Maria, votum istud meritò nuncupat Angelicum* (c) Promisit, se non grata modò, sed quæ Deo gratiora crederet, effecturam. Votum quippe hoc Angelicum!

2539. *Acta Sanctorum scribuntur, & legenda proponuntur, ideò (inter cæteras rationes) ut Sanctorum exempla ad veram pietatem, Dei amorem, aliasque virtutes excitent, ac inflamment. Veruntamen cùm de Sanctis nonnulla legantur, quæ potiùs admiranda, quàm imitanda deprædicentur; de quo genere est istud S. Teresiæ votum? ex jam dictis, videtur de utroque participare: Admirandum, quia judicio Ecclesiæ, & aliorum, maximè arduum . . . ad eum diem inauditum . . . Angelicum. Sed tamen etiam à nobis imitandum est. Si enim Doctor gentium commendat* (d) Imitatores mei estote: *imò* (a) Estote ergò imitatores Dei: *Et Christus Dominus* (b). Estote ergò & vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est: *& alibi* (c) Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. *Si S. Paulum, si Christum Dominum imitari possimus, & debeamus, ut simus perfecti, cur non & S. Teresiam, à Deo Ecclesiæ datam, veluti Magistram vitæ perfectæ, imitari possimus in illo utilissimo exercitio faciendi semper, quod Deo gratius est. Deus enim ineffabili suâ bonitate Ecclesiam suam, Spiritu sancto dirigente, instruit, ut eos, qui præstantioribus decorati virtutibus, ad sanctitatis culmen pervenerunt, tanquàm viva, & actuosa exemplaria nobis proponantur, ad imitandum (sicut in Actis Canonizationis S. Teresiæ traditur, his verbis:)* Ut nos miserrimi peccatores, qui terrenis rebus, earumque affectibus annexi, à quibus nonnisi per Sanctorum exemplum penè separari nescimus, animadvertentes, & considerantes, quod illi Christi amore operati sunt, confundamur in corde nostro, non præstantes similia opera, nec eorum vestigia sequentes, cùm videamus, ipsos pariter non fuisse minùs fragiles, tentatos, nec minoribus affectos persecutionibus, nec alterius naturæ, quàm nos. *Porrò S. Teresiam à Deo Ecclesiæ datam, veluti Magistram vitæ perfectæ, aliquoties assertum audivimus in antecedentibus. Hinc in Oratione ad Missam, & Officium, die ejus festo, gesta, & scripta ejus nuncupantur* cœlestis doctrina: *inter cætera autem utilissimè ab omnibus, ejus institutione, & exemplo practicandum, id est, satagere,* facere id, quod Deo gratius est: *id in quo situm sit, quàm utile, quàm necessarium, quàm jucundum, paucis declarari convenit. Qui autem de hoc subjecto plura desiderat, consulat librum præferentem hunc titulum:* CIBUS SOLIDUS PERFECTORUM: SIVE DE PROPOSITO, ET VOTO SERAPHICO S. MATRIS TERESIÆ, FACIENDI SEMPER, QUID QUID INTELLIGERET ESSE MELIUS (c).

(a) in 2 Noct. lect. 5.

S. Teresia votum heroicum, Angelicum,

(b) lib. 4. cap. 10.

semper faciendi quæ Deo gratiora sunt:

id non leviter fecit:

id summi est meriti:

(c) lib. 4. vitæ ejus cap. 7.

valdè admirandum:

(d) 1. Corint. 4. & Philip. 3.

(a) Ephes. 5.

(b) Matt. 5.

(c) Ioan. 13.

sed tamen etiam imitandum;

quia à Deo data Ecclesiæ velut magistra vitæ mysticæ.

(c) Auctore R. P. Hermanno à S. Norberto, Carmelita Discalceato.

§. 4. *Propositum seu votum Angelicum,* faciendi semper quod Deo gratius est, *in quo consistat:*

Compendiaria via, facilis, ad Christianam perfectionem, pro omni hominum statu, & conditione.

2540. *IMprimis dicimus illud idem esse ferè cum eo, quod Deus ipse omnibus præcipit* (d) Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota cogitatione tua: hoc est primum, & maximum mandatum. *Sciendum primò, quòd istud* primum, & magnum mandatum *spectet ad omnes omninò homines, nemine excepto: sine illo nullus Deo placuit, aut placere potest; nam* qui non diligit, manet in morte (e). *Igitur omnes omnino homines, ut suum finem, qui est, Deo placere, servire, ac tandem æternam salutem consequi, assequantur, tenentur* diligere Deum ex toto corde &c. *Imprimis Episcopi (quibus in S. Petro Christus dixit: diligis me plùs his?) atque Sacerdotes, Clerici, Religiosi,*

(d) Matt. 22. v. 37. & 38.

(d) Diligere ? Deum ex toto corde,

(e) 1. Joan. 3.

Digitized by Google

XV. OCTOBR.

Religiosi, omnesque omninò, cujusvis gradus, aut conditionis sint, si finem suum, salutem animæ obtinere velint, sicut mox plenius declarabitur.

sequitur omnes homines:

2541. *Animadvertendum secundò, quòd per illa verba* Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo *&c. non præcipiatur summus Dei amor extensivè, aut intensive, sed tantum comparativè finaliter, & appretiativè.* Primò comparativè, ut scilicèt ita totum cor, & affectum des Deo, ut nullam ejus partem des dæmoni, aut peccato. Secundò finaliter, ut in genere Deum habeas, quasi finem omnium tuarum actionum, eumque ut summum bonum, & finem ultimum rebus omnibus præferas, ut malis res omnes perdere, quin & vitam tuam, quàm Deum, Deique gratiam. Tertiò appretiativè, ut applices totum cor, id est, voluntatem tuam, ad ejus legi per omnia obediendum, ut sanctæ ejus voluntati te per omnia conformes: ac proindè diligas eum pleno amore.

qualiter illud mandatum intelligendū:

2542. *Animadvertendum tertiò, quod etiam per illud mandatum hominibus non præcipiatur, ut semper actu in Deum ferantur, illud enim tanta sublimitatis est, ut solis in cœlo beatis competat, semper actu in Deum ferri, sicut docet S. Thomas* (a) *sed ut quandoque actu, & semper desiderio, seu voto, & quasi virtualiter sic Deum diligamus. Hoc autem convenientissimè fit per propositum* faciendi semper id, quod Deo gratius est. *Dicimus* propositum: *si quis ad tantam perfectionem pervenerit, ut etiam ad hoc voto se obstringat, sicut S. Teresia (modo à Ribera explicato) id ne temerè, ne inconsulto fiat. Denique notandum, quod* facere id, quod Deo gratius est, *intelligendum sit, non tantum quoad substantiam operum, seu actuum nostrorum, sed etiam quoad modum, seu circumstantias, & præsertim intentionem, ad majorem Dei gloriam; nam intentio, seu voluntatis affectus, meritorum, seu demeritorum est mensura. Id autem* ad majorem Dei gloriam *exequimur per votum, seu propositum* faciendi semper, quod Deo gratius est.

actu semper in Deum ferri, solis competit Beatis:

(a) 2. 2. quæst. 184. art. 2.

facere id quod Deo placitum, optimum medium diligendi Dei:

2543. *Ex hactenus dicto habetur, quod partim admirandum sit istud S. Teresiæ votum generale* faciendi semper id, quod perfectius, & Deo gratius est: *partim etiam ab omnibus imitandum, modo jam dicto, videlicet, proposito manè concepto, & firmiter decreto, ac subindè per diem reiterato* faciendi id quod Deo gratius est: *imitando in hoc non tantum S. Teresiam, sed etiam ipsum Dominum nostrum, dicentem:* Quæ placita sunt ei, facio semper. *Itaque istud S. Teresiæ* faciendi semper id, quod Deo gratius est, *in hoc consistit, quòd ad istud speciali promissione, seu voto se adstrinxerit, & obligaverit, eo modo, sicut explicat vita ejus Scriptor Ribera, verbis præallatis.* (b) *Et hoc in ea admirandum:* æmulari *autem possumus* (&, *si sapimus, debemus*) charismata *illa ejus* meliora, *hâc ratione*, ut saltem quotidiè manè primum nostrum exercitium sit, Deo actis gratiis, ipsi offerre animam, cor, & actionem illam primam (veluti primitias diei) ac in illa, velut radice, reliquas, ad majorem ejus gloriam: & per diem subindè illud reciprocare. *Iste modus operandi est verè Christianus, Christianis omnibus, ut sua obligationi satisfaciant, convenientissimus, sicus consequenter audietur.*

(b) num. 2538.

Compendiaria via ad Christianam perfectionem, pro omni statu hominum:

§. 5. *Quibus competat* FACERE, ID, QUOD DEO GRATIUS.

2544. EX *dictis habetur, quòd sicut istud præceptum:* Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, *ad omnes omnino dirigitur; ita quoque utilissimum omnibus, ad istius præcepti adimpletionem, esse propositum* faciendi semper id, quòd, & qualiter Deo gratius est. *Id competit Episcopis; utpote, juxta S. Thomam* (a) *constitutis in statu perfectionis: competit Religiosis, qui ex vi status, ad perfectionem tendere tenentur? competit Sacerdotibus, & Clericis, qui peculiariter in sortem Domini electi sunt, ut singulariori ratione Deo placere satagant: id competit Regibus, & Principibus, Consiliariis, & aliis omnibus omnino cujusvis status & conditionis. Exemplo perspicuè, & quasi ad oculum res declarabitur. Sint tres Reges, tres Principes, totidem Consiliarii, Mercatores, sartores, aliive mechanici, agricolæ, &c. Ex illis singulis, unus manè surgens, seu evigilans, peractu gratius Deo, illi offerat diei primitias, seipsum, & actiones suas Deo, ad ejus beneplacitum, & majorem gloriam: idque subinde per diem repetat: alius nil de Deo cogitando, surgit, suaque per diem opera peragit, absque directione, ex mera consuetudine: alius non de Deo, sed de voluptatibus pravis cogitans, illis intentus est, & ad hoc, velut scopum, intentionem, & actiones dirigit. Omnes à mane in vesperam, quasi iisdem externis negotiis & actionibus occupantur. Attamen nonne primi generis gratiam, & gloriam promerentur? Secundi generis, nihil? &, si vera sit sententia, non dari actum deliberatos indifferentes in individuo, etiam ab aliqua culpa immunes omninò non erunt. Tertij autem ordinis, etquid merentur? nonne gehennam? Nonne primis conveniunt ista S. Pauli* (b) Qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam? *alii autem:* qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem? *Item prioribus convenit istud ejusdem Apostoli* (c) superædificant aurum, argentum, lapides pretiosos: *& posterioribus,* fœnum, stipulam *&c. Discrimen itaque est inter homines, quoad meritum apud Deum, penes intentionem, juxta illud Christi:* (d) Lucerna corporis tui est oculus tuus: quòd si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. *SS. Augustinus, Gregorius, Ven. Beda, & alii per* oculum *intelligunt* intentionem mentis: *& illa sic explicant:* Intentio si purè intendat Deum & divina, velut finem, & scopum suum, faciet, ut opus ex ea manâs (intellige, si illud ex se sit bonum, aut certè non malum) totum sit purum & sanctum: sin intentio sit prava, & impura, faciet, ut opus ex ea manans, licèt in se bonum, sit impurum, malum, & vitiosum.

(a) 2. 2. q. 184. art. 6. & 7.

id competit omni hominū statui:

modi meritorum differentia inter homines:

(b) ad Gal. 6.

(c) 1. Cor. 3.

(d) Matt. 6.

2545. *Ad hoc propositum congruit historia in fasciculo*

Digitized by Google

XV. OCTOBR. *in signi exemplo declaratur: S. Bernardi mirabilis visio.*

fasciculo Sanctorum Ordinis Cisterciensis, distinctione 4. (cujus est iste titulus: Vita SS. Patris nostri Bernardi) *cap. 32. ubi ista:* Intererat aliquandò nocturnis vigiliis Pater Sanctus, eâ puritate, & devotione, quâ solebat, Deo tantum notâ, & sibi.... Aperuit Dominus oculos ejus, & ecce respiciens, vidit singulos Angelos juxtà singulos Monachos stantes, & quod quisque eorum, psallebat, in schedulis, more Notariorum, tam diligenter excipientes... Scribebant verò diverso modo. Nam quidam eorum scribebant auro, alii argento, nonnulli atramento, aliqui etiam aquâ: quidam verò penitùs nihil scribebant. Spiritus autem, qui hæc revelabat, diversitatem quoq; inspiravit scripturæ. Qui enim auro scribebant, ferventissimum in Domini servitio studium, & absolutam cordis intentionem in his, quæ psallebantur, significabant. Qui autem argento, minorem quidem fervorem, puram tamen psallentium devotionem declarabant. Qui verò atramento, continuum quorumdam bonæ voluntatis usum in psalmodia, licèt non cum multa devotione, notabant. Sed qui aquâ scribebant, exprimebant eos, qui somnolentiâ, seu pigritiâ pressi, vel vanis cogitationibus à se abducti, videntur quidem aliquid signare, sed cor eorum abstractum prorsùs, non concordat voci. Cæterùm illi qui nihil scribebant, lamentabilem quorumdam cordis duritiam redarguebant, qui obliti professionis suæ, timoris Dei immemores, aut legali somno pronâ se voluntate immergunt, aut certè vigilantes, clauso ore, vanis, & noxiis cogitationibus, non ex infirmitate, sed ex voluntaria intentione occupantur, & in conspectu Domini, contrà legis præceptum apparere vacui non pertimescunt. *Ita ibi. En, omnes illi choro adsunt; & tamen aliquorum dumtaxat meritum apud Deum erat, veluti aurum: aliorum, tamquàm argentum: aliquorum etiam minoris æstimationis, aut nullum: nonnulli vero non præmium, at pœnam ibi mercabantur. Eadem est ratio actionum omnium aliarum bonarum, seu adiapheratum, atque etiam hominum cujusvis status, & conditionis. Hinc contingit, quòd unus debitè, ferventer sua opera faciens plus meriti possit spatio aliquot dierum, aut mensium, quàm alius tempore multorum. Sic autem* Deo placita faciendo, *bene & ferventer*, consummati in brevi explent tempora multa, (a) *Sed ne hisce (subjecto alioquin utili) diutius immorantes, longius, quàm par sit, extrà propositi limites evagari videamur, ad propria redeamus: liceat tamen paucula adjungere de proposito Angelico utilitate, honestate, ac jucunditate.*

Officio divino assistentibus aliqui auro, alij argento alii aquâ notantur:

atque ita diversissimi meriti,

(a) Sap. 4.

§. 6. *S. Teresiæ exercitium:* FACERE SEMPER, QUOD DEO PLACITUM, *est, honestissimum, utilissimum, ac jucundissimum.*

2546. MOtiva, *quibus homines ad aliquid agendum præcipuè moventur, sunt*, honestas, utilitas, & jucunditas: *tria autem illa sunt in exercitio hoc Teresiano*: facere semper, quod Deo placitum est: *seu*, facere, quod Deo gratius est. Honestas *quidem; nam id inter omnia, quæ in cœlo, & in terra fiunt, aut fieri possunt, honestissimum, optimum, sanctissimum est; cùm illud fuerit exercitium continuum Christi Domini, de se testificantis* (a) Quæ placita sunt ei (*Patri cœlesti*) facio semper: *& alibi* (b) Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, *Patris scilicet. Igitur Christi continuum exercitium (atque ita sanctissimum, & divinum) fuit*, quæ placita sunt *Patri cœlesti*, facere semper; *& illud fuit* cibus ejus. *Et hoc idem est, quod votum, seu propositum Teresianum, Angelicum, Seraphicum*, faciendi semper, quod Deo gratius est *Et hoc idem est, quod* Diligere Deũ ex toto corde *&c. quod est exercitium sanctissimum, imo præcipuum beatorum ac Angelorum in cælo.*

(a) Joan. 8. v. 29.
(b) Joan. 4.

facere, quæ Deo placita, *honestissimum, & sublimissimũ:*

2547. *Utilissimum est exercitium illud; quia potissime illud est meritorium gratiæ, per quam divinæ efficimur consortes naturæ: quod est maximũ, & pretiosissimum donum, ut nos docet S. Petrus* (c) *estque gratia illa, quasi semen gloriæ cœlestis:* per quam proximè, & summè participamus divinam naturam. Gratia enim est res adeò nobilis & sublimis, ut omnium Angelorum & hominum naturam superet, eisque sit supernaturalis; adeoque nulla creata substantia dari queat, cui gratia sit connaturalis, ut Theologi docent, eò quòd ipsa quasi in summo participet divinitatem, in eo apice, quo ipsa transcendit omnes res creatas, omnemq; naturã. *Ita Cornelius à Lapide, explicans ista* (d) Maxima, & pretiosa nobis prómissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ. *Itaque exercitium illud Christi:* Quæ placita sunt Deo, facere semper: *& (quod idem est) Teresianum*: facere semper, quæ Deo gratiora sunt, *est exercitium honestissimũ, & utilissimum, quod sit, aut fieri potest in terra, aut in cælo. Quamvis autem imperfectis, & inassuetis illud exercitium difficile sit; assuescentibus tamen etiam facile, imo & perjucundum fiet, sicut jam declarabimus.*

& utilissimum,

(c) Epist. canonic. 2. c. 1.

(d) In cap. 1. Epist. 2. Can. Petri ad vers. 4.

2548. *S. Paulus Doctor gentium nos ad bonorũ operum exercitationẽ instruit, & animat, his verbis* (e) Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris; posteà autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ. *Id maximè verum est in sublimi isto exercitio faciendi semper id quod Deo gratum est; quod sub initium difficile videbitur; sed paulatim difficultas minuetur, & tandem etiam tolletur, ita quidem, ut etiam delectabile fiat, & illi exercitio assuescens cum gaudio mentis sibi gratulari possit, his verbis* (f) Quia modicum laboravi, & in-

(e) ad Hebr. 12. *difficile initio.*

(f) Eccl. 51.

XV. OCTOBR.

& inveni mihi multam requiem. *Quilibet enim in isto Sancto, utilique exercitio sedulò incumbens, experietur id, quod ad Eugenium Papam scribebat S. Bernardus* (a) Primùm tibi importabile videbitur aliquid, processu temporis, si assuescas, judicabis non adeò grave; paulò pòst & leve senties: paulò pòst nec senties; paulò pòst etiam delectabit. *In qualibet arte, & scientia, initia difficilia, & amara sunt: at difficultas illa paulatim minuitur, imo & in oblectamentum vertitur; sicut per experientiam didicerat, & tradit S. Teresia, his verbis* (b) Tu Domine Deus *(inquit)* super omnem rationem naturalem, res quaslibet ita possibiles & factibiles reddis, satis ut ostendas, nihil, quo omnia facilia reddas, ampliùs desiderari, quàm ut te seriò sinceràque diligamus. *Id quoque in se expertus fuerat Rex David, ita cantans* (c) Secundùm multitudinem dolorum meorum, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. *Quinimo assuescens in operibus suis facere, quod* Deo gratius est, *non tantùm facilè, & delectabiliter illud exequetur, sed quasi naturaliter, veluti aqua fluens ad mare, sicut lapis deorsùm, & ignis sursùm, nempè singula ad centrum suum. Nulli autem rei difficile est, tendere ad suum centrum, in quo quiescat. Quòd Deus sit cordis nostri centrum, sic declarat S. Augustinus* (d) Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. *Et idem alibi*: (e) Ponderibus suis aguntur, loca sua petunt. Minùs ordinata inquieta sunt: ordinantur, & quiescunt. Pondus meum, amor meus: eò feror, quòcumque feror. Dono tuo, Domine, accendimur, & sursùm ferimur. Inardescimus, & imus. Ascendimus ascensiones in corde, & cantamus canticum graduum. Igne tuo, igne tuo bono inardescimus, & imus: quoniam sursùm imus ad pacem Jerusalem.

poste à facile,

(a) lib. 1. de consid.

denique delectabile,

(b) lib vitæ suæ cap. 35

(c) Psalm. 93.

& quasi naturale.

(d) lib. 1. Confess. cap. 1.

(e) lib. 13. Confess. cap. 9.

2549. *Utinam doctrinam hìc traditam omnes perpenderent, & ponderarent: dolendum sanè est, quod plurimi actionibus suis, quibus gratia & gloria incomparabiles thesauros sibi comparare possent, non ad Dei beneplacitum directis, potiùs promereantur pœnam, & contumeliam* (a). Desolatione desolata est omnis terra *cordis eorum*, quia non est, qui corde ista consideret. *Isti utinam è veterno excitarentur illis Regij Prophetæ verbis* (b) Filij hominum, usquequo gravi corde; ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *& illis Prophetæ Moysis* (c) Utinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent! *Et his, auro, imo cordi cujusvis, insculpi dignis monitis S. Teresiæ*: Quidquid agis, ad Deum diriges, hoc ei offerendo: eumque rogabis, ut ad honorem, & gloriam illius hoc cedat ... Quotidiè te sæpiùs per diem Deo offerto: idque magno cum fervore, & ardenti ad Deum desiderio ... Identidem cor tuum ad Dominum per amoris actus sustolle: hi namque animam incendunt, & ad teneritudinem provocant. ... Recordare, ac memento, te nonnisi unicam habere animam, & nonnisi semel mori posse; adhæc nonnisi unam te vitam habere, & ipsam brevem, ac tibi particularem; denique nonnisi unicam esse gloriam, & hanc æternam. *Sancta Teresia istis monitis, exemplis, & meritis, fecit Deus, ut præfata cælestis ejus doctrinæ pabulo nutriamur, & piæ devotionis erudiamur affectu.*

Considerationis defectus, causa omnis mali,

(a) Jerem. 12.

(b) Psal. 4.

(c) Deut. 32.

S. Teresiæ aurea documenta.

EODEM DIE XV. OCTOBRIS.

DE B. THEODORICO CONFESSORE.

S. Theodorici memoria in Martyrol. & Kalendar.

2550. IN *Martyrologio Ioannis Molani ad diem XV. Octobris his commemoratur verbis:* Ipso die sancti Theodorici Confessoris, Ordinis Carmeli. *In veneranda auctoritatis Kalendario codicis veteris manuscripti Mechlinienſis, de quo plura hìc suprà* (a), *sic ejus extat memoria:* Theodorici Confessoris non Episcopi, Ordinis nostri: *& in ejusdem codicis catalogo Sanctorum Ordinis nostri:* S. Theodoricus Confessor non Episcopus. *In Speculo antiquo Ordinis, typis edito Venetiis anno* 1507. *diversis locis hæc leguntur* (b): Sanctus Theodoricus de Allemania: per quem Deus tàm in vita, quàm in morte multa fecit miracula: quæ in Conventu Venetiarum habentur, ubi ejus corpus requiescit. *Vitam ejus, & miracula compendiosè tradit Ioannes Palaeonydorus* (c): *& aliquantò prolixius Ioannes Grossi* (d). *Cùm illa inserta sint Tomo præcedenti* (a), *opus non est hìc repetere. Singulariter resplenduit ejus vitæ austeritas, & corporis castigatio; quotidiè enim suprà nudum corpus ferream loricam gestabat. Miraculis coruscavit Romæ, Florentiæ, & Senis: tandem Venetiis diem clausit extremum, post mortem, sicut in vita, miraculis coruscus. Scriptores alios de eo tractantes refert P. Lezana in Annalibus Carmelitanis* (b): *ubi tandem ista*: Nos Carmelitæ imitari studeamus ejus gesta, & mirabilem carnis mortificationem, quam relati auctores dicunt exercuisse. Cultum propterea Sancti, vel Beati ipsi tributum esse ex Kalendario, jussu Capituli Generalis Romæ in cœnobio S. Martini de Montibus, celebrato an. 1564. constat: ubi * 5. die Octobris sic dicitur: THEODORICI CONFESSORIS, ORDINIS CARMELITARUM: DUPLEX.

(a) in Præfat. gen. ad hunc tom.

(b) fol. 103. pag. 1. & fol. ultimo pag. 2.

(c) in Fascic. trip. lib. 3. cap. 12.

(d) in vitid. par. 2.

(a) num. 603. & 1099.

(b) ad an. 1377. n. 1.

* forte 15.

XXI. OC-

Digitized by Google

DE S. HILARIONE

Essenorum reparatore, & propagatore magnifico.

S. Hilarionis festum antiquum in Carmeli Ordine:

2551. *Festum S. Hilarionis antiquum esse in hoc Ordine, habetur ex epistola S. Cyrilli ad Abbatem Ioachim, relata in Annalibus Carmelitanis, ad annum Christi 1192. habetur etiam hic suprà, ad diem VI. Martij* (a), *in qua ista:* Cùm pro veneranda solemnitate B. Hilarionis Coeremitæ nostri quondam, sacrarum Missarum solemnia inchoassem. *Indè etiam eruitur, ipsum aliquando in Carmelo vitam eremiticam egisse, aut certè ejusdem Eliani instituti fuisse. Id confirmat Elogium ejus, ex antiquis Græcorum monumentis, erutum ab antiquitatis insigni illustratore Auberto Miræo, in libro de Origine & Incrementis Ordinis Carmelitani, cap. 6. ubi ista:* Hilarion Thabatensis Palæstinus: Natu Gentilis. Alexandriæ Christum cognoscit. Bimestris Antonij discipulus. Eremi cultor. Essenorum dispersorum in Carmelo Palæstinæ Reparator magnificus. Quos item Gazæ, Bethelíæ, Pelusij, Lychni mirè propagat. Episcopos exulatos vilitat. Sub Augusto Imperatore Const. & Const. Julianum fugit. Siciliam, Dalmatiam, & Cyprum peragratus. Jejuniis maceratus, lenio moritur sancto. *Hinc in pluribus antiquis Breviariis, & Missalibus ad XXI. Octobris legitur:* Hilarionis Patris nostri: Duplex. *Ita in Kalendario Breviarij Venetiis impressi anno 1573. apud Petrum Deuchinum. In Missali autem anno 1509. apud Lucam Antonium de Giunta:* Hilarionis Patris nostri IX. lectionum. *Ita quoque in antiquioribus Breviariis: estque hæc ad Divinum officium, & Missam oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, qui meritis beati Hilarionis Confessoris tui semper es, & ubiquè mirabilis; quæsumus clementiam tuam, ut sicut ei eminentem gloriam contulisti: sic ad consequendam misericordiam tuam, mereamur ejus precibus adjuvari. Per Dominum. *Quæ etiam nunc in Officiis sapiùs à Sacr. Rituum Congregatione approbatis, & ad Missam, sub ritu Duplici recitatur ad diem XXI. Octobris, in toto Carmeli Ordine: etiam in utraque Congregatione Carmelitarum Discalceatorum.*

(a) Videnum. 1075.

Essenorum monachorum reparator, & propagator:

Natalis circa an. Chr. 292.

2552. *In Annalibus Carmelitanis ortus ejus refertur ad annum Christi 292. ubi ista:* Ad hoc etiam tempus, annum videlicèt 292. juxtà Baronij computum, vel saltem circiter, juxtà Roswedium, Natalis dies S. Hilarionis Abbatis assignandus est. Non sinè causa nobis commemorandus: fuit etenim celeberrimus hic Pater Eliætani instituti sectator, Essenæ scholæ studiosus, imò & Carmeli Montis colonus, prout non solùm Ordinis tabulæ, & Kalendaria testantur, in quibus Hilarionis Confessoris Ordinis nostri festum exprimitur; & concorditer nostri Scriptores scriptis commendárunt, sed & de exteris multi rei veritate convicti, profitentur. De illis porrò, plúribus prætermissis, unus non omittendus, beatus videlicèt Cyrillus presbyter, Doctor, & Carmeli ipsius Eremita, qui in epistola ad Abbatem Joachimum, quæ eum ipsius Cyrilli Oraculo Angelico, in Apostolica Vaticana Bibliotheca reservatur, sic scripsit: IGITUR CUM PRO VENERANDA &c. En Carmeli Eremitam Cyrillum, Hilarionem coeremitam sibi nuncupantem. De exteris autem unus specialiter in testem vocandus, quippè rem expressiùs testificatur. Is est Aubertus Miræus Canonicus insignis, & Bibliothecarius, qui è Græcorum monumentis hanc vitæ Synopsim ejusdem Hilarionis æternitati memorabilem scripsit: HILARION THABATENSIS, &c.

Eliani instituti sectator.

2553. *Dicitur*: Essenorum reparator & propagator magnificus. *Monachos veteres in primis post Christum seculis* Essenos, *aut* Essenorum sobolem, *seu* posteritatem *fuisse, habetur ex Cardinale Baronio, Surio, Bollando, & aliis hic suprà fundamento* 3. (a) *& etiam indè confirmatur, ipsum fuisse* Eliætani instituti sectatorem; *cùm tales fuerint Esseni, sicut ex dictis ibidem, & in antecedentibus, ac consequentibus firmatum habetur. Quantoperè autem reparaverit, & propagaverit monasticam eremiticam vitam, istis declaratur in ejus vita verbis:* Exemplo itaque ejus per totam Palæstinam innumerabilia monasteria esse cœperunt, & omnes ad eum monachi certatim cucurrêre. *Rectè dicitur* Reparator, *&* Propagator; *cùm enim in persecutionibus Imperatorum ethnicorum valdè fuisset diminuta, illam instaurárunt in Ægypto S. Antonius: in Palæstina autem, tempore Aureliani Imperatoris, & proximè pòst, ante S. Hilarionem natum, auctor & fundator Laurarum fuit S. Chariton, de quo hìc inferiùs sermo erit. Cùm autem deindè rursùs in sævissimis persecutionibus Diocletiani, & Maximiani ac Constantij, monachi plurimi interempti essent, & pauci restarent, S. Hilarion tantoperè monasticam disciplinam instauravit, ut à S. Hieronymo fundator, & eruditor illius conversationis & studij in hac Provincia primùm dicatur: non quòd absolutè primus ipse fuerit; cùm antè illum in Palæstina, sicut antè S. Antonium in Ægypto, monachi (esse pauci temporibus ipsorum, ex persecutionibus restantes) semper fuerint: & quidem in Palæstina ante S. Hilarionem vel natum monachi erant plurimi in solitudinibus circà Iericho, & Thecne, ac mare mortuum, in istis Lauris à S. Charitone exstructis, quæ multis pòst eum seculis perstiterunt, sicut constat ex vita & actis S. Euthymij, S. Theodosij, & S. Sabæ. Vita S. Hilarionis virtutum celsarum, præsertim humilitatis, summæ abstinentiæ, jugis orationis & psalmodiæ*

(a) nu. 287. & seq.

ante S. Hilarionem monachi plures in Palæstina.

Vita S. Hilarionis apud quos Auctores.

Digitized by Google

XXI. OCTOBR.

& aliarum exemplis, ac miraculis admirandis plena passim obvia est, extans apud S. Hieronymum, & in Vitis Patrum, as apud Laurentium Surium, atque alios. Ideò hîc ex præfatis Auctoribus quosdam virtutum ejus fructus libandos obtulisse, & miracula aliquot brevi compendio spectanda exhibuisse satis erit.

ejus patria,

2554. S. Hilarion ortus vico Thabathâ, qui circiter quinque millia à Gazâ urbe Palæstinæ, ad Austrum situs est; cùm haberet parentes idolis deditos, rosa (ut dicitur) de spinis floruit. A quibus missus Alexandriam, Grammarico traditus est: ibique, quantùm illa patiebatur ætas, magni ingenij, & morum documenta præbuit: in brevi charus omnibus, & loquendi arte gnarus.

adolescentia,

Quodque his majus est omnibus, credens in Dominum Jesum, non circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuriâ delectabatur, sed tota ejus voluntas in Ecclesiæ erat congregatione. Audiens autem tunc celebre nomen Antonij, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incensus visendi ejus studio, perrexit ad eremum: & statim, ut eum vidit, mutato pristino habitu, duobus ferè mensibus juxtà eum mansit, contemplans ordinem vitæ ejus, morumque gravitatem. Posteà, defunctis parentibus, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus erogavit: sic nudus, armatus in Christo, solitudinem petiit. Ibi sacco tantum coopertus, & pelliceum habens ependytem, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat, sagumque rusticum, inter mare, & paludem, vastâ, & terribili solitudine fruebatur: quindecim tantùm caricas pòst solis occasum comedens. Diabolus virtutis æmulus, imprimis eum gravissimâ libidinis tentatione aggressus fuit, insolita voluptatum incendia suggerens: quæ Hilarion extinxit variâ corporis maceratione: dicebat enim corpori suo: Ego te, inquit, asselle, faciam, ut non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis: fame te conficiam, & siti: gravi onerabo pondere, per æstus indagabo, & frigora, ut cibum potiùs, quàm lasciviam cogites. Herbarum ergò succo, & paucis caricis pòst triduum, vel quatriduum, deficientem animam sustentabat, orans frequenter, & psallens, & rastro humum fodiens, ut jejuniorum laborem labor operis duplicaret. Et contrà dæmonum ludibria cruce Christi frontem signans, & Jesum invocans, diabolicas fraudes, ac impetus victoriosè superavit. Orationi instanter incumbens, & psalmodiæ; deindè scripturas sanctas, quasi Deo præsente, recitabat. Cella ejus tàm exigua erat, ut potiùs sepulchrum videretur: super nudam humum stratum ejus erat junceum. Alimentum ejus erant panis, sal, & aqua, & deindè herbæ agrestes, ac denique de farina, & comminuto olere sorbitiuncula, cibo & potu vix quinque uncias appendentibus: sicque complens ordinem vitæ, numquàm antè solis occasum, nec diebus festis, nec in gravissima valetudine, solvit jejunium.

S. Antonium invisit:

vita ejus in solitudine ratio:

dæmonis tentationes quo ratione superet.

2555. Plurimis, & magnis miraculis eum Deus mirificavit: sterili partum impetravit: tres pueros, à medicis desperatos, sanitati reddidit: mulieri cœcæ sputo visum restituit: aurigam percussum à dæmone incolumem fecit. Orionem virum primarium, & ditissimum, à legione dæmonum possessum, immaniter tortum, atque alios plures energumenos, & quidem in Cypro, circà Paphum, dæmoniacos circiter ducentos, & alibi alios liberavit: aquâ ex ejus scypho fictili, undè bibere solebat, maleficium sustulit: virginem quoque à maleficio mirabiliter solvit. S. Antonij obitum, absens, divinitùs didicit: precibus pluviam impetravit: oleo benedicto percussos à serpentibus sanavit: tribus crucis signis in sabulo formatis, diluvium ab Epidauranis avertit: extensione manûs, piratarum naves repulit. In Dalmatia draco erat ingens, qui omnem latè vastabat provinciam, & non solùm armenta, & pecudes, sed agricolas quoque, & pastores tractos ad se, vi spiritûs, absorbebat. Cui cùm pyram jussisset præparari, & oratione ad Christum missâ, evocato præcepisset struem lignorum scandere, ignem supposuit. Tùm itaque cunctâ spectante plebe, immanem bestiam concremavit. Istis, & aliis miraculis, celeberrimum erat nomen Hilarionis: qui honorem sibi delatû fugiebat, de una regione in aliam: sed ubique miracula ipsum prodebant. Octogesimo ætatis anno, consumptis viribus, ægrotans, tandem sic loquebatur: Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta propè annis servisti Christo, & mortem times? In hæc verba exhalavit spiritum. Pòst decem ferè menses Hesychius vir sanctus profectus ad locum sepulturæ corporis S. Hilarionis, discooperta humo, illud extrahens, & Maiumam deferens, totis monachorum & oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit, illæsâ tunicâ, cucullo, & pallio, & toto corpore, quasi adhuc viveret, integro: tantisque fragrante odoribus, ut delibutum unguentis putaretur.

Miraculis magnis, & plurimis à Deo honoratus:

honores fugientem miracula ubique produnt:

mortem verba memorabilia:

post 10. menses corpus reperitur integrum, & odore fragrans.

2556. ANNOT. *Quòd antè S. Hilarionem in Palæstina monachi essent, sed paucissimi ex persecutionibus restantes, sed quàm maximè multiplicati per S. Hilarionem: qui propterea (sicut S. Antonius in Ægypto) Monachorum* Illustrator, Incitator *habendus, non autem absolutè* primus Institutor: *plura videri poterunt tomo præcedenti num.* 1435. *& sequent.* (a). *Ista etiam firmiter stabilita sunt in XII. fundamentis hîc suprà* (b). *De Monasteriis tam in Palæstina, quàm in Ægypto, à temporibus Apostolorum, testatur quoque Ioannes Cassianus in præfatione libri* de Institutis cœnobiorum, *ad Castorem, ubi ista*: In eo quoque præceptis tuis satisfacere studebo... secundùm eam; quam vidimus monasteriorum regulam, per Ægyptum, vel Palæstinam antiquitùs fundatorum, fideli sermone vel adjiciam, vel recidam: nequaquam credens rationabilius quippiam, vel perfectiùs constitutionem novellam in Occiduis Galliarum partibus reperire potuisse, quàm illa sint instituta, in quibus ab exordio prædicationis Apostolicæ à sanctis, ac spiritualibus Patribus fundata monasteria, ad nos usque perdurant. *De monasteriis, seu eremiteriis, in Palæstina ante natum S. Hilarionem, nunc-*

(a) pag. 349. col. 2. in fine 350. & 351.

(b) num. 284. & seq. ac 345.

Digitized by Google

XXX. OCTOBR.

nuncupatis Lauræ, quadam dicta sunt hic suprà (a) *& alia nonnulla dicentur in sequentibus, ubi de S. Chariteone, qui circa annum Christi ducentesimum Septuagesimum quintum claruit, & Lauras extruxit; undè comperti ssimum est, ante S. Hilarionem, fuisse monasteria & monachos, in Palæstina. Hinc quod in vita S. Hilarionis contrarium scribi videtur, nomen monasterii, & monachi, ibi aliter accipitur, sicut videre licebit tomo præcedenti,* (a)

(a) num. 2436. & sequent.

(a) fundam. IV. nu. 296.

XXX. OCTOBRIS.

DE S. SERAPIONE EPISCOPO ANTIOCHENO,

Ex Asceta, seu Anachoreta Eliani Instituti.

S. Serapion Antioch. Ep. VIII. eruditione clarif.

2557. *Martyrologium Romanum ad diem 30. Octobris, hoc eum elogio commemorat:* Antiochiæ S. Serapionis Episcopi, eruditione clarissimi. *Ferè eadem habentur in Martyrologiis Bedæ, Vsuardi, & aliis. Agit de ejus eruditione, & scriptis S. Hieronymus, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi ista:* Serapion. . . Antiochiæ Episcopus. *Ibi inter ejus scripta recenset* breves epistolas, auctoris sui ascesi, & vitæ congruentes: *pasim autem* ascetica vita *accipitur pro* vita monastica: *& hinc* asceteria, *id est*, monasteria, *prout latiùs hic infrà. Eusebius in Ecclesiastica historia variis locis ista tradit:* Serapion post Maximinum Episcopus apud Antiochiã fuit: (a) *& infra:* (b) Apud Antiochiam verò, defuncto Serapione Episcopo, Asclepiades loci illius suscepit sedẽ: qui & ipse unus ex præclaro Confessorum numero fuit. *Cõformiter scribit Nicephorus Callistus* (c) Apud Antiochenos post Maximinũ, qui undecim annis Ecclesiæ gubernator fuit, Serapion Episcopus creatus est, octavus ab Apostolis successor: qui satis diu eum laude Ecclesiæ præfuit, & eã Asclepiadi regendam reliquit. *Vterq; etiam refert quædam ejus adversus hæreticos opera, & quidẽ Eusebius, cum ex gesset de quadam ejus epistola adversus hæreticos (de qua statim plura) hæc habet de aliis ejus operibus:* Igitur Serapionis Episcopi eruditi viri puto quidem etiã alia opuscula apud alios haberi. Ad nos autẽ illa tantummodò venerunt, quæ ad Domnum quendam scribit, qui in tempore persecutionis à fide Christi recedens ad superstitionẽ Iudaicã declinavit. Et ea, quæ ad Pontium & Caricũ Ecclesiasticos viros scribit. Et aliæ nihilominus ejus sunt ad alios epistolæ. Sed & ille liber venit ad nos, quem scribit de Euangelio Petri, ubi arguit quædã falsa in eo cõscripta. (d) *De epistola, quæ est contra Montanũ, & hæresim Cataphrygas, Nicephorus ista tradit:* (e) Scriptorũ verò, quę Apollinaris contra hæresim Cataphrygas composuit, etiã Serapion, quẽ Antiochiæ apud Orontẽ Maximini in Episcopatu successorẽ fuisse indicavimus, meminit in epistola quadã ad Caricnẽ & Pontium. . In eadẽ Serapionis epistola & annotationes, sive subscriptiones pluriũ Episcoporum recensentur. . Et alii complures Episcopi calculo & sententiã suâ literas eas comprobantes, suis ipsorum manibus eis subscripserunt.

(a) lib. 5. cap 19. impres. Basileæ an. 1535.

(b) lib. 6. cap. 9.

(c) in Eccl. hist. lib. 4. cap. 19. impres. Paris. an 1574.

scripsit varia opuscula:

(d) ita lib. 6. cap. 10.

(e) lib. 4. cap. 27.

ejus epistola dogmatica subscripsêre complures alii Episcopi.

2558. *Ioannes Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, sub init. ũ, sic ista ejus scripta resenset:* Serapion ex anachoreta, Ecclesiæ Antiochenæ octavus Episcopus: vir actis ingenii, in divinis scripturis valde studiosus & eruditus: nõ minus vitâ, quàm scientiâ venerabilis. Fertur ad utilitatẽ credẽtium plura cudisse opuscula: in quibus se virum & doctum, & fidei Christianæ defensorem acerrimum ostendit: de quorum numero habentur:

Libri ejus:

Ad Dõmonem * judaizantem, liber unus.

* al. Domnũ

Ad Carinum, de Montano, liber unus.

De Euangelio sub nomine Petri, lib. unus.

Epistolæ breves, sed plures, liber unus.

Ordinatus fuit in Episcopũ præfatæ urbis, sub Commodo Principe Romanorũ, anno Domini cẽtesimo nonagesimo tertio, Indictione prima. *Aubertus Miræus, in libro de origine, & incremento Ordinis Carmelitani cap. 6. inter Sanctos Ordinis hujus sic paucis eum refert:* Serapion ex Ordine Carmelitano octavus Episcopus Antiochenus, eruditione clarissimus. *Lezana in Annalibus variis locis de eo tractat, & quidẽ de ejus ascetica vita ex Instituto Prophetico Eliano, ista:* (a) Occurrit circa hoc tẽpus S. Serapionis Episcopi Antiocheni historia, Annalibus nostris propria, quòd ipse inter Eliades nostrates jure referatur. *Assertum istud in duplici isto fundamento firmat:* Ex historicis nostris, apud quos pro comperto est, hunc S. Serapionem Ordinis nostri Prophetici & Eliani alumnũ fuisse. Id primò (quod sufficeret) suadetur Ecclesiæ calculo, quæ, Sacror. Rituum Congregationis Patribus approbãtibus, sub Paulo V. & Urbano VIII. eũ inter alios Ordinis Divos, officio Canonico etiã sub ritu duplici, pro die 30. Octob. celebrari concessit, .. Maximè cõprobat intentũ, quòd hic S. Serapion Monachus, seu Anachoreta primitus fuit, ut colligitur ex D. Hieronymo verbis relatis, ubi eum asceticã vitã gessisse (id est, monasticã, anachoreticam, seu Essenam) docet. *Quòd* Monachi, & Anachoretæ post Christum, in quatuor primis seculis, ante Basilii præsertim institutionẽ viventes, ad Propheticũ & Elianum Institutum quadamtenùs spectant, *comprobatum est hic suprà Fundamẽto VI.* (b) *Ex isto, & aliis antecedentibus, & consequentibus, stabilitur S. Serapionis anachoretica, monastica vitã, ex instituto Magni Eliæ. Quanta fuerit in veneratione ipse, scriptaque ejus, eruitur indè, quod Patres illustres alii epistolis ejus, tamquàm dogmaticis, & veram, orthodoxam doctrinam adversus hæreticos tradentibus subscripserint: sicut jam audivimus ex Nicephoro: cui consonat Eusebius.* In hac autẽ ipsa Serapionis Epistola etiã subscriptiones quorũdã Episcoporum & Martyrum continentur. *Et infra:* Sed & multorum Episcoporũ simul eadẽ declarantium subscriptiones supra-dictis

(a) Tom. 2. Annal. ad an 189. & seq.

Anachoreta seu Asceta fuit Propheticí Eliani Instituti.

(b) vide hic supra pag. 82. n. 308.

magna in veneratione apud Episcopos alios.

Digitized by Google

XXX. OCTOBR.

literis inhærebant. *Cætera ejus præclara gesta, & virtutes litteris tradita non reperiuntur.*

Serapion alius ex Anachoreta Episc. Thmueos sæ Elianæ illustris.

2559. *Eiusdem nominis alii plures fuerunt celebres, & sanctimoniâ illustres; quos inter ille, de quo in Martyrologio Romano, ad diem XXI. Martij:* Alexandriæ Beati Serapionis anachoretæ & Episcopi Thmueos, magnarũ virtutũ viri, qui Arianorum furore in exilium actus, migravit ad Dominũ. *Et infrà in Notationibus:* Serapionis anachoretæ & Episcopi, De eo Beda, Usuardus, Ado, & alii; licèt eum tantùm dicant Anachoretam: verùm insignè illum Serapionẽ ab Athanasio fuisse ordinatum Episcopum, constat ex epistola ejusdẽ Athanasii ad Dracontiũ. *In illa autem epistola S. Athanasius sic eum meminit:* Neq; enim tu solus ex Monachis es constitutus, Episcopus scilicet, neque solus monasterio præfuisti, neq; solus à Monachis delectus es. Nosti enim Serapionẽ monachũ esse, & quot monachorum Præfectũ? *Serapionem etiam istum fuisse Elianum, seu Eliana vita sectatorem, indicare videntur ista S. Athanasii subsequentia verba:* Habẽtes pro exẽplari Eliseum, & consciI, quid Elias egerit. *Et ista Cardinalis Baronii scribentis de S. Athanasio, & veteri Monachorum instituto:* Erat quidẽ in Oriente summũ illud vivendi genus instar Eliæ, & Joannis Baptistæ. *Animadvertendum, quoad utrumq; illũ Serapionem, quòd illorum temporibus ex monachis (Instituti Eliani, & Essenorum olim) passim assumerentur Episcopi,* Negari quidem non potest, fuisse monachismũ seminariũ in Ecclesia Dei Sanctissimorũ Episcoporum, ex quo Basilii, Gregorii, Chrysostomi, & alii tam in Oriẽte, quàm in Occidẽte viri spectatissimi prodiẽrẽ? *Ita Cardinalis Baronius* (a) *Quod autem Institutum monasticum sunt esse Elianum, satis innuit Baronius iste verbis* instar Eliæ. *Habemus igitur S. Serapionem Antiochenum Episcopum eruditione clarissimum, & pari sanctimoniâ illustrẽ, fuisse ascetes, id est, monastica, Eliana vita, cultorẽ.* Ascetarũ *enim nomen monachis communiter imponitur apud Ecclesiasticos Scriptores. Græci ab initio hactenus, sic loquuntur. Philo non semel* Ascetarũ *nomen Essæis tribuit, nostris, ut dicam, monachis. Idem facit S. Athanasius. Origenes quoq; Gregorium, & Athenodorum sanctos fratres, discipulos suos, hortatur, ut priora studia transferãt ad divinã ascesin. Et Eusebius describens S. Pamphilum Martyrem, eum ait claruisse* in vita ascetica: *Sanctum quoq; Apphianum institutum fuisse divinis literis, & cõgrua ascesi, unde & monales appellat* ascæterias. *Quando S. Serapion ordinatus fuerit Episcopus, his verbis significat S. Hieronymus* (b) Serapion undecimo Commodi Imperatoris anno Antiochiæ Episcopus ordinatus: *is est 192. Cardinalis Baronius ex Eusebio assumptionem illam ad Episcopatum adscribit anno 191. ubi ille:* Commodi Imperatoris anno decimo, pòst Maximinum subrogatur in Ecclesiã Antiochenã Serapion. Hæc Eusebius in Chronico; licet S. Hieronymus id factum dicat anno sequenti. Celebris hic fuit inter Scriptores Ecclesiasticos hujus temporis. *Hæc Baronius, qui obitum eius adscribit anno 213. ad quem ista:* Hoc eodem anno, defuncto Serapione Episcopo Antiocheno, ponitur ab Eusebio subrogatus Asclepiades.

(a) ad an. Chr. 328.

Ascetæ monachi, ascæteria monasteria, ab ascesi.

Asceta, atq; ita Monachus, S. Serapion.

(b) lib. de Script. Eccl.

annus ordinationis, & obitus ejus.

NOVEMBER

PRIMA NOVEMBRIS.

MEMORIA B. NONII ALVAREZ PEREIRA.

(a) ad diem 12. Maij in Comment.

2560. GEorgius Cardoso *in Agiologio Lusitano* (a) *agens de B. Nonio, & Olysiponensi Conventu Carmelitano, scribit:* Multorũ annorum curriculo ipsius festum in hocce Carmelitarum templo, ad diẽ primã Novembris, Sanctis omnibus dicatã, eò quod eorumdẽ fastis nondũ esset adscriptus, solẽni ritu celebratũ est. *Hinc nonnulli ipsũ eâdẽ die obiisse existimarunt (sicut etiam hic suprà notatum est (a) sed erronẽ, cùm decesserit die XII. Maij: ad quem proindè eius vita extat in præfato Agiologio, atque etiam hic suprà,* (b) *ubi quædam de eius miraculis: qua huic destinata loco, tempestivè non accepimus.*

(a) n. 1458.

(b) à n. 1454. ad 1475. incl.

IV. NOVEMBRIS.

VITA B. FRANCISCÆ AMBOSIÆ

VIRGINIS IN MATRIMONIO

Ex Ducissa Britanniæ, Monialis, Monalium Ordinis B. Virginis Mariæ de Monte Carmeli in Britannia Armorica fundatricis.

NOTATA PRÆVIA.

2561. *VIta illustrissimæ Heroinæ Franciscæ de Amboisia extat inter Acta, seu vitas Sanctorum & Beatorum Britanniæ Armoricæ, cuius operis iste est titulus:* * Vitæ, gesta, obitus, & miracula Sanctorum Britanniæ Armoricæ. *Ibi vita B. Franciscæ copiosè descripta extat, à pagina 290. usque ad 335. ista ad singulas paginas est titulus:* Vita

* à Gallico Latinè redditus.

Digitized by Google

IV. Novemb.

Vita Beatæ Franciſcæ Amboſiæ Duciſſæ Britanniæ, fundatricis Carmelitiſſarum in illa regione. *Extat quoque vita illa, ſed aliquantò brevior, in opere, cui titulus eſt:* Decor Carmeli, in ſplendoribus Sanctorum, *ubi iſta:* Vita B. Franciſcæ Amboſiæ Virginis: *& infrà:* Nupta igitur Petro Principi, raro admodùm exemplo virginitatis integritatem, ad inſtar S. Cunegundis cum S. Henrico Imperatore, ſervavit, ut ipſemet ſponſus Petrus moriens affirmavit: *& in fine:* Cùm opinione ſanctitatis mortua eſt: & plura ejus mira, & miracula referuntur: undè Beatæ nomen obtinuit, cujus vitam inter alios Britanniæ Sanctos deſcribit Albertus le Grand Dominicanus, & plures alij Scriptores, præſertim Britannici. *Vita autem iſta digeſta eſt ex antiquis manuſcriptis, Bullis, Memoriis, & documentis Monaſteriorum de Scotiis, & Nazareth & Conventûs Ordinis Prædicatorum, & auctoribus qui de ea ſcripſerunt.*

B. Franciſca vita ubi extat:

2562. *In Martyrologio Gallicano, auctore Andreâ Sauſſayo, ejus memoria agitur Quarto nonas Octobris, his verbis:* Nannetis piè admodùm defuncta eſt beatæ memoriæ Franciſca Amboſia, ex præpotenti Britanniæ Duciſſa, humilis Monialis, fundatrixque Religioſarum Carmelitarum, æquè ſanctitatis operibus, ac inſignibus gloriæ, quam admirabili vitâ promeruit. *In vita B. Ioannis Soreth, ab ejus ſocio via, & Viſitationum Waltero de Terra-nova ſcripta typis edita Pariſiis anno MDCXXV. cap. 16. ſub iſto titulo marginali:* Beata Franciſca d'Amboiſe minoris Britanniæ Duciſſa in Carmelitanarum Ordinem ſe recepit, *hæc de ipſa, & ejus alumnis ac poſteris, Monialibus Carmelitiſſis:* Videre eſt non parvô numerô, illuſtri proſapiâ, è nobilioribus Armoricæ familiis oriundas, quæ quidem omnibus ſe divitiis & facultatibus abdicantes, longiùs extra corporis delicias excurrunt, & clauſtri ſolitudinem lætis animis amplexantur. In hoc nimirum nobiliſſimam Heroinam Beatam Franciſcam d'Amboiſe naviter æmulatæ. Ea ſiquidem defunctô Petrô nomine ſecundo totius Armoricæ Duce clariſſimo, ſpretis Regiæ vitæ commodis ac dignitatibus, vitæ ſolitariæ dulcedinem experiri conſtituit; quod conſilium dum apud ſe revoluit, convenitur à P. Sorethio, qui Duciſſæ animum jam ad meliora ſponte inclinantem, ita piis ſermonibus rerum cœleſtium dulcedine inflammavit; ut quæ priùs ſæculari dignitate Duciſſa audiebat, mox in ipſamet Britannia Dux novæ noſtri Ordinis Monialium coloniæ facta, purpuræ, diademati, aulæ, vaniſſimiſque rebus nuntium remiſerit: compendioſo Chriſti tramite arcanam, oculiſque & ſenſibus ſæcularium ereptam felicitatem repertura. *In Collectaneo exemplorum Balduini Leerſij (quod excuſum extat tomo præcedenti parte 3. ſub initium) ſcripto circa annum Chriſti 1480. cap. 5. illa adhuc ſuperſtes ſic commemoratur:* Se inclinavit ad Ordinem Beatæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli: quem devotè intrans, & in eo ſanctè & piè converſans, Ordinem ipſum multùm decoravit, ædificans in Britannia duô Monaſteria Monialium, & ditans bonis: cum quibus in omni ſanctitate, & devotione adhuc perſeverat.

Scriptorum elogia de illa.

2563. *Arnoldus Boſtius in Speculo hiſtoriali elucubrato circa annum Domini 1490. annis circiter quinque poſt ipſius Duciſſæ obitum, hæc de illa ſcribit:* Franciſca Duciſſa Britanniæ, relicta Petri Ducis Britanniæ unica, ex intenſo zelo quem habuit ad Beatam Dei Genitricem Mariam, mundum diſponens relinquere, ſcrutata eſt regulas plurium Ordinum, ſed ad nullum Ordinem ſe inclinavit, niſi ad Religionem Beatæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli. quam devotè intrans, & in ea ſanctè & piè converſans, dictam Religionem multùm decoravit, per ædificia duorum Monaſteriorum Monialium dictæ Religionis, quæ bonis multis ditavit, in quorum úno propè civitatem Venetenenſem ipſa Duciſſa in omni ſanctitate & devotione uſque ad exitum vitæ perſeveravit. *Ven. P. Michael à Fonte, in Compendio hiſtoriali typis edito Toleti in Hiſpania anno 1619. in Catalogo Sanctorum, & Beatorum Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, hôc eam brevi elogio celebrat:* Beata Franciſca Duciſſa Britanniæ, conjux Ducis Britanniæ, poſt mortem mariti arripiens inſtitutum Monialium Carmelitiſſarum, fundavit duos Conventus Monialium, & in uno eorum, nuncupato Nazareth, obiit, habita ut ſancta. *Copioſiùs de illa tractat Ven. P. Lezana tomo 4. Annalium: & quidem ad annum Chriſti 1427. ubi iſta:* Annus iſte 1427. natalitius fuit celebris, valde Heroinæ Franciſcæ d'Amboiſe Britanniæ Duciſſæ, & Ordinis noſtri egregiæ alumnæ: nedum propter inſignem ejus generis claritudinem, ſed & quia vitæ ſanctimoniâ Sydus Carmeli noſtri fuit. Ipſius primordia, & geſta aliquot, iis relictis, quæ non valdè ad intentum noſtrorum Annalium ſpectant, ex vita ipſius per Albertum le Grand Dominicanum deſcripta inter vitas Sanctorum, & Sanctarum Britanniæ ſic depromimus. *Ibi igitur ſequitur epitome vitæ ejus, & peculiariter memoratur illius à pueritia devotio eximia erga SS. Euchariſtiæ Sacramentum: Virginitas in matrimonio: patientia in adverſis; liberalitas & charitas erga pauperes. Ad annum 1463. refertur, quod poſt mortem mariti, quâdam vitæ publicè in Eccleſia, cùm Sacerdos illi pro communione ſacrum Chriſti corpus præſentaret, clarâ voce in hæc verba proruperit:* Promitto Deo Creatori meo, & Beatæ Virgini Mariæ, perpetuam caſtitatem: in cujus rei teſtimonium, ego recipio gloriosum, & pretioſum corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti; & vos omnes teſtes appello. Quô votô factô, contremuit terra. *Ad annum 1487. agitur de ejus, poſt annum probationis, profeſſione. Sed de iſtis, & aliis (de quibus ad an. 1477. 1483. ac denique ad an. 1489. ubi de ejus obitu, ſepultura, & epitaphio) latius in ſequentibus in ejus vita per præfatum Albertum Dominicanum.*

Digitized by Google

IV. NOVEMB.

VITA

Auctore R. P. Alberto le Grand, Ordinis Prædicatorum.

CAPVT I.

Franciscæ ortus ex illustribus Parentibus: puella mirè devota Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & addicta orationi: Sponsalia.

B. Franciscæ parentes:

2564. ANno ab incarnatione Domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, sub Pontifice Martino V. Imperatore Sigismundo, Duce Britanniæ Joanne quinto istius nominis, matrimonio juncto Joannæ filiæ Regis Franciæ Caroli VI. Francisca nata est ex parentibus, patre Ludovico de Amboisia, Vice-Comite (a) Thouarsij, Principe, & Domino (b) Talmontij, matre autem Maria de Rieux, illustrioris prosapiæ Britannicæ. Horum conjugum benedicta filia Francisca piè in infantia, ac pueritia per matrem educata fuit: quam cùm Georgius de la Trimoüille, vir illustrioris notæ in sponsam uni filiorum suorum postulasset, non obtinuit, parentibus pro responso opponentibus, expectandam provectiorem ætatem puellæ, ut ipsa sibi sponsum deligere posset. Ob hanc repulsam indignatus Georgius, vindictam meditabatur & moliebatur: & hinc inimicitiarum seminarium. Deindè Francisca fuit etiam postulata in sponsam Principi Petro Comiti de Guenkamp, secundo-genito prædicti Joannis Ducis Britanniæ, & promissa. Hâc occasione Francisca anno ætatis quarto constituta fuit in palatio istius Ducis, unà cum nutrice à sua matre delecta, Domicellâ in rebus spiritualibus benè exercitatâ: ab ipso Duce, & tota ejus aula excepta fuit singulari cum gaudio: peculiariter autem à Ducissa prædicta Joanna, filia Regis Franciæ, Principissa magnæ virtutis, & pietatis, haustæ à suo spirituali patre, Apostolico viro S. Vincentio Ferrerio: cujus documenta sollicitè imprimere satagebat puellæ Franciscæ, quæ puella puerilem superans ætatem, spiritualibus oblectabatur exercitiis, subindè manibus ante pectus cruciatis, oculisque sursùm conversis, quasi in extasi contemplationis, alios ad devotionem movebat. Lubens erat in Ecclesiis, ibi attentè orans: temporis incommoda patienter ferebat, consideratione eorum, quæ Christus, & Sancti passi fuerunt. Cùm quadam die, hiberno tempore, effigiem S. Francisci nudis pedibus inspexisset, mirâ pietate, ac simplicitate dixit cubiculariæ: Sanctus, cujus nomen habeo, nudos habet pedes, hos illi confestim deferto calceos. Fuit in tenera ætate sic pauperibus affecta, quòd lætanter illis munuscula largiretur, quæ sui juris erant. Abstinens à ludis puerilibus operi alicui manuali, & præcipuè orationi intenta erat.

(a) Thouars,
(b) Talmont.

postulata in sponsam filio Ducis Britanniæ,

in cujus aula constituitur anno ætatis quarto:

ibi piè instruitur documentis traditis à S. Vincentio Ferrerio:

calceos suos offert S. Francisco:

mire devota SS Sacramento Eucha

2565. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum magnâ devotione, ac reverentiâ colebat, adeò, ut quotiès publicè exponebatur, tanto pietatis sensu commoveretur, ut ejus oculi lacrymarum rivulos effunderent. Hæc devotio magis apparebat in diebus festivis solemnioribus, quandò Dux ipse, & Ducissa, & alij de aula ad Communionem accedebant; tunc enim sic interiùs affligebatur, ut nec cibum, nec potum videre vellet, & causam interrogata, dixit: nùm justam non habeo tristitiæ, & afflictionis causam, dum video totam Principis domum Corpus sanctissimum Christi Domini suscepisse, & me solam hujus gratiæ beneficio privatam manere? Istis puellæ sermonibus permota Ducissa, strophiolo illi lacrymas abstergebat, & osculata eam consolabatur, commendavitque examinandam suo Confessario R. P. Ivoni de Pont-sal, Ordinis Prædicatorum, pietate, & doctrinâ insigni, paulò pòst Episcopo Venetensi: qui deprehendens discretionem, & zelum puellæ, censuit illi permittendam Communionem proximo festo Sanctorum omnium. Aliquantò post Ducissa gravi correpta infirmitate, extremis munita Sacramentis, Franciscæ dedit salutaria monita, & suam benedictionem, ac rosarium, quod acceperat à B. Vincentio, specialissimè commendando, ut grandioris effecta ætatis, per se, & alios sollicitaret canonizationem ejus: quod & fecit, ut mox audiemus.

ei commendatur cura canonizationis B. Vincentij Fer.

2566. Francisca proficiens in ætate, pariter in virtutibus, & prudentia, cùm septimum à nativitate complesset annum, Britanniæ Dux Joannes Nannetis existens, convocavit Barones, & Satrapas suos ibi existentes, pariter & tres filios suos Franciscum, Petrum, & Ægidium, atque etiam Franciscam, quam sic affatus est: Francisca, filia mea, en tres filios meos: unum ex illis, quem volueris, eligito sponsum. Illa Duci gratias agens, seu præmonita à quopiam, seu Dei nutu, convertit se ad Petrum (qui, mortuis fratribus, successit in Ducatu) ad illius se prosternens pedes: ille comiter ipsam elevavit, & osculatus fuit: & tum contracta sponsalia, fragrantia odorem castitatis virginalis, (a) sicut mox audiemus. Deinceps Francisca in exercitiis virtutum, ac pietatis adolescens, exemplar aliis in ista aula se præbuit.

sponsalia contrahit anno ætatis 7.

ANNOT. (a) *Ad hoc propositum congruit id quod scribit D. Augustinus lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 1. in illud:* JOSEPH VIRUM MARIÆ: Hoc exemplo magnificè insinuatur fidelibus conjugatis, etiam servatâ, pari consensu, continentiâ, posse permanere, vocarique conjugium, non commixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.

CA-

Digitized by Google

IV. NOVEMB.

CAPUT II.

Franciſca conjugata, & virgo: Ducissa Britanniæ coronata: populi ſui amans, & abuſus emendans.

2567. ANno Domini MCCCCXLII. Franciſca annum ætatis decimum quintum adepta, in præſentia Prælatorum, & Baronum Britanniæ, ſolemni ritu matrimonio junĉta fuit ſponſo ſuo Petro: qui illam veſtiri fecit candidâ Damaſcenâ veſte, in ſignum, ſeu præſagium candidæ caſtitatis: de quâ ſervanda, primâ nocte ſequenti, utrimque pactum inierunt. Prioribus annis magna cum pace concorditer vixerunt, per omnia Franciſca ſponſo ſuo mirè ſubdita, veluti Domino humilis ſerviebat: corpus ſuum jejuniis, ciliciis, & aliis pœnitentiis domans, & unicè pietatis, ac miſericordiæ opera exercens. Sed quia acceptа erat Deo, neceſsè fuit, ut tentatio probaret illam. Permiſit igitur Dominus, quòd invidiâ diaboli, & falsâ quorumdam relatione, Petrus de ſua ſponſa malè ſuſpicaretur; quapropter illam & verbis, & factis indignè tractavit: ipſam privavit famulis, & dilectâ ſuâ nutrice, cujus piâ converſatione plurimùm in exercitiis ſpiritualibus proficiebat: inſuper & alapis, & flagellis eam ignominiosè tractavit. Quamvis hæc omnia patienter ferret propter Chriſtum, in cujus paſſione ſuum habebat ſolatium: non tamen ſic potuit naturalem ſenſum moderari, quin mœrore confecta, in morbum incideret: undè nutrix ei reſtituitur, & Petrus tandem ſuum agnoſcens errorem, ab ipſa veniam præteritæ vexationis inſuæ, genuflexus petiit, & conceptum indè dolorem ſuis lacrymis manifeſtavit. Illum blandè Franciſca ſuſcepit, excuſat, & ſolatur. Tum mutuo promiſſo decreverunt, ultimò ſuperſtitem non tranſire ad alteras nuptias; ſed, aut Religionem ingredi, aut in ſeculo cælibem, caſtamque vitam agere. In magna autem voluntatum, & morum conformitate viventes, exercitiis pietatis peculiariter dediti erant: & cuncta ſic diſponebant in aula, ut ea videretur ad inſtar monaſterij benè ordinati. Utriuſque quotidianæ occupationes erant, manè ſurgere horâ quartâ, tùm orationi, & meditationi vacare: horâ ſextâ binas audiebant Miſſas: Duce ad negotia abeunte, illa in piis exercitiis perſeverabat. Inter cæteras devotiones peculiariter colebat ſanctas Virgines Urſulam, & Conſortes: ad earum honorem quâlibet Feriâ 4. prandio excipiebat undecim virgines, & eis ſerviebat in menſa: & cuilibet diſcedenti partem pecuniæ largiebatur: eâdem die de illis curabat dici Miſſam: quam quotidianam in perpetuum fundavit apud Carthuſienſes Nannetis.

2568. In Natalitiis Domini noſtri pauperculum aliquem infantem novis veſtibus donabat, dicendo ſuis: *hic parvus Innocens repræſentabit nobis hoc anno infantem Jeſum.* Sæpiùs confitebatur peccata, & reſoluta in lacrymas, ſacram ſynaxim frequentabat. E concionibus redux, audita narrabat domeſticis, qui intereſſe nequiverant. Sobriè ſumpto prandio, operi manuali ſe applicabat. De famulis murmurabat nunquàm, diſſimulabat ſæpiùs, correctionem quandoque neceſſariam, ſecundùm Euangelicam legem adhibebat. Nannetis, ejus hortatu, maritus Chorum Collegiatæ Eccleſiæ B. Virginis à fundamentis extruxit. Singulis annis die Jovis ſancto 15. Virginibus lavabat pedes, ſervièbat in menſa, & togam albam cuilibet liberaliter erogabat. Hoſpitalia inviſere, quod ibidem deeſſet, procurare, leproſis, & infectis caſas ædificare, deque miniſterio providere, illi familiare erat. Commune refugium pauperum habebatur. Lubentiſſimè marito ſuo Principi pauperibus audientiam procurabat: ſatagebatque, ut quàmprimùm eorum negotia expedirentur. Nobilibus, quos egeſtas premebat, argenti ſummam diſtribuendam curabat, eorumque proles ſuo adhibens comitatui, larga eis dabat ſtipendia. Juſſit ex commiſeratione ad palatium ſuum duci vetulam quandam paralyticam: hoſpitari eam fecit in cubiculo, ſuo contiguo: viſitabat illam ſæpiùs: de nocte per duas ex pediſſequis vigilias fieri curabat. Hæc interim ingrata, inurbanè tantæ benefactrici loquebatur. Amboſia imperturbata perſtitit, & ad ſuas converſa Domicellas, dixit: Deus hanc nobis miſit, ut nobis daret ſubjectum promerendi, & exercendi opera miſericordiæ, ac patientiam.

2569. Cùm inter præfatos Franciſcum (Joanne patre defuncto) & Ægidium ſponſi ſui fratres diſſidium exortum eſſet, Franciſca ſingulari ſollicitudine ſtuduit eos reconciliare: aſt malevolorum quorundam machinatione, falſificantium literas Regis Angliæ ad Ægidium, ipſe in carcerem detruſus, tamquàm proditorium pactum iniviſſet cum Anglis, ibidem ſtrangulatus fuit, Duce fratre nimis credulo diſſimulante. Ægidius ante mortem de ſua innocentia proteſtans, Ducem fratrem ſuum ad Dei tribunal citaverat, die quadrageſimo ab inſinuatione illi facienda: & eodem etiam illo die Dux (poſt aliquot dierum infirmitatem) ex hac vita evocatus fuit. Utraque illa mors ſummam triſtitiam, & rivulos lacrymarum cauſaverat Franciſcæ: quæ plurimas Miſſas pro eis celebrari curavit. Franciſco defuncto ſucceſſit Petrus, qui, & conſors Franciſca, recepti, & coronati fuerunt Duces Britanniæ anno MCCCCL. In illo dignitatis Ducalis faſtigio Franciſca in pietatis exercitiis perſeverans, majora pro Deo facit. Pauperes alit, & veſtit, propriæ menſæ adhibet, eleëmoſynas largitur, Eccleſiis vaſa pretioſa, & ornamenta à ſe elaborata concedit: verbum Dei libenter audit: audientiam

matrimonio jungitur:

vitæ pia exercitia:

malè tractatur à ſponſo:

& miſericordiæ operæ.

ac patientiæ.

ut demum veniam petit:

diſſidentes reconciliare ſtudet.

exindè vitæ valdè devotæ ducit:

Dux Britanniæ citatus à Fratre ad Dei tribunal, die ſtatuto moritur.

B. Franciſca peculiariter colit S. Urſulam, & ſocias:

Franciſca Ducissa Britanniæ coronatur:

alia pietatis ejus inſignia:

geſta ejus exemplar Principum:

Digitized by Google

IV. Novemb.

dientiam petentibus facilè præbet. Nannetis monasterium S. Claræ à se fundatum, dotavit: Justitiæ, & populi moribus reformandis pij Duces incumbebant. Quanto affectu populum suum prosequeretur Ducissa, patuit, in ista occasione: cùm Dux parlamentum generale convocasset, Cancellarius, & alij nonnulli persuaserunt Duci, ut cùm ærarium ejus per bella contrà Anglos, exhaustum penè esset, novas gabellas, seu contributiones imponeret, ita decretum fuit. Id cùm resciviſſet Ducissa, rationibus persuasit, ne id faceret: & Decretum scriptum, nondùm subsignatum, revocari curavit; quod cum populo innotuisset, mille benedictiones Principibus suis apprecabantur.

Ducis morti proximi testimonium de sponsa sua inviolata.

B. Vincentij Fer. canonizationem urget:

2570. Anno MCCCCLIII. Angli obsidione cinxerant Burdigalam, sub Duce Talbot: qui ab exercitu Franciæ, & subsidiariis copiis Ducis Petri, sed magis precibus Ducissæ (quæ per totam Britanniam orationes publicas, & processiones indixerat) cæsi, & pulsi fuerunt, occiso dicto Talbot. Commendatum sibi à Ducissa defuncta, filia Regis Franciæ, matre sui mariti, negotium canonizationis S. Vincentij Ferrerij, subindè urserat apud præfatos Joannem Ducem, nec non Franciscum ejus hæredem & successorem: sed jam ipsa Ducissa efficaciùs id per se, & Dom. Ducem maritum suum præstitit dicto anno MCCCCLIII. quo Nannetis celebratum fuit, in festo Pentecostes, Capitulum Generale Ordinis Prædicatorum, Duce, & Ducissâ expensas conferentibus, & P. Generali Martiali Auribello commendantibus, ut ejus, totiusque Ordinis accedente operâ & instantiâ, ageretur apud Summum Pontificem de processu canonizationis: quæ facta fuit biennio pòst: & tunc in corporis ejus elevatione, à Cardinale Alano Coativo * accepit Sancti digitum unum, pileum Doctoralem, & cingulum ejusdem: & reliquias illas totâ vitâ suâ singulari veneratione coluit, ac moriens in suo Conventu de Scoëts reliquit. Cùm audiviſſet Concionatorem celebrem invehi in luxum & superfluitatem vestium; quamvis suæ essent satis modestæ, supplicavit tamen Duci, posse uti simpliciori habitu, ut sic abusus ille ex sua aula, & tota Britannia eliminaretur: & ita contigit, Britannicâ Nobilitate se conformante Principi ac Ducissæ suæ.

ea fit biennio pòst:

* *al.* Alain de Coativi.

tunc de ejus reliquiis participat:

abusum vestium tollit:

2571. Tandem Dux correptus infirmitate, circiter anno toto languens, graviter afflictus fuit: intereà magnâ sedulitate, & charitate illi inservivit Ducissa, diu, noctuque ab eo non recedens. Ducis morbus existimabatur ab aliquibus procedere ex veneficio: hinc feminam venefican ad se adduci persuadebant, ut arte suâ diabolicâ veneficium solveret. Dux graviter indignatus, sic Christianam & heroicam resolutionem suam declaravit: Itane? si misera illa venerit, vivam curabo comburi; Deo placeat, & longè à me absit, nè tam detestabili medio velim vitam meam conservare. Malo mori ex parte Dei, quàm vivere ante diaboli: Dei sum, ideò, de me disponat juxtà suam sanctam voluntatem. Cùm morbus ingravesceret, confecto testamento, & receptis extremis Sacramentis, coràm Baronibus, & Nobilibus præsentibus, apprehensâ manu Ducissæ, se convertens ad D. Arturum, avunculum suum, Comitem de Richemont Comestabilem Franciæ etiam ibi præsentem: Avuncule, inquit, tibi commendo charam meam sponsam: talem, qualem accepi, reddo: & vobis juro, quòd cum illa non plùs commercij habuerim, quàm cum propria sorore. Ne existimetis ipsam ad alteras nuptias transituram, scio enim ejus intentionem, & votum Religionis, si mihi supervivat. Decessit pius Dux an. MCCCCLVII. die 22. Septembris. Nocte ejus obitum præcedente, crux alba super castrum, in quo decumbebat, pluribus visa fuit, usque dum manè spiritum emitteret. In ejus exequiis Ducissa ubertim contribuit de suis lacrymis, pariter & thesauris.

Ducissa ubertim contribuit de suis lacrymis, pariter & thesauris.

Duci infirmo diu ministrque inservit:

CAPUT III.

Franciſca vidua, Dei obsequio se consecrare votens, variè afflicta, & à plurimis impetita, tandem victoriosa.

2572. FRanciſca, peractis justis, redux à funere, secedens in oratorium, ibi prostrata in terra ante Crucifixum, illum amplexata, lacrymarum fontem educens, in hunc amprosum prorupit sermonem: [Deus meus, tibi supplico, ut animam mei Domini quondàm mariti susçipere digneris in æternam requiem. Quantùm ad me, scio, quòd cor meum totum tibi præberi, & amorem meum totum in te converti velis. Antehac potiorem ejus partem possedisti semper: sed pars aliqua debita erat ei, cui sacro matrimonij ligamine obstricta fui: dirupisti ista vincula mea: non ulteriùs illigari volo: & promitto alteri non nubere, nil cupiens amare, nisi te, & pro amore tui.] Itaque displicente illi mundo, & omni eo quod in mundo est, resolvit ab eo se abstrahere, & solitariam agere vitam, in oratione, meditatione, lectione sacra, & conferentiis spiritualibus conditam. Cùm igitur se Deo vas electionis efficere vellet; sicut vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis: multæque sint tribulationes justorum, isto electorum suorum signaculo mox eam insigniri voluit Deus. Dux enim Arturus, hæres & successor mariti sui, amorem, & favorem, quo olim Franciscam prosecutus fuerat, quorumdam perversorum instigatione, & consilio, convertit in odium: eam suis spoliavit bonis, reditibus, & pretiosis monilibus, suo quoque Comitatu, & charioribus domesticis. Injustas istas violentias mirâ sustinens patientiâ, suas quoque afflictas consolabatur. Afflictio illa finem accepit, moriente Duce Arturo: cui (exemplo Christi,

Franciſca Dei puro amore inflammata, ei se totam vovet:

gravi afflictione premitur:

Digitized by Google

IV. Novemb.

ſti, vincens in bono malum, immemor injuriarum) infirmo piam præſtitit operam, aſtitit morienti, & ſepulturæ ejus: curavitque fieri magnum numerum Miſſarum, & plures fecit eleëmoſynas pro ejus anima. Arturi ſucceſſor Franciſcus admirans virtutem Franciſcæ, curavit ablata reſtitui, & authores afflictionis & perſecutionis puniri: ſed pro illis intercеſſit Franciſca. Facultates ſuas impendit in pauperes, Xenodochia, & Monaſteria, ſic ſe diſponens, ut, relicto mundo, Religioſum capeſſeret ſtatum, inter Moniales S. Claræ: ſed infirmitate impediente executionem, Deum rogabat, ut de ſe diſponeret ad majorem ſuam gloriam.

Inviſitur à P. Ioanne Soreth:

2573. Intereà in Britanniam venit B. Joannes Soreth Generalis Ordinis Carmelitarum: Franciſca id intelligens, miſit ad eum, qui rogarent, ut ſe in ſuo caſtro inviſeret: quod fecit. Illa cum gaudio illum recipiens, totam cordis ſui intentionem ipſi manifeſtavit: eumque informata fuiſſet de Monialium Ordinis hujus inſtituto, Spiritûſancti inſtinctu permota & accenſa, reſolvit illud amplecti, ſupplicavitque dicto P. Generali, ſibi Leodio mitti competentem numerum Religioſarum, pro monaſterio, quod ipſa fundaverat, ut in eo illis ſe jungeret, ac vitam Religioſam ageret: quod ſe præſtiturum promiſit P. Generalis, & præſtitit, admirans virtutes Duciſſæ, modeſtiam domeſticorum, & totius familiæ concinnum ordinem, inſtar monaſterij. Non tardavit Franciſca, etiam aliquotiès ſcribens Leodium: acceſſitque Britanniæ Ducem Franciſcum, petens conſenſum ejus, pro monaſterio Carmelitano fundando, ut in eo ipſo reliquo vitæ ſuæ tempore Deo ſerviret. Negavit Dux, perſuaſione ſuorum Principum, Baronum, ac Nobilium, judicantium, ob humanas rationes, expedire, ut ſecundas nuptias acceptaret. Illa, hac acceptâ reſolutione, rursùs Ducem adiit, ſic eum alloquens: Cùm ſic piæ ſuæ intentioni obſtaculum poneretur, nec permitteretur Deo ſervire in patria ſua, ſe reſolviſſe proficiſci Leodium, ut ibi inter Religioſas Carmelitanas viveret, & moreretur. Dux motus his ſermonibus, annuit petitioni ejus, de condendo monaſterio; atque ita Romam ſcripſit ad Summum Pontificem Pium II. pro facultate fundandi novi iſtius monaſterij. Pontifex laudans, & approbans ejus pium intentum, pro illa fundatione expediri juſſit Bullam, cujus initium eſt: *Inter innumerabilia pietatis officia*, datam Senis anno gratiæ 1459. quâ receptâ, incœptum eſt monaſterij ædificium: & mox Franciſca, & tres ejus neptes, ac plures aliæ domicellæ nobiliores, ſolitariam, & quaſi monaſticam vitam ducentes, in Conſtitutionibus, & rubricis, & ceremoniis Ordinis Carmelitani inſtruebantur à Vener. Patre Joanne de la Nuce, Provinciali Turoniæ, ſpectatæ pietatis, & eruditionis viro. Eumdem in finem etiam apud ſe obtinuit duas Moniales Ciſtercienſes. Cùm perfectum ferè eſſet ædificium monaſterij, in illud ipſa ingreſſa eſt, & introduxit ſuas neptes, & alias filias: expectantes autem Leodio Monialium Carmelitiſſarum adventum, cœperunt practicare regularem Ordinis modum, pariter divinum recitantes officium, in communi dormitorio habitantes, in refectorio ſimul veſcentes, ſilentium, & jejunia Ordinis ſervantes, rarò egredientes, & nonniſi binæ, & binæ. Duciſſa inſuper certis diebus cilicio, & diſciplinis corpus caſtigabat. Ut autem ſuo fruſtraret intento eos, qui illam ad ſecundas nuptias ſollicitabant; cùm ratione graſſantis peſtis; debuiſſent egredi, ut ad tempus eſſent in caſtro Rupisfortis, ibi in Eccleſia Parochiali, præſente matre ſua, & omnibus de ſua familia, præmiſſâ confeſſione, ſub Miſſæ ſacrificio, genuflexa in gradu altaris, hoſtiam ſacram ſuper patenam tenente Sacerdote Rev. Dom. Joanne Houx, ſuo Eleëmoſynario, ſanctæ vitæ viro, omnes, qui erant in Eccleſia, curavit illuc accedere: & coràm illis, antè Communionem, inter manus dicti Sacerdotis, altâ, & intelligibili voce, hoc publicum emiſit votum: *Promitto Deo, & Beatæ Virgini Mariæ de Monte Carmeli, ſervare caſtitatem perpetuam: in cujus rei teſtimonium, accipio pretioſum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vos omnes teſtes appello.* Hoc voto facto, auditum eſt tonitruum, & contremuit terra: cunctis ab Eccleſia fugientibus, præ timore, ſola cum Sacerdote remanſit Duciſſa in oratione, & devotè ſacram ſynaxim accepit.

cùm ferè perfectum eſſet, ingreditur illud, inhabitat, & monaſticè vivere incipit:

ab eo petit, ſibi mitti Carmelitiſſas, pro fundatione monaſterij:

caſtitatem perpetuam publicè in Eccleſia vovet:

2574. Quod verita fuerat, & in ſpiritu præviderat pia Duciſſa, haud diu pòſt evenit: nempè turbines grandes exortæ, urgentes ſollicitationes ad alteras nuptias cum Duce Sabaudiæ, fratre Reginæ Franciæ: id omninò expediens judicârunt Rex Franciæ, & ejus conſilium, nec non pater, & conſanguinei Duciſſæ. Illum in finem à Rege ad illam deſtinatur Dominus de Montauban, avunculus Duciſſæ: qui admiſſus ad audientiam, ſuæ legationis rationes expoſuit: quibus auditis, illa reſpondit: *Avuncule, Deus ſervet Regem, & Dominum patrem meum, omneſque meos amicos. Gaviſa ſui de adventu tuo: ſed triſtia mihi defers nuntia, cor meum terebrantia. Vt paucis pandam reſolutionem meam: ſcito, numquam me admiſſuram nuptias cum homine: iſtud propoſitum meum firmum eſt.* Iſto Duciſſæ reſponſo inexpectato vehementer commotus avunculus, indignabundus ab ea inſalutata diſcedens, acceſſit filias cum illa commorantes, ſimul congregatas, quas verbis iracundis aggreditur, etiam crudelem mortem illis minatus, ni efficerent, ut Duciſſa iſtud ſuum propoſitum mutaret: illæ ſuprà modum pavidæ, lacrymis madebant: intereà Duciſſa ſuperveniens, vultum ſerenum præ ſe ferens, eas conſolatur, & confortat, aſſerens, non ſortituras effectum minas iſtas, & tempeſtatem illam brevi ſedandam: intereà verita, nè violentus ille quid plùs contrà eas attentaret, juniores longè indè ablegavit; nec

ſollicitatur ad nuptias cum Duce Sabaudiæ:

pro eo impetrat Ducis conſenſum, & Summi Pontificis approbationem:

abſolutè renuit:

domeſtica ejus gravitèr impetuntur:

Digitized by Google

IV. NOVEMB.

tentis dumtaxàt ibi matre suâ, & nonnullis provectioribus.

2575. Dominus de Montauban desperans se quidpiam efficere posse apud Ducissam, regreditur Parisios, Regi, & Concilio, & patri ejus Domino D'Amboise, ibi tùm existenti, rationem suæ legationis redditurus: eo nuntio suprà modum contristatus fuit pater, qui se obstrinxerat Duci Sabaudiæ, suum illi consensum præstando. Illum consolabatur Rex, spondens, se iturum in Britanniam, & personaliter acturum cum Ducissa, ut matrimonium illud acceptaret: nec diu moratus Rex Ludovicus XI. istius nominis, mense Octobri anni MCCCCLXI. profectus est in Britanniam, causâ, ut rumor erat, solvendi voti piæ peregrinationis ad S. Salvatorem Rhedonis. Intereà ad filiam suam Ducissam perrexit pater, intentione, eam in Franciam abducendi, seu volentem, seu nolentem: sed amicorum, operam quoque suam addicentium, consilio, nè violentiâ uteretur, illam accedens, amanter salutat, &, pòst mille protestationes de suo in illam affectu paterno, supplicavit, in hoc sibi satisfieri, consensu in matrimonium istud, sibi, & ipsi tam honorabile & glorioſum: in quod ipse præstiterat consensum, quem revocare non poterat, & cujus gratiâ partim Rex Franciæ illuc venerat: quòdque præcepto legis divinæ teneretur obedire mandato patris sui. Principissa sic humiliter patri respondit: Domine, & honorande Pater, verum est, me pòst Deum tibi debere obedientiam: sed non contrà voluntatem Dei, cui obedire oportet primò. Et quidem, cùm antè me Ducissa nulla ad alteras nuptias transiit, nec decet me incipere, equidem id in mea non est potestate, cùm voluntariè, voto etiam, acceperim in sponsum meum Jesum Christum, cui fidem infringere haud licet. Perstitit pater urgere, dicens, voti istius facilè obtinendam dispensationem: sed nec istis, nec aliis patris, & aliorum instantiis permotum fuit generosum Ducissæ cor, Dei amore, & gratiâ roboratum: sic igitur tandem patrem allocuta: Domine, mi pater, vovi, nec voti dispensationem volo: potiùs mortem subibo, quàm votum Deo factum violem.

ad istud matrimonium urgetur à patre suo:

prudens, humile, generosum responsum Ducissæ,

potiùs moritura quàm votum violatura:

2576. Pater cùm nihil profeciſſet, illam coram Rege Rhedonas citari curavit, sumptâ occasione bonorum quorumdam feudalium: Ducissa de suorum consilio ad Regem profecta est, ut etiam coràm, ipsi suam declararet resolutionem. In itinere passa insidias, properavit Nannetum: ibi autem circa suburbia detenta fuit quasi captiva, ipsis domesticis simul insidiantibus. Hinc ad solitum confugit asylum orationem, cui totâ nocte vacavit cum tanto fervore, & animi contentione, ut sanguis è naribus copiosè effluerit: undè ad tempus deliquium animi patiebatur, & advocati Medici: propterea perplexi, qui eam detinebant, liberam dereliquerunt. Nannetas manè ingrediens, obvium habuit avunculum, qui manus in illam mittens, sistere fecit, auctoritate, ut aiebat, Regis. Principissa sic indignè habita, magno animo ipsius arguebat præsumptionem, & audaciam. Quidam è civibus id advertentes, proclamârunt in plateis, Ducissam violentiam pati, ut invita abducatur: & mox populo concurrente in ejus defensionem, ad arma conglomerati sunt, circiter quatuor millia, qui illam deduxerunt ad suum hospitium, & ibi custodiam constituerunt; donec à Duce habitâ assecuratione Ducissæ, tumultus sedaretur. Avunculus commotionem advertens, fugiens se subduxerat.

ipsa ad Regem Galliæ citatur:

captiva detinetur:

hinc tumultus, & seditio:

2577. His sic transactis, Rex Franciæ præfatus (qui Nannetas venerat) pariter & Dux Britanniæ inviserunt Franciscam: quam, præviis mutuis salutationibus, sic Rex affatus est: Post reddita Deo vota mea Rhedonis ad S. Salvatorem, venio expresè huc, ut te charam Cognatam, & amicam meam invisam: unum id à te peto non recusari: ut pro uno anno venias in Franciam: Regina tuum desiderat consortium, & instrui in via perfectionis: elapso anno, poteris pro tua discretione, aut ibi remanere, aut redire. Ducissa supernaturali lumine, & gratiâ illustrata, percepit latentes sub speciosò prætextu ulteriores intentiones; hinc magna cum reverentia & submissione sic Regi respondit: Domine Rex, non mereor, quòd Majestas vestra istum susceperit laborem me visitandi: nil plùs ego desidero, quàm vestræ obedire voluntati, quam habeo pro præcepto, in illis, quæ licent, & decent. Quantùm ad meam transmigrationem in Franciam; nec conveniens, nec honestum mihi videtur, viduam, qualis ego sum, umquàm ad aliud matrimonium transituram, Dei gratiâ exemptam à mundi periculis, rursùs multò magis se mundanis ingerere solicitudinibus. Pòst hæc ulteriùs Rex illam ursit, manifestè suas ulteriores intentiones pandens, hortando, ad suscipiendam oblatam occasionem matrimonij: sed pari humilitate, prudentiâ, & constantiâ Regi respondit, finaliter concludendo, se potiùs millies mortè malle obire, quàm fidem voti Deo facti infringere. Regi Dux succenturiando, & obsecundando, illam hortabatur ultrò præstare, quod Rex petebat; nè alioqui fortè violenter cogeretur: ad quem illa: Domine cognate, didici, Deo magis obediendum, quàm hominibus: si me destituas tuâ protectione, confido, quòd Deus susceptor meus erit.

Rex Franciæ illam invisit:

invitat ad suâ ambas:

reverenter, & prudenter respondet:

urgetur ad nuptias cum Duce Sabaudiæ:

ejus constantia, & in Deum fiducia:

2578. Rex admiratus ejus constantiam, animadvertens, quòd invincibile Ducissæ cor movere non posset, ei valedicens, discessit. Interim eam in Franciam abduci, commisit ejus avunculis: qui pòst discessum Regis accedentes ad Ducissam persistentem in proposito, contumeliis illam sunt aggressi: minabantur, ipsam, quantùmvis invitam, die sequenti ducere in Franciam: ad quos illa:

Rex commisit, eam in Franciam abduci:

Vim

IV. NOVEMB. Vim quamcumque adhibueritis, è Britannia non diſcedam. Illi digreſſi, ſocios adſciverunt, quibuſcum nocte ſequenti illam abducerent: nautas conduxerunt, & præparari curârunt navim, quâ per * Ligerim Duciſſa versùs Franciam aveheretur. Duciſſa, orando inſomnem duxit illam noctem, ſub cujus medium exequi tentantes, quod intendebant, impediti fuerunt per excubias à Duce ordinatas circa domum Duciſſæ, nè ejus perſonæ vis inferretur. Sed & Deus inſigni miraculo præſto fuit: illâ enim nocte, cùm aura ſatis temperata eſſet, Ligeris congelatus fuit in illa parte, ubi erant naves, quæ ſic in glacie impactæ fuerunt, ut moveri non poſſent: reſoluto autem gelu, confractæ in glacie, in mare, impetu aquarum, detruſæ fuerunt. Indè avunculi attoniti, profecti ſunt in Franciam, & Regi, ac aliis iſtud retulerunt: & exindè omnes deſtiterunt ab ulteriori moleſtatione. Pater autem cognoſcens filiæ ſuæ ſanctitatem, eam magis, quàm antè, dilexit, & quandoque notabiles pecuniæ ſummas illi miſit, pro perficiendo ſuo monaſterio, & tribuendis eleëmoſynis. Aliquantò pòſt matri ſuæ infirmæ, ac morienti piam operam præſtitit. Haud multò pòſt tempore etiam pater ſecutus eſt ad alteram vitam: quem multis lacrymis & precibus proſecuta fuit.

Avunculi tentant:

* La Loire.

Inſigne miraculum:

Hinc Duciſſa ulteriùs non moleſtatur.

CAPVT IV.

Franciſca Monialis, monaſticæ perfectionis exemplar.

Franciſca puellas pias recipit pro ſuo monaſterio: 2579. CUm in camino tribulationis ſic probata eſſet Franciſcæ conſtantia, pòſt tàm grandes turbines, ſplendore ſerenitatis eluceſcente, Duciſſa plures ad ſe congregavit devotas puellas, non habito reſpectu divitiarum, aut nobilitatis, ſed pietatis: eas inſtruebat pro ſuo monaſterio, expectans Moniales Carmelitiſſas Leodio: quæ tandem advenerunt Venetum in vigilia omnium Sanctorum anno 1463. Duciſſa, comitante Nobilitate, & populo numeroſo, illis longè extrà urbem proceſſit obviàm: excepit illas magno cum gaudio: deduxit ad domum ſuam: in menſa illis ipſa ſervire voluit, legitque tempore refectionis: quâ abſolutâ, in eadem menſa de reliquiis collationem ſumpſit. Poſtridiè eas duxit ad ſuum caſtrum *de l'Hermine*, in cujus ſuperiore parte curaverat fieri cellulas, per modum Dormitorij, & oratorium, pro divino officio perſolvendo. Ipſa verò in cellula ejuſdem dormitorij manens, curam ſuſcepit excitandi mediâ nocte: aderatque divino officio noctû, diûque: curabat quoque lampades oratorij, & Dormitorij: utrumque verrebat, & humilia obſequia alia obibat. Dicebant autem Moniales illæ, quæ Leodio venerant: Huc advocatæ ſumus, pro inſtructione Duciſſæ in Regula, exercitiis, & ceremoniis Ordinis; & ecce in illis jam nunc ſic exercitata eſt, ut potiùs inſtruamur ab illa, exprimente exemplar perfectæ Religioſæ.

Leodio Carmelitiſſa adveniunt:

2580. In illo caſtro permanſerunt Moniales cum Duciſſa, ferè per bimeſtre, donec omninò perfectum eſſet novum monaſterium, nuncupatum, *Trium Mariarum*, circumdarum altis, & ſpiſſis muris. Tunc feſto S. Thomæ Apoſtoli Reverendiſ. Pater B. Joannes Soreth Generalis Ordinis Carmelitarum, comitante Vicario Generali Reverendiſ. Domini Ivonis de Pont-ſal, ex Ordine Prædicatorum Epiſcopi Venetenſis, nec non multitudine Nobilium aſſiſtentium Duciſſæ, & innumero ferè populorum concurſu, Moniales illas ſuſcepit ex dicto caſtro, & per medium civitatis Venetenſis deduxit ad novum monaſterium: cujus claves Duciſſa tradidit Prioriſſæ: eidem præſentans funes campanarum, adjuvit quoque eas pulſando. Dolebat ſe tùm non poſſe plenè frui deſiderio ſuo receptionis habitûs inter Moniales; nam ratione aſſecurandi aſſignatos pro fundato monaſterio reditus, & terminandi varias difficultates, & lites, earum finem expectare debuit. Selegit itaque ſibi locum intrà ædificia monaſterij, extra Dormitorium, ut tractare poſſet cum ſuis agentibus, & procuratoribus. Interea aderat choro: refectionem ſumebat in communi refectorio: intererat exhortationibus, culpas ſuas in capitulo cum aliis dicebat: in culina miniſtrabat, ac alia officia humilia obibat, exactè omnia Ordinis exercitia exequens, velut humilis novitia: cùm in colloquutorio de ſuis negotiis tractare deberet, aſſumebat duas aut tres provectioris ætatis matres, pro illarum conſilio. Sub illud tempus Franciſcus II. Dux perdito amore pellici adhærens, populo ſuo ſcandalum grande præbebat: illum Franciſca monuit ſemel, bis, & ter. Cùm emendatio non ſequeretur, illi prædixit flagella, & populo ſuo (ſicut olim Iſraëlitico populo accidit, ob peccatum Davidis) & pòſt annos aliquot ita evênit, Baronibus, & Officiariis ejus contra ipſum conſpirantibus; undè tota Britannia vaſtata fuit, & Dux, amiſſo prælio, gravis ſuis, & exoſus inimicis, præ triſtitia contabeſcens, miſerè obiit. Ducatus autem Britanniæ ab ejus ſtirpe aliquantò pòſt ad Regem Franciæ devolutus fuit.

In ejus poſſeſſione conſtituuntur:

Duciſſa in illo ad templum habitans, monaſtica exercitia obit:

ejus monitis, & prædictis Ducis Britanniæ:

2581. Duciſſæ deſideria Religioſi ſtatûs capeſſendi, dilatione creverant, & per multiplicia obſtacula magis inflammata erant. Hinc complanatis tandem omnibus difficultatibus, & terminatis litibus, ſe projecit ad pedes præfati Patris Generalis Soreth, humiliter ſupplicans admitti ad habitum Ordinis, & communitatem Monialium. Dies decretus fuit XXV. Martij, feſto Annunciatæ Deiparæ ſacer, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Tunc igitur in media Eccleſia Conventûs Bonidoni, ſub Crucifixi deſuper pendentis effigie, coràm ingenti omnium Ordinum

& B. Ioanne Soreth Generali petit admitti ad Ordinem;

Digitized by Google

IV. NOVEMB.

ex tota Provincia multitudine, præsentibus Illustriss. Venetensi Præsule, Clero, Magistratu, populo, ministerio dicti P. Generalis B. Joannis Soreth, cum quatuor nobilibus puellis sui comitatûs, habitum religiosum sumpsit, prævia ipsius P. Generalis insigni concione de felicitate æterna, & vanitate mundi. Absolutis ceremoniis, intrà monasterij clausuram à Monialibus recepta fuit, cum hymnis, & canticis. Curâ Ducissæ, per deputatos, honorabili convivio excepti fuêre illi, qui de longè illuc venerant: omnes autem pauperes se præsentantes tractati fuerunt in mensa communi.

solemni ritu investitur:

2582. Haud facilè explicari potest gaudium, quo perfusa fuit, videns se à mundi tricis exemptam, insertam sanctæ isti societati. Se totam resignavit voluntati Matris Prioriss æ, & Magistræ novitiarum. Matres ipsi immediatè post Prioriss am locum tribuebant, ratione dignitatis, quâ fulserat, & titulo Fundatricis; sed nequaquàm acquievit: Jesus Christus inquit, sponsus noster nos docuit semitam humilitatis, veniens non ministrari, sed ministrare, se humilians usque ad mortem crucis: nè ulteriòr sermo sit de hoc: si honoratum affectassem locum, non huc veniss em: itaque, rogo, finite me in loco à Constitutionibus ordinato, & nè ulteriùs mihi tribuatis titulos Ducissæ, Dominæ, aut Fundatricis: omnes enim illos huc intrans dereliqui: sed appellate me: SOROREM FRANCISCAM ANCILLAM CHRISTI. Controversiâ à Religiosis delatâ ad Reverendiss. P. Generalem, ille ejus admirans humilitatem, decrevit equidem locum à Matribus deputatum: præcepto obedivit non sine lacrymis, se indignam reputans. Ut aliundè recompensaret, libens se occupabat in vilioribus obsequiis: scutellas, paropsides, scyphos abluebat, lebetes purgabat, in horto operabatur. Supplicabat moneri, & corrigi de defectibus, etiam minimis, se humilians ergà eas, quæ istud charitatis officium præstabant, & gratias agens. Singulari tenebatur desiderio inserviendi infirmis, dicens, se non pauca nosse remedia, & pridem intentionis fuisse, se dare ministerio infirmorum in publico Xenodochio: renuebant Matres, tam laborioso illam applicare officio: tandem infirmariæ assistens deputata fuit. Prioriss æ, ulcere laborantis pedem humilis Franciscа quotidiè bis emundabat genuflexa, in scabello, seu pulvinari recusans sedere. Tempore novitiatûs Deus visitavit regionem illam dysentriâ, quam secuta est pestis: illo tempore infirmariæ Conventûs repletæ fuerunt infirmis Monialibus: quarum curam ipsa suscepit, præparans, & afferens cibos, colligens herbas, ligna deferens, ignem accendens, lectos sternens: intereà divinis aderat officiis, etiam nocturnis. Id mirum, illam debilioris complexionis, nullâ correptam tunc fuisse infirmitate.

ultimum locum inter novitias prætendit:

rogat, non vocari Ducissa, aut fundatrix, sed Soror Francisca:

humilia obsequia exercet:

infirmis infirmis:

etiam morbo contagioso laborantibus:

2583. Absoluto probationis anno, supplex in genua postulavit à Monialibus admitti ad professionem, tamquàm Conversa, seu Laica, se reputans haud dignam pro choro. Omnium suffragiis recepta fuit pro choro, haudquaquàm consentientium, quòd in laicali conditione: & dies deputatus fuit quoque recurrentis festi Annuntiationis: quo, coram Sanctissimo Sacramento, ad pedes ejusdem Reverendiss. P. Generalis, pòst insignem exhortationem, sub hac forma professionem emisit: [Ego Soror Francisca Ambosia facio professionem meam, & promitto Deo obedientiam, & Beatæ Dei Genitrici Mariæ de Monte Carmelo, & tibi Fratri Joanni Soreth Priori Generali Ordinis ejusdem Dei Genitricis de monte Carmelo, tuisque successoribus canonicè intrantibus: ac Prioriss æ hujus loci, & sibi succedentibus, cum perpetua continentia, & abdicatione proprietatis, secundùm Regulam ejusdem Ordinis usque ad mortem, cum perpetua clausura.] Professionem suâ manu signatam tradidit P. Generali, quam recipiens, dixit: [Ego Fr. Joannes Soreth Prior Generalis dicti Ordinis vos recipio sororem Franciscam Ambosiam, & declaro professam ejusdem Ordinis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus-sancti. Amen.] Tum P. Generalis eam induit habitu Ordinis, & cingulo, imposuitque velum, ab Episcopo Venetensi, ibi præsente, benedictum: & decantatum fuit *Te Deum*. Ex vultu resplendebat cordis ejus lætitia: Deo humiliter gratias referebat de favore illo sibi præstito, instanter supplicans pro dono perseverantiæ. Exindè renovans fervorem, & augens vitæ rigorem, hanc inchoavit, & servavit vitæ rationem. Singulari solicitudine studuit exactè obire actus regularitatis, fugiens omnem singularitatem: in dormitorio communi habitabat in cellula, cujus supellex erat simplex lectus, sedes, scabellum: numquàm cibum aut potum sumens extrà refectorium, ibi communi cibo contenta, alium non admittebat. Vestis erat ex grossiori panno, grisei coloris, infrà quem frequenter gestabat cilicium: & insuper disciplinis corpus spiritui servire cogebat. Numquàm otiosa, semper in aliquo opere occupata erat: satagebat semper prima esse in choro. Missæ plures cùm fierent, omnes reverenter audiebat genuflexa: peculiariter orabat pro tribulatis, & pro iis, qui in salutem animarum laborabant: insatiabili tenebatur desiderio audiendi verbi Dei: cujus defectum supplebat lectione sacrâ: singulariter addicta erat visitationi, consolationi, & servitio infirmarum: modesta in sermonibus sic grata erat Sororibus, & sæcularibus, ut invitè ab ejus conversatione avellerentur: culpas suas in capitulo prostrata, magna cum humilitate dicebat, petens ulteriorem monitionem, & correctionem: taliter se propriâ voluntate, & judicio spoliaverat, ut in agendis à nutu Superioris penderet.

Professionem emittit inter manus B. Ioan. Soreth, Generalis:

fervoris, & rigoris augmentum:

pietatis ejus exercitia:

CAPUT

Digitized by Google

IV. Novemb.

CAPVT V.

Franciſca Prioriſſa, exemplo & verbo regularis obſervantiæ zelatrix.

Prioriſſa eligitur:

2584. ANno Domini MCCCCLXXV. cùm Prioriſſæ novæ electio facienda eſſet, omnium ſuffragia in illam convenêrunt: excuſans humiliter, publicè in capitulo recuſavit: renuntiationem Religioſæ haud admittentes, negotium evocarunt ad Reverendiſſ. P. Generalem: qui electionem confirmans, in virtute S. obedientiæ juſſit, ut acceptaret: præcepto obedivit multis cum lachrymis. Perpendens tùm, ſe antehàc ſibi ſoli vixiſſe, deincèps autem vivendum quoque pro filiabus ſibi commiſſis, omni curâ explicita ſatagebat, ut Deo fideliter ſervirent, ac Regulam inviolabiliter obſervarent; illum in finem, quod verbo dicebat, exemplo præcedens monſtrabat, tamquam aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans. Exacta valdè erat in clauſuræ obſervantia: hinc cùm eam viſitarent Duciſſa Britanniæ Margareta de Foix, & Cardinalis ejus frater, petentes ingredi monaſterium, modeſtè recuſavit, illis loquens in collocutorio. Cùm P. Generalis, viſitationis causâ, clauſuram ingrederetur, cum uno, alterove ſocio, alios admittere noluit. Cùm Cardinalis Andegavenſis, Legatus Papæ, eam inviſeret; intrà clauſuram dumtaxàt admiſit Legatum Cardinalem, cum Epiſcopo Venetenſi, & duobus de familia Cardinalis, plures ingredi prohibuit, ſtans ipſa ad oſtium.

invita confirmatur:

Regularum, & præſertim clauſuræ, invigilat obſervantiæ:

2585. Britanniæ Dux Franciſcus, & Duciſſa, deſiderantes ſæpiùs poſſe frui ejus colloquiis, judicarunt expediens, & ad Dei gloriam, ut quidam monialium Prioratus, nomine Prioratûs Dominæ noſtræ de (a) Scotiis, propè Nannetum, ad ripam Ligeris (ubi, relaxatâ diſciplinâ, dumtaxàt reſtabant tres Religioſæ, ſine obſervantia, & abſque clauſura) traderetur monialibus Carmelitanis, ut monaſterium illud ex parte diruta, inſtauraretur in ædificiis, perſonis, & obſervantia. Negotium propoſitum fuit Summo Pontifici, qui, pòſt debitas informationes, locum illum ad Ordinem Carmelitanum tranſtulit. Expeditis, & receptis Bullis, virtute illarum B. Franciſca, cum novem monialibus aliis illuc advenit, ſub initium Adventûs anni MCCCCLXXVII. & die 24. Decembris Dux ipſe, aſſiſtente R. D. Ivone de Keriac Vicario Generali Epiſcopi Nannetenſis, & totâ ſuâ aulâ, ac populo, illas ſtatuit in poſſeſſione Prioratûs. Primùm ipſa muros clauſuræ collapſos reparari fecit: tùm officinas omnes, & campanile conſtrui fecit: cœpitque vitam ducere quaſi angelicam, ſuos reduplicans fervores, & ſolicitudines, ad perfectionem manuducendo ſuas filias: frequenter obibat, & viſitabat monaſterij officinas, & ſuarum filiarum cellulas: ſingulariſſimè invigilabat ſilentio: monebat quoque illas, ut præcipuè noctu per dormitorium modeſtè incederent, nè ſtrepitum ederent: illum in finem curavit fieri crepidas cum ſimplici ſolea: ad majorem paupertatis commendationem utebatur orbibus, & cochlearibus ligneis, ſcyphis autem ſtanneis: vino parciſſimè utebatur, ita diluto, ut vini color vix remaneret. Moniales, quæ remanſerant in priori monaſterio trium Mariarum, per ſe, & alios amicos inſtiterunt, ut ſuum iſtud monaſterium uniretur monaſterio B. Mariæ de Scotiis: id propoſitum Summo Pontifici Xiſto IV. ab eo conceſſum fuit per Bullam datam anno 1479. Idibus Decembris, & executioni mandatum, conſentiente Duce Britanniæ: eodem tempore cùm Nannetum veniſſet Ven. P. Alanus de Rupe, Ordinis Prædicatorum, illum ad ſe vocavit, & ab eo ipſa, & omnes Religioſæ ejus inſcriptæ fuere Confraternitati SS. Roſarij: pro cujus Confraternitatis confirmatione, & Indulgentiis, ipſa etiam ſcripſit ad dictum Xiſtum IV. qui id præſtitit per Bullam datam anno 1479. die 9. Maij, Pontificatûs ſui anno 8. à quo pro ſuo monaſterio etiam varia privilegia impetravit.

(a) al. Scotæ.

Monaſterium aliud ipſi conceditur:

ad illud migrat:

ſingulariter intendit ſilentio:

Alanus de Rupe Franciſcum, & ſuos Roſarij Confraternitati inſcribit.

2586. Capitulares exhortationes & monitiones faciebat tanto ſpiritûs fervore, & verborum efficaciâ, intermixtis ſelectis ſententiis, ſeu apophthegmatibus, ut magis ex infuſa, quàm acquiſita ſcientia proveniſſe videantur: ex iſtis ejus apophthegmatibus, in ædificationem lectoris, quædam hîc ſubſequuntur. Frequenter ſuas exhortationes inchoabat, aut finiebat his verbis: SATAGITE, UT DEUS QUAM OPTIME AMETUR. Spiritus-ſanctus veniens in mundum religioſum, arguet eum de peccatis, peculiariter iſtis tribus, 1. negligentia in obediendo, 2. quæſitione ſui; & pœnitentiæ, ac mortificationis fuga, 3. defectuum aliorum perſpicacitate curioſa, propriorumque conniventia. Religioſus debet ſtudere præcipuè placere Deo, mori mundo, & ſibi ipſi: refrænare, & ſubjugare ſuas paſſiones, deſideria, ac propriam voluntatem: aliter faciens, ſibi, non Deo vivit.

Documenta ſpiritualia, utiliſſima B. Franciſcæ Amboſiæ:

Status Religioſus eſt velut vita angelica, & Paradiſus in terra: ubi Deo ſervitur, Deus amatur, & laudatur, & quæ animæ ſalutem concernunt, exercentur.

Cogitare de Deo, ſe cum illo occupare: in ejus præſentia converſari: obliviſci mundi: non quærere ſeipſum: non amittere tempus, ſemper aliquid boni operando: ſtudere profectui ſuæ vocationis: ſervare Regulam ſuam: imitari vitas Sanctorum: hæc eſt vera vita Religioſa.

Summa vocationis Religioſæ non eſt, noſſe Regulas, ſed exactè ſervare: vivere enim conformiter regulæ ſuæ, & conſtitutionibus, perfectio eſt Religionis.

Si hodiè punctum aliquod negligatur, cras aliud, brevi tota obſervantia perierit.

Digitized by Google

IV. NOVEMB.

Verus Religiosus identidem debet intendere Regulæ suæ, sicut jaculator ad scopum, & faber ad libellam, seu perpendiculum.

Obedientia, primum votorum, nobis ligans propriam voluntatem, nos statuit in fruitione Dei: qui ab illa se retrahit, velut latrocinium committit.

Medium acquirendi perfectam obedientiam, est, non curare, cui rei applicemur: non inquirere rationes eorum, quæ à Superioribus nobis præcipiuntur.

Qui in Religione desiderat beatè vivere, debet se in omnibus resignare, & committere voluntati Dei, & dispositioni Superiorum, & sequi potiùs alterius, quàm propriam exequi voluntatem.

Qui propriæ renuntiat voluntati, perire non potest.

Religiosus castus, & purus diabolum facilè superat, sicut Judith Holofernem.

Religiosus paupertatis votum benè servans, est in securitate; ideò solicitè vitare debet proprietatem, etiam in parvis: non res, sed affectus ad eam, pravus est: dementia est, pro re parva, gravare conscientiam suam.

Silentium nota est Religiosi: unicam habemus linguam, & benè obseratam.

Numquàm multùm loquaces magni sunt Religiosi: nec Religiosi perfecti, multiloquio dediti.

Charitas, & unio in Religione maximè necessaria: illum in finem fugiendæ, & detestandæ relationes de invicem: & solicita habenda cura infirmorum, ac debilium.

Tentationibus ingruentibus oportet illicò resistere in principio, & habere recursum ad Deum, cum confidentia de ejus adjutorio.

Semita recta ad cœlum est humilitas, & patientia: per illas meritum magnum acquiritur, & quâdam ratione martyribus supparares reddimur.

Anima verè religiosa, quò plùs laudatur, eò plùs se humiliat, propriam considerans vilitatem, & nihilum sui.

CAPVT VI.

Franciscæ pius obitus: corporis incorruptio: & signa alia.

infirma morbo contagioso inservit usque ad obitum.

2587. CHristi Domini Salvatoris exemplo, cùm dilexisset suas, in finem dilexit eas; anno siquidem salutis millesimo quadringentesimo octogesimo quinto, in Octobri infirmis serviens (sicut frequenter antè) piam operam præstabat contagioso morbo laboranti, quæ inter ejus brachia spiritum reddidit. Ejusdem mensis die

ipsa infirmitate corripitur:

XXVIII. correpta fuit infirmitate, quâ augescente diebus sequentibus, graviter afflicta per totum corpus, vim doloris leniebat piis colloquiis, & orationibus jaculatoriis. Tandem advertens horam sui ad dilectum sponsum decessûs appropinquare, die III. Novembris sacro viatico voluit muniri: exindè Crucifixi imaginem manu tenens, contemplabatur, & frequenter osculabatur: denique convocatis ad se Religiosis omnibus; humiliter ab illis precata veniam, his eas, lacrymis perfusas, allocuta est verbis: Charæ meæ Sorores, vos, rogo, super cuncta satagite, ut Deus quàm optimè ametur: sitis humiles, benignæ, castæ, obedientes, invicem diligentes, pacem, unionem, concordiam servate: fideles sitis Deo, constantes in observantia vestræ professionis, & regularitatis, ac privilegiorum, quæ à Summis Pontificibus vobis procuravi. Si vobis adversa eveniant, Deus illa permittit ad vestræ augmentum coronæ. Actiones vestras facite purè ad Dei gloriam, absque humani respectûs immixtione. Satagite, ut Deus quàm optimè diligatur. Valete filiæ meæ: vado experiri, quid sit Deum purè super omnia amare. Deindè monita à P. Confessario, illis benedictionem dedit: & per medicum ibi præsentem, monasterium suum Duci Britanniæ commendavit.

filias suas hortatur ad virtutum exercitia:

2588. Rogavit deindè sibi dari extremam unctionem: quam magna cum devotione recipiens, pariter cum aliis recitabat psalmos, & respondebat ad litanias, ac alia suffragia: posteà, licèt gravi pressa dolore, de illo non conquerens, sed patienter ferens, fecit sibi legi pias meditationes, ac devotas orationes. Duabus suis neptibus ad se vocatis, genuflexis, pro testamento salutaria documenta, & instructiones tradidit. Denique die 4. Novembris manè curavit sibi legi, *Stabat Mater dolorosa*: quâ finitâ, dicebat: *ô quam pulchra est!* deindè lecta fuit passio Christi: eumque perventum esset ad illa verba: *In manus tuas* &c. oculos convertens ad adstantes, dixit: Si velitis haberi à me meæ filiæ, constantes sitis in vocatione vestra: vos rogo, ut Deus super omnia dilectus sit: & illa ante agonem fuerunt ultima verba, testimonium perhibentia de ardenti, quo cor ejus flagrabat amore divino, quem suis pro testamento reliquit. Exindè sine loquela, sibi præsens (sicut signis, & nutibus ostendebat, dùm suffragia legerentur) permansit usque ad meridiem: horâ, quâ Christus in cruce exspiravit, oculis ad cœlum conversis, in hæc prorupit verba: *Benè veneritis, bona mea Domina.* Interrogata, quænam essent illæ Dominæ? respondit: *Domina sunt, quas semper honoravi, & colui: ô quàm diu desideravi esse vobiscum! facite locum, ut eas recipiam:* & paulò pòst reddidit spiritum. Sanctæ illæ virgines, quas Franciscа videns lætabunda volebat excipere, creduntur esse Sancta Ursula, ejusque Sociæ Martyres, quibus semper fuit devotissima: illæ ex Anglia ad Britanniam mittebantur mansuræ: sed in trajectu, tempestate sævâ jactatæ, ad ostium Rheni fluminis devehuntur, & Coloniam Agrippinam adductæ, ibi pro fide, & virginitate martyrio coronantur. Ipsas igitur Franciscа tenero

extremâ unctione munitur:

passionem sibi legi petit:

egenitat.

illi apparent SS. Ursula, & socia:

moritur anno 1485. die 4. Novemb.

Digitized by Google

IV. Novemb.

tenero venerabatur affectu, quaſi Britanniæ debitas, cujus ipſa fuerat Duciſſa.

ſepulturæ.

2589. Divulgato ejus obitu, venerunt Canonici Nannetenſes Eccleſiæ Collegialis Divæ Virginis, ut corpus transferrent, & ſepelirent apud ſponſum ſuum: ſed in ſuo monaſterio ſepulta fuit, in introitu capituli; ſicut ipſa deſideraverat, ut ſororum ingredientium, & egredientium pedibus calcaretur. Hoc autem appoſitum eſt epitaphium, ex Gallico in Latinum traductum: *Hic jacet virtuoſiſſima ſoror Franciſca de Amboſia, quondam Britanniæ Duciſſa, Petri Boni Ducis conjux, quo defuncto, aſſumpſit ſancta & devota Religionis S. Mariæ de monte Carmelo habitum, die Annuntiationis Domini noſtri ſacro, anno 1467. eodemque die, revolvente anno, profeſſionem emiſit. Vixit ſub clauſura perfecta obſervantia, firmoque propoſito ad diem uſque obitûs ſui, qui evenit quarto Novembris die veneris, circà horam nonam anni 1485.* Sicut vivens ſpecialiter dilexit monaſterium iſtud, & privilegiis ſpecialibus à Summis Pontificibus decorari fecit: ita & poſt mortem ſpeciali ejus gaudent protectione, in omni anguſtia, & tribulatione ad ejus ſepulchrum, velut ad aſylum recurrentes: per duo ferè ſæcula, graſſante circumcircà peſtilentiâ, monaſterium iſtud ab ea immune præſervatum fuit: quod ejus meritis adſcribitur.

epitaphium:

mira res circa ejus ſepulchrum:

corpus incorruptum anno 7. à ſepultura:

2590. Anno ſeptimo ab obitu (Chriſti 1492) terra, ubi corpus ejus ſepultum erat, paulatim ſic fuit elevata, ut introitus in Capitulum impediretur. Propterea conſultatione prævia, factaque ibi foſſione, capſa plumbea deprehenſa eſt ita levis, ac ſi lignea fuiſſet: eâ autem apertâ, corpus integrum, & incorruptum repertum fuit. Cùm iſtud innotuiſſet, tota penè civitas Nannetenſis conglomerata fuit, ut corpus iſtud expoſitum in choro Monialium, ad cancellos, contemplaretur. Intereà Religioſa, quæ viventi ſingulariter fuerat familiaris, avida habendi quidpiam ex ejus reliquiis, cùm aliquandò ſola ibi eſſet, abſcidit unum pedis minorem digitum: & ecce copioſus effluebat ſanguis: inde conſternata vehementer, tandem veniâ poſtulatâ, ſuò loco repoſuit, & reunitus fuit: moxque accedentes omnes Conventûs moniales, ſanguinem, & digitum ſuo loco reſtitutum conſpexerunt. Deinceps etiam acciderunt ſequentia.

infirma duæ tactu veſtis ejus ſanata,

2591. In monaſterio nuncupato Nazareth (quod ex Monaſterio dicto Scoetz, in quo obiit B. Franciſca, proceſſit, & an. 1539. fundatum fuit propè urbem Venetenſem) monialis quædam ſic graviter afflicta erat dolore capitis & dentium, ut nec ſomnum, nec cibum capere poſſet: quodam die cùm ſe devotè commendaſſet Deo, & B. Franciſcæ, incidit illi, ut à Prioriſſa peteret, ſibi monſtrari B. Franciſcæ togam, quâ reverenter capiti impoſita, ſubitò dolores evanuerunt. Gratiam ſimilem recepit alia, in ſimili infirmitate, impoſito ſibi tegmine capitis, quo B. Franciſca uſa fuerat. In Monaſterio Scoëtz, cùm quædam fierent reparationes,

quidam à ſolamen ſicus mirabiliter præſervatus:

magiſter Faber murarius incidit in puteum monaſterij, profundum circiter ad 50. pedes: accurrebant pro adjutorio, ſed fruſtrà; merſus enim erat ad fundum, nec apparebat: interim allatæ ſunt, & poſitæ circà puteum reliquiæ B. Franciſcæ: & mox viſus eſt ſuper aquam: injectiſque funibus, ac circum ſe ligatis, extractus fuit incolumis, publicans ſe tantum evaſiſſe periculum, meritis B. Duciſſæ. In eodem monaſterio, cùm grande incendium exortum eſſet, & infuſa aqua, plus exardeſceret, ac vi venti ferretur ad dormitorium: in illo extremo diſcrimine Religioſæ recurrentes ad Deum, & B. Franciſcam, ad ejus tumbam ſolita cantarunt ſuffragia: mox viſibiliter apparuit manus candida reſplendens, flammas avertens contrà ventum: & ſtatim tectum ædificij flagrantis decidens, incendium extinctum fuit.

incendium per eam extinctum;

2592. Sæculo ſuperiore, cùm Calviniſtæ, & Hugonotti in Francia & Britannia, velut Bellonæ, ſeu Furiæ, privata, ac publica, ſacra, prophanaque miſcerent, vexarent, peſſumdarent; tunc anno 1568. Ven. P. Magiſter Ivo, Anglus natione, Vicarius monaſterij de Scotiis conſuluit, ut Religioſæ, relicto monaſterio, ad locum tutiorem ſe reciperent, ſed prævièe corpus B. Franciſcæ tollerent, & infrà terram abſconderent: id præſtiterunt anno 1568. menſe Novembri. Operarij ſolociti erant, qua ratione capſam plumbeam extrahere poſſent; cùm tentarent, tanta facilitate elevarunt, ut faterentur, id fieri non potuiſſe naturaliter. Capsâ apertâ, repertum eſt corpus integrum, & incorruptum, ſimiliter & veſtes. Statuerunt autem illud in choro, & toto die illo & nocte ibi Religioſæ orarunt, ut Dei protectione, & ſuæ Matris interceſſione, manus evaderent iſtorum ſacrilegorum. Circà horam undecimam noctis audiverunt Religioſæ tres validos ictus, undè vehementer conſternatæ, verebantur ibi adeſſe hoſtes. Summo mane corpus proceſſionaliter per Eccleſiam, & Clauſtrum delatum, infrà terram repoſitum fuit. Aliquantò poſt, Religioſæ monitæ de periculo, indè deceſſerunt: reverſæ autem fuerunt anno 1569. circà feſtum Sanctorum omnium. Tunc quidam nobiles Hugonotti inviſentes quaſdam moniales ſuæ parentelæ, narrârunt, quòd anno præcedenti in Novembri, cohors integra, in qua ipſi erant, nocte quâdam, ſplendente lunâ, attentarent ſpoliare monaſterium iſtud, & igni tradere: ſed quòd ſubitò obortis tenebris, ut invicem non viderent, inviſibili virtute violenter diſperſi, indè repulſi fuerint ad duo milliaria: compertumque fuit, id accidiſſe ea nocte, & hora, qua Religioſæ vigilantes, & orantes audierant tres illos ictus.

mira in corporis translatione;

ejus meritis monaſterium præſervatum ab Hugenottis:

2593. Poſt turbas illas anno 1592. ex iſto loco effoſſum, & tranſlatum corpus, collocatum fuit eo loco, ubi nunc eſt: tunc aliquot infirmi illud venerantes, & tangentes, curati fuerunt. Anno 1597. cùm monaſterium illud magnoperè incommodaretur, defectu

gratia ſimilitudinis obtenta ad ejus ſepulchrum:

Digitized by Google

IV. NOVEMB.

defectu vini, utpotè corrupti, cellaria ex corrupto illo vino scyphum prompsit, & magna fiducia animata, accessit tumbam B. Franciscæ, reposuitque ad pedes, supplicando, ut filiarum suarum misereretur: reversa ad vas, inventum est vinum bonum, & præstans. Anno 1601. Provincialis Carmelitarum Provinciæ Turoniæ existens Nannetis, febribus laborans, in earum accessu adduci se fecit ad tumbam Beatæ Franciscæ, tremens: facta oratione, se sanum sensit.

EODEM DIE IV. NOVEMBRIS.

DE S. CAROLO BORROMÆO, CARD. ARCHIEPISCOPO,

Carmelitani Ordinis olim apud S. Sedem Protectore, in ejusdem Ordinis Ecclesiis Belgij singulariter honorato, pro observantiæ strictioris conservatione, & patrocinio contra pestem.

S. Carolus Borromæus, olim Protector Ord. Carmelit.

2594. *S. Carolus Borromæus olim Ordinis Carmelitani Protector fuit apud S. Sedem, & ad annos aliquot Cardinalis tituli* S. Martini in Mõtibus: *qua est Ordinis hujus insignis Ecclesia, olim à S. Silvestro cõdita, & ab ipso S. Carolo notabiliter instaurata, & ornata perpulchro laqueari* * *adhuc extante: ubi insignia, seu stemma ejus solitum est hoc:* HUMILITAS: *& desuper corona. In Belgico Carmelo, unà cum S. P. N. Elia, & S. Iosepho peculiariter colitur, ut Protector Reformationis, strictioris que observantiæ: & ad ejus honorem erecta altaria in primariis Conventibus: & instituta, sub ejus invocatione, Confraternitates: quâ autem occasione, refertur in Vinea Carmeli* (a), *& etiam hîc audivisse, è re erit. Anno salutis nostræ 1636. pestilentia facibus ardens Bruxella ingemiscebat, & etiam alia pleraque Belgij civitates semi-ustæ, spectaculum prabebant doloris. Quia autem S. Caroli pastoralis solicitudo, dùm viveret, peste laborantibus mirificè fuit patrocinata; firma fiducia de meritis, & efficaci intercessione S. Caroli, & consilium incidit, V. P. Livino à Sanctiss. Trinitate (vera pietatis viro, & Theologia mysticæ eximio Magistro, ac exercitatori) tùm Prioni Ordinis hujus in Conventu Bruxellensi, erigendi Confraternitatem, sub titulo S. Caroli Borromæi. Consilium, & pium votum approbavit Illustriss. Dom. Iacobus Boonen Archiepiscopus Mechlinienſis, & Confraternitatem erexit per literas hujus tenoris.*

* aliter dicitur *testudo*, & *camera*.

(a) nn. 603. & 604.

peste laborantium patrocinator in vita, & postea:

ut talis colitur in Ecclesiis primariis Ord. Carmelit. in Belgio:

2595. Jacobus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mechlinienſis. Omnibus & singulis Christi-fidelibus salutem in Domino. Cùm, sicut non sine animi nostri dolore accepimus, inter præsentes Christianæ Reipublicæ calamitates, pestilentiæ lues paucis ab hinc mensibus in Belgio tantoperè ingravescat, ut nedùm præclarus patriæ vigor enervetur, sed & in maximum prolabatur diserimen salus animarum, neque humana ope fieri posse existimemus, ut urgenti huic malo efficaciter occurratur, nisi ad præsidium Sanctorum, præsertim Tutelarium, qui Divinum Numen nobis pacatum reddant, specialibus votis & precibus confugiamus. Inter quos multis nominibus invocandus, ac honorandus nobis proponitur glorioſus Confessor, ac Sanctus Carolus Borromæus, qui in humanis agens, peste laborantibus mirificè est patrocinatus, ac cujus etiam egregium patrocinium Belgicæ Provinciæ, dùm earumdem esset in Romana Curia Protector, sæpius sunt expertæ, ita ut illius precibus, & meritis spetare meritò debeamus, nos ex angustiis, quibus premimur, eripiendos, si peculiari devotione ac pietate ejus auxilium unanimiter imploremus. Hinc est, quòd Supplicationibus dilectorum nobis in Christo Venerabilium PP. Prioris, * & Conventûs Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, Regularis observantiæ Urbis Bruxellensis, Nostræ Diœcesis, annuentes, ad augendum Dei Optimi Maximi cultum & honorem, ejusque indignationem à nobis avertendam, nec non debitam Sanctorum, præsertim S. Caroli Confessoris, venerationem in fidelium animis magis amplificandam in prædicti Conventûs Ecclesia, ac ad Altare à nobis hodiè in honorem ejusdem S. Caroli consecratum, Confraternitatem utriusque sexûs Christi-fidelium, sub invocatione prænominati S. Caroli Borromæi Cardinalis Archiepiscopi, peste languentium Patroni, nec non Belgicarum Provinciarum in terris olim, & nunc, prout piè speramus, in cœlis Protectoris, cujus Reliquias aliquas à nobis recognitas, & approbatas inibi asservarj, ac populi venerationi exponi percepimus, auctoritate nostra ordinaria erigendam, & instituendam duximus, prout erigimus, & instituimus per præsentes.

S. Carolus olim Belgij Protector:

* præfati P. Livini à SS. Trinitate.

in Bruxellensi instituitur Confraternitas ad ejus honorem:

2596. *Consequenter præscribuntur Regulæ Confraternitatis: cui sic erecta mox devotè nomina dederunt primi ipse Illustrissimus Dominus, & alij bini Reverendissimi Episcopi Engelbertus Namurcensis, & Cornelius Iansenius Iprensis: nec non Reverendiss. Richardus Pauli Stravius tùm Pronuntius Apostolicus, deindè Episcopus Dionysiensis, ac Suffraganeus Leodiensis. Istorum exempla secuti sunt Principes multi, cum præcipua Belgij Nobilitate, & aliis tùm Ecclesiasticis, tùm secularibus quàmplurimis. Mirum dictu, quàm festinanter, & evidenter*

Primores Belgij inscripti:

Digitized by Google

IV. Novemb.

evidenter S. Caroli patrocinium senserit Bruxella: subitò enim cessare cœpit pestis, donec brevi ab ea omninò libera esset, & inter circumvicinas urbes, minus populatas, incontaminata tum perstitit annis ferè duodecim. Cùm verò anno 1648. rursus vehementer exardesceret isto formidabili igne, & is indies magis augesceret, idem Illustriss. Dominus indixit solemnitatem in Ecclesia Carmelitana ad altare dicta Confraternitatis, indèque Processionem generalem: & mox fatale incendium diminui cœptum, sic ut brevi omninò extinctum fuerit, & Bruxella ab eo immunis reddita. Propterea idem Archiepiscopus, in gratiarum actionem in Ecclesia eadem Missam solemnem cantavit, assistente Serenissimo Archiduce Leopoldo Belgij Gubernatore, cum aliis Belgij Principibus, & Urbis Proceribus.

subitò cessat pestis;

2597. *Pervolante Belgium famâ tanti beneficij, eadem S. Caroli Confraternitas erecta fuit in pluribus aliis primariis civitatibus: ac imprimis Gandavi anno 1646. die 3. Septembris, per literas hujus tenoris*: Antonius, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Gandavensis, omnibus & singulis Christi-fidelibus salutem in Domino: Cùm non sine magno animi gaudio intellexerimus, Confraternitatem utriusque sexûs fidelium, sub titulo, & invocatione S. Caroli Borromæi Cardinalis Archiepiscopi, peste languentium Patroni, nec non Belgicarum Provinciarum in terris olim, & Carmelitani Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ab aliquot retrò annis ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo Mechlinensi Bruxellis in Ecclesia Conventûs dicti Ordinis Carmelitarum erectam & institutam, non magno tantùm primæ nobilitatis, & totius populi concursu ibidem celebrari, ubereſque pietatis, & Christianæ charitatis fructus producere, verùm etiam indies sentiat prædicta civitas eum magnum & magni illius Pontificis intercessorem in cœlis, quo gavisa fuerat Protectore in terris, & attento, quòd malorum plurimorum convitiatio (quibus non tantùm civitas nostra Gandavensis, sed & patria tota impræsentiarum undique proh dolor! obruitur) suadeat, ut & preces conjungat, si à communi malo liberari desideret; imò particularis necessitas ingruentis deforis hostis, & intùs emergentis pestis, specialem ejus devotionem exigat. Hinc est, quòd supplicationibus Dilectorum nobis in Christo VV. FF. Prioris, & Conventûs Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, regularis observantiæ urbis Gandavensis nostræ diœcesis, piè annuentes, ad augendum Dei cultum & honorem, ejusque indignationem à nobis avertendam, nec non debitam Sanctorum, præsertim S. Caroli Confessoris, venerationem in fidelium animis magis amplificandam, in prædicti Conventûs Ecclesia, & ad altare in honorem ejusdem S. Caroli consecratum, præfatam Confraternitatem utriusque sexûs fidelium, sub invocatione prænominati S. Caroli Borromæi, magni apud Deum pro avertendis dictis plagis intercessoris, auctoritate nostrâ ordinariâ, sub statutis, ac ordinationibus sequentibus erigendam & instituendam duximus, prout erigimus, & instituimus per præsentes. *Deindè sequuntur Statuta, & ordinationes. Vallencenis in Hannonia eodem anno erecta fuit Confraternitas illa S. Caroli (pariter sub nomine S. Petri Thomæ) Brugis anno 1647 die 5. Maji: Ipris eodem anno, die 4. Novembris. Antverpiæ anno sequenti (anno 1648.) per literas datas die 25. Augusti, sub iisdem regulis & statutis, quibus Bruxellis.*

Vallencenis, Brugis, Ipris, Antverpiæ,

hinc eadem Confraternitas erecta etiam Gandavi,

propter ubores pietatis fructus:

2598. *Mechliniæ denique anno MDCLVII. per literas datas 22. Octobris, quarum hoc est initium*: Andreas Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus Mechlinienſis, omnibus has visuris salutem in Domino sempiternam. Attendentes singularem devotionis zelum, quem RR. Patres Ordinis Fratrum Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli ergà glorioſum Confessorem S. Carolum Borromæum, olim in terris Provinciarum Belgicarum Protectorem, & Reformationis dicti Ordinis Patronum, tàm luculento demonstrant testimonio per omnem Provinciam nostram, ut in pluribus locis Confraternitatem, Capellas, altaria in honorem ejusdem Sancti de consensu Episcoporum erigant, festum ejus solemniter celebrent, nec non illius cultum & patrocinium per varia pietatis exercitia promoveant, ac indè fieri contingat, quòd magnâ in populum diffusâ pietate, Clementissimus Deus, ad invocationem prædicti Sancti manifesta sæpiùs divinæ bonitatis suæ ostendat indicia, in necessitatibus præstet auxilia, & in morbis contagiosis tribuat remedia. Nos, qui non minori, quàm Prædecessor noster, fervore studemus cultum prædicti Sancti, ac populi ergà eum devotionem, quantùm in nobis est, promovere, &c. *sequitur*: Ad augendum Dei Optimi Maximi cultum & honorem, ac venerationem ejusdem sancti Caroli Borromæi Belgarum in cœlis Patroni, in subditorum nostrorum animis, uti decet, amplificandam, in Ecclesia præfati Conventûs PP. Carmelitarum Mechliniæ, Diœcesis nostræ, Confraternitatem utriusque sexûs Christi fidelium, sub titulo, & invocatione prænominati S. Caroli Borromæi Cardinalis Archiepiscopi erigendam duximus, prout tenore præsentium, auctoritate nostrâ erigimus, sub iisdem legibus, regulis, statutis, gratiis & Indulgentiis, quibus respectivè Bruxellis & Antuerpiæ annis 1636. & 1648. ab antedicto prædecessore nostro, & Episcopo Antuerpiensi, in Ecclesiis inibi Conventuum Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli regularis observantiæ, similes Confraternitates erectas fuisse, nobis plenariè constitit. *Inscriptio, seu titulus libri Confraternitatis tunc erectæ est, ut sequitur*: Venerabilis Confraternitas Sancti ac glorioſi Confessoris Caroli Borromæi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Archiepiscopi Mediolanensis, Belgij perpetui Protectoris, Carmelitanæ Re-

Mechliniæ,

Digitized by Google

IV. NOVEMB.

formationis Patroni, cujùs egregium patrocinium Belgica sæpiùs est experta. *Cùm autem quod celebrare delectat, etiam amulari non pigeat: & summa religionis, ac cultûs sit, imitari quos colimus, convenienter paucula quædam de sublimibus, & heroicis virtutibus S. Caroli hîc libanda videntur.**

* Ex Actis Canonizationis ejus, & compendio vitæ ejus anno 1648. à me editæ.

2599. PASTORALIS SOLICITUDO, PRÆCIPUE TEMPORE PESTIS anno 1576. cùm sæva pestis exorta esset Mediolani, monitus à suis, ut suæ consuleret personæ, & è civitate secederet, haud acquievit: sed verè *bonus Pastor animam suam dare pro ovibus paratus*, disposuit domui suæ: testamentum fecit: publicam instituit processionem, cui interfuit, detecto capite, nudis pedibus, fune ad collum ligato, & manibus præferens crucem, ut sic divinam placaret iracundiam. Exindè cum aliquot piis cœpit ipse assistere, & servire peste infectis, obeundo casulas, extrà civitatem pro pestiferis constructas: & suis ipse manibus Sacramenta administrabat, etiam pauperibus, eos solabatur, & ad benè moriendum disponebat. Isti charitatis summæ operi vacabat quandoque in seram vesperam. Quâdam vice visus fuit è casula egrediens, inter brachia deferens infantem, quem inter patrem & matrem peste mortuos repererat. Non minùs satagebat etiam corporali necessitati succurrere, illum in finem impendens etiam omnem supellectilem suam, ex auro, & argento curans cudi pecuniam: omnes etiam tapetes, & mensarum coopercula deponi, & tandem etiam proprium lectum ad hospitale deferri jussit, deinceps ipse super asseres decumbens. Nutrices procuravit pro infantibus matre orbatis: hospitale fieri curavit pro peregrinis pauperibus, quos cives urbe egredi compellebant: pro puellis pauperibus domum per modum monasterij providit, & instructiones, ac leges virtuosè vivendi tradidit.

in S. Carolo maximè enituit pastoralis sollicitudo tempore pestis:

2600. Abstinentia, & vitæ austeritas: in utraque haud impar fuit sanctissimis monachis, & anachoretis, arctissimam vitam agentibus in eremis. Hâc autem usus fuit prudenti, & discretissimâ ratione: paulatim, veluti gradibus quibusdam, ascendens. Primùm cœpit, progrediendo à jejuniis facilioribus, abstinendo nunc ab hoc, nunc ab illo ciborum genere, jejunavitque semel hebdomadatim: pòst temporis intervallum bis: deindè ter: atque ita gradatim ascendendo, donec perveniisset ad jejunium quotidianum, & abstinentiam à vino, & carne: solo pane, & aquâ victitans, præterquàm in festis: in Quadragesimâ autem etiam subindè pane abstinebat, dumtaxat sumens ficus aliquot. Hebdomadam sanctâ transigebat usu quorumdâ leguminum aquâ maceratorum: toto anno non nisi semel in die comedebat: extrà horâ refectionis numquam bibebat. Videns Sacerdotem, ministrum suum in sacris functionibus, bibentem extrà refectionem, acriter reprehendebat, dicens: Consentiens appetitui suo, ejus mancipium efficitur: qui hodiè bibit, augescente pravâ consuetudine, etiam cras, & aliàs ad bibendum pellicietur: somnus ejus circiter quatuor horarum erat, super paleas, aut nudos asseres: etiam asperis ciliciis, & disciplinis corpus affligebat. In hoc abstinentiæ genere illud planè mirabile, & incredibile ferè, legitimè probatum extat; Carolus, quandò quadraginta horarum Oratio indicebatur, toto illo tempore jejunus perseverabat in oratione, & singulis horis adventantibus ad Ecclesiam verbum Dei prædicabat. Ludovico Granatensi, pietate, & eruditione clarissimo, hortanti, ut tantisper moderaretur tantum vitæ rigorem, rationibus, & exemplis satisfecit, hæc, inter alia, rescribens: *Sanctissimos viros Nicolaos, Chrysostomos, Spiridiones, Basilios, qui cùm maximarum Ecclesiarum Episcopi essent, perpetuis vigiliis, jejuniisq; vitam traduxerunt, & ad summam tamen senectutem pervenerunt, tibi commemorare supervacaneum est.*

abstinentia, & vitæ austeritas,

mirâ ratione acquisita:

abstinentia, & devotionis admirabile exemplum:

2601. Contemptus terrenorum, & liberalitas: utriusque specimen habetur ex jam antè dictis, de omni ejus supellectili collata in subventionem pauperum. Pecunias tàm parvi pendebat, ut nè videre, nec tangere dignaretur, nisi charitate proximi urgente, aut sacrorum locorum ædificandorum, aut instaurandorum, vel exornandorum, pietate, & zelo impellente. Præter liberalitatem suam ergà loca sacra Romæ, in Archiepiscopatu Mediolanensi (valdè magno) vix ulla est Ecclesia, quam non aut ornamentis aliquibus decoraverit, aut instauraverit, aut de novo construxerit. Vilipendij pecuniarum, & liberalitatis admirandæ exemplum singulare id est, quòd Uritano principatu vendito, pretium universum ad quadraginta aureorum millia, unâ die in pauperes erogaverit: nec minori pietate viginti millia, quæ sibi fuerant legata, distribuerit.

contemptus terrenorum, & liberalitas:

2602. Sacramentalis confessionis, & sacræ Communionis frequens usus. In ejus vita, quæ extat in opere inscripto: ACTA ECCLESIÆ MEDIOLANENSIS, sive S. CAROLI BORROMÆI INSTRUCTIONES, ET DECRETA: *Parisiis apud Ioannem Iost* 1645. In eo opere habentur vita, & res gestæ S. Caroli Borromæi. Libro 7. cap. 12. sub titulo: *Peccata omnia ut vitaret*, ista leguntur: *Labes animæ vel minimas, exquisitè vitabat:* & infrà: *Omninò mos ejus fuit, curaque perpetua, ut omne peccatum, ejusque periculum, ac speciem quàm longissimo intervallo declinaret, quod autem vitare non posset, qualecumque erat, quotidiè solebat subjectissimè, magnaque diligentiâ Sacerdoti confiteri.* Alia vita habet, *quòd qualibusvis, & quantumlibet multis negotiis gravioris momenti occuparetur, quotidiè manè, singulari devotione Missa Sacrificium Deo offerret, præmissa ferè quotidiana humili confessione.* Quantùm autem etiam in aliis frequentem illum usum sacræ Communionis studuerit promovere, constat ex isto ejus Decreto, in præfatis actis, & Decretis libro 2. sub titulo: [*De sancta Eucharistiæ in Ecclesia administratione, ac sumptione*] ubi ista: *Ad saluberrimum illum*

Digitized by Google

IV. NOVEMB.

illum Sacra Eucharistia frequenter sumendæ usum, Parochi ut primo Provinciali Concilio jussum est, & Concionatores item, quàm sæpissimè populum cohortentur, nascentis Ecclesiæ institutis, atque exemplis, & gravissimorum Patrum vocibus, & uberrimâ hoc ipso de genere catechismi Romani doctrinâ, & sententiâ denique Tridentinæ Synodi, quæ optaret quidem fideles in singulis Missis, non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicare.

imo quotidianam optabat communionem.

2603. ANNOT. Et ista de S. Caroli virtutibus obiter commemorata hîc sufficiunt; tum, nè in subjecto, non ita propriè spectante ad hoc opus, debito prolixiores simus; tum quòd historia vitæ ejus à variis luculenter scripta, passim obvia sit, in qua diffusè cæteræ virtutes ejus describuntur. Ex dictis (allatâ scilicet Tridentini Concilij, Ecclesiam catholicam universam repræsentante, auctoritate, & S. Caroli exemplo, ac instructione) manifestè refelluntur nonnulli hujus temporis, frequentem Sacramentorum Pœnitentiæ, & SS. Eucharistiæ usum improbantes, & quidem sacrum Tridentinum Concilium frequentè illum usum sic impensè commendat: *Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes, non solùm spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quò ad eos hujus sanctissimi sacrificij fructus uberior proveniret.* Sancti Caroli pius obitus his traditur verbis: *Postquàm glorioſis actionibus bonum certamen certâsset, & cursum hujus mortalis vitæ famulus Dei Carolus consummâsset, in febrim incidit: ingravescente morbo, cinere, ac cilicio coopertus, & oculis in Crucifixi imaginem defixis, migravit in cœlum, ætatis anno quadragesimo septimo; Domini verò millesimo quingentesimo, octogesimo quarto, tertiò Nonas Novembr.* Ex pauculis hîc delibatis, de PASTORALI EIUS SOLICITUDINE, ac aliis virtutibus pastoralibus, patet, quàm meritò canat Ecclesia, quòd ILLUM PASTORALIS SOLICITUDO GLORIOSUM REDDIDERIT.

Tridentina Synodus optat, fideles in singulis Missis communicare.

S. Caroli pius obitus.

XIV. NOVEMBRIS.

FESTVM OMNIVM SANCTORVM
ORDINIS B. VIRG. MARIÆ DE MONTE CARMELI.

§. 1. *Sanctorum Ordinis hujus multitudo, & varietas.*

2604. *Quotidiè (extra tempus Paschale, & Festa duplicia, ac Octavas) bis (noctu ad Laudes, & de die ad Vesperas) peculiaria fiunt suffragia, seu Commemorationes de Sanctis omnibus hujus Ordinis per Antiphonam illam:* Christi pia gratia Sanctos sublimavit, quos Beatæ Virginis Ordo propagavit. Nos eorum meritis petimus adjuvari, atque suis precibus Deo commendari &c. *ac deinde:* Omnipotens, & clementissime Deus, qui montis Carmeli Ordinem glorioſissimæ Virginis Mariæ Genitricis Filij tui, Domini nostri Jesu Christi, sacrato titulo insignitum, sanctorum tuorum Patris nostri Eliæ & Elisei &c. & aliorum plurimorum meritis decorasti: tribue nobis, quæsumus, ut per eorum suffragia, ab instantibus malis animæ & corporis liberati, ad te, verum Carmeli verticem, gaudentes pervenire valeamus &c. *Eundem ob finem Auctoritate Apostolica Sedis, nempè Clementis X. subscribente nomine Sacr. Congregationis Rituum Eminentiſ. Cardinale Bona, solemnizatur hoc Festum omnium Sanctorum Ordinis; ut videlicet eorum, qui eamdem nobiscum vitæ normam, seu Regulam, & Instituta tenuerunt, & servarunt exactè, præsertim,* die ac nocte in Lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, *ac* carnem cum vitiis crucifigentes, *cùm externâ, tum internâ sensuum mortificatione (quæ prima, & potissima Carmelitici Eliani Instituti pars est) & hâc viâ ad æternam felicitatem pervenerunt, ubi* de torrente voluptatis Dei potabuntur, *ac sanctitatis radiis* fulgebunt sicut Sol in perpetuas æternitates, *eorumdem exemplis & nos ad eamdem vitæ rationem potentiùs accendamur, & ad hoc* desideratam divinæ propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus *efficacius* consequamur. *Id in ipso hodiernæ solemnitatis Officio exprimitur his verbis, quibus salutantur, & invocantur:* Milites emeriti . . . respicite ad imbecilles commilitones vestros, qui inter hostiles gladios, & spirituales nequitias vestris laudibus occupantur: exurgite in adjutorium nobis, ut & nos de nostra ereptione gaudeamus, & vos de plena victoria gloriemini. *Et in ipsa Oratione, quæ ad Missam, & horas omnes canitur:* Omnipotens, & misericors Deus, qui nos omnium Sanctorum Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo annuâ commemoratione lætificas: concede propitiùs, ut eorum exemplis, & meritis, in jugi tuæ legis meditatione & perfectâ abnegatione tibi soli viventes, ad æternæ vitæ fælicitatem cum eis pervenire valeamus.

Sancti eum invocantur,

& eorum festa instituantur.

2605. Sunt autem in hoc Ordine SANCTI PROPHETÆ, Elias, & Eliseus, *& plures de Filijs* Prophetarum. *De* S. JOANNE BAPTISTA, Præcursore Domini, *vivente* in desertis, in spiritu, & virtute Eliæ, *videatur hîc suprà, ad XXIV. Junij, & XXIX. Augusti: eodem in spiritu vitam duxerunt ejus discipuli:* SANCTI MARTYRES, Anastasius, Angelus, *& alij plurimi, de quibus mox.* SANCTI PONTIFICES, Telesphorus, Dionysius: SANCTI PATRIARCHÆ, Cyrillus Alexandrinus, Petrus Thomas, *& alij*: SS. EPISCOPI, Serapion, Spiridion, Andreas Corsinus, *& alij*: SS. PRIORES GENERALES, Bertholdus, Brocardus, Cyrillus, Simon Stock, *& alij magnæ sanctimoniæ famâ celebrati*: SS. PRIORES PROVINCIALES, Hilarion, Terræ-sanctæ Provincialis, Albertus Drepanensis, Siciliæ PROVINCIALIS, *& alij* (de Ven. Thoma Waldensi, Angliæ Provinciali,

Sancti in Carmeli Ordine, Prophetæ,

Martyres, Patriarchæ,

Episcopi, Priores Gen.

Provinciales,

Digitized by Google

XIV. NOVEMB. *in odore ſanctitatis, agetur in ſequentibus*) SANCTI PRIORES LOCALES, B. Euſebius Prior Montis Neroy, B. Aloyſius Rabata Prior Randatij, *& alij*: SANCTI FRATRES LAICI, Avertanus, Romæus, Francus Senenſis: DONATUS, *ſeu* SEMIFRATER, B. Nonius Comeſtabilis Luſitaniæ: SANCTÆ VIRGINES MONIALES, Euphraſia, Euphroſyna, Angela, Tereſia, Maria Magdalena de Pazzi, *& aliæ plurimæ: quas inter etiam* B. Franciſca Amboſia, vidua virgo: SANCTI CONFRATRES, *ſeu* TERTIÆ REGULÆ, S. Ludovicus Rex Franciæ, Henricus Dux Lancaſtriæ. *Inter Tertiarios à nonnullis refertur* S. Abdias, *diſcipulus S. Eliæ, &* S. Spiridion: *de quibus plenius in ſequentibus.*

Laici.

Virgines ſacræ.

Sanctorum multitudo in Carmeli Ordine:

2606. *Quantùm ad ingentem numerum Sanctorum in hoc Ordine, Abbas Trithemius in libro* de ortu, & progreſſu Ordinis hujus cap. 12. *tractans de Sanctis Ordinis hujus ità cenſet*: Quàm uberes fructus, quamque ſuaves in Eccleſia Dei odores ager iſte Carmelitici Ordinis protulerit, neminem ignorare credimus, qui veterum hiſtorias legit. Nam, ut de his interim ſileamus, qui in monte Carmelo ſub lege claruerunt, tot Sancti Fratres ſub gratia in Ordine iſto fuerunt, ut penitùs numerari nequeant. Enimverò, ſi quis ſtellas cœli dinumeret, & hujus Ordinis Sanctos numerare poterit. *Alia ad hoc propoſitum videri poterunt Tomo præcedenti* (a) *& etiam hîc ſuprà* (b) *Concinit omninò Didacus Tepes Tiraſonenſis Epiſcopus (de quo plura hîc ſuprà* c*) qui cùm in vita S. Tereſiæ, ſub initium, declaraſſet, Ordinem Carmeli à SS. Prophetis Elia, & Eliſeo in Carmelo originem habuiſſe, & ſemper continuatum, tranſiſſe tandem ad novam Legem, de multitudine ſectatorum Ordinis hujus ſub illo ſtatu, iſta ſubjungit*: Proceſſit poſteà Religio iſta nova luce prædicationis Euangelicæ perfuſa eiſdem paſſibus, quibus primitiva Eccleſia per deſerta loca, cryptas, cavernas, ac remotas ſpeluncas gradiebatur... Fuerunt hæc felicia tempora Eccleſiæ, & hujus Religionis, quando Ægypti, & Palæſtinæ deſerta tot Monachis ornata quot Cæli ſtellis erant. *Conformiter ſcribunt alij, quorum aliquos adduximus hîc ſuprà inter* XII. Fundamenta, *fundamento* 6. (d) *Plura ad hoc intentum videri poterunt in Annalibus Ordinis per Ven. P. Lezana, tomo* 2. *in Apparatu cap.* 7. *cujus hic eſt titulus*: Omnes, & ſinguli Monachi, & Anachoretæ poſt Chriſtum in quatuor primis ſeculis, ante Baſilij præſertim inſtitutionem viventes, ad Propheticum, & Elianum Inſtitutum, quadamtenùs ſpectant. *Peculiariter autem loquendo de Martyribus, eorum multitudo magna colligitur ex frequentibus perſecutionibus generalibus Ordinis hujus: quæ quidem octo fuerunt: de ſingulis quadam dicemus.*

(a) n. 1225.
(b) nu. 310. 312.
(c) ſub init. vitæ S. Tereſiæ num. 2342.
(d) n. 312. & ſeq.

§. 2. *Multitudo Sanctorum Prophetici Ordinis in ejus primordiis: in binis perſecutionibus multi martyres effecti tempore veteris legis.*

2607. *TEmpore veteris Legis multos Sanctos Prophetici Ordinis ſub Eliana diſciplina, ipſius S. Eliæ diſcipulos, aut poſteros claruiſſe, habetur ſtabilitum in ipſis Sacris litteris, & traditum ab illuſtribus Auctoribus. Scriptura quidem referunt* (a) *Filios Prophetarum diſcipulos S. Eliæ ex Bethel (quos ante raptum ſuum viſitabat) ei obviam proceſſiſſe, ſimiliter & ex Iericho: unde etiam* quinquaginta viri de filiis Prophetarum ſecuti ſunt. *Vndè patet, quòd Collegium iſtud filiorum Prophetarum fuerit numeroſum: & ſcribitur de alio Collegio* filiorum Prophetarum, habitantium coram eo *(Eliſeo)* b *quod in eo morarentur* centum. *Quinimò tantopere multiplicati fuerunt, ut cùm ſpatioſum Carmeli deſertum eis non ſufficeret, nova loca quærere oporteret, ſicut Thomas Waldenſis illuſtrioris nominis Auctor ex Scripturis eruit in* Doctrinali antiquitatis fidei, & Eccleſiæ Catholicæ (c) *ubi iſta, de S. Elia, & ejus diſcipulis in Carmelo*: Sextuit *(Elias)* eos multos, & poſt eum Eliſeus in monte Carmelo, qui ad tantum numerum devenerunt, ut ſpatioſum illud deſertum non poſſet eis ſufficere. Unde venientes ad Eliſeum præceptorem ſuum, dixerunt: Ecce locus, in quo habitamus coram te anguſtus eſt nobis, eamus uſque ad Jordanem, & tollamus ſinguli de ſylva materias ſingulas, ut ædificemus ibi locum nobis ad habitandum. *Ità quoque Ægydius Camartus Generalis Minimorum in libro* de Geſtis Eliæ *cap.* 5. *ſect.* 10. *ubi iſta*: Tot enim diſcipulos veluti propagines in ipſo Carmeli capite coëgit Elias, ut eorum virtutis odor non ſolùm vicinos montes pervaſerit, ſed prætereà ad Cedros uſque Dei, qui in Libano ſunt, ſeſe extenderunt. *Et infrà*: Tot diſcipulorum Collegia à noſtro Elia inſtituta, montes, deſerta, vicos omnes obtinuerunt, à mari cui adhæret Carmelus ad flumen uſque Æthiopiæ, ad quod uſque mons Galaad protenditur. *In illa tanta multitudine diſcipulorum, & poſterorum S. Eliæ, haud dubium eſt, quin plures fuerint viri valdè perfecti, & Sancti. Sed deinceps peculiariter de Sanctis martyribus ſermo procedat.*

(a) lib. 4. Reg. c. 2.

(b) 4. Reg. 4.

(c) Tom. 1. lib. 3. art. 1. c. 4.

Diſcipulorum S. Eliæ, & S. Eliſei numerus ingens:

2608. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cavernis terræ. *S. Thomas explicans illum textum, circa illa verba*: IN SOLITUDINIBUS ERRANTES *&c.* Eliam, *inquit* eximium Prophetarum hîc vult intelligi, & Filios Prophetarum: *ante eum Bulgarorum Archiepiſcopus Theophylactus, S. Chryſoſtomi abbreviator, eadem exponens verba, circa illa* anguſtiati, afflicti, *ſubdit*; non enim parùm Eliam Jezabel inſectata fuit. In ſolitudinibus errantes, in montibus ac ſpeluncis, & cavernis terræ, ſicut Elias & Prophetæ plerique. *In iſta impiiſſima Iezabelis, & Achabi perſecu-*

ex illis multi martyres effecti,

Digitized by Google

XIV. Novemb.

persecutione multos Filios Prophetarum S. Elia discipulos in odium fidei interfectos fuisse, habetur ex istis ipsius S. Elia verbis: zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israël: altaria tua destruxerunt: Prophetas tuos occiderunt gladio. *Ejusdem persecutionis meminit S. Abdias Propheta, adhuc dispensator domus Achab existens, cùm S. Eliam jussu ipsius Regis Achab inquireret,*

(a) 3. Reg. 18.

& tandem inveniens, sic eum alloqueretur (a): Vivit Dominus Deus tuus, quia non est gens, aut regnum, quò non miserit Dominus meus te requirens: numquid non indicatum est tibi Domino meo, quid fecerim, cùm interficeret Jezabel Prophetas Domini, quòd absconderim de Prophetis Domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & paverim eos pane & aqua. *De ista persecutione plenius scribit Hierosolymorum Antistes Ioannes (illius nominis secundus) in libro* de Institutione primorum Monachorum *cap. 17. ubi, inter cætera, ista*: Effudit regina Jezabel ultionem famis in ejus discipulos, interficiens aliquantos, quos deprehendit, ex Prophetis Domini: quos aliâ atque aliâ ratione usque ad mortem persequebatur; quia cùm ipsa esset Idololatra, moliebatur cultum Baal per totum regnum Israel extendere, & cultum veri Dei de Israel delere; ad quem jugiter instaurandum, Elias noviter instituerat, ut prædictum est, Religionem horum Prophetarum, Deo psallentium: qui in eremis latitantes, in nulla solitudine regni Israel audebant tunc jugem moram trahere, propter metum regis Achab, & prædictæ Jezabelis uxoris ejus: Sed, sicut ait Apostolus, CIRCUIERUNT IN MELOTIS, IN PELLIBUS CAPRINIS, EGENTES, ANGUSTIATI, AFFLICTI. *Præfata verba*: Circuierunt in melotis *&c. de S. Elia, & ejus discipulis; exponunt etiam Theodoretus Cyrensis Episcopus, Haymo, Cornelius à Lapide, atque alij plures: è quibus nonnulli adducti sunt hîc suprà, in vita S. P. Elia* (b).

debachante in eos impiâ Iezabele.

(b) num. 28. & 29. & 45.

2609. *Secundam sub lege veteri persecutionem excitavit impius Alcimus, summus, sed sacrilegus, Sacerdos Iudæorum, tempore Iudæ Machabæi, anno ante Christi nativitatem* 160: *Qui sexaginta viros Religiosos hujus prophetici Ordinis, eosque primarios ex Congregatione Asidæorum, pacem patriæ petentes, palàm occidit unâ die; quos & Scriptura* Sanctos *appellat, ideoque non immeritò inter alios veteris Testamenti Sanctos Martyres computantur. De hac Asidæorum nostrorum nece ac persecutione*

(c) 1. Machab. c. 7.

sic habet textus sacer (c): Sed & Alcimum impium constituit (*Demetrius Rex*:) in sacerdotium, & mandavit ei facere ultionem in filios Israel. Et convenerunt ad Alcimum & Bacchidem congregatio Scribarum requirere quæ justa sunt: & primi Assidæi, qui erant in filiis Israël, & exquirebant ab eis pacem ... & comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in una die; secundùm verbum, quod scriptum est: carnes Sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Jerusalem, & non erat qui sepeliret, &c. *Sic ibi. De istis Chronographus inter præstantiores reputatus Gilbertus Genebrardus* libro 2. Chronographiæ ad annum mundi 3911. *ad tempus perfidi Alcimi*: Assidæos (id est Essæos quasi Sanctos, Hosidim Hebr.) sexaginta occidit Alcimus. 1. Machab. 7. Erant ergo ante Machabæos & Pharisæos Esseni, de quibus Plinius lib. 5.

truncidati 60. Assidæi.

2610. *Eratis igitur* Assidæi *iidem qui* Esseni: *id variis locis efficaciter probat Nicolaus Serarius: & quidem* in Trihæresio lib. 3. cap. 7. n. 3. ità *scribens*: Ut eosdem tamen Hessæos, & Hasidæos esse, tantò stet firmatiùs, adjicio, licèt nihil necesse sit, ipsam nominum originem, & significationem, quæ in utrisque est prorsùs eadem. *Et infrà*: illos enim esse puto, qui primi Machab. septimo Assidæi appellantur, Judæorumque primi & præcipui dicuntur. Essæos seu Essenos Assidæos esse, arguit, quòd apud Josephum filium Gorionis, Hebraïcè scribentem, qui Essei sive Esseni dicuntur ab aliis, & præsertim à Josepho, Græcè easdem historias describente, Chasidin, id est benigni, seu pij appellantur. *Denique in* Harmonia Machabæica *parte* 2. (d) *peculiari titulo* de Assidæis: *ubi, post multa egregiè super illo nomine, & re disputata, tandem concludit*: Sed jam maneat, Essenos & Assidæos solis inter se nominibus differre. *Hactenùs ex Serario. Adscribit illi ejusdem Societatis meritissimus Theologus Martinus Becanus* libro Analogiæ veteris ac novi Testamenti: *ubi ista*; Esseni, *inquit*, quos alij vocant Essæos, alij Hasidæos, vel Asidæos. *Eòdem facit quòd paucis complexus multa, scribo monuit Franciscus Lucas.* Cave reponas nomen generale Judæorum pro particulari Assidæorum, quod aliàs dicitur Essenorum. *Ante hoc denique dicebat Georgius Wicelius ad Euangelium Dominica* 18. *post Trinitatem*, Halisei, quos nos Essenos, sive Essæos vocamus. *Essenos autem fuisse eosdem cum filiis Prophetarum, S. Elia discipulis & posteris, seu ex eis processisse, habetur etiam stabilitum hîc suprà, fundamento* 2. *&* 3. (b) *& ex jam dicendis confirmabitur. Et ista hactenùs de Ordinis hujus Sanctis, ac Martyribus sub veteri Lege: à qua ad novam transeamus.*

id est Esseni.

(a) ad cap. 7. libri 1. & ad cap. 14. lib. 2.

(b) num. 286.

§. 3. *In nova Lege, plurimi ex Ordine Carmeli Martyrij coronam adepti in sex prioribus seculis.*

2611. TErtia, *prima autem novæ Legis, persecutio contigit sub initium nascentis Ecclesiæ, per Iudæos, & Herodem eorum Regem, partim post lapidatum S. Stephanum protomartyrem, anno Christi* 35; *quandò, ut ait S. Lucas* (c). Facta est persecutio magna in Ecclesia quæ erat Jerosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ & Samariæ, præter Apostolos: *Partim etiam post decollatum S. Iacobum Apostolum; cujus idem Lucas*, (d) *his verbis meminit*: Misit Herodes rex magnus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. *Tunc quippè Apostoli omnes, sicut & ante Discipuli nonnulli ex septua-*

(c) Act. 8.

(d) Act. Apost. c. 12.

persecutiones in primitivâ Ecclesiâ.

Digitized by Google

XIV. NOVEMB.

ginta duobus, & unà cum eis hujus prophetici Ordinis viri quamplurimi, propter jam dictas persecutiones (quarum posterior prioris quadam quasi continuatio fuit) in Orbem terrarum dispersi ac divisi, in prædicando Christi Euangelio, & disseminando Fidei semine, strenuissimi eorumdem coadjutores effecti sunt. Testatur hoc ipsum de hujus Ordinis antiquis professoribus (qui Apostolorum temporibus vicinus floruit) Iosephus Antiochenus in libro de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ, *cap.* 12. *dicens:* Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadjutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces: qui de monte Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam, & Judæam fidem Christi constantissimè sparserunt *&c. Tunc Christianos multos occisos fuisse, colligitur ex istis*

(a) Act. 26. *S. Pauli verbis* (a). Multos Sanctorum ego in carceribus inclusi, à Principibus sacerdotum potestate acceptâ, & cùm occiderentur detuli sententiam. *Primum hoc bellum fuit in Christianos, qui eâ occasione per regiones Iudææ, & Samariæ dispersi fuerunt; imò etiam per alias Asiæ, & Europæ Provincias, sicut tradit S. Athanasius* Sermone de semente, *& S. Gregorius Nyssenus,* Sermone de S. Stephano, *ubi (inter alia) ista:* Hinc Ægyptij, Syri, Parthi, & Mesopotamitæ, Itali, Illyrici, Macedones Christum agnoscunt, & omnes utique gentes sermo percurrens ad fidem adducit. *Atque unà cum illis plures de filiis Prophetarum seu Essenis, Eliani Ordinis alumnis transmigrarunt, & plures ex illis martyres effecti sunt. Philo in libro* quòd omnis

tunc etiam crucidati ex Essenis:

probus sit liber *de Essenis loquens, scribit eos plura tormenta, cruciatus ac neces constantissimè perpessos esse: id verisimiliter tunc contigit, in primitiva Ecclesia, quando Christianorum plures ex Essenis erant; & à Iudæis perimebantur. Ex eodem Philone habetur, quòd, sicut tunc Christi discipuli per Orbem, ità etiam Esseni, Prophetici Ordinis alumni, dispersi fuerint; loquens enim de Essenis contemplativis, dicit:* Hoc genus reperitur in multis Orbis regionibus, meritò, ut absolutæ probitatis receptum à Græcis, atque Barbaris, maximè tamen in Ægypto, *seu ut Eusebij interpres, inquit:* In multis est Orbis terræ partibus hoc genus hominum; oportebat namque hujus perfecti boni participem fieri omnem Græciam, omnemque Barbariam. *Cardinalis Baronius tomo* 1. *Annalium, ad annum Christi* 64. *ubi agit de Essenis, in eamdem planè conspirat sententiam, dùm ait:* Hocque est, quod proindè S. Hieronymus ait: Videns Philo, Judæorum disertissimus, primam Ecclesiam adhuc Judaizantem, quasi in laudem suæ gentis, librum super eorum

qui fuerunt Apostolorum adjutores:

conversatione conscripsit. *Et infra:* Satis ex his omnibus constare arbitror, ipsum Philolem, secundùm Eusebij, Epiphanij, Hieronymi, & aliorum sententiam, nonnisi de Christianis esse locutum, *Quòd autem isti Esseni, de quibus Philo, fuerint Apostolorum coadjutores in disseminanda fide per orbem terrarum, perspicuè indicat ibidem, hisce verbis:* Quod natura, *inquit,* insitum est, ut habentium symbolum sit facilius communicatio, quomodò non magis ex his, quàm aliarum sectarum Judæis Christiana Religio potuit propagari? *Ita quoque Thomas Waldensis,* in Doctrinali fidei lib. 2. cap. 14. art. 2. *ubi ex Cassiodoro in Historia Tripartita, de Monachis Hebræis (quos Philo, Iosephus, & alij* Essenos *nuncupant) hæc de illis:* Inlignissimam Ecclesiam demonstrârunt, & dogmata dilataverunt vitæ virtutibus, qui conversatione monasticâ illo tempore fruebantur. *Istis consonant ea, quæ scribit Adrianus Adrianius, lib.* de origine monasticês, *cap.* 2. *ubi hæc de posteris SS. Elia, & Elisei,* Essenis *dictis:* Eliæ, & Elisei, *inquit,* discipuli, Hesseni appellati .... Sanctâ suâ conversatione victoriam adepti sunt Euangelicæ veritatis, haud dubium, pòst Martyres ipsi Christianorum, spirituales milites, ipsorumque fortissimi. *Ex hactenùs dictis habetur, quòd temporibus Apostolorum Ordo Carmeli fuerit florentissimus: & quòd ejus professores, Filij Prophetarum, nuncupati* Esseni, *Apostolorum adjutores, unà cum ipsis, per orbem Christianam fidem propagârint: & ex ipsis plurimi Martyres fuerint.*

Eliæum Ordo in primitiva Ecclesia florentissimus:

2612. *Quarta persecutio principalis hujus Ordinis, secunda sub nova Lege, contigit sub decem generalibus persecutionibus totius Ecclesiæ, per Ethnicos Imperatores, scilicet à tempore crudelissimi Neronis usque ad obitum Diocletiani & Maximiani. Sub quibus particularibus persecutionibus innumera multitudo professorum hujus Religionis (sub* Essenorum *potissimum Monachorum nomine) martyrium subiit: quorum Martyrum plures nominatim referuntur in hujus Ordinis Annalibus, necnon in Speculo historiali Arnoldi Bostij libro* 4. *Multi etiam commemorantur in Martyrologiis Romano, & aliis, necnon in Ecclesiasticis historiis, sub generali nomine* Monachorum: *quos in primis Christianismi seculis fuisse Essenos, seu ejusdem Instituti cum Essenis, &* ad instar Eliæ, *ut loquitur Cardinalis Baronius* (a) *vitam Monasticam, seu anachoreticam egisse, ex præcipuis Scriptoribus stabilitum est, supra, in* XII. *fundamentis.* (b) *Inter præstantiores fuerunt S. Telesphorus ex eremo assumptus ad Pontificale solium, martyrio coronatus anno Christi* 154. *cujus vita præcessit ad diem* XXX. *Ianuarij: S. Dionysius similiter ex vita Monastica Eliana professionis Romanus Pontifex, multa pro fide passus, licèt sub titulo Confessoris colatur annuo die* XIX. *Ianuarij, ad quem ejus vitam dedimus: S. Prothus, S. Hyacinthus, S. Eugenia postquàm virili habitu delituisset inter monachos Essenos, atque alij, quorum fecimus mentionem ad diem* XIV. *Ianuarij. Quam ingens sit numerus eorum, qui interea martyrij palmam adepti sunt, conjiciat lector; cùm sub uno solo S. Iuliano decem millia Monachorum triumpharverint. Isti enim omnes fuerunt Esseni, aut Essenorum posteri, atque ita ejusdem instituti sicut hîc suprà (c) fundamento* III. *firmiter stabilitum est, in auctoritatibus Philonis, & Iosephi Iudæorum, S. Epiphanij, S. Hieronymi, Palladij, Genebrardi, Baronij, Cornelij à Lapide, Nicolai Serarij, & Ioannis Bollandi, ac aliorum, qui omnes concorditer tradunt, monachos in primis post Christum seculis fuisse Essenos: Essenos autem, posteros fuisse sanctorum Prophetarum*

etiam inde plures in persecutionibus sequentibus martyres.

(a) ad an. 340.

(b) num. 312. & seq.

(c) vide hîc suprà num. 188. & ante, ac post. *ista stabilimur in auctoritate clarissimorum Scriptorum.*

Digitized by Google

XIV. Novemb.

rum Elia, & Eliſei jam aliquoties dictum, & pleniùs demonſtratum eſt tomo præcedenti variis locis (a). Atque ita martyres monachi in primis iſtis ſæculis, ſub gravißimis illis perſecutionibus, ad Elianam poſteritatem referendi ſunt, alij tamquam S. Eliæ poſteri, & ſucceſſores; alij verò veluti ejuſdem æmulatores. Hactenùs dicta etiam confirmantur hîc ſuprà paginâ 83. num. 312. & ante, & in ſequentibus, in auctoritatibus clarißimorum Scriptorum.

(a) num. 1565. 1569. & alibi.

Martyres ſub hæreticis,

2613. Quinta perſecutio (tertia ſub nova Lege) in hunc Ordinem generaliter graſſata, eſt illa quam exercuerunt paßim per Orbem terrarum (præſertim tamen in Oriente) Imperatores & Reges hæretici, Ariani, Eutychiani, & his ſimiles, ac deindè Reges Perſarum, præſertim Coſrhoës. Iſtis temporibus plurimi martyrium paßi fuerunt, monaſteriis eorum ſubverſis: ſicut pleniùs pandunt Ordinis hujus hiſtorici Arnoldus Boſtius in Speculo hiſtoriali libro 5. & Lezana tomo 3. Annalium, variis locis. Quantum ad Coſrhoëm, de invaſione ejus in Terram Sanctam: & quam diram exercuerit perſecutionem in Chriſtianos, dictum eſt ſuprà in Prolegomenis ad vitam S. Anaſtaſij (b) illuſtris Martyris hujus Ordinis. Porrò ex indubitatis hiſtoriis conſtat, Monachos multos tempore Coſrhoes interemptos. Plures ex illis fuiſſe Inſtituti Eliani, & Eſſenorum, perſuadent ea quæ in antecedentibus ſunt dicta in XII. fundamentis ſuprà poſitis.

ac Coſrhoë Rege Perſ.

(b) num. 445.

§. 4. Tres aliæ perſecutiones, & in illis Carmeliticæ Religionis alumni Martyres effecti.

2614. SExta, & maximè diuturna perſecutio, illata huic Ordini per Saracenos, inchoata fuit anno Chriſti 639. juxta calculum S. Cyrilli (cujus vita præceßit ad diem VI. Martij) Baronius, & alij plerique referunt ad annum 636. Supputationi Cyrilliana magis inhærendum reſolvit Lezana in Annalibus (c) in quibus ibi conſequenter (d) hiſtoria iſtius perſecutionis traditur. Satis erit, hîc quædam audiviſſe ex Arnoldo Boſtio in Speculo hiſtoriali lib. 5. cap. 82. ſcribente de Homar, ſeu Humaro Rege Arabum, & Saracenorum, de quo iſta. Hic (Homar) cum ingenti multitudine Sarracenorum adversùs Terram Sanctam veniens, Civitatem Jeruſalem in manu valida obſedit, quam biennio obſeſſam captivavit, alios ex Chriſtianis hujus patriæ neçans, alios ad ſuam perfidiam trahens, omneſque Chriſtianos, quos non occidit, ſeu expulit, ſuæ poteſtati, & dominio ſubdidit. Deindè movens exercitum versùs Antiochiam etiam illam expugnando obtinuit, ſimilia ibidem agens. Magiſter Nicolaus de Lyra in expoſitione quartidecimi capituli libri Apocalypſis allegat Hugonem Floriacenſem in Chronica de iſto Homar ſic dicentem. Circa finem Imperij Heraclij, Agareni, qui & Sarraceni dicuntur, Mahometo Duce, cœperunt Ægyptum, & Æthiopiam graviter invadere: & ſimiliter Homar, diſcipulus Mahometi, Damaſcum, & regionem Fœnicis, & Jeruſalem, totamque Syriam occupavit, & Antiochiam comprehendit, & in his terris erant multi Chriſtiani Religioſi in Cœnobiis magnis ducentorum, trecentorum & amplius Monachorum, in caſtitate viventes, quorum major pars vel multi erant virgines, & in illa perſecutione per gladium Saracenorum tranſierunt ad regna Cælorum. *Ita ibi, & poſt alia de Homar, ac Saracenis, & numero centum quadraginta millium martyrum.* Illo itaque tempore quamvis pauci, verumtamen probatiſſimi Monachi Carmeliticæ Religionis dimiſſis manſionibus, quas habebant in urbibus, & villis Terræ Sanctæ, Carmeli tamen montem non deſerentes, jugiter in eo, & in quibuſdam aliis eremis dictæ Provinciæ permanſerunt ſub diſciplina Monaſticæ vitæ eremiticæ per Eliam Prophetam inſtitutæ, & in Joannis ſupradicti Patriarchæ Jeroſolymitani XLIV. libro deſcriptæ, qui ſicut & cæteri Chriſtiani hujus provinciæ duro infidelium jugo dediti multis tribulationibus, & injuriis fuerunt à paganis per annos multos afflicti, ſcilicet uſque ad tempora Caroli Magni. Inſuper ſupradicti Monachi Carmelitæ præter cladem, quam ſuſtinuerunt in diminutione, & martyrizatione ſuorum Fratrum pro Chriſto à Saracenis in præfato impetu occiſorum, graves adhuc paſſi ſunt afflictiones ab eiſdem Saracenis propter pallij albi geſtationem. *De palliorum alborum depoſitione tunc juſſu iſtius Homar facta, & aſſumptione barratorum, & qualia illa fuerint, & quando relicta, ac reſumpta alba, etiam aliquoties declaratum fuit Tomo præcedenti:* (a) *& etiam hîc ſuprà* (b).

monachi virgines,

(c) Tom. 3. ad an. 626. & ſeq. n. 7.

(d) ad an. 639.

Martyres plurimi ſub Homar, & ſucceſſoribus Saracenis,

(a) num. 273. & 802.

(b) hîc ſuprà n. 2071. & ſeq.

2615. *Præfati Nicolai de Lyra* in caput 14. Apocalypſis, *ſub initium, iſta ſunt verba*: Sciendum, quòd ſicut, dicitur in Chroniça Hugonis Floriacenſis, circa finem imperij Heraclij, Agareni, qui & Saraceni dicuntur, Mahumeto Duce, cæperunt Ægyptum & Æthiopiam graviter invadere. Similiter Hommarus, Mahumeti diſcipulus, Damaſcum, & regionem Phœnicis, & Jeruſalem, totamque Syriam occupavit: & Antiochiam comprehendit: & in his terris erant multi Religioſi Chriſtiani in cœnobiis magnis ducentorum, trecentorum, & amplius Monachorum in caſtitate viventium: quorum major pars, vel multi erant Virgines: & in illa perſecutione per gladium Saracenorum tranſierunt ad regnum cælorum. Et hoc eſt quod dicit Joannes: Et vidi, & ecce agnus, ideſt Chriſtus, qui dicitur agnus Dei (c) Stabat ſupra montem Sion, ideſt in Eccleſia triumphante: quæ dicitur mons Siõ: Hebræor. XII. qui deſcribitur hic STANS, eò quod adjuvit dictos martyres in tolerantia martyrij ſicut Act. VII. dicitur de Stephano in agone poſito, qui vidit JESUM STANTEM; quare STARE proprium eſt adjuvantis in prælio: ſedere verò proprium judicantis, propter quod Marc. ult. deſcribitur ut SEDENS A DEXTRIS DEI. Et cum illo centum quadraginta quatuor millia. In tanto enim numero vel circiter æſtimantur prædicti occiſi probabiliter. *Martyrum iſtorum numerum aſcendere ad centum*

(c) Joan. 7.

numerus iſtorũ martyrum cenſetur, centum quadraginta quatuor millium:

Digitized by Google

XIV. NOVEMB.

centum quadraginta quatuor millia (*ut scribunt Lyranus, Bostius, Palaeonydorus & alij*) *qualiter intelligendum sit, declarat Lezana* (a) *nempè*, poni numerum certum & definitum pro indefinito, verisimiliter soli Deo noto. *Lezana loco ante dicto* (b) *ibi etiam ista ad propositum*: Ex quo sequitur, Ordinis nostri traditionem, quâ asseritur ista 144. millia Martyrum in hujusmodi Mahometi sectatorum persecutione ex Monachis magna ex parte extitisse, in hujusmodi Hugonis Floriacensis, & Lyrani testimoniis fundamentum habuisse. Quod maximè verum erit, si dicamus, prout aliqui ex hujus loci Expositoribus sequuntur, hic poni numerum certum & definitum 144. mille pro indefinito, & incerto, pro quamplurimis videlicet; sicut & in illo Apocalyps. 7. Et audivi numerum signatorum 144. millia, juxta Ambrosium, Haymonem, Ansbertum, Anselmum, Bedam, & alios. Nec numerus incredibilis apparebit cogitanti eâ tempestate ad 90. millia Christianorum à Persis divendita fuisse Judæis, qui illos crudeliter interfecerint, ut dicunt aliqui apud Bellarminum de Scriptorib. Ecclesiastic. in Antiocho Monacho circa annum 630. Tollitur autem difficultas, quæ circa tam ingentem Martyrum numerũ esse potest, si animadvertatur eum non referri solùm ad hoc tempus quo Homar Syriam, aut Terram Sanctam invasit, sed ad totum illud quo gens ista eam Regionem occupavit, videlicet per annos 460. (ab anno 639. ad 1099.) aut fortè usque ad totalem Christianitatis, & Ordinis expulsionem ex sacra Palæstina, quæ contigit circa an. Christi 1290. *Ità Lezana. Plura circa hac videri poterunt tomo praecedenti* (c). *De Monachis Martyribus illo temporis intervallo variis locis, & temporibus per Saracenos, trucidatis aliquotiès mentio fuit in praecedentibus, videlicet ad IX. & ad XIV. Ianuarij & alibi. Istos autem plerosque aut plures fuisse Eliani, Esseni Instituti sectatores, stabilitum est in XII. Fundamentis suprà positis, praesertim fundamento VI.* (d) *Animadvertendum autem, quoad Sanctos Martyres, sub persecutionibus praefatis tertia, quarta, quinta, & sexta, non accenseri huic Ordini, tamquàm omnes fuerint propriè, & strictè loquendo*, Carmelitæ, & successores SS. Prophetarum Eliæ, & Elisei: *sed partim tales fuerunt, partim autem non strictè* successores, *sed* æmulatores, *modò hìc suprà explicato* (e). *Eadem est ratio de aliis non martyribus monachis istorum temporum, praesertim in tribus prioribus saculis novae Legis. Quinam propriè dici possint* Carmelitæ, *& strictè loquendo*, successores S. Eliæ; *quinam dumtaxàt* æmulatores, *luculenter declaratum est hìc suprà Fundamento VI. pag. 82. 83. & sequent. num. 308. & seq. praesertim autem num. 319. Porrò cùm in prioribus saculis monasticum institutum dumtaxat unicum esset, videlicèt Elianum, seu Essenum (modo in praefato Fundamento VI. explicato) postèà autem divisum fuerit in varios Ordines; pòst institutos Ordines S. Basilij, S. Augustini, S. Benedicti; etiam istorum Ordinum partim fuerunt martyres in praefatis persecutionibus quinta, & sexta.*

(a) Tom. 3. Annal. ad an. Christi 639.

(b) ad an. 639. n. 5.

traditio in Carmelitano Ordine, de isto numero Martyrum.

(c) n. 1014.

(d) n. 308. & sequent.

(e) Fundam. VI. praesertim n. 315. & seq. & 318. & seq.

Martyres isti etiam partim fuerunt aliorum Ordinum.

2616. *Septima persecutio generalis coepta est circa annum Christi* 1187. Quando (*sicut Marinus Sanutus, in Opere, cui titulus* Secreta fidelium Crucis, *libro 3. parte 9. cap. 3. & 4. refert*) Saladinus, Christianitatis flagellum, occupatâ Ægypto, etiam Terram Sanctam aliquantò post aggressus est, variisque eam incursionibus infestavit, donec tandem anno Christi 1187. collecta infidelium multitudine, prælio cum Christianis commisso, fusis eorum copiis, de vivifica Cruce, & ipsis, capto Guidone Rege, Episcopis, & plebe Christi; hoc infelicissimo anno triumphasset; Tyberiadem deinde Acconem, Caypham, Cæsaream, Joppen, Nazareth, & cum aliis civitatibus, novissimè Sanctam Jerosolymam, armis occupavit. *Sicut referunt Regerius, Baronius, & Lezana, in Annalibus ad istum annum. Sub ea tempora S. Bertholdus Prior Generalis Ordinis* animas quamplurimorum Fratrum, quas Saracenorum absumpsit gladius, cum corona Martyrij ab Angelis in Cælum deferri vidit. *Ità Fasciculus temporum VVerneri Rolevinck Carthusiensis* (a) *& Scriptores vitae S. Bertholdi (de quo hic suprà ad diem XXIX. Martij) Persecutio illa etiam diuturna fuit, continuata per Barbaros, Saracenos, Turcas, plus quàm centum annis, videlicet usquead annum Christi* 1291. *quo (jam caeteris omnibus hujus Ordinis Monasteriis destructis, aut incendio traditis, & pluribus Religiosis interemptis) tandem accidit illud, quod in eodem Fasciculo temporum scribitur* (b) Nobilissima civitas Acconensis à Saracenis destruitur; ac demùm Deiferæ Mariæ in Carmelo Monasterium ad quatuor milliaria Civitati vicinum ab eis igne crematur, Fratribus inventis in eo perfidorum gladiis trucidatis. *Lamentabilem Terrae Sanctae per Saracenos devastationem illam, & Ordinis Monasteriorum destructionem oculatus testis in plerisque Guilielmus de Sanvico accuratè describit in* CHRONICO de multiplicatione Religionis hujus, & perditione Monasteriorum Terræ Sanctæ, *quod insertum est Tomo praecedenti, & est liber IX. partis primae* (c). *Peculiariter videatur cap. VIII. ubi de praefato Carmeli Monasterio ista* (d): Ad sanctum montem Carmeli ascendentes, Monasterium Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli ... igne cremaverunt, & omnes Fratres ibidem repertos, & Salve Regina cantantes, gladio trucidaverunt. *Initio istius saculi praecipuè inter Martyres effulsit S. Angelus: cujus vita tradita est ad diem V. Maji.*

(a) circa an. Chr. 1184.

(b) circa an. 1191.

(c) n. 399. & seq.

(d) n. 448.

2617. *Octava persecutio generalis contigit saculo praecedenti, Ecclesiae, & plerisque Ordinibus Religiosis valdè funesto. Et quidem, ut sermonem continuemus de Turcis, illi annum Christi millesimum quingentesimum septuagesimum primum Christianis luctuosum reddiderunt clade Cypria illata per Mustapham: qui regno illo occupato, factaque deditione Christianos contra pactam fidem passim jugulavit, Monasteria concremavit, aut evertit, Religiosos interemit. Sub illa etiam tempora Algezitis Ven. P. Bartholomaus Graius primùm lapidibus appetitus, dein incendio consumptus fuit. Ibidem Ven. P. Bartholomaus Carrancius,*

In octava Ord. Carm. persecutione multi pro fide interempti à Turcis.

post

XIV. NOVEMB.

post varia tormenta capitis abscissione triumphavit: etiam illic Ven. P. Ioannes Bannegas Turcis euangelizans, post multos in Christi horreum invectos manipulos, igne probatus spiritum Deo reddidit anno 1588. Sed generalior fuit strages in Europa per haereses Lutheranam, & Calvinianam. Sub illa tempora Carmelitanus Ordo jacturam fecit Provinciarum Bohemiae, Saxoniae, & Daciae: aliae autem in partibus Germaniae imminutae sunt conventibus, per haereticos occupatis. At maximè deplorandus est casus celeberrimae quondam Provinciae nostrae Anglicanae, antiquitatis serie tertiae, quae etiam aliarum, Hiberniae videlicet, & Scotiae mater fuit, quae etiam utraque paulò post destructa fuit, Religiosis haereticorum impietati se opponentibus, raptis, & crudeliter fidei causâ interemptis, aliis autem in exilium pulsis. Atque ità tum septem Provinciae Ordini interierunt. Decem quoque aliae, videlicet septem in Gallia, & Belgica ac utraque Germania etiam haereticorum rabie magna ex parte dissipatae fuerunt, monasteriis plerisque occupatis, & eversis, ac Religiosis Truncatis, aut fugatis.

& plures ab haereticis,

Tunc igitur Carmeli Vinea in persecutionum illarum torculari pressa gratum caelo mustum propinavit; quamplurimi enim variis in locis ab haereticis interfecti tunc fuerunt.

2618. *Inter istos autem peculiariter commendantur Religiosi Conventûs Lunellensis, ab Hugonottis interempti, de quibus Dominicus Gravina Ordinis Praedicatorum, in libro cui titulus. Vox turturis par. 2. cap. 26. ista refert:* Notissimum, & omni laude dignum, ad posterorum memoriam æviternam in Galliæ regnis exemplum accidit ..... Dux (*Hugonottorum*) Carmelitarum Cœnobium multorum stipatus agminibus ad aggrediendum, & trucidandum variis armis instructorum aggreditur. *Deinde quid utrimque actum sit, & quomodò Prior omnes Fratres ad constantem fidei professionem, & ad mortem pro Christo magno zelo, & fervore hortatus fuerit: & illi omnes Dei amore, ac fidei fervore succensi, orantes, impietatis ferro suas inflexerint cervices, consequenter refert, & tandem subdit:* Sic enituit in una hostia duplex oblatio, religionis, & fidei; donum siquidem Deo tradiderunt, & martyrij palmam obtinuerunt, crudeliter trucidati anno 1566. *Historia illa plenius descripta videri potest apud dictum Dominicum Gravina. Aliquantò post eadem sors obtigit Religiosis Conventûs S. Antonij in Aquitania, de quibus ista Lezana in Annalibus Carmelitarum* (a). Haereticorum, *inquit*, Calvinistarum perfidiâ omnia ipsius ædificia usque ad fundamenta funditùs eversa fuêre, Religiosis aliis in ignem injectis, aliis in flumen demersis, aliis ense confossis, vel interemptis. *De Gallia universim hac habet R. P. Leo à S. Ioanne Provinciae Turoniae decus, in eleganti Delineatione observantiae Rhedonensis cap. 12. ubi de Rupella, & Ordinis Conventu ibidem, effreni Calvinistarum rabie diruto:* In Christi Sacerdotes furere, debacchari, eosdem mactare, trucidare, divexare, exclusa omni humanitate, didicit. Inter cæteros nostrorum Carmelitarum major pars martyrio resplendens, cœli palmas meruit adipisci.

in Gallia,

(a) ad an. 1400. ubi de Conventûs istius fundatione:

2619. *In libro: Fasti Academici Lovanienses, hoc refertur:* Petrus Lupus, vulgò Wolfs, Goedsenhovi, agri Thenensis, Ordinis Carmelitani, Conventûs Mechlinienſis professus, & Prior, & per Germaniam inferiorem Prior Provincialis, occupatâ à rebellibus atque hæreticis Mechliniâ, dùm sese omnibus ejusdem civitatis incolis, pro Deo, & Rege suo exhibet antesignanum, trucidatur eò ferè locô, ubi hodiè vetus Palatium visitur, anno 1580. *De quo alia in sequentibus. Eodem anno, & die, ab iisdem haereticis, monasterium invadentibus, in sua cella interfectus fuit Venerandus P. Ioannes de Hondt Supprior. Anno 1566. Vallencenis Ven. Ioannes Cordeau, salutis animarum zelo succensus; ut Vallencenenses in orthodoxa fide continerent, domos, & scholas catechizando obibat: quare ab haereticis graviter percussus in foro, communi damno, & luctu, animam Deo reddidit. Anno sequenti alius ejusdem cœnobij pius, & zelosus Pater Amandus Clemens, multis locuples talentis, catechismo faciendo, & confessionibus fidelium excipiendis, indefessè insistens, ab iisdem haereticis trucidatus fuit Vallencenis, super pontem Neronis. Anno 1572. cùm rursùs & Lutherani, & Calvinistae in Monasteria, ac Religiosos furerent, Ven. P. Petrus Bonnerius Sacrista, in defensionem SS. Sacramenti Eucharistiae, & sacrarum Imaginum, ab iis gladio confossus, latus obiit. Iprûs: Sub idem tempus Religiosi duo Conventûs Iprensis, pro Christi fide, sanguinem fuderunt, de quibus ista in Annalibus Ordinis* (a) Basilius Diaconus, & Henricus Turch Concionator, vitam pro Religione Christiana, ab hæreticis, & perduellibus interempti, gloriosè expostuerunt. *Plura circà jam dicta videri poterunt in Vinea Carmeli parte 4. cap. 1. ubi denique annotavimus (quod etiam hìc prætermittendum non est) plures ex istis per Turcas, & haereticos in odium Christi pro fide & virtute Christiana occisos fuisse, ac proindè eos retributionis coronam accepisse inter eos, qui, pro Christi nomine, sanguine fuso in terris, triumphant in cœlis, piè omninò existimandum est. Id tamen in particulari certò nobis affirmare non licet, ante S. R. Ecclesia definitivam sententiam: cujus est, veros Martyres, ac Divos, declarare. Quinam tales sint, dies Domini manifestabit. Temporibus posterioribus inter agonizantes pro Christi fide, peculiariter, inter alios, effulsit Ven. Dionysius à Nativitate, Carmelita Discalceatus, anno Christi 1638. variis tormentis à Mahumetanis affectus, tandem, præmissis socijs, quos, velut dux, & antesignanus ad constantiam, & tolerantiam in tormentis adhortatus fuerat, & ipse trucidatus fuit, post-mortem variis à Deo signis honoratus. Processus, auctoritate Archiepiscopi Goensis juridicè formatus, oblatus est Sacr. Rituum Congregationi, cujus, circà martyrium ejus, sententia expectanda est.*

Mechliniæ,

Vallencenis,

(a) Lezana Tom. 4. ad an. 1263.

Dionysius à Nativit. à Turcis occisus,

signis honoratus.

HYMNUS,

De omnibus Sanctis Ordinis Carmeli. P. V. à S. A.

2620. *Pietatis; & spiritualis oblectamenti promovendi gratiâ, hymnus, praesenti festivitati congruens, subnectitur.*

Avete Carmelicolæ,
Quos ante Christi tempora

Digitized by Google

XIV. NOVEMB.

SS. Elias & Elisæus Ordinis fundatores:

Præivit inter abdita
Elias antra vivere.
Quos Elisæus duplicis,
Relictus hæres Spiritus,
Mentem docebat cœlicis
Implere semper gaudiis.

posteri eorum Apostolorum cooperatores,

Avete, quos Apostoli
Sacri ministros seminis
Sumpsêre secum spargere
Christi per orbem gratias,

Doctores,

Avete, Sacri Præsules,
Qui pullulantem Ecclesiam
Rigastis & sudoribus,
Et purpurastis sanguine.

Martyres,

Communicate quæsumus
Zelantis æstum Spiritûs,
Ut vestra per vestigia,
Cœli juvemus horrea.

solitarij,

Avete, Anachoreticam
Qui ritè solitudinem
Fremente frustrà tartaro
Servastis imperterritam.

herbis vilitgentes,

Quos terra pavit herbulis,
Et obviis radicibus,
Quos terra cepit lectulus,
Potavit unda fluminis.

cœnobitæ,

Avete, Cœnobiticam
Qui consecrastis semitam,
Simul docentes Spiritu
Multos in uno vivere.

cœlestium contemplationi dediti:

Quêis terra tota sordidit,
Totusque mundus viluit;
Avulsa mens à terreis
Hærebat in cœlestibus.
O Sancta turba talibus
Implete nos amoribus,
Ut appetentes cœlica
Fastidiamus terrea.

Martyres.

Avete fidi Pugiles,
Quos crux, rotæ, liquamina,
Ignis, mucrones, ungulæ
Fortes dedêre Martyres.

Confessores.

Avete, quos confessio
Arctis recluſit cellulis,
Ut mens Olympi splendida
Conscenderet palatia.

Virgines.

Avete Sacræ Virgines,
Quas illibata castitas
Sponsas dat esse Numinis,
Et jungit Agni nuptiis.
Favete Sponsæ Numinis
Vestris favete Fratribus,
Ignisque, qui vos coneremat,
Communicate flammulam.
Pater supremus annuat,
Preces secundet Filius,
Suoque pectus impleat
Sanctus calore Spiritus. Amen.

XXI. NOVEMBRIS.

DE FESTO PRÆSENTATIONIS SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ.

Præsentationis B. Virg. Mariæ festum antiquum in Carmeli Ordine,

2621. *PRæsentationis Beatissimæ Virginis Mariæ festum à plurimis seculis solemnizatum fuisse in Carmeli Ordine, habetur ex eo, quòd hic Ordo olim maximè floruerit in Oriente, ubi festum hoc à temporibus antiquissimis, verisimiliter à primitiva Ecclesia, celebratum fuisse, eruitur ex veterum Patrum traditione, sicut mox audiemus. Hinc Carmelitæ transmigrantes in Europam, ibi idem, quod in Terra-sancta, servârunt. Solemnizationem antiquam in Carmeli Ordine indicat Arnoldus Bostius, libro* de Patronatu B. Virginis, cap. 13. *ubi*

& solemne:

ista: Festum glorioſæ suæ Præsentationis colimus præfestivè. *Idem constat ex vetustioribus Ordinis hujus Kalendariis, Missalibus, & Breviariis, in quibus hoc festum his annotatur verbis, Ad diem 21. Novembris:* Præsentatio Virginis glorioſæ, totum duplex. *In Missalibus, & Breviariis posterioribus est* Duplex majus, *cum*

ex officio antiquo quadam excerpta.

Octava. In Breviariis antiquioribus, ad Laudes, Vesperas, & horas Officij divini, hæc erat Oratio; Deus qui sanctam Dei Genitricem templum Spiritûs Sancti, pòst triennium in templo præsentari voluisti, præsta quæsumus, ut qui ejus Præsentationis festa veneramur; ipsi templum, in quo habitare digneris, efficiamur. *Antiphonæ; & Responsoria omnia etiam sunt propria, devotionem spirantia: è quibus, en, aliqua:* Omnes gentes attendite, ad tam pulchrum spectaculum: Mariæ formam sumite, quæ virtutis est speculum... Virgo sancta templo data, pòst facta est Dei templum: Templum est plebs Deo grata, Mariæ sequens exemplum... In templum Dei, gradibus ter quinis, erat aditus: quos, compositis gressibus, ascendit, sulta cœlitùs. *De Indulgentiis, à variis Pontificibus, Ecclesias Carmelitani Ordinis visitantibus, concessis pro hoc festo, dictum hic suprà ad diem 2. Februarij* (a) *Plenariam indulsit Clemens X. in Bulla:* Commissa nobis, *data anno 1673. die 8. Maij.*

(a) num. 816.

2622. *Mysterium festi hujus sic paucis tradit Evodius Episcopus Antiochenus, Apostolorum successor:* (b) Trimula quùm esset, in templum est præsentata, & ibi in sanctis sanctorum traduxit annos undecim. Deindè verò sacerdotum manibus, Josepho ad custodiam est tradita (c) *In Menologio Græcorum scripto circà annum salutis* DCCCCLXXXIV. *tempore & curâ Basilij Imperatoris Constantinopolitani, à Petro Archadio Latinitate donato, ad undecimum Kalendas Decembris, ista leguntur:* PRÆSENTATIO DEI GENITRICIS, CUM IN SANCTA SANCTORUM INTRODUCTA FUIT. *Et infra:* Maria igitur annos tres nata, cum magno puellarum comitatu, quæ accensas faces præferrent, ducebatur in templum. *Menæa magna Græcorum, ad XXI. Novembris,*

(b) in epist. cujus titulus LUMEN.

(c) vide Nicephor. lib. 2. c. 3.

Mysterium festi hujus, ex Menologio.

Digitized by Google

XXI. NOVEMB.

vembris, hoc (sic Latinè redditum) exhibent elogium: INGRESSUS DEI GENITRICIS IN TEMPLUM. Ingressus iste Dei Matris in templum piis admirandam, & maximam celebritatem effecit, quæ ex hujusmodi causa originem, & occasionem traxit. Laudatissima Anna totam penè vitam sterilis transegerat: quo toto tempore, cum optimo suo viro Joachimo, jejuniis, & obsecrationibus Dominum naturæ deprecabatur, ut ipsum commiseratio sterilitatis suæ caperet, & sobolem impertiretur, editâ pollicitatione, ut, si mater voti compos fieret, prolem statim Deo consecraret. Cùm ergò Anna parens Procuratricem salutis generis humani, & conciliatricem Dei, & hominum, causamque reformationis lapsi Adami, illiusque resuscitationis, & in divinitatem assumptionis, sanctissimam Dei Genitricem Mariam edidisset; cùm jam tertium, pòst admirandum suum natalem, annum ageret, ducunt illam, ut promiserant, ad templum, & Sacerdotibus tradunt: quam illi acceptam (fortasse Dei voluntati subservientes, qui ex ipsa, quod numquam ante factum, ad salutem, & emendationem generis humani nasciturus erat) ad intimum Dei penetrale deducunt, ubi duodecim annos mansit.

& Menæis Græcorum,

2623. *Sanctus Iosephus, nuncupatus* Hymnographus, *Siculus natione (cujus vitam tradit Octavius Cajetanus* (a) *inter hymnos, & edas de B. Virgine, unam habet de ejus Præsentatione in templo, in quo, inter alia, ista:*

(a) ex Græco MS. inter vitas SS. Siculorum, to. 2.

Ad Sancta Sanctorum Sanctissima, atque integerrima progreditur, ibidem habitatura, ut sanctitate omni majoris Dei fiat templum sanctificatum, & illi accurrunt adolescentulæ puellæ. Æternum consilium Dei nostri, qui est ante sæcula, ad finem devenit, dùm tu, ô puella, tota pura, in Sancta Sanctorum, ibidem educanda, progredereris, ut fias habitaculum Verbi. Bono Dei spiritu pleni genitores, te, futuram Dei Genitricem, obtulerunt in Sancta Sanctorum, ut ibidem educareris, ô castissima, votum, quod olim voverant, persolventes. Corrobora, ô Domina, infirmitatem cordis mei, & confirma me, passionibus exagitatum, ut cum fide, & affectu, beatificem te, semper beatissimam, atque immaculatissimam.

ex S. Iosepho Hymnographo,

ex Baptista Mantuano,

2624. *Baptista Mantuanus, libro XI. de Sacris diebus, hæc de festo illo tradit:*

Plaudite, lux venit vigesima prima Novembris.
Trima erat æthereum Virgo paritura Tonantem,
Dulce refrigerium patri, spes unica matri,
Cùm templo devota fuit, cùm prole parentes
Per ter quinq; gradus vivo de marmore factos
Ascendêre domum sacrato in colle sedentem

Et post alia:

Hæc est illa dies igitur, quâ Diva sub istas
Est ingressa domos: ipsam celebrate puellæ,
Nubere quæ vultis: quòd si neque nubere vultis,
Non minùs est celebranda dies. Servavit utramque
Cælibis, & nuptæ vitam, pulcherrima Virgo.

2625. *Mysterij igitur hujus solemnizatio peculiariter competit Virginibus omnibus: Religiosis etiam cunctis venerabile esse convenit hoc mysterium; quò ipsa sacra Virgo, virginitatis perpetuæ exemplo cunctis præluxit, & se totaliter Deo consecravit. Propterea utile, nec injucundum lectori fore arbitramur, de hoc mysterio, qualiter peractum, & quæ in templo fuerint Virginis exercitia, audire ex eodem Mantuano:*

Mysterium istud exemplum est virginibus omnibus, præsertim sacris:

Ventum erat ad magni templum sublime Tonantis,
Quò ducunt ter quinque gradus de marmore vivo.
Et jam porrectis curvabat prona lacertis
Serva manus summũ ad limẽn latura puellam;
Quo mox virgineo conceptũ pectore numen
Affuit, & retrahens promptæ sinuata ministræ
Brachia, debilibus plantis, animoque vigorẽ
Addidit, & supra ætatem fiducia crevit.
Protulit audaces, sublatâ cyclade, passus,
In sublime volans Virgo, turbamque relinquens;
Sicut ubi multæ volitant ad littora puppes,
Ociùs illa subit portum, quæ mole minori
Labitur, & meliùs velis, & remige fertur.
Vertice jam summo magni penès atria templi
Stabat, ubi ascensa fessos solata parentes
Risit, & æternum curvato poplite numen
Cum nuribus venerata piis, in claustra recessit
Virgineæ secreta domûs; flevêre parentes
Cognatæque nurus, gemitumque dedêre ministræ,
Quando conspectu vultus abitura nitentes
Vertit, & induxit sublatam in tecta sacerdos.

Maria trimula qualiter ascenderit ad templum:

2626. *Quæ sacerrima Virginis in templo fuerint exercitia, sic ibi consequenter declarat idem Mantuanus:*

exercitia ejus in templo:

Assiduis veterum studiis, oracula divûm,
Pervigilique legens curâ, Mosemque, piumque
Esaiam, mœstisque virũ, qui versibus urbem
Plorat, ab ingenio curas, à lumine somnos
Sedula pellebat, parvo sua vota sacello
Supplicibus palmis narrabat, & ore supino,
Ocia nulla die carpens, nulla ocia nocte,
Cura cibi, somnique brevis quæ pasceret artus.
Pauperibus mensis genium fraudabat & ora,
Et castigatò tolerans jejunia ventre
Carmina discebat, sanctique poëmata regis.

Et aliquantò infrà:

Nunc lanam pingebat acu, nunc pensa trahebat
Serica, & immissis per licia pendula filis
Vela sacerdotum sacros texebat in usus,
Terrenum nihil ore sonans, inclusa, latensque
Plena Deo pectus, toti gratissima cœlo.

Quòd ejus vita in Templo fuerit exemplar tùm Virginibus, tùm Monialibus, Petrus Canisius tradit his verbis (a). Ad Mariam nostram demùm redeo, quæ puella in templo ita vixit, ac floruit, ut quùm aliarum virginum,

(a) De Maria Deipara lib. 1, cap. 12.

XXI. NOVEMB.

num, tùm Monialium noſtrarum exemplar pulcherrimum extiterit, quod illæ utinam perpetuò intueantur. Ab hac nimirùm matre & magiſtra virginum diſcunt, indè à primis annis jugum Domini avidè complecti, ac ſuſtinere conſtanter. Diſcunt nuces relinquere, ut vulgò inquiunt, & ad perfectioris vitæ normam dicta factaque componere.

ad inſtitutionem virginum, & monialium.

2627. *Quantùm ad feſti hujus antiquitatem, & celebritatem in Orientali Eccleſia, Molanus ad Vſuardi Martyrologium* (a) *iſta annotat*: Præſentationis feſtum in Orientali Eccleſia jam pridem celeberrimum fuit: undè de eo orationes extant apud Metaphraſtem, Germani Epiſcopi Conſtantinopolis, Gregorij Nicomedienſis, & Gregorij Nyſſeni. Indè in Gallicanis Eccleſiis receptum eſt, ex devotione potiſſimùm Caroli V. Francorum Regis, ut teſtatur epiſtola ejus data ad Nicolaum Antiſiodorenſem Epiſcopum, anno 1375. *Quàm autem ſolenne feſtum iſtud fuerit, ſatis eruitur ex Conſtitutione Manuelis Imperatoris Conſtantinopolitani (intexta à Theodoro Balſamone in ſuo Nomocanone) de feriis, id eſt, diebus, quibus feriandum, ſeu ceſſandum erat à judiciis, in qua iſta*: Sancimus, ut illi dies feriati ſint, quos in præſenti conſtitutione nominatim enumerabimus, & ut alij quidem eorum ferias in univerſum habeant, ut nequaquàm toto ipſorum durante ſpatio, conſtitui judicium poſſit. *Inter iſtos dies* omninò feriatos, *id eſt, in quibus toto die judicium fieri non poterat, recenſetur*: NOVEMBRIS XXI. QUOD TUM DEI GENITRICIS INTROITUS IN TEMPLUM CELEBRETUR.

(a) ad diem XXI. Novembr.

Præſentationis feſtum olim valdè ſolenne in Orientali Eccleſia:

2628. *In Occidentali Eccleſia, licèt in Carmelitano Ordine, à primo ſuo in Europam ingreſſu, & fortè etiam alibi, Præſentationis feſtum olim celebratum fuerit; primùm tamen anno MCCCLXXII. magno cum apparatu ſolemnizatum fuit in Curia Pontificia, ſicut vir illuſtris Philippus Mazzerius Cancellarius regni Cypri* (de quo plura hic ſuprà (b) *ad XXIX. Ianuarij, ad vitam S. Petri Thomæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, quam ipſe ſcripſit*) *teſtatur in epiſtola, Chriſtianis omnibus nuncupata; undè convenienter nonnulla hìc deprompta exhibemus.* Univerſis in Domino fidelibus, maximè Chriſtianis Occidentalibus, Philippus de Maſeriis Picardiæ miles infimus, Regni Cypri indignus Cancellarius vocatus, ac glorioſæ Virginis Mariæ zelator abortivus, ſententias irati ſummi Judicis, per Mariam evadere, & ad vitam ſempiternam pervenire .... Cantemus igitur carmen novum Reginæ cœli, & antiquas laudes Mariæ Præſentationis in Templo, de partibus Orientis noviter corruſcantes, univerſis Fratribus noſtris Chriſtianis in plaga Occidentali, Auſtrali, & Septentrionali degentibus, pro antidoto, & lætitia ſpirituali, annunciemus. Audiant ergò univerſi Catholici Europæ, & Africæ, præſertim devoti intemeratæ Virgini, ejus devotiſſimam ſolemnitatem utique in Eccleſia Occidentali novam ac rutilantem in cordibus zelatorum Virginis, quamvis antiquam in Eccleſia Orientali, & ad novam devotionem excitentur. Temporibus namque antiquis, &, ut creditur, in primitiva Eccleſia, quandò civitas ſancta Jeruſalem, & Terra-ſancta per Chriſtianos detinebatur, ibique, & in aliis partibus Orientis, in quibus vigebat fides Catholica, Sanctis Patribus inſtituentibus, & veriſimiliter miraculis declarantibus, Feſtum Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, quando in tertio ætatis ſuæ anno, in templo, per ſe ipſam quindecim gradibus templi miraculosè aſcenſis, fuit in dicto templo à parentibus ſuis præſentata, die vigeſimâ primâ menſis Novembris, devotiſſimè, & ſolemniter celebrabatur, & adhuc in Regno Cypri devotiſſimè per fideles Orientis colitur de præſenti: & habet Officium totum proprium, & devotiſſimum, ſecundùm uſum Curiæ Romanæ, etiam muſicè notatum. Quod quidem feſtum ſuprà memoratus Cancellarius, quamvis indignus, & inutilis, præ devotione Virginis, & jucunditate admirans, & in corde ſuo piè exiſtimans indignum, quòd tanta ſolemnitas partes lateret Occidentales, in quibus, protegente Domino, fidei plenitudo conſiſtit; ob reverentiam ipſius beatiſſimæ Virginis, ipsâ adjuvante, dictam ſolemnitatem jam pluribus annis elapſis, in aliquibus partibus Italiæ, videlicet in præclara civitate Venetiarum, aliquibus electis devotis Virginis ipſius civitatis adjuvantibus, ſolemniter celebrari fecit, cum repræſentatione figurata & devotiſſima aliquibus ſignis, & viſionibus dictam ſolemnitatem de cætero celebrandam confirmantibus, & eam comitantibus, de qua certè nova devotio, & jucunda Matris Dei in cordibus multorum fidelium non mediocriter exorta eſt. *Deindè accuratè deſcribitur ſolemnitas feſti iſtius in Curia Romani Pontificis, tunc Avinione exiſtentis, & Indulgentias, divino officio præſentibus concedentis.*

magno apparatu ſolemnizatum in Curia Pontificia an. 1372.

(b) num. 599.

Præſentationis feſtum antiquiſſimum:

Venetiis ſolemne:

2629. *Et iſta hactenùs nonnulla dumtaxat ex illa epiſtola præfati Cancellarij: quò etiam agente, biennio pòſt* (MCCCLXXIV.) *idem feſtum ſolemnizatum fuit Pariſiis in Capella Regia, juſſu Chriſtianiſſimi Regis Francorum Caroli, exemplo præfato Summi Pontificis, permoti: qui etiam idem feſtum in Eccleſia Antiſiodorenſi celebrandum quotannis commendavit Nicolao ibi Epiſcopo, ſuo Conſiliario, per litteras, hujus tenòris*: Carolus, Dei gratiâ Francorum Rex, Dilecto & fideli noſtro Nicolao Epiſcopo Antiſſiodorenſi, Salutem in eo, qui non ceſſat in terris Matrem ſibi dilectiſſimam honorare. Inter cætera, quæ ſollicitudinis noſtræ cura quotidiana diligenti meditatione revolvit, illud occurrit noſtræ conſiderationi præcipuum, qualiter beata Virgo, & Im-

in capella Regis Franciæ an. 1374. celebratur.

Digitized by Google

XXI. NOVEMB.

& Imperatrix sacratissima à nobis colatur, affectu præmaximo, & debitâ veneratione laudetur. Ad ejus siquidem exaltationem & gloriam ex debito incitamur, & oculos mentis nostræ ad eam sursùm erigimus: utpotè quia est omnium singulare præsidium, & ipsam corde puro colentibus, apud benedictum suum Filium potentissima Mediatrix. Cùm itaque, sicut novimus, devotio vestra in laudem ipsius Virginis sollicitè ferveat, Devotioni vestræ igitur, harum serie præsentium annuntiamus, Dilectum, & fidelem militem, & Consiliarium nostrum Philippum de Maseriis, Cypri Cancellarium, totum eidem Virgini deditum, in nostra præsentia, piè, inter alia, recitasse, qualiter in partibus Orientalibus, ubi per multa tempora moram traxit, Festum Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis in templo, à suis parentibus, dùm ipsa adhuc in triennio existeret, vigesimâ primâ die mensis Novembris, anno quolibet celebraretur solemniter. *Consequenter Rex pius refert, qualiter Festum illud solemniter in sua Capella celebrari fecerit anno proximè præcedenti,* (1374.) *decreveritque annis singulis XXI. Novembris eamdem solemnizationem continuari. Denique sic hortatur præfatum Episcopum Antissiodorensem:* Igitur dictum festum, ad cumulum gaudiorum, vestræ devotioni transmittimus, hortantes, ut dictam solemnitatem, ad gloriam dictæ Virginis, in Ecclesia vestra Antissiodorensi, celebrari faciatis. (Nam nihil est, pòst Deum, utilius memoriâ Matris ejus) condignumque ab ea, pro tanto honore, habebitis præmium reportare. Datum Parisiis decimâ die Februarij, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, & Regni nostri undecimo. *Et ista est epistola, cujus meminit Molanus, hîc paulò antè adductus.*

Solemnitas traducta in Saxoniam,

2630. *In Saxoniam deindè traducta fuit eadem solemnitas, auctoritate Summorum Pontificum Pij II. & Pauli II. prout fidem facit Diploma hîc subsequens, extractum ex MSS. Rubeæ Vallis, parte 3. Novalis Sanctorum, seu Historiæ Hierosolymitanæ.* Paulus Episcopus, Servus Servorum Dei, universis præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad id maximè nostra versatur intentio, ut Christi fideles ad majorem devotionem, ac frequentiorem venerationem præcelsæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ excitemus ... Sanè dudùm felicis recordationis, Pio Papæ secundo prædecessori nostro, pro parte dilecti filij nobilis viri Guilhelmi Ducis Saxoniæ exposito, quòd ipse Dux, ex specialis devotionis affectu, ab intimis desiderat præcordiis, Festum Præsentationis ejusdem Virginis, quod in vigesima prima die mensis Novembris, annis singulis, in terris, & Dominiis suis, de consuetudine celebratur, etiam ex speciali Sedis Apostolicæ Decreto, & statuto, perpetuis temporibus dictâ die solenniter venerari; idem prædecessor, præfati Ducis supplicationibus inclinatus, auctoritate Apostolicâ statuit, decrevit, & ordinavit, quòd Festum Præsentationis hujusmodi, sicut Assumptionis, Visitationis, & alia Festa B. Mariæ memoratæ, in terris præfatis, temporibus, eâdem die, de mandato Sedis Apostolicæ, ab ipsis fidelibus solemniter celebraretur ... *Deinceps Festum illud per totam Occidentalem Ecclesiam receptum fuit.* *ac in totam Ecclesiam Occidentalem.*

2631. *In Menæis Græcorum, & apud varios antiquos Scriptores legitur:* Quòd Virgo futura Angelorum Regina, magnique consilij Angelum paritura, ab Angelis sæpiùs visitata, & ab Angelo cibata fuerit, *confirmatur ex Patribus, & Scriptoribus, & ex S. Thoma, parte 3. quæst. 30. art. 3. ad 3. ubi annotat.* Quòd cùm B. Virgo assueta esset visionibus Angelorum, non turbata fuit in visione Angeli: sed in admiratione eorum, quæ ei ab Angelo dicebantur, quia de se tàm magnifica non cogitabat. Undè & Euangelista non dicit, quòd turbata fuerit in visione Angeli, sed in sermone ejus. *Sic ille. Et quis non existimet, ipsam Angelorum, omniumque Sanctorum Reginam, ab Angelis sæpiùs visitatam fuisse, cùm id quamplurimis, tum in veteri, tum in novo Testamento concessum fuerit, quod (sicut ad diem IX. Martij legitur, in Oratione de S. Francisca vidua)* Familiari Angeli consuetudine decoraretur. *Ab Angelis etiam cibi oblati fuerunt S. Patri N. Eliæ, & Sanctis aliis pluribus, relatis à P. Canisio* (a) *ubi ista ex Georgio Nicomediensi* (b) Tu autem, ô homo, *inquit*, admirabilem, & novam in templo vivendi rationem audiens Virginis, noli de eo dubitare: noli examinare ratione ea, quæ capere non potest cogitatio. Vides ipsum Dei Verbum modo ineffabili habitasse in ejus utero: & contendes, fueritne alimentum, quò nempè Maria vesceretur, materiale, an expers materiæ? Vides Paterno consilio Spiritûs in ea adumbrationem, & de ministerio Angelorum dubitas? *Huic solemnitati peculiariter congruit Corolla virtutum Deiparæ, contexta hîc supra ad diem XXV. Martij* (c). *B. V. Maria visitata ab Angelis, & cibata.*

(a) de B. V. Maria lib. 1. c. 13.

(b) Homil. de oblat. Virginis in templo.

COROLLA virtutum B. V. M. hoc die legenda.

(c) pag. 318 & seq. nu. 1138. & seq.

2632. ANNOT. Ex adductis monumentis evidenter, & ad oculum retunditur impudens hæreticorum novatorum (nil de Deiparæ præconiis patienter ferentium) mendacium, ac calumnia, de novitate mysterij, & festi Præsentationis; cùm de illo mysterio scripserint Patres antiquissimi, relati à Molano. & de eo testimonium perhibeant Menologium, & Menæa Græcorum; atque à seculis plurimis, verisimiliter à primitiva Ecclesia, hoc Festum fuerit valde solemne. sicut jam audivimus. & luculentioribus testimoniis comprobat Petrus Canisius, in erudito opere: De Verbi Dei corruptelis, adversùs novos, & veteres sectariorum errores (d) Animadvertendum, quòd festum *Purificationis* etiam quandoque olim dictum fuerit *Præsentationis*; quia tunc etiam in templo puer Jesus fuit oblatus, seu præsentatus: quod etiam exprimit ipsa Oratio Missæ, & divini officij. De antiquitate, & solemnitate festi hujus plura videri poterunt in peculiari libro, seu Tractatu nostro, cujus iste est titulus: *Præsentata gloriosa Virginis Maria in Templo, in Ecclesia Orientali antiquissima festivitatis institutio: in Latina exindè recepta, operâ, & zelo illustris viri D. Philippi de Mazzeriis, Regni Cypri Cancellarij,* (e) in quo etiam peculiariter agitur, de solemnitate festi ejus in Ecclesiis Societatis Jesu. *Hæreticorum calumnia refellitur.*

(d) De Maria Deip. Virg. lib. 1. cap. 12.

(e) Antuerpiæ anno 1666. typis Marcelli Parisij.

DECEMBER

VIII. DECEMBRIS.

DE FESTO CONCEPTIONIS GLORIOSÆ SEMPER VIRGINIS GENITRICIS DEI MARIÆ.

Conceptionis B. V. M. festum olim in hoc Ordine primarium,

2633. *Quemadmodùm Festa S. Augustini in Ordine, seu Ordinibus ab ipso institutis, S. Benedicti in Ordine Benedictino, S. Norberti in Ordine Præmonstratensi, & ita cæterorum omnium Fundatorum, ac Patriarcharum Ordinum Religiosorum, præcipuo cultu totius anni solemnizantur in suo quolibet respectivè Ordine; ità Conceptionis festivitas olim, tamquam primaria, & præcipua, solemnizata fuit in Carmeli Religione, quâdam ratione, & vero loquendi modo, ab ipsa Virgine Deipara instituta, & fundata, causalitate scilicet causæ finalis, & exemplaris, sicut plenius tradunt P. Lezana in libro Maria Patrona cap. 3. cujus hic est titulus:* Quomodò titulo fundationis Ordinis competat Deiparæ Virgini esse ipsius Patronam. *Nec non in Annalibus Ordinis* (a) *& ante eum vetusti Scriptores Ordinis hujus plures ab eo relati, peculiariter Arnoldus Bostius in libro de Patronatu B. Virginis cap. 2. §. 2. ficut videre licet Tomo præcedenti* (b). *Hinc Romani Pontifices plures in Bullis huic Ordini concessis ita loquuntur:* Sacrum Ordinem sub invocatione ejusdem Beatæ Mariæ de monte Carmelo, quem eadem Virgo venustissima, & omnibus virtutum floribus insignita, edidit; *seu ut aliqui,* produxit. *Ita quidem Sixtus IV. Innocentius VIII. Iulius II. Gregorius XIII. Hæc igitur de causa olim Festum istud erat primum, & solemnissimum in hoc Ordine, ficut tradunt Scriptores veteres domestici, & exteri: de his quidem Richardus Armachanus, Hiberniæ Primas, in celebri sermone cujus initium est:* AVE MARIA, *habito Avenione (ubi tunc Curia erat Summi Pontificis) anno Christi* 1342. *ipso Festo Conceptionis, in Ecclesia Ordinis hujus, coràm venerando cœtu DD. Cardinalium, ista, inter cætera, habet:* An non meritò illi dicimus AVE, quæ sic erat illustrata virtutibus in sua origine? utique hanc illustrationem in suo ortu hic sanctus, ac peculiaris, & antiquus Ordo suus Carmelitarum prætendit in habitu, qui hoc festum singulariter in eo solemnizat, candorem habitûs sui, ut existimo, prudenter, & devotè referens ad hoc festum. *Plura ex eo sermone videri poterunt apud Thomam Waldensem, in celebri Opere, nuncupato:* Doctrinale fidei, & dogmatum Ecclesiæ (c) *ubi istum Richardum nuncupat:* Præsulem altæ peritiæ.

(a) tom. 1. ad an. mundi 4086. n. 43. & 44.

(b) nu. 217 558 729. 1547 1730. & seqq.

& solemniss. summo,

(c) Tom. 3. de Sacramental. tit. 9. c. 89.

2634. *Testatur quoque Ioannes de Segobia (seu Segobia)* (d) A tempore, cujus initium hominum memoriam longè præcedit, Reverendissimi Domini Cardinales, & tota ferè Romana Curia, ubicumque resederit, si in eo loco sit Carmelitarum peculiariorum Mariæ Fratrum, & filiorum cœnobium, solemniter ibi conveniunt. *Quod domesticos, Ioannes Bacho, celebrati nominis Doctor Theologus, Anglus, in quartum sententiarum* (a) *scribit:* Publicâ & diuturnâ consuetudine celebratum est hoc festum in Curia Romana, etiam cum venerabili Congregatione Dominorum Cardinalium; cum solemni Missa, & Sermone singulis annis in domo Fratrum Ordinis B. Mariæ de Carmelo: & hæc duraverunt tempore multorum Romanorum Pontificum usque in præsens tempus. *Ità quoque Ioannes de Hildesheim in libro* de Principio Ordinis Fratrum Gloriosissimæ Dei Genitricis Mariæ contra detractores *cap.* 14. *ubi assignat rationes, cur Carmelitæ* Fratres Beatæ Virginis Mariæ *vocentur:* Considera, *inquit,* quantum ad istud propositum, quòd ad hoc Reverendissimi Domini Cardinales respicientes, à multis temporibus consueverunt in Romana Curia visitare Conventum nostrum in Festo Conceptionis Gloriosæ Virginis, venerantes in hoc Patronam Ordinis, sicut venerari consueverunt B. Dominicum in ipsius Festo, & S. Franciscum in suo, ac S. Augustinum in suo. *Sicut enim Prædicatorum S. Dominicus, Minorum S. Franciscus, Augustinianorum S. Augustinus est Patronus; sic & Ordinis hujus (unà cum Institutore S. Propheta Elia) ipsa purissima Virgo est specialis Patrona; imò & Fundatrix, sicut ex ante dictis habetur. De solemnissimo cultu festi hujus plura videri poterunt apud P. Lezana tomo* 4. *Annalium* (b) *ubi sic:* Quoad festum sanctissimæ Conceptionis B. Mariæ Virginis illud animadvertendum, devotionem ergà hanc festivitatem, & mysterium per illam designatum, non solùm antiquissimam apud nostrates esse, ut constat ex dictis tom. 1. circa annum 4030. n. 8. ante Christum natum, sed & celeberrimam quoque, ut patet, non solùm ex decreto hujus Capituli, sed præsertim (quod est valdè singulare) quia taxis communibus totius Religionis solemniter colebatur, quasi hæc propria esset totius Religionis Ordinis festivitas. *Ibi consequenter referuntur plurima Capitula generalia, in quibus taxa illa ordinata, & à Provincialibus solita*

præsertim in Romana Curia,

conveniunt. bus ad hoc Emin. DD. Cardinal.

(a) Dist. 2. q. 4. art. 3.

(b) ad an. Chr. 1306. n. 5.

pro ejus solemnizatione totus Ordo taxas conferebat:

(d) apud Arnold. Bost. lib. de Patronat. Virg. c. 13.

Digitized by Google

VIII. DECEMB.

soluta fuerunt, pro solemnizatione festi hujus.

2635. *Officij autem in Festo Conceptionis olim recitari soliti, extantis in antiquioribus Breviariis Ordinis hujus, hoc est initium: In primis Vesperis,* ANTIPHONÆ: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, alleluia. Tota pulchra es Maria, & macula originalis non est in te, alleluia. . . . *Ad Matutinum,* INVITATORIUM: Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus; Christum ejus præservatorem venite adoremus. ORATIO: *ad Matutinum, Horas, Vesperas, & Missam.* Deus, qui per immaculatam Virginis Mariæ Conceptionem dignum filio tuo habitaculum præparasti; concede, quæsumus, ut sicut ex morte ejusdem filij sui prævisâ eam ab omni labe præservasti: ita nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum &c. *Conceptionis purissimæ Virginis Deiparæ mysterium fuisse præcognitum S. P. N. Eliæ, & ex ejus revelatione, S. Eliseo, & ad ejus honorem illos virginalem vitam amplexatos, imò & hâc occasione Ordinem hunc fundatum, habetur ex dictis tomo præcedenti* (a) *& etiâ hîc suprà in Festis Commemorationis solemnis, & ipsius S. Eliæ: & id etiam tradit S. Methodius istis verbis:* Puritatis tuæ præscius, & imitator &c. *(relatis hîc suprà* b) *& plenius Ioannes Ierosolymitanus in libro de institutione primorum Monachorum cap. 39. (juxta Vvastelianam editionem) ubi circa ista verba* (c): ELIAS ascendit in montem Carmeli . . . Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis, ascendebat de mari: *ita scribit:* Traditum tenemus, Deum sub figurata visione revelasse tunc Eliæ quatuor magna mysteria, quæ per ordinem explicabo. Primò, quòd quædam infantula nasceretur, quæ ex utero Matris suæ ab omni peccato munda egrederetur. *Et paulò infrà:* Revelavit Deus Eliæ, quòd quædam infantula, scilicet Beata Maria, per illam nubeculam significata, &, instar illius nubeculæ, per humilitatem parva, nasceretur de humana natura peccatrice, designata per mare; quæ infantula jam in suo ortu esset munda ab omni peccatorum sorde, quemadmodùm nubecula illa de mari amaro orta, sine tamen aliqua amaritudine. *Ibi consequenter comparationem facit maris ponderosi & amari; indeque prodeuntis Nubeculæ, alterius omninò qualitatis, ac proprietatis, nempè levis & dulcis; & naturæ, ac massæ humanæ, instar maris, amaræ, & ponderosæ peccatis; & Virginis Deiparæ indè exorientis, à suo ortu levis, & dulcis, absque omni peccato: latiùs id videre licebit in ipso operè, & tomo præcedenti* (d) *& Istud est pulcherrimum, antiquissimaque traditionis testimonium pro immaculata Conceptione Deiparæ, sicut plures illustres Scriptores expendunt.*

2636. *Laurentius Deaponte, celebrati nominis Auctor, exponens* Sapientiam Salomonis (e) *post præfata verba ista:* Quæ infantula jam in suo ortu, *ea exponens, subjungit:* Hoc est in conceptione; nam ortum sumi pro principio, undè tantum est, ac si dixisset, in suo principio, esset munda ab omni peccatorum sorde, quemadmodum nubecula illa fuit de mari amaro, sine tamen aliqua amaritudine. Quid clarius: fuit, inquit, de mari amaro, hoc est concepta, compacta & ex aquis eruta amaris; ly enim (FUIT) non quidem nativitatem ex utero, sed in utero significat, hoc est primam effœtationem, primumque conceptum. *Id cum ulterius confirmasset, tandem sibi applaudens de illo argumento evidenti, & insigni pro Conceptione immaculata, sic concludit:* Quid clarius? habemus ergo ex revelatione Eliæ, Apostolorum confirmata sensu, nubeculam illam esse Virginem in suo conceptu sine ulla peccati contagione. *Ferdinandus Quirinus de Salazar Soc. Iesu in Tractatu* de Conceptione Immaculata *variis locis hoc argumentum adfert* (a) *& sic exponit:* Nubecula illa parva, quasi vestigium hominis, orante in Carmelo Elia, de mari ascendere visa est: non magis pluviâ, quàm Mariæ puritatem prænuncians, atque præsagiens. Oriebatur scilicet nubecula illa dulcis ab initio: & Maria (quæ nubes ab Hieronymo, & aliis sæpè Patribus appellatur) dulcis ab ipso Naturæ exortu, sine ulla peccati amaritudine exstitit. *Conformiter ista explicat Ioannes de Sylveira* tomo 1. Commentariorum in textum Euangelicum *libro* 1. *cap.* 3. *quæstione* 1. *cujus is est titulus:* Immaculata Virginis Conceptio ab omni peccato originali immunis Scripturæ testimoniis demonstratur: *ubi, inter alia, sic ad propositum:* Nubes à mari oritur, valdè tamen distinctæ qualitatis ab ipso est; mare amarum, gravidum, & ponderosum, opacum, & sterilizans; nubes verò valdè est semota ab his imperfectionibus; dulcis, levis, lucida, & fœcundans. Sic beatissima Virgo, licèt orta de humana natura, tamen tota pulchra, sine macula humanæ propaginis, venustissima apparet.

2637. *Itaque Conceptio immaculata Deiparæ Virginis, in typo* Nubeculæ parvæ, ascendentis de mari, *ipsam præfigurantis, revelata fuit S. Propheta Eliæ; & ideò (ut præfatus S. Methodius eum nuncupat)* puritatis Deiparæ prælcio: *& ipse S. Elias eam manifestavit S. Eliseo (sicut idem S. Methodius indicat in eadem homilia,* de Simeone, & Anna, *seu de Festo Purificationis) atque etiam aliis Filiis Prophetarum, à quibus ista traditio, de puritate, & immunitate ab omni peccato Virginis, continuata fuit, ab anno mundi tot millesimo centesimo, vigesimo sexto, ante Christum nongentesimo vigesimo septimo, usque in præsens sæculum. Hinc meritò Carmeli Ordo, istam traditionem conservans, præcipuo honore festum hoc olim solemnizandum instituit. Ordinis hujus traditionem illam adstruit imprimis præfatus Ioannes Ierosolymitanus, de quo ista Ferdinandus Quirinus,* (b) *referens Scriptores sæculi IV,* Floruit etiam hoc sæculo Joannes Hierosolymitanus, & ipse etiam Marianæ immunitatis adstipulator, in libro de Institutione Monachorum cap. 32. ubi Eliæ Nubeculam, ad puritatem Virgineæ Conceptionis significandam transfert, idque antiquissimâ sæculorum persuasione confirmat. *Et præfatus Laurentius* (c)

agens

(a) argum. 9. cap. 39. n. 11. & arg. 12. c. 12.

à S. Elia Proph. visa.

(b) n. 219.

(c) 3. Reg. 18.

pro Conceptione immaculata pulcherrimum argumentum,

(d) Tomo præced. n. 215.

De Conceptione immacul. traditio in Ord. Carmelit. à bis mille sexcentis annis.

(b) de Concept. immac. arg. 12 cap. 42.

(c) cap. 1. n. 4. digref. 2. §. 3.

Nubecula dulcis, & levis, ex amaro mari,

(c) in Sap. Salom. c. 1. n. 4. digref. 2. §. 3.

Digitized by Google

VIII. DECEMB.

agens de ista Nubecula, typo B. Virginis, seu figura: Ad litteram eam reperio de immaculata Conceptione intellectam à Joanne Episcopo Hierosolymitano quadragesimo quarto, qui mille, & ducentis propè ab hinc annis vixit: ut semel, quàm sit hæc opinio antiqua, constet. *Istis consonat Ioannes Eusebius Nierembergius, in libro inscripto*: Opera parthenica (a) *referens Patres à tempore Apostolorum adstruentes Immaculatam Conceptionem*: Joannes Jerosolymitanus, de Institutione Monachorum, nimiâ perspicuitate in hujus argumenti favorem, ac testimonium, loquitur; sed evitandæ prolixitatis gratiâ, ejus verba ad longum non refero: pauca tamen transcribam, quæ ad rem nostram planè sufficiunt: Quamvis in quolibet alio homine (instar maris) natura humana sit in sua origine ita amaritudine peccatorum, & vitiorum pondere pressa, &c. Beata tamen Maria de hoc mari (id est humana natura) aliter fuit orta; quia in suo ortu non fuit onerata amaritudine delictorum. *Argumentum hoc à revelatione ista facta S. Elia de Conceptione Deipara immaculata, demonstrata in typo Nubecula, & à traditione in hoc Ordine servata, ita plurimis placuit, ut propterea nonnulli peculiariter Carmelitano Ordini gratulentur: ita quidem Petrus Ojeda Societ. Iesu* in Informatione pro immaculata Virginis Conceptione, *congratulatur Religioni Carmelitanæ*, quòd à duobus millibus, quingentis, & ampliùs annis hujus veluti traditionis testimonium proferre possit: *ita quoque præfatus Ferdinandus Quirinus, quòd Carmelitæ* tàm nobile, tamque antiquum pro immaculata Virginis Conceptione testimonium inter suæ Religionis ditissimas gazas ostentent.

(a) cap. 13.

Gratulatio Ordini Carmelitano de tam nobili antiquo testimonio.

2638. *Hinc Scriptores illustriores hujus Ordinis, Conceptionis Immaculatæ assertores, & propugnatores semper extiterunt. Magnus Mariana gloriæ defensor, Ordinis Carmelitici singulare decus S. Cyrillus Alexandrin. commentario in Ioannem, sic eam adstruit* (b): Omnes homines, excepto illo, qui de Virgine natus est, & sacratissimâ etiam Virgine, ex qua Deus homo prodiit in mundum, exceptâ, cum peccato originali nascimur. *Alios plerosque posteriores, qui de Conceptione immaculata libros scripserunt, recenset P. Lezana*: Inter posteriores specialiter numerantur: Osbertus Pickenghamus Anglus: Hugo de sancto Neoto etiam Anglus; Joannes de Bachone, ejusdem nationis; Beatus Petrus Thomas Constantinopolitanus Patriarcha; Guillelmus de sancta Fide Anglus, Bernardus Olensis Hispanus, Generalis Ordinis: Michael de Bononia, etiam Generalis: Philippus Kersberius, Gandensis: Franciscus Martini Catalanus: Philippus Albertus de Nussia, Colonienſis: Godefridus Candelarius, Prior Aquisgrani: Joannes Palæonydorus Battavus. Inter quos etiam omnium ego minimus numerari cupio, qui anno 1616. in Universitate Complutensi Lector Fratrum existens, de hoc mysterio librum scripsi, Matriti typis editum. *Istis etiam accensendi* P. Gregorius Candel, *Hispanus, qui tractatum edidit* de antiquitate Festi Conceptionis in Ordine Carmelitano: & P. Franciscus Bonæ-Spei, *iteratis vicibus Provincialis Flandro-Belgica, in libro, cui titulus*: Magni Prophetæ Eliæ, sacri Ordinis Carmelitarum Fundatoris Visio. *Vbi (inter alias) adfert* Rationes centum de Immaculata Conceptione, *ex insigni Tractatu præfati* Francisci Martini. *Asserta ex præfato* Joanne Bachone, *nec non* Thoma Waldensi, *videri poterunt apud præfatum* Nierembergium *in prædicto opere* (a).

(b) lib. 6. in cap. 15.

Carmelitani Ord. scriptores strenui assertores, & propugnatores Conceptionis immacul.

(a) in Sacrosyllabo cap. 11. & epist. 15.

2639. *Baptista Mantuanus libro 8. Fastorum (undè quædam adduximus hìc suprà ad diem XV. Augusti) agens de Assumptione Deiparæ, occasionaliter ista de Conceptione immaculata inserit*:

Sed neque, quòd tulit Adami dementia quondam,
Dedecori subjecta fuit, sine sordibus ivit
Sola per humanas sordes. ———

Istis concinit libro 1. Parthenicês Mariana:

Quòd si siderei tanto splendoris honore
Fulget, ut æterno qui temperat ordine mundum
Gestavit gremio, lactaverit ubere dulci,
Strinxerit amplexu, summoque vocârit olympo,
Quare illam in nostras opus est detrudere sordes,
Et turpi infestare luto, mortalibus æquas,
Cui Pater æthereus mentè subjecit, & astra?

Arnoldus Bostius etiam peculiarem scripsit librum pro Immaculatæ Conceptionis assertione: pro qua etiam agit in eleganti libro, de Patronatu B. Virginis, in quo capite 13. hæc, inter alia:

Cùm vicibus mundum, modò sol, modò nubila complent,
Hujus semper habent corda serena diem.

Et infrà:

Ventre parentis clausa, creantis Pneumate plena,
Immaculata nitens, nescit contagia mundi.

Alia, quæ ibi consequenter scribit ad hoc propositum, legere oblectabit (b). *De Indulgentiis pro hoc Festo Ecclesiis Ordinis hujus concessis videatur hìc suprà ad diem 2. Februarij, ubi de Festo Purificationis* (c): *præter quas etiam plenarias, perpetuis temporibus Duraturas largitus est SS. Dom. Clemens X. Papa. Cum autem ab instanti Conceptionis ipsa Virgo Deipara fuerit* gratiâ plena, *& sacra illa* domus aurea, *cui ista à Spiritu S. dictata verba appropriantur*: Sapientia ædificavit sibi domum ... excîdit columnas septem, *videlicet eam tunc Deus ornavit septem donis Spiritûs sancti, & consequenter universitate virtutum, quas in heroico gradu toto vitæ cursu exercuit, convenienter hoc festo legetur, & expendetur* Corolla virtutum *contexta hìc superiùs ad diem XXV. Martij, ubi de Festo Annuntiationis*: (d)

(b) videatur to. præced. n. 1696. & seq.

(c) hìc sup. n. 816.

(d) n. 1139.

XIV. DE-

Digitized by Google

XIV. DECEMBRIS.

XIV. Decemb.

Circa an. Chr.

VITA S. SPIRIDIONIS ARCHIEPISCOPI TRIMYTHVNTIS.

NOTATA PRÆVIA.

(a) ad XIX. Kal. Jan.

2640. IN *Martyrologio Venerabilis Bedæ* (a) *his commemoratur verbis:* Apud Cyprum Natale S. Spiridionis Episcopi admirandæ beatitudinis viri: qui unus fuit de illis Confessoribus, quos Maximianus dextris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnaverat, qui etiam Propheticam vitam duxit. *In Martyrologio Adonis eadem leguntur, in fine autem sic:* Quique cùm propheticam vitam duceret, etiam signorum gloriâ inclytus fuit. *In Martyrologio Romano additur:* In Nicæno Concilio Philosophum Ethnicum Christianæ Religioni insultantem devicit, & ad fidem perduxit: (*prout latiùs in sequentibus*) *& ibi in Notationibus:* Non solùm interfuit S. Nicæno Concilio, sed & adnumeratur etiam Spiridion, seu Spiridon inter Patres, qui in Concilio Sardicensi fidem Catholicam propugnârunt, ut constat ex Athanasij Apologia 2.

S. Spiridion admirandæ sanctitatis,

Propheticam vitam duxit:

(b) lib. 10. c. 4.

2641. *Rufinus in Ecclesiastica historia* (b) *agens de præfato Concilio Nicæno, & nominatissimis aliquot Episcopis, quibus à Maximiano, in confessione fidei, oculi evulsi fuerunt, & qui miraculis claruerunt, ac Concilio isti interfuerunt, sic meminit S. Spiridionis:* Ex eorum numero (& si quid adhuc eminentius) fuisse dicitur etiam Spiridion Cyprius Episcopus, vir unus ex Ordine Prophetarum. *Arnoldus Bostius in libro de Patronatu B. Virginis* (*quem scripsit an.* 1473.) *cap. 2. explicans, quid sit* propheticam vitam ducere, *aut esse* prophetici Ordinis, *sic mentionem introducit S. Spiridionis:* Eusebius quoque Præsul Cæsariensis Pamphili cognomine celebris, lib. 2. Ecclesiasticæ historiæ, Carmelitas, florifera sanctissimi Patris Eliæ germina... Apostolorũ tempore, pro cœlestis regni spargendo semine, etiam remotos adiisse populos, & Antiochiam usque (quæ civitas à monte Carmeli XII. dierum itinere distat) pervenisse testatur: Apud Antiochiam, inquiens, florentissima congregatur Ecclesia, in qua etiam erant Propheticæ Ordinis viri quàmplurimi, (*Notanda verba illa:* Prophetici Ordinis viri quàmplurimi: *nam* Prophetæ *strictè loquendo non* plurimi, *sed pauci semper fuerunt*) *Prosequitur Bostius:* Parili more de sancto Spiridione Patre nostro habetur in historia Ecclesiastica libro 10. quòd Episcopus Cyprius fuerit ex Ordine Prophetarum. Et alibi de eodem habetur, quòd Propheticam vitam duxerit. *Cujus appellationis rationem mox addit:* Quòd vitæ sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei, qui Religionem Propheticam instituerunt, imitator fuerit observantissimus. *Conformiter scribunt Ioannes Palæonydorus, & alij, ac inter eos Aubertus Miraus* (c): S. Spiridion Trimythuntis urbis Cypri Episcopus... Hic Constantino Imperatore Nicæno Concilio interfuit, & Sardicensiũ Patrum Consessum suâ quoque præsentiâ, ut B. Athanasius testatur, ornavit. De eo tradunt historiæ Ecclesiasticæ, quòd fuerit Ordinis Prophetici, sive ex Ordine Prophetarum; & quòd duxerit vitam Propheticam: non quòd ipse futura tantùm prædiceret; sed quòd Propheticæ Religionis à Propheta Elia institutæ fuerit alumnus.

Fuit ex Ordine Prophet.

Propheticæ vitæ ratio quæ sit.

(c) in lib. de orig. & increm. Ord. Carm. 2. edit. c. 6.

2642. *Ita quoque Petrus Wastelius* (a) *qui post adducta prasata Rufini verba, subjungit:* Quis autem est Ordo ille Prophetarum, nisi Ordo monasticus? Is nempe, quem Elias, Eliseus, aliique eorum sequaces Prophetæ instituerunt. Quippè Scriptori huic synchroni Patres Ambrosius & Hieronymus institutum monasticum vocant vitam, seu disciplinam propheticam: hic comment. in c. 7. Micheæ, ille lib. 1. officiorum c. 30. Hieronymum imitatus est in eundem Prophetam scribens Remigius Altisiodorensis. *Sed frequentissimè Ioannes Hierosolymitanus in libro de Institutione primorum monachorum, vitam monasticam eremiticã nuncupat* Vitam prophetalem, *seu* propheticam: *ita quidem cap. 9. in fine:* Hoc itaque prædicto modo prophetalem vitam monasticam ducebat Elias in eremo: *ita sæpiùs ante: cur autem dicatur* Vita prophetica, *rationem reddit cap. 10. & 11. & alibi; videlicet tum quòd à S. Elia Propheta primùm instituta, exercita, & tradita; tum quòd ad Psalmos Deo canendos dicata; propterea etiam olim primi discipuli S. Elia nuncupati fuerunt* Prophetæ, *&* Filij Prophetarum: quia Elias Monachos successores post se instituit, non tantum ad vitam monasticam observandam, secundùm formam à Deo sibi traditam, sed etiam ad hoc officium, ut scilicet PROPHETARENT, hoc est, ut in Psalmis, & canticis, & hymnis devotè Deo psallerent: Et propterea appellati sunt PROPHETÆ, id est, PSALLENTES: & eorum vita dicta est PROPHETICA. *Ita præfatus Ioannes Ierosol. dicto libro cap. 10. Plura ad hoc propositum videri poterunt tomo præcedenti* (b): *& Lezana in Annal.* (c): *ubi notat, Ordinis hujus Assecl as olim cognominatos* Prophetas; *eo autem nomine* denotari sæpè sæpiùs non tam eos, qui futura aut occulta hominibus pandebant, quàm illos, qui specialiori Dei cultui, & obsequiis vitã suam nuncupabant.

(a) lib. 1. Vindic. Prophetica vita *idem quod* monastica.

Propheta *sæpe idem quod* psallens, *seu* specialiter Deo dicatus.

(b) n. 60. & 63.

(c) tom. 1. in Appar. c. 2. per tot. & n. 3.

2643. *Quòd autem S. Spiridion Prophetici Eliani Ordinis cultor fuerit, plenius à P. Lezana in Annalibus Carmelitarum* (d) *his stabilitur fundamentis: Primò, quòd à Rufino celebri Auctore dicatur* Vir unus ex Ordine Prophetarum... Etenim Ordinis Prophetarum titulus Elianum, & Propheticum nostrum Ordinem designat, ut probavimus to. 1. in Apparat. c. 2.

(d) ad an. 273.

Digitized by Google

XIV. DECEMB.

n. 23. Unde estò quòd Spiridion Ordinis Prophetarum unus dici posset, quia spiritu prophetico sæpiùs clarus extitit, ut ex Metaphraste apud Surium to. 6. pro die 14. Decembris, & aliis vitæ ejus Chronologis clarè elicitur; altiori tamen modo hoc ipsi cognomen Ruffinum dedisse, quia videlicet Prophetale Institutum sectaretur, rectè probat ex nostris, post Palæonydorum, & alios, Petrus Wastelius. Tum ex eo, quòd magnam cum Joanne Jerosol. is Ruffinus familiaritatem habuit, prout ex Hieronymo, & Epiphanio infertur; Joannes autem Jerosolymitanus sæpiùs Eliæ posteritatem ORDINEM PROPHETALEM, seu PROPHETICUM, aut PROPHETARUM COMPELLAT: ab ipso ergo Ruffinus phrasim istam mutuare potuit. Tùm præterea, quia Beda, Ado, & Usuardus in suis Martyrologiis, & Petrus de Natalibus veluti Ruffinum interpretantes dicunt, quòd PROPHETICAM DUCERET VITAM ... Accedit communis traditio Religionis per singulos ejusdem Historicos, tùm veteres, tùm recentes derivata, qui Spiridionem Elianæ familiæ accensent ... Tollitur autem in hoc difficultas Ecclesiæ auctoritate, quæ hunc sanctum Spiridionem in nostro Breviario pro Sancto Ordinis celebrandum proponit pro die 14. Decembris, hanc Collectam de ipso decantari concedens: [S. Spiridionis Confessoris tui, atque Pontificis nos Domine festa tueantur, & sicut ille Religionis à Propheta Elia institutæ, orationibus, & operibus fuit fidelis imitator, ita nos ejus sequentes vestigia, cum eo te perfrui valeamus.] *Ita legitur in Oratione festivitatis S. Spiridionis ad Missam, & Canonicas horas Officij divini, iteratis vicibus à Sacrorũ Rituum Congregatione recogniti, & approbati.*

S. Spiridion alumnus prophetici Eliani Instituti;

2644. *De ejus ingressu (ac conversatione) in Propheticum Elianum Carmeliticum Ordinem agitur in Annalibus Carmelitanis ad annum Domini 310. ubi ista:* Ad idem tempus congruè cum Palæonydoro referimus ingressum S. Spiridionis Cyprij; sic enim ille: [Circa annos Domini 310. Sanctus Pater noster Spiridion Eliæ Religionem magnis virtutibus decoravit.] *Quomodò autem id gestum, ibi consequenter traditur. Cùm autem prima Ordinis hujus pars sit* meditari die ac nocte in lege Domini, *& cæterarum virtutum incumbere exercitiis, quàm studiosè id peregeris, sic Metaphrastes refert in ejus vita:* Mel virtutis conficiens diligentiùs, & in lege Domini studiosè meditans, benignissimus evasit & clementissimus. Et ut semel dicam, erat Spiridion divinum virtutum exemplar archetypum; habens quidẽ omnes in se scriptas, sed ad quarum imitationem pauci poterant accedere. Cùm sic ille resplenderet benefactis, magnamque vitam, & insignem attulisset, multa quoq; dona majora consequitur. *Nonnulli autem censent verisimiliter S. Spiridionem fuisse Ordinis Prophetici cultorem talem, quales describuntur hìc suprà (a) Fundamento X. videlicèt non professum tribus substantialibus votis, sed veluti Tertiarium. Id etiam verisimile est de S. Abdia, discipulo S. Elia: quem tamen alij tradunt, dimissâ uxore, consentiente, seu dato (sicut in Lege veteri licitum erat) libello repudij, ipsum S. Eliæ discipulum factum (sicut tradunt S. Epiphanius, S. Isidorus, & alij) Porro discipuli S. Eliæ* Virgines multi Filij Prophetarum *fuerunt, sicut scribit S. Hieronymus (a) ita & ejusdem posteri, Propheticam vitam religiosam ducentes (de quorum numero fuit S. Spiridion) aliquos tamen fuisse uxoratos, colligitur ex istis capitis IV. libri 4. Regum verbis:* Mulier quædam de uxoribus Prophetarum clamabat ad Elisæũ, dicens: Servus tuus, vir meus mortuus est. *Et isti Propheticam Religiosam vitam ducentes (sicut Ordinem Religiosorum Tertiarij) peculiariter rerum cœlestium contemplationi vacantes, ac divino cultui specialiori ratione addicti; licèt, strictè loquendo, non possint dici* Religiosi (*scilicet per tria vota solemnia*) Religiosi *tamen dicuntur, acceptione aliquantò latiori. Et sic quoque de S. Spiridione intelligi potest, quòd* Religionis à Propheta Elia institutæ, orationibus, & operibus fuit fidelis imitator. *Verumtamen, quòd S. Spiridion uxorem suam, adhuc viventem, etiam reliquerit (consentientem utique) videntur etiam innuere ista ex Metaphraste verba:* Cum legitima quidem & pudica uxore non diu versatus: & liberorum pater ex ea effectus, deinceps voluptate, & omni aliâ mundanâ cupiditate permansit superior. Hinc mel virtutis conficiens diligentiùs, & in lege Domini studiosè meditans. *Sed licèt uxorem non dimiserit, nec ante Episcopatum vitam monasticam egerit; satis est, quòd Episcopus existens vitam monasticam propheticam Elianam susceperit. Sic S. Eusebius Episcopus Vercellis* instituta monachorum ex Oriente suscepit, & exercuit, ac pariter Episcopale munus gessit, *ut testatur S. Ambrosius (b) Ita quoque S. Martinus, & alij.*

circa quod tempus;

in lege Domini meditans archetypum virtutum efficitur;

nonnulli censent, ipsum fuisse Tertiarium.

(a) epist. ad Eustoch.

(b) epist. ad Vercel.

(a) num. 336. & seq.

2645. *Graci in Menologio recolunt S. Spiridionem pridie Idus Decembris (id est die XII. Decembris) quo etiam festum ejus apud ipsos solemnizatur: sicut constat ex istis vitæ apud Metaphrastem:* Agebatur quidem dies festus magni Spiridionis: *& paulò ante:* Cùm ejus dies festus celebraretur: celebratur autem duodecimo mensis Decembris. *Latini autem in Martyrologiis de eo agunt die XIV. Decembris: ad quem in antiquis Kalendariis Ordinis Carmelitani legitur:* Spiridionis Episcopi & Confessoris Ordinis nostri: Duplex. *In Kalendario autem Breviarij Venetiis impressi an. 1573. apud Petrum Debuchinum ad diem 12. Februarij:* Spiridionis Episcopi & Confessoris Ordinis nostri, Duplex: fuit 14. Decembris; sed ejus festum propter ferias Adventûs in hunc diem translatum est. *Oratio autem ad Vesperas, Laudes, & Horas ista erat:* Semper Domine Deus sancti Spiridionis Confessoris tui, atque Pontificis sanctam festivitatem nobis venerantibus tribue, sicut ille Religionis à Propheta Elia institutæ, orationibus, & operibus fuit fidelis imitator: ita &c. *(sicut jam ante) Postmodùm auctoritate Apostolica Sedis festum istud repositum ad diem 14. Decembris, in toto Carmeli Ordine sub ritu duplici celebratur. Agunt de sancto Spiridione Ecclesiastica historia veteres Scriptores,*

Graci eum colunt 12. Decemb.

in Carmeli Ordine festum ejus agitur 14. Decemb.

Digitized by Google

XIV. DECEMB.

Scriptores, præfatus Ruffinus, Socrates, Sozomenus, Caſſiodorus, Nicephorus, & alij; prolixiùs autem Metaphraſtes, Lipomanus, & Surius; eſtque iſte titulus: Vita & certamina S.P.N. Spiridionis Archiepiſcopi Trimythuntis. *Cùm autem Auctores iſti, aut aliqui ex illis, paſſim obvij ſint, ſatis erit hîc audiviſſe vitæ S. Spiridionis epitomen ac præcipua aliquot ejus geſta, miracula, & virtutes, annotando ad ſingula, unde deſumpta ſint.*

Vita, geſta, miracula.

(a) PROLOGUS ex Metaphraſte.

2646. (a) [AD utilitatem animæ res eſt maxima, vita generoſorum & piorum virorum, & quæ poteſt parare magnas opes virtutis. Non ſolùm enim reſecat id, quod eſt deterius: ſed etiam magnam efficit mutationem ad id, quod eſt melius. Sive enim fuerit aliquis vitiis præoccupatus, talibus fruens narrationibus, faciliùs ab eis ſe continet. Sive ſit aliquis virtutis ſtudioſus, auditâ hiſtoriâ, exurgit alacrior, & amore ejus, quod eſt ſimile, incitatur ad imitationem. Imitatio autem & æmulatio magnorum & admirabilium virorum quantùm poſſit, & alij quidem oſtenderunt, eorum qui præceſſerunt præclarum virtutis ſtudium imitati: maximè verò omnium vita admirabilis Spiridionis.]

Sanctorum vita quàm & ad quid utiles.

(b) ex Petr. de Natalib. Epiſcop. Equilin. in Catalogo Sanctor. lib. 1. c. 66.

2647. (b) [Spiridion Epiſcopus in Cypro fuit: de quo Caſſiodorus in hiſtoria tripartita refert, quòd fuit de numero illorum Confeſſorum, quos Maximinus Imperator dextris oculis effoſſis & ſiniſtro poplite præciſo, ad metalla damnaverat. Hic cùm Propheticam duceret vitam, etiam ſignorum gloriâ inclytus fuit. Inter quæ dùm latrones ad furandum ſibi nocte veniſſent: eos divinitùs alligatos manè cepit: eoſque diſſolvit: de ſcelere eos corripit, eiſque piè arietem conceſſit. Mos erat ſibi cuicumque petenti ex fructibus collectis mutuare. Dum ergò cuidam granum mutuaſſet, & ille ad arcam reſtituendum detuliſſet, manu appoſitâ nihil reſtituit: quod Sanctus per ſpiritum cognoſcens, tacuit. Sed dùm ille aliâ die ad arcam pro alio mutuo ſumendo veniſſet, nihil in ea reperit, quæ tamen frugibus plena erat; & ſic peccatum ſuum confeſſus eſt.]

S. Spiridion qua pro Chriſto paſſus:

(c) ex Metaphr. in ejus vita.

2648. (c) [Caſtigabat Deus inſulam pluviæ ægeſtate, & gravis premebat ſiccitas: & ſiccitatem quidem conſequebatur fames: famem autem peſtis: & populi quidem magna pars jam interierat: altera verò id mox credebatur paſſura. Opus autem habebat illud malum omninò aliquo Eliâ, aut alio illi ſimili, qui cœlum aperiret oratione: is verò erat Spiridion. Nam cùm plaga graviter urgeret, & populum valdè perſequeretur, ipſe pro grege magnum capiens angorem, & paternis inflammatus viſceribus, rogat quidem ut clemens Deum clementem. Ille autem ſtatim implet cœlum nubibus ex extremo terræ: & quod eſt mirabile, nè aliquem morum elementorum exiſtimaret conſequi pluviam, Deus eas procul oſtendit. Siſtit autem, non priùs permittens eas aſcendere inſulam, quàm Sanctus eum rursùs oraret. Nondùm enim ille guttam emiſerat lacrymarum, & protinùs multa erupit pluvia: & pingueſcit quidem terra e aluntur autem fructus, & creſcunt ſegetes, & omnia ſimul mala ſolvuntur. In hoc Spiridion fuit ipſo Elia, ut aliquid dicam audacter, benignior. Nam Elias quidem cum pluviam retinuiſſet, deindè rursùs remiſit: ille verò primum non imitatus, exiſtit ei par in ſecundo.]

(a) ex Nicephi. lib. 8. cap. 15.

2649. (a) [In Concilio Nicæno Philoſophus Chriſtianam religionem in contentioſam controverſiam trahens, arte dicendi ambitioſè ſeſe venditans, & Chriſtianis Sacerdotibus inſultans, nugas, ac deliramenta eſſe dicta eorum cum reprehenſione objiciebat: Spiridion ſimplex ſenex ſuperbiam ejus non ferens, cum eo diſputatione eſt congreſſus. Et temerariis quidem ea res riſui fuit: qui verò æquiores humanioreſque erant, verebantur, nè ab homine arte multâ inſtructo, vir Græcarum diſciplinarum prorsùs expers, ludus fieret: & tamen dignitate tantâ ſpectatum inhibere reformidabant. Itaque cùm id ei permiſſum eſſet: In nomine Jeſu Chriſti, Philoſophe, inquit, audi. Unus eſt Deus cœli & terræ, viſibilium que, & inviſibilium omnium conditor, qui univerſa hæc, virtute Verbi produxit & ſuſtinet, & ſanctitate ſpiritus ejus ſtabilit, & confirmat. Id Verbum, quod à nobis filius Dei nominatur, errorem, & ſeductionem humani generis miſeratum, natum eſt ex muliere, & humanum ſubſtantialiter recepit corpus: mortuum etiam eſt pro nobis, & reſurrexit. Et veniet primo quoque tempore, factorum tujuſque quæſitor & judex. Hæc ſic ſe habere, citra curioſam inquiſitionem, credimus. Nec tu, quomodò hæc ſint, quære: neque rationem eorum arguere, aut explorare aude. Superant enim hæc rationem, & cognitionem omnem longè præcellunt. Et paululum conticeſcens: Crediſne, inquit, hæc? reſponde. Ad hæc primùm hianti ore conſternatus Philoſophus: deindè, credere ſe dixit: victumque eſſe ſtatim profeſſus, eadem quæ divinus ille ſenex ſentiret, ſe quoque ſentire conſtituit: atque ut & alij eundem reciperent animum, operam dedit, jure jurando confirmans omnibus, non ſine divino numine religionem complexum, ſed arcana quadam vi ad ſacra Chriſtianorum ſe traductum eſſe.]

Philoſophum argutum pauciſſimis verbis ad religionem Chriſtianam adducit.

(b) Caſſiodor. in Eccleſ. hiſtor. tripartita lib. 1. c. 10.

2650. (b) [Dignum eſt hujus ſacratiſſimi viri mirari puritatem, & Eccleſiaſtici Ordinis cuſtodiam. Dicitur, quodam tempore pro aliqua utilitate in unum Cyprios Epiſcopos conveniſſe, & inter eos fuiſſe hunc Spiridionem, & Triphyllium Ledrenſem Epiſcopum, virum eloquio & ſapientiâ, nec non Beryto legibus eruditum. Cùm itaque collecta celebraretur, injunctum eſt Triphyllio, ut faceret ſermonem in populo.

Triphyllium Epiſc. verba S. Scriptura mutantem, corripit;

Digitized by Google

XIV. DECEMB.

Cumque ille locus veniſſet ad medium; Tolle lectum tuum, & ambula, cubile dixit pro lecto, mutans nomen. Spiridion autem indignatus in eum, & exiliens de cathedra ſacerdotali; Tu melior es, inquit, eo, qui lectum dixit, quia ejus verbis uti confunderis? Hoc autem fecit populo conſpiciente, mediocritatem docens eum, qui eloquij ſupercilio prætumebat.]

(a) Metaphraſt. in vita S. Spiridionis.

2651. (a) [Magnus Conſtantinus, relicto imperio, è vivis exceſſerat; id autem filij diviſerant. Et Conſtantinus quidem, cui fortè obtigerat, ut teneret imperium Orientis, in magna urbe Cœleſyriæ, nempe Antiochia, verſabatur. Eum autem gravis morbus invadit, qui medicorum manus & artem reprobabat. Hac de cauſa aliorum omnium ſpe abjectâ, eum precabatur ſolum, qui poteſt curare animas, & corpora. Cùm verò precatione uteretur intenſiùs, noctu in viſione ei apparet angelus, oſtendens ei chorum ſanctorum multorum Epiſcoporum, in quos cùm Imperator defixiſſet oculos, in medio quidem eorum videt quoſdam duos ſtantes, qui erant ipſi quoque Epiſcopis ſimiles. Videbantur autem eſſe duces, & præſides aliorum. Cùm eos ipſi oſtendiſſet Angelus, ſolos eos eſſe dicebat ejus morbi curatores. Cùm eum verò dimiſiſſet ſomnus, conſiderabat quidem, quinam ij eſſent; non poterat autem ſomnium conjicere. Cùm propter hæc ergò eſſet animi dubius Imperator; & ſimul quidem viſione moveretur, cruciaretur autem doloribus, neſciebat quidnam ageret. Fervor verò fidei illum optimè admonebat, non adeò temerè illam apparuiſſe viſionem. Undè etiam ei perſuadet, ut præclarum, & Imperatore dignum, & in præſentia quidem ſapientia minimè vacuum, caperet conſilium. Quotquot enim Epiſcopi per univerſum Romanorum Imperium, vitæ ex virtute agendæ curam gerebant, juſſit convenire: ut cùm ſimul convenirent, duo quoque, qui ei apparuerant, ei noti evaderent. Miſſæ ſunt ergò literæ per univerſam regionem, quæ parebat Romanis; & vocabat Epiſcopos; etiam in Cyprum inſulam, accerſens Spiridionem, & illius gratiam. Ille autem omnia quidem ſpiritu præviderat de Imperatore. In ſomnis enim ei ſingula ſignificabat gratia. Cùm verò Imperatoris quoque verba ei conſentirent, non invitus ad eum proficiſcitur: illum quoque virum ſecum ducens, qui in ea, quæ priùs apparuerat, viſione cum illo adſtiterat Imperatori. Ei nomen erat Triphyllius: qui nondùm quidem adeptus erat ſacerdotium; à ſuperis autem, antequàm eligeretur ab hominibus, fuerat deſignatus. Cum eo ergo ſimul ingreditur Spiridion in regiam, tenuiter admodùm ornatus, & ſimpliciter. Nam veſtis quidem erat admodùm vilis: in manu autem habebat virgam ex palma, & tiaram geſtabat in capite. Prætereà verò vaſculum quoddam fictile ei pendebat ex collo, ut qui, ſicut mos erat, iis qui ſanctam habitabant civitatem, ſtatuiſſet ferre oleum ſanctæ Crucis.

Conſtantin. Imp. morbo incurabili laborans Dei opem implorat;

ei Angelus apparens, morbi curatorem oſtendit S. Spiridionem;

in eu Cypro. Antiochiam vocatur:

venit habitu ſimplici indutus:

2652. Quoniam autem non ſatis erat tenuitate, & à rebus ſuperfluis aliena ſimplicitate, ſed etiam in ferendis injuriis moderatione ſuum imitari Dominum: quidam in regia, ejus irridens tenuitatem, & indecorum eſſe arbitrans, eum ingredi in regiam, qui ita eſſet veſtitus, illi ſacræ maxillæ incuſſit colaphum. Fulmen autem non fuit è cœlo miſſum in eum, qui percuſſerat: ſed id omninò paſſus eſt, qui ipſe quoque in ſe ipſo Deus id erat paſſus. Ille verò (ô generoſum animum, & ad patiendum ambitioſiſſimum!) ei, qui ipſum afficiebat injuriâ, præbuit & alteram, promptus ad Dominicam legem implendam, & ſe promptum exhibendo ad patiendum, vincens illam nimiam celeritatem manûs, & impudentiam. Hoc illum inſolentem & injurioſum cepit hominem, & magno pudore affecit; & maximè, quòd acceperat, eum eſſe Episcopum, qui affectus fuerat injuriâ. Undè etiam mutatus, fit ei ſupplex, & petit veniam, inconſideratæ lapſum audaciæ curare contendens calore pœnitentiæ. Ille autem (didicerat enim, ſicut ferre injurias, ita debita remittere: imò verò eum, qui ipſi moleſtiam attulerat, remunerari bonis) verbis quibus potuit, eum affecit beneficio, paternè conſulens, & meliorem ei reddens animam. Quò factum eſt, ut qui apud Imperatorem primos honores obtinebant, eum reverenter proſequerentur, &, ut par erat, ducerent ad Imperatorem.

colaphus incutitur ejus maxillæ:

alteram præbet:

percuſſorem pœnitentem ſolatur:

2653. Non ſunt autem prætermittenda, quæ interim evenerunt, quæ ſunt ſtudio digna, & quæ poſſunt magnam afferre utilitatem animis ſtudioſis ſapientiæ. Videns ille magnus ſuum diſcipulum Triphyllium perfectum mox futurum, & ei ſimilem; in præſentia verò ea, quæ in mundo ſunt magna, & pro quibus multi eſſe contendendum exiſtimant, magna eſſe exiſtimantem, ut qui eſſet adhuc ætate juvenis, & haberet ætatem ad hoc opitulantem, & ea quidem admirantem, quæ erant in regia: veſtes, inquam, ſplendidas, & auri nitorem; & ante omnia quidem ipſum Imperatorem, qui in excelſo quidem præſidebat, conſpiciebatur verò terribilis, & ſpecie inſignis. Cùm propter hæc omnia videret eum ſtare ſublimem & erectum, & quaſi à ſe diſceſſiſſe, ei veluti ſomnum ſolvens, & quæ verè habebat ſomnia, manu palpans, & depellens: Sed mihi, inquit, Triphylli, illum ipſum oſtende Imperatorem: neque enim poſſum ſcire, quiſnam ſit. Is autem non intelligens, quid magnus ſibi vellet Spiridion: Hic eſt, inquit, manu oſtendens Imperatorem. Quid eſt ergo, inquit Spiridion, hic aliis admirabilior, niſi eum etiam dixeris juſtiorem ob faſtum & ſplendorem? Non æquè ac quivis pauper ignotus morietur: ſimiliter verò ſepulturæ mandabitur, & interibit: ſimiliter quoque ſiſtetur ante incorruptum Judicem?

quandamrum rerum vanitatem,

pio inſigni diſcurſu oſtendit:

Cur

Cur quæ fluunt, tanquàm quæ sunt stabilia, honoras: & quæ nihil sunt, habes in admiratione, cùm liceat potiùs ea quæ sunt materiæ expertia & æterna, quærere, & gloriam amare cœlestem, in quam non cadit interitus?

Imperator cum agnoscit,

2654. Cùm hæc autem diceret Triphyllio, Imperator ex excelso tribunali in Sanctum conjicit oculos: & primùm quidem eum attrahebat habitus & amictus, formæ, quæ visa fuerat, conveniens. Sic enim visus fuerat ei adesse in somnis, & erant omnia eadem, virga, tiara, vas è collo dependens, & vestis. Quamobrem statim surgens è sede,

& ei veneratur:

vadit ad magnum Spiridionem. Desiderium enim recuperandæ sanitatis, faciebat eum alia contemnere. Splendorem certè Imperatorium, & Imperij magnitudinem postponens honori magni Spiridionis, se admodum humiliter & abjectè in eum gerit, humilitate captans misericordiam, & ostendens, quantùm interfit inter Regem, qui est ad tempus; & eum, qui servit Regi æterno. Ille ergo, inclinato capite, placabat eum lacrymis, & ejus petebat preces, tanquam validissimum aliquod medicamentum, quod omnem molestiam potest facilè solvere. Postquàm ergo

ejus tactu sanatur:

manus illius tetigit caput Imperatoris, statim fugatus est morbus, & convaluit Imperator.

hinc ingens gaudium in aula:

2655. Quis, quæ postea consecuta sunt, narrabit, eorum qui aderant, & ipsius Imperatoris, quemadmodum die toto festum agebant, & propemodum exiliebant, & neque se præ gaudio poterant continere? Solus Spiridion erat in labris omnium, adspiciebatur Spiridion: Spiridion erat id, quod studio erat omnibus. Imperatori itaque fuit quidem corpus restiturum sanitati: ut autem sana esset ejus anima, numquid ut parvum, & à medico contemnendum, fuit despectum? Ubinam verò hoc fecit sacrosancta illa anima? Sed ei quoquè omninò conveniens adhibuit medicamentum, ut qui suaserit quidem, ut meminisset Dei beneficij: in eos autem, qui ejus parebant imperio iis quidem qui offendebant, & aliquam attulerant molestiam, clementem se præberet & misericordem; iis verò, qui secus se gesserant, benignum & liberalem: iis autem, qui privati erant rebus necessariis, patris & curatoris munus obeuntem, manumque & viscera iis benignissimè aperientem. Quantùm enim, inquit, præstas cæteris, tantùm te esse oportet virtute excelsiorem. Qui enim non sic est affectus in subjectos, Tyrannum oporet eum potiùs vocare, quàm Imperatorem: qui non est censendus beatus propter potestatem, sed qui censetur miser, & odio habetur propter superbiam. Postremò adhortatus est, ut accuratè teneret, & observaret ea, quæ pertinent ad pietatem, & ne tantillum quidem admitteret, quod non Dei videretur Ecclesiæ. Et hæc quidem Magnus.

S. Spiridionis salutaris monita ad Imperatorem:

2656. Imperator autem volens eum remunerari propter acceptam ab eo curationem, dabat ei vim auri innumerabilem. Ille verò ei dixit lepidè: Non sic oportebat, ô Imperator, odio remunerari amicitiam. Quæ enim à me propter te facta sunt, sunt revera amantis, domum relinquere, & tantum maris transmittere, & hyemis ferè difficultatem, & ventorum in aqua immanitatem. Pro horum ergo remuneratione aurum accipiam, quod est omnis mali causa, & facilè perdit, quidquid est justum? Quomodò non meipsum apertè accusarem, & summæ damnarem improbitatis? Hæc illo dicente, & se nihil accepturum affirmante, violentiùs instabat Imperator, ut daret; dedecus quodammodò existimans, ut qui beneficio esset affectus, beneficium non remuneraretur: sed expulso morbo corporis, vinceretur in animi probitate. Quocirca magis instabat, ut vinceret sic affectus eum, qui vinci non poterat. Et persuadet quidem illi, ut accipiat: non autem, ut quod datum fuerat, apud eum maneat. Cùm enim valere jussisset Imperatorem, distribuit omnia iis, qui erant in regia: reipsâ docens, quomodò oporteat eos affectos esse ad opes & pecunias, si velint esse liberi. Magna enim ad eas propensio, & nimis victum esse ab earum possessione, quid est apertè aliud, quàm voluntaria servitus? Hoc cùm audiisset Imperator, dixit, se non ampliùs mirari, si hic vir, qui ita vivit, tàm magna faciat miracula. Quantum itaque fructum percepit Imperator ex verbis Spiridonis? Usque adeò & benignitatem adspexit & humanitatem, ut omnibus quidem egentibus, & viduis, & orphanis, illis quidem viduitatem, his verò orbitatem, his autem etiam inopiam, magno & excelso animo recrearet, & sustentarent. Porrò autè omnibus quoque, qui sunt partium Ecclesiasticarum, Sacerdotibus, inquam, & Diaconis, primus lege decernit immunitatem: absurdum esse judicans, eos, qui Regi immortali attributi sunt ad ministerium, Regi mortali solvere vectigalia.

ejus lepida excusatio, & discursus de vanitate auri;

quàm fructuosa monita & exempla S. Spiridionis efficacia apud Imperat.

qui primus Ecclesiasticis immunitatem decernit,

2657. (a) Spiridion ... Thaumaturgi cognomen ex eo tulit, quòd precibus suis in maxima siccitate, aquæ abundantiam fecerit: in summa rei frumentariæ caritate, annonæ vilitatem intulerit: serpentem in aurum converterit; rursusque aurum, postquàm pauper fame enectus, eò oppignorato, mutuam in sumptus pecuniam sumpsisset, ad pristinam revocârit naturam, atque dimiserit: flumenque rapidissimum, ad ejus imperium statim constiterit: mulier quædam apud S. Viri filiam nescio quid deposuerat, eâque extinctâ, cùm quæreretur depositum, scisitatus est vir Dei ex mortua, quæ statim depositum indicavit: infinitisque aliis clarus prodigiis, vitæ finem implevit.

(a) ex Menologio Græcorum, jussu Basilij Imp. Constant. circa an. Chr. 984. script.

Miracula varia;

obitus.

Digitized by Google

XIV. DECEMB. EODEM DIE XIV. DECEMBRIS.

VITA B. IOANNIS A CRVCE,

Primi Carmelitæ Discalceati, palmitis (a) *de veteri radice Patrum Carmeli*, indèque novæ Vineæ traducis, à S. Teresia plantatæ, (b) POSITI CUSTODIS, & (c) VINITORIS.

(a) Bapt. Mantuan. ecloga X.
(b) Cantic. 1. v. 5.
(c) Oseæ 2. v. 15.

NOTATA PRÆVIA: de sanctitate B. Joannis à Cruce testimonia.

§. 1. *B. Ioannes à Cruce* filius, *& successor magni Prophetæ Eliæ, Ordinisque ab eo fundati: Congregationis utriusque Carmelitarum Discalceatorum* Pater.

2658. BEatus Ioannes à Cruce, *palmes Vineæ Carmelitanæ, Vineæ novæ fuit à Deo* POSITUS CUSTOS, & VINITOR. *Etenim Religiosus professus sub obedientia, & expresso nomine Reverendiss. P. Ioannis Baptistæ Rubei, Generalis Ordinis B. Virginis Mariæ de Monte Carmeli, & cum ejusdem, in Hispania existentis, facultate, à S. Teresia ab illo postulata, & obtenta, unà cum ipsa S. Teresia (primario agente) & Ven. Antonio Heredia (seu de Iesu) primum Carmelitarum Discalceatorum monasterium, ac deinceps alia fundavit, sicut descriptum est hìc suprà* (d) *verbis ipsiusmet S. Teresiæ. Atque ita B. Ioannes est Vinea, à magno Propheta Elia in Carmelo plantata, palmes; & ex palmite, ipse est vitis, seu* VINEA FACTA DILECTO: *seu Vinea nova, aut verìus, antiquo-nova, ex veteri à S. Teresia traducta (sicut hìc suprà ad diem XV. Octobris, prævìè ad ejus vitam traditum est)* VINITOR, *hoc est, (veluti cum ipso S. Elia se habet S. Eliseus) unà cum S. Teresia* Auctor, & Fundator, *ac* Pater Carmelitarum Discalceatorum.

B. Ioannes à Cruce Vinea Carmelit. à S. Elia plantata palmes:

(d) num. 2329.

deinde Vinea nova Custos & Vinitor:

2659. *Hinc patet, qualiter se habeat ad utrumque Ordinem B. Ioannes à Cruce; novi, seu antiquo-novi* Pater *est; antiqui autem filius: in illo professus, & in eo obiit (sicut & S. Teresia) anno* 1591. *sub Priore Generali totius Ordinis Reverendiss. Patre Ioanne Baptista Cassardo, priusquam Congregatio Carmelitarum Discalceatorum à veteri Ordine segregaretur, & proprium Generalem absolutum, ac independentem obtineret: quod demum anno* 1593. *(biennio post decessum Beati Ioannis à Cruce) contigit Cremonæ, in solemnissimis Comitiis Generalibus, quibus aderant Provinciales omnes Ordinis antiqui, atque etiam novo-antiqui: & de communi consensu omnium separatio facta fuit: & primus Præpositus Generalis Apostolicâ auctoritate à Clemente VIII. Ven. P. Nicolaus à Iesu Maria, insigni præditus pietate, & in regimine, dexteritate, nominatus, & institutus fuit, cum plenitudine auctoritatis, & potestatis Generalis, usque ad Capitulum Generale, indictum pro festo Pentecostes sequentis anni, videlicet* 1594. *in quo idem Ven. P. Nicolaus primus Præpositus Generalis electus fuit. Ex jam dictis habetur, quòd, & qualiter Ordo, seu Congregatio utraque Carmelitarum Discalceatorum, ex ipsa veteri Vinea Carmelitana, à S. Propheta Elia plantata, procedens, velut ramus, seu palmes, traduxque, nova facta vitis, seu vinea, processionem, & hereditariam successionem à SS. Prophetis Elia, & Eliseo, & aliis Patribus eorum successoribus verè habeat, (sicut plenius declaratum est in Prolegomenis ad vitam S. Teresiæ, §. 4.) idque ex utroque latere, seu parte, scilicet Matris Teresiæ, & Patris Ioannis à Cruce: & hinc participat pari jure cætera privilegia omnia Ordinis antiqui, seu antiquæ observantiæ: ad quem se habet, velut ramus, seu palmes; sic ut cum Ordine antiquo pariter verè dicere possit:* (a)

atque ita antiqui Ordinis filius, & novo-antiqui Pater.

Est Pater Elias nobis, qui substulit armis
Pastorum genus omne malum, qui traxit Olympo
Flammigeros ignes, qui ascendit in æthera curru.
Nos radix, alij rami, sed nos quoque rami,
A veteri radice Patrum. ———

(a) Bapt. Mantuanus in Eclogis, ecloga X.

Et ista hìc prænotanda erant; deinceps autem de sanctitate, & vita, ac virtutibus ipsius Beati sermo procedat.

§. 2. *Testimonia Summi Pontificis, & Sacr. Rituum Congregationis, de Sanctitate, & miraculis B. Ioannis à Cruce.*

2660. TEstimonia *concludentissimè probantia sanctitatem ejus perhibent Summus Pontifex in solemni Diplomate, ac Sacr. Rituum Congregatio, in suo Decreto, de mandato Suæ Sanctitatis, edito. Ex istis, veluti dicendorum fundamentis, hìc primùm præcipua deprompta exhibentur: & quidem Sacræ Congregationis Decretum hujus est tenoris:* Cùm in Congregatione generali Sacrorum Rituum habita coràm Sanctissimo Domino Nostro Clemente Papa X. die 25. Septembris proximè præteriti resolutum fuerit, constare de miraculis, & posse deveniri ad Canonizationem prædicti Servi Dei Joannis de Cruce, interim verò indulgeri, ut idem Beatus nuncupetur, ac dies ejus obitûs quotannis celebrari possit cum Officio, & Missa de Communi Confessoris non Pontif. in universo Carmelitarum Ordine, ab omnibus utriusque sexûs Religiosis, juxtà Rubricas Missalis, & Breviarij Romani, & Sanctitas Sua die 6. Octobris proximè elapsi, præsens Decretum expediri mandaverit. Nunc verò idem Sanctissimus, supplicante Patre Fr. Joanne à Conceptione Procuratore ejusdem causæ,

Beatus nuncupari & festum ejus celebrari conceditur.

Digitized by Google

XIV. DECEMB.

causæ, prædictam concessionem factam toti Carmelitarum Discalceatorum Religioni, necnon universo Carmelitarum Ordini; extendendo, indulsit, ut in loco de Hontiveros, ubi dictus Servus Dei natus est, in Ubeda, in quo obiit, & in Segobia, ubi ejus corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexûs, tum Sæcularibus, tùm Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, pariter celebrari possit ejusdem festum, cum eodem Officio, & Missa singulis annis, prædictâ die. Item & in tota supradicta Religione Carmelitana, pro omnibus Sacerdotibus confluentibus ad Ecclesias prædictæ Religionis, dictâ die, concessit, ut iidem de prædicto Missam, ut suprà, celebrare possint, ac valeant. Hâc die 21. Novembris 1674. *Subsignatum erat*: F. M. EPISCOP. PORTUEN. CARD. BRANCATIUS. Loco ✠ Sigilli. *& infrà*: BERNARDINUS CASILIUS SACR. RIT. CONGREG. SECRET.

in universo Carmelitarũ Ordine, & aliis quibusdam locis,

2661. *Diplomatis autem Pontificij hoc est initium*: CLEMENS PAPA X. ad perpetuam rei memoriam. Spiritus Domini, qui triumphantem in cœlis Ecclesiam ex vivis lapillis, secundùm ineffabiles sapientiæ, bonitatisque suæ divitias, ædificare non cessat, præcipuorum quorumdam Servorum, atque electorum suorum, quos à constitutione mundi in opus suum prædestinatos, multiformis gratiæ suæ charismatibus instruxit, & exornavit, Sanctitatem interdùm signis, atque portentis, testatam facit; ut quibus immarcessibilis gloriæ corona in cœlis à justo Judice donata est, debitæ quoque venerationis cultus in terris impendatur. Inter hos cum multipliciter claruerit Servus Dei Joannes de Cruce, primus Religionis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Excalceatorum nuncupatorum, professor; qui Sanctissimæ Virginis Teresiæ ejusdem Religionis Institutricis vestigiis studiosè insistens, & præclaros retulit de carne, in carne, triumphos, & non solùm sociis suis magisterio, exemploque summa cum laude præluxit, sed etiam Ecclesiam universam spiritualium aromatum, quibus eam divina benignitas largiter imbuerat, odore perfudit: dignum arbitramur, & congruum, ut Apostolicæ servitutis nostræ ministerio, quod nos, meritis licèt, & viribus longè impares gerere voluit divina dignatio, illius honori, ad gloriam Omnipotentis Dei, ad decus catholicæ Ecclesiæ, fidelium que ædificationem opportunè consulatur. Cùm itaque summâ maturitate, diligentiâque discussis, atque perpensis, per Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, sacris Ritibus Præpositorum, processibus, de Apostolicæ Sedis licentia confectis, super vitæ sanctitate, & virtutibus, tàm Theologicis, quàm moralibus, in gradu heroico, quibus præditus Servus Dei Joannes de Cruce multipliciter claruisse, nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, & ad manifestandam mundo ejus sanctitatem, à Deo patrata fuisse, asserebantur, eadem Congregatio, auditis etiam Consultorum suffragiis, coràm nobis constituta, unanimiter censuerit, posse, quandocumque Nobis videretur, ad solemnem ejusdem Servi Dei Canonizationem rutò deveniri; interim verò indulgeri, ut in toto terrarum orbe BEATUS nuncupetur. Hinc est, quòd Nos piis, atque enixis Charissimi in Christo Filij nostri Caroli, Hispaniarum Regis Catholici, ac Charissimæ in Christo Filiæ nostræ Marianæ * earùmdem Hispaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ, ejus genitricis, nec non totius Congregationis Hispaniæ Fratrum Excalceatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis, benignè inclinati, de prædictorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, indulgemus, ut memoratus Dei Servus Joannes de Cruce in posterùm BEATI nomine nuncupetur, ejusque corpus, & Reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferenda) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis, die anniversario felicis ejus obitûs, recitetur Officium, & Missa celebretur, de Confessore non Pontifice, juxtà rubricas Breviarij, & Missalis Romani: *videlicet in locis in præallato Decreto expressis, in universo Ordine Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, tàm Fratrum, quàm Monialium*: & quantùm ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias Religionis, & Ordinis hujusmodi respectivè confluentibus: *nec non in locis, ubi natus, & obiit, ac venerabile corpus ejus requiescit, videlicèt*, Hontivèros, De Ubeda, & in civitate Segobiensi. *Deniquè alia ibi ordinantur concernentia Beatificationis ejus solemnia.* Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XXV. Januarij M. DC. LXXV.

Ecclesia triumphans ædificatur vivis ex lapidibus;

à quibus petenda est B. Ioannes à Cruce,

Ecclesiam universam largissimo odore bono perfundens,

virtutibus omnibus in gradu heroico præditus:

& miraculis ornatus,

sic ut ad ejus canonizationem solemnem deveniri possit:

* al. Mariæ Annæ.

interim Beatum nuncupari, corpus ejus venerationi exponi, cum radiis depingi &c. indulgetur.

§. 3. *Testimonia quædam alia de B. Ioannis à Cruce insigni Sanctitate.*

2662. *Ista jam adducta testimonia, primaria, quæ in Catholica Ecclesiæ adduci possunt, abunde sufficiunt ad omnimodam fidem præstandam sanctitati, & virtutibus in heroico gradu B. Ioannis à Cruce; ideò haud opùs est plura accumulare: bina itaque sufficient. Primum est*, CENSURA OPERUM SPIRITUALIUM SERVI DEI, PATRIS JOANNIS DE CRUCE; Opuscula Spiritualia Servi Dei P. Joannis de Cruce Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, intitulata ASCENSUS MONTIS CARMELI: NOX OBSCURA: FLAMMA AMORIS VIVA: CANTICUM SPIRITUALE, de mandato Eminentiss. & RR. DD. Cardinalium Sacræ Congregationis Rituum, & specialiter Eminentiss. & Reverendiss. D. mei Cardinalis Ginetti, mihi commissa pro revisione, DOCTRINAM CONTINENT SUBLIMISSIMAM, UT PRÆCEL-

Libri B. Ioannis à Cruce sublimissimam continent doctrinam;

XIV. DECEMB.

SIOR VIX MISI IN SACRIS CODICIBUS REPERIRI QUEAT; tota enim tendit ad optimam illam partem, ac unum illud à Christo Lucæ 10. pro animarum salute commendatum, quod pro credentibus à Patre postulabat: Joan. 17. dum dixit, UT IPSI IN NOBIS UNUM SINT, SICUT ET NOS UNUM SUMUS: unionem videlicet illam, vel ipso nomine pretiosissimam ipsorum cum Deo, quâ nihil majus inter supernaturalia charismata cùm per ipsam in Dei similitudinem transformatur animus noster, veluti unus spiritus, cum eo efficitur, dicente Apostolo. QUI ADHÆRET DEO, UNUS SPIRITUS EST, intellige, CUM EO. Totus proindè Mysticus hic Doctor est in suadendo quòd talis & tam pretiosa gemma, ac Christianæ perfectionis apex, obtineri non poterit absq; omnigenâ suimet abnegatione à summo præceptore edoctâ Lucæ 9. ibi, ABNEGET SEMETIPSUM: probando etiam quòd ad ejusmodi assecutionem non modò non necessarium sit, voluntatem à peccatorum maculis, & imperfectionibus mundare, sed à creaturæ cujusque vel minimo affectu immunem, & alienam custodire; ita ut nihil aliud prorsùs quærat nisi Dei honorem ac gloriam. Quæ omnia ex sacræ Scripturæ testimoniis, etsi in sensu mystico acceptis, adeò exactè concludit, ut ex eâ Sacræ Paginæ loca ad intentum, veluti nata, esse demonstret: & ad illud procurandum, quemlibet intellectum, aliàs non excæcatum, inducat, & voluntatem non depravatam compellat. Nec causetur quis, quòd tropis, figuris, phrasibus, & verbis obscuris supra vulgaria in scholâ non recepta, utatur quandoque; Mystica est Theologia, quæ tota hic agitur, latens, obscura, & enygmatica est; ut non nota sit nisi expertis, &, ut Divi Dionysij verbis utar: est *divinissima Dei cognitio per ignorantiam*, & sanè, si cuilibet scientiæ, aut arti propriis & singularibus vocibus, aut terminis uti semper licuit; cur non omnium præstantissimæ, quæ in hac vita hominibus contingere poterunt, non licebit? talia multa sunt in Areopagita Dionysio, dulcifluo Bernardo, Angelico Aquinate, Seraphico Bonaventura, Rusbrochio, Susone, Thaulero, sancta Teresia, & aliis mystis. Hæc ex voto & merito: & dicent omnes qui hæc opuscula magno cum animarum suarum fructu legerunt, ad Dei laudem & gloriam, Ecclesiæ utilitatem, & sacræ Congregationis obsequium. Romæ in die Præsentationis Beatissimæ Virg. Mariæ 21. Novemb. 1655. *subscriptum erat*: F. JOANNES BAPTISTA DE LEZANA, CARMELITA, SACRÆ CONGREGATIONIS CONSULTOR. (*Immediatè sequitur.*) RELATIO EMINENTISSIMI CARDINALIS GINETTI, FACTA AD SACRAM CONGREGATIONEM RITUUM: Eminentissimi & Reverendissimi Domini: Revisio opusculorum Servi Dei Joannis de la Crux, juxta formam novorum decretorum pag. 54. §. præterea, mihi ab hac sacra Congregatione demandata, fuit à me remissa Patri Joanni de Lezana Carmelitæ, uni ex consultoribus sacræ Congregationis, ex cujus relatione in Scriptis, quam exhibeo, constat non solùm ex dictis opusculis nihil contineri contra fidem, vel bonos mores, nullamque doctrinam novam, aut peregrinam, atque à communi consensu, & consuetudine ecclesiæ alienam: imò potius doctrinam sublimissimam, ut præexcelsior vix nisi in sacris Codicibus reperiri queat. Ideoque crederem sufficienter paritum fuisse præfatis decretis, ac posse ad ulteriora procedi. *Ad relationem Eminentissimi Dom. Cardinalis Ginetti factam 7. Augusti 1655. Eminentissimi Patres prædicti Congregationi præpositi*, præfata opera à Servo Dei Joanne de la Cruz, dum adhuc viveret, edita, *approbaverunt die 27. Novembris 1655. Facta autem de prædictis per Eminentissimum Dom. Cardinalem Sachettum Sanctissimo Domino solitâ relatione, Sanctitas sua annuit die 29. ejusdem mensis Novembris, eodemque anno 1655. subscriptum erat*: S. EPISCOPUS SALONENSIS, CARDINALIS SACHETTUS: *& infrà*: FRANCISCUS MARIÆ PHÆBEUS, SACR. RIT. CONGREG. SECRET. *Locus ✠ Sigilli.*

approbata à Sacr. Rituum Congregatione,

annuente Sum. Pont.

2663. *Dom. Nicolaus Antonius, Hispalensis, Ordinis S. Iacobi Eques, Regiorum negotiorum in Vrbe, & Romana Curia Procurator Generalis, præclarum edidit opus, inscriptum*, BIBLIOTHECA HISPANA: *typis edita Romæ anno 1672. in eo (ante beatificationem Ioannis à Cruce) suum, ac commune in Hispania judicium hoc statuit* Fr. Joannes de Cruce, vulgò de la Cruz, natus in oppido non ignobili Castellæ veteris Ontiveros, diœcesis Abulensis, Carmelitis aggregatus fuit Medinæ Campi: jam indè quasi initiatus, strictissimæ illi monachatûs formæ, quam sequenti tempore & observavit ipse, & quasi Princeps, & auctor fuit, saltem exemplar aliis, ut observarent; huic enim magna illa Reformatrix Teresia de Jesu, quæ divinitùs animata, renovavit in usum, primitivam observantiæ strictioris regulam, primò imposuit, ut aliis Dux, & instrumentum esset, ad spiritualem vitam, sub asperrima illa, cui hodiè subjacent Carmelitæ nudipedes, vivendi norma, seriò, & alacriter persequendam: cujus eximiam sanctitatem comprehendere brevi elogio, vix est, ut debeam; cùm pro omnibus sit sanctæ Fundatricis hoc testimonium eidem factum: Joannem, scilicèt, dicebat esse unum ex purioribus, & sanctioribus animabus, quas Deus in sua haberet Ecclesia: qui & ditissimos divini luminis, puritatis, ac cælestis sapientiæ thesauros ei infuderat, scripta ejus altissimam cœlestium bonorum cognitionem, ac perfectissimam terrenorum omnium, suique ipsius renuntiationem, continent, ac præ se ferunt, eaque speciali quodam mysticæ Theologiæ charactere notata, miris modis pietatem sui Auctoris manifestant, aliorum promovent: Sanctissimè obiit diem suum Ubedæ in Betica XIV. Decemb. MDXCI. ætatis suæ XLIX. Religiosæ Reformatorum professionis XXIII. Corpus ejus Segobiam translatum, & honorificentissimo collocatum

De B. Ioannis à Cruce,

sanctitate,

& cœlestis sapientiæ thesauris,

insigne testimonium;

Digitized by Google

XIV. Decembr.

tum à Sodalibus tumulo. *Hæc ille, ex communi, Romæ, & in Hispania judicio. De istis ejus operibus alia quandam adferentur testimonia, ac eorundem quædam specimina.*

2664. *Sanctitas B. Ioannis etiam plerisque argumentis, à Sacr. Rituum Congregatione in causa canonizationis S. Teresiæ adductis (hîc suprà a) confirmari potest, videlicet*: Quòd divina providentia Monasticorum Ordinum Patres, sive Fundatores insigni vitæ sanctitate exornet, quæ filiorum ipsorum perfectionem excedat . . . *Deindè* ex libris spiritualibus, & planè divinis à B. Joanne à Cruce conscriptis, atque etiam ex multis magnisque miraculis, & ex pluribus donis, ac gratiis. *In istis enim omnibus S. Teresiam Matrem, & B. Ioannem à Cruce Patrem Carmelitarum Discalceatorum (inter se, veluti spirituali conjunctos connubio; undè, ex candida castitatis utriusque sinu, maternitas, & paternitas mystica resultant) etiam in perfectione, ac sanctitate quodammodò similes; aut S. Teresiæ primariæ, B. Ioannem à Cruce, secundarium, supparem, esse conveniebat.*

(a) n. 2343. & seq.

VITA

Ex S. Teresiæ scriptis, & aliis digesta.

CAPVT I.

Relatio, & testimonium S. Teresiæ de perfectione vitæ B. Ioannis à Cruce: & qualiter, cum illâ prima Carmelitarum Discalceatorum Fundamenta jecerit.

2665. *Vita B. Ioannis à Cruce undè certiùs hauriri posset, quàm ex ejusdem S. Teresiæ testis ocularè scriptis è indè igitur primùm excerpta libantur. In libro Fundationum monasteriorum variis locis de illo tractat: & quidem cap. 3. hæc primùm de eo tradit*: Ejusdem instituti (*Carmelitani*) Religiosum, ætate juvenem, Salmanticæ tum litteris operam dantem, unà cum socio suo huc appellere contigit. Socius mihi multa de ejus probitate & religione narravit: nomen verò huic erat Joannes à Cruce. Ego Domino propterea quàm potui maximas egi gratias, cumque eum coram convenissem, mirè mihi placuit, ex eoque intellexi, ipsum de Carthusiensi instituto assumendo cogitare. Ego mentem meam aperui, rogavique non ante ad illud novum institutum capessendum animum adjiceret, quàm Dominus aliquod nobis monasterium dedisset, longèque utilius, & ad majorem Dei gloriam futurum ostendi, siquidem ad majorem perfectionem aspiraret, eam in Ordine exerceret, ad quem primò vocatus esset. Fidem Joannes dedit, modò æquò diutiùs illius monasterij erectio non differretur. *Capite 12. sic de eodem prosequitur*: Cùm P. F. Antonio de Jesu (qui tum in S. Annæ cœnobio Ordinis Carmelitani Priorem Mediнæ agebat) & cum F. Joanne de Cruce (uti antea dixi) conveneram, ut si quod Fratrum primam Discalceatorum Regulam sectantium monasterium fundaretur, primi essent, qui ipsam profiterentur. Quòd tamen nescirem, undènam habere domum possem, identidem Deo id negotiũ in oratione commendabam: quia (sicuti jam suprà monui) duo illi Patres jam tum mihi placebant. Etenim P. F. Antonium de Jesu Dominus ipse varios per labores, quos is magna cum perfectione pertulerat, anno integro (nam tantum penè temporis jam effluxerat ab eo die, quo primùm de hac re cum illo egi) mirè exercuerat. At Joannem de Cruce minimè opus erat probari; nam (esto Carmelitarum Calceatorum Ordinem professus esset) semper tamen vitam valdè exemplarem & religiosam duxerat. Placuit tandem Domino, cùm mihi, quod præcipuum erat, Fratres, inquam, qui fundamenta rei ponerent, dedisset, etiam reliquum dare. Etenim vir quidam nobilis, Abulensis, Raphaël cognominatus, quocum numquam hactenus egeram, cùm nescio undè (neque enim recordor) de quodam Discalceatorum monasterio extruendo agi intellexisset, ultrò me accessit, domumque, quam in pago quodam pauciſſimorum incolarum (nam vix viginti mihi fuisse videntur, non enim jam ritè recordor) in usum cujusdam villici, qui frumentum, quod ipsi singulis annis ibi è censibus cedebat, illius nomine colligeret, habebat, sponte mihi obtulit.

B. Ioannes à Cruce venit ad S. Teresiam i

à juventute semper vitam exemplarem duxerat:

2666. *Qualis autem fuerit structura domûs, è qua formatus fuit primus Conventus, sic quoque ipsa testatur*: Habebat hæc atrium utcumq; spatiosum, nec non duplex cubiculum, cum suo spatio intermedio, demum parvam culinam; hæc erat tota monasterij nostri structura & ædificium. Ex atrio statuebam, templum concinnari posse, ex spatio intermedio, chorum; arctè quidem: duplex autem cubiculum dormitorio, & refectorio aptari posse . . . Metinam ut appulimus, statim cum P. Antonio locuta sum, & quid rerum ageretur, ei aperui; spopondique, si modò animum haberet ad illic aliquousque habitandum, Deum quamprimùm auxilio, & remedio futurum; inceptо dumtaxat opus esse, in eo enim omnem difficultatem consistere. . . Plus illi animi certè Deus dederat, quam mihi, undè non solum ibi, sed & in hara porcina paratum se sit commorari. Ejusdem quoque resolutionis & propositi erat Fr. Joannes de Cruce . . . Undè P. Antonio dixi, ut quamcumque, quomodocumq; posset, domui necessariam supellectilem conquirere interim omni ope satageret: ego autem unà cum F. Joanne de Cruce ad Vallisoletanam, quæ jam descripta est, fundationem conficiendam perrexi. Quòd autem ad aliquot dies inter operas, domum, quæ sine claustro erat, claustro adaptantes ageremus, commodum interea P. Joannes de Cruce de omni nostra vivendi ratione inquirendi locum ac tempus habebat, ut sic omnem nostram Regulam bene perspectam haberet, tam quoad mortificationem, quàm mutuæ confraternitatis eo-

instruitur à S. Teresia:

Digitized by Google

XIV. DECEMB.

dum, & recreationē, quam inter nos aliquandò habemus. Omnis namque tanta cum moderatione recreatio conceditur, ut dumtaxat ad imperfectiones sororum in tali occasione cognoscendas, & aliquantulum relaxationis ad Regulæ rigorem melius ferendum, capiendum, concessa intelligatur. Is autem adeò probæ vitæ erat, ut plus ego ab ipso, quàm ipse à me, discere possem.

qua fatetur, etiam se ab illo didicisse.

2667. *Capite 13. agit de isto primo Carmelitarum Discalceatorum Conventu, primùm à B. Ioanne inhabitari cœpto: sic autem ibi de primis Carmelitarum Discalceatorum initiis.* Decrevimus itaque, ut P. Joannes de Cruce in domum, quā dixi, concederet, eámq; ita adaptaret, & concinnaret, ut quomodocumque liceret, in ipsa habitari posset: nam tam diu festinato opus censebam, quoadusque res jam cœpta foret: non parum enim timebam, nè quod inexpectatò nobis obstaculum suboriretur. Igitur & res peracta est ... Primâ aut secundâ Dominica Adventûs an. hujus MDLXVIII. (neque enim satis recordor, utra harum Dominicarum fuerit) primum sacrum in atriolo illo Bethleëmitico (nihilo enim id mihi illo pretiosius fuisse videtur) celebratum est. *Ea per S. Teresiam, & B. Ioannem à Cruce Carmelitarum Discalceatorum primordia: quæ ibi S. Teresia prolixiùs prosequitur, in vita ejusdem S. Matris, per Ioannem à Iesu Maria libro 3. cap. 4. sic paucis perstringitur.* Veniam verò à duobus Provincialibus (quod Generalis jusserat) ad novum inceptum, victis plerisque difficultatibus, impetrat (*videlicet S. Teresia, sicut plenius verbis ipsius traditum est hìc suprà in ejus vita* (a)). Rebus ergò maturatis, F. Joannem à Cruce, uti filiū primogenitum, in oppidulum Duruelum præmittit, ubi fide ac lætitia incredibili domunculam instruit: mitioreque anteactæ vitæ veste posita, rudiorem Discalceatorum vestem induit: quam usque ad supremum halitum gestare decernit. Mox P. F. Antonius prælationi suæ (erat enim Carmelitarū Medinæ Prior) renūntians, lætus in novum cœnobium venit, vestemque permutat: atque ideò uterque primævam Regulam se observaturum vovet. In hunc ergò modum primū virorum cœnobium conditur ... Ex eo verò loco exiguo, ac nimis incommodo, ubi aliquandiù orationi, ac austeriori disciplinæ, cum proximorum bono minimè vulgari, duo Patres institêre, Manzeram, oppidum scilicet propinquum, commigrant, ubi D. Luysius de Toleto, Ecclesiam cum Beatissimæ Virginis imagine pulcherrima è Flandria eò perlata, dono dedit. Atque ita Duruelo relicto, Manzeræ cœnobium conditum est.

Carmelitarum Discalceatorum primordia,

per S. Teresiam, & B. Ioan. à Cruce:

(a) hic sup. num. 2327.

2668. *S. Teresia in epistola quadam* (b) *sic B. Ioannis à Cruce meminit:* Rapior admiratione, quòd P. Joannes à Cruce comprehendat totum, quod illi communicas: vir est valdè exercitatus in rebus spiritualibus. *In litteris aliis* (c) Habes ibi Patrem meum Joan. à Cruce, virum cœlestem, & divinum: Hoc tibi dico, filia, ex quo illuc ivit, non inveni in tota Castella similem illi, qui sic in via cœli ferventes animas efficiat: Non credes solitudinem, quam ex ejus absentia patior. Considera, quod magnum in hoc Sancto habent thesaurum, omnes cum ipso communicent animas suas, & videbunt, quantùm proficient in spiritu, & perfectione, particularem enim ad hoc habet à Domino gratiam. *In litteris aliis* (a) *hæc de publicè nota ejus sancta vita testatur.* Fr. Joannes à Cruce est per mundum in æstimatione sanctitatis: rumor ille haud est absque fundamento solido: fermo de illo, tamquam sancto, est & multæ rationis, & veritatis. *Ibidem agit de ejus incarceratione. Illustriss. D. Ioannes Balafox, Episcopus Osmensis, in annotatione ad litteras istas, hæc scribit:* Ipsa (*S. Teresia*) laudat Ven. Joannem à Cruce: *& ipse referens, qualiter fuerit incarceratus, addit:* Quòd Deus disposuerit, eum per tribulationes reddere sanctū: Id quod carum est, non venditur vili pretio: non sine ratione canit Ecclesia:

Tunsionibus, pressuris
Expoliti lapides
Suis coaptantur locis
Per manus artificis.

(b) ad Dom. Laurent. de Cepede, & Ahumade.

(c) ad Priorissam quādam.

S. Teresia insigne testimonium de B. Ioannis à Cruce sanctitate:

(a) ad Illustr. Dom. Teuton. de Braganee Archiepisc. Ebotensem.

qui sanctus, effectus per tribulationes, & cruces.

Non est possibile, esse in Ecclesia Dei S. JOANNEM À CRUCE, nisi anteà fuerit FR. JOANNES A CRUCE: quia sine cruce potest esse FR. JOANNES, sed non S. JOANNES. Veritatem hujus asserti declarat eventus. Sancta Teresia sustinuit cruces: & ideò est canonizata: eadem ex causa agitur de canonizatione hujus Patris. Ecquis non videat, quantùm Crux per ista exempla auctorizetur. *Ita scitè Episcopus ille, de medio uno præcipuo, quo Seraphica Teresia effecta est sancta, scilicet per* pati, *& quidem libenter, ob Dei amorem: hinc orare solebat:* Domine, aut pati, aut mori. *Sic iste ejusdem particeps spiritûs B. Ioannes, à Domino postulavit* pati, & contemni. *Et ista hactenùs ex S. Teresia & prafati Episcopi annotatione ad ipsius litteras. Vitam B. Ioannis à Cruce lusulenter tradidit Hieronymus à S. Iosepho: plura quoque de eo inserit historiæ suæ Franciscus à S. Maria, breviorem contraxit P. Generalis Philippus à SS. Trinitate, in opere, cui titulus,* Decor Carmeli. *De ipso quoque vario idiomate scripserunt alij plures: hoc autem loco præcipua scitu digna & utilia compendiosè digesta, sequuntur, potissimè ex compendio vitæ præfixo operibus ejus, latinè editis.*

CAPVT II.

Patria, parentes, pietas in adolescentia.

B. Ioannis à Cruce patria, parentes.

2669. ANno Christianæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo secundo B. Joannes à Cruce Hontiverij, quod est Castellæ veteris in Abulensi tractu, non ignobile oppidum, natus fuit, parentibus virtuosis Gondisalvo à Yepes, & Catharina Alvarez: duos habuit fratres germanos, Franciscum, & Ludovicum: hic pueritiæ annos fato concluſit, alter virtutum, & dierum plenus, non sine fama sanctitatis obiit. Patre Gondisalvo vita functo, mater vidua cum prolibus Arevalum transtulit, indè Metinam Campi, ubi & sedem fixit. Cœpit Joannes ætate adhuc tenera primos virtutis suæ flores tamquam

pueritia pietati addictus.

Digitized by Google

XIV. Decemb.

tamquàm futuræ sanctitatis indicia, proferre ad hoc eum impellente ingenitâ quâdam propensione ad pietatem, & omne genus virtutum. Templa, imagines sacras, Rosaria, & quidquid conciliandæ devotioni conducit, jamtum in delitiis habuit. Accessit cultus B. Virginis, cui se totum addixit. Porrò Deipara clientulum suum materno planè fovens affectu protectionis suæ singulare specimen præbuit. Ludebat fortè pro more illius ætatis cum cœtaneis ad oram laci, in quem certatim conjiciendo & mergendo virgulas, mox emergentes receptabant: cum suam quoque injecisset Joannes, jamque emergentem niteretur recipere, plùs æquò corpusculum inflexit, ac fallente vestigio, in lacum decidit. Sed ecce aquis supernatanti apparuit Virgo sanctissima, manumque auxiliatricem porrexit, quam ille candore columbino non ausus est prædendere, nè manibus suis, quas cæno habebat fœdatas, candidissimas Virginis inquinaret. Interim accessit agricola, qui porrectâ, quam manu gestabat, virgâ, puerum incolumem eduxit. Alij Angelum, alij D. Josephum fuisse ex insigniis conjectant.

devotio singularis erga Dei Matrem:

cujus ope à periculo submersionis eripitur:

2670. Crescebat Joannes ætate patiter, & virtute, cujus pretium cùm haberet perspectum, nihil non pati, nihil non moliri gestiit, quò eam consequi posset. Octennem mater non semel reperit palmitum manipulis incubantem, detrahentem somno tempus, quod orationi impenderet, alliisque modis tenellum corpusculum, Dei, & virtutis amore affligentem. Ascitus in collegium puerorum illius oppidi, ut primis litteris imbueretur, ita se gessit, ut omnium oculos in se converteret, nec non morum gravitate, pietate, aliisque virtutibus, cæteris non minùs esset stupori, quàm exemplo. Indè à viro nobili Xenodochij generalis Præfecto eductus, & ægrorum pauperum ministerio adhibitus fuit, eo fine, ut præter solatium, quod morum suavitate ægris allaturus videbatur, litteris, & eruditione tandem instructus, præfatæ domui aliquandò esset à sacris. Vix Xenodochium ingressus, in altum puteum cecidit: clamoribus eorum, qui cadentem viderant, excitì plures, convolârunt, & quem rebantur submersum, aquis supernatantem conspiciunt, non minori candore animi, quàm lætitiâ asserentem, ulnis Beatissimæ Virginis in ipso casu se exceptum, ab eaque, nè mergeretur, sustentari; atque ita cum omnium admiratione incolumis extractus fuit. Hoc eodem loco Grammaticæ, Rhetoricæ, ac Philosophiæ operam dedit, maximo profectu: præcipuè verò orationis studium ad reliqua pietatis exercitia adhibuit, quæ tantò fuerunt in Joanne frequentiora, quantò cumulatiùs indies divinam lucem, ac Dei beneficia recipiebat. Accidit, ut cùm aliquandò enixè à Deo peteret dirigi in viam virtutis, hanc in intimo animæ recessu vocem audierit: *Religioni antiquæ nomen dabis, & pristinam illius perfectionem suscipies.* Exindè ardens eum desiderium increscit, hujus statûs profitendi, quamvis, quænam hæc esset Religio, aut quo eam tempore esset ingressurus, penitùs ignoraret.

studium virtutum:

in Xenodochio ægris ministrat, & litteris instruitur:

variis B. Virgo illi periclitanti succurrit:

ejus præcipuum exercitium, Oratio.

CAPUT III.

Ingressus in antiquum Carmeli Ordinem: primus Carmelita Discalceatus: primarius S. Teresiæ cooperator.

2671. Cùm annum ageret ætatis vigesimum primum, Religiosi Carmelitæ Metinæ Conventum sui Ordinis erexêre, quos ut vidit noster Joannes, propheticæ illius illustrationis innovationem persensit, unàque Religiosi statûs profitendi efficax desiderium: nec mora, monasterium recenter erectum ingreditur: probationis annum insigni fervore auspicatur, & complet. Post nuncupata solemni ritu vota, ad Collegium S. Andreæ (nunc à S. Teresia nuncupatum) quod familia Patrum de observantia Salmanticæ habet, studiorum causâ destinatur: ubi cùm Theologiæ, tùm virtuti ita operam impendit, ut quamvis in illa plurimùm proficeret, in hac tamen maximè emineret. Jam indè ab emissæ professionis tempore, facultatem à Prælatis obtinuerat, servandi rigorem Regulæ nostræ primitivæ, præscribentis continuam à carnibus abstinentiam, protractum ad octo ferè menses jejunium, assiduam orationem, silentium, cellæ recessum, arctissimamque paupertatem, cæteraq; omnia, quæ præfatæ Regulæ legibus continentur: cujus rigor talis est, ut observatu impossibilis quondam sit æstimatus. Verùm Joanni nostro hæc pauca visa sunt & parva: undè alia plura & majora addidit supererogationis exercitia, ut in decursu patebit. Porrò ad ea præstanda, non vulgaria Deus illi conferebat auxilia & gratias. Singulare fuit, quod primitias celebranti contulit: infantilem nempè puritatem atque innocentiam, (privilegium rarùm) & in gratia confirmationem, quemadmodùm persona eminentissimi spiritûs, Deo revelante cognovit: quapropter S. Teresia dicere solebat: *Patrem Fr. Ioannem à Cruce annumerandum inter puriores, ac sanctiores animas, quas Deus Optimus Maximus in sua Ecclesia haberet, & cui ingentes lucis, puritatis, & cœlestis sapientiæ thesauros infudisset.*

Carmelli Ordinem ingreditur:

in doctrina, & virtute exercetur, & mirè proficit:

rigor vitæ ejus:

primitias celebrans in gratia confirmatur.

2672. Qualiter deindè anno sequenti adscitus à S. Teresia, unà cum illa atque etiam cum *Ven. P. Antonio Heredia*, postmodum *de Iesu* nuncupato, jecerit fundamenta reformationis Carmelitarum Discalceatorum, verbis ipsius S. Teresiæ relatum audivimus (a) nempè in viculo Durvelo paucas ædes habente, nacti erant domum haud magnam, cujus totam structuram describit quoque S. Teresia (b) verbis jam ante relatis, atque iterùm postèa sic: *Chorus erat, spatium inter-*

(a) n. 2328. & seq.

(b) vide n. 2665.

XIV. DECEMB.

medium: quod in medio utcumque altum erat, ut in eo horas recitare possent; sed ingredientes, utque in eo sacrum audirent, valdè sese inclinare oportebat. Duo ibi habebant in angellis versùs templum porrectis eremitoriola (in quibus nonnisi sedentes, aut humi abjecti agere poterant) fœno repleta: quòd & locus admodùm esset frigidus, & capiti pene tectum immineret, duasque altare respicientes habebat fenestellas, & duo saxa in usum cervicalis: Suas quoque illic habebant cruces, & crania. Intellexi illos, dictis Matutinis, usque ad Primam indè non discedere, sed illic in oratione, quam satis prolixam instituebant, permanere. His initiis, à Beato Joanne, præeunte S. Teresiâ, traducibus veteris Carmelitanæ vineæ, nova germinavit, quæ brevi per Hispaniam universam, Italiam, Galliam, Belgium, Germaniam, Poloniam, Persidem, utramque Indiam, suos palmites esset diffusura.

adscitus à S. Teresia, unà cum illa Fundator Carmelitarum Discalc.

2673. Joannes autem rudi, & angusto indutus habitu, quem S. Teresia propriis consuerat manibus, calceos primus dimisit; & ideò est, ac dicitur primus Carmelita Discalceatus: idem mox præstitit ejusdem propositi socius præfatus Pater Antonius de Jesu, vir similiter sanctitate conspicuus, qui Joannis inductus exemplo, asperum hoc vitæ genus amplexus est, illudque ambo perpetuò se servaturos, rejectâ omni mitigatione, polliciti sunt. Joannes verò hoc loco nactus opportunam occasionem, fervori spiritûs habenas laxavit, tantoque impetu abripiebatur, ut nullos orationi, austeritati, & pœnitentiæ limites præfigeret, sed ad omne heroicarum virtutum exercitium, infracto animo conniteretur. Victus illi tenuis, nec nisi jejunio conditus, protractæ vigiliæ, macerationes corporis continuæ; cellula angusta, ac demissa, tàm malè sarta, ut per imbrices non modò lux subintraret, sed etiam pluviæ, pruinæ, nives, quæ orantem non semel contexerunt; lectus dura humus, cervical lapis; ac tùm præclarè sibi indulsisse videbatur, si quandò modicum fœnum corpusculo substerneret; tota verò supellex, crux, & cranium humanum: hanc verò spiritûs paupertatem, omnimodamque nuditatem non solùm Durueli exactè servavit, aliosque suo exemplo ad servandum induxit; sed Pastranæ quoque, Manceræ, Compluti, hanc novellam plantam eodem spiritu imbuit, ac fundavit; undè posteà, tamquàm è fœcundissimis seminariis, alia plurima ejusdem instituti germina pullulârunt.

B. Ioannes à Cruce primus calceos dimisit:

vitam valdè austeram instituit,

ac ad alios derivavit.

CAPVT IV.

Carmelitissis Monialibus quàm proficuus: mira ejus virtus in coercendis, & expellendis dæmonibus: afflictiones graves, carceris, desolationis, tentationum: munia, quæ obivit: cœnobia ab eo fundata.

1674. ORdinis sui Virginibus sacris Joannes etiam præluxit: illas, quæ primitivam Regulam profitebantur, ad contemplationis apicem direxit, adeò efficaciter, ut etiamnum fructus in illis perseveret: alias, antiquæ Observantiæ, intrà vocationis suæ limites, ad orationis, & reformationis spiritum verbo, & exemplo pertraxit. Fidem faciet cœnobium Abulense, ab Incarnatione nuncupatum, ubi cùm munere Confessarij suasu B.M. Teresiæ fungeretur, monialibus talem animarum profectum attulit, qualem in hunc usque diem, non absque Præceptoris sui grata memoria, experiuntur. Hîc in morbum incidit monialis Maria de Hiera, qui præter opinionem, ingravescens, necdum Ecclesiæ Sacramentis munitam repentè abstulit: accitus Venerabilis Pater, inopinato eventu perculsus, accurrit ad monasterium, & defunctam intuitus, coram Venerabili Sacramento orationi institit; deindè lætissimo applausu accurrêre moniales, nuntiantes, illius precibus, defunctam vitæ restitutam. Illud quoque dignum admiratione, quod testibus oculatis constat: Cùm Ven. Pater eum B. Virgine Teresia quâdam vice altissimos, & pro more suo ferventissimos de Sanctissimæ Trinitatis mysterio sermones miscerent, adeò utriusque animus divino igne incaluit, ut Sancta Mater rapta in extasim; ipse verò non solùm in extasim, sed etiam in aëra, unà cum sede, tamquàm alter Elias, raptus fuerit. Plura alia admirandà, & Joannis sanctitatem testantia, Abulæ acciderunt: pauca è multis delibabimus. Puella nobilis, & vulgi opinione spiritualis, libidinoso animo Joannem aggreditur solum, & sine teste agentem; at vir castissimus carnalem hunc amorem in divinum mutavit, eamque corde compunctam, & facti pœnitentem reddidit. Aliam quoque ad meliorem frugem reduxit, quæ pòst sacrilegam voti, quo Deo sacrata erat, violationem, notoriâ turpitudine toti civitati scandalum præbebat: cujus facti hanc retulit mercedem, ut à sacrilego complice fustibus egregie fuerit exceptus, tanta cum animi, non solùm patientia, sed etiam gaudio, ut lepidè interdùm diceret, non minùs sibi dulces fuisse baculos, quàm Beato Stephano lapides. Quod sequitur, planè singulare est: Monialis alterius Ordinis à teneris annis dæmoni se tradiderat, scriptamque proprio sanguine consignaverat schedulam: ex pacto inito mira

Moniales antiquæ observantiæ, & novæ Reformationis ad perfectionem provexit:

defuncta, ejus precibus vitæ restituta:

in colloquio de SS. Trinitate in extasim raptus mirabiliter:

impudicam sollicitantem, reddit compunctam:

aliam similem convertit;

ideo fustibus vapulat.

Monialem mirabiliter à dæmonis pacto, & fraude liberat:

Digitized by Google

XIV. DECEMB.

mira patrabat, ita ut viris doctis non paucis imponeret. Agnovit Venerabilis Pater immundum spiritum; ex ritu Ecclesiæ adjuravit, vicit, expulit, & tamquàm alter Basilius, memoratam schedulam reddere coëgit, quâ igne combustâ, & pactione rescisâ, monialem liberavit, atque in statum reduxit meliorem.

2675. Cùm B. Joannis illud ardens esset desiderium, & postulatio à Deo, pati, & contemni pro Deo, istius voti à Deo compos factus fuit ubertim in corpore & animo; in corpore quidem passus est incarcerationem, labores molestissimos, morbos varios: in animo autem desolationes, tentationes, & dæmonum insultus. Imprimis turbatâ nonnihil pace & concordiâ inter utramque familiam, novi videlicèt germinis Discalceatorum; & antiquæ observantiæ; hinc metus erat, novam illam vitæ rationem tam insuetam, à B. Joanne inchoatam, haud utilem fore, magisque in Ordinis præjudicium, quàm ædificationem (nondùm enim perspectum erat divinum circà hoc beneplacitum, postmodùm variis modis luculenter demonstratum) Comprehenditur itaque B. Joannes, & Abulâ ductus Toletum, cellulæ includitur satis incommodæ, per modum arcti carceris: & tenui victu sustentatur: atque etiam disciplinis subindè ejus tentatur constantia: quam isti, ob istam tam insuetam vitæ ejus rationem reputabant pertinaciam, haud cessuram in Ordinis utilitatem. *

carceri invehitur:

De ista B Joannis incarceratione plura videantur hìc infrà in Appendice.

2676. Major afflictio fuit interna desolatio, internæque tenebræ, quibus Joannis animus, Deo permittente, involvebatur: accedebant à dæmone suggestæ perplexitates, suspiciones, & alia lexcenta interioris hominis tormenta, quibus dæmon hanc animam doloribus undique circumseptam, omnique terrenâ, ac divinâ consolatione destitutam, expugnare nitebatur. Et sanè navicula tot fluctibus agitata, vix subsistere potuisset, nisi Deo imperante ventis, & mari, facta fuisset tranquillitas. Inter has animi pressuras amorosis querimoniis, & suspiriis cœlum pulsabat, ut patet ex divino illo cantico: *Vbi te abscondisti amate, &c.* quod tunc mirabiliter composuit, & postmodùm altè, sublimiterque explanavit. Adfuit tandem laboranti Deus, & ut quondam in simili occasione Antonium, Joannem nostrum invisit, consolatione animam replens, & cellulam lumine cœlesti, quem his verbis corroboravit: *Adsum, noli timere, Ioannes; ego enim te liberabo.* Adfuit non semel & Virgo sanctissima, quæ tùm præsentiâ suâ, tùm pollicitatione auxilij afflictum recreavit. Admonitus deindè cœlesti oraculo, miraculosè è carcere evasit, in atrium quoddam, altis cinctum muris. Et ecce repentè parietes mirabiliter se transcendisse advertit, ac lucis globo præeunte, ad publicam plateam devenisse. Ubi vidit ope divinâ se liberum, ad Moniales Discalceatas perrexit. Opportunè accidit, ita disponente divinâ providentiâ, ut Religiosæ virgines illæ Confessarium accersendum curarent, pro subitanea necessitate cujusdam Monialis, idque eo tempore, quò Joannes ad monasterium pervenit: hac igitur arrepta occasione, septa monasterij intravit, virgini laboranti Sacramentum Pœnitentiæ contulit: & hac opportunitate delituit, donec, operâ amicorum, Toleto se subduxit, atque ad Discalceatos conventûs Almodouarensis pervenit.

desolationibus internis graviter affligitur.

B. V. Maria consolatur:

divinâ ope è carcere liberatur.

2677. Joannes sodalibus suis, & sibi redditus, in arrepta novæ Vitæ austeræ ratione perrexit, & aliis, velut dux, præivit, & tamquàm vinitor, & custos positus in vinea novella, eam excoluit. Nihil illi magis erat in votis, quàm ut expeditus ab omni prælatura, sibi, Deoque soli vacaret, idque identidem summis precibus à Deo postulabat. Undè cùm in Capitulis ad aliquod officium eligeretur, nullum non movebat lapidem, quò sese collata dignitate, & munere liberaret; advolutus ad genua electorum, precibus miscendo lachrymas, impositum munus resignabat, vacationemque efflagitabat. At noluit Deus hanc lucernam latere sub modio, quam super candelabrum constitutam voluit prælucere omnibus. Igitur ex præfato Almodovarensi cœnobio in Provinciam Bæticam missus fuit, ut Conventui Calvariæ præesset: posteà Beæcense Collegium fundavit, deindè rexit Granatense: ubique eumdem spiritum orationis, & pœnitentiæ introducens. Functus officio Vicarij Provincialis Bæticæ, denuò munus Prioris subiit. Postmodùm Capitulo Generali interfuit, in quo electus in primum Definitorem, eoque officio per triennium durante, simul interim Conventum Segobiensem gubernavit. Mirum, quantâ integritate, prudentiâ, ac sanctitate hæc, aliaque munia administrarit, quàm rara virtutum exempla, quàm probatæ sanctitatis famam apud omnes reliquerit.

magnoperè desiderabat posse esse immunis ab omni prælatura:

munia quæ obivit.

CAPVT V.

Virtutes ejus heroicæ, & dona Spiritûs sancti.

2678. VIrtutes ejus sigillatim, & minutatim explicare, res esset operosi voluminis; pro compendij ratione, præcipua quædam de illis delibantur. Theologicas, ut primarias, præcipuè coluit. Fidem vivam spirant, & apertè loquuntur illius scripta, quæ videntur nihil aliud esse, quàm imago quædam, & commendatio hujus virtutis. Eam adeò firmam, inter medias tenebras, habuit, ut nihil indigeret eorum, quæ aut fulcimentum adferre solent, aut solatium. Idcircò in oratione minimè appetebat internas dulcedines, visiones, revelationes, aliaque hujusmodi, quin potiùs ariditates, labores, &c. Circà mysteria SS. Trinitatis, ac Venerabilis Sacramenti, talis in eo erat fidei

Fides ejus viva:

Digitized by Google

indicat spiritum, ac cœlestem lucem, quibus, dùm scriberet, affluebat: adeò, ut non immeritò de sua doctrina cum Christo Domino affirmare posit: Mea doctrina non est mea, sed Domini, qui misit me, & in me locutus est. Maximum profectò bonum fuit, quòd in lucem prodierit, pro illis animabus, quæ orationem frequentant, earumque directoribus. Ista, & alia plura, videri poterunt præfixa ipsius operibus, & etiam hic suprà (a).

(a) in Not. præviis §. 3. n. 2662.

2688. Quemadmodùm mercatores emere volentibus de mercibus suis specimen aliquod exhibere solent: ita quoque, ut de operum B. Joannis à Cruce, tot, tantisque testimoniis comprobatorum præstantia, & utilitate lector ipsâ quoque experientiâ dijudicare possit, imò & ex illis fructum aliquem percipiat, atque ad eorumdem lectionem alliciatur, paucula ex illis haud inconvenienter hoc loco proponentur. In opere, cui titulus est: ASCENSUS MONTIS CARMELI, tradit modum ascendendi ad perfectionis, & vitæ spiritualis sublimem statum, qui est: UNIO ANIMÆ CUM DEO: declarat autem, quòd *unio illa fiat per amorem Dei purum*: & quòd *amor inter Deum, & hominem quamdam efficiat similitudinem, & æqualitatem: & hominem in hoc mundo constituat in statu quodàm beatitudinis, qualis in hac vita esse potest: & ad hoc requiritur mortificatio appetitûs, sive amoris quarumcumque creaturarum. Ut autem clariùs hucusque dicta constent, sciendum est, amorem, adhæsionemque animæ ergà creaturas, coæquare ipsam animam creaturæ: quòque major ac intensior est amor, eò major æqualitas ac similitudo resultat: amor siquidem similitudinem inter amantem & amatum parit, & propterea dixit David, loquendo cum illis, qui corda sua idolorum amori immerserant: Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: hoc est, qui amore illas prosequuntur. Hinc provenit, quòd qui alicui creaturæ amore copulatur, adeò vilis, abjectusque efficiatur, ac est creatura illa, imò aliquâ ratione abjectior & inferior: amor enim non æquat solùm, verùm etiam subdit, ac subjicit amantem rei amatæ. Hinc est, quòd ex ipso, quòd anima alicui rei extrà Deum, amoris nexu inhæret, incapacem se pura cum Deo unionis, ac in eum transformationis reddat. Itaque ad obtinendum purum amorem Dei, & consequenter quamdam in hac vita beatitudinem, requiritur denudatio ab appetitu adhæsivo cuicumque creaturæ: & pura adhæsio ad Deum solum: nam creavit nos Deus ad se, & inquietum est cor nostrum, donec quiescat in ipso.*

Amor Dei hominem Deo unit, & quâdam ratione similem reddit:

amor creaturarum creaturis ipsis subjicit:

2689. Qualis autem requiratur denudatio, & exspoliatio affectûs ab omni creatura, & delectatione, his declarat exemplis: Si sese obtulerit delectamentum in audiendis rebus, quæ ad Dei obsequium nullius sunt adjumenti; nec illis oblectari velit, nec eas ad aures admittere: si etiam senserit delectamentum in aliquibus rebus intuendis, quæ ad Deum non ducant ac stimulent; delectamentum illud recuset, & ab hujusmodi rebus oculos avertat, ne inordinato affectu animus illi adhæreat. Quòd si in loquendo, seu in quacumque alia re similis gustus, seu delectatio subrepserit; idipsum semper faciat. In omnibus denique sensibus, quantùm commodè poterit, eodem mortificationis, & abnegationis utatur modo. Nam si omninò gustus aliquis percipiendus sit, nec illum commodè evadere possit; sat erit, nolle illo oblectari, licèt illum sentiat. Itaque toto illo libro docet, hominem fieri perfectum, & quodammodò cœlestem, & cœlestis beatitudinis quietæ quadam perfruentem, in quo sunt illa duo: *denudatio, & exspoliatio ab omni creatura, & ab omni delectatione* (hoc est, ab inordinato affectu ad eam) *& adhæsio ad Deum solum.* Sic quandò comedimus & bibimus, non possumus id facere ob gustum, & delectationem, sic ut in illis sistamus, sed debemus in panis, aliorumque ciborum, nec non vini, alteriusve potûs sapore & delectatione transire ad Deum, & gustare creatorem panis. Pari modo faciendum est cum omni delectatione, cui non est annexum per se peccatum: quia creatoris admirabilis suavitas delectationem infundit omnibus rebus creatis. Nullum ergò medium ex creaturis in te residere patieris, sed ab omnibus exutus, atque nudatus, nudam divinitatem absque medio aliquo creaturæ (ut est creatura) accedes: quia Deus absque medio te uti desiderat. Nec in hoc Sanctorum invocatio (quæ propter Deum, & in Deo fit) te impediet, quia ipsi sunt unus spiritus cum eo.

amor Dei requirit denudationem ab amore creaturæ:

2690. In eodem opere: *Ascensus mentis Carmeli*, libro 2. cap. 5. & sequent. declarat, quòd *perfectionis status in Dei perfecto amore, & sui ipsius contemptu, & à rebus quibuslibet creatis denudatione consistat*: & hanc scientiam nuncupat *secretam*, & *scalam*; *secreta* vocatur, quia in duobus istis consistit mystica Theologia, quam *secretam sapientiam* Theologi nuncupant. *Scala* dicitur, quia *per eam ad cœlestes thesauros anima conscendit.* Addit: *Possumus etiam contemplationem hanc appellare scalam, quia sicuti in scala iidem gradus ad ascendendum deserviunt, & ad descendendum: ad eumdem quoque modum hæc contemplatio arcana iisdem ipsis communicationibus, quas animæ confert, & quibus eam in Deum sublevat, etiam eam in seipsa deprimit, & humiliat... atque hic est ordinis status contemplationis stylus, & exercitium; ut nimirùm domus ad quietum perveniat statum, numquam in eodem permaneat statu, sed ascendat semper, & descendat. Cujus rei ea est ratio, quia cùm perfectionis status, qui in perfecto Dei amore, suique ipsius contemptu consistit, absque duabus istis partibus, Dei videlicet, ac sui ipsius notitia stare nequeat; debet necessariò prius in utraque exerceri anima, dùm ei jam unam degustandam præbent: hocque modo in sublime eam sublevant, jam verò alterius experimentum sapere faciunt, hasque ratione eam humiliant, & deprimunt.* Et ista omnia prolixiùs declarat, nempè, quòd qui ad perfectionis statum conscendere desiderat, has binas nobilissimas virtutes, *Humilitatem, & Dilectionem*, seu *Dei purum amorem* frequenter ruminando, & sibi imprimendo

Hominis perfectio in quo sita.

Digitized by Google

XIV. DECEMB.

hæc verba : *Nihil sum, nihil habeo: nihil præter unum concupisco.* Humilitas vera dicit, *nihil sum* (ex conditione, & vitio meo) *Nihil habeo* (nam quidquid in creaturis, aut donis Dei, extrà Deum habeo, aut habere possem, quicquid video, audio, vel percipio, in me prorsùs nihil est) *Impotens, insipiens, & nihil sum, nihil valeo, plenus peccato, & miseriâ: ideò de me ipso penitùs desipero.* Amor autem, sive dilectio Dei dicit : *Nihil nisi unum solum Deum meum desidero.* Plura circà hæc perutiliter legentur in ipso fonte (ipsis ejus operibus) & utiliùs maturè expendentur, ac utilissimè in praxim reducentur illa, quæ tradit in ASCENSU MONTIS CARMELI, cap. 4. in quo, & sequentibus declarat, ac Scripturarum auctoritatibus confirmat, *quàm necessaria sit animæ appetitûs mortificatio, ut ad unionem divinam possit proficisci.* In sequentibus docet, quòd *appetitus animam obtenebrent, fœdent, tepefaciant*, aliaque damna ab inordinato appetitu provenientia ostendit, & pro appetitûs mortificatione varias tradit regulas, ac denique pro coronide hos (inter alios) versus, seu lacra apophthegmata. *Vt gustes totum, noli in aliqua re gustum habere. Vt pervenias ad possidendum totum, nihil in re aliqua possidere velis. Vt pervenias ad hoc, ut sis totum, nihil in re aliqua esse velis. Quotiescumque in aliqua re fistis, seu te detines; desinis projicere te in totum. Nam ut venias à toto ad totum, debes te ubnegare ex toto in totum.* Quæ sic intelligenda: *Vt gustes totum* (id est Deum) *noli in aliqua re* (creata) *gustum habere . . . Quotiescumque in aliqua re* (creata) *fistis, seu te detines; desinis projicere te in totum* (id est Deum:) atque ita de cæteris.

Deum, qui omnia est, cupiens possidere, ab aliorum omnium (creatorum) inordinato affectu, debet purificari.

CAPVT VII.

Ægritudo ultima, sanctus, & mirabilis obitus: miracula: apparitiones.

2691. CUm aliquandò in morbum incidérat gravem, & periculosum, qui ægrotantem ad eas redegit angustias, ut judicio Medici, nulla spes vitæ superesset: Vir Dei Prophetico spiritu, *Multum*, inquit, *patior, sed non decedam hâc infirmitate; nondùm enim lapis perfectè expolitus est.* Ubi verò tunsionibus, pressuris, perfectissimoque nitore omnigenarum virtutum lapis hic pretiosus satis superque expolitus fuit, in Conventu Rupellæ in febrim incidit, quæ accessu aliorum vulnerum, & dolorum illi ultima fuit. Quòd verò is locus solitudini esset destinatus, nec suppeteret copia Medici, optio ei facta fuit, migrandi in Biacense, aut Ubetense Cœnobium, quòd hæc cæteris essent viciniora. Ille verò Ubetense elegit; tùm quòd in ea civitate nondùm notus esset, tùm quod non ignoraret alias patiendi occasiones hîc suppetere. In itinere, cùm socij molestissimâ nauseâ laborantem viderent, sciscitati sunt, num quid esset, quo vesci vellet; ille aspara-

B. Ioannes gravi infirmitate corripitur:

Conventum eligit magis commodum.

gos visus est appetere, sed loco, & anni tempore maximè alieno, Septembre jam excurrente: indoluerunt comites, quòd nec tantillo refrigerio necessitati optimi Patris subvenire possent. At præstitit Deus, quod locus, & tempus præstare non poterant. Vix enim ingressi flumen Guadalimar, fasciculum asparagorum impositum lapidi invenerunt, gravissimi mali exiguum solatium, sed miraculo magnum. Cùm Ubetam appulissent, invaluit febris: accessit ulcus in dextero pede, ea parte, quâ Salvator clavis affixus est cruci, cui ut chirurgi mederentur, alia ingentia vulnera circumcircà, per modum crucis aperuerunt, gaudente interim Joanne, ac Deo Optimo Maximo gratias agente, quòd unico pede, in formam crucis, quinque Domini vulnerum memoriam gestaret. Maxima puris copia ex his vulneribus educta est, tantæ virtutis, ut eo tinctæ fasciolæ, & ægris applicitæ, plurimas infirmitates miraculosè sanaverint: tantæ verò fragrantiæ, ut linteola, quæ obligandis, aut abstergendis vulneribus fuerant adhibita, solo odore ab aliis discernerentur. Argumentum suavissimi hujus odoris est, quòd Religiosus ejusdem Conventûs, cùm scutellam purulentâ hâc materiâ plenam reperisset, ratus ex odoris fragrantia, id esse sapidam aliquam sorbitiunculam, penitùs ebibit, non modò citrà nauseam, sed etiam summa cum suavitate, & gustu, ut ipse postmodùm rescions, quidnam esset, testatus est. Augebatur indies morbus, & dolor, qui, judicio Medici & Chirurgi, intensissimus erat; nihilominùs Joannes inter has angustias tàm sereno hilarique vultu persistebat, ut nihil omnino pati videretur. Frequenter inter dolores in extasim rapiebatur, ut subindè debuerint Medicus & Chirurgus expectare, donec in se reverteretur. Hinc fama sanctitatis illius in ea civitate, in qua anteà notus non fuerat, percrebuit, eumque invisere, Sanctumque proclamare cœperunt. Sæculares aliqui concentu musico conati sunt laborantem recreare, ipso licèt invito, & renitente. Interrogatus postmodùm à Religioso sibi familiari, quì tandem placuisset musica? Respondit: *Eam non audivi, nàm longè suaviori me Dominus detinuit occupatum*: Deo Optimo Maximo cœlesti haud dubiè solatio servum suum demulcente, & absorbente, in præmium contempti solatij terreni.

in gravi cruciatu Deo gratias agit:

in dolore intensissimo persistit sereno vultu:

à Deo cœlesti symphoniâ demulcetur:

2692. Præcognoverat jam pridem, Deo revelante, mortis suæ tempus; Beatissima quoque Virgo die Sabbathi profesto immaculatæ suæ Conceptionis denuò eum præmonuit, sequenti Sabbatho sibi ex hac vita migrandum, mediâ nocte, quando Matutinæ preces decantari solent. Exindè solebat quotidiè inquirere, quænam esset dies, adeò namque absorptus, & immersus erat considerationi rerum divinarum, ut temporis oblivisceretur. Cùm semel audivisset à Medico, mortem instare, respondit: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum*

præscius temporis sui obitus, Sabbato:

Digitized by Google

XIV. DECEMB.

Domini ibimus: & mòx subintulit: *Hôc tam fausto nuntio, omnis à me dolor abscessit.* Voluerunt tunc ei salutiferum Viaticum administrare; at ille: *Tempus*, inquit, *adhuc superest, admonebo, cùm tempus aderit.* Feriâ quintâ, sub vesperam, percunctatus est, quænam esset dies, quod cùm cognovisset, petiit sibi præberi sacrum Viaticum, quod summâ animi devotione suscepit. Feriâ 6. Divæ Luciæ sacrâ, iterùm inquilivit, quænam dies esset, quâ cognitâ, ampliùs non interrogavit de die, sed sæpiùs de hora; semel subjunxit: Interrogo, quota sit hora; nàm Deo meo sit laus; hac nocte ad laudes Matutinas decantandas, in cœlum iturus sum. Horâ quintâ Sacramentum extremæ Unctionis sibi dari postulavit, quo accepto, humiliter petiit veniam ab omnibus Religiosis, illique vicissim suam benedictionem, necnon, ut documentum aliquod spirituale, in absentiæ suæ solatium, eis relinqueret, quod & fecit, ut morem gereret Patri Provinciali P. Fr. Antonio de Jesu, antiquo ejus sodali, qui præsens aderat. Horâ octavâ iterùm interrogavit, quota esset hora: quam cùm resciviſſet, ait: Heu, tam diu adhuc commorandum est in hac vita. Horâ nonâ iterùm inquisivit: eâque cognitâ, subjunxit: *Adhuc tres horæ restant? incolatus meus prolongatus est!* Horâ decimâ cùm audisset campanæ pulsum, petiit, ad quid pulsaretur? responsum est, quòd ad Matutinum, apud quasdam Moniales. *Et ego*, inquit, *per bonitatem Dei mei, unà cum Beatissima Virgine, in cœlum, illud decantaturus, conscendam*: statimque, hâc sanctissimæ Virginis recordatione liquescens, eam his verbis allocutus est: *Immensas, ô Regina, & Domina mea tibi refero gratias, ob singulare hoc, quo me donas, beneficium; nimirùm, ut die Sabbato tibi dicato, me ex hac vita migrare velis.* Dimidiâ horâ, priusquàm mediâ nocte ad Matutinum pulsaretur, ait: *Iam hora mea appropinquat: admoneant Religiosos.* Sine mora accurrêre omnes, cereis accensis, & longè magis cordibus, lectulum circumdantes. Lecta est, de more, animæ commendatio ipsomet, ut poterat, adjuvante. Postquàm nonnullos Psalmorum versiculos, & Cantici Canticorum sententias, tenerrimo cordis affectu ingeminasset, iterum in oratione, Christi Domini cruci affixi effigiem manu tenens, suspensus est, & elevatus. Horâ duodecimâ jam imminente, Crucifixo relicto, manus, & brachia sub lodicem immisit, summaque tranquillitate & modestiâ propriis manibus corpus suum composuit, atque iterùm, apprehenso Crucifixo, ineffabili animi, & verborum teneritudine, sese cum illo oblectare cœpit. Paulò antequàm spiritum Deo redderet, apparuit globus lucis instar ignis splendidi, & suprà modum decori, Venerabilis Patris corpus redimentis: tantus autem fuit luminis hujus fulgor, ut 23. candelarum in illa cellula ardentium lumen offuscaret. In medio tanti splendoris, velut ardentissimus Seraphim videbatur accensus: Tùm audita est hora duodecima, & simul campanæ domesticæ pulsus ad horas Matutinas: Scisitatus Dei servus, ad quid pulsaretur? acceptoque responso, pulsari ad horas Matutinas, blandè oculos suos aperiens, omnesque circumstantes hilari, & amabili vultu, quasi valedicens, intuitus, lætabundus ait: *In cœlum vos decantaturus abscedo.* Mox labia pedibus Crucifixi, quem manibus tenebat, imprimens: *In manus*, inquit *tuas Domine, commendo spiritum meum*: ac simul blandè, suaviterque spiritum tradidit. Atque ita ineunte die Sabbathi, quemadmodùm ipse prædixerat, exspiravit 14. Decembris Anno 1591. ætatis suæ 49. Reformationis à se inchoatæ 23.

petit Viaticum,

& extremâ unctionem: utrâque petit,

gratias agit B. Virg. Mr.

globus lucis apparet circa ipsum:

piissimè initio diei Sabbati moritur,

2693. Fuit corporis staturâ ad mediocritatem vergente, triticeâ facie, macilentâ, debitè tamen proportionatâ, venerabili canitie, latâ fronte, oculis nigris suavitatem, & mansuetudinem præ se ferentibus, naso aliquantulùm aquilino, denique totius corporis habitudo, & constitutio gravis, jucunda, & suprà modum modesta, adeò, ut sola ipsius præsentia intuentes quoque componeret. Remansit vultus pòst felicissimum ejus transitum mirabili quodam splendore perfusus, fragrantia verò tàm copiosa è corpore defuncti emanavit, ut non solùm in cellula, sed etiam in toto monasterio percipieretur. Religiosi, & seculares qui aderant, habitum, tunicam, breviarium, & quidquid Dei famulum aliquandò tetigerat, tamquàm opima spolia, imò veluti pretiosissimas reliquias certatim rapuerunt. Sepultus est, innumerâ hominum multitudine concurrente: posteà Ubetâ Segobiam translatus fuit (quod ipse aliquandò futurum prædixerat) ubi in magnifico sepulchro, pietate, & munificentiâ Philippi III. Regis Catholici extructo, conditus jacet.

corporis effigies:

fragrantia:

sepultura:

2694. Quantùm ad miracula, plurima ejus meritis Deus operatus fuit. Ludovica Vela gravi apoplexiæ casu correpta, morti jam proxima, ejus invocatione, & meritis, incolumis momento evasit. Ita quoque Soror Mencia à S. Ludovico Sanctimonialis, ex inveterata decem annorum paralysi, jam proclamata, ad salutem pristinam restituta fuit: ficut refertur in Actis Beatificationis ejus: & ista fuerunt in Sacr. Rituum Congregatione coram Pontifice Clemente X. die 25. Septembris, & 6. Octobris anni 1674. approbata. De beneficiis Poloniæ Regno præstitis, per merita B. Joannis testatur Rex ipse in litteris ad Summum Pontificem, ei propterea pro beatificatione, seu canonizatione supplicans his verbis: [Quia verò specialis mea in Divum Joannem à Cruce Religiosum, instituti S. Matris Teresiæ, Patrum Carmelitarum Discalceatorum, devotio, singularia omnipotentis Dei in me derivavit, & (ut confido) derivabit auxilia; piaculum putarem, si illi venerationis obsequium in

miracula.

hoc

XIV. Decemb. hoc potissimum præstare non curarem: ut pro illo, Sanctorum albo inserendo, ad Sanctitatem Vestram tamquàm supremum Dei in terris Vicarium, supplicare desinerem. Itero jam anteà porrectum S. V. libellum supplicem, humillimè obsecrans, ne moretur S. V. debitum huic Sancto piæ venerationis attribuere cultum, qui meorum honoris, & regni restaurationi mirè succurrendo omnem exclusit moram.] Inter conficiendas informationes in ordine ad beatificationem, Religiosus affectu in B. Patrem non usque adeò propensò, cùm & ipse inter alios interrogatus esset, quidnam de illo sentiret? contemptim respondit: Quid ego dicam de P. F. Joanne? vix ultimum verbum protulerat, & ecce penitùs obmutuit, ita ut nec ullum verbum, quantumvis conaretur, proferre potuerit. Ex inflicta pœna proprium reatum agnovit, & corde compunctus, supplex veniam à B. Patre poposcit, & obtinuit, solutumque est vinculum linguæ, quam deindè in laudes Joannis laxavit, cujus honorem Deus zelaret. De miraculis, & beneficiis aliis, ejus intercessione præstitis, agitur in vita ejus copiosiùs scripta.

Subitanea cujusdam punitio, & relaxatio:

2695. Pòst mortem variis apparuit gloriosus: inter omnes autem apparitiones, specialissimæ sunt eæ, & prodigiosæ, quæ fiunt in particulis carnis ejus, & reliquiis, in quibus videre est diversa mysteria, & imagines cœlestes, Christi Domini, Beatissimæ Virginis, Spiritûs sancti, sub columbæ specie, Venerabilis Sacramenti, Angelorum, & aliæ plurimæ, potissimè verò ejusdem Ven. Patris imago, ante Christum Dominum, & Beatissimam Matrem genuflexi. Hujusmodi apparitiones annò Domini 1594. ipso Epiphaniæ festo, Metinæ Campi manifestari cæperunt; deindè verò Segoviæ, Burgis, Cæsaraugustæ, Calatayudis, Uberæ, & ferè ubicumque mirabilis viri hujus reliquiæ habentur, hæc stupenda prodigia perseverant. Primæ apparitiones Metinenses ab Illustriss. Dom. Joanne Vigil de Quiniones Vallesoletano Episcopo, omnibus & singulis experimentis, & circumstantiis requisitis, examinatæ, & probatæ fuerunt. In civitate Calatayudi duæ erant projectissimæ vitæ mulierculæ, & in scelere obstinatissimæ, quæ videntes in una harum reliquiarum Magdalenam ad vivum peccata sua deflentem, conversæ sunt ad meliorem vitam, ac sua etiam peccata planxerunt. Non minùs admirabilis fuit conversio ad Christianam Religionem mancipij unius, Mahometicæ sectæ, ad obdurationem usque, addictissimi: quæ inspectâ ab eo in particula carnis Beatissimâ Virgine cum puero amantissimo Jesu, contigit. Viri nonnulli doctrinâ, & pietate insignes, cùm apparitiones illas parvi facerent, eosque qui illarum æstimatione rapiebantur, arguerent, protinùs ut illas intuiti sunt, mutati, & in earum tùm fidem, tùm admirationem adducti sunt. Plura circà hæc, adducta ex vita B. Joannis, eruditè disserit Thomas Aquinas à S. Josepho (a) qui etiam refert, quòd inter varias imagines, quæ in illa carne apparuerunt, visa est semel, & iterùm imago beatissimi Prophetæ Eliæ, longævâ canicie venerandi, oculos ignitos, & zelum spirantes habentis, Carmelitarum habitu induti.

apparitiones mirabiles in particulis carnis ejus:

peccatorum conversiones per eas.

(a) in Dissertat. Historico-Theol. de Patriarch. Eliæ par. 2. sect. 11.

CAPVT VIII.

Ex B. Ioannis a Cruce Vita, *seu* Synopsi, *Latino idiomate edita per R. P. Paulum ab omnibus Sanctis, nuper Definitorem Carmelitarum Discalceatorum in Germania, quædam desumpta.*

1696. Vita illa, seu Synopsis, Græcij in Styria, typis prodiit hoc anno 1675. in plerisque quasi eadem cum ea, quæ præcessit; attamen luculentior, in XXIII. capita distributa. Indè convenienter, & utiliter nonnulla hîc subnectenda videntur, de præcipuis aliquot ejus virtutibus, de quibus capite XIII. ista: Virtutes illius SS. Dom. N. Clemens X. in beatificationis ejus Diplomate, his commendat verbis [Virtutibus tàm Theologicis, quàm moralibus, in gradu heroico servus Dei Joannes de Cruce multipliciter claruit.] De Fide: Erant ejus assidua, & intensissima desideria, quibus quamlibet fidei veritatem, per medios ignes, & gladiós profiteri peroptabat. His ut aliquatenùs satisfaceret, & suos simul subditos, ad eandem pro Christo sanguinem fundendi cupiditatem accenderet, curabat non rarò in nonnullis festivitatibus, ut eos religiosiùs oblectaret, quoddam martyrij simulacrum exhibere: in quo unus tyranni imperantis, alius Martyris fortiter se periculo objicientis, alius accusatoris, alius Martyris fortiter se periculo objicientis, alius accusatoris, alius denique carnificis necem inferentis personam agebat: Beatus Pater Martyris plerumque personam referebat.

B. Ioannis methodus ad pietatem exercitandam:

1697. De Spe: In suis monasticis exhortationibus frequenter ingerebat spem atque in Deum fiduciam, patrimonium esse pauperum, præsertim Religiosorum, quâ potiùs, quàm curis aliis, aut humanis industriis, ac solicitudinibus niti eos suis in necessitatibus oporteat. Cùm collegium Baëzanum, cui Vir sanctus præerat, summâ rerum necessariarum penuriâ aliquando premeretur, accessit illum Procurator, hanc illi exponens inopiam, unàque postulans facultatem foràs prodeundi, ad necessaria conquirenda. Cui B. Pater respondit: Dominum domi habemus, qui cuncta nobis necessaria suppeditare & vult, & valet: ex tempore, quod plateas obeundo, benefactoresque molestando, insumi oporteret, spatium aliquod orationi, & Deo tribuamus, in cujus manu sunt corda hominum: hunc si propitium habuerimus, excitabit benefactores, nobis etiam inscijs, nec solicitis, ad abundanter nobis succurrendum. His dictis, dimissoque Procuratore, SS. Sacramentum accessit, deprecaturus

Spes, & fiducia ejus in Deum promereatur in se & suos singularem Dei providentiam.

Digitized by Google

XIV. DECEMB. Deum, pro hujus remedio necessitatis. Res mira! brevi adfuerunt, qui res omnes tunc necessarias affluenter subministrarunt. In hoc ipso Collegio accidit aliàs, ut horâ prandij, nihil omninò suppeteret, quod Religiosis apponeretur: quos vir sanctus ad fiduciam in Domino collocandam cohortatus, jejunos dimisit. Vix triclinium egressi fuerant, & ecce ad portam Collegij duò juvenes compareht, cum canistris panis, ciborumque copiâ instructis. Nec Baëzæ solùm, sed alibi quoque idem non semel evênit ... Porrò licet cœnobia ipsius concredita curæ, ob eximiam ejus in Deum fiduciam, rerum necessariarum copiâ plerumque affluerent; adeò, ut etiam aliis penuriâ pressis, & egenis subvenire posset; nonnumquam tamen Omnipotens, ad experimentum Euangelicæ paupertatis, & Joannis in se confidentiæ, permittebat ea, extremam propè rerum omnium incurrere carentiam; at numquam illa destituit, sed prodigiosè semper, & opportunè succurrere consuevit.

Charitas Joannis comparata cum supparata S. Teresiæ:

2698. DE CHARITATE, SEU AMORE IN DEUM: Videtur in hoc, ut in aliis penè omnibus gratiæ donis, Deus Joannem nostrum S. Teresiæ assimilare voluisse, cujus præcordia ignito jaculo Seraphin trajecit, & incendit. Interibat profectò, ut alias Teresia, quòd interire non posset, ut optatissima Dei præsentia, solutis hujus vitæ, corporisque vinculis, frueretur. Vehementer conquerebatur, & decessum efflagitabat, quod satis produnt hi illius versus, è libro, VIVA AMORIS FLAMMA:

Semper ô vivax in amore flamma!
Quàm saporosis, teneriscque centrum
Saucias plagis animæ profundum!
Non velut quondam crucias molesta:
Si placet, finem facito, & suavis
Hujus occursus celer inchoatam
Rumpito telam.

Religionis cultus:

2699. DE RELIGIONE: Theologicarum virtutum vestigia Morales pari passu insequuntur: quarum nobilissima est Religio (quæ & Theosebia, & Eusebia nominatur) per quam debitus cultus, & reverentia Deo exhibetur. Hujus virtutis praxim adeò sibi reddiderat familiarem, ut omne penè vitæ tempus illi impenderet. Præcipuas anni solemnitates, præsertim Christo Domino, Delparæque Virgini dicatas, solitò majori celebrabat pietate, totus omninò immersus, & absorptus contemplatione mysteriorum, quæ ab Ecclesia per eas repræsentantur: quas externo quoque cultu, ac veneratione à cæteris discerni volebat. Officium divinum sive recitaret cum reliquis in choro, sive extrà illum, negotiis urgentibus præpeditus, summâ semper reverentiâ ac devotione persolvebat: quam externâ etiam corporis habitudine manifestabat. Numquam nonnisi flexis in terra poplitibus extrà chorum, etiam in itinere, & diversoriis agens, illud orare solitus. Orationi, quæ hujus est virtutis actus, adeò deditus fuit, ut tota ejus vita continuatum orationis exercitium fuisse videatur. Huic non solùm horis præscriptis cum aliis, verùm etiam toto ferè reliquo diei tempore, & inter ipsas quoque externas occupationes, jugiter vacabat. Inter cætera Catholicæ Fidei mysteria, augustissimum SS. Trinitatis impensiùs venerabatur: de quo adeò sublimiter, ac dilucidè differebat, ut audientium animos in admirationem raperet, & intellectum eorum in illius cognitione mirificè illustraret, ac voluntatem ad cultum ejusdem vehementer inflammaret. Ad sacratissimam Christi Servatoris nostri humanitatem, singulaque ejusdem mysteria, nativitatis præsertim, passionis, ac mortis, impensissimè afficiebatur. Excedit eloquentiæ vim pietas ejus in divinissimum Eucharistiæ Sacramentum. Non aliter versabatur in ejus præsentia, ac si latentem sub speciebus sacris divinam Majestatem corporeis intueretur oculis. Festum sanctissimi Corporis Domini eâ semper peragebat pietate, animique exultatione, ut ad consimilem alios quoque invitaret. Non dispari pietate Cælorum Reginam (nec enim potest, nec debet à Filio Mater separari) Joannes noster prosecutus est. Eam ab infantia, & propitiam semper expertus fuit matrem, & in Matrem perpetuò colendam assumpserat: & priùs expertus, quàm assumpsisset. Ex quo tempore in lacunam & puteum lapsus, ab ea, admirabili pulchritudine conspicuâ, apparente, imminenti exitio exemptus fuit, tali cœpit in illam affectu ferri, ut in omnem vitam reliquam perduraverit. Inter Cælites alios plures quos peculiariter colebat, præcipui erant S. Joseph sponsus Deiparæ, S. Elias Propheta, S. Joannes Baptista &c.

festa peculiari pietate egit:

in Officio divino reverentia:

extra chorum semper genuflexus egit:

devotissimus SS. Trinitati,

ac SS. Eucharistiæ:

& B. V. Mariæ.

2700. PATIENTIA: Cùm Christo, & pro Christo jugiter pati, adeò deperibat, ut ejus ardore, ac cupiditate, aliquandò à sensibus alienatus, in extasim raptus fuerit. Quod Veaci accidit anno 1578. cùm de tolerantiæ laude, nativo idiomate, rhythmicos hos versus recitari audisset:

Patiendi desiderium.

Quisquis expers est pœnarum,
Hac in valle lachrymarum,
Ubi cruce vivitur.
Is ignorat, quid sit bonum,
Et amoris nescit tonum,
Nec gustum assequitur.
Nam aggesta vis dolorum
Est character amatorum,
Cùm premit, imprimitur.

2701. MIRACULA PÒST MORTEM: Cùm præscripta Synopsis hujus brevitas non permittat, vel illa solùm miracula, quæ pòst Joannis nostri obitum Deus ejus meritis, & interventu patravit, quæque in processibus, à locorum Ordinariis, in diversis Hispaniarum Diœcesibus, authoritate Pontificia, pro ejus Apotheosi confectis, continentur, vel compendio recensere, visum est, brevissimum illorum Elenchum, ordine alphabetico, hic exhibere, doctiori calamo illorum adæquatam descriptionem cedentes.

Amentibus

XIV. NOVEMB.

Amentibus rationem restituit.
Apoplecticis membrorum usum.
Apostemate pernicioso periclitantes sublevat.
Brachium diffractum redintegrat.
Brachij sævos dolores fugat.
Claudus gradiendi recipit facultatem.

Sic capite XXII. ordine alphabetico aliâ recensentur. Capite autem antecedenti agitur de miraculis varij generis in Vita.

APPENDIX.

Quædam peculiariter notanda, circa B. Ioannem à Cruce, & Vitam ejus.

Deus subindè permittit grandia mala: & deinde educit majora bona:

2702. PRIMUM: Dei singularis providentia subindè grande aliquod permittit accidere malum, ut indè suâ inscrutabili sapientiâ majus educat bonum; idcircò etiam de congruis providet remediis. Sic biennio ante exortum funestæ hæresis Lutheranæ, monasteriorum, ac personarum Deo sacratarum, exterminatricis, in mundum prodiit S. Teresia: & quadriennio ante ejusdem Lutheri mortem (post quam hæresis ejus magnis est aucta incrementis) natus est B. Joannes à Cruce. Debacchante autem quàm maximè hæresi illâ Lutheranâ, ac pariter, Calvinianâ, & sex Carmelitanas Provincias (Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Bohemiæ, Saxoniæ, & Daciæ) quasi penitùs evertente, ac aliarum in Gallia, Germania, & Belgio Conventus non paucos expilante, demoliente, incendio consumente, eodem tempore S. Teresia, & B. Joannes à Cruce novos excitârunt Conventus, è quibus utraque Carmelitarum Discalceatorum Congregatio processit: & in utraque, pro sex Provinciis amissis, viginti novæ prodierunt in utraque Congregatione illa nova; eæque in innovato spiritu Eliæ.

Ita contigit in Carmeli Ordine.

2703. SECUNDUM: Sicut Deus S. Teresiam *seu veram sui Patris Elia filiam replevit luminibus quæ ipse possedit* (ut loquitur magnus in Hispania Præsul Joannes Palafox *a*) videlicet divinæ unionis per orationem, & contemplationem, ac procurandæ salutis proximorum verbo, & opere, eximiæ sanctitatis, austeritatis, patientiæ, cæterarumque virtutum in heroico gradu, & divinæ sapientiæ resplendentis in altissimæ perfectionis libris: ita ipsi (Matri Congregationis utriusque) adjutorium simile destinavit B. Joannem à Cruce, tamquàm Patrem. Nam quemadmodùm Deus primaria bina Ecclesiæ fundamenta S. Petrum Principem Apostolorum, & S. Paulum Doctorem Gentium in mystis parificavit, præsertim autem, ut pro ejus nomine plurimas, & gravissimas persecutiones subierint: & ideò S Petro Christus dixerat: *Sequere me*, scilicèt ad potandum profundè è calice passionis, ac denique crucifixionis: & de S. Paulo: *Ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Ita quoque sicut S. Elias gravissimas passus fuit persecutiones à Jezabele, & aliis; ita quoque hîc pares, aut suppares fuerunt S. Teresia, (cujus desiderio: *Domine, aut pati, aut mori*, cumulatè à Deo satisfactum fuit) & B Joannes à Cruce (cujus similiter adimpletum fuit illud ejus votum: *Domine, pati; & contemni pro te*) Quanta passa fuerit S. Teresia, habetur ex ejus vita hîc suprà. Quæ sustinuerit B. Joannes à Cruce (vetè, juxta nomen suum, *à Cruce*) etiam audivimus ex parte: paucis autem hîc commemorandum, quòd afflictiones & cruces continuatæ fuerint in illo ad usque finem feè vitæ, quandò factæ fuerunt adversùs eum informationes; quæ (Deo mirabiliter disponente) servierunt in causa ejusdem Beatificationis.

(a) in notis ad literas S. Teresiæ.

S. Teresia, & B. Ioannes à Cruce in spiritu Eliæ vixerunt:

2704. TERTIUM: Veruntamen quantùm ad ea quæ passus est ab hominibus contradictiones, & carcerem, animadvertendum est, quòd sicut illi, qui S. Teresiæ obstiterunt, rectâ intentione processerunt, sicut declaratur in Actis Canonizationis ejus hîc suprà (a) *Contradictiones, contradictoresque plurimos inventi, qui validè (bonâ tamen intentione) adversati sunt.* Ita quoque Illustriss. D. Præsul Joannes de Palafox, in notationibus ad litteras S. Teresiæ (b) agens de contentionibus inter Carmelitas antiquæ observantiæ, & Discalceatos, ait: *Absolvè, & hi, & isti bonâ intentione procedebant.* Et in litteras ejusdem S. Teresiæ ad Illustriss. Dom. Archiepiscopum Eborensem (c) datas 16. Januarij 1578. ubi agit de incarceratione B. Joannis à Cruce, & de contradictionibus, quas passa est S. Teresia, ex una parte, & de ejusdem protectione, ex altera, ait: *Istos metus, nè Reformatio illa non esset à Deo, & ad Ordinis bonum, movebat ad contradicendum; illos autem confidentia boni indè proventuri animabat ad protegendum: atque ita & illi, & isti, contrariis studiis Deum non offendebant, sed merebantur: ipsaque Reformatio per contradictiones illas magis stabilita fuit.* Eadem est ratio de B. Joanne à Cruce: qui optimo zelo, & rectissimâ intentione Reformationis opus promovebat: & de aliis, qui conatibus ejus obstiterunt, & eum carceri mancipârunt, sicuti & de Priore Conventûs, in quo obiit, ipsi B. Joanni parùm benevolo, idem sentiendum. Certè in quolibet Ordine, si qui attentent nova, & valdè insueta, an non alij se opponerent, donec constaret, id esse Dei voluntatem? juxtà illud Spiritûs sancti consilium (d) *Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Sed B. Joannis *spiritum à Deo esse*, Deus ipse posteà signis, & testimoniis S. Teresiæ, & aliorum multipliciter declaravit. Ad hoc propositum singulariter memorandum, & stupendum, quod contigit in Venerabili P. Gratiano, à S. Teresia magnis præconiis celebrato, de spiritu S. Teresiæ, & ipsius B. Joannis à Cruce non parùm participante, sicut testantur etiam ipsius libri spirituales: propterea fuit primus Provincialis Carmelitarum Discalceatorum, & tamen postmodùm fuit ab ipsa Congregatione dimissus: nec ullis precibus iterùm recipi permissus. Ecquis dubitet, quin illi, qui dimiserunt, rectâ processerint intentione: nec dubitandum de recta intentione ipsius: qui tandem, post varios casus, ac multiplicia, & gravia incommoda, in odore præcellentis virtutis, ac sanctitatis, decessit anno 1614. de quo plura (Deo dante) in sequentibus.

S. Teresiæ, & B. Ioannes passi contradictiones.

(a) num. 2407.

(b) in annot. ad ep. ad Reverendiss. P. Joan. Bapt. Rub. General.

(c) Tenton. de Bragance Arch. d'Ebora al. Evora.

contradictorum bona fuit intentio:

(d) 1. Joan. 4.

Notabile de Ven. Hieronymo Gratiano,

2705. Hîc congruit id, quod legitur Danielis 10. de duobus sanctis Angelis inter se contendentibus: *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti, & uno diebus.* Quem locum, ex sententia Patrum præcipuorum, ita exponit Corn. à Lapide: *Licèt enim Angeli summâ charitate invicem ament, sintque summè concordes . . . tamen in quibusdam rebus, in quibus Deus necdum patefecit suam voluntatem, sibi invicem contraria velle possunt, non absolutè, & efficaciter, sed conditionatè, si videlicet Deo placuerit id, quod ipsi optant, & desiderant.* Tandem sub finem hanc subjungit moralem annotationem, etiam ad præsens propositum congruam: *Si inter Angelos, imò Principes Angelorum, sunt dissidia, quid mirum, inter homines sanctos subindè oriri dissensiones, vel opinionum, vel voluntatum, salvâ utrimque charitate? Ita dissensio orta inter Paulum, & Barnabam, causa fuit, ut pluribus Gentibus prædicaretur Euangelium*, (e) *Ita S. Paulus à S. Petro dissensit, Galat. 2. 11. ita & S. Cyprianus à S. Stephano Pontifice S. Chrysostomus à S. Epiphanio, S. Hieronymus à S. Augustino*

& de duobus Angelis inter se contendentibus.

ac Sanctis inter se dissentientibus, charitate.

(e) Act. 15. v. 39.

XIV. DECEMB.

Justino: quos tamen charitas una cum Deo, & cum sese invicem nexos vinctosque jungebat. Hinc nonnemo, aut aliqui (in idiomate præsertim vulgari) vitam B. Joannis à Cruce nuper scribentes, dùm ipsum, ac ipsius patientiam exaltare gestiunt, an, alteram partem veluti condemnantes, non minimùm deprimerint, sic minutim (an non etiam verbis suâ emphasi quandam velut exaggerationem præ se ferentibus) quæ, & qualia in carcere passus est, commemorando? an prudenter, an cum legentium, & audientium ædificatione? præsertim in idiomate vulgari, etiam idiotis usitato, judicium sit penès eos, quibus competit.

Providentia Dei erga Carmeli Ordinem singularis,

2706. QUARTUM: Denique animadvertendum, quòd sicut Deus Carmeli Ordinem à temporibus sui Patriarchæ Eliæ, peculiariter conservavit, & dilatavit, meritis, ac precibus sui Patris Eliæ, ac deindè etiam suæ Matris, Patronæ singularis, Mariæ, quæ solicitam semper pro suo Ordine habuit curam: Inter persecutiones sævissimas Cosdroæ Regis Persarum, Homar, & successorum ejus Saracenorum, ac Turcarum, nè interiret, conservavit: ex Oriente nè extirparetur, in Occiduas partes suâ sub tutela transmisit; transmissum iterùm contrà æmulos defendit frequenter. Ita quoque in vita S. Teresiæ, & B. Joannis à Cruce, & Ordine, seu Congregatione utraque ab ipsis procedente conspicitur Dei singularis providentia (sicut jam ante in primo Notabili perspeximus) quòd cùm Carmeli Ordo per hæreses grassantes diminutus esset Provinciis sex, mox auctus sit viginti aliis (totidem jam sunt in utraque Congregatione) atque ita Carmelitana Religio etiam hâc occasione (veluti sæpè ante) verè dicere potuit: (a) *In tribulatione dilatasti mihi*: absdubie, meritis, & precibus sui Patris Eliæ, & Matris amabilis Mariæ, juxtà promissum factum S. Petro Thomæ, istis Dei Matris, ad ipsum verbis: *Confidite Petro, Religio enim Carmelitarum in finem usque seculi est perseveratura.* Revelationi isti consonat alia facta S. Teresiæ, sicut ipsa testatur in vita, quam jussu sui Confessarii scripsit: ita refert cap. 40. & sic testatur: *Cùm coram Ven. Sacramento Altaris preces funderem, quidam Sanctus, cujus Ordo aliquatenus jam conciderat, mihi apparuit, manu librum præferens: quem ipse aperiens, aliqua me verba, literis magnis, & valde legibilibus in eo exarata, legere jubebat: erant autem hæc: futuris temporibus hic Ordo florebit, & multos habebit Martyres. Alio die, dum Matutinarum horarum tempore in choro agerem, apparuêre mihi, coram me stantes, sex, aut septem (tot enim mihi esse videbantur) ejusdem Ordinis viri, gladios manibus præferentes: quò signò designari existimo illos fidem propugnaturos.* Alia ibi scribit, à Deo sibi revelata, ad idem propositum, nec Ordinem nominat. Joannes à Jesu Maria in Vita S. Teresiæ lib. 4. cap. 3. revelationem illam his commemorat verbis: *Cum verò aliquandò coram Sacramento impensius oraret, Sanctus quidam è Carmelitarum Ordine apparens, librum pregrandem, quem ferebat, aperuit, à quo B. Virgo Teresia monita, hæc verba eleganter scripta legit: Florebit futuris ætatibus Ordo hic, & Martyres multos habebit.* Alios hoc ipsum adstruentes, & quòd Sanctus ille tunc apparens S. Teresiæ fuerit Carmelita, seu in habitu Carmelitano, refert P. Paulus ab omnibus Sanctis, in Synopsi vitæ B. P. Joannis à Cruce (a) capite 9.

Revelatio notabilis de aliquo Ordine:

in tribulatione dilatasti,

(a) Psal. 4.

Carmelitani non censent varij:

2707. Ad hoc propositum, Religiosus, Carmelita Discalceatus, inter primarios Provinciæ SS. Sacramenti in Germania, singulari pietate, & eruditione notus, verbo, & scripto hæc tradidit, & asseruit: *Viennæ in archivo nostræ Provinciæ ibidem existente, habetur testimonium R. P. Joannis Ludovici ab Assumptione, Germani, cujus vita extat in* DECORE CARMELI *P. Philippi, qui juramento, & fide Religiosâ, ac sacerdotali attestatur, se audivisse ex ore Ven. Matris Annæ à S. Bartholomæo, S. M. Teresiæ individuæ comitis, & eidem S. Matri familiarissimæ, & acceptissimæ, cùm esset prædictus Pater Confessarius Antuerpiæ, dixit ipsi asseveranter, quod S. Mater nostra Teresia ipsi secreto aperuerit, esse certissima, quod illa revelatio ipsi facta, de futuris Martyribus, quam cap. 40. Vitæ suæ refert, sit intelligenda de Ordine Carmelitarum.* Cùm autem S. Teresia, prudenti ducta consilio, Ordinem ipsa non exprimat, si quis Ordo alius illam revelationem sibi vindicare vellet, haud obsistimus. Etenim sive de Carmelitano, sive de alio Ordine hoc S. Teresiæ sit revelatum, non id aliis præjudicat; nam haudquaquàm ideirco excluduntur alij Ordines: qui etiam possunt *futuris temporibus multos habere Martyres:* & verisimiliter habebunt, præsertim in novissima, sævissimaque persecutione Antichristi: contrà quem quidem mittendi sunt SS. Elias, & Henoch; sed cùm isti non possint esse præsentes ubique per mundum, ut Christianos inter persecutiones, non tantùm Antichristi, sed & ministrorum ejus, confortent, discipulos habebunt, verisimillimè S. Elias suos nepotes Carmelitas, & pariter ipse, & Henoch, etiam Religiosos aliorum Ordinum, ac alios Sacerdotes zelosos (& ideò forte, instar Eliæ, isti apparebant S. Teresiæ, *gladios manibus ferentes*) e quibus multi erunt martyres. Sed ista hîc occasionaliter, & dumtaxat verisimiliter, dicta sufficiant.

id confirmatur:

verisimilius Ordines plerique tempore Antichristi multos martyres habebunt.

XVI. DECEMBRIS.

De Translatione corporis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, integri, & incorrupti, suavem odoris fragrantiam spirantis.

S. Maria Magd. de Pazzi duæ translationes:

2708. *TRanslationes corporis S. Mariæ Magdalenæ factæ fuerunt duæ: una anno post obitum, quandò ex loco, ubi sepulturæ traditum erat, humiditati obnoxio, tàm ob contiguitatem cujusdam putei, quàm stillicidij se ibi effundentis, auctoritate Illustrissimi Dom. Archiepiscopi Florentini effossum, integrum omninò, & incorruptum repertum, translatum fuit ad dextrum latus altaris majoris. Translatio altera contigit anno 1628. quandò de veteri monasterio, auctoritate Urbani VIII. Summi Pontificis, ad novum transmigrârunt. De utraque illa in hujus festi officio (a) ista leguntur:* Ejus (*S. Mariæ Magdalenæ*) corpus, purissimæ animæ habitaculum, à die obitûs usque nunc, nulli corruptioni obnoxium fuit, quamvis diu in loco humido sepultum manserit; è quo effossum, integrum & palpabile, ac mirificum fuavissi-

(a) ad Matut. lect. 6.

Digitized by Google

XVI. DECEMB.

suavissimumque odorem spirans, repertum est. Cùm verò Moniales, relicto veteri monasterio, in quo sancta Virgo diem obiit; ad aliud transmigrarint, ipsum quoque pretiosum pignus, Apostolica auctoritate die sexta Decembris anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo translatum est, ac ibidem summa fidelium veneratione colitur, dono incorruptionis, aliisque miraculis glorioſum.

corpus ejus incorruptū, suavem spirans odorem.

2709. *In Romano impresso* in Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ anno MD CLXVIII. *sub hoc titulo*: Canonizationis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo. INFORMATIO &c. *De priore translatione, & incorruptione corporis ista traduntur*: Cùm anno 1607. die 25. Maji secuto obitu prædictæ Beatæ Mariæ Magdalenæ corpus Ecclesiasticæ sepulturæ traditum fuisset in monasterij choro; retrò altare majus Monialium Carmelitarum ad Suburbium S. Frigdiani Florentiæ, humiditati obnoxium, tàm ob contiguitatem cujusdam putei, quàm stillicidij illue effundentis, à quo postmodùm extractum, ac reconditum in quadam capsa crystallina in altari ipsi Beatæ dicato, in Conventu S. Mariæ Angelorum Florentiæ, à dextris altaris majoris subtus chorum, in quo Moniales consueverunt recitare, ac decantare officium divinum, servatur, & conspicitur incorruptum, & palpabile, pannis holosericis indutum, ad usum Monialium Carmelitarum, etiamsi à die obitûs illius elapsi numerentur anni sexaginta, & ampliùs. Quòd factum comprobatur: Primò ex visitatione Apostolica facta à Judicibus Remissorialibus die 13. Septembris anni 1663. unà cum interventu peritorum adhibitorum super recognitione hujusmodi incorruptibilitatis: qui omnes viderunt, ac tetigerunt dictum sacrum corpus indutum ex lamina argentea alba, & nigra, & cum velaminibus nigris, juxta habitum ăliatum Monialium dicti monasterij, cum facie detecta, pedibus nudis, manibus pariter discoopertis, & super pectus expansis. Et dum premerentur manus circa pulsum, invenerunt carnem esse mollem, & flexibilem, seu palpabilem, ità ut pressa elevaretur, non sine magna admiratione prædictorum peritorum, nempè Medicorum, qui ulteriùs recognoverunt in genu etiam supra vestem detecto, & tacto, ubi palpabiliter sentiebatur, pellem post pressam elevari.

sepultum fuit in loco humido;

repertum integrum positum in capsa crystallina,

an. 1663. in Visitatione Apostolica solemni,

2710. *In impresso altero etiam ex Typographia eadem, eodemque anno, sub hoc titulo*: Canonizationis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Ordinis Carmelitarum. SUMMARIUM: *Visitatio Apostolica solemniter facta sic describitur*: Die decimâ septimâ dicti mensis Septembris 1663. Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Stephanus Brancatius Archiepiscopus Adrianopolitanus, DD. Robertus Strozza Episcopus Fæsulanus, ac DD. Joannes Bonaccursius Episcopus Collensis, Judices Remissoriales, & Compulsoriales à Sacra Rituum Congregatione electi, & deputati ad effectum visitandi, recognoscendi, & describi faciendi sepulchrum, memorias, & reliquias Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, existentia in Ecclesia, & Monasterio S. Mariæ Angelorum de Florentia, in via nuncupata Pinti, cum omnibus, & singulis circumstantiis, & qualitatibus, juxtà Decretum à Dominationibus suis factum sub die decima tertia hujus mensis Septembris, intimatum Dominis Subpromotoribus fidei, ac Monialibus dicti monasterij, nec non Medicis ad hoc per Dominationes Suas Illust. & Rever. electis, & deputatis; cùm accessissent ad Ecclesiam prædictam S. Mariæ Angelorum, & cum ipsis existeret Rever. Dom. Alexander Braccius Canonicus Florentinus, Subpromotor fidei, ac Dom. Joannes Baptista Tozzius Juris utriusque Doctor, ălter Subprombtor fidei, & Dom. Tiberius de Gacis, ac Dom. Horatius de Noccis, Medici Physici, ut suprà, electi, & deputati, ac dictus Pater Magister Cyrillus Grillanti Procurator prædictus: nec non Rev. Dom. Abbas Vincentius Bardius, ex Comitibus Vernij Decanus Ecclesiæ Metropolitanæ, & Vicarius Generalis Florentinus, & Rever. Dom. Philippus Soldanius Archipresbyter dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ, ac Rev. D. Cambius Anselmius Canonicus etiam dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ, tamquam tres testes hujusmodi actûs Visitationis, & recognitionis adhibiti, & rogati, Sanctissimo Sacramento debito cultu venerato, & oratione peractâ, ibidem existente, & instante dicto Admodum R. P. F. Magistro Cyrillo de Grillantis Priore Conventûs S. Mariæ Carminis de Florentia, & Procuratore Rever. P. Magistri Hieronymi Ari Priotis Generalis dicti Ordinis, ut in actis, mandârunt infrascripta per me Joannem Antonium Vignalium Notarium hujus Curiæ, & processûs, describi, & annotari, videlicet.

præsentibus tribus Episcopis auctoritate Apostolicâ deputatis,

& aliis pluribus:

2711. *Ibi consequenter traditur accurata Capellæ, & Sepulchri S. Mariæ Magdalenæ, nec non tabellarum, & votorum argenteorum, auratorum, & aureorum descriptio: ea hic recensere prolixum nimis esset: en saltem aliqua*: In extensa tela nigri coloris affixa sunt vota argentea habentia formas diversas, scilicet hominum orantium, capitum, brachiorum, manuum, pedum, crurium, cordium, infantulorum, & hujusmodi; quæ cùm sint diversæ magnitudinis, vix dinumerari possunt, fuit tamen visum ascendere ad numerum 250. In eodem pariete sunt 25. tabellæ cum ornamentis deauratis, vel sine auro... Ante capita parastetarum, ante dictam Capellam sunt quinque vota argentea in quadratis tabulis extensa super serico panno. Ante ipsam Capellam appensæ sunt quinque lampades argenteæ, quarum duæ in forma cordis, & ex his una inaurata in medio... Altare dictæ Capellæ est marmoreum... Sacrum cavum sub altare prædicto, & circa ipsum, cujus longitudo

vota argentea deaurata, & aurea circa altare S. Mariæ Magd.

Digitized by Google

XVI. DECEMB.

longitudo est, ut Moniales affirmârunt, & apparebat, brachiorum trium, & duarum ex tribus partibus alterius brachij, latitudo verò brachiorum trium cum tertia parte alterius brachij. Antrum ipsum erat circumcirca vestitum ex argentea lama purpureis floribus sericis contextis ornata, habet pavimentum ex marmore albo, & nigro, ac mixto. In medio ipsius antri residet crystallina urna, sive sepulchralis urna cum base, & fulcimentis ligneis optimè elaboratis, & auratis: erant ibi appensæ quinque lampades argenteæ parvæ, & ardentes: & Moniales affirmabant, non accendi hujusmodi lampades, nisi ut ostendatur corpus Beatæ: Erat pariter appensa crux magna pensilis Equitum Hierosolymitanorum magni valoris: nec non cor aureum, in quo est inscriptio hujusmodi: SIGNUM CORDIS FERDINANDI DUCIS MANTUÆ VI. ET MONTIS FERRATI IV. BEATÆ VIRGINI MARIÆ MAGDALENÆ DE PAZZIS DICATUM. In dicta crystallina urna jacebat corpus dictæ Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, quod per crystallos nitidos optimè conspicitur.

2712. Et volentes prædicti Illustriss. & Reverendiss. DD. Stephanus Brancatius Nuntius Apostolicus, & Archiepiscopus Adrianopolitanus, ac Dom. Robertus Episcopus Fæsulanus, ac Dom. Joannes Episcopus Collensis Judices prædicti propiùs accedere, & aperiendo urnam sive capsam hujusmodi meliùs visitare, & recognoscere dictum sacrum Corpus, & alia desuper necessaria perscrutari: nec valentes hoc agere, nisi in parte interiori, & per ingressum in Monasterium prædictum, statuerunt ingredi Monasterium & clausuram. *Consequenter refertur, quomodò prænominati Archiepiscopus, Episcopi, & alij deputati, ad meliùs faciendam visitationem illam Apostolicam, ingressi clausuram Monialium, extrahi curaverint ex cavo, seu antro infra altare capsam illam crystallinam, & aperiri: & auditi fuerunt testes complures, de sepulchro, & corpore: detectoque sacro corpore, viderant omnes illud vestitum juxta habitum aliarum Monialium Monasterij istius: erat facies detecta, & pedes nudi, ac manus nudæ, super pectus expansæ, & in dextra manu loco digiti annularis (jubente Urbano Octavo facti, & ipsi traditi) insitus aureus digitus. De corporis autem incorruptione, & fragrantia in actis istius visitationis ista asseruntur*: Suavem totum corpus spirabat odorem, & quamvis vestimenta redolerent, eò magis membra corporis fragrabant, ut Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Judices prædicti, Sub-promotores, Medici supradicti, ac testes experti sunt, odorando manus, vel pedes, aut faciem, ut suprà dictum est, detectas, & nudas, egoque etiam Notarius, & omnes uno ore confessi sunt, fragrantiam sentire, & à corpore, & membris ejus benè olentibus provenire, & præcipuè ex ore omnes pariter sunt experti: dum premeretur manus circa pulsum, carnem esse mollem, & flexibilem, seu palpabilem, ita ut pressa elevabatur. *Aliquanto post*: Et ipsi Illustrissimi & Reverendissimi Judices cum consilio, & sententia dictorum Medicorum, & aliorum adstantium prædictorum recognoverunt dictum sacrum corpus pro integro, incorrupto, & fragrante. *Ista omnia ibi latissimè referuntur, & testimoniis plurimorum confirmantur. Priore etiam loco auctoritatibus, & rationibus declaratur, quòd corpus humanum post mortem naturaliter corruptioni sit obnoxium: & undè, (ficut probatum est hic suprà in vita S. Teresiæ numero 2509.) hinc tandem sic concluditur*: Sicut homo non potest evadere mortem, ita nec putrefactionem, nec corruptionem; nisi adsit aliquid prohibens, ut notat D. Thomas (a) quæ naturalis putrefactio, & corruptio corpori Virgini, ac Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis naturaliter conveniens, faciliùs in illo corpore verificari poterat, cùm fuerit sepultum integrum cum intestinis facilè corruptioni obnoxiis, ac per annum in quadam arca repositum vicini putei, ac stillicidij aquæ humiditate madefacta, & pannis holosericis, quibus indutum erat, putrefactis, ipsum tamen corpus integrum ac illæsum, flexibile, & palpabile repertum est, prout hodiè visitur. Undè cùm ex superiùs deductis appareat non putrefactum, sed è contrà incorruptum, ac palpabile existere, & conservari, profectò fatendum est, aliquid prohibens adfuisse, nempe voluntatem divinam, quæ sacrum istud corpus, quod sibi vivens gratum famulatum præstitit, incorruptum etiam manere voluerit. Et quòd talis incorruptio Sanctitatis signum, & pro maximo miraculo habenda sit, satis liquet ex pluribus exemplis corporum Servorum Dei, quibus impertita fuit hæc gratia. *Ibi consequenter referuntur exempla de corpore S. Hilarionis post 10. menses integro, & incorrupto, & odoribus fragrante, ac aliis multis: similis etiam gratia præstita fuit S. Andreæ Corsino, S. Teresiæ, & aliis pluribus.*

(a) In 3. Sent. dist. 21. q. 1. art. 2. ad 4.

testimonium de corporis incorruptione & fragrantia.

2713. *De fragrantia odoris suavissimi è corpore, & vestibus prædicta Beatæ manantis, ista ibi sequuntur.* Defuncta prædicta Beata Maria Magdalena, corpus illius inhumatum in loco humido, ut superiùs dictum, postea effossum, compertum fuit non solùm incorruptum, & palpabile, ac odorem mirificum, & suavissimum spirans, usque ad præsentem diem perseverantem; sed, quod mirabilius est, è capsa, in qua reconditum jacet, ac ex indumentis, quibus tegitur, idem odor præsentitur, quem magis membra corporis redolent, præcipuè verò ex ejus ore efflari, omnes sunt experti, ut patet ex dicta visitatione Apostolica. *Consequenter additur*: Quòd in capsa prædicta, nec circa eam, flores, pulveres, quæ odoriferi, aut quidpiam aliud genus odoris unquàm apponuntur, seu deferuntur; imò id expressè vetitum, nè quidquam circumcircà apponatur, quod sapiat odorem. Sed quod admiratione dignum est, abstersо cum lixivio quodam panniculo ad usum Monialium, vulgò soggolo dicto,

&

XVI. Decani. & supra dictum corpus existente, quod consuevit deferri ad infirmos, odorem primævum servavit; & inter cæteros pannos sinéos, ex fragrantia ab eo manante, discernitur. *Ibi consequenter addantur ista*: Unde constito sufficienter ex deductis, de facti veritate, cùm testes deponant de visu, tactu, & odore, rationemque reddant per sensum corporeum aptum illi rei, de qua loquuntur, plenissimè probare tenent plena manu congesti per Farinacc. de Testibus q. 70. cap. 3. num. 127. & seqq. ac propterea tamquam miraculum excedens vires totius naturæ creatæ, quantùm ad substantiam facti, ut patet ex suprà dictis, referendum est ad primum gradum, juxta notata per D. Thomam dictâ part. 1. q. 105. art. 8. in corpore vers. uno modo. Eâ potissimùm ratione, quia ille odor, licèt consideretur in abstracto à miraculosa corporis incorruptione, etiam de per se miraculo insigni adscribendum esse suadent sequentia. Etenim cum ex defunctorum cadaveribus corruptioni & putrefactioni naturaliter subjectis, ut suprà de incorruptione dictum est, non odor, sed fœtor potiùs oriri debet. Undè semper isti suaves odores prodeuntes ex corporibus mortuis Sanctorum, miraculis adscripti leguntur. *Ibi consequenter referuntur exempla plura de corporibus Sanctorum mirifico odore fragrantibus: quæ videri poterunt hic suprà num. 2512. ubi de mirifico odore ex S. Teresia corpore prodeunte. In sequentibus, sub titulo* Summarium *num. 18. pag. 49. & sequent. plurimorum testimoniis confirmantur ista de suavissimi odoris fragrantia è corpore S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis. Hactenùs sermo fuit de fragrantia mirifici suavissimi odoris è corpore S. Mariæ Magdalenæ. Cùm autem, juxta doctrinam Patrum, & Doctorum, ista corporis fragrantia, & odoris suavitas eidem relicta, & impressa fuerint ex suavissimo odore spirituali animæ, propter internam consensionem, & debitam connexionem omnigenarum virtutum, per quas veraciter* Christi bonus odor fuit; *quamvis in ejus vita hic suprà ad diem XXV. Maji etiam sparsim actum sit de heroicis ejus virtutibus; equidem utile dulceque lectori erit, eas præcipuas simul ordine digestas, & veluti in corollam, seu serviam, sive sertum collectas, hic consequenter contemplari, & odorari in elegantissimo* Compendio transmisso ad singulos Eminentiss. DD. Cardinales.

Sertum lectissimorum Floscul orum spiritualium, virtutum nempè heroicarum S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis:

Ex Actis Canonizationis, Romæ impressis anno 1669.

Compendium vitæ B. Mariæ Magd. transmissum ad DD. Cardinales.

2714. Eminentissimi, et Reverendissimi Domini: Dùm annus à partu Virgineo millesimus quingentesimus sexagesimus sextus, dieque Aprilis ageretur altera, felici S. Mariæ Magdalenæ partu, Florentiam, Camilli de Pazzis, & Mariæ Bondelmontiæ vivificavit fœcunditas, quos anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, admiranda stemmatis, & virtutis desponsarat æqualitas. In Baptismate infans, cœlesti disponente providentiâ, Catharinæ nomen sortita est, utpote singularissima S. Catharinæ Senensis semper futura cultrix, & imitatrix, quod posteà in ipso Religionis ingressu, in Mariæ Magdalenæ mutari petiit, & impetravit; quæque uterum maternum concepta, numquàm gravarat, eodem nata, omnem matris in educando, & nutriendo solicitudinem, constanti virgineæ naturæ modestiâ, cœcæ obedientiæ promptitudine, tantaque Angelicæ indolis lenitate recompensavit, ut meritò dubitatum fuerit utrum in solicitudine foret zelosior mater, an in gratitudine erga matrem liberalior infans.

S. Maria Magdalena modestia in pueritia.

2715. Innocentis corpusculi venustatem vigor dilatabat, & inescabat ingenij, ab omnibus adeò alienus jocis, ludis, crepundiis, ut quas nulla ipsius ætas pueriles unquam, vel leviter, contigerat nugas, easdem verbo, & exemplo suo in aliis ad se adventantibus pueris, tam suaviter, quàm efficaciter dissiparet, juvenes, & senes potentissimo Angelicæ puritatis demulcens obtutu. Avidissima Religiosorum, cælestiumque sermonum auceps, devotarum unicè ambiebat, frequentabatque personarum consortia, ut spiritualibus animæ epulis impotentem perpetim augmentaret ætatem. Vix balbutire didicerat, quandò & se incusare, & omnium aliorum excusare noverat defectus, quas deinceps fidelissimæ advocatæ partes obire antè non destitit ardens illius charitas, quàm commune morti tributum naturæ solvisset necessitas. In primæ ætatis confinibus inter arctissima deliciabatur divini amoris vincula, vel ab ipsis incunabulis, secularium vanitatum, & pretiosarum vestium jurata hostis. Vix adolescentula qualiacumque Catholicæ fidei imbiberat rudimenta, quandò eructatura, quod vix hauserat, verbum salutis, domi, forisque pueriles amabat, coadunabat, frequentabatque cœtus, ut eos orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum edoceret Apostolicum; & quantumcumque delicata, domesticis se implicabat functionibus, ut famuli & ancillæ domesticis maturiùs exempti oneribus, humeros suos levi Orationis, tam mentalis, quàm vocalis jugo subderent expeditiùs. Præventa in benedictionibus dulcedinis, exstimulante Spiritu sancto, septennis, omni absque magisterio humano, suæ unionem animæ cum Deo per librorum spiritualium contemplationem, assiduam Passionis Christi ad duas, tres, quatuorque subindè horas meditationè, tam optato cœpit promovere successu, ut nec distractionum turbines, nec ulla spiritûs ariditas, orationis studium læderent in minimo, aut unionem spiritualem vel leviter dissiparent.

Alienatio à crepundiis, & nugis puerilibus.

Aviditas cœlestium sermonum.

Despectus vestium pretiosarum.

adolescentula catechizans docet alias documenta fidei.

Domesticas functiones sedulò obit.

Septennis diuturnæ meditationi, & sublimi contemplationi intenta.

Digitized by Google

XVI. DECEMB.

Eucharistia mysterium juvencula penetrans mirifice veneratur jubilo.

2716. Insatiabili panis Eucharistici esurie laborare cœpit juvencula, quando necdum, quid epulum Eucharisticum foret, penetraret ætatis incapacitas; ejusdem didicit essentiam, quando illius usum nondum indulsit juniorum annorum tenacitas. Interim mirifico replebatur jubilo, quoties alios, cæleste convivium frequentantes, videret; matri supplex, ne se sociam aspernaretur, quoties Ecclesiam quampiam, ubi crebrior divini ferculi faviſſet indulgentia, adire contingeret. Maternam nacta gratiam, & consensum, antemeridianas dierum festorum, & Dominicalium horas, genuflexa fallebat in Ecclesiis, constanti semper in communicantes defixo obtutu; domumque redux, matris sacrâ Communione refectæ identidem stipabat latus, dulcissimo intrinsecùs præsentis Jesu pascenda odore: causamque sciscitanti Matri edicere jussa, respondit: Quia post Communionem sanctam, Jesum sapis; quasi jam tenellula gloriari didicisset: sub umbra illius, quem desideraveram sedi: in odorem unguentorum tuorum currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis. Necdum rationis usu pollebat, quando jentaculum, alioſq; cibos, matutinis & pomeridianis horis à domesticis acceptos, in pauperes erogavit. Pauperculas rusticorum, simpliciumq; hominum proles spiritualibus, & temporalibus identidem sublevare conabatur misericordiæ operibus: tenerè quandoque ingemiscens tantillæ temporis moræ.

Adhuc pullula jentaculum pauperibus distribuit.

2717. Semper mortificationem Jesu in corpore suo circumtulit Magdalena, ut vita Jesu manifestaretur in carne ejus mortali, in cujus tenellulis membris, tantus passionum pro Christo sufferendarum æstuabat ardor, ut quascunque pœnitentias, disciplinas, cilicia, & catenas, corporis reputaret delicias. Infantiæ confines egressa viderat Regem Salomonem in diademate spinoso; Zelotypa itaque, minimè sibi acquiescendum duxit, usque dum spineam ipsamet sibi vertici suo affabrè texuisset coronam, multâ peracutam cuspide, quam frequenter, præsertim autem nocturnæ indultura quieti, virgineo capiti circumdabat, imprimebat, infigebat, erubescens sub spinoso capite se membrum contineri delicatum. Thorum semper fastidiens delicatiorem, solo contenta sacco duriori, puella, aliis parvulis lusui indulgentibus, suas sibi scapulas in secretioribus ædium recessibus immisericorditer cruentabat; minus exhorrescens crudelem corporis sui tincturam, quàm puerilium ineptiarum vanitatem. Ejus in cibo, potuque sobrietas severæ titulum meretur abstinentiæ; siquidem in ædibus paternis escam, potumque adeò libabat tenuem, ut mater impossibile quandoque judicaret, tantæ filiali parsimoniæ sufficientem inesse posse nutriendi virtutem: immaculatum virginei pudoris florem tutari certa, vix pullulantem, decennis in die Jovis Sancto anno MDLXXVI. Sponso consecravit cælesti, voto irrevocabili, perpetuam connubij divini pollicita fidem. In æterna igitur virginitate Deo adhærere gestiens, ad nuptias carnales provocata à variis, matrem ne castissimum impediret propositum, multis tandem emolluit precibus, & lacrymis; cumque patris assensum adverteret difficiliorem, respondit intrepidè, suam se potiùs cervicem carnifici, quàm castitatem discrimini, subjecturâ.

Coronam texens spineam capiti suo imprimit.

Delicata respuit, dura sectatur, corpus variè affligit.

Mira sobrietas.

Decennis virginitati perpetuam vovet.

In illo propositi firmissima.

2718. Ad Cœnobium, sæculi pertæsa, convolavit filia cum pacto, ut ad minus omnibus diebus festivis communicandi sibi daretur facultas. Dudùm itaque optato potita secessu, totam se orationibus dedit, edocta semper orare, & nunquam deficere. Nocturnas horas, quandoque frequentandi ægrè obtinuerat licentiam; ad quas dum accedere prohiberetur, cælestibus in cellula noctem illuminabat contemplationibus, ut & de obedientia meritum, & de vigilia reportaret præmium; frequentius splendidis orationum facibus extra lectum, & cellulam suam, per noctes investigatura dilectum, nisi vetuisset obedientia. Infimis satagebat implicari Sororum functionibus, quarum se consortio indignissimam rata, dicebat assiduè: Vos religionis vota sponsas effecêre Christi, me neutiquam, ideoque vestris indigna sum conspectibus. Tantus in dicta Virguncula coruscantium virtutum splendor animas illexerat Monialium omnium, ut singulæ eam veluti virtutum exemplar cæperint admirari, communibus efflagitantes votis, ut sacro illius professionis Instituto devoveret. Sed vix Cortonâ redux, suum Pater popoſcit, extorsit, domumque abduxit depositum, filiam mortali destinans connubio, quam annulo suo Sponsus subarrhaverat immortalis: ast vanis in vanum recidentibus parentum instantiis, sapiens Virgo, corruptibilis thalami circumvenit ambitum, & observantissimum S. Mariæ de Angelis Ordinis Carmelitarum Monasterium ingredi statuit.

Orationis & contemplationis ardens studium.

humilis sui æstimatio:

Nuptias fastidiens, monasterium Ord. Carm. eligit.

2719. Dissipatis itaque carnalium nuptiarum tendiculis, cùm decimumsextum ageret ætatis annum VIII. Decembris, die Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ sacro, ad dictam S. Mariæ Angelorum Parthenonen accurrit, Sororum Virginis gloriosæ de monte Carmelo postulans habitum, quem die trigesimo mensis sequentis, post varia virtutum specimina, omnibus Sororibus non tam gaudentibus, quàm urgentibus, cum incredibili spiritûs jubilo susçepit. Tam tenerâ, in primis anni Novitiatûs diebus, absorberi cœpit unione cum Jesu, tantâque exundare spiritûs dulcedine, ut omnis secularis immemor commodi, sanctè statuerit, nullo unquam inposterum momento divelli à Christo. Diem sui in Religionem ingressûs omnium nuncupabat totius vitæ fortunatissimum; ideoque frequentium osculorum sanctitate,* Monasterij demulcebat parietes. A primo in Ordinè introitus die, nunquâ nisi Superioris adacta præcepto, accedere visa est ad crates ferreas, quas nuncupare consue-

Et ingreditur.

Monasterij parietes osculatur religiosum statum fortunatiss. censens.

** fortè sanitate.*

Crates collocutorij nunquam nisi jussa adiit.

Digitized by Google

XVI. DECEMB.

consueverat forum, plateasque Monialium. Ipso Religiosæ investitionis die, sicut & in decursu quandoque Novitiatûs, Superioris suæ vestigiis advoluta humillimè, paucis expressit verbis (quod, toto deinceps vitæ cursu, millenis docuit exemplis) ut jumentum facta sim apud te: tantaque erat obedientiæ cultrix, ut directrix ejus aliquoties protestaretur, Mariam Magdalenam sibi potius à Deo constitutam in sanctæ obedientiæ præsertim Magistram, quàm Novitiam. Quoties communi intererat juniorum colloquio, earum dumtaxat frequentabat, ambiebatque consortia, quarum sanctiores noverat esse sermones, neque unquam alium ipsa, quàm de regulæ, & constitutionum observantiâ, de frequentiori Sacramenti usu, similibusque sanctis exercitiis audita est formasse discursum; ejus colloquia erant perpetua divini amoris incitamenta; unico quandoque simplici, & nudo verbo, quascumque angustiarum cordium dissipavit nebulas, sedavit tempestates. Immò alienis Sororum oneribus gravari ambiebat, ut hæ transitoriarum exemptæ difficultatum, curarumque compedibus, divina mysteria contemplarentur commodiùs, & in cœlestium charismatum affluentiâ deliciarentur uberiùs. Pannos, & linteamina à Novitiis laicis elui debita, propriis Magdalena manibus lavabat quotidiè, quantum permisisset obedientia. Si quandoque invitam importunus opprimeret somnus, verecundiâ ingemiscebat, promptam animi libertatem tantillæ carnis coërceri angustiis, cui nepalmam cedere videretur, innocuas tenelli corpusculi scapulas cruentabat flagellis, virgis, disciplinis: mox ad opus redibat.

Obedientiæ cultrix excellissima.

Colloquiorum ejus ad Dei amorem excitandum efficacia.

Vilioribus obsequiis avidè inhiat.

2720. Omni manè Deo supplicabat, ut optatissima eo die sibi saveret experiendæ paupertatis occasio, semper anxia, quandoque, & querula, quod nimia Superiorum charitas sibi abundè prospiceret in omnibus. Ingemiscebat sæpiùs, verita se morituram; priusquàm quid paupertas esset, intelligeret, multò minùs probaret: neque vulneri aliud, præterquam penuriâ poterat mederi; paupertatis limites sibi toties videbatur excedere, quoties vitæ necessariorum non patiebatur inopiam. Novam nunquam, sed maximè tritam induit vestem, Apostolici memor præcepti: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Tanta tenellulam pressit Eucharistici pabuli esuries, quasi extremam semper pateretur famem; vixque sumpto Angelorum pane, iterum per liberrima spiritûs desideria, animique suspiria dispergebatur ad manducandum, ut horas, & momenta, quæ unius, alteriusque diei secernebant communionem, quandoque numerare non dubitarit. Has, aliasque virgineis in medullis glisscentes diversarum virtutum scintillas, mirum in modum inquietus succendebat Divini amoris ardor, quo sæpiùs quidem, præsertim autem anno MDLXXXII. mense Decembri, dum adhuc Novitiam ageret, ità exæstuare cœpit, ut per Cœnobium mirâ corporis agilitate discurrens, exclamaret. O Amor non benè notus, non benè redamatus, tot injuriis affectus: ô quam pauca pectora te norunt, ego pectus meum exhibeo, veni ad cor meum, veni, ut fovearis; atque ità, quæ amans in seculo, ascenderat de deserto enixa super dilectum suum deliciis affluens amoris Divini, vel in ipso religiosæ conversationis exordio, ardentibus incinerari videbatur Divini æstûs incendiis, motu inquieto, omnia exagitans claustra, vestes dilacerans, & quodcumque obstaculum generosè disperdens. Moxque post duas in hoc amoris excessu transactas horas, sensibus restituta, uri magis magisque cupiens, protestari non abhorruit, se in ipsas Inferni flammas, modò sanctum Dei nomen inibi non blasphemaretur, descensuram.

Paupertatis exercenda cupidissima.

Eucharistici epuli magna esuries.

Divini amoris in ea adhuc novitia exæstuans incendium, mirè se exerens.

2721. Emissâ solemni professione, profundam adeò humilitatis, atque abnegationis propriæ abyssum divina bonitas, tàm fulgidis, tamque constantibus Mariam Magdalenam replere dignata est cælestium illustrationum fulgoribus, ut quotquot Deus in reliquis Sanctis unquam dispersit, in illa coadunasse videatur, divinorum charismatum radios. Sponsarum Jesu regimini, & directioni præfecta, numquam increpavit aliam, nisi in se prius retorsisset considerationis oculum, culpas timens, quibus carebat; pœnitentiam alteri non imposuit ullam, quam non priùs exercuerit ipsa; nihil ulli unquam sororum præcepit, nisi præhabito consilio cum Jesu Christo. Sola Mariæ Magdalenæ præsentia tyrunculorum animos sanctis fœcundabat cogitationibus, simplexque oculorum ejus ictus deterrebat obnoxias culpis. Quotidie Sanctam Deo Ecclesiam commendabat, Sponsæ Christi nomine indignam rata, quæ Ecclesiam Dei Sponsam negligeret Majestati divinæ commendare quotidie. Humani generis jugiter deflebat flagitia, & pro felici Infidelium successu Passionem Christi, omnesque Religiosas functiones, & pœnitentias offerebat; præ nimio quasi contabescens amoris in proximum incendio, quoties litteras, & relationes, ex India, & Japponia de animarum conversione tractantes, transmissas legeret, aut legi audiret: unicè ambiens in tàm optata societatem messe, ut locis illis Christum inferret, sanguinemque suum. Quodque opere nequibat, verbo supplere non destitit; unde Mariam Mediceam, ad Gallorum Regis connubium properantem, enixè rogavit, ut hæreses extirpari, infideles reduci, & Catholicorum filios piè educari studeret.

Professione emissâ divitiorum charismatum radij in aliis dispersi in ipsa videbuntur coadunati.

Præfecta Novitiarum quomodò eas ad perfectionem dirigeret.

Zelus magnus pro Ecclesiæ felici statu, & peccatorum, ac infidelium conversione.

Indorum & Lapponiorum intelligens conversionem mirè exultat gaudio.

Arbitrus posse cooperari.

2722. Neque tanto sum in se dilectæ amore vinci se permisit Sponsus cælestis, cui præter quotidianas, easque, aut coactivas, aut

XVI. DECEMB.

uno, eodemque die frequentiores exstaſes, raptus, & altiſſimarum, divinarumque rerum, & arcanorum contemplationes, & penetrationes, ſuum cor, quinque ſtigmata, ſpineam coronam, crucem, nec non omnia denique ſigillatim impertiit ſacratiſſimæ paſſionis ſuæ inſtrumenta, & tormenta. Aliquando in exſtaſim ſublimata, de unius in eſſentia, trinique in perſonis, Dei operationibus ſermocinans, Sanctiſſimæ Trinitatis myſteria ultra hominum captum expoſuit. Aliâ vice, cum Patre æterno admiranda inſtituens colloquia per plurium horarum ſpatium, accepit documenta varia, pro digna ad Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ ſuſceptionem diſpoſitione. Quibus viſionibus, diviniſque charismatibus in eum tandem exarſit divini amoris æſtum, ut amoris vehementiæ impatiens, aliquando exclamarit: *ô Amor, tantam amoris flammam ultrà ſuſtinere non poſſum! ô Amor, o amor, in te redi, tanti ego incapax ſum amoris.* Exinde ad fontem properè, vel puteum feſtinans, gelidas inter undas, manus, & brachia, in quæ internus ſe diffuderat ardor, refrigerabat, & aviditſimo ore frigidam potabat, ut nimium animi, corporiſque ſedaret, reprimeretque incendium. In his frequentioribus intenſiſſimi amoris deliquiis ingemiſcebat ſæpius incolatus ſui prolongationi, cupiens diſſolvi & eſſe cum Chriſto; & in ultima vitæ margine interroganti Confeſſario reſpondit, ſe ſimplici ſemper in omnibus, & per omnia paruiſſe Superiorum voluntati, neque cogitatione unquam cognoviſſe, quid caſtitatem deformaret, quidve foret actio contra pudicitiam. Dum autem neceſſitatum corporalium intuitu, à Monialibus aut elevaretur, aut de loco in locum moveretur, aliquod Angelicæ puritatis præjudicium verita, dixit: *Creditis ne, o Sorores, hunc tactum, quo me in elevando contrectatis, virginitati, & puritati nocumentum afferre? ſi ità eſt, mihi ipſi quantumvis impotens vim faciam, opemque feram, quam permiſerint vires; ſin minus hoc in loco libenter immota marceſcam.* Tandem poſt quinquennalem atrociſſimorum dolorum equuleum, & quotidiana invictæ patientiæ documenta, vicinæ ipſamet præſaga mortis, cujus tempus prædixerat multoties, cœnobium Patri Directori ardentiſſimis commendavit inſtantiis, promittens ſuum pro eo, omnibuſque Sororibus, modò ſalva fieret, continuum in Cœlo patrocinium. Deinde à Monialibus omnibus humillimè poſtulatâ veniâ ſui cujuſque admiſſi unquam defectûs, & exempli mali; cunctas, ut datam ſemel Sponſo Cæleſti fidem ſervare ſatagerent illibatam, exhortata, ab eodem Patre ſpirituali, cum profundiſſimæ humilitatis, & ardentiſſimæ charitatis actibus, extrema de more ſuſcepit Sacramenta.

Chriſtus ei S. Stigmata, ſpineam coronam, & ſua paſſionis tormenta impertiit.

Et divinis illuſtrationibus ac arcanorum myſteriorum ſublimi intelligentia cumulatè replevit.

Angelica puritati ſtudioſiſſima nè quidem infirma tangi ſe ſinit,

Veniam humillimè petit:

2723. Per tredecim, quos ab extrema unctione ſupervixit dies, multò atrociori, quàm unquam, dolorum Oceano exagitari cœpit; aſſultuſque adeò ſæviit ferox, ut emaciata agonizantium oſſium cutis copioſum cœperit diſtillare ſudorem, qui primitùs lintea, deindè ipſum lectum tanto perfudit madore; ut continuâ opus fuerit aliquarum Sororum induſtriâ, quæ pannis lineis abſtergerent humorem. Morti proxima ſymbolum fidei, quod ob loquelæ defectum ipſa recitare nequibat, à Sororibus, ut recitaretur, nutibus impetravit; eoque inchoato, in exſtaſim rapta eſt; & quaſi tunc felicia illa prælibaret Paradiſi gaudia, agenti animam, quædam æternæ felicitatis, & beatificæ fruitionis dulcedines in ejus vultu collucebant, quæ tamen adhuc à profundæ humilitatis indiciis eam minimè ſegregabant. Læta infirmæ facies, quieſque inſolita, Patri Directori plures videbatur ſpondere vitæ horas: ideoque Miſſarum ſolemnia peracturus, petiit Eccleſiam; Aſt vix præparatione inchoatâ, ſtolam induerat Sacerdos, quandò inaudiit expirare Magdalenam, cui turbato, opportuniſſimum ſuggeſſit conſilium providentia Altiſſimi, ut agonizanti in virtute ſanctæ obedientiæ præciperet, ne animam redderet, donec finito Miſſæ Sacrificio, & Sororibus omnibus communicatis, ipſemet præſens compareret. Præceptum audiit Maria Magdalena, & quæ in illud uſque tempus penitùs obmutuerat, quaſi ab interitu revocata, reſpondit: Benedictus Deus; potum poſtulavit, animamque retinuit, donec ſacrificium compleretur, & Moniales à ſacro convivio, unà & Confeſſarius rediiſſent. Tunc obedientiſſima Virgo, in atrociſſimorum dolorum cruce XXV. Maji, anno MDCVII. ætatis ſuæ XLI. & Religionis anno XXIV, plus impatientia amoris, quàm paſſione doloris, plus vulnerata charitate, quàm gravata infirmitate, placidiſſimè expiravit, brevi vitæ periodo explens tempora multa; animamque, candidæ inſtar columbæ, divina circumdatam luce, Angelis deducentibus in cœleſtis Sponſi amplexus. Spirare deſierat, quam reſpirare ſuadebat, facilèque perſuaſiſſet tàm vivida virgineæ faciei forma, tamque Angelica vultûs venuſtas, ut gloria animæ in ipſo protinùs corpore reſplendere videretur.

Agonizans præcepto obedientiæ ad tempus diffulit mori.

Expiravit magis vi amoris, quàm doloris.

Conſequenter agitur de religioſo ſtudio vulgi, reliquias veſtimentorum, florum, qui ſacras exuvias contigerant, ſimiliumque improbe extorquentis: *ac de* miraculis in vita, & poſt obitum *quæ videri poterunt hic ſuprà ad XXV. Maji; idcircò ſuperfluum eſſet ea hic repetere.*

ANNOTATIO:

De Sanctis, quos S. Maria Magdalena de Pazzis peculiariter coluit.

2724. IN deſcriptione Sacelli, & Altaris S. Mariæ Magdalenæ, facta in viſitatione Apoſtolica, de qua hic ſuprà, hæc etiam inter cætera referuntur: *Eſt picta Imago dicta Beatæ, cum ſancto Auguſtino ſcribente in corde ipſius Beatæ:*

VERBUM

XVI. DECEMB. *Sancti Patroni B. M. Magdalenæ.*

VERBUM CARO FACTUM EST : Fuit autem S. Augustinus singularis Patronus ipsius S. Mariæ Magdalenæ : quæ ab ipso plures alias gratias recepit. Anno 1587. in vigilia festi S. Augustini, *Dùm Completorio cum Sororibus assistens, caneret Salve Regina, S. Augustinum vidit æterna circumdatum gloriæ splendoribus, nocteque insequente, tempore horarum Matutinarum, circa earumdem medium, sensibus alienata, cum eodem Sancto residuam recitavit, finiitque Matutinalis officij partem ... In ejusdem pariter Sancti, & Divæ Catharinæ Senensis præsentia, à Iesu desponsari, variaque alia cœlestia charismata meruit obtinere. Iterùm ab eodem Sancto ad Purgatorij pœnas, animasque in eisdem squalentes penitiùs intuendas, in spiritu traducta & circumducta fuit.*

2725. In eadem istius visitationis Apostolicæ descriptione, ubi de præfato Sacello, etiam ista leguntur : *Hinc, & binc sunt aliæ tabulæ correlativæ supradictæ situatæ in medio, & in eis effigiati sunt diversi Sancti ejus devoti, eidem Beatæ offerentes donaria, & ornamenta.* Porrò *Sanctos sibi præ reliquis nominatim Patronos devotosque habuit sequentes : S. Michaëlem Archangelum, SS. Ioannem Euangelistam & Baptistam. S. Protomartyrem Stephanum. S. Angelum Carmelitam, SS. Augustinum, & Thomam Aquinatem, S. Albertum Carmelitam, B. Aloysium Societatis Iesu, S. Didacum Ordinis Minorum, S. Franciscum Seraphicum, S. Ignatium Fundatorem Societatis Iesu, SS. Agnetem & Catharinam, SS. Catharinam Senensem, Claram, & Mariam Magdalenam* (a) *Singulari S. Thomam Aquinatem, ob ejus castimoniam, prosecuta est cultu & veneratione, cujùs gloriam vidit extatica in ejusdem Sancti festivitate, quo tempore ejusdem sancti manibus meruit inungi secundùm cordis regionem, omnesque sensus, contra quoscumque diabolicarum tentationum agones.* (b) De S. Didaco Ordinis Minorum, & B. Aloysio Societatis Jesu specialiter actum est hîc suprà (c) De S. Angelo, quàm illi fuerit devota, & vicissim, quantos ab eo acceperit favores, dictum est hîc suprà (d) : ubi etiam de gratiis aliis à S. Augustino, necnon à S. Catharina Senensi, & à S. Ignatio Societatis Jesu illi collatis.

(a) Ita in ejus vita Lat. per P. Patrit l. 3. cap. 18. sect. 6.

(b) ibidem.

(c) num. 1687.

(d) num. 1387. & seq. & 1687.

XVII. DECEMBRIS.

VITA B. FRANCI CONFESSORIS

Pœnitentiæ, mortificationis, & austeritatis rarum exemplum præbentis : eximiè devoti Virgini Deiparæ, & reciprocè ab ea singulariter dilecti.

NOTATA PRÆVIA.

B. Franci vitæ epitome.

2726. IN *libro iteratis vicibus excuso, secunda editionis titulus iste est* : Inthronatorum Academiæ Fasti Senenses, altera editio auctior, & ad autographi fidem emendata, Senis apud Bonettos, Typis publicis 1669. *in quo B. Franci vitæ epitome perelegans hæc traditur :* BEATUS FRANCHUS Grottensis, Ordinis Carmelitarum, XI. Decembris. Qui brutorum animantium coria scito labore perficiebat Franchus Grottensis, sui postmodùm animi corium, corpus videlicèt, pietati contumax, subegit, & meliùs fecit injuriâ. Pigrum quoquè incitavit laboriosis, diuturnisque peregrinationibus ad clariora quæque templa Hispaniæ, Romanæ Urbis, ac utriusque Siculi Regni susceptis, ut conquireret ubique gentium veniam vitæ nefariis olim sceleribus inquinatæ. Incitato tantis itineribus corpori flagrorum quoque, cæterorumque vexantium stimulorum admovit calcaria, ne arduo in cursu interquiesceret. Jam grandis natu divinitùs imperatam secedit in solitudinem, ut etiam à seipso discederet. Denique Deiparæ jussu (a) Carmelitanus vestem in cœli officina concinnatam, & à cœlesti juvene delatam, sub ipsis Senensium omnium Carmelitarum oculis induit. Quidni enim terrenis à rebus omninò nudus, nec indumentis, sed cruciamentis coopertus, cœlo sarcinatore, convestiretur ? Visuntur adhuc, & coluntur, inter cætera, victricis tolerantiæ voluntaria supplicia, lorica grandibus hamis conserta, quæ nudum pectus lancinaret : ferreis è circulis decussata galea, quæ caput excruciaret : ingens prælongæ catenæ fragmentum, quæ corpus rationi captivum constringeret : & globus plumbeus pondo circiter selibræ, qui stateram æquipondio verbis faceret. Ita qui secum ipse pugnat, esse debet semper armatus, ut etiam in pace vincat, & in funere triumphet. Ecce autem III. Idus Decembris, anno post Virginis partum 1291. à meridie nebulosas in exequias nocteseit, & occidit, occidente eum Francho jam octogenario dies. Credibile nimirùm est, voluisse solem totâ suâ luce curuli abeuntem animum ad cœlites deferri, qui concentu mortalibus quoque auribus sonoro, edomito de corpore triumphantem exceperunt.

coria brutorum primùm, dein corium animi subegit :

mirâ ejus pœnitentia.

obitus.

(a) *fortè* Carmelitanam,

Carmelitanam vestem cœlitùs accipit :

2727. *Ex Sylvano Raz. & Scriptoribus vitæ B. Franci additur* : Ad S. Jacobi tumulum Compostellæ restituta ipsius oculis lux, quam per prodigiosam cœcitatem olim amiserat ; cùm nullâ ultrà in ludum suppetente pecuniâ, in eas diras voces furens erupit : Hos ipsos oculos, velit nolit illorum Auctor, discrimini ludorum exponam. Sed & mirum, quantùm ad acerbissimos quosque corporis cruciatus Franchum excitabat altiùs menti hærens mœstissima species, quâ

Ex Sylvano Razzio in vitis SS. Hetrusc.

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

sese illi mundi Reparator cruci defixus spectandum objecerat. Exindè enim ut divina illi crux fuerit cordi, patuit à morte, dùm carneâ cruce cor amantissimi pœnitentis obsignatum enituit. Amaras tamen Filium indolentis Franchi lacrymas roseâ manu tergebat interdùm Virgo Mater, ad suavissimæ pulchritudinis contemplationem, non animum modò, sed & corpus clientis sui abripiens intra innocentem lucis igneæ nimbum: qui cùm semel suprà ipsum cubiculi tectum sese latè diffunderet, vicinos Carmelitarum cœnobio cives quasi ad subitum excivit incendium. A funere mira quàmplurima beneficia Franchus indulgens implorantibus opem suam, Meium præsertim Naninium Grottensem ab exortu cœcum lucis usurâ donavit. Sacrum illius cadaver sub ejusdem splendida icone in templo Carmelitarum Senensium quiescens, populos etiam exteros ad sui nominis venerationem perpetuò movet. *Ibidem annotatur*: Ejus festum ex decreto Clementis V. an. 1308. celebrabatur Senis Dominicâ primâ Maij: mox peculiari de causâ translatum est ad secundam. *Idem traditur in ejus vita (quæ sequitur) cap. ultimo.*

celestia indicia sanctitatis ejus:

cultus:

2728. *De cultu antiquo B. Franci, agit P. Lezana in Annalibus* (a): *ubi etiam de ejusdem cultu Toleti in Hispania, & Matriti, ubi anno* 1655. Sacello quodam eidem Beato Francò Senensi dicato, cum ejus effigie ibi appositâ die 2. Maij ejusdem anni, celebri factâ processione per publicas vias, magnoque populi concursu, ingentisque lætitiæ signis. *Dicto loco Annalium hæc de vita ejus scriptoribus traduntur*: Hinc prædicti Beati Franci vitam 33. digestam capitibus Gregorius Lombardellus Dominicanus Magister scripsit, typis mandatam Senis anno 1590. quam posteà Joannes Antonius Philippinus Ordinis nostri etiam Magister posteà Generalis Romæ anno 1625. iterùm typis mandari fecit. Item Alexander Calossus Senensis, ejusdem nostri Ordinis, prædicti B. Franci vitam descripsit 33. capitibus comprehensam, & ad Serenissimum Ferdinandum secundum Magnum Hetruriæ Ducem nuncupatam. Habetur etiam in manuscriptis Codicibus operâ Sigismundi Titij factis, & in alio manuscripto incerti Auctoris, industriâ R. P. Dominici Gulielmi Dominicani extracto. *Extat quoque vita ejus in opere, cui titulus est*: Decor Carmeli Religiosi: *ubi ratio redditur (sicut etiam capite ultimo vitæ quæ sequitur) cur ejus festivitas à Dominica prima Maij fuerit translata ad secundam.* Quod tamen festum posteà fuit ad secundam Maij Dominicam translatum, ob concursum ordinarium festi sanctæ Catharinæ Senensis. Vitam B. Franci ex antiquis Ordinis Carmelitani monumentis collectam scripsit, inter alias Sanctorum Hetruriæ, Pater Gregorius Lombardellus Dominicanus. *Ejus Gregorij Lombardelli vita ex Italico, Latinitate donata hic sequitur. In Breviarij Carmelitani officio Matutinali (de quo mox) hæc de antiquo ejus cultu leguntur*: (a) Demùm à Clemente quinto vir sanctus in Beatorum numerum est relatus, Senisque magnâ populi devotione ejus festivitas celebratur. *B. Franci festum sub ritu Duplici extendit SS. Dom. Clemens X. ad totum Carmeli Ordinem. Oratio ad Missam, & officium Canonicum, ac lectiones propriæ in secundo Nocturno, eadem quæ antiquitùs recitari solebant, paulisper immutatæ, recognitæ, & approbatæ fuerunt ab Eminentiss. Dom. Cardinale Bona.*

(a) Tom. 4. ad an. 1291.

Scriptores vitæ:

(a) Lect. 6.

VITA

Auctore R. P. Gregorio Lombardello, S. Theol. Magistro, Ordinis Prædicatorum. *

* Ex Italico in Latinum traducta per P. Valentinum à S. Amando, Ordinis Carmelitani.

CAPUT PRIMUM.

Francus nascitur, Patria illius, parentes, fatale nomen.

2729. EA divinorum arcanorum natura est, ut non ab hominum modò oculis abscondita sint, sed & mentibus adeò, ut scrutari illa aliquis possit, nemo investigare. Insipiens, & verè stultus sit, qui humanæ sapientiæ bolide illius posse assequi fundum putat; *Scrutator quippè Majestatis, opprimetur à gloria.* Caligans ad hæc abdita suæ memor imbecillitatis David dicebat exclamans Deo: *Quàm magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Omnia in sapientia fecisti*: ideoque *vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Et meæ ego conscius tenuitatis, intendere altè adeò utique nequeo, ut capiendo sim, quæ in Beati Servi sui FRANCI nativitate Deus ostendit magnalia: tantùm abest, ut nota ea posse mundo facere, auderem præsumere. Feriunt enim mentem omnia, primumque ad aspectum & calamum pono & animum. Nam quis, qui natalem inspicit locum, qui immersum vitiis, ac inferni irretitum vinculis considerat animum, mirâ dein conversione mirè alium, admirabundus non exclamet cum Paulo: Verè *incomprehensibilia sunt judicia tua, Domine, & investigabiles viæ tuæ! verè tu es Deus mirabilis*, qui instructioni nostræ & exemplo, gloriæ tui nominis propagandæ, & sanctimoniæ augendæ, servum tuum FRANCUM, modo adeò miro mundo dedisti.

Mirabilis in Sanctis suis Deus.

Prover. 25. 27.

Psalm. 91. v. 6. & 7.

Rom. 11. 33.

2730. Annus itaque post Christum natum MCCXI. natalis Franco fuit: Mensis December, quasi qui frigore, geluque horridus, Franci omni charitatis ardore destitutam peccatorum rigentem frigore primùm animam indicaret: tertius verò mensis ejusdem dies, in lucem edidit, quasi post hyemale juventæ frigus, reliquo vitæ tempore cœli magis arsurus amoribus. Patria, pagus fuit exiguus septem ferè milliaria Italica Senis abjunctus,

Franci annus & dies natalis:

Patria illius,

Digitized by Google

XVII. DECEMB. abjunctus, Grotti dictus, velut ab antro seu Spelunca monstrosus prosiliret. Parentes, non tenues utique, mediocres tamen habuit, quibus probitas, honestæ erant divitiæ. *Et Parentes.* Pater Maffeus è Lippiorum familia; Mater Calidonia, è Danielliorum fuit stirpe; cujus utriusque hodièque vivunt Posteri. Ambo Grottenses, Deum timentes ambo, Dei observatores præceptorum exacti, prout mediocris & rusticana eorum ferebat vita: Cœloque pro prole accepta, laudes ultrò grateſque reddentes grati.

2731. At enim sex quasi ante partum *Præmissa matri visa:* horis, visa est sibi Mater monstrum, horrendum, ingens eniti, quod lentis tamen incrementis in humanam decorè speciem mutabatur. Certum secuturæ prælagium vitæ, quam, ut sus in volutabro luti, vitiis flagitiisque involutus erat traducturus, bestiæ quàm hominis similior; at quam sanctæ pœnitudinis lavans undis, asperâ rigoris nimij expoliens limâ, non in hominis esset modò formam, sed in sanctitatis transformaturus exemplar. Ac Deo, credo, sic volente, FRANCI ideò in Baptismate impositum *Præmonstrationem* est nomen, ut, dum FRANCUS *liberum* significat & *solutum*, nosceret Mundus; si primis *Franci nomen.* juventæ annis, *liberè* nimis *solutèque* vivendo, virium futurus esset *liber* in malum: divinâ mutatus in alium gratiâ, *liber* etiam evaderet posteà viriumque *valens* in bonum: *liber* primùm vitiorum, *liber* dein virtutum, ut carnem domaret meliùs, ut dæmonem vinceret faciliùs. Instat enim ille fugienti, cedit pu-
(a) lib. 5. mor. c. 17. gnanti, ac, dicente Gregorio, (a) consentientem affilit fortior, resistentem linquit debilior. Neminem vincit, nisi vinci qui voluit. Cui verò labat in pugna animus, qui tergum vertit in prælio, eum ut ferox tyrannus aggreditur, sternit, capit, suum facit esse mancipium, ac diris malè admodùm mactat modis. Ingens libertinus FRANCUS noster exemplum, dum, per vitia raptus in præceps, suæ non fuit compos ipse custodiæ.

CAPVT II.

Francus ad studia Senas mittitur: quod brutò foret ingenio, illa linquit: Alutario se dat, corio præparando.

Parentum cura: 2732. SUas habet curas amor parentum, ac dies nocteſque quietis reddit expertes. Quibus proles multa, opesque paucæ, quàm se torquent, ut, quos genuêre, nutrire cum honore possint, & illorum cum beneficio promovere! Quibus proles solùm unica, & facultatum quid est amplius, mundano toti intenti honori, ut satagunt excolere illum, ac reddere virtutis amantem! Sperant enim honoratum indè iri à mundo, æstimatum à suis, eaque comparanda bona, ad quæ hæc media sternunt viam. Et talis etiam Maffeum ac Calidoniam pro filio suo Franco cura stimulabat. Erat illis unicus, nec prolis alius ulla spes, & quamvis rustici, opis aliquid comparaverant. Ubi ergo ratio- *Francum* nis attigit usum Francus, moresque bonos *instruunt:* & pietatem, ut quidem indere ipsi poterant, erat edoctus, studio illum applicare pariter statuêre, ut Doctrinâ excultus, Doctorali clarus, laureâ, baculus suæ fieret senectutis. Ità vanâ se spe implebant boni senes. Senas *Studiis ap-* itaque ducitur, Tusciæ propinquam urbem, *plicant,* Amicorum in domo, qui parentum functuri vicem curarent, ut adiret ille scholas, in virum quò evaderet filius spei tàm bonæ.

2733. Sed respondit ille numquam. Post *obtusum il-* plures enim annos, præter parum legere & *lius ingenium* scribere addiscere potuit nihil: obtusi adeò erat ingenij. At voluit fortassè, qui sermocinatur cum simplicibus, ità Deus, quo discèret mundus, uti hîc in regno aliquo, aut urbe uno sub Principe multi sortis planè admodùm disparis degunt homines; ità patere & indoctis cœlum, ità & Deo posse ignorantes placere. Possunt certè, illoque etiam magis, cui multum quidem sapientiæ, at parum foret amoris. Non statûs, sortis, aut doctrinæ æstimator est Dominus: merita ponderat, & stabilem sine fuco virtutem. Deum qui sapit, hebes licèt & toti stupidus *Simplices* mundo, satis sapit. Satis? & solus. Eremi- *Deo grati:* tam vide. Hebes mundo, Deo sophus fuit. *Ave Maria* didicerat; aliud discere, aliud memoriâ tenere numquam potuerat. Quod sciebat *Ave Maria* recitabat, & magno pietatis gustu identidem recitabat, & gratissimum item Deo. Talis Francus fuit: litteris destitutus, onustus meritis; doctrinâ nullus, amore magnus; hebes mundo, sapientissimus Deo. Dolebat interim pater, querebatur mater, tot incassum factos esse sumptus, teri sine fructu tempus, & habilis labi juventutis annos. *Quid putaret igitur? lapidem* *Responsum manere super lapidem?* Assumpsit dictum *Franci de* Francus cum dicto, *Vti non est lapidis, aquam* *sua inhabi-* *ut det, nec saxi ut fundat sanguinem, quia supra* *litate:* *& contra id naturam est: ita ut majores ego ingenij & judicij vires, quas mihi Deus & melior negavit natura.*

2734. Avocatum à studiis, arti applicare parentes statuunt. Sed cui tam hebes aptum *optione data* erit ingenium? Hærent, nec quod suadeant, *eligendi opi-* satis vident. Optionem ergo dant, eligeret *ficij:* unum ipse, quod ipse sibi, aut cui se putaret melius convenire. At nè sumptuum iterum, & temporis jactura fieret, priùs maturè cogitaret, quàm eligeret. Tum ille considerare omnes, appendere singulas, trutinare universas, quænam omnium suo magis congrueret genio, decernere demum ac statuere, si quam suo ad opus opus haberet ingenio, illam addiscere se numquam posse. Natura quippè aliis mater benigna, parca fit aliis noverca. Ubi verò corporis attendebat vires, artus robustos, grandiora membra, totum se duriori etiam labori judicavit aptum esse ferendo. Sic nimirum benevola semper natura, in uno dum deficit, quasi cum fœnore

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

nore suppleat in alio: utque numquam destitit necessariis, ità nec redundare facit superfluis. Alutarij ergo sibi delegit artem; *Alutarij.* pelles & coria parare, subigere, concinnare. Quodque plus illa requireret roboris, quàm ingenij, se arti, sibique artem censuit omninò idoneam. Exercuit illam, quoad vixit Pater, sedulò & cum laude: ut verò ille obiit, abiit à Franco laus omnis, omnis sedulitas; artemque cùm dimisit, se amisit.

CAPVT III.

Francus post mortem patris in multa præceps ruit vitia & peccata.

Orbus patre, omni orbatur bono:

2735. VTi gubernatore destituta, suo orba clavo navis huc acta & illuc, quò venti rapit impetus, facilè in hos illosve impingit scopulos, donec distracta in partes toto hauritur oceano: tenera uti planta, ubi gnavam boni olitoris curam perdit & manum, in flexus abit degeneres, silvescit sarmentis, nihilque boni parit fructûs: mortuo sic patre Francus, animæ suæ corporisque vero & gubernatore destitutus & hortulano, rupto, qua regebatur, disciplinæ clavo, in infames vitiorum abreptus est scopulos. Probæ citò vitæ dissiliit navis, profundo peccatorum demersa. Sine Deo, sine lege, spe ulla aut metu, solutus, effrænis, libertinus cœpit vivere, sui implens mensuram nominis. Nullus ei honos matris, cura nulla: aspernabatur. Nulla ratio amicorum, cognatorum nulla: contemnebat. Consilium illi suam in rem dare, lacessere erat, ac dantibus arcessere malum. Exosus indè omnibus, ubique bonorum arcebatur consortio. Quod moribus omninò se imbuebat improbis, ab omni, cui probæ inerat mentis scintillula, vitabatur. Judicabant enim, uti nemo sordes potest tangere, nisi inquinetur; super vivos incedere carbones, nisi amburatur; sentes spinasque gerere in sinu, nisi aculeos sentiat: ità agere cum malo possit nemo, nisi evadat malus, cohabitare claudo, nisi discat & claudicare.

bona spernit consilia:

malis jungitur socius:

2736. At Franco quò quis sordidior, eò erat amicicior. Omnis illi odio, qui bonus. Sectari ergò aleatores, fures, ganeones; qui rem, bona, animamque prodigerent, habere charissimos: ludiones, fidicines, & illas spurcissimarum cantionum cloacas, amare, laudare, defendere. Adhærere lenonibus, cum meretricibus græcari, & pessimis id genus hominibus ad omnia Dux esse & caput. Alutarij artem pro jocis commutarat; coria parare, in choreas agere; officinam in popinas, operari in furari, diligentiam in rapinas converterat, per plateas grassari, vastare hortos, obvios quosque spoliare, unum Franco opus erat. Omnis omninò spurcities suæ jam erant deliciæ, nocteque cantibus, tripudiis, lasciviis totas traducere, summa voluptatis. Verbò, ubi malum omne aut fiebat, aut dicebatur, ibi FRANCI erat vita. Tantùm dominatur in omnes, quos suæ semel subdidit potestati, diabolus. Et est ea peccati natura, ut suo trahat ad aliud pondere.

& grassatoribus:

effusior indè Franci vita.

2737. Quàm verò, cùm in profundum venit, contemnit peccator! Tempsit Francus se, Deum, omnia. Nil movere poterat, quod Sanctum; nil terrere, quod æternum. Pulsus omnis è corde amor, omnis ab ore, à mente exul pietas. Negligere Missas, conciones vitare, omnia Sacramenta, omnia intermittere devotionis exercitia; in consuetudinem duxerat. Per menses, per annos nullam adibat Ecclesiam; nisi fortè ut suæ sortis & animi quæreret & inveniret fœminam, scortum aliquod, ut domum Dei nutu, ore, gestu lupanar faceret. Si fors suæ fœcis obtulerat socios, ridere, cachinnari, sordes loqui, sordes jactare, ad sordidiora invitare. Adeò lingua, ad Deo laudes gratesque dandas datâ, in illius abutebatur contemptum. In orandi vicem, illum, Sanctosque omnes execrari didicerat, lasciva liberè adeò effutiebat verba, ut ipsam latentem in corde Venerem eructare videretur. Charitatis autem Christianæ non osor modò erat, sed hostis: mos illi, nulli cedere, revereri neminem, omnes lacessere, lædere, irritare, uti nec lingua ad bonum unum proximo erat verbum; ità nec manus ut alicui faceret benè, nec pes ut cuiquam succurreret, neque cor ut miseraretur: Cujuspiam moveri calamitate, dedidicerat; eleëmosynam dare, ejuraverat; quasi ferrea induisset viscera, ac quovis magis bruto obbrutuisset. In suum omnia commodum, gustumque vertere gustus unus erat Franco & mos.

tempsit omnia sancta,

projectus ad pessima.

2738. Hinc animos omnium, quibus cum illo agere res erat, admiratio incessere, quid hominis esset, & an esset, non satis definire. Non nisi specie à bruta distare dicebant bellua. Nec credere se, post hanc ille, quòd aliam fore crederet vitam, quæ vitæ hujus aut præmiaret aut puniret facinora. Quòd non de nihilo, mores perditi loquebantur. Doluit miseræ id matri, ipsâque pejorem famâ vitam lacrymis deplorabat. Quas ille risu discutiens ruebat in pejus. Non ferre ulteriùs mater, sed assiduo nimis dolore confici, ac somnij sui, præostensi olim monstri cum gemitu recordari. *Et quando*, clamabat, *quando tandem finis! ni veniat, vita mea finientur ante dies!* Ita se mœrore bona consiciens mater, vitam finiit, nec tot optatam votis metamorphosim in melius licuit videre. Nil movit mors ista Francum. Imò movit. Continuò enim gaudere, ridere, exultare cœpit: liberum se jam à mala esse vetula, non auditurum amplius murmurantis jurgia, sibi jam suo licere modo vivere; genio indulgere, totumque omnibus immersum iri voluptatibus. Ut faceret, quod facultatum reliquum bona liquerat vetula, illicò vendidit, & acceptis indè pecuniis paucis indè diebus dilapidavit. Ubi? ubi fuctus,

Absit mores & vita:

Matris pro tristitia mors:

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

fuêtus, in popinis, in ganeis, cum paris stultitiæ sociis, qui finem nesciebant suis dare nequitiis, nisi dum finem viderant esse nummorum. Deseruêre tum Francum illi, neque dum indiguit, potuit invenire.

CAPVT IV.

Francus à Deo miro ad pœnitentiam modo vocatur.

Dei in peccatores benignitas:

2739. POstquàm non sine sensu doloris bonus pastor ovem incautam longius à grege vagam, in vasta solitudine, cum magno videt aberrantem periculo, uti numquam ab ea flectit oculum, eminùs quamvis videat; ita dum laceraturus jam jam imminet lupus, suæ misertus ovis, percellit clamore illum, ovi acclamat, sua securam voce reddit, à morsu protegit, atque aliquo non sine ictu salvam reducit ad Gregem: ità optimus Pastor Deus cum suis agit ovibus, animabus, inquam, ad beata æternæ vitæ electis pascua. Videt à suæ grege Ecclesiæ ovium unam sua per peccata suapte deviare sponte, & infernalis incurrere dentes lupi; suæ eum miseret pecudis, nec impœnitente corde ultimum finit subire morsum. Percellit ergo dæmonem, terret, ac ne miseram voret pecudem, validè facit: partimque aut Sanctorum suorum securam reddit vocibus, aut, loquente intus spiritu, suâ in corde id præstat gratiâ; partim valido percutit afflictionis ictu, vocem ut audiat, assensum ut præbeat, sicque ad cœlicum reducat gregem, æternis secum pascuis fruituram. O ingens Dei misericordia, quàm in nostro id omne Franco implesti. Aberrarat in loco vastæ solitudinis ovis perdita Francus, suis diu libertatibus infernali præda debita lupo, tantis delictorum deformata maculis, ut suo vix dignoscenda curreret pastori. At eminùs divina deviam vidit eam bonitas, & impletum illud volens Apostoli, *ubi abundavit delictum, superabundavit gratia*, (a) miro eum ad pœnitentiam modo reduxit.

peculiariter in Francum.

(a) Rom. 5. 20.

bellum Senense:

2740. Fervebat anno 1229. Senenses inter & Orvietanos bellum, & mutuo alita odio gangrena hæc mali, damna, quà poterant, invicem inferebant. Fortè fuit ut Senenses, Santeanum vi interceperant Castellum, &, ne recuperare Orvietani possent, annonâ omni providêre bellicâ, & electâ militum manu munière. Mos habet, ne quod majus detrimentum in familiis Respublica capiat, ociibes, otioque deditos, ad id muneris deligere homines, ut ferè tali hominum constat genere militia. Talis

Francus dibo:

Francus, cœlebs, sine uxore aut prole, sine parentibus, & fermè amicis, inter primos adoptatur, & dicti castri ad custodiam deputatur. Si *liber* ante, si ad omnia pronus vitia, quid modò, dum miles? si quod manserat adhuc temporis frœnum, abrupit cum id militia, & ad omne scelus effusâ ruebat *libertate*. In alearum lusu totus, in rixis quid mirum si totos erat dies? Erat, & jurare, pejerare, lucrum erat lusus. Nullum ei sine blasphemia aut execratione verbum: habebat quasi pro spectro Deum. Effusus in venerem, stupra, incestus, adulteria alia super alia cumulabat, nec modum ipse suæ lubebat enormitatis. Gallinas furati, per ludum faciebat & jocum: Nempè miles erat, & eorum è numero, quibus nullus Dei timor est, nil pensi habentibus, quod Joannes monuit, *Contenti estote stipendiis vestris.* (a)

libertinus;

(a) Luc. 3. 14.

2741. Num ulteriùs poterat malus esse? ut Francus esset, id est, omni in malo *libertinus*, suo ipse invenit genio. Coætanei & ex Grottis oriundi tradunt aliqui, latronem & publicum viatum grassatorem evasisse: Parum hoc, majus, pejoribus id mali modis fecisse. Haud scio, Ulyssem dicam, an Protheum. Expressit dolis utrumque, malitia superavit, vestes mutavit, ut malitiam tegeret, varios indutus colores, ut fuso animam sanguine purpuraret, ut iniquus esset, sumpto sanctitatem mentiebatur cucullo, & sub eremitæ sacco. Sicam occultabat, spolia rapturus & vitam. Ceroto frontem deformabat aut faciem, obturabat astu oculos, nunc hoc, nunc illo cœcum simulans, ne agnitus vitaretur. Nativum carnis colorem suffitu mutare didicerat, ut varius & idem, eadem semper crimina patraret. Fictitias, ut lubitum, sumebat & ponebat barbas, aut propriam etiam capillosque tingebat. Fuit, quòd mancum se, claudum, infirmum, moribundum, imò mortuum simularit. Sed & stulti imitabatur mores, furdique subindè agebat partes & muti, omnes indutus formas, ut pejor esset & crudelior. Paucis, ipsam malitiæ naturam induerat: Semis suis se reddiderat ingratum moribus, hic tot flagitiorum onustus struibus invisum se omnibus præstitit, & exosum, donec ei Deus oculos aperuit mentis, dum illos eripuit corporis.

fit latro;

illius vestibus;

2742. Ut in aleis totus erat, totas in eis noctes traducebat. Fuit, quòd nocte quâdam, dùm non nummos modo, sed & ipsa corporis amisisset vestimenta, nil reliqui habens, quod ludo deponeret, oculos manu tangens, blasphemam emisit vocem, *& hos, tuum in despectum, qui dedisti, Deus, ludo depono.* Audiit ille, & qui Pharaonem, Nabuchodonosor, Antiochum meritis dedocuit pœnis, dignas haud diu Franco distulit. Vix dum blasphema finierat verba, & is dolor invasit oculos, is ignis ussit, eæ opplerunt tenebræ, ut, ubi esset, non videret, nedum astantes. Cùm multos quasi nihil videns ita manusisset dies, ineptus utique militiæ è militum albo est expunctus. Quid modo? laboris insolitus, artis suæ ab ecœcitate impos, stipem ostiatim erubescens quærere; non ausus præ pudore hominibus convivere, pati cœpit, & egere. At quòd pœna, si suo quis se meritum videat delicto, aut ad Dei quis suscipiat gloriam, aut pro salute ferat proximi, *dat intellectum auditui*, (b) ferentat mentem, & reducit ad meliora; illam om-

quàm addita Deus aliis.

oculos ludo deponit,

& amittit:

(b) Isa. 28. 19.

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

nem tribulatio hæc Franco peperit segetem bonorum. Sibi enim redditus suum cœcus errorem vidit, quem oculatissimus non noscebat. Resipiens ergò, amaras cœpit lacrymas fundere, ferire pectus, faciem cædere, crines vellere, ac flagris lacerare carnem, identidem orans, ut abolitis peccatis sui misereretur tandem Deus, quo experiretur in se, quod vulgò fertur,

Cæcus resipiscit.

Per MISERERE MEI *frangitur ira Dei.*

Ità feciſſe noverat Davidem, qui & lacrymis fœda eluit scelera, & æstum iræ extinxit divinæ. Secutus errantem Francus, secutus est pœnitentem; ac ne peccatorum meminisset ultra Deus, è sua numquam labi ea sivit memoria. Dum subiit, quale per scelus omne vixisset monstrum, horrori sibi erat ipse, & mutari in melius calidis Deum precibus fatigabat. Ut exoraret, vota junxit, ac ad S. Jacobi in Galicia ire sepulchrum se obstrinxit. Peccati locum fugere, ab omni longè occasione amoveri perfectæ pœnitudinis primus est gradus.

CAPUT V.

Francum in Galiciam euntem diabolus ab incepto retrahere nititur.

Franci compunctio,

2743. QUemadmodum oriente Sole evanescunt tenebræ, illustratur aër, gaudet homo, novoque tota ridet vultu natura; ità oriente per gratiam in anima Franci Sole Justitiæ, errorum omnes abiêre tenebræ; mens respenduit, & homo interior novo cœpit ridere vultu. Mirum; pectoris erat foris percussio; intus erat cordis conversio: foris detestatio, intus consolatio: foris lacrymarum aquæ fluebant, intus gratiarum. Sed & timor suam in Franco vicem fungebatur, suas pudor agebat partes. Ac veluti si quis suum graviùs offendit amicum, pacari quamvis expetat, illius tamen non audet subire vultum, pararium, nisi adhibeat, obtinendæ gratiæ qui paret viam: ità Franco contigit. Non audebat cum Publicano suos ad Dominum oculos levare, non uno mutire verbo: at manans cum Manasse lacrymis; indignum se fassus cum Prodigo, cum cæteris se accusans pœnitentibus, obtinendæ se inter & Deum pacis, S. Jacobum Apostolum pararium elegit. Sciebat, magni apud Deum ponderis preces esse Sanctorum. Et quia illius visere in Galicia sepulchrum voverat, moras abrupit omnes, ut illud, simul atque posset, adimpleret, Prophetici memor dicti: *Vovete, & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus affertis munera.* (a)

S. Jacobum intercessorem eligit:

(a) Psalm. 75.

2744. At enim, itineranti impedimento sarcinæ sunt; reditque ad sua ex facili, qui iter incipit gemens sub onere. Novi, inquit Francus, ac, ne quid moretur in patria, ne quid umquam vocet ad propria, Domini datum divinum sequar consilium: (b) *Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me.* Reversus ergò Senas, ivit in *Grotti.* Una ex non modica parentum hæreditate domus supererat: alias, aliaque in ganeis prodegerat bona. Vendit domum, pretium accipit, ad Confessarij nutum expensurus. Nam expiare sua jam peccata dicerat. Ut fecit, partos indè nummos ad Confessarij pedes posuit. Ab hujus totus consilio pendens, eorum partem lubens illis restituit, quos aliàs sæpè affecerat damno: partem Dei ex amore diffudit in pauperes: partem suo sibi servavit itineri. Nam quod deforet, emendicando in Dei nomine quærere, erubescentiæ sic majori, constituerat. Itineri accinctus in comitem incidit, qui & ipse similis erat homo farinæ, & omni fuerat comes in malo. At qui sanctâ etiam pœnitudine resipiebat. Nomen illi *Datus.* Ità juncti sanctæ se simul peregrinationi committunt.

Vendit reliquum bonorum,

ac bene dispertit:

Itineris socium invenit:

2745. Verùm, quòd, qui piè vult vivere in Christo, parato oportet ad patiendum sit animo; ut primùm Pisas appulerant, patiendi materies Franco est oblata: vel ut suum probaret servum Deus, vel ut innotesceret mundo, verè Francum & ex animo esse conversum. Solvit diabolum fræno Deus, Franco committit, suas ut vires cum novo novæ militiæ tyrone exploret. Ecce *Dati* ille patrem suscitat, filium quærere, & à cœpto (inaudiisse oportuit) itinere domum retrahere. Pisas hic cum amicis venit, *Datumque* cum Franco invenit. Tum irâ concitus, maledictis cœpit onerare Francum, lacerare injuriis, atque miris adeò probris proscindere; illusorem Sanctorum esse, amentem, impium, seductorem, latronum principem. Omnia, quòd se insciò filium à se *Datum* suis, ut aiebat, nequitiæ technis ad S. Jacobi in Galicia sepulchrum abduceret. Quò furebat ille acriùs, eò se Francus demittebat humiliùs. Nimirum cœli indutus fortitudinem, fateri delictum, veniam poscere, ac pœnam (quæcumque ei lubita) rogare. Ignosceret modò, & suo cum filio, rediret in pace.

Diabolus ejus patrem excitat,

Qui in Francum invehitur;

Franci humilitas;

2746. Frustratus successu, illusus suo etiam cum damno malus hostis, ad æstus vertitur, dolisque ab inchoato nititur itinere avocare. Ire namque, illum erat perdere: pervenire, majorem præsagiebat jacturam fore. *Datum* ergò sui facit instrumentum doli. Sic enim loqui cœpit ille Franco: [Abstrahor, France, & magno meo abstrahor dolore. Charus mihi tu sorius, charior pater: tu trahis, hic cogit. Tui est amore natura fortior. Sed exemplum quid ni sequeris, & redeuntem comitaris? Licet & Senis piis esse, suam Senis licet salvare animam. Vitæ mutatio Sanctum, non peregrinatio facit. A te abeas, oportet, non à patria, Deo ut placeas. Mecum redi, ad patriam redi, imò ad te, & in patria invenies Deum. Redi, & qui avelli nisi morte non poteras, non avellêris nisi morte. Quid enim? Solus eas? Nescio, quî poteris, & an poteris. *Va soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se.* Difficile pluribus per non nota ire regna; quid soli? Quid suis destituto oculis? Quid agas, vide: quia vides, redi.]

Socius Francum conatur retrahere:

(b) Matth. 19. 21.

Cui

XVII. DECEMB.

Cui FRANCUS, alacer & firmus animi respondit: [Vera, quæ dicis, sunt omnia, chare comes; Scio, periculosæ me plenum aleæ iter aggredi, malaque plura carenti oculis occursura. At immane meæ in Deum offensæ scio etiam pondus. Novi, omnibus qui corporis deliquit membris, par esse ut satis Deo omnibus faciat. Omnibus deliqui, atque eo (quem verbis, pro eo ac vellem, numquam queo exprimere) modo ac numero, ut, si paterer omninò omnibus, in pœnas totus videar non fore satis. Fas ergo, totus toto luam, & ampliùs, corpore. Toto igitur peregrinationis tempore, toto pati in corpore, non abnuo, opto potiùs. Famem, sitim, frigus, æstum; & si quid gravius: lassari, languere, deficere; & si quid dirius: maris, terræ, aëris pericula; & si quid sævius: à feris, hominibus, Diabolis; & si quid immanius: promptus sum pati. Quid enim? Vovi: nec stabo? mihi suades votum diffringere? Deo factum est. Tu omnis liber voti ac solutus vinculi, i, sequere lubens Patrem, & obsequere. Mihi non licet infidum esse, nec libet. Deum roga, me mihi ut reddat, totum utique mutet & convertat, totum vocet trahatque ad se. Ego pergo, cœptoque firmus itineri insisto, obsequens illi, qui dixit: *Qui amat Patrem aut Matrem plus quàm me, non est me dignus.* (a) Suâ ille te donet gratiâ, & vale?] Ivit porrò, & humano privatus solatio, meliori & sanctiori intus replebatur. Neque novas modò indi vires, sed visum quasi sensim restitui, videbatur sentire. Sed videbatur: non enim plenus is ei favor, nisi dum plenæ Deus fecit veniæ certiorem.

cui obnixè Francus restitit:

ac paratus omnes pati pœnas,

(a) Matth. 10. 37.

alacer cœptum iter prosequitur.

CAPUT VI.

FRANCUS *à via devius, auditâ cœlitùs voce dirigitur, eum denuò diabolus tentat.*

2747. QUàm gaudet viator, quàm parent leves illi toto exantlatæ itinere molestiæ, cùm desideratum videt eminùs terminum, itineris initio præstitutum! Plenus ità spei Francus, gaudij implebatur, dum auditâ cœlitùs voce, obtinendæ utique gratiæ se factum didicit certiorem. Multis perfunctus periculis in Aquitaniam venerat, ibique cœli dirigi meruit favore. Vastam ingressus silvam, ad trivium devenit, & an dextrâ iret, an sinistrâ, an rectà pergeret, dubius animi hærebat. Non homines, quos interrogaret, aderant; non signum, quod dirigeret devium. Quid agat? ut Sancti, positi in arcto, solent, ad Deum oculos ac mentem vertit, orans ut, quam ingredi & tenere viam debeat, aliquo sibi signo indicaret. Finierat, cùm vocem quasi pueri Tuscâ clamantem audit linguâ, FRANCE, FRANCE, *dextram cape, & omni liberum periculo ducet, quò destinas.* Tum ille caput discooperire, cadere in genua, cum lacrymis Deo gratias agere: ampliùs; suum non capere gaudium, lætitiâ efferri, quòd obtinendæ certus fieret gratiæ, illius modò acceptâ velut arrhâ. Surgit, indicatâ init viam, & lætus admodùm carpit iter.

Aberrat à via:

Cœlitùs dirigitur:

2748. Paullùm progressus, obvium peregrini specie habet diabolum. Is ultrò sistit euntem, quis, undè sit, quærit; quid, & quò velit, interrogat. Francus vera omnia edicere, Senis è Tuscia venire, pietatis ergò & obtinendæ scelerum veniæ, Hispanias petere, ad S. Jacobi tendere sepulchrum. Tum veterator: [ô te miserum! erras à via: non illac iter est. Illique quam audisti, tu credis voci? A dæmone sit, oportet, in hos te dare qui voluit anfractus. Peris, si pergis. Age, mecum revertere, & certam te reducam in viam, deviare ne possis amplius.] Credit incautus, tentationis orcique fraudum ignarus abit retrò, & malum malè sequitur ducem. Abductum à via, longis adorsus vafer hostis ambagibus, ad omnem quasi passum, anteactæ exquirit cursum vitæ: neque FRANCUS, jam fingere nescius, celare quidquam; hominum se omnium ultimum & pessimum esse; pœnitentiâ ductum id itineris agere, quò delictorum mereatur veniam impetrare. Ubi expiscatus totius vitæ illefundum est, altùm inclamans, & miserentis instar, [ô miser, inquit, ô miser, ut tuam miserè incassum vitam prodigis! num hæc putas tibi posse peccata dimitti? Gravia illa, enormia, nefanda? ut deciperis! levis hæc, hæc nihili peregrinatio, tàm immania tàm ex facili eluat scelera? Desipis, si credis. Unum ob delictum Paradiso expulit Adamum Deus: pauca ob peccata cœlo deturbavit Angelos: & rutè tibi fidis, tot, & tanta tàm facilè dimissum iri flagitia? ut deciperis! justior, severior Deus est: illius novi iram, novi vindictam. Quin potiùs redi mecum, tuam redi in patriam; da te deliciis; utere, quod tuum est, tempore; ætate fruere, in bonis tuos duc dies. Quid ante tempus miser es? tua te scelera æternæ destinant damnationi. Et quis ordinem immutet fati? fixum illud, & ipse aliter nequit Deus.] Hæc aliaque id genus hæretica, veritatis aliquo tecta velo vafer oggerebat hostis, in desperationis ut alliceret barathrum. Et parum certè aberat, quin callido præbuisset hosti FRANCUS assensum, actus in dubium.

Occurrit ei diabolus:

tentans retrahere:

decipit incautum:

conatur in desperationem trahere:

2749. Sed fidelis Deus, qui non passus tentari supra id quod poterat, fecit cum tentatione proventum. Ut quassa vento quercus radicem figit altiùs: ità Francus firmior, fortiorque stetit ab ictu. Imò vicit, nedum sustinuit, hostem. Quibus armis? Quibus vinci solet, humilibus. In se descendit, ut hoste altior fieret. Arma de peccatis cudenti, pro scuto humilitas fuit. Audi, imò vide. [Sunt, fateor, fœda, horrenda, quæ commisi peccata: cœli stellas, & arenas maris suo vincunt numero, ipsam excedunt terram pondere, ac tantum non faciunt te pessimo pejorem: at infinita quamvis numero, immania quamvis pondere, Dei sunt minora misericordiâ,

Sed humilitate Francus superat:

XVII. DECEMB.

sericordiâ. Diffidam cum Caino, cum Juda desperem? Nabuchodonosorem video, & Dei clementiam expecto. Pœnitentem David lego, & in Domino unà confido. En Paulum, Matthæum, Zacchæum: sperabo. En Magdalenam, en Samaritanam tam fœdâ sordidam adulterij noxâ. Jam spero. At unus plenam parit Petrus fiduciam. O, Deo injurius quàm ei par! flebo pariter, & in fletu spem piscabor. Pergo igitur, quodque instituì, non immuto. Tu, si è cœlo es Angelus, in viam dirige: si à terra homo es, mecum, mihi ut ignoscat, Deum roga: si malus ab inferno es spiritus, apagè in tuum pessime te antrum, nec dein me, non Dei servorum alium, quoad Deo visum, tentare præsume.] Hauddum finierat, & dicto citius FRANCUM destituit. At quomodo? eo aërem fœtore implens, ut inferni scires mephitim esse. Et ubi? Rubos inter & spinas, punctum undique & lacerum, ut suo tingeret locum sanguine, languentem, deficientem, morti proximum. Ubi depulso nonnihil fœtore respirare potuit, Deum, nè tantis in periculis constitutum unquam desereret, impensiùs orabat. Tum verò pœnituit facti, quòd aures callido præbuisset serpenti, & facilis adeò à tam benignè monstrato deflexisset itinere. Gyrare ergo, per invia, & devia, per dumis, spinisque obsita luctari, donec ad locum, à quo pessimus abduxerat peregrinus, remearet. Ibi, à tam præsenti quòd exemisset periculo, actis Deo gratiis, se denuò dat itineri, suo doctus damno, nil fidere. Cautior ergo, & intus oculatior, pergere cœpit, quoad Compostellam, Sanctis D. Jacobi exuviis ditem urbem perveniret, ubi corporis etiam oculos recuperaret.

relicto fatuo Francum inter spinas destituit diabolus:

Redit Francus in viam.

Venit Compostellam.

CAPUT VII.

Francus Compostellæ internum & externum recipit visum: peregrinari pergit, & Romam venit.

2750. DIctum verissimè ab Angelico Doctore S. Thoma est, à Christo nemini sanitatem impertitam esse corporis, nisi valentior animæ, hæcque prior illâ semper indita fuerit. Sic Paralytico sua priùs sustulit peccata, quàm tollere lectum jussit: sic Chananææ filiæque priùs indidit fidem, quàm à filia depulit morbum. Ne plura, ingens modò nobis Francus exemplum. Ut primùm Compostellam intravit, nihil priùs habuit, quàm Sacram Apostolo ædem adire, & sancta piè ossa venerari. Fecit, nec bini luminis sine fructu. Jam ante pœnitentiæ lacrymis recuperare illud animæ cœperat: quod simul, atque hic fundendis totus est precibus, magnis adeò accrevit auctubus, ut clarè se, Deum, animam, æterna omnia videret. At corporis cœcus etiam manebat oculis. Dum orat ergo ferventiùs, & interno Deum magis vestigat lumine: ecce cadere craſſæ quasi squammæ ab oculis, minuì tenebræ, abire cœcitas, desinere ardor, ignis, dolor omnis, ac clarè, ut quis alius, omnia videre. O France, quis tibi tum sensus, quod tum gaudium? novâ sibi donatus vitâ videbatur. Nova certè erat spiritûs, animæ nova, & tale fides, spes, Dei proximique charitas incrementum sumpsêre, ut pro salute hujus, illius honore, dulce subire mortem duceret.

Ad sepulchrum Apostoli interius illustratur:

& exterius:

2751. Moratus plures hic menses, in sacra semper æde orando, dies jungebat noctibus; ac sua deflebat adeò puniebatque ipse peccata, ut lacero flagris corpore, manante per terram sanguine, non miserationi modò aliis & stupori esset, sed horrori. Didicerat quippè, à flagris flagrare animam cœpisse, ab extenuato corpore impinguatum esse spiritum, à Sancta pœnitentia illustratam pœnitùs esse mentem. Adeò pro Deo pati, refici est. Statuit ergò in dissitas porrò terras peregrinari, sancta ubique obire loca, Deo colendo, & Sanctis. Non diu non noctu quietem capere, nisi per ætatem non posset ampliùs. Sic namque incitabat ipse se. [Itane? Christus, agnus innocens, purus, immaculatus, qui nullum commisit unquam peccatum, tres & triginta peregrinatus est annos, ovi quærendæ perditæ: & ego, infamis tot scelerum cloaca, tanti reus supplicij, non peregriner meæ æternùm saluti? Eundum, pro cœlo, Deo, anima eundum. Occurrere aut incurrere quidquid poterit, ferendum est & vincendum. Imus] Ità animatus Compostellam deserit, ac Romam meditans, sine pera, sine viatico se viæ simul ac divinæ providentiæ commisit. Itineris molestias maceratione corporis condiebat: tædium rigore pœnitentiæ mitigabat. Per viam proximum suæ viam docebat salutis. Ibat per media lætus pericula, eò alacrior, quò passim omnibus contemptior.

Francei ingens in se rigor:

Peregrinari statuit amplius:

Romam petit:

2752. Ubi Romam venit, statim SS. Petri & Pauli templa invisere, suumque perfusus lacrymis cor effundere, veniam rogans peccatorum. Tum adire Pontificem, id temporis Gregorium decimum, ac plenariam illum indulgentiam rogare. Lubens impertiit illam Pontifex, virtutem hominis miratus, & sanctitatis odore, quam quaquaversùs spargebat ipsa, admodùm recreatus. Nequit enim virtus latere, & occultata, perindè ut ignis, suo se sanctitas prodit indicio. Indè magis se pietati dedit, atque Ecclesias (Stationes vocant) eo pietatis obivit gustu, ut suo obvios quosque exemplo inflammaret. Nimirum nonnisi prævià peccatorum expiatione, quàm multis admodum irrigasset priùs lacrymis; nonnisi sacro Dominico communicasset. Corpori, peregrinationem illam, exiguam quidem, at piam, nudis quotidie pedibus iterabat. Plures ibi ità menses, & totam interim egit quadragesimam: verò ita illâ ipsâm, ut toto illius tempore nil præter panè & aquam unquam sumpserit. Feriis sextis in honorem Dominicæ Passionis, Sabbathis in honorē MARIÆ Virginis solis herbarum

Pontifici se sistit:

Sancta nudis pedibus obit loca:

illius abstinentia.

Digitized by Google

XVII. DECEMB. barum radicibus vescebatur. Crederes ipso ali jejunio, ipsâ inediâ saginari. Porrò mirum in modum sibi sic profecit ipse, alioque non in admirationem modò, sed ad imitationem movit, allexit, & traxit. Nimirum eo pœnitentiam exercere gustu, quo suas nemo delicias, plurium illam erat animis inculcare. Sed & entheis illam commendabat verbis, piisque adeò condire norat monitis, ut vitam sine illa non nisi umbram vitæ duceret. Qui monet verbo, movet, qui suo præit exemplo, trahit.

CAPVT VIII.

Francus peregrinationi insistit plura Apuliæ loca, & Ecclesias magno pietatis fructu invisit.

2753. NEscit quietem sanctitas, otium amor ignorat. *Magna*, ait ille, *operatur, si est: operari si renuit, amor non est.* Patriarchas, Prophetas, Apostolos vide; in minimis maximi, in magnis se fuêre majores. Vel Elias, quàm velox, quàm magnus! Cœlum uno claudere & aperire verbo, opus Eliæ est: cursu equos prævertere, velocitas est Eliæ. Nemo defes, qui amat Deum. Nec Francus esse potuit. Qui tota jam mente Deum ceperat, qui toto jam corde amorem gestabat, celare illum non potuit. Vel inscio illo, imò erumpebat invito. Inde erat; quòd vel in Dei, cœlestiumque meditatione esset assiduè; vel earum contemplatione rerum à se abreptus, absorptus, unusque cum Deo spiritus. Ille ergò, magnus ille otiosum non sivit amor esse. Quamvis & in illa contemplantis animæ quiete, in mysticæ illo unionis otio, actione omni erat actuosior. Parum sacra Romæ omnia invisisse loca, & Apuliæ intendebat. Dum eò in via est, Neapolim venit, urbem, ubi ipsa sedem fixisse videtur amœnitas. Nihil illa Francum traxit, sola pietas. Per omnia ivit ergo templa, Cryptas, Sacella, unum reputans amœnum in Sanctorum reliquiis Deum venerari. Apuliam indè, in eaque Barium petiit, locum morâ, morte, miraculis S. Præsulis Nicolai olim hodieque celebrem. Hic ad Sancti prostratus aram, suis accendens preces lacrymis, rogare Sanctum suis apud Deum intercederet meritis, ut oblivione anteactæ vitæ sua delerentur peccata. Nempè illorum meminêre semper Sancti: bonorum obliti, mala nunquam queunt deponere.

2754. Concepta jam alacrior spe ad Garganum Bario tendit montem. Hic miro Archangeli Michaëlis sacer ostento, cultu quoque est insignis. Non Sipontini modò accolæ, sed longè etiam dissiti pietatis ergò accurrunt populi. Subterranea specus est, Angelorum operâ, sic creditur, duci Angelorum præparata. Simul atque Francus introiit, Sanctus quidam eum incessit horror, atq; in conspectu sibi stare visus est Dux Angelorum. Tum verò injussæ fluere lacrymæ, in terram ipse cadere, osculari illam, & interruptis modo singultibus orare. Indignum namque se ducebat, immundis loca tam sancta pedibus attigisse. [At tu, Archangele, inquit, Michaël, præses hujus & Custos loci, ab omni immunis fac sim peccato. Sathanam vicisti: & me illum doce vincere. E cœlo dejecisti: à mea illum prorsùs abiice anima, nullis ut queat in eam viribus prævalere. Da, uti tuo quieti in præsidio degunt Sipontini; & ego possim sub alarum tuarum securus umbra sperare. Tibi me voveo, do, dico in æternum.] Tum verò superfundenti temperare lætitiæ nequiit, adeò cœlestibus eum consolationibus Deus prævenit. Iis enim perfusum se sensit gaudiis, ut quomodo ab eo abstrahi loco posset, penitùs ignoraret.

2755. Abstraxit tamen se ipse, tum quòd omni lubens se abstineret gaudio, tum quod divino intus moneri id crederet instinctu. Ulteriori itaque peregrinationi denuò se accinxit. Relictis Sipontinis ad locum Beatissimæ Virgini Mariæ, cui nomen *de Monte* pietas fecit, consecratum venit. Ubi ad abyssum se stare vidit gratiæ, abyssum suorum intuens scelerum, abyssum cœpit fundere lacrymarum. Adeò se ruisse in præceps! Adeò profundum cecidisse in barathrum! Ingemuit. Neque attingere cogitatu potuit, adeò se sui, animæ, Dei potuisse oblivisci. *Ad te*, aiebat, *peccatorum Advocata me verto, tuum pro me ut exores filium, meorum (o nimis gravium) ne meminisse velit amplius peccatorum.* Novus hinc denuò obortus horror preces abrupit, unaque in cogitatione defixum tenuit & elinguem. Verum id ipsum sic deficere, etiam amplius erat orare. Ubi verò resedit horror, sui veluti securus, perstitit tamen, sed pro aliis, Divam orare. Nempè Deum amans, amat omnes: omne se bonum diffundit. Unicuique mandavit Deus de proximo, & illius æquè ac suæ curam habere voluit salutis. Hinc pro toto Christianismo instituit preces fundere, ut extincto sciſmatum abortu, hydris hæreseon domitis, una toto in mundo fides floreret Christi, unum fieret ovile, unus pastor.

2756. Relicto hîc pietatis haud sanè mediocris exemplo in Siciliam animum intendit. Ivit, totam peragravit, lustravit, quidquid Insula habet Sancti. Non traxit suis Ætna infamis ignibus: vicina illi traxit Catana, fortissimæ Virginis Agathæ celebris sepulchro. Si mirum, vomere flammas Ætnam; magis levi Agathæ velo flammas cedere. Indicio, majorem in corde Virginis amorem Ætnæo arsisse incendio. Mutuavit indè ignem Francus, & abcessit ardentior. Fabulosum transiit Ericem: Ennam situ quidem amœnam, & à suis notam floribus, præteriit: Syracusas petere maturavit. Non quadruplicem in una aditurus urbem; non ab Alphæo profugas Arethusæ aquas visurus; sed purissimæ Virginis, suo magis lucidæ

S. Gregorius.

Actus sui Dei semper amor.

Francus venit Neapolim.

Barium, ad S. Nicolaum.

Et ad montem & specum Garganæ.

Archang. Michaelem veneratur.

Peregrinatio ultra.

ad D. Virginem Mariæ.

pro proximo & Ecclesia.

Siciliam petit.

SS. Agathæ.

& Lucium veneratur.

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

cidæ nomine, Luciæ ossa veneraturus. Ne animæ cum integritate hac lumen amitteret, sibi erutos Amasio oculos misit: & Francus, suos ita Dei in contemptum amissos, uberioribus denuò lacrymis deploravit. Ne vel semel iterum animæ perditum iret lucem, ubi diu sanctam invocarat Luciam, è Sicilia in Calabriam trajecit.

in Calabriâ traiicit.

2757. Et hic, pro eo, ac solitus, assiduus erat in templis. Nocte etiam, dum licitum per custodes. Nulla, tota quantum extenditur regio, quantulacumque fuit ædicula, quàm non Franci pietas adivit. Tota illam Calabria loquebatur. Monasteria ut missum è cœlo hominem venerabantur. At ipse illos non terræ, sed ut cœli habebat incolas. Hinc & sanctior pulsare animum cogitatio cœpit. Erat id temporis Calabria, Thebaidis instar, sanctis undique Eremitis infesta. Et hos cellatim invisere, audire, alloqui Francus statuit, nova quasi cœli apis, virtutum undique mel collecturus. Neque suo frustratus fine fuit: reperit, quod quæsivit. Veram in uno fortitudinem reperit animi, cumque ipso decertandi inferno comparatam usu multo scientiam. Qualiter indutus modò vulpem, callido arrepentem silentio negligi, & rideri possit diabolus: ac modò leonis instar assiliens, quomodò excipi debeat, provocari, & fugari. Ita nova novus tyro venturis arma pugnis addiscebat. In alio justitiæ eminere virtutem didicit, quidque fas dari Deo, animæ, corpori, proximo: suumque, quas nimis admodum intulerat aliis, injuriæ animum subibant. In temperantiæ hic addictum incidens, parcum potus cibique usum collegit, & quàm deditus fuisset nuper ipse gulæ, succurrebat. Ibi maturam in rebus omnibus notans prudentiam, suam in omne effrænam vitium temeritatem damnabat. Quaquà iret, quævis cella novæ erat officina virtutis. Hæc tacendi artem offerebat, silentium: illa, novum in infirmitatibus robur, patientiam: ista, mirum propriæ lucrum voluntatis, ad unum Superioris nutum obedientiam prætendebat. Omnia effecêre: una, eminens in omnibus plus animum castitas ferit. Quàm ad suos vigiles oculos! Quàm ad omnia cauti verba! Quàm vel ad minimam soliciti cogitationis auram! vidit, audivit, sensit & exarsit. Invenit, qui paupertati, quàm vel divitiis sunt multi, erant addictiores. Textos quidam induti juncos erant: animalium alij pellibus, alij suis modò crinibus tegebantur. Totas vigilare noctes, mos pluribus: aut, ut nonnihil indulgentiores essent, nudâ humo cubare. Aliis arandi corpus flagellis, vix ullum erat otium aut quies. Charitati non dediti modò omnes, sed imbuti, pro se quisque indigenti adesse, succurrere, & quoquo modo solatio esse satagebant. Et erant, qui suis quasi affixi collis, neque unum unquam extrà ponentes pedem solitudinis amorem instillabant. Quotidianum meditatio exercitium erat, ut aut rebus spiritualibus, aut præceptis Euangelicis tenerentur legendis, aut à se abrepti cœli in terris patriam degustarent. Neque segniùs ideò vocali orationi insistebatur: nixi, quasi immobiles, dies & noctes genibus, manibus junctis, intentis cœlo oculis videbantur. Sed & diversam statis vidit horis viam inire vitæ, cuidam semper operi intentos esse, ne quam, omnem tentanti aditum diabolo, rimam aperirent. Videre ergò passim erat, colere hortum, herbas arboresque plantare, insitiones facere, rigare: alios alibi aut ligna findere, aut fabricare quidpiam: alios storeas, mattas, canistros texere: alios alij operi instare; ne quem umquam diabolus otiosum inveniret. Hæc ubi intento vidit omnia Francus animo, gaudere simul cœpit & dolere. Quid? Tot ibi virtutum videre fructus? Et nullam etiam tum in se sementem esse? Neque tamen indè vacuus rediit. Semen contulit, in horto animæ, ut primùm esset in patriam reversus, sedulò saturus.

Omnia ibi Eremitoria lustrat:

ac variis virtutum exemplis excitatur.

mirabilis Eremitarum Calabriæ vita.

Quæ ad meliora Francum erigit.

2758. Statuit ergò in Tusciam redire, eoque jam iter instituebat. Quòd verò, obsitus etiamnum peccatis, Lauretanam adire ædem, emendandæ monitus vitæ, non modò neglexisset aliàs, sed blasphemo etiam irrisisset ore, atque impia in Divam Matrem effutîsset probra; & eò ire concepit. Fas esse, tantam ibi lacrymis impietatem eluere. Quid enim? Illam sanctam explosam à se ædem, tanta ubi nostræ peracta salutis mysteria? Toto illa itinere hærebant menti, & salutaris animum horror agitabat. Ubi sacrum attigit limen, cœpit illo tum concuti magis, atque adeò in lacrymas totus diffluere. Nescias, oraret, an lacrymaretur ampliùs. Sed nisi lacrymans orare non poterat. *Quid?* aiebat, *in hanc me injurium fuisse Virginem? in hanc Matrem? O Diva, Dei tui Mater, ignosce, nimio ignosce sceleri!* Occlusit dolor os, & obmutuit. Ac lenis tum eum in terram deciduum sensim sopor amplectitur, sive à se potiùs extasis alienat. Ecce tibi Cœli Regina, multo cincta lumine, Maria suum adire famulum, veniæ securum reddere, pergeret modò, inque Dei servitio nunquam teperet. Dixit, abiit: at quâ tum mente Franceus? quo gaudio? Dicere nullus unquam ille potuit. Nos nostras eò cogitationes mittamus, si fortè assequamur.

ad eadem Lauretanam pergit.

illius compunctio & preces.

B. Virgo ei apparet, & veniæ securum facit.

CAPVT IX.

Francus Senas reversus, animabus lucrandis se totum dat.

2759. QUàm miras Dei gratia metamorphoses facit! Reversum Senas Franceum vix Senenses novere. Diutinæ mutarant vigiliæ, extenuarant inediæ, gratia magis. Ex Dei hoste, jam servus, atque adeò amicus redierat. Quos enim in aliis toto peregrinationis tempore virtutum viderat flores, in animæ suæ serere, rigare, educere horto

mira Franci conversio.

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

horto cœpit. Totus toto jam corde erat Dei. Unum tota vita erat jejunium: una, flagris lacerare corpus, voluptas. Ab alio omni longè consortio, in Ecclesiis erat assiduus, sanctis Sacrificiis, & divino audiendo verbo intentus, Preces producere solemnis adeò ei mos, ut videretur juxtà monitum Christi, orare semper, nunquam deficere. Ea verò erat animi dimissio, ea vili induti sacco humilitas, ut qui eum pridem cognoverant, non possent non laudare Deum, qui tanta facit mirabilia in Sanctis suis. Porrò quod admiratione reddebat attonitos, erat discurrentem per civitatem videre & audire clamantem: *Redite, redite prævaricatores ad cor: redite ad pœnitentiam, memores semel moriendum esse.* At magis id etiam, dum in foris, compitis, aliisque locis publicis, ubi se palam deliquisse meminerat, nudato incoram omnibus corpore adeò tergum, flagellis, uncisque visus est arare, ut totus sanguine diffluere. Sicubi ergò lusitasset aleis, sicubi blasphemas eructarat voces; jam ludere tergo lora, jam curæ monita dare salutis. Sicubi illusisse subibat fœminis, aut peccandi aliquā dedisse ansam facinori, sonantibus jam in dorso catenis restaurabat, riviſque lacrymarum pariter & sanguinis diluebat. Neque omnis inania abibant hæc fructûs. Animas lucrabatur, & perditos quosque nimius ille in sese rigor animos commovebat. Ita Franeus, ut nuper damnationis; modò illicium erat salutis.

Orandi fiudium & humilitas.

Publica pœnitentia.

2760. Mutatus in alium alia cœpit in votis, alia in amoribus habere. In Cœnobiis assiduus, eorum maximè, quos Mendicantes nuncupant, ubi tum plures magnæ conspicui sanctitatis vivebant. Ibi Deo serviendi carpere exempla: ibi sua quotidie expiare peccata: ibi consilia petere in dubiis, monita accipere salutis, immissas sibi aperire visiones, discutiendas dare, moneri, instrui, dirigi, in omnibus docilem & audientem esse. Habebat illos hominibus majores, ut Angelos venerabatur. Divertebat indè ad alios, ad alia in Xenodochiis Christi membra. Habent Senæ, ut tota passim Italia, illorum plura. Inter illa dictum *à Scala, Misericordiæ, S. Andreæ, Sanctificationis* eminebant. In his aliisque videre erat Francum, miserorum lectos & grabatos circumire, solari mœstos, confirmare moribundos, salutis magis animæ, quàm corporis monere sanitatis. Serviebat infirmis, abjectissima quæque exequebatur ministeria, eâ vultûs hilaritate, illo oculorum sereno, ut non infirmis, sed ipsi dare Christo operam credidisses.

Pia cum piis conversatio.

In Xenodochiis,

Infirmis infirmis.

2761. Et ad carceres ibat, officinam aliam charitatis. Quòd verò inopes juvare, sua eum non sinebat inopia: ostiatim mendicando quærebat, ac gemino condita amoris obsequio dabat. At piis magis monitis adjuvabat; non catenas, sed peccatorum monens considerare vincula. His se solvere, in sua esset potestate, istis non item: solverent quæ possent, Christiano alio animo paterentur. Patientiæ ergò munirent se clypeo, de necessitate discerent virtutem facere, ut quæ delictorum erant pœna, meritorum fierent apud Deum materia. Apud Judices quoque, quoad licitum legibus, causam eorum agebat, & vel veniam dari rogabat in dubiis, vel pœnam minui in certis. Sed melior nusquam, quàm apud Deum erat intercessor: illius committens providentiæ, poscebat gratiam, orabat misericordiam, ut pati possent, imò & vellent, nec mori formidarent. Dum obvius in plateis fortè parvulis, minus decens quid loquentibus aut patranubus fieret, sistebat, monebat, docebat. Protervulos increpabat, terrebat, ac levibus etiam excipiebat ictibus, dum suis omitterent monitis, obtemperare. Factus quasi venator erat pauperum, adeò, ubi esse quempiam norat indigum, consilio simul aderat & auxilio, egens ipse omnium. At dives animo, miseratione ditior, pro iis divites compellabat.

Carceratos visit,

& hortando solatur.

Parvulos corripit.

Pauperes juvat.

2762. Pacis studiosus, dissidentibus se oggerebat ipse, & rixarum arbiter non dimittebat, nisi positis odiis novam iniissent gratiam. In cauponis frequens erat & popinis, lucrari nè quem sineret. Quod si civium inibi reperisset aliquem, blandis aggressus eum verbis, suarum monebat rerum satagere, domum petere, cum uxore, cum liberis, si lubitum, jucundari, nec tanto sui famæque impendio ligurire. Ganeas, & id genus famæ haras, adiens, sordidi infames illas Circes questus monebat, illumque æternam animæ jacturam dare. [Tanti num voluptates faciant corporis, animæ ut præferant? Suæ & illam delicias habere. Ne expectandas solùm in cœlo crederent, gustari in terris, sed ibi sine fine mansuras. Damnosas ergò has linquerent, quarum meminisse ipsæ vel sine pudore non possent. Nil bonum esse, cujus puderet. Cogitarent *Magdalenam*: unica cujus lacrymula plus animæ impluit gaudij, quàm mille corporis voluptates attulerant. Ob oculos *Mariam* illam *Ægyptiacam* ponerent, cœli magis superfusam deliciis, quàm toto Ægyptum Nilo. Sordes imitatæ, imitarentur exemplum, & non parem modò sperarent, sed expectarent fortunam. Spondere se, illiusque vadem esse simul & salutis. Resiperent modò, & pœnitentiâ sordes eluerent.] Dicebat autem illa Francus eô vocis sonô, ut non tam ipse, quàm Dei loqui spiritus videretur. Nec frustra. Multas è turpi illo quæstu animas lucrabatur.

In popinis degentes,

& in ganeis ad meliora hortatur.

Magdalenæ exemplo,

& Mariæ Ægyptiacæ.

2763. Enimverò perite tam ex facili animas, nimiùm quantùm sentiebat. Itaque quòd plures alearum lusu sciret abripi, aleones, quà poterat, insectabatur. Christi ecce in illo zelus pariter & exemplum. Ut namque nummulariorum mensas, cum nummis evertit ille, omnesque fugavit è templo; ita aleonum chartisque ludentium evertit mensas Francus, abjecit aleas, chartas conscidit, attonitis miraculo rei omnibus, nilque, nè mu quidem opponentibus. Tantus

Aleones & chartis ludentes insectatur.

XVII. DECEMB.

tus honoris Dei in Franco erat Zelus, lucri animarum tantus ardor. At illo etiam majus in blasphemos erat odium. Toto horrebat corpore, si quando contingeret audire. Acrioribus item verbis increpans, quàm enorme id peccatum, quàm Dei provocans iracundiam, ostendebat, quò plures Inferni faucibus eriperet animas. Ut verò assequeretur id etiam meliùs, nilque non tentatum linqueret, ad nobilium se animos vertit. Mos illis in Campo, quem majus hodieque forum nuncupant, sub vesperam convenire. Adesse ibi in tempore Francus, atque avocare illos à vitiis, monere virtutis, rogare, increpare, iisque uti argumentis, ut pro magno omnibus Theologo haberetur [Malorum omnium fontem otium esse, ut quid illi sic deditos esse nobiles? non sanguine, sed virtute nitendum esse: virtutem verò otiosam nunquam esse. Quin irent ergò, ac virtutis aliquod munus obirent. Tot in carceribus detineri miseros, subvenirent: tot in Xenodochiis destitutos, adirent, viderent, juvarent: id virtutis esse, id nobilitatis. Nunc rerum vacuos, meritorum inanes, futilibus tempus nugis terere, ac nil agendo, mala agere discere.] Ita Francus quà verbo, quà exemplo dedocere peccata, virtutem inserere, Dei ad amorem trahere, unicè satagebat. Secutus par fructus labori, sed & odium in eum Diaboli. Fraenum, suam nuper prædam, sibi jam prædas eripere! Impediendo omnia meritorum. Facem ergo concitat vulgi, armatque in Francum. Ecce adusque pueros illi illudere, pomis, saxis, luto petere, mille probris insultare: [En Sanctum, pessimum nuper ganeonum! En sectatorem virtutis, ducem nuper latronum! En doctorem pietatis, omnis nuper nequitiæ magistrum! ut agnum lupus simulat! ut pij partes agit Sicophanta! Irruite, densate, limo, luto, sordibus spectrum petite Sanctitatis] Hæc per instrumenta sua malus hostis. At non immoto solùm Francus omnia accipiebat animo, sed vultu etiam hilari, lætoque. Nempè gaudere jam didicerat, dignus quod fieret pro nomine Jesu contumeliam pati.

magis blasphemos.

nobiles à vitiis avocat.

& ad virtutes excitat.

inde in illum ira diaboli.

& vulgi irrisio.

CAPVT X.

Francum ad arctiorem pœnitentiam, vitamque magis solitariam vocat Deus.

2764. *NOn est impossibile apud Deum omne verbum* (a). Subvertit montes, de lapidibus filios suscitat Abrahæ, è Saulo Paulos facit. Sui ideò Prophetæ ore dixit: *Nunquid non verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petram?* (b) Sunt: neque urget ita calcar equum, uti feriunt Dei verba cor peccatoris. Sua constat petræ durities: Sed ut rumpit tamen illam, totamque conterit malleus; obdurata sic peccatorum corda, suo conterit verbo Deus. Populo duræ cervicis loquebatur Moyses: molliit tamen, fregitque, & ad Dei vivere coegit mandata. Mollit aspera Dei verbum, dura frangit omnia. Vel Christo loqui, erat corda trahere, vincere, vincire. Fecere & post ipsum sui, dum nulla adeò duricies cordis Apostolorum restitit verbis. Loquimini Prædicatores ad cor, instate opportunè, importunè, molliscet aliquod. Ex actis conversi sunt seculis peccatores: fiet & nostris: Franco contigit. Erat id temporis Senis verbi Dei seminator eximius, ex D. Dominici familia Ambrosius Sansedonius, magnæ vitæ sanctitatis, Beati nunc titulo clarus. Sacer Quadragesimæ dies erat, quem à facto simul & mysterio, dicimus *Palmarum*. Arboris usus exemplo, in Dei plantatas horto varias dixerat esse arbores, variam arborum sortem. Fructiferas unas, omni vacuas alias fructu. De sterili, Domini illud, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*, (a) inferebat. Sterilem exemplo ficum esse. Venienti ad eam Domino, comantibus plenam ramis, cum nullum daret illa fructum, maledictam statim esse continuò, dignum igni pabulum. Fructus requiri. Qui sterilescens indies magis petenti non habuerit Domino, illius excisum jussu, in ignem, missum ici æternum.

Verbi Dei mira vis.

Ambrosius Sansedonius concionator insignis.

(a) Matth. 3. 19.

illius concio.

2765. Perculit Francum minantis illa vox. Neque ita Blatta chartam, tinea vestes, Teredo lignum exedit; uti conscientiæ vermis, actæ cor animum vitæ cœpit corrodere. Nulla diu, nulla nocte quies. Ambulanti occurrere, tacenti loqui videbantur peccata & auditas pœnas minari. Non temperare ergò à lacrymis, non cessare à flagellis, sed sibi identidem exprobrare: [Miserum me! perditum me! Ego sterilis illa, nihil arbor sum, bonos nescia proferre fructus. Hen vacuos vitæ dies, meritorum annos inanes! millies excidi meritus, ut quid etiam terram occupo? Vivo, sed dignum orco vivo pabulum; totius inferni, quem æternus ille semper urat, nunquam consumat ignis. Ego infructuosa ficus illa, divinis meritò maledicta verbis. Sterilesco magis indies, & dignum, quid dignum? nullum prorsus pœnitentiæ fructum profero. Sentio quotidie vires minui, corpus marcescere, ac grandioribus properare ad mortem passibus; & sterilis etiam invenior? France, quid futurum de te.]

illa Francus compungitur.

& totam effligat sibi.

2766. Mœstus ab illo S. Dominici templo, ubi dicentem audierat Sansedonium, ad primam urbis, aliarum caput, Ecclesiam venit. Dumque ante sacram Sanctissimi Sacramenti aram humiles cum lacrymis preces fuderat, ab illa ad Deiparæ Virginis Mariæ, suæ dudum advocatæ, ivit altare. Diutinæ ibi orationi insistens, lenitur in somnum soluto, aut se supra rapto, Cœlorum Regina multo Virginum comitata cœtu apparet Maria: *mitte*, inquiens, *Dei in servitio*, France-

(a) Luc. 1. 37.

(b) Jerem. 23. 29.

XVII. DECEMB. *Si à diaboli longè vis abesse insidiis, si à mundi tutus vivere illecebris; aspice uni tantum te dare Deo; fuge homines, solâ tege te solitudine. Abstulit in præceps te turba, in viam solitudo reponet. Fuge homines; tu, qui in peccatorum vapores Iuvenem profundum, ad inferni detrahunt ima: jam senem. Fuge, late, cave: secura ad cœlum hac via.* Ad hæc uti Euangelicum juvenem illum, cui perfectionis cupido Christus dixerat: *Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus,* (a) tristitiæ nubes obvolvit. Erat à natura namque solitudinem exosus, consortij turbatque amantior. Idque unicum in causâ fuerat, quòd in solitariis illis Calabriæ locis, sedem apud sanctos illos Eremitas non elegerat. Unam si solitudinem excipias, omnia agere & pati promptus erat. Ad magna, ad ardua proximi urgebat amor, Dei ad etiam majora. Nil afflictionum terrebat; humi cubare, noctes insomnes ducere, inedià confici, flagris concidi, ultrò amplectebatur, quin & exultabat in omnibus: ab omni abstrahi consortio, solum esse, id dolebat. Sed quod ægriùs facimus homines, gratius habet Deus, & nostræ quod abradimus voluntati, majoribus ille meritis coronat. Francum volebat sine aliquo Franci. Ut abnegaret, quod erat, nedum quod habebat, ita illum Deus monere voluit & vocare.

Divini Dei Virgo apparens solitudinem suadet.

(a) Matth. 19. 21.

Franciscus solitudinem exosus:

tamen amplectitur.

2767. Ut ergò Dei esset, suus esse Franciscus desiit. Nempè victimis obedientia melior, nullumque gratum Deo sine corde sacrificium. Ut homines linqueret, se negavit, inque novo suburbio, ad S. Marci portam, sibi ipse casulam struxit. Non faber ad illam, non latomus erat, unus satis Franciscus ad omnia. Et arena totus etsi locus esset, supra petram tamen Franciscus fundavit. Solus jam Franciscus solitudinem colere, atque illâ dulcius nihil habere. Nullis cupiisset jam mutare palatiis. Unum ex illa trahere sui aut proximi bonum poterat. Imò nec poterat, nisi justæ aliquid mixtum necessitati esset. At qualis hîc vita Franci? tota cœli: ita in oratione totas erat noctes defixus; ita macerabat corpus jejuniis. Cibus herbæ erant, aut radices, legumina pro deliciis, & eâ etiam in mensura, ut irritare magis famem quàm satiare videretur. Cibi condimentum fonantia erant flagella, & signare illis diei noctisque potuisses horas, adeò nullam dabat aut sinebat corpori quietem esse. Jam diabolo scilicet bellum indixerat, sicque se singulari illi rebatur certamine committi. [Et quid tamen, aiebat, singulare, si *militia est vita hominis super terram* (b)? Si intra cellulæ hujus ego pugno angustias, in mediis alij turbis obnixi resistunt diabolo, & cedere cogunt inglorium. Hîc mihi soli cum solo res est: alios ille, & plures ab illo unà impetunt adversarij. Levis hæc pugna, si pugna & non velitatio est potiùs, aliorum collata bello. Certandum est, ubicumque fueris: nec finis pugnæ, nisi dum vitæ. *At benedictus Dominus Deus meus,* (c) qui tantis defunctum periculis, tot diaboli ereptum insidiis protexit usque, *ac docuit manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.*] Ita se ipse contra animæ hostem animabat Franciscus, ipsumque animare jam vincere erat, certè pugnare.

quæ illi dulcescit mirificè.

Jejunium, & rigor in se.

(b) Job. 7. 1.

Animosa Franci verba.

(c) Psalm. 143. 1.

CAPVT XI.

Franci bonorum temporalium contemptus.

2768. QUos Dei semel amor accendit, quorum Deus mentem vero illustrat lumine, suo nolunt omnia æstimare pretio. Cui fixus in cœlo est animus, non exilij modò locum hunc mundum habet, sed plenum miseriarum omnium carcerem, laborum officinam, gemituum & lacrymarum sine fine fontem. Quid vitam? æternæ vitæ comparatam, mortem potius dicendam quàm vitam. Atque ideò haud sanè esse mentis, si quis suæ hîc spei, ubi stabile nil est, velit anchoram figere. Non figunt illi; ne jaciunt quidem. Non illos quis suis videbit studere commodis, non affici honoribus, non divitiis capi: at sibi quisque cum Paulo dicit, *Omnia arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifaciam* (a). Talis utique erat jam Franciscus. Ut suo se inclusit tugurio, totum suis cum inanibus mundum exclusit a Cœlo totus, Deoque intentus, quod illius præter amorem erat, pro levi, imò nihilo habuit. Quin & sibi ipse viluit, novissimum se deputans hominum, omnium peripsema, hominis haud dignum nomine: rerum omnium prorsùs copiam, vel ipsum divitiarum nomen habebat odio. Etiam memorabat, omnium inopem, mundo pauperem, ditissimum cœlo: nec ad illud ire potuisse cum pallio. Uti nempè crassus per foramen acûs trahi certe funis non potest; difficile ita esse, animum divitiis obsitum, cœlum intrare. Proindè, ubi quidâ quòpiam acceperat, non sibi habere, non retinere voluit, sed ob Dei sibi amorem datum Deo reddebat, id est, ipse pauper, refundebat in pauperes, illum memor dixisse, *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Adeò Franciscus terrena fastidivit omnia.

Proprius Dei amantium genius:

(a) Philip. 3. 8.

in Francisco clarescens,

facit omnia temnere.

(b) Matth. 25. 40.

2769. Indè in tuguriolo non modò non superflui erat quidquam, ut nec suppeterent necessaria. Saccus paleâ fartus pro lecto erat: in quo lassum & exsangue ponens nocte corpus, fracta diurno nocturnoque labore reficiebat parumper adeò membra, ut in quiete capienda dixisses nil minus quærere, quàm quietem. Non enim somnum unquam, nisi in multam noctem oranti importunum admittebat. Quid, quòd & ad minimum interrumpebat sæculum, quò refugientes, ad commune veluti asylum, admitteret pauperes? Jam, quod ad reliquam ejus in hoc tugurio supellectilem spectat, unicus aquæ servandæ urceolus erat, mensa parvula, & humile scabellum. Ab his sustentandæ tantum habebat vitæ, ab suis quantum omnibus habent opulenti divitiis, usum. Nil optanti, deerat nihil. Tanti ad sa-

Paupertas somnusque Franci.

ejus supellex.

XVII. DECEMB.

tietatem referi animi, quod ab omnibus vix sperent homines opibus, scire contentum vivere. Sic sapere Franco paupertas cœperat; sic solitudo dulcescere magis indies, omnis ut amara ei turba fieret. Sedebat itaque solitarius, levansque se supra se, ac cœli immiscens gaudiis, beatam illius dulcedinem Patriæ prælibabat.

dulcescit ei paupertas & solitudo.

Alexij Salimbeni mors.

2770. Evenit, ut Alexius Salimbenus, nobilitate juxtà ac divitiis cum quovis certans Senensi, moreretur. Amici, ubi luctûs primi abiêre dies, solliciti animæ, largas quaquaversùm eleëmosynas distribuerunt. Nullum illius expers liberalitatis erat cœnobium. Quodque id ævi, in agro passim Senensi Eremitæ ad ducentos, sanctæ omnes vitæ (ita Patritius Patritij, & Nannus Donatus in suis referunt Chronicis) viverent, ad plures eorum eleëmosynarum quoque pars devenit, ut pro demortui Deum salute orarent. Jam suæ clarum virtutes Francum reddiderant, Senasque totas sanctitatis fama pervaserat. Huic floreni aurei quinque in eleëmosynam missa juvandæ suis precibus animæ. At verò, quarus illaqueandis nihil aptius animabus, non nummos tangere, nè videre quidem sustinuit. Jam pridem namque statuerat, illos primitivæ Ecclesiæ Sanctos imitari, quibus quidquid in mundo erat opum, ad pedes deponebant Apostolorum, omni omnium usu abjecto, divitias in terra nullas, nè unum quidem nummum possidere. Proindè ita deferentes orare cœpit impensiùs: [Ite Fratres, referte quos dare mihi vultis, nummos, & in egentiores, dispensate, Certi estote, quò dederitis minus, orare pro Alexij anima, minus desinam. Ferte, quò lubet, atque illis me molestiis liberate.] Verùm nolenti acceptare atque adeò invito nummos inibi reliquêre. Ubi vidit id Francus, ait ingemens, [Stat ergò vobis hîc nummos linquere? Stat & mihi, non tangere. Ad illum fenestellæ (erat illa unica tugurio) angulum deponite, mansuros, quoad aliter visum Deo. Novit is, cujus sint illi subventuri inopiæ. Illo mittente, qui me magis indigus, veniat, atque unà mecum pro Alexij oret anima, & ferventiùs.]

Plures in Senensi agro Eremitæ.

missos in eleemosynam aureos nec videre vult Francus.

invito relinquuntur.

CAPVT XII.

Francus pecunias, nec visas, pauperi largitur mulieri, in dotem filiæ maritandæ. Quàm ille metuens fraudum diabolì!

(a) Rom. 8. 28.

2771. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* (a): nec quid omnium, quæ in Dei fiunt honorem, sine fructuum redit fœnore. Ipsum non sine præmio initium est operis, nedum finis. Adeò *quæstus est magnus pietas cum sufficientia* (b). Ecce tibi quinque aurei Franco spreti, in illo ipso fenestellæ angulo oblivione magis, quàm pulvere obducti, situ quidem otiosi, non merito, conquieverant: pro vili illos re & abjecta habens numquam aspexerat. Deus autem eos, non sine meritorum fœnore dari voluit ad usuram: Ecce pauperem impellit viduam, maritandæ anxiam filiæ, in Franci tugurio dotem querere: Vadit & ad ostium pulsat. Francus orationi vacans surgit: dictoque *Ave Maria* (abigendis animæ hostibus, efficaci, monet Bernardus) aperit, & attonitus videre fœminam, repentè claudit. Cane peius & angue jam illas oderat, memor, quæ corporis animæque passus aliquandò damna. Timere ergo cœpit, tremere, & horrore totus concuti, insidias veritus. Cogitare enim subiit, an non specie fœminæ dæmon esset. Venire quippè sæpiùs varias monstrorum indutus formas solitus erat, ut vel à cœpto averteret bono; vel ad nova alliceret mala; vel desperatione impleret aut horrore. Occludens ergò cum impetu fores, pro pessulo S. Crucis signû adjecit, fugando, si foret, hosti.

Inops mulier dotem à Franco petit.

In illa demonem timet Francus,

2772. Verùm egena quòd esset, & importuna mulier fuit, quô nescio certa impulsu, impetrandi, quod quæreret. Pulsat iterum, & cum lacrymis orans, [Aperi, clamabat, aperi, Sancte Pater, misertus miseræ. Non spectrû ego, non malus genius aliquis vexare te venio: Dei perindè ac tu creatura, Dei æquè redempta sum sanguine, iisdem etiam imbuta mysteriis: huc venire egestas compulit. Per illum, cujus amore hanc casam incolis, rogo, aperi, & miseram ne dedignare.] Audiens illa Franeus, nequiit porrò durus esse: sed illius, per quem rogaverat, amore compassus, aperuit. Tum quæ, undè esset, cur, quid agere aut petere venisset, quærenti, respondit illa: [De Valle S. Martini mulier sum, vidua, afflicta, solatio omni destituta. Nubilis supereſt filia, cui plus natura pulchritudinis dedit, quàm dare ego possum dotis. A bina ei causa metuo, paupertate mea, & pulchritudine sua. Maritare velim: alieno opus subsidio, ut possim. Vereor enim, ne, si ego concedam fatis, malè cedat ipsi & honori. Piorum consilio, subsidium pios rogo, repertâ parte dotis, partem requiro. Tui me fama excivit, aliis uti subvenis, meam ut quoque subleves inopiam & filiæ consulas honori æquè & saluti. Si mea haud te tangit mendicitas, illius te jactura moveat. Eleëmosynam hâc meliorem non facies. Si potes, juva, & animam lucrare.]

Amovet mulier tum mulier,

suam aperit necessitatem.

2773. Perculêre hæc animum Franci, & facili compati lacrymas excussêre. Tum sublatis in cœlû manibus, impensè Deo gratias egit. Ac mulieri obversus: [opportunè, inquit, venisti, Soror, bono tuo, meoque. Meo, ut liberer tuo, ut juveris. Totum una pecunia faciet. Providit illâ tibi Deus, tuæque præscius necessitatis huc misit. Adi, in illo fenestræ angulo, quos nescio nummos, reperi. Multû illi ibi jacuere temporis, à me nec visi hactenùs, nec tacti. Cape illos, & pro salute animæ, ob quâ hi missi causâ, Deum precare. Mei quoque peccatoris memor, mea ut mihi dimittere velit peccata.] It mulier, pulvere obsitos nummos

Francus non visos à se aureos mulieris suis auferre.

(b) 1. Timot. 6. 6.

XVII. DECEMB. nummos invenit, capit, & actis Franco gratiis læta abscedit. Tum gemino liber metu redit ad orationem Francus, Deo gratias agit, talem quòd amolitus occasionem esset. Non posse securum vivere, proximum cui manet periculum, considerabat.

CAPVT XIII.

Francum apparens B. V. Maria solatur, præmij certiorem reddit: vox ad majorem excitat fervorem.

Quàm diversimodè se Deus nostræ insinuet menti.

2773. NEmo Deo seruit gratis, quia seruit grato. Sua munerat ipse dona, & nostris plaudit sibi ipse obsequiis. Nec tantùm: ut par nobis det esse gaudium, aliquo se semper indicio prodit. Modos habet ille multos, homini haud facilè, & vix notos. Facit tamen, ut in suo animet magis solidetque servitio. Nunc tacitè, & in somnis nostræ se insinuat menti: nunc apertè, & planâ se offert visione sensibus. Ut loquentem in se Daniel, ipse sensit! ut tertiùm proprio vocantem nomine Samuel audiit, & voce monitus Domini, ut divinæ factus certior voluntatis! In somnis Joseph Dei audit jussum, audit & noscit, noscit & exequitur, fugiens in Ægyptum. Quid multa? & Francus didicit, suæ quàm placuerit opus charitatis. Factâ illa pauperi viduæ eleëmosynâ, suprà quàm alias lætior, orationem, noctis ultra conticinium producebat. Tum sui veritatem promissi Deo placuit indicare Franco, nimirum, *si quis recipit justum in nomine justi, mercedē justi recipiet.* (a) Et, *qui vos recipit, me recipit: & qui recipit me, recipit eum qui misit me. Quodque uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* (b)

(a) Matth. 10. 41. & 40.
(b) Idem 25. 40.

Totâ nocte vacat,

2774. Ubi finem orandi Francus fecerat, quòd præceps ad gallicinium nox esset, necessario lassa membra somno dedit, quietem libandi potiùs, quàm capiendi. Sacco incubanti, neque, an vigil an dormiens esset, sat conscio, mirabilis se obtulit visio. Totum in cellam visum est cælum descendere. Multitudo primùm Angelorū fugatis tenebris collucescere inde ab ipso cœlo casam fecere.

apparet B. Virgo.

Horum in medio omnium Regina, ac Cœli Domina Maria apparuit, iis adornata vestibus, id genus cincta margaritis, ut singulæ ad se dignæ trahere aspectum, nisi totum rapuisset ipsa. Viridis in manu erat arbuscŭlus, pro foliis fructibusque, aureis gravis nummis. Prætenso illo, Francum alloquitur. [Confide fili, è cœlo Filij mei jussu compellandi tui venio, certior ut sis tua ei hactenùs placere obsequia. Insiste, neque orci rimæ larvas: datur corona perseverantibus. Tuus in me mihi gratus amor est, trahitque à me mutuum tibi. Quòd mei verò ad honorem Filiique, quos terra dederat nummos, pauperi largitus es viduæ, cœlestium ecce gravidam nummorum arborem. Tua illa, talibus opima fructibus: dapē, neque tuam dimitte porrò in pauperes charitatem, neque tepesce in ea. Tales in cœlo cudit illa nummos, aliisque, quàm modò tu percipis, innumeris ibi tua ditabitur anima. Unus centuplo mutabitur.] Abit illa, simul visio, ac superfusum gaudio Francum linquit. At illius numquam potuit oblivisci. Tum verò divini veritatem promissi Francus intellexit, non in terra, at in cœlo, suis Deum servis servare præmia. Paratā bonorum ibi messem, non quæ hominum modò queant explere sensum, at mentē, ipsumq; satiare quæ possint spiritum: non quæ evanida & modico defluxura sint tempore, at duratura, quâ Deus ipse, æternitate. Id tamen promissi esse tanti præmetium, quòd necessariorum, quoad quisque vivat, neminem sinat unquam egere.

eumque certum suorum obsequiorum facit,

& præmij:

2775. Dum secum volutat illa Francus, latens in corde gaudium lacrymæ prodidēre. [Visionem sibi talem dari? Immerenti. Tali certiorem modo fieri? Indignum. Sua Deum æstimare, attollere obsequia? nimium. Inutilem se servum esse, nihil dum suo feciſſe satis debito. Itaque de integro devovere sese, cor, corpus, animam, Deo immolare, optare, totus cremari in holocaustum posse.] His iterum orationem finiens ad saccum rediit, paulisper quieturus. Vix obrepserat quies oculis, visionique etiamnum inerrabat mens, cum ecce inclamans excitat vox, *Age, expergiscere*, France *somnum discute, surge, aurora eccum appropiat. Fas Christi milites somnum pellere, ignorantiæ excutere tenebras, luciſque arma indui.* Audit, obtemperat, exsilit, & quid à se porro cœlum velit, pronus capit. Quod torpeat, placere Deo non posse. In Dei pigrantem cultu, nolenti propiorem esse. Ferventes Deum spiritus amare. Ad formicam iret, sedulitatem disceret, quodque in conquirendo illa granulo, faceret in cultu ipse Dei. Tum sanè omnem ille eiurare segnitiem, geminare vigilias, augere inediam, addensare flagra, totus in ipsum quasi fervorem commutari.

ejus gaudium:

vacaturum somno allapſa vox excitat,

ac vigilantiorem efficit.

CAPVT XIV.

Francus præcedente monitus visione duriori se corporis macerationi dat: ferreâ nudam carnem catenâ stringit: illâ dæmones effugantur.

Hæc vita alternis erudiuntur.

2776. QUemadmodum, cui flunt è votis omnia, ac plenis favet fortuna velis, nescit quì se habeat cui scæva accidunt omnia, cui blando numquam risit fors æqua vultu; ita agitatus semper in malis, luctatus semper cum fluctibus; portus ubi semel portu est, ac quiete vivit ipsâ quietior, æquum potest de utravis ferre forte judicium. Haud aliter Francus præteritâ fuit visione edoctus! *O ubi volutamur*, aiebat, *o quid magni nobis nostra est, datque vita! o æternæ illa patriæ gaudia, à nostris immane quantum distant gaudiis! o Cælum! quæ tuum nobis latet, post siparium gloria!* Cœpit indè ad ea magnis assiduè noviſque

Franci ictum aspirantis verba:

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

desiderijs æstuare, utque corporis liber vinculis cœli illo potiretur citius regno, mortem votis ambire. Ita dudum ille de morte dixerat Sanctorum, *de carcere, catenisque egrediatur ad regnum.* Ac ne votorum modò res esset, opera junxit, vi quasi expugnando cœlo. Proindè si magna fuit illi ante inedia; jam tum usque adeò auxit, ut jejunare jam videretur incipere, antea comedisse. Non lautiores modò respuere cibos, sed nec cocti aliquid ultra admittere, nisi Dominicus fortè dies, aut Paschæ foret solemnitas. Legumina, herbæ, radices, ut erant è terra cruda & sordida, reliquis vitæ diebus cibus fuêre. Omni sibi dehinc vino interdixit, contentus frigidâ, quoad vixit, aspectu nullo dierum.

majus ejusdem jejunium;

2777. Quod ad alias corporis macerationes, mirari subit, potuisse adeò sibi durum esse. Nil corpori ampliùs concedere, quasi expers omninò corporis. Offendi somno, quòd eo videretur, invitus etiam, uti debere. Ideò illo tam usus parcè, ut si parum ante, jam velut admitteret numquam. Insistebat orationi impensius, eoque sæpè illum situ Sol vidit oriens, quo occidens reliquisset. At verò, sævus ita sibi ipse carnifex, flagellis adeò lacerabat corpus, ut multis nocte, multis die vicibus, totus manaret sanguine. Sed ferrea cingens corpus catena omnia superat. Magnam, longam sibi curarat fieri, eamque gyro non uno (ut quid enim longam?) carni circumdedit, imò indidit, impressitque. Quàm strinxerit fortiter, indicium fuit, ita intumuisse circum carnem, ita toti supercrevisse catenæ, ut videri haud quaquam jam illa posset. Miraculo rei stetêre attoniti, post mortem qui viderunt, non tolli, sed exscindi è corpore. Tormenti genus! tantum ad carnem sustinere modò ponderis; quid inditam gestasse carni? Idque non dies, non menses modò aliquot, sed totam, quoad vixit, ætatem? At ille nihilo seciùs agilem esse, quò missus, ire; instare operi, orationi insistere, omnia, ut solitus, facere, & obire. Num aliquo sine sensu? Fuit ille quidem peracerbus, at cœlestis gloriæ noverat edulcare memoriâ. Totas uno situ noctes orationi protrahere, quis potuisse dicat sine doloris esse sensu? omnis ulcerabat motus corporis, ac gravis indè sudor exedebat cutem, carnem, ad ipsa usque ossa, assidui materies doloris. Plus tamen addebat ipse, majori addensans nisu ictus flagrorum. At nihili faciebat cruciatus omnes corporis, ut Christum lucrifaceret. Hujus illos dicebat pretiù esse.

Durioris corporis cruciatus.

Ferreâ catenâ ærèi corpus stringit;

quæ majoris causa doloris.

2778. Ablatam ab obitu catenam, aliaque, quæ affligendæ gestabat carni, ferramenta, magnus Deus miraculis decoravit. Malis admodùm valuit expellendis geniis. Ubi oblatus erat obsessus, simul ut corpus catenâ Carmeli Senensis Patres cinxerant, illicò impatientes vinciri, abire è corpore dæmones, fugere, nec porrò eò ampliùs redire. Dictus illam Carmelus hodieque servat, & magno habet honore. Partem illius, plumbeæ junctam pilæ, quam in ore gestare solitus erat Francus, se vidisse testatur, qui primus hanc scripto edidit vitam, Lombardellus, pari semper cultu servatam. An verò paria modò patret miracula, haud ita constat. Nullius multo admodùm tempore Patres meminere. Sed non semper malis permissum geniis, homines infestare: ut ipsa non adeò catenæ aut Beati potius cesset virtus, quàm destiterint, homines experimentù capere virtutis. Illud autem justæ omnes admirationis implet qui ipsum catenæ tractant, & considerant benè pondus, haud capientes, quomodò homo id ætatis potuerit tantum ad lumbos gestare. Et parum id etiam ad alia, quibus totam dein vitam magis oneratus incessit. At grave nihil esse amanti, Francus didicit. Id qui cogitant, & quo ille Dei arserit; amore attendunt, ex facili capiunt, gestasse illum bene pondus illud, majora ferendo fuisse, majoribus etiam pro Deo confici afflictionibus parem.

Catena, aliaque pœnitentiæ instrumenta, post mortem miraculis decorata.

An hoc etiam tempore.

CAPVT XV.

Francus in Patria Grotti eremiticum quærit, & reperit locum: magnum inibi miraculum.

2779. AMant virtutem Sancti, famam omnem exosi & honorem. Ob consequam illum non magis colunt, quàm qui in Sole ambulant, id faciunt propter umbram: id est, vel minimum de eorum usculum fugiunt. Ab umbra Solem Francus metuit, & virtutem in tuto, fugâ ponere, apud se constituit. Jam Senas, sanctitatis Franci fama pervaserat, atque etiam Civium quemq; videndi, audiendi, colloquendi cupido ceperat. Concursus ergò ad cellam illius fieri, summi juxta ac imi adesse, neque desertum jam ampliùs, sed forum; non tugurium, sed palatiù videri: Insolitus diù talium Francus, aut distrahi in vana mentem veritus; aut immunitù iri ratus fervorem spiritûs; aut inani vanæ laudis ventulo abstractum iri in fossam aliquam erroris; memor dati olim Arsenio moniti, nuper sibi, FUGE HOMINES, haud satis se illi feciſse recordabatur. Non semotum esse à turba, cujus casa muro hæreret urbis. Iret itaque, quò ire horrerent cæteri; dignum aliquod se antrum quæreret.

Sanctis honores exosi.

Francis sanctitas innotescit;

migrare alò statuit:

2780. Fugæ certus, clam omnibus casam deserit, & *Grotti* in Patriam venit. Locorum gnarus, rupium adire prærupta, specuum concava, vallium demissa, silvarum horrida, omnia lustrare. Vallis erat inter alta montium, invia in medio silva, dumetis obsita, luporum domus, locus serpentum. Ipsius mœstitiæ locum dixisses, ipsam melancholiæ sedem esse. Uno Senis non amplius lapide distabat. Placet locus illi, & sedem ibi figere statuit. Nec moratus, operi accingitur, ac torrentem juxtà ex obviis inibi saxis sibi ipse casam, octo latam pedes, alteros tantos longam, ædificat. Hic Francus quantò ab hominibus semotus longiùs,

Asperum & desertum locum eligit:

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

longiùs, tantò accessit ad Deum propiùs. Perdius ac pernox in oratione defixus, & divinarum rerum contemplatione suspensus, cœli magis, quàm terræ vitam agebat. Idipsum ab inedia jejuniisque protractis erat sentire: neque quis esse dixisset hominem, nisi fortè ingemiscentem sua ob peccata, & assiduis corpus flagellis lacerantem audisset. Nullum tota domuncula lumen admittebat. In tenebris erat, &, Argo oculatior, sua hinc videbat flagitia, Deum inde immobili aspiciebat obtutu. Ut luce ac leniore interdum frueretur aurâ, ad colliculum, quem suo ipse objecerat labore, prodibat. Verùm quia cœli magis, quàm terræ, vivebat accola, cœli ad Francum venire incolæ, solari, animare, quasi pares agere cum pari, hinc precibus, altermis inde jubilis certando. Et ipsa cœli regina aderat sæpè Franco, mentisque omne, si quod etiam erat, nubilum solâ præsentiâ dispellebat.

semotus à turbâ,

à cœlestibus visitatur.

Nesciunt Grottenses ibi degere,

2781. At quamvis ferarum intra recessus Francus delitesceret, soluisque soli se immisceret cœlo, sui tamen, ibi quòd degeret, *Grottenses* cognovêre. Fuere, qui & visitarunt sæpiùs, se, sua, suos commendantes. Simul atque non tectus, nec tutus fuit, diruente, ut solet, diabolo suæ vallum quietis. Adventare namque non è *Grottis* modò sui cœpere populares, sed invitare eum, utque honoris ergò illò quandoque diverteret, rogare. Patriæ id illum, id amicis debere: tam invia non omnibus licere loca petere, veniret ipse, & sui desiderium expleret. Obsistere semper Francus, & ne pedem è solitudine dimovere. Fortè festus apud Grottenses dies erat, omnium quâ lætitiæ, quâ pietatis solemnitate celebrandus. Quotquot circum seu casas incolebant Eremitæ, seu Religiosi cœnobia, ad id loci & temporis confluebant. Opportunum eliciendo Franco festum habebatur. Eunt, rogant, aliorum instant exemplo, qui & ipsi Deum quærerent, in festo non amissuri. Quid sciret, an non vellet id à se Deus, & magno forsitan bono? Hæc una Francum causa pupugit, subiitque nec sine instinctu aliquo tam instanter illos rogare, nec repulsos desistere: Dei proinde voluntatem esse, eoque cuidam Grottensium bono, suæ fortassis amplificandæ gloriæ vocare. Acquievit ergò precibus, ivit, obivit, odorem instillans omnibus sanctitatis.

Ad se invitant,

causa cujusdam solemnitatis:

ivit vadit:

procacia in se audit convitia:

2782. Multus in mensa (nam & illi coactus accumbere) de eo sermo, de nimio vitæ rigore, de abdita in inviis illis sine ullo lumine casa, sed quam sanctitatis abundè radiis illustraret. Fuit, cui ægrè id audire, & sanctimoniæ ejus famam multis cœpit verbis obterere. [Francum? Jam pridem illum esse notum, turpitudinis sentinam, scelerum cloacam. Cui non deditum modò, sed immersum fuisse vitio? Et undè nova hæc repentè mutatio? si tamen mutatio non fictio, & illudium esset. Nescirent, quot nuper, fingere gnarus, personas induerit? Bellum hypocritam, Sancti nunc partes fingere, quò illudat melius. Nè talem crederent, qualem viderent: sub ovina illa pelle lupum latere. Mereri ex omnibus circum finibus abigi. Deseruere illum peccata, non illa ipse: impotem senectus absolvit, non voluntas vitiis exemit.] Feriere omnes dicta, non Francum. Ibat per mensam murmur, silebat ille; & tacito quoque mentis gaudio exultabat. Ubi verò mordacem satietas linguam cœpit, ac mirantium Franci patientiam, murmur siluit accumbentium, humiliter juxta ac lenè reposuit Francus: [Vera retulisti, quisquis es, nec, pro eo ac mereor. Pejora multò memorare poteras; & eorum, quæ feci, ne centesimam attigisti partem. Pro me nihil deprecor. Datum me ulit scandalum, tot simul quòd offenderis, tuæque me pungit damnum animæ. Pende maturiùs, linguam fræna nimis lubricam.] Tum ille simul vino, simul ira æstuans, *Vera*, inquit, *dixi, nebulonum nequissime: tamque tu homo frugi es, tamque fieri potest, ut salveris, quàm potest modò capo ille*, (tostum in patina caponem monstrabat) *rursum vivere, surgere è patina, & cantare.* Pupugit temerarium omnes dictum, soloque tenuit cogitatu suspensos. Ipsum quoque Franci animum atrox convitium tetigit, soliciti, non suam, sed præsentium omnium vicem. Intentis igitur in cœlum oculis, mentem quoque misit, tacitisque Deum suspiriis oravit, sanctum suum glorificaret nomen, veritatem assereret, scandalo amovendo. Vix finierat, surgit è patina capo, suis denuò vestitur plumis, salit per mensam, cantuque mendacium arguit, & eludit. At blasphemum sua citò pœna pressit, eumque, defixis stupore juxtà & timore omnibus, malus statim hostis invasit. Malum verò vincens in bono Francus, misertus hominis, signo crucis malum pellit hospitem, omnisque liberat mali.

Franci humilitas & patientia:

humile responsum:

pergit conviviator:

Franco orante:

ingens fit miraculum:

2783. Tum verò, quot aderant, attoniti miraculo rei, clamorem attollere, Dei eve-here potentiam, Franco plaudere, & pro se quisque velle loqui, tangere, gratari. At ille fugâ se proripiens, turbæ simul & laudibus est elapsus. Ingentes per viam Deo gratias agens, ad eremitorium est regressus, nullum dehinc ob festum exiturus. Eremitorij hujus rudera vidisse se jam inde ab annis ampliùs quadraginta, testatur Lombardellus, partemque muri quatuor altam pedes suprà terram extantis. Locum quoque Franci morâ celebrem, vulgò dictum IL SANTONE. Nec à vero abit, originem à communi loquendi eò itantiùm more habere, mutuò excitantium, ac dicentium, *Andiamo à visitare* IL SANTONE, Eamus visitare Sanctum, solitarium, Deo devotum, & vitæ supra communem. Vidi locum (ait Lombardellus) ac sentibus dumisque obsitum lustravi. In colliculo etiam, quem Franci extulerant manus, ad quem puriori hauriendi aëri causâ venire consueverat, steti, locumque contemplatus, si non sanctimoniæ, at venerationis aliquid

Francus homines fugit laudes:

Francus dictus il Santone, *id est, quasi* Sanctus.

Digitized by Google

XVII. DECEMB. hausi. Habent scilicet hoc loca Sanctorum, animos ut moveant vel invitos, & nescio quid afflent sui. At reversum ad id tum loci Francum, digressionis fructus, tentatio excepit, ut ne gemini patratio miraculi gloriolâ titillaret animum, neu suis virtus ipsa meritis evanesceret.

CAPVT XVI.

Francus ad libidinem variis à diabolo modis tentatur. Iacens in spinis pugnat: ejus victoria, ac visio de assumendo habitu Carmelitano.

2784. NEmo laqueorum diaboli liber est: omnes assilit, omnes tentat homines: nulli statui, conditioni, sexui, ætati parcit. Perindè uti latrones, si quos norunt opulentiores esse, & à quibus opimioris spes est prædæ, aggrediuntur citiùs, neglecto vulgo: virtutum ita ditiores citiùs sæpè magisque assilit infernus. Eô, quô quis magis anteit aliis, spoliare intendit, destruere satagens, eminentioris quidquid est virtutis. Primus ei scopus sanctitas est, in hanc collineat & sua dirigit tela. En septuaginta ferè gravem annis, effœtis torpidum viribus, Francum aggreditur, & ad fœdas libidinis sordes attrahere tentat. Ægrè eum habebat, virtutem tam altas in anima Franci radices agere, ipsumque se ipsô indies majorem, in suo se assilire regno, totiusque simul inferni viribus insultare. Capitur ire contrà, & quâ nequeat pejore, assilire pugnâ: pugnæ locus Franci casa statuitur. Protractâ in multum noctis ille oratione, quieti se modò dederat. Adest adversarius invisibili quidem specie, sed quò ex insidiis sic petat cautiùs, feriat certiùs. Reducere ergo in memoriam sordidas cœpit juventæ voluptates, actos in ganeis dies, quasque venerea vocat turba, delicias. At non illô jam doloris sensu, quô suorum memor aliàs peccatorum, suis solebat lacrymis innatare. Aruerat ille fons, & quid invitæ in corde titillationis sentiebat. In eo enim intentus erat hostis, ut ad illorum eum redigeret numerum, qui *lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.* (a) Nempè ubi apertâ irrumpere nequit vi, irrepit astu, sub reducta in speciem veterum pœnitendi sordium memoria, delectationculis virus apparabat. Jam propiùs casum erat, cum Deo mentem novo illustrante radio, periculum simul vidit & errorem.

Diabolus sanctiores magis impugnat:

Francû jam senem libidinê tentat:

(a) Prover. 2. 14.

2785. Iraci sibi indè Francus, & quòd aditum, auditumque vel leviter præbuisset hosti, pœnas expetere. Verùm ad solita procurrenti arma, fuetum lacrymarum opponenti rivum, novâ instat ille pugnâ, intùs lacessens. Visi Franco ipsi ardere renes, insolitis corpus totum impleri viribus, adeò stimulis agitari carnis, ut nè meminisset quidem quid simile sensisse in vita. Mirari primùm & indignari: verùm ab hoste eas sentiens faces esse, modum quærere extinguendis. Veprium spinarumque, fatigando corpori, fascem collegerat: solvit illum, & in medias se jacit volutatque spinas, illis ut aculeis acutos intùs stimulos hebetaret. Ad fossam indè properat, & frigidissimis se vices multas immergit aquis, ne quis intùs ampliùs arderet ignis. Tum cellæ redditus sæviter in nudam sævire carnem, adeoque flagellis arare, ut tincta non solùm humus esset sanguine, sed totus ipse nil nisi sanguis videretur.

magis impugnatur:

inter spinas se volutat:

aquis se immergit.

2786. At quia, non ex facili destiturus, dæmon incipit, ubi & hic parum procedebat, assultus, tertiùm aggreditur, jam, factus quamvis, manifestior. Venit enim formosissimæ specie puellæ, ridenti oculorum lenocinio blandulus, ostium pulsat, aperit, intrat, notus quasi & amicus alloquitur, ac miseræ ita cœpit condolere sortis. [Tuam me miseret vicem, France. Adeon' tu tuam pugnes in naturam? Adeò tibi durus tu carnifex, ut non his sponte modò te damnes tenebris, sed tuam ità ultrò mortem arcessas? Inops judicij, ac es; à natura nescis hos esse stimulos, tuam quòd omnem præter modum ita mactes carnem? Mactare, idest, non domare. Sentis, ipsa quòd obsistat natura, ipsa te tua quod doceat caro, insensibiliore te sensatior? Naturam, quò vocat, sequere: ideò natura est. Quis indiderit, cogita; Deus est: & Deum sequere. Et hic, & illa quemquam sui vetant carnificem esse: & tam nihili ducas, sævire in te? Age, Deo gratias refer, me tibi quòd miserit. Misit monendi tui, ac tantum ut averterem malum. Nondum te mori vult ille, sed tuos ultrà producere dies, aliis (potes etenim) juvandis. Ne naturæ pugna & Deo, bis nocens. Ecce me, tuis pronam desideriis, tuis paratam voluptatibus, ultrò offero; ideoque veni, ultroneis ut fruerêre, amplexibus. Inanem illam, ipsique adversam naturæ, Deum offendendi curam abjice: ne malam debeas naturam dicere. Exigit illa: & in eo, quod ab illa & juxtà illam est, nec mereri quis potest, nec demereri.]

Redit dæmon puellâ specie:

fallacia illum verba:

2787. Blasphemas haud ultra voces Francus tulit, sed irâ concitus baculum accepit, & andabatæ in morem gyrare quaquaversùm, & cædere incipit è ganea, ut quidem tum putabat, scortum aliquod. In vanum tamen; nam fallere dæmon cupidus timenti similis, cedere & redire, declinare ictus & persistere: pulsus fugere, & magis instare. Visus à Franco abire non posse. At ille aërem cædendo lassus, non lassus tentando circùm salire malus hostis, quà blandis oculorum ictibus, quà levibus brachiorum gestibus, quà dulcibus verborum mellibus, ad leviculum vanæ voluptatulæ consensum trahere nitebatur. Tum demùm Francus certior Sathanam esse, illam indutum speciem, baculo signum crucis formans in muro, animosior dixit: *In nomine* JESU CHRISTI,

Inanis Franci labor:

Dæmon mollitiei instantis:

Digitized by Google

XVII. DECEMB. CHRISTI, *qui imbellem te vicit in deserto, ut abscedas, mando, mihique molestus porrò ne sis.* Ad hanc vocem quasi fulgur disparuit quidem *sed fugatur:* ille, at eo impetu, eo abiit fragore, ut totus sùs deque verti mundus videretur. Concidit in terram Francus, mortuo quàm vivo similior.

2788. Sed qui suos numquam destituit Deus, suo illicò adfuit militi, atque aerem adeò post pugnam, victoriam gratulatus, spem detulit triumphi. Ecce enim aperiri cœlum, ac Dei Matrem MARIAM in throno, suprà quàm dici potest pretioso sedentem vidit descendere. Venerabunda aderat Angelorum turba, plurimis immixta Sanctis. Coronam manus una ex amœnissimis textam floribus portendebat, altera Sacri Ordinis Carmelitani vestes habebat. Quas monstrans dixit: *Quam primùm hunc* FRANCE *habitum induas, ac meo vive in obsequio: tum veni, tibi quam paro & servo, in cœlo fruiturus coronâ.* Disparuit cum dicto visio, non ita, quâ superfusus, mentis lætitia. Sensit enim novas majoresque sibi vires indi, cœpitque insolitis efferri gaudiis, ac de gravi illa, quam sustinuerat, pugna nimiùm quantùm gratulari. Illam visionis illius causam esse, solatij fontem, lætitiæ seminium, virium augmentum, suæ indicium salutis. Cui ut majore tenderet curâ, albo Confratrum, qui in Xenodochio scalæ, id temporis à disciplina B. Virginis dicebantur, nunc à nocte eis appellatio, nomen dedit. Hæc illa est Societas, cui omnes quotquot extra, intraque Italiam, Confraternitates suam debent originem. Prodiere ex illa Dei servi mirabiles plurimi, ut flore pietatis, ita odore sanctitatis illustres.

Apparet Franco B. Virgo cum Ordinis habitu:

monet Carmelitâ fieri:

Franci indè gaudium,

& novus fervor.

CAPVT XVII.

Francus in Senensi B. V. *Mariæ de Monte Carmelo Conventu, Ordinis habitu induitur.*

2789. BOna in longum proferre consilia, nulli umquam bono fuit. Perit utilitati, quantum fuerit adjectum moræ. Velut hujus ergò ævi homines, bona, simul ac possunt cordi habent, exequi consilia, ne ipsâ sui dilatione diffluant: ita, quin intentiore etiam curâ, qui cœlo se dicarunt, cœli consilia sequi satagunt, & implere. Fallere, fallique homines possunt, & faciunt vel inviti, numquam Deus. Francum itaque novæ à visione impletum spei, ut datum exequi liceret consilium, impatiens cupido experat. Longiorem solito videri noctem, moram omnem increpare, ac momentis quasi singulis oculos ad orituram lucem attollere. Vixdum certâ luce, suum linquit Eremitorium, Grotti præterit, Senas venit, & rectà Carmelitarum petit Cœnobium. Ibi Confessarij advolutus pedibus, piè expiat peccata, omnem tentationis suæ cum hoste pugnam aperit, ac secutæ dein visionis ordinem pandit: cœlo monitum, cœlo obsecutum venire: Rogare, ut apud Cœnobij Præsidem (Priorem vocant) suam agere velit causam, habitui impetrando. Is, quòd cœli venire instinctu crederet, suadet suam ipsum causam agere, Priorem cœli haudquaquam voluntati obstiturum: iret modò, ac porrò cœlo fideret.

Bona consilia cum differendo:

suum exequiturus, Senas tendit Francus:

2790. It Francus, & Prioris se jacit ad pedes, Ordinis habitum, è cœlo præostensum, humillimâ prece postulans. Mirari Prior si non impudentiam hominis, at audaciam: id illum ætatis habitum Ordinis petere: Non posse admittere ejusmodi, nedum audire velle: iret, undè venerat. Permisit id, credo, Deus, seu periclitandæ Franci constantiæ: seu amplificandæ suæ, in manifestando magis consilio, gloriæ: seu diabolicæ immissæ fuerint insidiæ, Franco à proposito vitæ sanctioris avocando. Et inobedientiæ fortassis involvere satagebat hostis, velut Adamum, peccato, ac majorum inde initium sumere; sat ratus, si capite irrepserit, ut toto vitiorum irrumpat corpore. Interea perfusus lacrymis jacebat Francus ad pedes. Neque dum Prior primi quid rigoris dimittere, augere potiùs, ac durioribus etiam verbis repellere. Nesciret, Apostoli doctrinam esse, suæ, cui quisque vocatus, vocationi insistere? vocatum ad Eremiticam, perstitisse in ea non sine fructu, ut constans quidem fama diceret: pergeret porrò, haud dubiè placiturus Deo. Quin, infit ille, *placendi magis, Deoque & Beatæ Virgini serviendi fervetiùs, ad Carmelum venire, à Deo est. Sequor, & meæ, quod ais, vocationi insisto.* At torvo etiam vultu Prior, quid non indocte modò, sed indocilis, quid in ordine acturus? Inhabilis utique, operari numquam sacris poteris. Tum verò Francus altum ducens è corde suspirium: [Ego sacris? Aspirem ego sacris? Conscius meæ magis indignitatis sum, quàm ut illorum vel una mentem cogitatio subeat. Sacrorum servire ministris liceat: gaudio id ducam simul & honori. Conversos inter admitti postulo, vel si quid illos infra est: ad onera, labores, & viliora domûs munia deputari, ad vilissima quæque impendi. Dignus adeò aptusque ad ista sum. Suo inferi Ordini, Diva monuit: abundè mihi vel ultimo in eo loco censeri. Monenti obsequor Divæ, illâ fretus, impensiùs rogo. Miratus quidem Prior constantiam animi, admittere tamen, vel ob senium noluit. Effœto, inquit, jam senex corpore, inclinatâ ætate simul & valetudine, nullus omninò eris ad Religiosæ austeritates vitæ, quid ad alium quemvis laborem? tuum quidem scio tenorem vitæ, nihil assuetum mollibus esse, scio, te ad afflictiones corporis haud tyronem: tamen si senectus ipsâ morbus, tuque annis juxtà malisque fractior, quietis magis, quàm austeritatum indiges. De illa & otio cogita, Religionis desine.] Motus ad ultima & duriora Francus

Ordinis Habitum rogat:

durè repellitur:

Franci constantia in rogando:

ejus item humilitas:

Alia & durior repulsa:

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

cus verba, vera esse pleraque non abnuit, nihilo seciùs tamen urgere instituit. [Considere se illi, quæ miserat, datura quòd affatim vires, ut pluribus diu ferendis etiam futurus aptior. Ne crederet, quò quieti indulgeret, aut torpido marceret otio, mississe. Neque illo se fine petere. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* (a) Laborare, subdi, frangi, ambio: pœnitentias, & si quid asperitatum habet Ordo, anhelo, illius dummodò sim. Neque senium objice: quod ætati deerit, gratia supplebit. Usque momentum vitæ ultimum, reum hoc pati & luere corpus debet. Hujus cura mihi nulla, animæ angor, cui nullum officere senium potest. Illam cogita, & quæ misit.]

Franci responsio:

(a) Philip. 4. 13.

2791. Suspiciens Prior indè Francum, molliore cœpit animo audire, & loqui admodùm mitiùs: [laudo accensum virtutis amore animum, neque tuis quidquam obnitor votis: tamen, ut velim, non est in me, Ordini te admittere; omnium Cœnobij Patrum interest. Tum Francus, spe erectior. Si omnium interest, rogentur omnes. Te verò per JESU CHRISTI viscera rogo, nullam ut sinas moram esse; convoca Patres, cœli aperi consilium, preces meas.] Utque nihil intentatum linqueret, cœpit ipse cellas omnium obire Patrum, loqui omnibus, precari singulos, sancto vellent proposito annuere. Post hæc, templum adiit, ante sanctissimi aram Sacramenti prostratus preces fundens, suis tandem desideriis finem dari, atque habitu illo, tanto sibi favore à Cœli Regina Dei Matre præostenso, quamprimum indui posse. Valuere tantùm apud Deum preces, ut statim Prior omnes convocaverit Patres, ac de Franco quid sentirent, quid factum vellent, rogaverit. At illi nimio exsilire gaudio, uno omnes ore admittere, elatis in cœlum manibus Deo gratias agere, tali quòd frui pœnitentiæ daret speculo. Quas non in illo virtutes contemplari, quas non foret æmulari! Certatim ergò omnes illius efferre animos, laudare mores, virtutes ostentare, ac cœli simul uberiores per ipsum gratias sperare. Sed nulli majus, quàm Confessario, gaudium erat. Sciebat utique quantum ille in anima thesaurum occuleret sanctitatis. [Ne qua mora sit, aiebat, ultrò amplecti, quod omnibus expetendum foret votis. Si virtus, si sanctitas cordi est, in illo vivunt: si exempla, habet pœnitudinis, humilitatis profundæ, silentij rigidi, meditationis unitæque cum Deo mentis clarissima. Nemo, quòd senex objiciat, aut ad domûs incapax munia, compensabunt senium virtutes: satis egerit, nos si accenderit. Non sit ergo qui talem nobis elabi thesaurum patiatur.] Accendit jam assensos oratio: iterumque, *Admittimus*, una omnium vox fuit.

Prior nonnihil mitigat:

Francus orat Cœnobij Patres:

admittitur ingenti omnium gaudio.

Confessarij de Franco sensus:

2792. Ubi accessitus & intromissus Francus est, dici haud potest, quâ congratulatione verborum, quibus eum Patres amplexibus excepere, lugentis utrimque gaudij testes lachrymæ fuêre. Jam novum Carmelo

injecta ob vestes mora:

itiserendum surculum, brevi MARIÆ *Fratribus* annumerandum. Tantisper expectaret, dum vestes induendo conferent. Verùm nimio ardens ille desiderio, tantulæque impatiens etiam moræ, Deum silentio precabatur. Audiit hic ardentis animi preces, ac magno incoram omnibus servum suum miraculo illustravit. Ecce nitida pulcherrimi specie juvenis in omnium medio se stitit Angelus, atque Ordinis prætendens manu vestes, dixit, *Hisce Francum induite.* Cum dicto liquit ibi vestes, nimioque simul omnes stupore defixos. Elingues admiratio effecerat, neque nisi oculorum nutibus, nisi manuum capitisque gestibus invicem loquebantur, alio alij indicante, Cœli verè, qui apparuerat, vestesque tulerat, Angelum fuisse. At Francum inter hæc quò quis putet animo fuisse? Totus spiritali delibutus dulcedine, uberibus manabat lacrymis, quòd cœli sibi stare favorem certior fieret, submissis miro illo modo vestibus, quas spondere sibi antè piissima Mater MARIA voluerat & præmonstrare. Tum sitæ causam spei gaudiique cœpit plenè Patribus edicere: visam sibi B. Virginem, sacras Eliapi Ordinis exhibentem vestes, monentemque ad Carmelum iret, illas peteret, fideret modò, se in tempore affuturam. Secutisse Divam promisso, quasque prætenderat, misisse vestes. Majoris hæc Patres admirationis impleverunt: sanctoque se suprà acti gaudio opimiores veræ sanctitatis fructus spe delibabant. Adeò non terræ hunc, sed cœli hominem videri. Omni sic cœlitùs incisâ morâ, cœlo missis vestibus Francus est indutus, mutatusque exteriùs, totus intùs renovari satagens, suis totum exemplis Carmelum accendit.

miraculo advertur:

Francus apparitionem B. Virginis Patribus narrat.

CAPUT XVIII.

Francus cum veste mores mutat: austeriorem vitam inchoat: ferreis cingit, & onerat corpus catenis.

2793. QUalis quis esse debeat, est sæpè vestis indicio, numquam qualis sit. Sanctitatem tegere & purpura & scrutum potest: nulla vestium indicare. Non mentiri quidem illæ, sed mendacij norunt gestantes arguere, ut quas saluti induêre plures, æternæ sæpè gestent damnationi. Cavere id Francus, ne sibi foret ipse dissors, voluit, aliosque simul cum veste mores induere. Volutabat nempè identidem animo. [Quid facer hic habitus, nisi demortuæ mundo mentis signum, nisi ad perfectionem aspirantis indicium? Nolo utique, in judicio, ipso abscessus animæ à corpore momento, ut accuset ille me, Deusque non observata imputet præcepta, quorum gravis ille, solò me memorem reddit aspectu.] Studuit ergo esse, qui videbatur. Proindè si pauper antè fuerat, jam tum esse mendicus gestiebat; nil

Quale vestis ferendæ:

futura accusatores in judicio:

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

nil mundi, nisi terra reputans, suæ solius solicitus animæ. Si mente juxtà castus & corpore ante fuerat; jam tum durus in se adeò exatis & crudelis, subegit adeò carnem spiritui, ut si voluisset hæc in illum insurgere, haud scio, an potuisset. Si Dei, si Superiorum erat ante obediens mandatis; jam tum vel ad unicum volabat nutum: legum erat Ordinis, vel minimæ, observans adeò, ut nè vel iota unum præteriret. Si sobrius ánte fuerat; jam tum cœpit jejunus esse, ut ipso videretur jejunio saginari. Itaque ab illo dehinc tempore nil, quod coctum, comederet, neque panis quidquam gustare. Omnis ab horto cibus erat, & leguminis aut fructus, herbæ vel radicis aliquid, semel quoquo die, & quidem parcissimè, edebat, dum edebat. Alius ei feriis secunda & sexta ac Sabbathis mos erat: nihil enim tum nisi sanctissimum Christi corpus è manu Sacerdotum degustabat. Adeò quasi nullo vivit, cui sapit Deus. Sapiebat Franco: indè diebus juxtà ac noctibus divinis intererat laudibus; ut nec uni tamen, cui intra cœnobium erat astrictus, præstando Patribus deesset obsequio. Cui sic saperent jam divina, haud mirum, si caperint terræ omnia nauseare. Fugiebat homines omninò, sedebat solitarius, levansque se, suprà se, una cum Deo vivere & fabulari, voluptas erat. Eoque erat illa major, quò ab omni proximo dando sic erat scandalo remotior. Jam verò quæ cellulæ supellex? Ipsa incolere inanitas videbatur. Ut ne quid illi officeret, omnis lectus aberat. Quid lectus? ne stramentitium, aut fartum paleis saccum, necessariò subindè capiendo somno, admittere voluit: scamnulum lectus fuit.

Franci cum vestemorum mutatio:

illius observantia:

abstinentia & jejunium:

solitudo:

paupertas:

2794. Sævus adeò in se Francus. Parum etiam, nisi ferus, nisi & ferreus fieret. Ut esset, ferro se sepsit, cinxit, vestivit. Octo fieri è ferro circulos curavit, qui, duos lati digitos, eâ erant magnitudine, ut infra genu tibiis, supra femoribus essent operiendis. Illos, ceu compedes, injecit tibiis, femoribus alios, binos utrique. Sic ferreus jam sibi Francus erat, nondum totus: invenit, quò fieret. Ferreum ecce latumque cingulum, nudo applicuit corpori, ut ferreum faceret totum esse Francum. Ita illum Senis in Parœcia S. Joannis antiqua hodieque exhibet pictura. Neque suo affligebat id solùm pondere; ut adactum, imò inditum carni, dolorem cieret, arctiùs corpori gerebat astrictum. Revocanda & hîc in memoriam venit illa, de qua dictum suo loco, catena, astricta nimiùm, intumescenti circum inserta carni, miræ causa carnificinæ, ac novi semper gangræna mali. Nec satis: liberis etiam brachiis manicas injecit, è ferro pares quatuor utrique circulos. Juxtà axillas usque cubitum binos, totidem subitùs illum usque carpum. Sed cui rei tot Franco pedicæ, boiæ, manicæ, cippi, catenæ? Non alij, quàm suo magis macerando ac subigendo corpori. Ac nè qua ferro pars vacaret, numellas, digitos duos, & medium altas, collo annexuit (uti ad triremes damnatis, ne quò fugiant, mos est fieri) strinxitque adeò fortiter, ut trajiciendi quasi impotens cibi redderetur, certè modici illius, quem sumebat, vix ullum habere gustum posset. Deus bone! Tot in Franci corpore ferri pondo? Et nos leves homuli, quò non ventositate nostrâ auferimur leviter! Tot ille ferri pondo suorum pondus peccatorum, dum appendebat, allevabat. Utinam hoc, si non gestandi pondo tot (miranda enim plura quàm imitanda) at nostra ponderandi ampliùs peccata, sequeremur exemplum!

Rigor in corpus.

Ferreis compedibus, crura cingit, & gravat circulis:

loricam indusi ferreâ,

& catenam nudo corpori,

manicas brachiis,

collum nudat.

2795. Illo mota fortasse fuit tertij Ordinis S. Dominici filia, B. *Palomba* Reatina, ferrea suo quoque corpori Amazon. Nam & hæc manicas, pedicas, circulosque ferreos, non modò addidit, sed indidit etiam corpori, exemplum secuta Franci, æmulata martyrium. Numellarum verò, seu torquis, quæ collum Franci cinxit & strinxit, pars media, cum aliis manicarum aut compedum & catenarum partibus, inter alias Beati reliquias religiosè hodieque asservantur, ac statis populo temporibus ostenduntur. Sed eant nunc cogitationes nostræ paulò longiùs, Francumque tot adeò cinctum & onustum ferris, tot punctum, tot lancinatum doloribus parumper meditemur. Putet quis, quas passus ille molestias, subierit pœnas, tulerit cruciatus, capere posse? Numquam quà stando aut eundo, quà sedendo aut jacendo, quà orando aut laborando deposuisse! Tormenti genus! quod facilè quidem dicitur; Sed quod satis, uti fuit, explicetur aut capiatur, non item. Et erant illa Franco, graviores quoque & assiduos inter labores, majori etiam fomento: ut oneratum nemo, omnes dixissent ornatum & allevatum.

Franci exemplum sequitur B. Palomba:

Manicæ illæ, compedes &c. inter reliquias servantur.

CAPVT XIX.

Franco se Christus, qualis pependit in Cruce, cruentatum exhibet.

2796. QUàm Mundi hujus Domini à Cœli differunt Domino! Mulus quidem discriminis hujus afferre foret indicia, unus nisi, se ostentandi cupidus, amor ingereret. Quàm torquent se illi, dum suorum aut solatiis student, aut deliciis! Non sibi videtur amor ipse, non totus manifestando satis esse Mundus. Hunc everterent, illum effunderent, si possent. Indè illa peregrinis instructa dapibus convivia: opiparæ illæ, Lucullanæ, & verè in Apolline cœnæ: integrum indè uno in ferculo regnum, haustu sorbendum unico. Indè non tuta in silvis fera, non in imo piscis mari, non in alto avis aëre: quin hanc non unis petat auceps fraudibus; non unis illum capiat piscator retibus; isti non uno sui insistat venator periculo, suis ut apparet Mundus delicijs, ac spe-

Hominis erga alios amor in deliciis procurandis:

XVII. DECEMB.

cimen aliquod præbeat amoris. Indè Mimorum joci, scenicorum ludi, & si quid aliud nugæ pariunt theatrales. Alius ab hoc Dei erga suos est genius amoris. Quos diligit, castigat. Quos diligit, iis cruces, labores, ærumnas, luctus, pœnas, tormenta conquirit, cudit, offert, ingerit. Carceres, vincla, cippi, virgæ, equulei, deliciarum Cœli nomina sunt. O quàm talibus implevere se Sancti! Meritò illis Mater accinit Ecclesia, dicitque Paulus: *Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem salvati & liberati sumus.* Promulsis illa Cœli est; libamen, quæ in eo, ferculorum.

Dei erga homines in procurandis cruciibus:

2797. Ecce tibi talem dapium Cœli gustum Franco, amaram mortificationis myrrham dulciter masticanti. Solatium illi aliquod Dominus apparabat. Solatium? Quid id erit? imò, quid id non erit? Venit, non beata clarus in gloria; ne fulgor perstringeret majestatis: sed misericordiæ totus in specie, quo internæ totum impleret securitatis. Videbat enim quos in via Cœli, in vita spiritus progressus fecerat: solando igitur & animando ostendere voluit, quo eum à mundanæ vitæ tyrannide pretio redemisset, quo à sordibus laviset balneo. Disceret ut indè, si suæ salvandæ animæ, suus ille Dominus nullius reus umquam noxæ, tot ultrò passus esset tormenta; & sibi insistendum fore fortiùs, ac patiendum amplius, ab inferni si vellet esse tutus insidiis. Sexta hebdomadæ erat feria, & Passionem ille Domini attentior ruminabat. Considerati quæ fuerit illa, quantaque pœnarum, quas tulit, atrocitas; intimis animæ movebatur affectibus: dum mordacis illud aceti, & amari fellis obtrusum poculum; ipsa cor implere amaritudo videbatur. At quando mente, quàm potuisset oculis, vivacius vidit & appendit illos immanium clavorum cruciatus, pungentium spinarum dolores, duramque lanceam jam mortui diverberantem cor, omnis ei mens & spiritus abiit. Ubi ad officium rediere sensus à se vel maximè Francus abiit. Avebat, vovebat patienti unicè uniri Christo, oculosque binos lacrymarum verti fontes optabat. Jamque suis innatanti lacrymis, ecce uti fixus pependit in cruce, Christus apparuit. Vidit crucem, spineam vidit coronam, foratum caput, clavos, manusque fossas & pedes, apertum lanceâ cor, totumque perfusum sanguine, & colore mortis lurido deformatum.

Christus solatiã Franco destinat,

qui illum passioni intendit:

cruentatus apparet Christus:

2798. Cum vocem mixtus stupore dolor Franco occluderet, sic affatus eum Christus est: *Vide*, FRANCE, *pro homine quid patiar. Pende, quàm tantis pro pœnis parùm admodum sit ille gratus.* Abripuit vox ista Francum, & obortis adeò implevit lacrymis, ut & ipse ubi fluctuabat, maderet locus. Tum votis secum ipse contendere, suo se extra ferri desiderio, suum sibi totum ut mollesceret cor, meditandæque JESU CHRISTI passioni colliquesceret, ne quo vitæ unquam tempore cessaret à lacrymis. Inter hæc æstuantem vota visio tam amara, dicam, an dulcis? Francum destituit, intimæque animum amaritudinis implevit. Tum magnis crescere auctibus dolor cœpit, majori æstuare amor intùs incendio, & patiendi desiderio flagrare. Ferreis igitur armans manus catenis, totum tot & tantis laceravit corpus ictibus, ut dimanante undique sanguine, vix integræ quid in corpore carnis esset. At roboratus magis indè spiritu, eò venit fiduciæ, ut Christianorum omnium animas, nedum suam, Deo commendaret, stabilique intenderet animo, suum cruce pendulum, semper mente, corde, manu circumferre Dominum JESUM CHRISTUM. Intendit, vovit, tulit, in una toto vitæ cursu sperans, fidens, & glorians cruce.

Alloquitur Francum:

Franci simul dolor & fervor:

Proponit in omnibus crucem gestare.

CAPUT XX.

Francus sanctæ amans crucis, ubique crucem fert: pia de lignis S. Crucis meditatio.

2799. GRavida fuit illa certè mysteriis visio, ac plura Francum nosse dedit arcana. Crucis enim mira species fuit, par indicans Angelicæ atque humanæ datum naturæ beneficium. Altitudo ad ipsum usque pertingens cœlum, subventum docebat Angelis, altissimo illi succursum casui, eorumque impletum iri tandem ruinas. Profunditas, terræ penetrabat ima, atque miseras in purgantium illo ignium profundo, perveniebat, animas solabatur, juvabat, liberabat. Dextera verò pars in Christum credentes, eique vivâ adhærentes fide, fovebat complexa, indicio sui & illicio provocans amoris. At sinistra, in ipsos sui inimicos, infideles inquam, prohior erat, non qui in cœpto pertinaces futuri odio, sed quos victura tandem erat illa, & adjunctura sibi. Hinc non Crucifixi modò: sed Crucis adeò Francus esse, ut non à manibus, non à pectore, non à corde Crucem suo non mysterium illius abesse ab ore sciverit. Simul ergo abiit visio, D. Nicolai juxta Ædem (Carmeli hodie est Cœnobium) figulos adiit, lutum sumpsit, crucem, cum Christi in ea fixi specie, sibi finxit ipse, longam palmari modo. Ex ære dein fusam, Crucifixi sculpsit ipse imaginem, arte juxta & pietate conspicuam. Hanc ille tenere manu semper, gestare, prætendere, in eam obtutus figere, seu solus, seu cum aliis esset. Hæc illi seu oranti, seu stipem ostiatim petenti, seu domi, seu foris, sedenti, eunti, semper crux in manibus. Illâ, si cui fortè fiebat obviam, ostensâ, dicebat. *Hanc vides? Memento, tibi quem exhibeat. Nempè illum, qui sua te morte à morte eripuit: illum, à viis qui vanis ad semitam ducit virtutum. Cave ingratus ne sis.* Neque segniùs ideò operi manuum incumbebat, ut labores quæreret avidiùs. Tum, quòd destinerentur manus opere, à zona, quàm vesti ferreæque loricæ gerebat accingendis præ pectore pendulam gestabat, ut, si è manibus, non foret ex oculis. Ita hodieque illum

Plura crucis noscit mysteria:

totus fit crucis:

semper manu crucem gestat:

de illa ad alios verba:

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

lum Senis in D. Joannis juxta primariam urbis ædem est videre depictum, ad pedes Crucifixi geniculantem. Spectatur & ferrea illa pila (de qua egimus in loco) quam ori gestare impositam solitus erat, linguæ frenandæ, ne quòd incautius illa verbum emitteret.

2800. Mutum pila illa fecerat, & erat certè, nisi dum proximi salus cogebat disertum esse. Euntem namque per compita circumdabat sæpè turba, & famâ nominis, & illo Crucis excitâ signo, illius ut ex ore verba perciperet vitæ. Et erat omnis ille quidem expers studii; sed qui linguas infantium suæ prædicandæ laudi facit desertas; qui rudes, nilque præter piscari gnaros, sapientiæ implevit cœlicæ piscatores; & Francum imbuebat ex alto, & sapientiam humanâ majorem dabat eructare. Tali ergo cinctus coronâ, elatâ cruce concionabundus clamabat populo: *Ecce salutis nostræ speculum, ecce nostri cathedram Magistri. Cui vera cordi sapientia, hic docta est; cui virtus, hic omnis omninò propositæ verbo, firmata exemplo: hic totius perfectionis aperta schola.* Ac veluti è quatuor diversi generis lignis compactam dicebat Christi crucem esse, ita quatuor maximè virtutes illis commendari, monebat impensiùs. E cedro, aiebat, suâpte naturâ incorruptibili, pars ima crucis fuit, ne quà sub terram putresceret: & veræ monet illa nos fortitudinis, ut ne quis in hac terra carie diffluat peccatorum; sed stare discamus obnixi, ad ictus omnes intrepidi, non cum spe modò, sed ipsa contra peccata, ærumnas, pœnas, cruciatus, mortem ipsam victoria: Utque sui generis altissima omnium Cedrus est; ita nos oportet altissima amplecti paupertatis, quæ supra omnia mundi scandens, & vim ipsi afferens Deo, celsissima petat & penetret cœlorum. Partem verò crucis alteram, quæ ab ima in altum porrigitur, cypressinam fuisse meditabatur. Ac cypressus odoris dives, & à corruptione immunem faciens, quid non moneat? Bonum bonæ famæ odorem, qui Deum æquè hominesque recreet, & ad sui sequacem provocet amorem. Amplius etiam. Medica pollere illam, sanguinisque sistere profluvium. O documentum salutare Crucis! Ita medicinâ nos pœnitentiæ, mortificatione carnis, ac vita non sobriâ modò, sed abstemiâ, omnem cohibere libidinis fluxum doceamur. Et illa, immissam ac transversam ostendebat partem, palma fuit. Nobis instruendis, quemadmodum, qui suos fortiter hostes vicerant, mos olim erat, coronari palmis; ita, si nostros hîc animæ hostes, mundum, carnem, diabolum haud inerti vicerimus pugnâ, immarcessibili in cœlo donandos esse coronâ. Tabella demum, quæ mortis habebat titulum seu causam, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*, volebat de oliva, pacis indice, fuisse. Columbam quippè pacis, ad Noam, bajulam, virentem detulisse ramum olivæ, Dei hominibus placati indicium. Sanctam ita crucem, æternæ lignum pacis, docere trina nobis, idest ad Deum, proximum, nosque ipsos; opus esse pace. Utque lenitivum admodum unguentum profert oliva: ita nos oportet afflictis lenes, egenis largos, miseris charitate plenos esse. Hæ, aliæque id genus de cruce tam in suo sibi animo meditationes, quàm ad alios alloquia, intimi ad illam indicia sunt amoris. Quid fructus? non in se modò, sed in aliorum quoque animis sanè uberes. Adeò, valuisse tantum apud Deum volunt aliqui, ut dicant, formatam è carne ac sculptam in corde Franci crucem fuisse. Neque longiùs fortasse abeat à vero, eò spectare & alludere cujusdam è Carmeli Ordine Doctoris hæc de illo verba: *Sanctus* FRANCUS *de Senis Crucem Domini nostri jugiter in suo corde portavit, cujus corpus in Conventu Senensi honorificè quiescit.*

Circumfluenti populo prædicat:

Quatuor ligna S. Crucis.

1. Cedrus, cujus tres notat:

2. Cypressus, & quid doceat:

3. Palma, meretus victoriæ:

4. Oliva, meretus pacis.

An crux formata in corde Franci?

CAPUT XXI.

Francum Dei Mater Maria solatur, preces à Filio suo exauditas asserit, remissionis peccatorum certum facit.

2801. UT Sanctis vexandis vigil excubat diabolus! non ita ad caulas oviũ lupus oberrat, ut Sanctorum ille insistit vestigiis, quò alias ex aliis insidias struat. Opima sanctitas præda est, & vel hilum carpere posse, victoria insignis. Francum aggreditur, crescenti nimis invidus sanctitati. Animæ illæ intentus suæ, macerando totus corpori nihil admodum dimittebat rigoris, quò gravi se tandem levaret onere peccatorum. Ea tum hosti pro telo fuêre. Memorabat illa Franeus, & quamquam assiduis planxisset lacrymis, & obtentæ dudum veniæ, nec obscura, nec pauca haberet indicia, palpum veritus, securo numquam erat animo. Sic spem metumque inter fluctuans, hosti majores excitandi fluctûs ansam dedit. [Antiquarum meminisset sordium, quibus Deo totus nausea toti diu sorderet cœlo. Num illarum inire numerum posset? Cogitaret, ut vellet, quò plura cogitaret, altera tanta semper cogitanda fore. Supra omnem peccata numerum esse. Innumeris, quæ pax? Jam immane quantum omnium pondus. Id Dei diu misericordiam vincere, nec puniendo satis ipsam videri justitiam. Nesciret, quàm lusu ipsi illusisset Deo? Aleam cogitaret, & alienatos meminisset oculos. Et quæ enormibus adeò sperari posset peccatis venia? Destinatam diu Orco prædam esse, inferni torrem ignis.] Suggerebat hæc dæmon, & abripere in desperationis abyssum nitebatur.

Quàm Sanctos diabolus persequatur:

gravitatem objicis peccatorum, ut ad desperationem traheret:

2802. Verùm quò amplior peccatorum numerus, quò gravius erat onus, eò in uberiores Francus lacrymas solvebatur. Obtenta sibi gratulari non audebat venia: de non impetranda, nefas putabat dubitare. Spe metuque anxius ad Dei Matrem vota vertit, fluctuantis animi dispelleret nubilum, & dubiæ tandem reduceret menti serenum. Plusculos ita suspensus orarat dies, cùm ecce Sabbatho, sacro sibi die, ad suum venit MARIA famulum. Sed ejusmodi in majestatis gloria, eo coruscantis lucis splendore, ut non modò humani non sustinerent oculi, sed nec parem

resistit Francum:

apparet ei D. Virgo:

XVII. DECEMB.

creata concipere mens posset. Ubi propior facta Franco, aspicere illum cœpit blandiùs, alloqui dulciùs, corroborare fortiùs, quoque solens cum amico amicus, cum illo modo & more agere. Dicebat autem: [Omnem pone metum, France: pax tibi cum cœlo, æterna peccatorum oblivio. Pronus promptusque tuas ad preces meus est Filius, nec frustrate quidquam sinit rogare. Non tuam modò tibi, sed omnium, quorum petisti, salutem donavit. Tu porrò orare perge; si cui peccatorum petes veniam, emendationem morũ, vitæque frugem meliorem, obtinebis. Insiste, quam tenes, virtuti, æqua æquò semper modo postula, numquam frustrandus. Sic tibi, sic similibus tui, meus olim addixit filius: *Si quid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis.* a]

solatur & venia securum reddit.

(a) Joan. 16. 23.

2803. Dum hisce, Mariæ pascebatur Francus alloquiis, ecce dissonus per urbem auditur clamor, *incendium, incendium.* Omnis ad Carmelitanum rectà cœnobium cursus erat. Pars aquam, alij scalas, alia alij afferre instrumenta pro se quisque curare omnia, igni ut quidem putabant, restinguẽdo. Effuso ruunt in ædes impetu, ignis vociferantes, ignis, Patres, vestrum populatur cœnobium, neque ulla vos angit cura? Ecce servi Dei Franci tota collucet cella flammis, nec laboratis, nec inclamatis auxilium? Stupor inscios, unàque dolor Patres defixit, quid dicere, quid facere par esset, haud satis attentos. Nihil ullus de incendio noverat: minus quis quidquam de tanto, quod in suo servo Deus exhibebat, resciverat miraculo. Ut redderet illud conspectius, suaque suo in Sancto magis eluceret gloria, omnem adeò civitatem voluit esse commòtam. Cum instarent utique Cives, unà Patres, ad putatis obsitum flammis locum perculsis animis cucurrêre. Quò simul ac ventum, miraculi adstitêre testes, qui incendij venerãt extinctores. Ecce cella Franci quasi tota flamma, muri, lapides, & si quid in ea, quasi ignis videri. Tantus loquentes cum Franco Virginis splendor fuit. Par omnes admiratio cæpit, non suis satis fidentes oculis. Non percipi, quidquam esse fumi: non exsilientes videri scintillas: nullas ullibi flammas spargi: & ignem tamen, ignitamque totam videri cellam. Si qui in notitiam cœlici venerant favoris, sancto perculsi horrore, silentio laudes Deo dicebant & grates: at rudis talium populus, quia adsurgere nequibant ad causam, vociferari cœpêre intensiùs, *accurrite, subvenite, aquas, ferte aquas.* Nemo tamen fuit omnium, qui cellæ propiùs auderet accedere, nedum qui intraret.

Visa populo ardere Francì cella:

Accurrunt extinguendo:

sed attoniti stant miraculo.

2804. Dum stant, & alius alium intuens, admirationis suæ vident, nec vident causam, ecce Diva Mater ad alta remeans cœlorum, omnem secum incendij abstulit speciẽ. Tum verò mirari amplius, è cœlo fuisse ignem dicere utq; linguis Deus igneis se infudit olim Apostolis, flammarum nunc quoque specie suum invisisse & implesse famulum. Par indè omnium ardor ad Francum, & pro se quisque accurrere, videre, alloqui, venerari velle. Ut propiùs venêre, nova iterum admiratio incessit. Vident sublime elatum à terra in aëre pendulum; apertis quidem oculis, sed immobili in cælum fixis obtutu; patulo item ore, locuturo similem; junctis piè manibus sine ullo corporis motu, à sensibus utique omnibus alienatum. Erant, qui mortuum crederent, illumque visum à se ignem Angelos fuisse dicerent, qui sanctam ejus animam beatis intulissent sedibus. Repentinus ergo oritur clamor ululantium, ac Dei servi mortem plangentium. At Patribus, quibus haud insolens Francum in extasi cœlicis delinitum videre gaudiis, omnisque expertem motûs corporis, spiritalis dulcedo lacrymas excussit. Monebantque; *Sistite indices doloris lacrymas, nec mortuum plangite, ipsi intimiùs junctum vita. Latandi potius est tempus & causa, quòd exilij hujus tantisper exul anima, sanctis cœlestis patria inerret deliciis.*

putantes mortuum:

solantur Religiosi.

2805. His ita dispari motis affectu, pari tamen in Francum amore, sese inter differentibus, ad se utique Francus rediit. Qui, simul insolitam ut turbam vidit, omniumque intentos in se oculos, pudore suffusus est, gravioris veluti reus delicti. Habet hoc virtus, latêre quòd cupiat, & delicti instar habeat, suas inspici à vulgo delicias. Nec verbum locutus ergò Francus, in remotum ab arbitris locum se prorupit, ac veluti, cujus nescio erroris, expeteret pœnas, flagellis in se sævire admodùm cœpit. At verò peccatorum quòd certior factus esset veniæ, vix superfundenti se lætitiæ temperare potuit. Tàm citò suorum Deum oblitum esse scelerum: Totum huic parem favori cum omnibus gazis deliciisque non posse esse mundũ, concludebat. Se porrò reddendis quomodò aptum posse esse gratiis? Si linguis hominum loqueretur & Angelorum, nunquam vel mediã attingere partem posse. Agebat indè illas semper, & ab agendis, non diebus, non noctibus vacabat.

Francus sibi redditus turbam fugit.

CAPVT XXII.

Francus vitæ rigorem etiam auget, ferream induit loricam, mediam capiti quasi cassidem imponit.

2806. QUis dum vivit, tutus, vivit à lapsu? Nemo unus. Utque magno casus omnis damno est omnibus, majori tamen est illi, quem ab acta semel pœnitentia sibi iterum subigit peccatum. Scis, quò te ipse præcipitas, peccator? Æterna tibi cudis ipse supplicia. O si hæc teneret te cogitatio, quàm ab omni abstineres lubens peccato! Si peccas, & peccare non desinis; time, illudque tibi Christi dictum applica: *Erunt novissima hominis illius pejora prioribus.* (a) Certè sibi dictum Francus censuit, ac salutari cor timore confixit. Hærebat animo illud Dei Matris in viso monitum, ut cœptam, porrò insisteret viam virtutis, nec quod semel amplexus, ullus umquam abiret à bono. Proindè, de Dei quamvis certior gratia, ac sua sibi non imputatum iri amplius sciret peccata: suis quamvis intentum precibus Deum fideret; nil

Quàm damnosum in peccatum recidiva.

(a) Matth. 12. 45.

Francum in aëre sublimem vident,

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

nil tamen diminutum pristini voluit rigoris. Auxit potiùs, sibique cruciando factus ingeniosior. Sicubi acutiores invenire spinas potuit, tribus hebdomadæ diebus subter vestes nudo admovens corpori adstringebat duriter, ne quis vel titillare sensus posset. Carduos, tribulos, & id genus sentes, in abdito cubiculi habebat angulo, omnique post Nonam die nudis inambulabat pedibus, quoad fuso pingerentur sanguine. Nec cum diei fine, cruciandi finis Franco. Sub vesperam nuda illis superimponens genua, tres, quatuor & amplius in oratione horas protrahebat. Nec dolebat? quin mollibus insistere rosis videbatur. Nempè solitus dicere [ejusdem non esse temporis, Cœli simul & terræ bonis abundare. Quæ enim nostræ bona terræ ad illa cœli æterna? Fumus, umbra, nihil. Fumo autem oculorum dolore, quis gaudeat? Quis umbrâ, nisi si umbraticus sit, delectetur? Nihilò verò frui, quis potest! Si suis bona æstimemus pretiis, illa amemus, quæ vera, solida, æterna; quæ mentem sanent, non lædant; expleant, non irritent magis. O quantò satiùs, post modicos in terra gemitus, cœlo reposita invenire gaudia; quàm inanium terræ inescatis specie, pro vano momenti unius aliquando gustulo duraturis sine fine deliciis excidere!]

Francus spinas se induit,

spinis inambulat,

cœlestibus inhiat;

pati optat.

2807. Dicebat illa Francus, eo vultu, eo vocis sono, qui facilè ostenderet, animam cœli magis, quàm terræ incolam esse. Indè ingens illud patiendi cupido, ut si quid durum, molestumque sciret, accerseret ultrò. Suspectum enim erat ei omne in terra solatium. Ætatis tempore, dum intensiores illi in Italia calores, dum Solis quisque declinat æstum, subque arboris, aut vitis umbra leniter spirantem gaudet excipere ventulum; Francus, in patentiore horti parte, nullus ubi explorare oculus posset, sub dio, sub ardentibus Solis radiis, nullo coopertus caput tegmine, genu nixus, tres, quatuor, pluresque orando persistebat horas. Hyeme, cùm ingens esset nivis copia, relictâ noctis silentio cellâ totum se nivibus, quasi mundo mortuum, tumulabat. Cum hujus conscius increpuisset eum Confessarius, non duriter adeò se haberet, quòd præcipitis jam esset ætatis, respondit: [Ecquid non æstu torrear & gelu, Pater, grandium tot criminum reus? En Deus meus, & Dominus Jesus, omnis expers labis, liberando mihi quid non subiit? Egit, sudavit, alsit, nihil probando amori liquit intactum. Et ego terræ pondus inutile, vivam molliùs? Absit, Pater, & meorum fœda peccatorum nunquam siverit memoria. Quoad vixi, supperet, reum luat corpus pœnas, necesse est.]

in æstu Solis persistit:

nivibus se involvit:

increpanti Confessario respondet:

2808. Quod vivæ exstinguendæ aqua calci, id istiusmodi sermo Franco fuit. Proinde Passionis sui memor Domini, plura pati ardentiùs cupiit. Modum ingeniosus amor invenit. At Deus bone, quem illum! Ferreus sibi plures in modum crucis fieri jussit circulos, capiti imponendos. Posuit, gestavit. Sed quo appellem nomine, anceps hæreo. Galeam? nisi propiùs coronæ species vetaret. Hanc ille ferream, seu cassidem, seu coronam diebus æquè & noctibus capiti tulit impositam. Prodeunti in publicum, cucullo, ne quid curiosi delibarent oculi, operiebat. Cassis erat, sed ut militis Christi, crucis insignita mysterio: ut illo intellectum memoriamque signo munitam simul armatamque ostenderet. Corona erat, & gravis ferro, spineæ Domini præferens coronæ speciem & serviens vicem. Exstat hodieque illa, atque inter alias Sancti Reliquias Senensis servat Carmelus. Mira multa nuper patrasse, constans fama est. Si quibus capitis vexabat dolor, simul atque impositam sibi illam sentiebant, Deique per servi sui merita imploraſſent opem, omnis illicò levabantur doloris. Mos quidem nunc habet (majori fortasse venerationi) non promiscuè adeò offerri & imponi, pari quamvis etiam nunc virtute præditam, si cui experiri liberet. Nec desunt, qui illam esse asserant, quam indutus miles fuerat: ut malitiæ instrumentum tunc, index modo sanctitatis, ac multiplicis medicina sit mali. Lentè tamen id probem, quòd illâ, quâ dixi, fuerit facie, in modum crucis efficta, cujus nullus dum militi sensus aut pietas erat.

ferreis circulis, quasi galeis, caput cingit.

Mira illius galeæ virtus:

An antiqua illa fuerit militiæ.

2809. At ferreus in se evasit etiam magis. Gravem ferro loricam induit, quæ robustiorem quempiam suo traxisset in terram pondere. Pro interula ille nudo admotam corpori gestabat. Quin valentiore quamvis esset corpore, & firmitate polleret virium, tamen ætatis quòd esset exactæ, ac diutinis immodicisque macerationibus admodum fracti, quòd aliis etiam oneratus ferris esset, tanto certè succubuisset oneri, ni suffulsisset major aliqua cœli vis! Et hanc quoque loricam, magnam uti gazam, religiosè servant Carmeli Patres. Videbatur tota olim tincta sanguine: haud ex facili nunc est cernere, quòd longo nimis obsita situ æruginem duxerit. Et hanc quoque aliqui pristinæ volunt fuisse militiæ, & ad finem usque vitæ retentam. Verùm eorum magis sententiæ sum: qui aliam ab illa, at noviter affligendæ de industria carni asserunt effictam. Etenim si domum, quodque reliquum erat bonorum, peregrinaturus vendiderit; quomodo non loricam! Certè vendidit, si vel tum habuit. Neque enim facilè inducar credere, habuisse. Nimium illi rerum omnium prodiga juventus, ac damnabili alearum addicta lusui. Quid non depoluit illis, amisitque? nummos, arma, vestes, ipsum etiam indusium. Non ergo loricam servaverit adeò diu. Quia plures per dissita sola terrarum peregrinarem annos, quis loricatum tantoque gravem onere tantum puter itineris emensum? Pœnitentia hanc ceciderit, dum ferreum, sic usq; magis affligendo corpori, animum induit. Sanctæ armaturæ fuit militiæ, quâ se duduni infami illi exautoratum convicit. Modus

ferream nudo corpori loricam induit.

an & hæc pristina fuerit militiæ?

XVII. DECEMB. dus etiam ipse & forma multùm abit à militari, estque thoraci quàm loricæ similior. Neque acriter tamen pugnem, si veteris quis omninò contendat esse militiæ. Hæc, illave fuerit, gloriæ Franci parum interest. Quin iisdem corpus animamque tuitum esse armis, iisdem Dæmones juxtà hominesque stetisse contrà, amplioris etiam quid affert gloriæ. Loricatus incessit, talemque Senis pluribus depictum locis, est videre.

CAPVT XXIII.

Franci sedulitas: erga omnes charitas.

Iam aras mundi ferrea.

2810. NOn de nihilo Ovidius ferream scripsit secuturam ætatem esse. Esto enim, nunquam illa antè fuerit, nostra sat superque vident lugentque jam tempora. Ubi nunc solidæ illud reperire est aurum virtutis? Ubi nunc candidi illud animi orisque argentum? Ferro vivimus, ferrei magis ipso ferro. Virtus, amor, pietas in exilium abiêre. Iræ, odia, invidiæ, furta, rapinæ, in mundo sunt, reguntque mundum. His artibus ad honores itur, his gradibus ad dignitates scanditur. Regnat ambitio, ambit & honorat sceleratos. Vilescit innocentia, malus quisque provehitur & protegitur. Pro levi bonitas est, quin mali instar ominis, nomen boni. Parum, virtutem contemni: & amantes illam irrisui sunt & persecutioni. Regnant impij, neque amant, provehunt, protegunt nisi similes sibi. Inverso eunt omnia more, lege, ordine: hoc unum obtinet, studere sibi, cætera nil pensi habere. Alia nostrorum fuit olim vita Patrum, simul annis, virtutum simul prior exemplis. Omnes unus & omnia amor dirigebat. Invicem misereri, deferre, deservire, & quoquo obsequi modo, unus omnium erat modus. Exosum scelus omne, honorata virtus, datæque pro meritis dignitates, stabilis erant fulcimenta pacis. Sed Francum videamus, cujusque ingens virtutis exemplum.

Francus aliis & amori est, & exemplo.

2811. Erat quidem ille florescentis jam tum Carmeli surculus, inter conversos, ut vocant, Fratres, laicis addictus operibus. Conditione abjectus, virtutum radiis conspectior fuit. Florebant id ævi plures illo in Cœnobio Patres doctrinâ admodum virtuteque spectabiles, at quibus magno in pretio & honore Francus, quique felices se ducerent, ei quòd liceret convivere tam sancto. Pro sancto eum habebant, ac nova virtutum gaudebant indies videre exempla. Neque cuipiam pudori erat, ut se majorem colere, & spiritualis ab eo leges haurire vitæ. Quodque scirent illius ob merita multiplices cœlum sibi gratias pluere, pro se quisque nulli audebat impedimento esse. Insisteret quoad habitum orationi, cœlique se totum immergeret gaudiis. Nulli igitur adstrictus operæ, nullo præditus erat munere. Quam poterant, omnem omnes libertatem fovebant. Juvaret, dum commodè posset. Ille verò, quòd exosus utique otium esset, concessâ minus uti libertate, sed eò laborare impensiùs, obviis quibusve Cœnobij ministeriis se ultrò ingerere, graviora appetere, ac suo alios onere, & opere sublevare. Rogatus, cur nimiis se laboribus ita attereret, cùm Superiorum juxtà ac Confratrum indulgentiâ esse liceret otioso: *Demanda*, inquit, *carni, otioque, quo haud scio an Religioso quid æquè possit esse damnosum, evitando.* Adeò indultâ illi libertas geminati stimulus erat laboris. Impigro ergo corpore æquè, ac animo, non egebat Superiorum ad opus jussibus, suapte sponte omnes Cœnobij obibat angulos, si cubi quid operis inveniret. Omnibus aptus, omnibus valens, paratus omnibus erat laboribus.

illius in laborando assiduitas:

nil otio damnosius:

Francus in Ecclesiæ rebus totus.

2812. Etsi verò par fermè ubique elucebat alacritas, aliquid tamen majoris videbatur, dum mundandæ simul, & ornandæ impendi licebat Ecclesiæ. Everrere illam, pulverem excutere, aranearum telas tollere, suetum Franco sed gratum opus erat. Ornamenta, ut quique exigebat dies, mutabat altarium: mundabat illa ipsa, floribusque & aliis, solertiâ haud minore quàm diligentiâ exornabat. Non quòd id ei injunctum esset muneris; demandati alteri cura erat templi: sed, quòd in iis, quæ Dei erant, gauderet esse. Totus indè in ministerio Missarum, nullâ lassus frequentiâ, toto cordis erat attentus affectu. Pulsabat campanas, omni erat ædituum juvans obsequio. Quod si unquam, solemnioribus certè diebus pia Franci sedulitas eminebat. Tum enim altaria, totumque adeò templum tanto ornatus varij replebat decore, ut quemque & caperet admiratio, & pietas traheret. Et quamvis in his, quæ templi, fuisse totum diceres, haud segnior tamen ad alia Cœnobij obsequia fuit. Illius ambitus (Claustra vocant) scopis mundabat, dormitorium item, & ne quam Monasterij partem non everreret, Patrum etiam cellas, dum id illi sinerent, expurgabat, quamvis forent admodùm pauci, qui permitterent; nisi dum instanti impensiùs videbantur haud posse negare. Adeò exercendæ passim charitati se norat solerter ingerere. At nullibi quàm circa culinam erat operosior, ut laborantibus in ea subveniret Fratribus, aquam, ligna, carbones afferre; asportare sordes, ignem struere, omnia culinæ utensilia mundare: Ad hæc mensas sternere; accumbentibus ministrare, afferre, deferre, mundata suis quæque locis reponere, facilis Franco, gratusque erat labor, non sine pia quadam exonerandi alios avidate. Exserebat se ultrò illa, si quando divertebant ad Conventum peregrini aliundè Patres, quos equis vehi necessitas cogebat, eò enim advolare Francus, adventantes excipere, sustinere equos, stabulatum dicere & aquatum, fœnum porrigere, strigilare, equifonem utique perfectum agere. Par ei pariter cura ad alia erat jumenta, si anseres, aut ligna aliave

toti se impendit Cœnobio:

subvenit aliis:

Hospites excipit:

jumenta curat:

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

aliàve ad Conventum onera deferebant. Solicitudo ubique elucebat Franci, quam tamen eâ solitus erat condire modestiâ, ut, qui hanc stupebant, illam mirarentur.

Illius erga omnes charitas.

2813. Quis verò ingentem ejus in omnes charitatem valeat expendere? facere omnia, omnes omnium unus subire labores, agere juxtà & pati avebat omnia, ut ne quid aliis restaret operis, sed potitis quiete omnibus, sudaret ipse solus. Si cujus tentando pulsabat malus hostis animum, ei compati Francus, ei monita dare salutis, ei ipsa, quibus ingruenti resistere posset ex facili, arma ostendere, modum edocere. Si quid aliud alium à mundo impeteret mali, ferretque ille quod premeret animum; quà solando, quà consulendo Francus aderat, efficiebatque, ut lubenti etiam animo pateretur. Ægris porrò adsistere, una erat Franco materies gaudij. Monebat illos patientiæ; utque hanc suo imprimeret eis exemplo, perdius & pernox aderat, tanto serviens fervore charitatis, ut, pro eo ac meretur, nullus eam assequi calamus possit. Tot enim & tanta eis præstabat Francus obsequia, plura etiam & majora, quàm amantissima quævis unico ægrotanti filio maluisset mater exhibere. Nec segnior ideò in excipiendis peregrè adventantibus erat Patribus. Eâ solitus omnibus occurrere, eâ acceptare hilaritate vultûs, eô servire charitatis ardore, ut, quocumque irent, ubicumque diverterent, Franci in ore esset charitas, aliisque illam haud mediocri pietatis cum fructu deprædicarent. Si quem æstu fortè desperationis videbat, impeti, vitæque in via Domini quasi vinci fastidio, vicem misertus animæ, orationi se dabat, illum lucraturus. Nec lassabatur in ea, aut corpus aut animus Franci; quin nec cessabat ab ea, usque dum certum daret ei Deus indicium, omnem tali è corde desperationis discussam esse nebulam. Tum quoque juvare solicitus, omni satagebat ope pristinam animi malaciam restituere, ac solidæ pietatis reparare gustum. Totum adeò Franci animum incesserat charitas.

servit infirmis:

Dejectis & desperantibus succurrit.

CAPVT XXIV.

Franci oculorum & linguæ custodia: plumbeus in ore globus seu glans: illiusque mira hodieque virtus.

oculi ruina animæ:

2814. LIbidinis omnis fons & fomes oculi sunt: nisi forti quis illos continentia, velut stricta velet sindone, ruina ipsa sunt animæ. Ut pulchritudinem vidit Bersabeæ David, periit, & amisit animæ. Ab oculis nonne Sampson emareuit, dementavit Salomon, & in suis captus Holofernes scopulos invenit, ac vitæ fecit naufragium? Millenas oculi animas perdidere. Cui sua cordi, mystico sibi suos eruat sensu, ne ruat. Haud ignarus horum Francus, imò memor quantum sua ad hos oculorum allisa scopulos juventus nuper perpessa damni; quomodò privatus illis, mox donatus iterum; fœdus cum illis pepigit, ut habens, quasi non haberet, quod reliquum viveret vitæ. Igitur, uti Carmelo nondum insertus, per omnes tam multigenæ peregrinationis piè obitas ambages, totoque sanctæ in binis successivè tuguriis moræ tempore fecerat, ita insitus Carmelitanæ bonus ramus olivæ præstare satagebat ampliùs. Illo nemo unus modestior, nemo in continendis oculis sagacior. Erat quidem, uti res eum esse volebant Cœnobij, in foris, in compitis, in virorum mulierumque turbis medius; at erecto nunquam capite, oculorum in terram obtutus tenebat defixos, ut nescias, an apertos haberet unquam. Certè, ne perdendæ porrò aperiret animæ, aut clausos, aut in terram utique habebat dejectos. Quin tenax usque adeò sui erat propositi, ut ne tum quidem vix eos attolleret, dum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum attollebatur, sed è cordis suspirabat imo: *Domine non sum dignus impuris bisce, tantarumque reis olim vanitatum oculis, vel sub ista specierum sindone sanctissimum tuum corpus aspicere.* Non quies, non inquies ad unum oculos flectebant ictum: eâ attentus sibi custos esse curâ, dum solus, quâ in confertissima vigil erat turba. Tanto tum cœlo oculatior, quanto clausis mundo oculis erat cœcior.

Franci cum oculis fœdus:

vix illos ad terram.

humilis protestatio:

2815. Etenim haud ignarus suæ vitam animæ ipsiusque adeò sæpè corporis in suis firam esse manibus; conscius sibi ipse, quàm enormibus linguæ deliquisset ante casibus, quàm blasphemo in Deum ore omnes supra socios lacessentium Deum evomuisset vocum colluviem; vindictam simul & medicinam agitabat. Didicerat namque ita exiguum linguam membrulum ingentium sæpè fieri causam malorum, ni injecto dometur arctè fræno silentij, ut quæ bino labiorum dentiumque septa vallo, haud teneri etiam patiens, evagaretur usque licentiùs: arctioribus eam frænis statuit cohibere. Sancta sic priscorum imitabatur exempla Patrum, qui ab hominum longè cœtibus, alto vitam silentio transigebant. Globum ergo seu pilam curavit sibi plumbeam fieri semilibrem & amplius pondo, eamque, dum procedebat in publicum ingestam ferebat ori, frœno linguæ. Dum igitur loqui necesse, ITA, NON, prout res erat, ejus fuere verba, nec ultrà. Si blasphemas audire voces contingeret, si spurcum quid aut minus honestum aures feriret, aut aliud quid fieri videret indecens, exemptâ tantisper ori pilâ, gemens dicebat, *Ignoscat tibi, fili, Deus*, ac fundendis pro eis se precibus dabat. Quare inter præcipuos silentij cultores numerandus meritò venit Francus, ut qui hujusmodi pilæ modo, Sanctorum nemini (quod sciam) usitato, servandi silentij præiverit exemplo. Verè virtutis juxtà & utilitatis magnæ exemplum, omni, cui cura sanctitas, imitandum. Ampliùs omninò omnibus: dum parùm loqui,

lingua effrenitas.

Francus pilam plumbeam in ore fert,

non usitato aliis facto.

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

loqui, nulli unquam fuit eritue damno.

Pila illa miraculis clara.

2816. Quàm autem istud Deo gratum Franci fuerit silentium, quibus plumbeam hodieque decorat pilam, miracula loquuntur. Servatur pila illa (seu glandem, globum, aut nucem velis dicere) in Senensi etiam nunc Carmelo, cistulæ inclusa, parte catenæ ferreæ quâ suum Sanctum durè corpus strinxerat (ut suo loco diximus) annexa. Sed cui magna à Deo annexa quoque vis est. Nota ea Senensibus, nota longè etiam dissitis, experimento edoctis. Si qui laborant è gutture, ore, faucibus: si quos catharri, hique maximè, infestant aut tussis: ad sacram Carmeli ædem veniunt, Beati piè ossa venerantur, & impositâ à Sacerdote ori pilâ, ab omni subitò liberantur malo. Sed nec unus vix unquam abit dies, quin semper visat aliquis, & magna sæpè simul languentium manus, salutari illo recreandi remedio. Id ita, qui primus hanc luci dedit Franci vitam Lombardellus, testatur, habuisse se à sactis, nobilibus, aliisque inferioris sortis utriusque sexûs personis, similium ibi se malorum medelam à Deo meritis B. Franci impetrasse, admotâ illâ sibi pilâ plumbi. Tanta illi loquendi miraculis virtus ab ipso indita est silentio.

CAPVT XXV.

Francum diabolus variis impugnat modis, quem gloriosè ille superat.

Diaboli ad fallendum astutia:

2817. NOmina mille, mille nocendi artes, quibus suas trahat hominem in fraudes, sensus fascinet, infatuet intellectum, diabolus habet. Totus nil nisi fraus est. Verùm licèt omnes vafer Protheus se vertat in formas, ad tres modò species, omnem fallendi artem Theologi restringunt. Aut enim id sensibus, quod reipsâ non est, obiicit: aut quod est, aliter atque est, facit videri: aut, quod tibi verè præsens abscondit adeò, ut non esse videatur. Neque ab ipsius alienum videtur quidquam esse virtute. Si, quam habet à natura, velimus considerare. Probare id foret pluribus, nisi à præstituto nobis fine iret longiùs. Trina igitur doli illa fraudumque specie visum malo genio Francum assilire, earum aliqua trahendum in casses. Sed ipsius omnia illusui servierunt. Nam primam quod speciem attinet, variis & miris admodùm sæpè modis impetiit. Objecta namque sæpiùs majoris quàm pro humano habitu gigantis species, jam clava minans ferrea, modò stricto terrens gladio, tum fundam gyrans immanem, incursuro similis & ferituro, sed similis. Venit aliàs teterrimum juxtà ac nigerrimum indutus æthiopem, longioribus munitus manus unguibus, & collo imminens quasi suffocabat, aut omnem sicto cellam implebat igne, fugando Franco. Fuit, quòd forma simul tigris sumpta, ac ferocia, quò timorem incuteret, immani ferus impetu irrueret. Sed & erat ut leonem jam præferens, discerpturo similis ingrueret; modò ursi indutus ora, suffocaturus insiliret. Quin & longas asini mutuabat auriculas, illiusque sub umbra orcino ferociens odio Francum sternere, & obterere calcibus nitebatur. Neque lupi omisit speciem, sed villosas hujus indutus exuvias, immanè ululans, terram ungulis eruebat, oculos illâ opplens & faciem. Et Satyros imitatus petulcâ de improviso agilitate in caput humerosque assiliebat, quò terrêret. Tum, quòd valeret haud satis suæ venenum malitiæ, tortuosi speciem capit serpentis, sibilisque simul & morsibus infestabat. Verùm, eò quamvis omnes illi tenderent insultus, metum ut incuteret Franco, intentumque orationi avocaret animum, tamen sueto jam illi pugnare in illudium ibat omne bellum diaboli. Ridebat, fatigantem alacriorque etiam provocabat. Vel enim nihil dum trepidus orationi se dabat impensiùs; vel efferveſcebat in illa ampliùs, si aggressus ei vacantem hostis invenerat. Ita spei irritus, actis tot in vanum assultibus, pudore suffusus dilabi coactus est.

varij fallendi modi:

ferarum &c. specie Francum impetit.

immotus ad omnia Francus,

& orationi intentior.

Vt pereunt victæ Sole tepente nives.

2818. Ubi primus hic nihil admodùm modus processerat, alterò assilire cœpit, & res præstigiis, aliter quàm sunt, objectare. Silentio ergo noctis in Ecclesia oranti varia antetulit spectra, seu talia fascinando voluit videri. Scamnum faciebat animal apparére, sedile hominem. Quæ obscura, omnisque egena luminis, ipsâ clariora luce videbantur: quæ lucida, ipsique æmula diei, colore tecta noctis. Colores mentiebatur, & mutabat omnes, unumque alteri substituebat. Si quempiam alloqui vellet Fratrum, aliam alterius speciem surrogabat. Quin aëreo emendicato ipse corpore in Angelum se transformabat lucis, perindè quasi missus à Deo esset visitando illi & animando. Ac petito tunc longiùs exordio, aliorumque haud inutilium adhibito sermonum colore, virus miscebat laudum, ut, quò attollebat altiùs, in vanæ peccatum gloriæ deprimeret fœdiùs. Sed fraudem odoratus ille subdolam, *Apage*, dicebat, *hostis pessime*; unoque crucis signo omnium se subitò præstigiarum liberum dabat. Clamorum & ululatuum diaboli non item; qui victus & pudore totus obsitus ibat in fugam, tauri instar horrendùm mugiens. Nam & istius bubalique sæpè ora indutus & cornua, veniebat assultum, aut illis ventilare, aut fronte arietare minabundus. At orationem institutam non fortiter solùm, sed etiam constanter Francus urgens, uno didicit crucis signaculo, plus diabolum terroris habere quàm virium, timidique more canis resistentibus cedere, instare cedentibus.

Præstigiis illum vexat diabolus,

& specie sumptâ Angeli,

Crucis signo fugatur.

2819. Non sinebat illum sua diu nequitia cessare. Nam qui bino non valuit Francum modo concutere, tertiò adorsus, deturbare utique præsumebat. Si quæ ante Franci erant

Tertiis tentandi modus:

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

erant oculos & pedes, callidè surripiebat, ac in abstrusis domûs angulis occulebat. Si parando quibusdam cibo patribus erat intentus, incoràm stanti & spectanti patinæ, ollæ, lances, cochlearia, sartàgines, & alia id genus culinæ utensilia auferebantur, quæ in abditis malus hostis locis non ex facili reperienda occultabat. Quo putet quis illa fine? Concitandis inter se Fratribus, aut incitandis in Francum; ut non uno in illum ferrentur murmure, negligentiæ incusarent, quasi nulli domûs aptum muneri. Verùm contrà ac intenderat, omnis conatus fuit. Neque quidquam Franci terruit aut flexit animum, neque discordiæ in aliis flammam succendit. Cum hauriendæ aliàs iret aquæ, jamque positis commodè vasis in eo esset ut hauriret, à Priore aliisve acciri curabat Patribus; cumque, ut erat obedire promptissimus, illicò Francus accurreret; ubi ad id reversus erat loci, neque vasa, neque quis abstulisset, invenire poterat aut videre. At gnarus ab orcina id iterum fraude esse, formato aut crucis signo, aut dicto, *Adjuvet me Deus*, omnis repentè vexationis liberabatur.

præsentes res obscurat aut auferri.

suo crucis signo Francus detegit:

2820. Instituêre suis ex æquo ambo propositis, vexandi ille, hic vincendi. In valetudinario erat Francus, infirmisque haud minori charitate, quàm diligentiâ inserviebat. Cum re quapiam opus ei erat, obviâ quidem & positâ ad manum, eo regebat illam aut fascinabat vafer hostis astu, ut nullus eam Francus videret. Inclamabant, digitisque monstrabant ægri, ecce ibi est in mensa, sedili illo, aut capsa; tamen quasi suis orbus oculis, non priùs videre poterat, quàm versa ad Deum mente, velut tersa ab oculis abisset caligo. Haud aliam sua in cella molestiam patiebatur. Librum precum (officiolum Divæ nuncupant) rosarium, aliamve, quam inibi sciebat esse, rem quærenti, pares quoque tenebras suffudit, haud smens utique videre. At Francus, *Quid rere*, aiebat, *pessime? Suppeditare me talibus & vincere? In nomine* JESU NAZARENI *tibi inclamo, jubeoque, apage te hinc cum tuis fraudum astuumque quisquiliis, nonnisi puerorum illudiis.* Tum verò sublatis inconditè cachinnis effusè dæmon ridere, aut ingenti omnia fragore concutere: sed quæsita diu, neque ante visa, promptè Francus invenire. Ita in ventum omnia mali hostis tentamenta abiêre, propriusque eum à Franco pudor abegit. Victori gratulatum Angeli venerunt, ac cœlicis plenum solatiis, novis animum viribus impleverunt.

diabolum irridens abigit.

CAPUT XXVI.

Francus à Deo prophetiæ dono honoratur.

Sua volant magnates secreta.

2821. SUa sibi seculi Principes servant arcana, nec temerè omnibus, quæ è suo suorumque sunt usu, vulgant secreta. Norunt ea pauci, solique ea amici participant. Apud Deum, cœli terræque Dominum, tenet ille quoque mos, sua celat secreta: paucis indicat mortalium, nisi quos ei sanctitas chariores fecit & propiores. Sua talibus pandit consilia, reique, haud dubium divinitatis indicium, scire dat futuras. Dedit certè Franco. Ac quem tot aliis cumulabat donis & gratiis, prophetiæ etiam dono conspicuum fecit. Multa itaque scivit, prædixitque futura, quorum veritatem rei posteà comprobavit eventus. Nos illorum pauca mox libabimus.

2822. Erat id temporis Senis vitæ admodùm improbæ fœmina, Lucretia cui nomen, lucro corporis emens damnum animæ. In omnium illa animo, in omnium erat ore. Nil tota aliud civitate, quàm spurca Lucretiæ vita audiebatur. At Francus indignantibus aliis tantamque perditæ adeò vitæ illuviem non ferentibus, identidem occinebat: [Talium, quæso, sermonum definite, ac quasi divinæ certò vas iræ, æternæ destinatum sit igni Lucretia, indicium sustinete. Non ita futurum est. Veluti vas iræ, quondam Paulus, ex persecutore vas effectus electionis, Euangelij prædicator evasit eximius, tantumq; utilitatis Ecclesiæ Dei attulit, fuitque ipse momentum: hæc ita *Lucretia* veraci in melius conversione rigidoque pœnitentiæ ritu, suam lucrata animam, huic futura est civitati splendor, honor & cultus. Beata erit, beatisque annumerata spiritibus adoranda.] Evenit, uti dixit. Mutavit Lucretia, piè vixit, piè obiit, pio eam Senæ cultu venerantur.

Francus infamis mulieris sanctè prædicit vitam.

2823. Alia erat, è vico S. Donati, Flora dicta, malo malæ vitæ infamis odore, fœmina. Ostiatim mendicanti panem Franco, ad hujus ubi venit ædes, erat eleëmosynam datura. Respuit servus Dei haud gratam Deo eleëmosynam, quam largiretur tot obnoxia peccatis anima. In Dei odio nil nisi Deo exosum fieri. Monuit itaque, toto nisi ad Deum conversa corde, eluret lacrymis crimina, minantem, ac jam tum imminentem Dei vindicem metueret manum. Occisam iri, & tali quidem mensis istius die. Diem prædicabat, horamque. Risit, tempsitque Franci monitum incauta juxta pravaque fœmina. At dicta prædicto veniens pœna tempore verum servi Dei vaticinium ostendit.

alteri item infami infelicem mortem.

2824. Plures per annos Italiam Gibellina tenuit & attrivit factio. Infensa illi Respublica Senensis erat, multum admodùm passa damni. Laborabat Francus utriusque animos partis conciliare. Inclinatis paci Gibellinis, Senenses neutiquâ voluêre. Opem, operamque Ambrosius Sansedonius, magnæ id ævi sanctitatis vir, aliique Dei servi contulerant, Senensibus inducendis. Frustra. Perdolitum id Franco vel Senensium causâ. Simul enim ferocibres Gibellinorum animos, simul inferenda Senensibus damna prædicebat. Explicabat ad unum omnia, quæ, quibus illatura. Terras, mancipia, quæ vastaturi, nominabat: loca, quæ subacturi, designabat: haud vul-

inferenda Senensibus damna.

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

garem Senensium fore jacturam, atque adeò magnam pristinæ labem gloriæ iri suffusum. Omnia contigêre, & seriò Senenses, sed serò, vera dixisse Francum sensêre.

2825. Multus nobis de Ambrosio Sansedonio, magno Dominicanæ familiæ lumine, & eximio divini Verbi præcone, sermo fuit. In suo ille S. Dominici templo pari pietatis sensu & fructu dicebat ad populum, uti & alij in suis quisque Ecclesiis præstabant. Sansedonium lubens & frequens Francus audiebat. Pro more illic fuerat, & ad cœnobium reversus ita ubertim cœpit lacrymas fundere, ut cohibendis haud quaquam illis esset. Ignari rerum Patres altum aliquamdiu silentium tenuere, tàm effusè diuque flentem mirati. Scisciantibus quid rei tantum excuteret lacrymarum, respondit: *o Patres, non doleam, non totus in lacrymas diffluam, dum Pastor Gregis nos it desertum?* Cum instarent illi, ediceret, quem illis vellet indicatum, dixit: *brevi Ambrosius morietur.* Tum diem, ipsamque prædixit horam mortis. Neutrum fefellit: illis ipsis die & hora è vivis excedens Ambrosius Franci dicta comprobavit.

Ambrosij Sansedonij mortem,

2826. Erat Blanca quædam, nomine isto, non alio nota indicio, nisi quod in vico S. Quirici abundè nota. Fœmina, si quæ alia, dedita pietati, & ab hac nota Franco. Opum dives, at prolium, quibus illas linqueret expers, & senio admodum gravi. Jamque omnem ætas liberorum spem inciderat. Agebat hæc cum Franco, solicita tantas cui post obitum opes linqueret. At ille, *filio tuo: neque enim fas ut alteri.* Subridens illa, *filio meo? ego filio? Ecquis mihi, quæ sterilis usque dum vivo, filius?* Cui Francus: *Confide, paucos intra dies à tuo concipies marito, & incolumis suo tempore filium paries, tibi qui superstes tuorum hæres erit bonorum.* Ita factum. Concepit gravis annis Blanca, filium peperit, lactavit, educavit, hæredem liquit.

sterili filium,

2827. Sanctorum Sancta non modò sunt opera, sunt & verba. In talium cum suo Confessario Francus alloquio, cum de piis justorum precibus, quantum amicis vitâ functis valerent juvandis, sermo incidisset, Confessarium rogavit, ut suæ post mortem memor animæ pro ea operari sacris vellet, illique juvandæ offerre Missam. Confessarius Francum intuens respondit, *Si tibi utique futurus superstes, lubens admodùm spondeo, faciamque: verùm tale sibi quis promittat? Incerti vitæ sunt dies, mortis incertior.* Respondit ad hæc Francus: *Fide, Pater, certum ego te securumque mansuræ tamdiu vitæ facio. Aliquot etiam annis mihi eris superstes. Ego anno hujus seculi nonagesimo primo, tertio idus Decembris Deo sum animam redditurus.* Ut dixit, eventus fuit. Anno & die prænunciatis Francus obiit, mortuum superstes Confessarius vidit.

superstitem Confessarium vitam, & mortem suam.

CAPUT XXVII.

Francum in vita Deus illustrat Miraculis.

2828. QUia misera, atque ipsa adeò miseria est hominis super terram vita, suis undequaque optat & quærit medelam malis. Multis unus erat Francus. Ad illum ergo, ut ad peritum, imò medentem omnia Medicum ægri advolare undique, opem, atque adeò vitam flagitare. Nimirùm datam à Deo patrandi miracula compererant virtutem habere. Lacertus (è majorum illo genere, quos fermè sola novit Italia) diutulè in pugna cum venenoso fuerat serpente, simulque cum ira virus auxerat. Momordit ille *Cennum* quemdam *à Cerreto Guidi*, qui, diffundente se intus veneno, tumescere totus cœpit, ac tetro supra modum colore deformari. Dextera magis manus, morsum passa, totumque inde brachium intumuit, ut movere nec digitum posset. Jam dolor adeò afflixit vehemens, ut ultra patientiam esset. Quid remedij? Curriculò ad Carmelitanum advolat cœnobium, rectà ad Francum. Erat tum ille verrendo occupatus templo. Adit, & malum vel silens loquitur, rogatque (o fidem simul & fiduciam!) suis à Deo impetret meritis, à dolore pariter ac tumore ut liberet. Misertus miseri, in suam secum cellam abducit, ac ne opem suæ imputandi virtuti ullam haberet ille causam, orationi simul jubet insistere. Tum oleo lampadis, quæ ante Dei Matris ibi iconem jugiter lucebat, inungit, sanctæ unà formans signum crucis: & ecce resedit subitò tumor, dolor abiit, manditque malum omne bona fide detersum. At Francus silentio hominem ligare, nulli suæ ut medelæ aperiret modum, iret ac meritas Deo gratias daret. Ivit, sanus & lætus, actis identidem Franco gratiis, & laudans Deum.

Lacertum venenosus:

Francum venenatum sanat morsum.

2829. Christophorus Daniellus, popularis juxtà & affinis Franco, multos admodùm annos in paralysi ac membrorum omnium stupore & inusu fuerat. Grave malum, quodque nedum aliis, qui ad juge erant obsequiũ, gravem illum & molestum, sed ipsum sibi odiosum reddiderat. Jam in eo erat, ut vitæ, non vitæ, pertæsus, illam, se, omnia desperationi committeret. At, qui supra vires neminem sinit affligi Deus, abjecti, fractique adeò animi Francum fieri certiorem sivit. Adit ille, visit, plusecula salutis monita dat, ægro animando & disponendo. Manum abiturus imponit capiti, premitque cum dicto: *Fide, Christophore, auxilio erit tibi Deus.* Hic dixit, ille sensit. Quid? toto se sanum corpore, firmum viribus, nil sentientem mali.

Paralyticum solo curat attactu.

2830. Antonius Maria Falconetus, planũ Mantellini (haud ignobilis Senarum vicus est) inhabitabat. Ea illum loci vicinitas (nam Carmeli propè aderat Cœnobium) magisq; sancti Religiosorum mores, familiarem admodùm Patribus fecerant. Sua ei uxor Dorothea filium peperit, cui sacris baptismi aquis tincto

XVII. DECEMB.

Infans cæcus nascitur.

tincto Joannis Baptistæ inditum nomen. Sed in lucem qui venerat, videre lucem non poterat, utrâque ipse orbus. In mundum cæcus venerat. Suos dare puero oculos Mater optabat, quos assiduis nimium lacrymis pœnè amittebat. Et patrem ingens quoque dolor incesserat, dubitantem, an cæcum, an nullum maller habere filium. Ad medicos itum & medicamina. Vocati multi, adhibita plurima, omnia in naturam pro vano fuere. Pluribus indies tum Franci sanctitas emanabat indiciis, haud mediocribus sanè miraculis comprobata. Mœstos movit rumor parentes, certæque pleni spei, unà ambo ad Francum veniunt, & majori rogant etiam fiduciâ, negatam à natura visionem filio largiatur. Continuò excusare se Francus, suas id supra vires esse, Dei solius cæcos natos illuminare. Irent, illi preces & vota ferrent. Ita iteratis precatos vicibus perindè constans ille semper repulerat. Tamen ubi, mendicans ostiatim panem, ad illorum appulit ædes, venitque ad cœculum, suam, de qua alibi, tenens crucem, puerulo dixit, *Eliade, tuum* JESUM *aspice*: at, ecce, aperuit oculos ille, Christum adoravit, & semper vidit. Implevit urbem fama, omnemque ad Carmelum excivit populum, videndo Franco & honorando. At ille, congenitas qui depulerat modò tenebras, tum alias quærere; in abstrusis subter terram in cœnobio cavernis se occulere; nec videri, nec audiri, nec sciri, ubi esset, velle, quoad miraculi rumor totus taceret. Cur ita? nè qua vanæ aura gloriæ inficeret animum. Adeò nulla sine humilitate sanctitas est.

Franci humilitas recusat mederi,

tamen illuminat,

& fugit ad tenebras.

Hydrope liberat.

2831. Julia Romula intercute laborare aquâ cœperat, & mortem ab aquis extra aquas timere. Ne aquis illa consequa fieret, ad Francum fugit, spe plena, fide magis, identidem rogans, ab aquis liberari. Audit ac crucis super eam signum efficit. Surgit illa, at quomodò? Sana, & ab aquis, quoad vixit, immunis. Fuit & Mejus quidam, è Sutorum vico coriarius. A nimio hic madore, dum coria concinnat, membrorum omnium vitium contraxerat, toto inhabilis corpore, incapax porrò laboris. Simul ac in platea transiens Francus vidit, misertus dixit: *Age tu, surge, operi te redde, ac tua prospice soleri familiæ; ita ab hoc*, crucem protendebat, *tibi præcipitur crucifixo.* Mirum dictu, nec opinatam recipit subitò sanitatem. Surgit, abit, Deum laudat & Sanctum. Franciscæ Georgij, diu admodùm profluvio laborans ventris, tantum jam egesserat sanguinis, ut omnis è vultu color, è corpore vires abirent. Post varia frustrà tentata remedia, euntem per compita Francum videns, accurrit, vestimentum arripit, osculatur, ipsius freta meritis, spei plena & fidei. Et quid? Non suo frustrata est fiducia præmio: desiit sanguis fluere, ac meliùs ipsam cœpit animare. Mirum! nil loquente, nil faciente Franco. Sana fuit, mansitque Deo simul & Franco gratias agens.

verbo membrorum stuporem curat.

Attactu vestis à fluxu sanguinis fœmina liberatur.

2832. Imus ad majora, quæ Deus in Sancto fecit, miracula. Quasi parum foret sanitatem dare, vitam dedit. Ades Hieronyma Ceris, ac testare. Suum lactans illa filiolum, & in lecto cubans amplexa brachiis, obdormierat, inque somno, ut fit, volutans, suffocarat. Experrecta parvulum oppressum reperit, frigidumque. Quo animo, ore, sensu? Matrem cogita. Sed & unicus erat, ipsi ac marito vel ideò dilectus unicè. A quo malum verita, atque ipsam adeò mortem, si mortuum rescisset ille filium, ad Carmelitanam citò Ecclesiam cum frigido cucurrit corpusculo, Francum, Francum ingeminans. Adest ille, & afflictæ non ferens lacrymas matris, post fusas pauliſper preces, redditum vitæ filium matri donavit.

Infantem mortuum suscitat.

2833. An ultrà mortem aliquid vis piâ valuit Sancti? valuit, in ipsos fortior dæmones. Præter vallem planam (vicus itidem Senis) Francus transiens, in quandam à malo obsessam genio incidit. Quæ simul atque hunc vidit, horrendùm adeò stridere, ululare, latrare, & spumare cœpit, perindè quasi totus eò emissus infernus esset. Unus in illa tantum exercebat furoris diabolus. Stupere alij, pavere, ac effusè fugam capere. Ridenti accedens ore Francus, ac sui retinens moris, prætendens crucifixum, dixit: *In nomine ac virtute illius, qui toto te expulit Mundo, apage illicò ab hac creatura Dei.* Non citiùs desiit hic loqui, & ille exierat. Ut scias, quàm indignans, fragorem edidit, qui omnibus, nisi Franco, terrorem incussit. At libera malo hospite mulier, quasi novam adepta vitam, inque alias effusa voces, lætior abscessit. Sunt alia plura, quæ in JESU sui virtute, patravit Dei servus miracula, sed sæva sacrilegorum quorumdam nequitia omnem abstulit memoriam, actis aut occultatis, aut incensis. At pauca hæc, numquam morituram abundè buccinant Franci gloriam.

diabolum pellit è fœmina.

CAPVT XXVIII.

Franci felix in Cœlum transitus.

2834. MUltiplex verè Dei in suorum morte servorum favor, variaque aut beatis ipsorum spiritibus, aut ipsi etiam naturæ prodigia evenere. Pleni talium libri, actam qui continent vitam, fidem adstruunt dubitanti. Cur tamen? Aut ut suus cuique adversario pudor obveniat: aut ut hisce nostra stimulis excitetur inertia: aut ut ipsa ipsorum, quâ inibi gaudent, pateat gloria, quaque pollent apud Deum gratiâ, innotescat. Hinc aut insolitis sæpè visus aër coruscare luminibus: aut missi Angelorum dulcè canentium chori: aut visi miro aperiri cœli spectaculo: aut missus cœlo Sanctorum aliquis, qui optatam nuntians horam mortis inter Angelos animam ad æterna simul gaudia duceret. Alia aliàs dedit ostenta esse: ut aut novus super morientis ædem novo Sol vultu oriretur & tempore: aut nova novo luna

Pretiosa Sanctorum mors:

varia morientibus Sanctis prodigia.

XVII. DECEMB.

luna fulgeret lumine: aut non ſolitis nova ſtella radiis ſcintillaret: aut inſolito loca omnia impleri igne, & inexpectatis lucere flammis viderentur. Longum nimis, omnibus narrandis inſiſtere. Sed & ipſa ſæpè compati viſa natura, ſuamque mundo in morte Sanctorum jacturam indicare. Ita viſus oriri ſæpè cometa, lugubre & fatale ſidus, imminentium ob amiſſos Sanctos velut damnorum indicium: Tonitrua audiri, ipſius velut naturæ lamenta: mitti fulmina, cœli velut minarum ſigna: diſſilire columnæ, ædificia ruere, pandi ſepulchra, concuti terra, denſæ omnia obſidere tenebræ, & antiquum quaſi chaos redire. Et tali etiam Franci mors honeſtata prodigio fuit.

2835. *Conſummarat jam* per varios vitæ anfractus *curſum* Francus, & exhauſto diutinis diriſque macerationibus corpore *fidem ſervarat, reliquum* erat, ut tantis adeò meritis (a) 2. Tim. 4. 8. *reponeret* Deus ei *juſtitiæ coronam* (a). Aderat, atque præceps adeò in finem ibat annus, quem ſuæ fore mortis ultimum, diu ante prædixerat. Jamque dabat ſui December initium, cum & morbi, mortis prodromi, quoque initium dedit. Primo namque illius die ab maceratione nimia, acuta Francum febris invaſit. Continuò ille languere, deficere, linqui animo; exſanguis, pallidus eſſe, mortis videri colorem induere. Neque tamen morbum aperuit. Sed neque de inedia, ſolitiſve corporis afflictionibus vel minimum remittere. Vacuus virium, alacer animi, omne, ſolitus uti ſanus facere, Patribus præſtabat obſequium. Sexto tamen die, vincente vires non animum morbo, quieſcere coactus fuit, & jacere. At in nuda frigidaque, ut ſuetus, terra jacere. Obſtitit huic Medicus, unà Patres. Numquam tamen, ut aut plumeam, aut tomentitiam admitteret culcitram, induci potuit: ut ſtramentitiæ pauco, quod ſupererat vitæ, tempore, incumberet, acquievit. Corpore neglecto, ſolicitus animæ, ſuum ſibi accerſiri Confeſſarium juſſit. Tum illi omnia piiſſimè confiteri de integro peccata cœpit, quorum indè ab uſus rationis initio meminerat reum eſſe. Fecerat id quidem ante ſæpiùs, & uberibus item benè diluerat lacrymis: at ſuorum nunquam ſciunt malorum Sancti obliviſci, aguntque illud intentiùs, à quo bonam malamve pendere ſciunt æternitatem.

Francus in febrim incidit:

nullum ager lectum admittit:

confitetur peccata:

2836. Ubi ſua ſummo animi dolore ſic ritè expiarat peccata, ſuamque Confeſſarius vicem functus abſolutionem erat impertitus, rogavit impensè, omnes Cœnobij ad ſe Patres, venire. Tum hæc ad illos ita cœpit verba habere: [Tandem, Patres, propè adeſt tempus deſerendi vos, cum juſtus omnium Judex hanc citaturus ad ſe eſt animam, æterno, pro eo atque hîc merita, ſupplicio muneraturus aut præmio. Scitote, ut annos admodum multos hoc votis à Deo plúribus expetivi tempus, & anhelis flagitavi ſuſpiriis (totus ab ipſius tamen voluntate pendens) ita incredibili modò diffluo gaudio à terreſtri hac tandem abeundum mihi eſſe domo *deſiderium habens diſſolvi & eſſe cum Chriſto* (a). Neque verò accidere id vobis durum poteſt aut triſte, dum *melior dies eſt mortis die nativitatis* (b): & talem, atque ego, amittere, lucri eſt loco. Nam quid ego? Terræ pondus inutile, nulli vobis uſui, nulli rei. Quid etiam? Scelerum cloaca, ſcandalorum ſtrues, mundi repudium. Verè ô nimis ego verè ſterilis illa arbor, nullo unquam fœcunda fructu. Timeo, tot ne annos majori meo malo tam ſanctum hîc occupaverim locum. O quoties offendi! Scio, verbo, viſu, opere deliquiſſe: ſcio, ſtando, eundo, ſedendo vobis me fuiſſe ſcandalo; ideò procumbens in genua (& exangue in genua corpus erexit) per hanc vos crucem (jungebat in crucis modum brachia) obſecro, meas mihi culpas ignoſcite, noxarum ſine fine numerum. Sinite, pro gratiæ annuentis ſigno, vos amplectar, & ſanctas ultimùm deoſculer manus.] Quod ubi accurrentes ultrò omnes ſinerent, pro ſe quiſque cogitet, quæ mens omnibus, quis potuerit ſenſus eſſe. Nemo unus abſtinere à lacrymis poterat. Tam Sanctum adeò de ſe humile ſentire! Solari cupiebant, tentabantque; efferre nemo verbum poterat, egentes magis ipſi ſolatio. Poſt hæc, reliqua ſibi dari Sacramenta petiit, & pietatis, quo numquam majore, guſtu ſuſcepit.

(a) Philip. 1. 23.

(b) Eccleſ. 7. 2.

Religioſos convocat, ac veniam precatur:

2837. Jam dies, undecimus dicti menſis, fatalis & ultimus vitæ Franci dies illuxerat. Exacto jam meridie, lapſis aliquot etiam horis, atque adeò tempore, quod Veſperarum dicimus, ecce mirum. Tenebreſcere ſubitò aër cœpit & nigreſcere, & atrum quaſi velum Senenſi urbi ſuperpandi. Attonitis miraculò rei ſtupere populus, & pro ſe quiſque triſte aliquod augurari. Neque vulgum modò res ea movit, doctos etiam & litteratos, ad nullam valentes cauſam aſſurgere, id diei denſas adeò oriri tenebras poſſe. Intereà iterum Francus Patres accivit, dixitque: [Rogo vos, Patres, mecum pro me orationi incumbite. Hora nunc eſt certaminis. Deum orate impenſiùs, ut ne in hac diabolica mihi fraus illudat, & amittere faciat animam. Occidente Sole, meus quoque inſtat occaſus: tum veſtra me circumdet pietas, in ultimo illo momento me ut veſtra tueatur præſentia, & ſanctis precibus juvet. Non enim vos latet, horribilem horam eſſe mortis, plenam metûs & terroris, ob pugnam bonum inter malumque Angelum. Tum malus malis omnibus decipiendæ animæ artibus utitur: tum criminum gravitatem morientis obtendit oculis, quin & alterum tantum in ſpeciem auget, tanta ut fœditas miſericordiæ Dei diffidere cogat animam, & in deſperationis miſerè barathrum demergi.] Annuêre precibus Patres, & omni adjuturos ope promiſerunt. Promiſſo etiam citiùs adfuêre ſimul, omnes, Solemque

Denſa ſuperè Senenſium urbem tenebræ.

Francus aliorum preces horâ ſuæ mortis rogat.

Digitized by Google

XVII. DECEMB.

in occasum præcipitem prævenère. Tum pro se quisque quà orando, quà solando, sedulam & ultimam Franco operam navare. Et sui ille quoque relinquere memoriam sancta monita, [Quam inanium plenus, quàm omninò nihili mundus esset. Contemnerent, nisi si contemptibiliores illo amarent esse & inaniores. Suo nimis se malo didicisse.] Ita alacri etiam tum animo differebat, ut constaret, verbis juxtà ac factis spretum, victumque à se mundum, quòd immundus ille nimiùm & instabilis, suos ne vel uno satians momento.

ultima moriturí monita:

evanescunt tenebræ;

2838. Cum propè jam abiturus Sol esset, dissitis à nobis daturus lumen populis, subitò densior illa abiit nebula, vanuêre tenebræ, atrumque illud toti quasi superpansum urbi, ablatum velum est, solitò Sol ipse luminosior splenduit, totumque Carmeli coruscavit adèo Cœnobium, ut absumi flammis videretur. Exhilaravit discussa Cives nebula, ac pronus in occasum, ipsò se matutinò clarior in admirationem Sol convertit.

flammis lucere Cœnobii videtur:

Plures effuso ad Cœnobium cursu perrexêre, quid longè emicans flammarum vellet ille fulgor, visuri. Tum Dei servus, manibus oculisque cœlo Francus intentus, sonorâ etiam voce dixit: *Valete, Fratres; tuque, mi* JESU, *Domine & Deus meus, recipe spiritum meum.* Finiens verba, finiit vitam, & sancta corporis libera carcere ad cœlum anima evolavit. Auditus Angelorum statim concentus, sanctam comitantium animam, & ad suum deducentium creatorem. Ac simul minui illum Solis splendorem, simul quasi flammarum circum Cœnobium evanescere fulgorem, tota civitas vidit. Orti tum ab Cœnobio gemitus, Patrumque comploratio, docuere Cives, splendorem Solis insolitum, illiusque hoc sensim minui, mortis Franci indicium fuisse. Luctus ingens Patres incessit, haud minus plangentes, quàm mortuum mœsta solet mater unigenitum plangere.

moritur Franeus,

& sensim ei bis fulgor.

CAPVT XXIX.

Franci cum honore sepultura.

Accurrit populi.

2839. TOtâ momento temporis urbe mors Franci vulgata fuit. Atque simul omnes una Cives pietas, ac mortuum videndi cupido incessit. Erat corpus in Ecclesiæ medio sandapilæ impositum, ut ab omnibus commodè posset videri, illo postridie obitus duodecimo Decembris die (ut quidem constituerant Patres) sepeliendum.

Ægrorum curatio:

At effusa undique hominum multitudo impedimento fuit. Ingens languentium, ægrorum, claudorum inter alios numerus adfuit, cupientium tangere, ac piè osculari manus votantium & orantium, à suo quisque malo liberari. Et obtinebant, liberique discedebant. Jam sustineri turba non poterat. Cœpere & plurimi abscindere partem vestibus, pro sanctis habituri reliquiis: alij capitis crines vellere, alij barbæ, jamque ipsum ablaturi corpus videbantur, nisi obviam itum à Patribus fuisset. Insequente igitur die, qui S. Luciæ sacer est, omnes omnium Ordinum Religiosi ad sepulturam convenerunt. Eque Patrum Dominicanorum cœtu, magni tum vir nominis, *Aldobrandinus Paparonius*, nunc beati apud eos titulo, funebrem de sancta Franci vita, ad populum orationem habuit. Obtinebat id ævi inibi ille mos, non Sanctos modò, sed & nobilitate aut doctrina conspicuos ejusmodi orationibus celebrare. Instituta dein funebris pompa fuit, quam magno apparatu ingens & plebis & Procerum multitudo cereos deferentium, est prosecuta. Plures itidem Magistratus, ac Senensis urbis Episcopus *Renaldus Malevoltus*, ex D. Dominici familia, pietatis ergo & exempli sunt comitati.

Funebris pompa:

2840. Ubi pompæ, ceremoniisque omnibus finis erat, ac sepeliendo corpori omnia in promptu, ingens auditus repentè clamor moram injecit. Turbam cupientis perrumpere vox erat, & ad Sancti posse corpus venire. Grottensis, atque adeò popularis erat Franci, Mejus Nanninus, è qua inibi familia hodieque vivunt. Cœcus hic natus fuerat: & quæ homini calamitas major in luce, sine luce esse! omninò, popularis erat notusque Franco: sed cui, ut qui admodùm simplex esset, in mentem numquam venerat, ut visum sibi impetraret à Deo, rogare. Potitas tamen pluribus, nihil utique notis Franco, multas noverat gratias obvenisse. Sed apparente Franco, sui monitus ac pœnitens erroris, ad mortui properabat ire corpus, petiturus à mortuo, quod à vivo neglexerat. Inconditè itaque clamantis vox omnium animos erexerat, eratque in causa, quod respectante passim ac cedente turbâ, perveniret ad corpus, haud dum, suos ob clamores, sepultum. Ibi, videre impotens, suis illud rigare lacrymis, & petitis ab imo corde suspiriis orare, ut aquis apertos, luci quoque aperiret oculos. Diei etiam nonnihil juvit memoria. Divæ sacrum Luciæ esse, à luce dictæ, certè oculorum solitæ dare lucem. Fide plenus, spe quoque perstitit, &, quia perstitit, impetravit. Apertis jam oculis, primos in sanctum fixit corpus obtutus, tum amplexus ardentiùs, osculatus sæpiùs, ardentioribus totum lacrymis irroravit. Stupenti dein obversus populo stuporem etiam auxit amplius. *In oppido*, inquit, *eram Grotti, & nihil dum scientem apparens monuit Francus: i, Senas tende, Carmelum pete, meum ibi vise & venerare corpus, tuaque tibi visio dabitur.* Veni, visi, vidi. Hæc stuporis etiam ampliùs populum impleverunt. Lætitia verò ea est exorta, ut jubilis testarentur. Mirabilem sanè in Sanctis Deum esse, qui indicandi quâ apud se Francus esset in gloria, tam conspicuo in oculis omnium ostensum ivit miraculo. Illius itaque prædicantes magnalia, ac in novo Sancto laudantes, corpus sepelierunt. Tum quidem in loco omnibus

Cœcus sepultura remotam injicit:

ad corpus pervenit,

lacrymis rigat,

Ab apparente monitus & missus Franco,

XVII. DECEMB. de Cœnobio tumulandis deputato; undè clarescens magis indies miraculis sublatum, honorificentiori loco conditum fuit.

CAPVT XXX.

Franci in morte unum, alia aliquot post illam, miracula.

2841. NEscit cum corpore virtus commori, nedum sanctitas. Utramque in Franci morte & ab illa vivere, Deo placuit miraculis testari. Quibus patrandis quamvis haud fuerit ille parcus, restrictiores nos describendis erimus & parciores, ad pauca admodùm impiâ quorumdam nequitiâ redacti. Quæ enim contigêre plura, collegerant sedulò & descripserant Patres, verùm omnia quo nescio aut amissa casu, aut, quod propiùs vero, sacrilego ablata furto doluere. Damus alia nunc pauca, quæ patriæ amans historiæ aliundè Lombardellus collegit. Viderat ille acta, ac suo omnia ordine digesta legerat: sed, quod intentus aliò ac festinus, inopiâ tum premeretur temporis, iis modò, quæ scribendæ facerent vitæ, excerptis, in mollius alia otium distulerat. Adeò semper verum, *nocuit differre paratis.* *Multa intercidêre miracula:*

2842. D. Vecchiette Accarigio, vico armis dedito & bello, filius erat sibi suæque Conjugi ab morum suavitate & supra annos indole, charus admodùm, sed quem acer morbus dejecerat, sensimque deducebat ad fatum. Atque illi adeò erat propior, dum Francus morti proximus, exhalaturus animam videbatur. Afflicta mater, nulla suo sentiens amori solatia, nulla adjutum ire filium remedia, ad Francum mori properum cum votis animum vertit, morienti filio succurreret. Mirum dictu! Hæc rogarat, ille annuerat, & quasi vera mors fugit à filio, diffugiens rediit vita, matrique blandior jam & sanior è lecto ipse surrexit. Et Francus simul mortem fugans ab alio, sibi admittens, obiit. Haud purum istis gaudium parentibus fuit, dum illius sentire & doluere mortem, qui novam filio vitam dederat, certè extenderat. *Francus morti proximus morituro sanitatem impertit:*

2843. Et suis benè popularibus facere nec à morte Francus destitit. Oriunda Grottis Anastasia de Tognis Griffoli, fœdo parte genitali laborabat ulcere, quod è Telephiorum quasi genere, fistulam vocant Medici. Erat illud impendii simul & incommodi, pudoris, doloris, quin tormenti materies ampla & causa. Neque ullâ spe porrò remedij, videbatur ad id mali tormentique ætatem damnata. Audita mors Franci, quæque illius meritis miracula fierent, in spem erexere. Abit, sepulchrum illius visit, gemit, vovet, orat. Quid? liberari. Surgit, redit omnis libera mali. Popularis item ac sanguine Franco propior, è paterna Lippiorum stirpe, Albertinus Faber, opem quoque sensit. Is diu admodùm hemiplectitus fuerat, id est, laxatis nimiùm nervis usum amiserat brachiorum, sibi, nedum suis, inutilis. Unus inopis omnium domûs tibicen erat, qui fulciret. Fessus longi in lecto decubitus, suorum lassus magis miseriæ, cor animumque mittit ad Francum, pias unà preces & vota concipit, ejus optans ope imò sperans sanari. Speravit. Et quàm benè! Abit repentè dolor, lentor simul omnis, durescunt nervi; verbò, sanus exsilit, ad Franci visit & orat sepulchrum, sanus mansit. *Mulier orans ad sepulchrũ fundo ulcere liberatur.*

2844. Neque ipse modò mansit, sed & filium sibi sanum dedit, meritis item Franci. *Sano* illi nomen, & mente totus corporeque sanus, sine ulla noxa. Cum hoc pridie festi B. Franci aliquando colloquens, virtutes ejus extollebat & merita: & ecce filius, re juxta sanus & nomine, sanus esse desiit, factus cœcus. Nescias, cui major, filio an patri dolor. Prior hic ad Franci recurrit merita, & cœcum suo ac pietatis sensu ei offert, voveque filium, reddi oculos orans. Monet ejusdem filium, pares pari cum spe fiduciâque preces fundere. Facit. Sed quo, putas, fructu? oculorum. Ita ille meritis Franci re fuit, quàm nomine, sanior. Alta flora Sandris, de S. Martini vico, in mammis loco lactis pus saniemque gerens, ex ulcere manantia, parvulum lactare filium impotens, gravi dolore afflictabatur. Prolis misertæ, ad Franci orans sepulchrum, pure omni & sanie unà cum dolore detersis, lac filio sanissima propinavit. *Cæco visus restituitur:* *alter sanatur:*

2845. Baldus quidam, patriâ Senensis, morbo herculaneo sive caduco laborabat. Sonticum malum, & quod herculis instar cadere omnes corporis vires cogebat, atque ipsum adeò virum jacere instar mortui. Varia adhibuerat frustrà remedia; crescebat, velut irritatus, magis malum. Alia aliis suadentibus, fuit qui B. Franci mentionem objiceret, potentis, ut aiebat, diu in morbos. Movit ea miserum mentio. Carmelum petit, ad Franci orat tumulum, ne dubita, quin ex animo. Abit. Scis, quomodò? Adeò immunis mali, ut ceciderit posteà nunquam. Non extrà modò sparsa, etiam intrà domum beneficia mansere. Frater *Dominicus*, ejusdem Carmeli Senensis filius, colico, cœliacum vocant, dolore correptus, ferendo non erat; Qui ferret è eò ventum, ut pænè dolor fecisset efferri, propiorem adeò morti. Frater Fratrem, & cui vivo fuerat item intimus, invocat, tam acutis liberare velit doloribus. Audiit ille, & omnis illicò dolor abiit. Ampliùs è nec auius, quoad vixit alter, reverti. *Morbus caducus domum deplet:* *dolor item colicus:*

2846. A Senis imus, ut non abeamus utique, daturi Senensem. Is Jacobus Petri fuit, in Siculo mari deprehensus, dum Neapoli vehit Panormum. Tempestate ortâ & mari magno admodùm, mersâ omni spe vitæ, præsentem omnes mortem exspectabant. Memor ille Franci, illius alios etiam monere, magnis apud Deum meritis, illustrem Senis miraculis esse, in eo ancho- *Egregia tempestate erepti.*

ram

XVII. DECEMB. ram figerent, dum anchora servandæ nulla valeret vitæ. Præit ipse, votum concipit, si portu salvis liceat potiri, tabellam, quæ miraculi muta narraret historiam Senis Beato Franco iri appensum. Et quantulum id fuit? Ut exorarint. Voto facto, cecidere venti, vanuere nubes, desiere procellæ, sua rediit quies mari, & portum secundo tum cursu navis tenuit. Ubi Senas rediit, omnes voti reos unus exsolvit.

Infamia & mortis periculum depulsa.

2847. Honori quoque subvenit, ut vitam servaret. Erat Senis haud longè abs Carmeli Cœnobio fœmina nobilis, sed cui fama fœdam adulterij labem volebat inustam. Premebat suspicio, & mortis indè, ut fit, periculum minabatur. Ad Francum causam honoris juxtà detulit & vitæ, intercessorem appellavit, patronum invenit. Detersa fuligo est, fama reddita, suorum omnium, quam antè umquam fuerat, amore dignior.

Aliud mortis periculum abactum, fœmata vulnera.

Petrus Pauli, è S. Stephani Senis Parœcia, finem imponat. Aggressi hunc æmuli quà verberibus, quà vulneribus pænè confecerant. In tam præsenti anxius discrimine Beati invocat opem Franci, & sensit. Elabitur aggressorum manibus, & vitam servat. Nec satis: sine ulla Medici opera consanuere vulnera, ne quid integræ deesset sanitatis. Ita olim, ità modò miraculis Francum illustrat Deus.

CAPVT XXXI.

Franci corpus transfertur & exaltatur.

2848. SUos in vita, morte, & à morte Deus Sanctos honorat. Est enim mutui ea lex amoris, amare mutuò & honorare. Utrumque expleſse in Franco, satis hactenùs dicta evincunt. Sed ostendere etiam ampliùs placuit. Exactis aliquot à morte annis, quod crebrescerent indies magis miracula, indidit Deus mentem Patribus sanctas è vulgari sepulchro reliquias attollendi. Quod dum faciunt, corpus, ipsasque, quibus erat intectum, vestes, ab omni quasi temporis immunes injuria repererunt. Tollentes indè corpus, & patulo exponentes aëri, ossa in fasciculum colligarunt, in pulverem vestibus, & carne in cinerem redactis.

Franci corpus elevatur.

Cineres ægris medentur.

Qui collecti & asservati miram in morbos virtutem habuere. Dati ægris in potum, omni potentiores pharmaco, malum omne dispulere. Pictæ ornatæque admodùm ossa capsæ impositæ, in novo ad id erecto altari, ac Beato Franco dicato, collocarunt. Quibus pòst appositæ fuere gravis illa ferro lorica, cassis, torques, parsque catenarum, quibus macerando corpori, ipse cinxerat, uti à nobis in loco dictum. In honore hodieque omnes illæ simul reliquiæ in nostro Senis templo asservantur, viderique possunt à bonis, pietati augendæ; ab impiis, pudori excitando, & vitæ in melius emendandæ.

CAPVT XXXII.

Franci vera effigies.

2849. QUàm verè semper inquies genius amoris! Abiit, obiit Francus; at illius abire desiderium Patribus non poterat. Hærebant animis sanctæ exempla vitæ, atque ipsa adeò occurrebant verba, aptiora novis excitare amorem stimulis, quàm dolorem idonea solatiis delinire. Quia ab absentia dolor omnis, quoquo modo sibi sistere præsentem amor optabat. Quod verò mœsti ab parentum morte filij; quod amicus, functum lugens amicissimum, molliendo facere solent dolori, ipsi quoque Patres curare sibi statuerunt. Ut enim mortui non modò hæreret memoria, sed totus ipse quasi oculis observari videretur, ex toto aut parte cælari è marmore, ad vivum curant, aut sculpi è ligno, aut è luto, aliâve effingi materia, aut certè perita depingi pictoris manu, illamque suis incurrentem oculis ponunt imaginem, pristinis lenimen aliquod amoribus. Unà ergò omnes Cœnobij Patres Priorem adiere, talem sibi fingi aut cælari Franci juberet effigiem, illo, dum alio non posset, modo præsentem sisteret, illiusque memoriam silentio non utique muto loqueretur. Suis illam locuturam cordibus tot sancta religiosæ vitæ monita, tot unionis mysticæ documenta. Quid porrò? visuros ibi se tot relicta pietatis exempla; modestiæ vestigia, totam adeò ante oculos Franci vitam habituros.

Religiosi sculptam Franci vegans imaginem:

2850. Tum Prior, quem par quoque cupido incesserat, effigiem Franci, periti manu artificis fieri è terra coctili jussit. Facta est, quæ pondere simul & colore petram similat, ipsum verò refert ad vivum. Prolixior ei barba, crispi aliquantùm crines, aspectus ferocior, atque adeò totius vigor & robur corporis ipsa elucet in effigie. Hanc Patres domesticos intra parietes, obvio sibi loco, in dormitorio collocarunt, majori cultu nescias an fructu. Continuò in honore cœpit esse omnibus, passim adire illam singuli ac venerari, ibi flexiones, ibi preces fieri, eò, si quid angeret, recurrere; sed nec vacui redire solatij, at Sancti meritis adjuti, gratantes Deo & Sancto gratias dicere. Ubi verò majora indies increbuere miracula, sanctumque in imagine Deus reddere illustrem cœpisset, ut frequens jam secularium quotidie illam adeuntium numerus esset, Francum Duliæ, debito Sanctis modo, cultu adorantium: quò publicæ serviretur veneration aptiùs, quò multis Religiosi levarentur incommodis, visum Patribus illam de dormitorio in Ecclesiam transportare. Præstitere, & in altari, quod ei dicatum diximus, posuere. Nunc verò ipsi Reliquiarum capsæ superimposita cernitur & adoratur.

Franci effigies;

claroscit & colitur.

CAPVT

XVII. DECEMB.

CAPVT XXXIII.

Franci Festum, & annua in Carmelo Senensi solemnitas.

Clemens V. Beati cultum permittit:

2851. AUgescentibus indies magis miraculis, ingens quoque populi pietas incrementum cœpit. Non enim Senenses modò, sed aliæ aliundè nationes confluebant. Et augendo sacro quoque cultui Senensis Carmeli Patres animum intenderunt. Itum ad Summum id temporis Pontificem Clementem V. Vasconem, anno 1308. rogatumque, ut quotannis primo Mensis Maij Dominico die (qui translationis corporis fuit) tam illustris Beati festum celebrandi vellet facere potestatem, perindè atque in Sanctorum numerum relatus esset. Fecit. Tum doctissimi quique Doctores Carmelitæ convenere, officiumque proprium pro die illo ac vigilia composuere. Ut illius pariter, ac de aliis fieri Confessoribus mos habebat, quotidie toto anno memoria haberetur. Ad hoc orationes, lectiones, hymnos, responsoria, versus, antiphonas, & id genus alia, in tabellis appendebant, publico usui & pietati. Erant ea excerpta è vita Beati, eminentiorum acta virtutum, & eximia miraculorum.

Fit officium:

Annua Senis solemnitas:

2852. Dictos jam dies magnâ non modò Carmeli Patres solemnitate traducebant, sed & familiæ duæ, quæ Francum contingebant propiùs Lipporum ac Daniellorum, artis fabrilis omnes sunt opifices, alacritate summa celebrabant. Conveniebant in Grottl, & mulieres binæ omnes ordine, dein viri item bini, Senas processionis in modum petebant, ad Carmeli rectà templum, in honorem Beati candidum & ingentem cereum offerentes. His sanguine junctis alij se populares dissitis pariter ac vicinis locis multi, atque adeò ipsi quoque Senenses jungebant. Obtinuit hic publicus omnium in Francum cultus & solemnitas annos multos, ad ultima usque Senarum bella. Neque Patres ipsi umquam dictam agere festivitatem, proprium recitare officium destitere, usque ad novam Breviarij Romani emendationem. Tum Ordinis ejusdem Doctor quidam dictum disrupit officium, fuitque in causâ, abolitam multorum esse memoriam, quæ hic adeò annotari non potuerunt. Sed visa cito ultio sequi. Inde enim fortasse fuit, dictum Patrem bona numquam usum valetudine ad usque mortis horam fuisse. Mansit cultus, pietas, solemnitas erga Francum: at Reverendissimus Joannes Baptista. Cafardus Carmeli Ordinis Generalis, maturè advertens, dictâ illâ primâ Maij Dominicâ solemni cultu, S. Catharinam Senensem à Senensibus communi plausu celebrari, duasque invicem impedimento esse festivitates, illam B. Franci in secundam Maij Dominicam censuit differendam. Ita hodieque fit, ei ad honorem, qui Sanctorum est omnium gloria, & vivit regnatque in sæcula sæculorum. Amen.

Quidam officium dispersum.

punitur.

ANNOTATIO: *Memoria B. Francisci Senensis, & Blasij Episcopi.*

2853. Lombardellus in Vitâ B. Franci post cap. XXIX. hæc annotat: *Conventus Senensis Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmelo æque religiosus ac antiquus, produxit insigni sanctitate conspicuos B. Blasium Episcopum, & B. Francum, de quo hic tractatur, ac B. Franciscum, qui martyrio vitam finivit Cremonæ, ibidem sepultus in Ecclesiâ sui Ordinis.* Ibidem rectè monet, *quosdam æquivocantes Francum, & Franciscum unum & eumdem constituere, alterumque cum altero confundere, cum tamen diversi sint,* sicut tomo præcedenti (a) & plenius in Vineâ Carmeli (b) annotatum est. Franciscî sic Michael Munios in *Propugnaculo Eliæ* (c) paucis meminit: *Senensis martyr Franciscus suis ossibus Cremonam ditat.* Paulò antè de B. Franco (tamquam altero à præfato B. Francisco) præmiserat: *B. Francus Grotti virtutibus & signis magnoperè decoratus, 11. die Decembris ad cælestia excurrit palatia: cujus sacra ossa Senis supra Altare in eleganti theca colunntur.* Franciscî memoria in Kalendario antiquo vetustî codicis Mechlinicnsis est ad diem XI. Aprilis: in Viridario Joannis Grossi (tomo præcedenti (d)) etiam traditur obiisse Cremonæ die XI. Aprilis.

(a) num. 605. & 621.
(b) n. 760. & 879.
(c) lib 2. tit. 3. c. 5. art. 2. n. 15.
(d) n. 605.

XXV. DECEMBRIS.

DE FESTO NATALIS DOMINI,

& antiqua, singulari devotione in hoc Ordine ad Solemnitatis hujus mysteria.

Nativitas Christi peculiariori pietatis cultu celebrata, & celebrando à Carmelitis:

2854. *CArmeli Religio peculiariter dicata Virgini Dei Matri Mariæ, eâ ratione etiam præcipuo cultu solemnizat omnes ejus festivitates: atque ita etiam Natalis Domini mysteria: inter quæ id est, quòd tunc ipsa sacra Virgo plenariè effecta sit* THEOTOCOS, *id est, Dei Mater; ideo peculiaris olim, & modò viguit, & viget devotio in hoc Ordine pro illa solemnitate: quæ licèt primariò competat Christo Domino; attamen meritò etiam est celebritas ipsius Dei Genitricis; Propterea* in die Nativitatis Domini omnes tres Missæ totum Dupliciter, in tono proprio B. Virginis; quia est festum Virginis; & GLORIA TIBI DOMINE, QUI NATUS ES DE VIRGINE dicuntur. *Ita præscribitur in Cæremoniali, seu Ordinali* (e) *S. Telesphorus Papa, assumptus ex hoc Ordine (in quo colitur die XXX. Januarij* (f)) *in hac sacra die tres Missas celebrandas decrevit* (g). *S. Cyrillus Alexandrinus, verbis, scriptisque præclarissimè Christi*

(e) lib. 2. Rubric. 63. pag. 456. num. 3.
(f) vide hic suprà num. 791.
(g) n. 808.

Digitized by Google

XXV. DECEMB.

Christi Nativitatem esse Dei, & hominis & consequenter, titulum illum Theotocos *B. Virgini Mariæ competere asseruit, & strenuissimè propugnavit contra Nestorium: de quo gloriosè triumphavit, sicut videre licet hic supra in ejus vita* (a).

(a) num. 548. 557. & seq 561. & seq 572. & seq.

2855. *S. Petri Thomæ eximia, & miranda devotio, resplendet in illis quæ hic suprà tradita sunt* (b): *& à Philippo Mazzerio Cancellario Cypri* (c) *istis describitur Verbis, heroicæ pietatis exemplum exprimentibus:* In vigilia Nativitatis Domini Famagustæ de Ecclesia Carmelitarum, ubi hospitabatur, ad Ecclesiam majorem pedes in magno luto, pro Matutinis solemniter celebrandis, ivit. Et indutus Pontificalibus, mitrâ semper in capite, Matutinas celebravit, ac tres Missas solemnes cum nota festivè, & eundo, celebrando, redeundo, frigore percussus fuit... Omnibus festis Natale sequentibus Missas in Pontificalibus celebrabat, & totus ardens in cultu divino personæ suæ jam tactæ non parcens, die Sabbati Natale Domini sequentis de Ecclesia Carmelitarum nudis pedibus in magno luto extra civitatem ad Ecclesiam Beatæ Mariæ de * Cena ivit. Ibique in Pontificalibus, & nudis pedibus super lapidem stans, Missam solemnem celebravit. Et quandò sæpè à suis reprehendebatur, eis respondebat dicens: Quomodò antiqui Patres in eremo nudis pedibus continuè erant ambulantes?

(b) in ejus vita cap 18.

(c) Actis SS. PP. Bollandi & Henschenij ad XXIX. Jan.

S. Petri Thomæ in eâ eximia devotio:

* al. Cana.

2856. *S. Andreas Corsinus in hujus festi sacratissima nocte tanto devotionis fervore succensus fuit, ut promeruerit ab ipsâ Dei Matre gloriosè apparente certior fieri de die, quâ ad cœlum evocandus esset, sicut videre licèt in ejus vita hîc suprà* (d): *& in alia vita ex codice bibliothecæ Vaticanæ edita à PP. Bollando, & Henschenio* (e): Cùm in nocte Nativitatis Domini, antequam primam Missam cantaret, oraret in Ecclesia S. Mariæ Pumeranæ, apparuit ei gloriosa Virgo, dicens: [Ecce fili mi, appropinquat tempus, in quo de hoc ergastulo ærumnoso debes egredi: itaque in nocte Apparitionis, quando Magi Filio meo, & mihi obtulerunt aurum, thus, & myrrham, & tu dedisti animam tuam, corpus, cor, & omnia bona, amore ipsius, & mei, ideo ipsâ nocte veniam pro anima tua, & ipsam cum Angelis in regno cœlorum sociabo.] Andreas autem ex ista revelatione summè gavisus est, & cum maxima jucunditate tres Missas cantavit. *Florentinum Andream, Florentina itidem Maria Magdalena de Pazzis æmulata in contemplatione mysteriorum Nativitatis Christi sublimi earumdem intelligentiâ perspexit, qualiter Verbum ab æterno à Patre procedens, in tempore ex Matre natum, & caro factum fuerit: & qualiter anima pura spiritualiter Verbum concipiat, & pariat, foveat, in se audiat, & exprimatur in ea,* Pax hominibus bonæ voluntatis.

(d) n. 882.

(e) in Act. SS. ad XXX. Jan.

ita quoque S. Andreæ Corsini:

2857. *B. Ioanna de Rhegio tanto devotionis affectu celebrabat Christi Natalitia, ut eo die in mentis excessum rapta, digna fuerit internis animi oculis conspicere infantulum Iesum, eo planè modo, quo in Bethleem natus apparuit, nimirùm inter brachia Virginis Matris pannis involutus, fasciis cinctus, in Virginali gremio cubans: & in altissima mysterij istius contemplatione ineffabili fuit perfusa gaudio, ac cœlestibus delibuta delitiis, ac favoribus, sicut plenius refertur in ejus vita hîc suprà* (a). *Venerabilis P. Dominici à Iesu Maria Parthenij Ordinis Carmelit. Discalceatorum Generalis, virtutum præcellentium, ac sanctimoniæ famâ, seu opinione celebrati, pietas singularis fuit erga Christi nascentis mysteria, sicut in ejus vita* (b) *Reverendiss. & Illustriss. Dom. Ioannes Caramuel tradit, ita scribens:* Ponebat interdùm ob oculos jacentem in præsepio: nectnon animantes, & personas adstantes: singulas secundùm vestium figuram, coloremque, & reliquas circumstantias, quæ tunc fuerant. Summam Virginis Matris paupertatem admiratus Dominicus, summam puelli... Accedens ad Virginem; favores, quos non auderet petere, recipiebat. Tradebat enim illa infantem; cujus divinum vultum adorabat Dominicus, pedes osculabatur. *Plures alij utriusque Congregationis Discalceatorum post S. Teresiam, & B. Ioannem à Cruce iisdem devotissimos mysteriis, devotionem etiam singularem ad illa verbis, & factis expresserunt, peculiariter Ven. Franciscus à Puero Iesu: de quo hic suprà* (c).

ac B. Ioanna de Rhegio,

(a) ad diem IX. Julij num. 1959. *& Ven. P. Dominici.*

(b) lib. 2. cap. 8. num. CXLIII.

(c) n. 393.

2858. *Pietati, ac devotioni ad hoc mysterium suaviter fovendæ, & augendæ gratiâ, aliquot ex Baptistæ Mantuani libro XII. Fastorum versus, pari elegantiâ, & suavitate animum moventes, subnectuntur:*

Fortunata dies vigesima quinta Decembris,
Tot titulis splendens, tantis ornata trophæis:
Tota sub Augusto gemini quem limina Jani
Ter clausisse ferunt, tellus pacata silebat,
Sævaque depositis Bellona quieverat armis.
. . . . . .
Et cùm quisque solùm peteret natale, suamq;
Tenderet in patriam, senior cum conjuge Joseph
In Bethlehemæos ducens asinumque bovemque
Venit agros, quod ab oppidulo descenderat illo:
Hospitibus verò cũ plena frequẽtibus essent
Undique tecta, larẽ parvo sibi legit in antro.
. . . . . .
Cum soboles divina novẽ jam mensibus actis
Prodiit, & Christus terris apparuit infans.
Mòx jubar immensum, sine lumine solis, & ignis
In tenebris ortum, toto resplenduit antro.
O veneranda dies cunctis prælata diebus!
O præclara dies, omni memorabilis ævo!
O jucunda dies alacri dignissima plausu!
O nox quæ superas lucẽ splendore diurnam!
O nox delitias, nox, quæ fers omnia tecum
Gaudia, nox omni major, meliorque triũpho.
O nox Angelico cantu quæ sola fuisti
Digna frui, nox fausta, die festivior omni.

Mantuanus ibidem, & prolixiùs libro 3. Parthenicês Mariana, pari elegantiâ, & suavitate alia Christi nascentis, & Mariæ parientis mysteria decantat.

Digitized by Google

COMMEMORATIO

Præcipuorum aliquot veterum cultorum Eliani Instituti, tam in veteri, quam in nova Lege.

Ratio hujus Tractatus:

2859. INtentum primum erat, inter Acta Sanctorum Ordinis hujus etiam inferere tractationem de veteribus Sanctis, magni Prophetæ Eliæ æmulatoribus, & Prophetici Religiosi Instituti cultoribus, idque ordine mensium, & dierum, quibus coluntur, aut Martyrologiis inseruntur, sicut de SS. Monachis Martyribus in Monte Sina, ad XIV. Januarij, & aliis nonnullis hîc suprà mense Januario. Verum cùm indè opus hoc nimium augesceret, & molem in majorem excresceret, visum est convenientius, tractationem illam reponere hoc loco, ut de illis, non omnibus, sed nonnullis dumtaxàt præcipuis, agatur succinctè: (per modum memoriæ, seu commemorationis) primò de illis, qui in veteri, deinde qui in nova Lege claruerunt.

TRACTATVS PRIMVS.

De præcipuis aliquot S. Prophetæ Eliæ discipulis & posteris, sub veteri Lege.

CAPVT PRIMVM.

Præviè notanda de Ordine Prophetarum Religiosorum in veteri testamento, à S. Elia instituto.

2860. QUædam circà hæc præcesserunt hîc suprà, ad diem XX. Julij, ubi de S. Elia cap. 2. §. 1. cujus iste est titulus: *Quod Ordo Propheticus Religiosus à S. Elia institutus*; sed de eo hîc aliquantò latiùs tractandum est. *Verissimè dixit magnus Ecclesiæ Doctor Hieronymus* (a) à detrahentium dicacitate immunem neminem, nisi qui nil scripsit. *Tam varia enim sunt hominum ingenia, examinantium aliena scripta, ac censurantium, impossibile ut sit, scribentem omnibus placere, & non habere quod carpatur. Quamvis itaque Scriptoris esse debeat animus ita sublimis, ut leviculorum aut etiam eruditorum (forsan obiter, & minùs considerate scripta, extimis dumtaxat quasi labiis degustantium, aut non pramansa, non masticata devorantium; aut certè contrariâ, à qua recedere nolunt, opinione imbuterum) judicia, tam ambigua, & fluctuantia, contemnat; nè tamen suâ culpâ occasionem prabeat, utque scrupulos quibus alij possint offendi, removeat, ipsi incumbit onus: Ideo quoad Sanctos de quibus in hoc Tractatu agitur, pramittuntur sequentia. Imprimis animadvertendum, quòd etsi fortè alibi, neutiquàm tamen hoc loco declinari possint varia hominum censura; si enim de antiquis Sanctis S. Elia posteris, aut æmulatoribus pratermittatur hîc sermo; defectuosus censebitur à non paucis; eò quòd Scriptor subjecti ejus, quod suscipit, nil notabile pratermittere debeat; cùm igitur in hoc opere peculiariter agatur de S. Elia, & vita Religiosa Monastica ab eo instituta, jure etiam de illis, qui in illo Instituto ipsi successerunt, aut illud amulati sunt, tractandum est. E contrà aliis tractatio illa improbabitur, videlicet hæreticis (Religiosa Monastica vita osoribus) atque etiam orthodoxis istis, qui (falsò tamen, ut pro comperto est) existimant, Religiosam Monasticam vitam in veteri lege non fuisse, & demùm incœpisse in S. Antonio, & Hilarione. Illis enim parùm credibile videbitur, Sanctos aliquos, sive in veteri lege, sive in nova, ante præfatos SS. Antonium, & Hilarionem Monasticam vitam egisse; cùm (in eorum falsa opinione) SS. Antonius, & Hilarion primi fuerint Monachi. Denique alij in Ecclesiastica & Monastica historia magis versati, indubitatum quidem tenentes, ante SS. Antonium, & Hilarionem non tantùm Monachos fuisse, sed etiam Monachorum, & Monialium copiosissimos greges (sicut pro compertò est ex dictis supra (a): & confirmabitur ex dicendis) fortè non attendent, plerosque istorum, Religiosam Monasticam vitam à S. Elia inchoatam, & ab ejus discipulis, ac posteris Filiis Prophetarum, Essenis &c. continuatam exercuisse; atque ita quâdam ratione ad S. Eliam, tamquàm ad primum Religiosa Monastica vita exemplar, meritò referendos. Id verò licèt ex ante dictis tum in hoc, tum in antecedenti tomo, variis locis declaratum sit, operæ tamen pretium est, hoc loco compendiò animis lectorum objicere.* Porrò de Ordine Prophetico Religioso à S. Elia instituto *tractatio prahabita hic suprà ad diem XX. Iulij, capite 2. hoc loco protelabitur, & magis stabilietur.*

(a) Præfat. in Chron. Eusebij.

Scriptores omnes detrahentium dicacitati subjecti,

peculiariter hic Tractatus:

Monasticæ originem, & antiquitatem plures ignorant:

(a) n. 345.

2861. *In XII. fundamentis superius locatis* (b) *stabilitum firmiter est in auctoritatibus Patrum, & præstantissimorum Scriptorum; imò & in ipsis sacris litteris fundatum, quòd* quantùm attinet ad auctoritatem veterum scripturarum hujus *monastici* propositi, Princeps Elias, *ut loquitur S. Isidorus* (c), *& ante ipsum S. Hieronymus, & alij Patres: Nam* ab hoc Propheta Dei Elia, tanquàm à primordiali, & principali Monachorum authore, exemplariter emanavit: & primò quidem in præmemoratos viros Filios Prophetarum, ejus discipulos; deinde ab illis in cæteros. *Ita Ioannes Ierosolymitanus libro de Institutione primorum Monachorum capite 16. Plura circa hæc videri poterunt tomo præcedenti. Discipulos S. Eliæ dictos* Prophetas, *&* Filios Prophetarum, *(de quibus etiam peculiariter actum est tomo præcedenti* (d)) *à Patribus nominatos* Monachos in veteri Testamento: *imò &* Propositi, *seu* Instituti monastici Duces, *à quibus* studium defluxit paupertatis, *quandoque audivimus in antecedentibus* (e). *Discipulos autem & posteros istos S. Eliæ valdè fuisse numerosos, habetur ex libris Regum; nam ex uno Collegio Ierichuntino referuntur* (f) quinquaginta viri *Filij Prophetarum, qui secuti fuerunt Eliam, & Eliseum: & infrà* (g) *dicuntur* Filij Prophetarum habitantes coram eo (*Eliseo*) centum viri. *Totidem Prophetæ Domini centum viri memorantur* in speluncis passi ab Abdia (h). *Cum autem de istis accuratè, & prolixè tractatum sit tomo 1. Annalium Carmelitarum* (i) *generaliter quidem in Apparatu cap. 2. 3. 4. & 5. quorum isti sunt tituli:*

(b) n. 277. & sequent. *illa initium habet à S. Elia,*

(c) l. 2. de orig. offic. cap. 15.

ab ipso derivata ad alios:

(d) n. 59. & seq. & 66.

(e) n. 278. & 279.

(f) lib. 4. Reg. c. 2.

(g) cap. 4.

(h) lib. 3. Reg. c. 18.

(i) per P. Joan. Bap. de Lezana.

In

In Lege veteri Ordinem quemdam, seu Institutum Prophetarum fuisse, ad quod fermè omnes, qui post Samuelem Prophetæ vocabantur, pertinebant. Hunc Ordinem Propheticum in Religionem veteris Legis, qualis in eo statu esse poterat, ab Elia excitatum fuisse ... Eliam, Eliseum, ac Filios Prophetarum Monachos, & Monachorum Principes appellandos. *Nè hic actum agamus, & nè prolixior excrescat hic Tomus, pauca dumtaxat indè hic delibanda videntur. Ibi igitur (cap. 2. in Apparatu) ista.*

2862. Operæ pretium valde est, lectori sacræ paginæ studioso præ oculis ponere varias hujus nominis PROPHETA acceptiones in ejusdem paginæ voluminibus passim repertas. Primò ergo, ut à notioribus & solemnioribus exordiamur, PROPHETA in sacro sermone pro eo accipitur, qui occulta pandit, vel futura revelat. Secunda nominis PROPHETA, acceptio est pro divinarum laudum Cantoribus, seu Musicis, qui in templo, ex officio coram Deo, adhibitis instrumentis, psallebant, & cantabant. Tertiò tandem, & magis ad intentum nostrum (aliis acceptionibus prætermissis, quia ad istas reduci possunt) sumitur PROPHETA in divinis litteris pro homine pio, justo, & sancto, Dei cultui specialiori modo addicto, vitam à mundo alienam agente, cum Deo conversante. Maximè tamen in sacra Scriptura PROPHETÆ nomen importare sæpiùs hominem Deo devotum, & specialiori modo ipsi addictum modo superiùs dicto, nec solùm futura, aut occulta prædicentem, templive Cantorem, manifestè constat ex 1. Reg. 10. ubi postquàm Samuel unxit Saülem in Regem, dixit illi: OBVIUM HABEBIS GREGEM PROPHETARUM descendentium de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & cytharam, ipsosque prophetantes. Et infra dicitur, quòd cùm perveniisset Saül ad prædictum collem, ECCE CUNEUS PROPHETARUM OBVIUS EI. Grex enim, seu cuneus iste PROPHETARUM, aut PROPHETÆ isti non erant aliud, nisi viri sapientes, ac veluti Religiosi Dei laudibus assistentes. *Ista etiam plurimorum assertis ibi stabiliuntur: (quorum aliqua adferentur hic paulò infra.)*

PROPHETÆ *variæ acceptiones:*

nomen illud in sacris Litteris sæpè significat hominem peculiariter Dei cultui dicatum.

2863. *Post alia plura idem roborantia sequitur:* Iis jam præjactis, id quod pro titulo præsenti capiti præfiximus, verissimum esse, videlicet in Lege veteri ORDINEM quemdam PROPHETICUM, seu PROPHETALEM appellatum extitisse, ad quem omnes fermè, qui Prophetæ nuncupabantur, pertinerent ... Constat enim idem Prophetarum seu Eliæ, & discipulorum ejus Institutum, VITAM PROPHETICAM, seu PROPHETALEM (quæ solo nomine differunt ab ORDINE PROPHETICO) frequenter à Patribus, & priscis Doctoribus appellari ... Id quoque suadent plura, quæ fermè in omnibus Prophetis veteris Testamenti post Samuelem, & Eliam reperiebantur, quibus denotatur, ipsos ad eundem Ordinem, & genus hominum pertinere. Primò enim, præterquàm quòd in Collegiis vivebant, & sub majorum Prophetarum regimine manebant, homines erant vitæ probitate præclari, Dei cultui, & veneration insigniter, divini honoris zelatissimi, & inter Deum & populum precibus, & intercessionibus jugibus sequestres, ut ex singulorum gestis elici potest. Eodem etiam indumentorum genere, sacco videlicet cilicino, rudi, & aspero utebantur omnes, prout colligitur non solùm ex illo ad Hebræos 11. IN MELOTIS, ET PELLIBUS CAPRINIS, sed ex Isaiæ 20. ut ibi notant Expositores, ubi Deus illi præcepit: SOLVE SACCUM DE LUMBIS TUIS: & ex Zachariæ 13. ubi de falsis Prophetis dicitur: NEC OPERIENTUR PALLIO SACCINO, UT MENTIANTUR. Quo manifestè denotatur, illum esse proprium Prophetarum habitum, eoque uti solitos etiam pseudo-prophetas, ut veriditi crederentur. Vide Sanchez Prologom. 4. in Danielem. Maximè verò Prologom. 2. in Amos n. 6. ubi sic: Erat enim certus, & quasi legitimus Prophetarum habitus, saccus videlicet cilicinus, qualem Joannes habuit, qui tegumentum habuit ex pilis camelorum contextum, quæ optima cilicij descriptio est. Talem habuit Elias lib. 4. Regum c. 1. & Isaias cap. 20. Cum autem dicimus Prophetas omnes ordinarios post Samuelem ad Ordinem ipsorum quadamtenus pertinuisse, non est eodem modo, & æquè de omnibus accipiendum. Illi enim qui cælibem vitam cum obedientia, & paupertate ex aliquo voto duxisse reperiuntur, ad eum Ordinem veluti veri Religiosi, qualiter in veteris Legis Synagoga esse potuerunt, directè spectasse censendi: horum enim observantia pro quocumque Religioso statu omninò exigitur. Qui autem in aliquo istorum, castitate videlicet, defecisse comprobantur, ad illum quasi indirectè solùm (ad modum & veluti similitudinem, quo Tertiarij Mendicantium Religionum ad eas spectare dicuntur) pertinuisse affirmari possit. (*Animadvertendum igitur istos non fuisse Religiosos strictè loquendo, nec ad Eliæum Institutum aliter referendos, quàm Tertiarii ad Ordines, quorum sunt Tertiarij.*) Fuisse autem hoc duplex genus hominum piorum eo tempore, quorum alij an tria vota essentialia emitterent, constat ex Waldensi nostro in Doctrinali Fidei lib. 3. artic. 1. cap. 1. & ex Abulensi, 4. Reg. 6. q. 1. *Hactenus ex Apparatu ad tomum 1. Annalium Carmelitarum: consequenter luculenter declaratur:* Hunc Ordinem Propheticum in Religionem veteris Legis, qualis in eo statu esse poterat, ab Elia excitatum fuisse: *& denique:* Eliam, Eliseum, ac Filios Prophetarum Monachos, & Monachorum Principes appellandos. *Isti autem* Pophetici Ordinis, *seu* Instituti viri, *primitùs vocati* Prophetæ, *& Filij* Prophetarum: *deinde (præter alias nomenclaturas) dicti fuerunt* Esseni, *seu* Essæi *ficus non audiemus.*

Ordo Propheticus in lege veteri:

peculiariter et Dei cultui dedicatus:

ejus habitus erat humilis, & asper:

aliqui istius Ordinis veri Religiosi,

aliqui non propriè Religiosi:

variis quidem nominibus nuncupati nostris:

2864. *Ista de* Ordine Prophetico, *seu* Prophetali Instituto, *ac de* Collegiis Ordinis Prophetici, *nec non de Ordinis istius perseverantia*

usque ad Christi Salvatoris adventum, etiam aliorum illustrium Scriptorum testimoniis confirmari expedit. Livinus in caput 2. libri 4. Regum de istis viris Religiosis ita scribit: In Bethel autem & Jericho manebant Filij Prophetarum: utpote in littera: & isti erant viri Religiosi simul collegiati, vacantes orationi & contemplationi: quorum aliqui habebant spiritum prophetiæ: & tales fuerunt primò congregati sub Samuele Propheta, sicut dictum fuit, & postea sub aliis Prophetis excellentibus; propter quod dicebantur FILII PROPHETARUM: id est discipuli eorum. *Idem tradit Abulensis in idem caput, quæst. 31. ubi ista:* Sciendum autem, quòd tempore Eliæ, & Elisei erant Collegia Prophetarum in aliquibus locis Israel, & specialiter apparet de tribus, scilicet de Jericho, & Bethel, & de Galgala: ut patet supra in littera, & ibi declaratum est. Eliseus verò post raptum Eliæ fuit Princeps Prophetarum, & habitabat in istis locis, discurrendo per Collegia ista Prophetarum, sicut Elias, & frequenter mutabat locum, ad visitandum istos Filios Prophetarum. *Istis adstipulatur Sanctius, ad versum 1. capitis 17. libri 3. Regum, ubi agit de* Collegiis, *seu* Cœnobiis (*ut vocat*) Filiorum Prophetarum: *& cur ea Elias ante raptum suum visitaverit:* Quia ibi erant Filiorum Prophetarum certa quædam collegia, qualia nunc sunt Religiosorum, quorum ille Pater erat, & Princeps. Cùm tot essent discipulorum Eliæ excitata cœnobia, non est difficile in Carmeli montem deductam esse quandam quasi coloniam, quæ quia in locò tot nobilitato miraculis, & ipso Eliæ nomine, & sacrificiis illustri, principem tandem locum, inter reliquas Prophetarum domus obtinuit. *Concinit quoque Cornelius à Lapide in idem caput libri 3. Regum, & etiam ad caput 2. libri 4. Reg. ubi exponens ista:* EORUM SUNT FILII PROPHETARUM, *ait:* Erant hi discipuli Eliæ, & Elisei, aliorumque Prophetarum, qui quasi viri Religiosi, totos se dabant Deo: quorum multa jam erant collegia in Galgalis, Bethel, Jericho, Carmelo &c. ab Elia, & aliis instituta; ideoque Elias ante raptum ea hîc visitavit, ut suos alumnos in vera fide, & aspero vitæ eremiticæ instituto confirmaret. *Eadem, & luculentius de istis collegiis Filiorum Prophetarum, & qualiter illa sigillatim ante suum raptum visitaverit Elias, prosequitur Salianus.* (a). *De discipulorum 8. Eliæ multitudine agit Eliana historia illustrator insignis Ægidius Camarus, Generalis Minimorum, in opere, cui titulus est:* Elias Thesbites, *ubi agit de collegio in Galaad, & ea occasione de aliis:* Nam, *inquit*, si tot & tam celebres discipulorum scholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Jericho, Galgalis, cur non & in Galaad? Credibile certè est, Eliæ discipulos dici in illa viguisse, nec defecisse, donec ad Christi discipulos, Euangelicamque doctrinam confluerent. Et infrà: Et postremò tot discipulorum collegia à nostro Elia instituta, montes, deserta, vicos omnes obtinuerunt à mari, cui adhæret Carmelus, ad flumen usque Æthiopiæ, ad quod usque mons Galaad protenditur. *Hæc Camarus. Thomas Waldensis in celebri opere,* DOCTRINALE ANTIQUITATUM FIDEI, ET ECCLESIÆ CATHOLICÆ *tomo 1. libro 3. cap. 4. probat,* Eliam, Eliseum, Filiosque Prophetarum Institutores, & Antesignanos Monachorum, & Religiosorum. *De multitudine discipulorum Eliæ hæc, inter alia, tradit:* Quidam autem manserunt in Carmelo: quidam in monte Ephraim; multi etiam in suburbiis civitatum Regulares tractabant observantias: *& de* Ordinis Religiosi Prophetici *perseverantia usquead Salvatoris adventum:* Mansit hæc Religio Prophetarum continuò, usque ad adventum Christi: & deinceps facti sunt Principes Religiosæ militiæ Christianæ. *Ex hactenùs dictis habentur ista tria: 1. quòd in Lege veteri fuerit* Ordo *aliquis, seu* Religio, *sive* Institutum sanctorum Prophetarum, seu hominum devotorum, speciali ritu Deo servientium: *2. quòd* multi *fuerint: 3. quod is* Ordo, *seu* Institutum perstiterit usq; ad adventum Christi: *circa quem Religiosi isti viri nuncupati* Esseni, *seu* Essæi, *facti sunt Principes religiosæ militiæ Christianæ, id est, vitæ Religiosæ Monasticæ, & Eremiticæ.*

habitabant collegialiter, simul:

Ordinis Prophetici Principes Elias, & post eum Eliseus:

2865. *Animadvertendum igitur, istos* Prophetici Ordinis, *seu* Instituti *cultores jugiter continuatos usque ad Christi Incarnationem (sicut habetur ex dictis) successu temporis varias sortitos nomenclaturas. Præcipuum autem fuit istud* Esseni, *seu* Essæi: *hinc Gilbertus Genebrardus, sub isto titulo:* RELIGIOSORUM VITA, ET VOTA, ET INSTITUTA VARIA, *addit:* Elias vir pilosus, zonâ pelliceâ accinctus, & Eliseus hanc vitam illustrârunt, 3. Reg. & 4. *Posteà* (a) *sic de illis scribit:* Eliseus miris & inusitatis operibus insignis 4. Reg. 12. &c. construxit cellas Prophetis in Jerichuntis solitudine: manavit Institutum, & loci Religio ad posteros: fuitque desertum hoc usque ad Engaddi ab Essenis habitatum hominibus continentiæ incredibilis. *Deinde eos etiam* Assidæos *appellat* (b): Assidæos (id est Essæos, quasi sanctos, Hosidim Hebr.) sexaginta occidit Alcimus 1. Machab. 7. *de quibus plura hîc infrà. Ex quibus habetur, discipulos, & posteros SS. Prophetarum Eliæ, & Elisei primitus vocatos* Prophetas, *& Filios* Prophetarum; *deindè etiam dictos* Essenos, *&* Assidæos: *atque hos, & istos eosdem esse, prout etiam adstruit Nicolaus Serarius in* Trihæresio lib. 3. c. 7. *ita scribens:* Ut eosdem tamen Hessæos, & Hasidæos esse tantò stet firmiùs, adjicio, licèt nihil necesse sit, ipsam nominum originem, & significationem, quæ in utrisque est prorsùs eadem &c. *Ita quoque in Harmonia Machabaica parte 2. ad 7. libri primi & 14. secundi, peculiari titulo de* Assidæis, *ubi post multa egregiè super illo nomine & re disputata, tandem concludit:* Sed jam maneat, Essenos, & Assidæos solis inter se nominibus differre. *Ita quoque Martinus Becanus, libro Analogia veteris ac novi Testamenti:* Esseni, *inquit*, quos alij vocant Essæos, alij Hasidæos, vel Asidæos. *Et Adrianus Adrianius libro de origine Monastices cap. 2.* Unde liquet,

Essenî posteri SS. Eliæ, & Elisei.

(a) lib. 1. Chronogr. ad an. mundi 3172.

(b) lib. 2. Chronogr. ad an. mundi 3911. ad tempus perfidi Alcimi.

(a) in Annal. vet. Testam. ad an. mundi 3138. ante Christ. 914.

Ordo ille valdè multiplicatus perstitit usquead adventum Christi.

Digitized by Google

quet, hos Essenos, vel Hessenos, ipsos esse Filios Prophetarum, de quibus capite antecedente dictum fuit: qui quidem diversis in locis, temporum decursu admodùm multiplicati, usque ad Christi Domini tempora, in prima sua Institutione, vitæque spiritualis amplexu, multorum annorum centuriis constantissimè perstiterunt. *Ita Adrianus: Ex hactenus dictis, tum hôc loco, tum in antecedentibus, hic sup. in XII. Fundamentis & ad diem XX. Iulij, peculiariter cap. 2. ex sacris litteris, Patribus, & illustribus Scriptoribus, stabilitum est, quod S. Propheta Elias Ordinē Propheticā Religiosum instituerit: & quod Ordinis istius cultores variis successivè denominati nomenclaturis, perstiterint usque ad Christi Salvatoris adventum: & pòst eum continuati, ac propagati fuerunt, nuncupati, Viri Religiosi, Asceta, Therapeuta, Esseni, Viri Prophetici Ordinis, ac aliis nomenclaturis. Præcipui dumtaxat (prolixitatis nimiæ vitandæ gratiâ) Ordinis istius cultores, magni Prophetæ Eliæ discipuli, aut posteri, aut æmulatores, hîc consequenter commemorabuntur, primùm quidem, qui sub veteri Lege, deindè, qui sub Euangelica claruerunt.*

CAPVT II.

Memoria præcipuorum aliquot cultorum Ordinis Prophetici, sub veteri Lege, ordine mensium.

2866. XV. IANUARII. S. MICHÆÆ PROPHETÆ, *qui fuit filius Iemla, ex primis discipulis S. Eliæ*: qui adhæsit Eliæ, cum Elias de spelunca montis Horeb fuisset jussu Dei reversus ad terram Israël: & eruditus Michæas iste per Eliam in disciplina prophetica vitæ monasticæ, cùm esset ipse ex Filiis Prophetarum, tandem accepit à Deo spiritum prophetiæ, quo in spiritu prædixit Regi Achab duplicem belli victoriam, quam Achab obtinuit de Benadad Rege Syriæ... Postea autem cùm regnaret Joram filius hujus Achab, redarguebat eum Michæas de cultura idolorum: quem Rex Joram præcipitio interfecit; & ita martyrio coronatus. *Hactenùs ex libro, de institutione primorum Monachorum cap. 14. Plura de hoc S. Propheta videri*
(a) an. 79. *poterunt tom. præced.* (a) *Diem martyrii ejus in Scriptis, aut Martyrologiis non legimus: ejus autem memoria sit ad hunc diem XV. Ianuarii, quia ad illum in Martyrologiis insertus est alius ejusdem nominis* MICHÆAS PROPHETA, *qui* Morasthites *cognominatus, de Carmeli incolis solitariam eremiticam vitam agentibus, in sua Prophetia cap. 7. hæc scripsit*: Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli. *Quæ sic exponit Chaldæus Paraphrastes*: Pasce populum tuum verbo tuo, populum hæreditatis tuæ, in seculo, quod innovandum est: habitabunt soli qui erant deserti, sicut sylva, & inhabitabunt in Carmelo, & pascentur in terra Basan, & Galaad juxta dies pristinos. *Expositioni isti favet Hugo Cardinalis, scribens*: Pasce eos, sicut Eliam, & Joannem, vitam eremiticam diligentes, & instar onagrorum, multitudines contemnentes. *Copiosiùs verba præfata exponunt Ioannes Ierosolymitanus* (a), *& P. Iezana* (b): *ubi, inter cætera, ista*: Propheta primò orat Deum, nè populus Monachorum montis Carmeli concludatur simili sententiâ desolationis cum Judæis; sed pascatur, ut priùs, doctrinâ religionis per Deum, sub virga, id est regula suæ directionis... Deinde exponit Propheta, qualiter IN MEDIO CARMELI pascerentur, dicens: JUXTA DIES ANTIQUOS, in quibus virgâ scilicet directionis regni Dei pascebantur ab Elia in monte Carmeli, doctrinâ Propheticæ vitæ Monasticæ, secundùm formam institutionis per Deum creditam Eliæ. *An fuerit iste Michæas Prophetici Eliani Instituti, disserit idem P. Iezana in Annalibus* (c).

(a) lib de Instit. prim. Monach. c. 29.
(b) to. 1. Annal. ad an. mundi 3303.
(c) ad an. mundi 3280.

2867. I. MAJI: S. JEREMIÆ PROPHETÆ, qui à populo lapidibus obrutus, apud Taphnas occubuit, ibique sepultus est: ad cujus sepulchrum (ut refert S. Epiphanius) supplicare consueverunt, indeque sumpto pulvere, aspidum morsibus medentur. *Ita Martyrologium Romanum ad diem I. Maji: de vita ejus instituto hæc scribit Cassianus* (d) Eliam quoque & Jeremiam probamus non fuisse sub Lege, qui cum licitò uti conjugio absque reprehensione potuissent, perseverare tamen Virgines maluerunt. Sic Eliseum, ac reliquos ejusdem propositi viros Mosaica legimus superasse mandata. *Præsuli* Elias, Jeremias, Eliseus, & reliqui ejusdem propositi viri (*videlicet Filij Prophetarum, Elias, & Eliseus, de quibus ait S. Hieronymus*: Virgines multi Filij Prophetarum) *dicuntur*, non fuisse sub Lege, & Mosaica superasse mandata; *quia supra Legem, etiam Consilia Euangelica (antequam à Christo promulgata essent) servarunt. De S. Ieremiæ plura videri poterunt in Annalibus apud P. Iezana tomo primo* (e), *ubi, inter alia, ista*: Huius clarissimi Prophetæ gesta extranea non sunt Annalibus nostris; cùm putemus ipsum ad Ordinem communem Prophetalem spectasse, juxta dicta in Apparatu c. 2. & sub anno 3184. Ad quod accedit, quòd cælibem, vel virginalem vitam egisse, habent S. Ignatius in epist. ad Philadelph, Athanasius orat. 4. contra Arrianos, Hieronymus in Prologo super Jeremiam, & lib. 1. contra Jovinianum, Isidorus de vita & morte Prophetarum c. 38. & lib. 2. de officiis cap. 16. Cassianus lib. 6. de spiritu fornicat. c. 4. Glossa ordinar. in c. 35. Jeremiæ, quos communiter Expositores moderni sequuntur; præcipuè Serarius, qui in Trihæresio lib. 3. cap. 9. eum fatetur totâ vitâ, sicut Eliam & Eliseum, castitatem servasse: item Claudius Espinceus lib. 1. de continentia c. 1. eum cum Ella referens inter spirituales Eunuchos; maximè ex eo, quòd cap. 16. illi præceperit Deus: Non accipies uxorem: quod præceptum sine dubio S. Propheta adimplevit. Undè quòd Chaldæus Paraphrastes Jerem. 37. vers. 12. eum filios habuisse dicit, exponendum

(d) Collat. 21. cap. 4.

S. Ieremias Proph. Virgo, mosaicam legem superavit.

(e) ad an. mund. 3195.

Ordinis Prophetici ut.

est de discipulis: ut enim sæpiùs diximus, Prophetæ, maximè illustriores, discipulos habebant, qui eorum filij nuncupabantur. Ex eo autem quòd virginalem, vel cælibem vitam Jeremias gesserit, ad Ordinem Propheticum spectasse elicitur; nam res tam ardua, & parùm in populo Israëlis usitata, vix apud alios, quàm apud Eliæ sectatores, reperiebatur; ELIAS enim, ut testatur Dorotheus in Synopsi Prophetarum, PRIMUS EX HOMINIBUS FUIT, QUI VNAM ANGELORUM, ET HOMINUM VIAM OSTENDIT. *Hactenùs Lezana: apud quem ibi, & alibi in sequentibus plura de hoc sancto Propheta etiam alia traduntur.*

2868. VI. JULII: S. ISAIÆ PROPHETÆ, *de quo ista in Martyrologio Romano*: In Judæa sancti Isaiæ Prophetæ, qui sub Manasse Rege sectus in duas partes, occubuit *& in Annalibus Carmelitanis* (a): In Judæ autem regno suscitavit Deus sub hoc tempore, post Jeroboami Regis Israëlis mortem plurimis titulis clarissimum Isaiam Prophetam... Omnes alios Prophetas in eo excedit, quòd ita Christi, & Euangelicæ legis mysteria clarè, & enucleatè prosequatur, ut teste Hieronymo in Præfat. in Isaiam, non tam Propheta dicendus sit, quàm Euangelista. *Et infra*: Ut non putes eum de futuro Vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Quod & approbat S. Augustinus 18. de Civitate Dei c. 29. & ipsis oculis cernent legentes singula fermè ejus prophetiæ capita; specialiter cap. 7. 9. 11. 34. 35. 53. & 60. Ad Ordinem Propheticum à Samuele inchoatum, & ab Elia excitatum spectare aliquo modo celeberrimum hunc Dei Prophetam Isaiam, præter allata in Apparatu cap. 2. & sub anno 3184. confirmat vestis ipsius quotidiana, quæ fuit tunica cilicina, ut S. Isidorus in ejus vita describit: qualem etiam Prophetarum habitum fuisse diximus. *Ita ibi Lezana, idipsum aliis etiam fundamentis stabiliens, de ejus obitu infra* (b) *ista tradit*: Ætate provectissimus, centenario videlicet major, & Prophetiæ singulari dono dignissimus, nec ferre posset adolescentis Regis scelerata gesta, Regem, Principes, & populum objurgabat, ingratitudinem exprobrabat, vitia redarguebat, eosque precibus, minis, verborumque acerbitate ad viam rectam trahere contendebat. Sed illi tam molestum interpellatorem, & obtrectatorem sustinere nolentes, de medio tollendum curârunt... Quo tamen mortis genere occisus sit, etsi Scriptura non referat, communis traditio tenet, serrâ ligneâ in duas partes crudeliter sectum occubuisse. *Id ibi auctoritate S. Hieronymi, S. Epiphanij, & aliorum confirmatur. De Carmelo, & ejus incolis ista dixit*: Et habitabit in solitudine judicium, & justitia in Charmel sedebit. Et opus justitiæ erit pax, & cultus justitiæ silentium. *Ita cap. 32. (ultima illa inserta sunt Regulæ Carmelitanæ.) Eodem capite habet*: Et erit desertum in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur: *& capite 10.* Auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo. *Ita quoque Jeremias cap. 4.* Aspexi & ecce Carmelus desertus, & omnes urbes ejus destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris ejus. *Et ista adimpleta fuerunt circa annum Christi 1291. quandò contigit id quod circa istud tempus Wernerus Carthusiensis in Fasciculo temporum de Carmeli monasterio, & ejus Religiosis scribit*: Deiferæ Mariæ in Carmelo Monasterium ab eis (*Paganis*) igne crematur, Fratribus inventis in eo perfidorum gladiis trucidatis, & tunc (proh dolor!) Ordo Carmeliticus mellifluum locum ex toto perdidit, in quo ex tempore Eliæ & Elisei Prophetarum, duobus millibus, ducentis viginti & uno annis perstiterant. *Et ista obiter. Plura circa hoc videri poterunt tomo præcedenti* (a).

(a) n. 448. & seq.

2869. XXI. JULII: S. DANIELIS PROPHETÆ, *de quo, & tribus Sociis ejus, ista in Annalibus Carmelitanis*: Quòd Sancti hujus Danielis, & sociorum historia nostris debeat Annalibus inseri, utpote Ordinis Prophetici professorum, suadetur, tùm ex dictis in Apparatu cap. 2. & sub anno 3184. tùm (inter alia, quæ afferemus) ex modo, rituque vivendi illorum (*qui ibi consequenter describitur.*) Tùm etiam, quia Virginitatem coluisse, Patrum sententia est: id enim de Daniele docent S. Augustinus in Psal. 132. *Patres alij plures adstruunt castitatem perpetuam S. Danielis: qui eunuchus fuit, non sic natus, aut ab hominibus factus: sed de eorum numero, de quibus Christus Dominus: Sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum cœlorum, à se præcidentes præputium incontinentiæ, & virginitatis florem illibatum servantes. Hinc S. Aldelmus, seu Althelmus lib. 1. de laude virginitatis, sic de S. Daniele*:

Quòd Daniel semper Virgo Floresceret almus,
Qui nobis normam sacratæ Virginitatis,
Imbuit, & speculum vitæ monstravit alumnis, &c.

Quibus nedùm Virginem, *sed & sacratum* Virginem, *& virginitatis Monasticæ speculum ipsum appellare videtur. Prædicta confirmantur ex quadam revelatione ejusdem Danielis cuidam Presbytero Gallo Ioanni de Bosco, sub anno Christi 1478. facta, quam refert Nicolaus Beltrandus advocatus & Iuris Professor Tolosæ, in opere de gestis Tolosanor. in Tractatu de inventione B. Susannæ Babylonicæ, ac ipsius elevatione, Tolosæ impressis vetustissimo charactere anno 1515. ubi revelatio ista sic refertur*: Respiciens vidi speciosum juvenem &c. habitu tamen Carmeli, seu Eliæ à summo usque ad deorsum eum circumdante. Præ timore autem territus fui, ut subitò eversus propè caderem; postposito tamen pede, non cecidi, sed eundem aspexi, nomineque Jesu priùs invocato, ac signo Crucis in me celeriter facto, eidem sermones meos dirigendo, dixi: Adjuro te ex parte Omnipotentis Dei, ut si tu es malignus spiritus, subitò abeas ab hoc loco, & ipse hilari vultu respexit me: *& addit*: Ego sum Daniel: *& postea rursùs illi dubitanti*: Certissimè sum Daniel; scias, me directum à Domino, quem dulciter reclamasti ad te auxilian-

S. Daniel Propheta,

eunuchus non corpore sed spiritu,

Virgo sacer:

apparet in habitu Eliano, seu Carmelitano.

(a) ad an. mundi 3251. ante Christum 801.

S. Isaias de Christo clarissimè scripsit:

vestis ejus cilicina innuit, fuisse Ordinis Prophetici

(b) ad ann. mundi 3340.

traditur serrâ ligneâ sectus:

qua de Carmelo prophetaverit.

Digitized by Google

auxiliandum in tribulatione tua, propter quam ferò in Ecclesia invocasti Susannam. *Revelatio illa plenius extat descripta dicto loco Annalium Carmelitarum* (a). *Simile id est, quod Ioannes Iustinianus Ordinis Prædicatorum, & ex eo Carthagena lib. 17. Homiliarum, Homiliâ 2. referunt, videlicet*: cuidam Episcopo dubitanti, an liceret celebrare festum Susannæ Babylonicæ, apparuisse Danielem Prophetam, Carmelitico habitu indutum. Cùmque mirabundus hæreret Episcopus, & quæreret, quâ ratione tali veste amictus conspiceretur? Respondit, plerosque Prophetarum istius fuisse Religionis.

(a) ad an. mundi 3428.

2870. *De Religiosis à S. Propheta Elia institutis, tempore S. Danielis Prophetæ existentibus, ista tradit VValdensis in celebri opere: Doctrinali fidei* (b) *ita scribens*: In hymno trium puerorum post omnium creaturarum memoriam recolit Religiosos illius temporis, specialiter exhortans eos, ut benedicant. Benedicite, inquit, Religiosi omnes Domino Deo Deorum, laudate, & confitemini ei, quia in omnia sæculà misericordia ejus. Quos benè hortabatur in fine hymni, ut per hoc quod præposuit Sacerdotes, & Israël, id est, populum, & Ananiam, Azariam, & Misaëlem, & deindè subjunxit Religiosos, daretur intelligi, tales quosdam sanctos fuisse alios à sacerdotibus templi, & à vita, & à conversatione populi segregatos, qui quamvis ab antiquo fuerint instituti, numquam tamen fuerunt usque ad Eliam publicè, & regulariter congregati: qualiter ab Hieronymo suprà dictum est & cum eo Isidorus lib. 2. de offic. cap. 9. Undè autem, inquit, ad monachos studium defluxerit paupertatis? vel quis hujus conversationis extiterit auctor, cujus habitum imitantur? Quantùm, inquam, attinet ad auctoritatem Veterum Scripturarum, hujus propositi princeps Helias, & discipulus ejus Eliseus fuerunt. *Hactenùs VValdensis: Quòd autem isti* Religiosi, *sequaces, seu posteri S. Eliæ in religiosa disciplina, perstiterint, & continuati fuerint usque ad Christi Salvatoris adventum, traditum est quandoque in antecedentibus & confirmabitur hîc infrà sub finem capitis* 3.

(b) tomo 1. lib. 3. art. 1. c. 4.

RELIGIOSI *posteri S. Elia tempore Danielis Prophetæ.*

2871. XXI. SEPTEMBRIS: S. JONÆ PROPHETÆ, *de quo ista Ioannes Hierosolymitanus* (c): Inter Prophetas Eliæ discipulos primus ordine temporis ad vitam monasticam per Eliam Prophetam vocatus fuit sanctus Jonas de regione Geth, quæ est in Offir, filius illius mulieris viduæ, cui ligna colligenti in Sarepta Sidoniorum, Elias obviavit, & in cujus domo latuit, dum Rex Achab per omnes gentes & regna eum ad mortem perquiri fecit. Hunc Jonam puerum Elias tunc resuscitavit à mortuis, cùm sustentaretur in domo suæ matris: quem ob hoc mater, ex devotione, tradidit Eliæ erudiendum in disciplina prophetica vitæ monasticæ: & factus Eliæ discipulus, ministrabat ei. *Quòd Ionas fuerit ille, quem S. Elias suscitavit, tradunt quoque S. Epiphanius, S. Hieronymus, S. Isidorus, & alij: imò secundum omnes Doctores Hebraicos & Latinos, iste Ionas fuerit filius Mulieris viduæ, quem suscitavit Elias, plura de eo videri poterunt tomo præcedenti variis locis.* (a)

(c) lib. de institut. prim. Monach. c. 12.

S. *Ionas Proph discipulus S. Eliæ:*

id est tostasessimum.

(a) nu. 69. & seq. n. 587. 803. 952. 1547.

2872. XIX. NOVEMBRIS: S. ABDIÆ PROPHETÆ, qui, ut in libro Regnorum legitur, timuit ab infantia sua valdè Dominum. Et priùs quidem Abdias dispensator Regis Achab existens, cùm Regina Jezabel interficeret Prophetas Domini, tulit ipse, centum ex illis Prophetis Eliæ discipulis: quos, durante illâ persecutione, quinquagenos in speluncis abscondens, pane & aquâ pavit. Deindè, mortuo Achab Rege, cùm filius ejus Ochozias Rex duos Principes quinquagenarios ad Eliam misisset, qui, orante Elia, fuerunt cum suis ab igne de cælo descendente combusti; iursùs misit Rex hunc Abdiam cum quinquaginta viris: qui in monte Carmeli coram Elia genuflectens, pro anima sua, & pro animabus suorum quinquaginta, Eliam humiliter exoravit. Porrò Elias cernens Abdiæ humilitatem, & recolens, quòd centum suis discipulis vitam restauraverat, vicissitudinem ei rependit: quoniam sibi, ac suis quinquaginta, vitam clementer servavit. Hanc ergò gratiam ab Elia obtentam Abdias recognoscens, relicto obsequio Regis Ochoziæ, factus fuit discipulus Eliæ. *Ista, & alia, de eo traduntur in libro* de institutione primorum Monachorum cap. 15. Fuit autem Abdias de terra Sichem, de agro Betaniorum, quinquagenarius ille, cui pepercit Elias, qui, relicto obsequio Regis, factus est Eliæ discipulus. Cujus sepulchrum usque hodie cum Mausolæo Elisæi, & Joannis Baptistæ in Sebaste venerationi habetur. *Ita Magister historia scholastica* (b). *Eadem tradunt S. Hieronymus relatus hîc suprà* (c), *& alij. Ideò autem tres isti, S. Eliseus, S. Abdias, S. Ioannes Baptista in eodem sepulchro conditi sunt; quia ejusdem fuerunt Instituti Prophetici Monastici, & à S. Elia inchoati, sicut etiam antè audivimus. Plura de eo videri poterunt tomo præcedenti.* (d)

S. Abdias, ex dispensatore Regis Achab, discipulus S. Elia:

sepultus est cum S. Eliseo,

(b) super c. 15. lib. 4. Reg.

(c) n. 1894. & seq. & 2263.

(d) n. 81. & seq. n. 159. & 588.

CAPUT III.

Memoria illustrium aliquot Eliani Essæni Instituti cultorum, qui floruerunt in veteri Lege, sub finem ætatis VI. appropinquante adventu Christi Salvatoris, aut eo jam nato.

2873. SANCTORUM SEXAGINTA ASSIDÆORUM, *seu* ESSENORUM, *de quibus ista Gilbertus Genebrardus* (e): Assidæos (id est Essæos, quasi sanctos Hosidin Hebraicè) sexaginta occidit Alcimus 1. Machabæorum 7. *Dicto loco hæc de illis leguntur*: Assidæi, qui erant in Filiis Israel... Et comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in una die, secundùm verbum quod scriptum est: Carnes Sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum

(e) Chronogr. lib 2. ad an. mundi 3911.

SS. Assidæi seu Essæni 60. occisi,

Digitized by Google

ipsorum effuderunt in circuitu Jerusalem, & non erat, qui sepeliret. *Isti ibi vocantur* Sancti; *& ideo titulus ille hîc eis non denegandus videbatur. De ipsis hunc Psalmum etiam intellexerunt S. Augustinus, Theodoretus, Euthymius, & alij passim. Quantùm ad etymologiam nominis* Assidæi, *Hugo Cardinalis in caput* 14. *libri secundi Machabæorum scribit de Asidæis*: Ab assiduitate vocantur quasi cultûs Dei assidui, quales fuerunt Judas, & sui. *Idem tradunt S. Thomas, Rabanus, Liranus, & Dionysius Carthusianus* (a). *Ita etiam Essenos (quibuscum* Assidæi *Instituto conveniebant, aut iidem erant, ut jam dictum, & mox confirmabitur, ab assiduitate contemplandi & orandi,* Essæos *dictos, scribit vetustus Pater S. Nilus in Ascetico, ubi loquens de illis, dicit:* Contemplationi vacant assiduè, ex quo Essæi appellantur. *Alij vero, ut Lorinus, Serarius, Boulducus &c. (apud eumdem) existimant, nomen* Assidæi *derivari à voce Hebræa* Chasid, *seu* Hasid, *quod est, sanctus, pius, benignus, & misericors: unde etiam plerique derivatum autumant nomen* Esseni, *seu* Essæi. *Essenos autem, seu Essæos (& consequenter Asidæos) ejusdem Ordinis, seu Instituti Prophetici fuisse, habetur ex suprà dictis* (b). *Animadvertendum vero, ipsorum* Assidæorum, *sicut &* Rechabitarum, *ac* Filiorum Prophetarum *diversas fuisse vitæ formas; etsi enim commune omnibus esset, pietatis, virtutis, & cultûs Dei speciale studium; quidam tamen conjugij legibus adstricti erant (pauciores quidem ex Filiis Prophetarum, plures autem ex Rechabitis, & Asidæis) alij verò matrimonij jura repudiantes, castitatis, & virginitatis cultores erant, de quibus S. Hieronymus ad Eustochium scribit:* Virgo Elias, Eliseus virgo, virgines multi Filij Prophetarum.

(a) apud Lezan. to. 1. Annal. Carm. ad an. mundi 3847.

fuerunt isti Prophetici Ordinis;

(b) n. 286. & sequent.

2874. JUDÆ MACHABÆI, Assidæi, & Assidæorum Principis. *Nicolaus Serarius Societatis Iesu, sacrarum literarum interpres, in libros Machabæorum, circa caput XIV. libro 2. cùm pluribus egisset de Essenis, & Asidais, tandem concludens, scribit:* Sed jam maneat, Essenos, & Assidæos solis inter se nominibus differre. *In caput* 14. *libri secundi Machabæorum scribit de Asidais*: Ab assiduitate vocantur quasi cultûs Dei assidui, quales fuerunt Judas, & sui: *& immediatè hunc subjungit titulum*: De ipso Assidæorum principe Juda: *ubi ista*: Ac primò quidem colligendum illud, quantæ in Deum religionis, quantæque virtutis Machabæus Judas noster fuerit, qui, ut supra dictum est, hîc vers. 6. Assidæorum istorum dux & princeps, seu, ut in religiosis hodiè familiis vocantur, GENERALIS PRÆPOSITUS fuerit... Cur eodem libro 2. cap. 5. dicatur, cum suis, ferarum more, in montibus vixisse, & fœni cibum edisse, ne ullo modo Antiochicæ contaminationis participes fierent, cùm essent puritatis omnis studiosissimi.... Ut ad Assidæos etiam istos in montibus, & speluncis latitantes, adeoque tenuiter, ærumnosissimam vitam agentes, vel trahentes potiùs, respicere meritò videatur S. Paulus Hebr. 11. vers. 37. 38. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, afflicti, &c. (*Illa de S. Elia, & posteris ejus intelligenda, habetur ex supra dictis* (a).

Judas Machabæus Assidæus, seu Essenus,

puritatis studiosissimus,

(a) nu. 28. & 29. pag. 8. & 9.

2875. *Prosequitur Serarius*: Cur, uti capite 14. lib. 2. vers. 25. traditur, uxorem nullam hactenùs Judas duxisset. Essenorum siquidem alij (Josephum semper auctorem sequor) uxorem numquàm ducebant quidem, sed nequaquàm propriè. Ideoque nè ducturus quidem jam fuisset Judas, nisi ad commune bonum, & pacem, Nicanoris precibus id annuendum purasset. Atque hinc illa Plinij lib. 5. cap. 17. admiratio, & laudatio. Ab occidentali Asphaltitæ littore, Esseni, quos fugitant usquequaquè nocentes. Gens sola, & in toto Orbe præter cæteras mira, sine ulla femina, omni venere abdicatâ. *Salianus ad annum mundi* 3893. *ante Christum* 160. *conformiter scribit, agens de Nicanore, Iudam, ut uxorem duceret, hortante ex singulari amicitia.* Hinc illa amica monitio, & familiaris adhortatio: ROGAVIT QUE EUM DUCERE UXOREM, FILIOSQUE PROCREARE. NUPTIAS FECIT, QUIETE EGIT, COMMUNITERQUE VIVEBANT, aut vivebat potiùs... Significat autem, ut rectè interpretatur Serarius, Judam, accepta uxore, nihilominùs in Essenorum vitæ instituto constanter perseverasse, quod est, & communem vitam egisse, qualis est eorum, qui nihil habent proprium, sed omnia communia. *Quod fuerit Princeps Machabæorum exprimitur libro* 2. *Machabæorum cap.* 4. *ubi ista*: Ipsi qui dicuntur Assidæi, quibus præest Judas Machabæus. *Quòd autem ipse cum suis Asidæis collegialiter, & quasi conventualiter, sicut modo Religiosi, simul viverent, eruitur ex ipsis quæ scribit Iosephus Gorionides lib.* 3. *cap.* 3. *his verbis, quæ Serarius in cap.* 1. *lib.* 1. *Machabæorum & cap.* 5. *ac* 6. *lib.* 2. *refert:* Dispersit (Antiochus scilicet, mediis suis ministris) universum cœtum, seu Collegium, & Congregationem Assidæorum, qui erant humanissimi, & fugerant Assidæi in silvas, & comederunt herbam, veluti pecudes, & latuerint, bestiarum instar, in silvis. *Plura circa hæc videri poterunt Tomo* 1. *Annalium Carmelitarum,* (b).

quasi coactus, ob commune bonum, uxorem duxit.

& interim Essenorum institutæ servans.

(b) vid. in Indice verbo: JUDAS MACHAB.

2876. JUDÆ ESSENI *alterius clarissimi, tempore Ioannis Hircani Pontificis Iudæorum (qui Pontificatum, & Principatum apud Iudæos gessit ab anno mundi* 3920. *ante Christum* 133. *usque ad annum mundi* 3950. *ante Christum* 103.) *de quo ista Salianus in Annalibus* (c): Iudas, sectâ Essenus, prædictionis gratiâ celebris, cujus prædictiones, inquit Iosephus; nunquàm fefellerunt, quique Antigoni filij Hyrcani mortis diem ac locum certò etiam prædixerat. Hunc ergò Iudam hoc loco intelligi consentaneum est, virum religione, & prophetiæ gratiâ celebrem, ideoque magnæ apud Iudæos omnes auctoritatis, præsertim circà ea, quæ ad religionem, & Dei cultum pertinent. *Et Nicolaus Serarius in caput* 2. *lib.* 3. *Machabæorum* (d): Sciendum igitur, his ipsis Hyrcani temporibus Iudas plures, maximè tamen tres eximios fuisse. *Et infrà*: Tertius fuit Iudas quidam Essenus, qui ob sapientiam,

Iudas alter, etiam Essenus,

(c) ad an. mundi 3930. ante Christ. 123.

religione, & prophetia gratia celebri.

(d) quæst. 2.

Digitized by Google

tiam, futurorumque prædicendorum scientiam, magnæ apud omnes auctoritatis erat, uti ostendit Josephus lib. 13. cap. 19. *aut potiùs* 18. *ubi ista Iosephus*: Admirari potest quilibet & Judam Essæum genere, qui numquàm in iis quæ prædixit, mentitus est. Nam hic cùm vidisset Antigonum per templum transire, clamavit sociis suis & notis, qui gratiam prædicendi futura doctrinæ ejus observabant: Melius est mihi mori, quàm si mortem fuero mentitus Antigoni, quem hodiè video periturum in turri Stratonis (*& ita contigit; eo enim die illo loco interemptus fuit*) Et *libro* 1. *de Bello Iudaico cap.* 2. In hoc autem etiam Judam quis non rectè miretur? Essæus erat genere, qui nunquàm divinando aberravit. *Iosephus autem Gorionides lib.* 4. *cap.* 7. *sic*: Aderat autem vir quidam nomine Jehudas ex probatioribus Assidæis. *Hegesippus autem lib.* 1. *c.* 6. *cum* Essenum *dicit, ac propter bonam vitam, vel mysticam observationem sapiùs futura prædixisse. Ita* P. *Lezana in Annalibus* (a): *ubi rectè notat ipsum Iudam promiscuè ab Auctoribus* Essenum, *&* Assidæum *vocari*: quo denotatur, Essenos, & Assidæos ejusdem Instituti homines esse, *inquit, sicut plenius declaratum est in antecedentibus. De isto Iuda, gestis, & scriptis ejus plura ibi*, (b) *& in sequentibus videri poterunt.*

(a) ad an. mundi 3920. n. 4.

(b) apud Lezan. ad an. mundi 3951.

2877. Scariothi, *seu* Cariothi Abbatis, *de quo ista Palæonydorus agens de Essenis, seu Assidæis*: De horum congregatione erat ille magnus Abbas & Propheta Scariothus, qui (teste Magistro historiarum) fuit unus illorum, qui Christo resurgenti consurrexit. *Magister autem historiæ Ecclesiasticæ* (c) *ubi de illis, qui tempore Christi surrexerunt cum eo, ista tradit*: Sanctus Scarioth unus eorum fuisse perhibetur: *&* Brocardus *in Terræ sanctæ descriptione* (d): Ex Bethlehem una leuca, & amplius, in via, quæ ducit Thecuam, est sepulchrum S. Cariathot Abbatis cum suis monachis, quo migrante, omnes migraverunt, & fuit illuc magnus populorum concursus. Bartholomæus Cassanæus *in Catalogo gloriæ mundi* (e) *tractans de monachis veteris Legis, hæc scribit*: In volumine Ecclesiasticæ historiæ, in Rubrica de signis in morte Domini, habetur de S. Scarioth, qui abbas monasterij fuisse dicitur: quo mortuo, ejus monachi sub ejus obedientia degentes, inconsolabiliter doluerunt: ex quo comprehenditur, quòd Scarioth Abbas fuit, & non simpliciter Abbas, sed sub se monachos habuit. *Plura de eo videri poterunt apud P. Lezana in Annalibus* (f).

Scarioth Pater, seu Abbas Religiosorum tempore Christi.

(c) in Euang. hist. cap. 178.

(d) parte 1. cap. 7. §. 70.

(e) parte 4. consid. 53.

(f) tom. 1. ad an. mundi 4065. n. 9.

2878. *De Collegio Essenorum illis temporibus in deserto Iudææ meminit Dominicus Soto Ordinis Prædicatorum Theologus celebris* (g) *ubi tractans de castitate, & virginitate, servata etiam in veteri Lege*: Veritas hæc præterea multis Prophetarum exemplis comprobatur. Isaias namque, Eliseus, & Jeremias, ut Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum auctor est, complureſque alij à re uxoria se prorsùs abdicârunt: circumeuntes (uti ait Paulus ad Hebræos) in melotis, & in pellibus caprinis, in solitudinibus oberrantes, & in speluncis, & cavernis terræ: & Josephus, ac Solinus referunt, ante Christi adventum Essenorum Collegium in deserto Judææ, more nostrorum Anachoretarum, sanctissimam degüisse vitam: *quos inter refert S. Ioannem Baptistam: id etiam tradam alij. Ipsum fuisse de posteris S. Eliæ, & in ejus spiritu, & virtute, solitariam, eremiticam monasticam vitam egisse, auctoritate Scripturarum, & Patrum, stabilitum est in antecedentibus, variis locis* (a). *Hinc S. Elias in veteri Lege (& absolute primus) ac S. Ioannes Bap. in Euangelica, principes monachorum, & eremitarum sunt. Quòd etiam inter Essenos, unus ex eis, vixerit S. Iacobus Alphæi Apostolus, scribit Nicolaus Serarius in libro inscripto* Trihæresium *lib.* 3. *cap.* 9. Nam certè, *inquit*, quæ de sanctissimi hujus Apostoli virginitate, abstinentia, precandi assiduitate, summaque apud Judæos auctoritate gravissimi tradidêre Scriptores, ad Essæorum mores quadrant optimè. *Quin cap.* 18. §. alterum argumentum, *eum appellat* Essæorum Christianorum Principem. *Id aliorum auctoritatibus confirmatum videri poterit apud P. Lezana tom.* 1. *Annalium. Idem sentiendum de Symeone, de quo ista Eusebius in Ecclesiastica historia, describens martyrium præfati S. Iacobi*: Unus ex sacerdotibus ex filiis Rhecab, filij Rhecabim, qui sunt Hieremiæ testimonio commendati, voce emissâ contentiùs dixit: Quid agitis? Justus pro vobis Deum deprecatur. Hominem verò, qui hæc dixit, fuisse Symeonem ejus nepotem ex sorore, filium Cleophæ tradit Epiphanius (b). *De eodem, & Rechabitis, ac Essenis hæc quoque habet Cardinalis Baronius in Annalibus*, (c) Cæterum etsi Rechabitarum instituta cessassent; non tamen genus illorum extinctum est: nam de eis Dominus dixerat: Non deficiet vir de stirpe Jonadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Meminit Hegesippus de homine Rechabita, qui interfuit neci Jacobi justi.

Essenorum collegium in deserto Iudææ ante Christi adventum:

S. Ioannes Bap. vitam monasticam à S. Elia inchoatam, egit.

(a) hîc suprà n. 1919. & seq.

Ibi etiam inter Essenos vixit S. Iacobus Alphæi Apostolus postea:

(b) Epiph. Hæresi 78.

(c) ad an. Christi 64.

2879. *De Religiosis posteris SS. Prophetarum Eliæ & Elisei, sub finem sextæ ætatis, & temporibus Christi plura videri poterunt in libro* de Institutione primorum Monachorum *per Ioannem Ierosolymitanum, cap.* 34. *ubi ista, inter cætera*: Temporibus autem baptismum Ioannis præcedentibus, gens Judæorum à diversis gentibus, & Regibus multas perpessa est captivitates, & dispersa in diversas gentium regiones: maximè autem ab Antiocho Epiphane Rege Syriæ durissimas sustinuerat in lege persecutiones. Ex his autem Iudæis, natis in regionibus illis, multi, devotione tracti Terræ promissionis, tempore Imperij Tiberij Cæsaris, ad terram illam, cùm in pacis tenderetur tranquillitate, remeantes, studebant religiosè illic vivere, copulantes se prædictis Religiosis habitantibus in Terra promissionis urbibus, & præsertim illis, qui manebant in Ierusalem. Quorum memoratus fuit beatus Lucas in Actibus Apostolorum, dicens: Erant autem in Ieru-

Viri Religiosi Iudæi ex omni natione, tempore Christi.

Digitized by Google

Prophetici Eliani Instituti cultores.

SALEM HABITANTES JUDÆI VIRI RELIGIOSI EX OMNI NATIONE, QUÆ SUB COELO EST. Habebant siquidem prædicti Religiosi tunc mansionem, maximè in Jerusalem: quia cum esset civitas insignis, & Metropolis Judæorum, in qua cultus divinus præcipuè vigebat, reperiebant in ea plures devotos Judæos, qui se ad eorum religionem convertebant. Quos postquàm prædicti Religiosi in rudimentis disciplinæ propheticæ, & monasticæ vitæ erudierant, ad eremos transferebant. *Et capite* 37. Ut autem vehementiùs religiosos attraheret, cognominans eos proprio titulo, quem à Prophetis traxerant, dixit eis: Vos ESTIS FILII PROPHETARUM. *Et quidem plures tradunt, quod S. Lucas in Actis Apostolorum cap.* 3. *per ista:* Vos ESTIS FILII PROPHETARUM, non denotat eos, qui futura, aut occulta pandebant, sed qui specialiori Dei cultui & obsequiis vitam suam nuncupaverant, imitatores scilicet, & posteros SS. Prophetarum Eliæ, & Elisei. *Quod etiam confirmatur testimonio Iosephi Antiocheni in Speculo perfectæ militiæ Christianæ, cap.* 12. *his verbis:* Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadjutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij, contemplationique dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei sequaces. *Plura ex eo adducta sunt hic* (a) n. 282. *supra* (a). *Sed de istis* S. Eliæ sequacibus, *seu æmulatoribus, continuatis jugiter, usque ad Euangelicam Legem plures hinc indè adducta sunt in antecedentibus auctoritates, quibus etiam suffragatur hæc ratio, seu ratiocinatio, sive historico-theologicum argumentum.*

CAPUT IV.

Hæreditaria successio in Religioso, Prophetico, Eliano Instituto ab ipso Elia, usque ad Christi Salvatoris adventum: & translatio Ordinis à Lege veteri ad novam.

Successio continuata Eliani Religiosi instituti declarat.

2880. *QVemadmodum in Theologia, & Philosophia ex certis* PRÆMISSIS, *ritè dispositis, certa educitur* CONCLUSIO: *sic ex certis historiarum principiis, seu lemmatibus, sive positionibus, inferuntur asserta alia, veluti conclusiones. Quantum ad historiam originis, & successionis Carmelitanæ,* PRÆMISSARUM *loco sint lemmata, seu positiones ista.* PRÆMISSA PRIMA, *seu* MAJOR: SS. Prophetæ Elias, & Eliseus, montis Carmeli, & aliorum locorum solitariorum incolæ, Virgines, relictis terrenis omnibus, voluntariè pauperes, imò pauperrimi, obedientiam etiam, & alias religiosas monasticas observantias practicantes, in habitu etiam à reliquo populo discreti, in eadem vitæ ratione discipulos habuerunt, & quidem plurimos, sicut constat ex ante dictis capite 1. videlicet Filios Prophetarum, virgines: VIRGINES MULTI FILII PROPHETARUM, inquit S. Hieronymus ad Eustochium, & variis locis eorum deprædicat paupertatem, ac diserte MONACHOS nuncupat. PRÆMISSA SECUNDA, seu MINOR: Sed præfati Elias, & Eliseus fuerunt vitæ sanctissimæ, & ut tales notissimi, sicut etiam, quòd eorum vitæ institutum sublimioris esset perfectionis, quàm cæterorum; propterea, sicut unà cum ipsis, isti eorum discipuli Filij Prophetarum desiderio majoris perfectionis, idem vitæ institutum æmulati sunt, ita quoque pòst istos Esseni, Assidæi, Religiosi, seu Viri Religiosi, à Filiis Prophetarum orti, aut iidem cum illis: quales semper fuerunt in populo Israëlitico. CONCLUSIO: Ergò post SS. Eliam, & Eliseum Filij Prophetarum perstiterunt in eodem vitæ genere: & pòst istos alij, atque alij, continuatâ successionis serie, usque ad Christi Salvatoris adventum.

2881. MAJOR *certa est ex Scripturis Sanctis, & Patribus; videlicèt, quòd SS. Propheta Elias, & Eliseus incoluerint Carmelum, & loca solitaria alia, in paupertate, castitate, & aliis monasticis virtutibus. Auctoritates luculentæ ex Scripturis sanctis, ac Patribus adductæ sunt hìc suprà, in vita utriusque: in vita quidem S. Eliæ, parte* 5. *cap.* 1. *& 2.* (a) *& in vita S. Eliseì cap.* 2. *&* 7. (b) *ac sub isto titulo:* Manipulus virtutum, *cap.* 1. *&* 2. (c) MINOR, *quoad priorem partem,* notissimum fuisse in Israëlitico populo, quòd SS. Elias, & Eliseus fuerint viri sanctissimi, & ratio vitæ eorum sublimis perfectionis, *similiter habetur ex Scripturis, & Patribus, illos; & Institutum eorum commendantibus. Constat quoque, in populo Israelitico fuisse semper plures* Religiosos *(de quibus hic suprà, ubi de Daniele Propheta) ita quidem, ut, attestante Scripturâ divinâ, etiam tempore Christi fuerint in Ierusalem* habitantes viri Religiosi, ex omni natione, quæ sub cœlo est, *sicut jam statim audivimus. Et hinc etiam* CONCLUSIO *probata manet. Etenim, sive illud,* Religiosi *in hymno trium puerorum, &* viri Religiosi, *apud S. Lucam, intelligatur de* verè ac strictè Religiosis, *seu lutlori acceptione, de* viris peculiari ratione deditis divino obsequio, *habetur intentum. Sicut enim S. Benedicti, viri sanctissimi, instituta acceptârunt ejus discipuli, & pòst istos alij, semper continuati, usque in præsens; sic quoque in Ordinibus Augustiniano, Præmonstratensi, Carthusiensi, Cisterciensi, & aliis: ita nulla fuit ratio, post SS. Eliam, & Eliseum sanctissimos, & ut tales notissimos, cur minùs fuerit continuatum istud sublime vitæ institutum, quod ipsi auspicati fuerunt; Conveniebat enim,* Deo sic agente, ut tanti Vatis (ELIÆ) eruditio ad eum, cujus typum prætulit illæsa pertingeret, *inquit Aubertus Miræus Antuerpiensis Cathedralis Ecclesiæ Decanus;* (d) *Quòd autem fuerit continuatum, stabilitur auctoritatibus Scripturarum variarum, & illustrium Scriptorum, adductis tomo præcedenti, è quibus etiam nonnulla tradita sunt hic suprà fundamento* 1. 2. *ac* 3.

(a) n. 225. & seq.
(b) n. 1844. & seq. ac 1869. ac seq.
(c) n. 1900. & seq.
(d) lib. de orig. Ord. Carmelit. in prologo.

2882. *Ex jam dictis fidenter, & constanter inferimus, concludimus, asserimus, cum Thoma Waldensi, in Doctrinali fidei* (e). Mansit hæc Religio Prophetarum continuò, usque ad adventum Christi, & deinceps facti sunt Principes religiosæ militiæ Christianæ.

(e) tom. 1. l. 3. art. 1. c. 4.

Et

Digitized by Google

Et cum præfato Auberto Miræo (a): Illi verò Prophetarum Filij, Essenive Palæstinam incolentes (quemadmodum & Esseni posteà in Ægyptum traducti) miris exemplis cœptam institutionem, usque ad Virginis partum produxerunt. *Testimonia alia plura ex Scripturis, & Patribus, ac Historicis reperiet lector hic suprà, ad diem XX. Iulij cap. 2. §. 3.* (b). *Istis concinit Richardus Armachanus, in Sermone, cujus initium est:* Ave (c) *ubi ista:* Ut dicunt fide dignæ historiæ, à tempore Eliæ, & Elisei, qui sæpiùs morabantur in monte Carmelo, juxtà Nazareth civitatem Dominæ nostræ, ad tria milliaria, solebant homines devoti secretiùs habitare usque ad tempora Salvatoris: & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apostolis, inter cæteros, sunt conversi. *Et ista corroborantur auctoritate Ecclesiæ, in Officio solemnis Commemorationis, sæpiùs approbato, pro die XVI. Iulij* (d). *De translatione Ordinis à veteri Lege ad novam peculiariter tractatur tomo præcedenti, libro 5. per totum: capite autem primo declaratur:* Quòd licet ex professoribus hujus Religionis aliqui olim fuerint Judæi, & alij posteà Christiani, hoc tamen non deroget hujus Religionis identitati. *Capitibus 6. 7. & 8. traditur:* Quòd professores hujus Religionis ad domum Apostolorum die Pentecostes accesserint, & plerique eorum ab Apostolis tunc fuerint baptizati. Qualiter reliqui hujus Religionis alumni ad veram fidem baptismi Christi pervenerint, & eos Apostoli postmodùm baptizaverint. Quòd Religiosi prædicti per Apostolos in doctrina Euangelij, in allegoriis Legis veteris eruditi, per Phœniceem, & Palæstinam fidem Christi prædicaverint. *Isti autem Religiosi, primitus nuncupati* Filij Prophetarum, *ac deindè* Esseni (*sicut subindè in antecedentibus audivimus*) *ex Palæstina traducti in Ægyptum, & præcipue circà Alexandriam, & circà stagnum* Maria *dictum commorantes, à S. Marco in Euangelica Legis perfectione instructi, & sublimati fuerunt, sicut pleniùs declarabitur hic infrà, ad diem XXV. Aprilis, ubi de S. Marco, & Essenis: de quibus, multa paucis complexus idem Aubertus Miræus, ista:* (e) Nec Palæstinæ, Syriæve tantum finibus cœlestis institutio circumscripta est; in Ægyptum enim temporis excursu, lectissimæ gentis coloniæ, quos Essenos tunc nuncupabant, deductæ sunt, ut Eliæ imitatione Alexandria quoque clarescceret. Quidquid enim Orientis, Austrique primores, quorum genere monachorum cœtus gloriantur, tradidêre: quidquid etiam ab Oriente in Occidentem extat invectum, non minima ex parte institutionis Eliæ quædam expolitio, & ad nationes diversas coaptatio est; sive contemplationis studium, sive solitudinem, sive austeritatem, sive paupertatem velimus expendere. Omnia quippe capita hæc in cœnobiis laudatissima, sic in eo Propheta splenduerunt, ut Joanni Baptistæ laudi Christus verterit, imaginem Eliæ ad vivum expressisse, quasi animi suspensio, eremus, asperitas, castimonia, inopia, cæteræque instituti monastici notæ, quibus Joannes claruit, totidem Eliæ dotibus harmonicè consentirent. *Sed nunc à posteris S. Eliæ, sub veteri Lege, ad illos, qui sub nova Euangelica Lege claruerunt, sermo procedat.*

(a) lib. de orig. Ord. Carm. in principio.

(b) n 2032. & seq.

(c) apud Waldens. to. 3. de Sacrament. tit. 9. c. 89.

(d) vide hic suprà num. 1972. & 1976. ac seq.

Ordo Propheticus Elianus à Lege veteri translatus ad novam.

(e) lib. de orig. Ord. Carm. sub initium.

TRACTATVS II.

Commemoratio præcipuorum aliquot Sanctorum, & Sanctarum Therapeutarum, & Therapeutidum, Ascetarum, Essenorum, Anachoretarum, Eremitarum, Monachorum, & Monialium; veteris Eliani Instituti, in Carmelo, Syria, & Ægypto, ac aliis Christiani Orbis partibus propagati sub nova Lege.

CAPVT PRIMVM.

Prævia instructio, ad lectorem.

2883. *Etiam hoc loco prævià instruendus est lector, ut videat, quo fundamento hic consequenter agatur de antiquis istis Sanctis Monachis, tamquàm non extraneis à Carmelitana historia. Animadvertendum itaque, quòd ratio Tractatus hujus stabilita sit in Fundamentis XII. hîc suprà* (a) *locatis, & præsertim Fundamento III. IV. V. & VI. ubi declaratum est,* quòd posteri SS. Eliæ & Elisei dicti fuerint Esseni: *&* quòd Monachi in primis Ecclesiæ Christianæ seculis, nuncupati Esseni, omnes viverent ad instar Eliæ, *sectantes vetus Monasticum Institutum ab ipso S. Elia inchoatum, & exemplo præmonstratum, ac traditum discipulis, & ab illis continuatâ successione traductum semper: atque ita* Ascetæ, Therapeutæ, Anachoretæ, Eremitæ *in primis istis seculis usque ad tempora SS. Antonij, Hilarionis, Basilij, Augustini, Benedicti* successione, *aut* speciali imitatione Eliani *censeantur: tales etiam fuerint plures seculis subsequentibus (non enim omnes sectati fuerunt instituta præfatorum: sed vetus istud etiam tunc plures tenuerunt: Qui proinde ad Elianam posteritatem spectant.) Post tempora autem S. Benedicti, & propagatum ejus Ordinem, præsertim in Europa, Regulam ejus* discretione præcipuam, *paulatim plures amplexati fuerunt (sicut mox confirmabitur) qui quidem priùs vetus istud institutum tenebant: sic; quâdam ratione utrique Instituto accenseri possunt; veteri quidem, quod prius sequebantur, & Benedictino quod posteà acceperunt.*

(a) n. 277. & seq.

Monachi in primordiis Ecclesiæ S. Elia posteri aut æmulatores:

2884. *Porrò post tempora S. Basilij, S. Augustini, & S. Benedicti, ac aliorum subsequentium fundatorum, plerosque illos Anachoretas, Eremitas, & Monachos, qui ex S. Basilij, aut S. Augustini, aut S. Benedicti institutis non fuerunt, sed vetus istud institutum, & antiquam vivendi normam ab Essenis, ac veteribus Monachis Palæstinæ, & Ægypti servabant, ad Elianam classem jure referuntur: prout plenius demonstrat P. Lezana in Apparatu ad*

Digitized by Google

& etiam post SS. Basil. Augustin. & Benedictum:

tomum 3. *Annalium cap.* 1. *per totum, cujus titulus est*: Monachi plures post Divos Basilium, Augustinum, & Benedictum degentes, Eliani Instituti, non istorum sanctorum Ordinum erant. *Vbi, inter cætera, ista*: Vulgatissima plurium, nec infimæ notæ virorum, existimatio, plus æquò invaluit; credentium, cunctos sub Monachorum, Ascetarum, Eremitarumve nomine insignes, qui post tempora Sanctissimorum Basilij, Augustini, & Benedicti claruerunt, ad ipsorum Ordines respectivè dumtaxat spectasse... autumantes, tres illos sanctissimos viros, quasi ingentia flumina disciplinæ asceticæ cunctos alios ascetismi Institutores, rivos veluti exiguos in se absorpsisse. Quia tamen istorum placitum omninò est à veritate alienum, operæ pretium duximus, pro ipsa vindicanda laborare, ac ostendere non omnes Monachorum nomine in Ecclesia insignes, qui post DD. Basilij, Augustini, & Benedicti Institutiones vixerunt, ad ipsorum familias revocandos, sed illorum quamplures primordialissimi illius Eliani, & Esseni Instituti, quod Patres celebrant, cultores existimari debere; ad Carmelitarum Annales spectare: *Id ibi consequenter nervosè præstat, imprimis agens de Instituto S. Basilij, & S. Augustini, ac deindè S. Benedicti, de quo ista*: Sicut non omnes monasticæ vitæ cultores post Basilium, & Augustinum ipsorum instituta sectati fuerunt; sic quoque nec omnes monasticen profitentes post D. Benedictum, Benedictino Ordini adscribendi: sed locum relinqui quibusdam aliis in ascetica palæstra, sub vetustissimo Eliano, Esseno, & Prophetico Instituto militantibus. *Et etiam istud luculenter declarat. Tandem sub finem annotat* quosdam hallucinatos fuisse, cœcorum instar, ut cùm sibi mente proposuissent omnes quotquot in historiis monachos reperiebant, uni vel alteri monachali Sanctorum Basilij, vel Benedicti Ordini adscribere, quandoque, turpiter, & indignè viris doctis, scripserint aliquos cujusdam istorum Ordinum monachos fuisse quamplurimis anteà annis quàm istæ Religiones exortæ essent.

hallucinatio quorumdam indigna circa hoc.

2885. *Ita nonnulli scribunt S. Congellum, & consequenter S. Mochüam fuisse Ordinis S. Benedicti*: *ast R. Dom. Benedictus Haeftenus in Disquisitionibus Monasticis* (a) *inquirens*, an Congellus fuerit Benedictinus? *resoluit*: vix est verisimile: *quia tunc temporis nondum in illas partes (Hiberniæ) illata erat Regula S. Benedicti. Hinc ita infert Haeftenus ibidem*: Quî igitur potuit S. P. N. Benedicti Regulâ informari, quæ triginta annis pòst in Scotiam, id est Hiberniam primùm illata fuit? Clemens proindè Reynerus agens de Apostolatu Benedictinorum in Anglia, ait, ante Augustini adventum in Angliam, monachos Britanniæ & Scotiæ sive Hiberniæ, more Ægyptiensium monachorum, vitam instituisse. *Quæ Clemens Reynerus tradit de Instituto Monachorum veterum, juxtà S. Eliæ Institutum in Britannia, ante adventum S. Augustini, videat lector hîc supra Fundamento VI.*

(a) lib. 1. tract. 6. disq. 9.

(a) *Porrò Benchorense, seu Banchorense Monasterium nobilissimum, cujus mentio est in vita præfatorum Congelli, & Mochüæ, aliorum plurimorum monasteriorum caput, post adventum S. Augustini in Angliam, suscepit Regulam S. Benedicti: & ex eo viri sanctitate, & eruditione illustres prodiêre complures.* Cardinalis Baronius (b) *similiter quosdam à nonnullis adscriptos fuisse Ordini S. Benedicti, qui tamen alterius fuerunt Instituti, notat his verbis*: At verò cùm innumerorum penè sanctissimorum, atque etiam doctissimorum Patrum Patriarcha Benedictus fuerit fœcundissimus propagator: perperàm meâ sententiâ illi faciunt, qui ei, quos non genuit, alienos partus supponunt... qui etiam ante S. Benedicti tempora floruerunt, ejusdem fuisse regulæ ptofessores imprudenter & inconsultè nimis affirmant. *Exempla adfert ista*: Quid, rogo, cum S. Benedicto S. Cæsarius Arelatensis Episcopus, qui antequàm nasceretur ille, erat Antistes, ut superiùs demonstratum est? Quid ad eumdem pertinet Faustus Regiensis Episcopus, qui eodem cum S. Cæsario vixit tempore? Quid insuper ad S. Benedictum Eugibius Abbas, qui antequam ipse S. Benedictus sumeret Monasticum habitum, jam S. Severini discipulus, & Monachus erat? *Idem tradit de Cassiodoro, ex Senatore Monacho effecto, ac tandem concludit*: quòd ante tempora S. Benedicti constet etiam in omnibus Occidentalis Ecclesiæ Provinciis viguisse diversa genera Monachorum; ut quæ sæpè superiùs dicta sunt, certissimam fidem faciunt. Non est nostrum modò de singulis agere; quos prudentissimus indagator, adhibitâ temporis ratione, alterius potiùs Instituti quàm S. Benedicti Monachos fuisse cognoscet: cùm tamen illud gloriosè prædicare liceat, coalescente nobili plantâ, majoribus incrementis indies magis magisque dilatatum esse eumdem Ordinem Monachorum S. Benedicti, progressuque temporis complures alios extitisse in Occidente Monachorum ordines sub ejusdem Sancti Regulis militantes.

(a) vide n. 305. & 313.

(b) Annal. 6. ad an. Chr. 494.

2886. *Cujus autem Instituti fuerint antiqui monachi in primis sæculis post Christum (videlicet veteris Instituti à S. Propheta Elia promanantis) satis innuit ipse Baronius ad annum Christi 340. scribens, quòd* adinstar Eliæ: *plenius id hîc supra explicatum est Fundamento VI.* (c) *& ibi confirmatum ex Clemente Reynero* (d). *Verumtamen post tempora S. Basilij, & S. Augustini, in Ponto præsertim S. Basilij, & in Africa S. Augustini Regula viguit: ac indè utraque etiam paulatim ad alias partes derivata fuit: sed tamen etiam variis in locis vetus istud à S. Elia, & Essenis ac Monachis Palæstinais & Ægyptiis propagatum perstitit. Itaque dicenda de veteribus monachis, tamquam magni Prophetæ Eliæ posteris, & successoribus, in primis seu æmulatoribus, Fundamentis hîc suprà* (e) *locatis insistunt, ac potissimè isti (quod est VI.)* Quòd Esseni, & Ascetæ, Therapeutæ, Anachoretæ, Eremitæ, ac Monachi *post Christi sæculis, monachi ex instituto S. Eliæ vivebant,*

(c) n. 304. & seq.

(d) n. 305. & seq. & 313.

(e) n. 308. & seq.

in

in primis seculis post Christum (& sequentibus etiam plures) magnum Eliam Prophetam prospexerint tamquàm vitæ suæ exemplar, prototypon, & Regulam, ac normam. *Id variis hactenùs hinc indè productis declaratum est testimoniis: quorum aliqua hîc simul juncta obiter audivisse è re erit. Imprimis* veteris novique Testamenti limes sacratus, & Monachorum, ac Eremitarum novi Testamenti Princeps S. Joannes Baptista, *nonne attestatione Euangelicâ* (a) *à puero* in desertis *vitam istam Monasticam & eremiticam duxit* in spiritu, & virtute Eliæ? *Quare* in spiritu, & virtute Eliæ? quia Eremita fuit ipse *(scilicet Ioannes) inquit Theophylactus: &* quia totum victu, vestitu, castitate, abstinentiâ, & in omnibus Eliam virtutibus repræsentabat *ut scribunt Chrysologus, & alij hîc supra* (b). *Eandem autem vitam (similem Elia, & Ioannis Baptistæ) duxerunt Esseni (sicut conferenti horum, & istorum conversationem intueri licebit) Imò & inter Essenos, unum ex eis, S. Ioannem Baptistam vixisse in deserto tradunt plures* (c) *Esseni autem diu ante Christum, seculis etiam aliquot post Christum Monasticam Eremiticam vitam propagarunt: imò omnes ferè Monachi in primis post Christum seculis Esseni erant, sicut ex supra* (d) *dictis habetur. Sed speciatim, & nominatim (obiter tamen, ne simus prolixiores) alios quosdam, ex Instituto magni Eliæ vitam monasticam, & eremiticam ducentes proponamus.*

(a) Luc. 1.
(b) num. 26. & 46.
(c) n. 286.
(d) n. 308. & sequent.

2887. *Menologium Græcorum ad diem* 12. *Iunij tradit de S. Onuphrio (qui circa annum Christi* 310. *ante S. Antonium vitam anachoreticam aggressus est, & duxit,* ad instar, *seu* ad exemplum S. Eliæ): Cum esset in cœnobio in urbe Hermopoli Thebarum, & audiret de Eliæ Prophetæ, & Joannis Præcursoris vita, egressus ex cœnobio, habitavit eremum annos sexaginta, *Eliana vita sectator; ideo ipsum S. Eliam nuncupabat*: Beatum Patrem nostrum Eliam: *sicut in ejus vita legitur. (Plura ad hoc propositum dicentur hic infra ad diem* 12. *Iunij.) S. Athanasius testatur de S. Antonio, quod* ex instituto magni Eliæ exemplum capiens, ad illud speculum vitam suam composuit *(Vide hîc supra ad XVII. Ianuarij.) Hinc S. Macharius Monachos monebat quoque* Eliam, & Eliseum *&c.* imitari curate, *& S. Ioannes Chrysostomus* præcipuè exhortabatur ad sanctorum Eliæ, & Elisei piam conversationem. *(Vide hîc supra ad XXVII. Ianuarij) S. Gregorius Nyssenus agens de vita Monastica* (e) Quotquot ad exemplum Prophetæ illius vitam suam instituunt, ornamentum Ecclesiæ fiunt, qui modus Philosophiæ etiam nunc prævalet. *Et alibi* (f): Quæro Eliæ Prophetæ Carmelum. *Sic & S. Gregorius Nazianzenus cultor eremi, & monastica vita exercitator annis tredecim cum S. Basilio, identidem S. Eliam, & ejus Carmelum reciprocabat istis verbis:* Eliæ Carmelum animo agitabam *& alibi*: Id me docet Eliæ Carmelus. *S. Hieronymus tractans de Institutoribus, seu Auctoribus vitæ Monasticæ, quem sui temporis Monachi imitabantur, & omnes imitari deberent tamquam primum prototypon, scribit:* Noster Princeps est Elias. *Ità quoque Patres, & illustres Scriptores alij, tradunt* S. Eliam Monasticæ professionis fundasse primordia *& quòd in primis post Christum seculis Monachi viverent* instar Eliæ, *ipsum S. Eliam tamquam primum, & perfectissimum exemplar prospicientes. Hinc S. Antonius volens declarare S. Pauli Eremitæ magnam perfectionem dicebat*: Vidi Eliam, *& ideo passim monachos hortantur, ut in ratione vitæ, victûs, vestitûs, receßûs ad vastas eremos*, Eliam imitarentur.

(e) orat. de baptismo.
(f) in Cantic. c. 4. v. 1. homil. 7.

2888. *Ità quoque S. Gregorius Nazianzenus* (a) *de S. Basilio, Monacho perfectissimo, & Monachorum plurimorum Patre dicit:* Cum Elia, & Joanne Baptista summis Philosophis *(ideſt Monachis, vera sapientiæ amatoribus)* solitudinem amplectitur: *ubi tàm exactè Eliana vita amulator fuit, ut ejus frater S. Gregorius Nyssenus hac de eo scribat* (b): An etiam audebimus ad sublimem Eliam sermone ascendere, & ostendere nostrum Doctorem suo vitæ instituto illius gratiæ assimulari. *Alia quædam ad hoc propositum videantur hîc supra fundamento VI.* (c) *Ex quibus omnibus, hîc & ibi dictis (& uberiùs à Lezana in Apparatu ad Tomum* 2. *Annalium cap.* 7. *& ad Tomum* 3. *cap.* 3.) *evidens est, veteres Monachos in prioribus post Christum seculis, prospexisse S. Eliam tamquam primum, & perfectissimum monasticæ conversationis exemplar: & ad illud vitâ suam conformasse in veste. Victu, disciplina, conversatione, atque in exercitiis virtutum monasticarum. Quantum ad virtutum exercitationem, & imitationem, S. Antonius ad exercitium divinæ præsentiæ exstimulabat, exemplo S. Eliæ Prophetæ, & universim ex instituto magni Eliæ exemplum cœpit, ita quoque monachi alij, sicut habetur ex dictis. Hinc etiam Patres passim monachis ipsius exempla proponunt: S. Athanasius Dracontium monachum contentiosiùs recusantem suscipere curam animarum, varios adducit monachos, qui non contradixerunt*, habentes, *inquit*, pro exemplari Eliseum, & conscij, quid Elias fecerit: *nempè illi Principes fuerunt, & rectores Filiorum Prophetarum: ita quoque Ammianus exhortans S. Eusebium (de quo hîc infrà ad* 23. *Ianuarij) ut curam susciperet gregis monastici, urget* exemplo magni Eliæ, qui hanc vitam (*monasticam*) prosequebatur. *Et quidem quantùm ad vestes,* Ad exemplum Eliæ Thesbitis, pellibus se induebant, *ut tradit Sozomenus* (d) *Ita quoque Cassianus* (e) *agens de cingulo monachorum, ait*: Hoc habitu illos ambulasse, qui in veteri Testamento professionis hujus (*monasticæ*) fundavêre primordia, Eliam scilicet, & Eliseum. *Hinc S. Thomas agens de Religioso statu, & differens*: Utrùm liceat Religiosis vilioribus vestibus uti, quàm cæteri, *respondet affirmativè, idque probat in argumento.* Sed contrà; *sic*: Sed contrà est, quòd ad Hebræos 11. Apostolus dicit: Circuierunt in melotis, & pellibus caprinis, Glossa, ut Elias &c. *Ista etenim Apostoli verba* (f) Circuierunt in pellibus caprinis, *dicta de S. Elia, & ejus discipulis, habetur hîc supra* (g) *Propterea passim monachi veteres pelle caprinâ albâ, aut ovinâ se induebant. Hinc vetustus Pater Ephram Syrus, instruens eos,*

(a) Orat. 30. de laud. S. Basilij.
(b) Orat. de S. Basil.
(c) n. 308. & seq.
monachi olim in veste, & conversatione se conformabant S. Eliæ.
(d) in Hist. eccles. hist. lib. 3. c. 13.
(e) de institut. cœnobior. c. 2.
(f) Hebr. 11.
(g) num. 28. & 29.

Digitized by Google

(a) Paræmesi 1.

qui in monasticês rudimentis se exercebant, ait (a) Elias te suâ pelle cooperiens caprinâ, in cœlum introducat. *Plura alia similia de monachis antiquis in vestitu, in conversatione, in virtutum exercitatione æmulantibus S. Eliam suppetunt: ex quibus constat, quòd sicut illi, qui S. Benedictum (eadem est ratio aliorum) imitantur in similibus, censentur Benedictini: ita & veteres isti monachi dicendi sunt Eliani, sive successione, sive imitatione, sicut mòx plenius declarabitur.*

aliqui ejus posteri, alij æmulatores.

2889. *Verumtamen nè quis ex inconsideratione, aut ignorantia in sequentium lectione offendatur, dicimus & declaramus, nos non adducere, & hîc commemorare sequentes omnes, tamquam omnes propriè, & strictè loquendo dicendi sint* Carmelitæ, *aut* filij, & hæreditariâ successione posteri S. Eliæ: *sed quia tales fuerunt plerique, qui videlicet in eadem observantia religiosa vitæ à S. Elia inchoatæ, & suis traditæ discipulis, filiis Prophetarum, & ab illis traductæ ad alios, in iisdem institutis, & locis successerunt. Quinam tales fuerint ex signis mox adferendis, & ex ipsa vitæ ratione, & locorum, ac temporum consideratis circumstantiis discernendum. Qui autem talem successionem non habuerunt, non propriè, & strictè* Carmelitæ, *aut* S. Eliæ successores *dicendi, sed potiùs* S. Eliæ æmulatores, *ac* peculiariter imitatores. *Qui verò ab initio Instituti istius veteris sequaces fuerunt, & hâc ratione hîc commemorantur, sed deindè, successu temporis, S. Benedicti Regulam acceptasse probari possunt, propriè etiam sunt Ordinis S. Benedicti. Qui autem in monasteriis istis, S. Benedicti posteà Regulam amplectentibus, floruerant ante, & vetus Elianum, seu Essenum, sive Palæstinæorum, & Ægyptiorum sectati fuerant; atque ita jure ad illud referuntur (sicut in Lerinensi S. Caprasius, S. Honoratus, & alij plurimi, ante adventum S. Mauri: eadem est ratio in aliis alibi) non incongruè tamen, nec sine fundamento aliquo etiam à Scriptoribus nonnullis Ordinis S. Benedicti eatenùs suo accensentur Instituto, tamquam caudices, quibus inserti fuêre surculi novi tunc Benedictini: & hac ratione unà cum Sanctis Ordinis S. Benedicti haberi, & coli possunt.*

Benedictini sunt, qui S. Benedicti vitam æmulantur, ita Eliani, qui S. Elia.

2890. *Quod autem de istis, qui hæreditaria successione posteri fuerunt S. Eliæ, jure hîc tractari possit, tamquam de Eliana sobole, & quâdam etiam ratione, de aliis omnibus qui* magni Prophetæ Eliæ æmulatores fuerunt *(sicut S. Antonius, & cæteri Monachi, & anachoretæ veteres) hoc stabilitur robusto argumento (à simili, & ad hominem: contra illos, qui fortè Carmelitanæ historiæ Scriptores, de istis tractantes sugillarent). Quæro, an non optimo, & fundatissimo jure PP. Benedictini (eadem est ratio omnium aliorum Ordinum) tamquam suos vindicent, habeant, & colant eos omnes, qui in iisdem institutis, & locis vixerunt, ubi S. Benedictus Ordinis sui fundamenta jecit, & propagavit: & illos, qui* in spiritu & virtute S. Benedicti *vivere studuerunt: qui* ex instituto magni Benedicti exemplum capientes, ad illud speculum vitam suam composuerunt: *qui* imitari curarunt S. Benedictum: *qui* ad exemplum S. Benedicti vitam suam instituunt, *& vestibus iisdem utuntur: qui de S. Benedicto asserunt:* Noster Princeps Benedictus: *& hujus (Benedictinæ)* conversationis primordia fundavit S. Benedictus. *Porrò ista omnia, verificata audivimus de veteribus Monachis, in primis post Christum seculis (& non paucis, etiam in posterioribus seculis) respectu S. Eliæ tamquam suî Principis, Fundatoris, & primi istius conversationis auctoris, & exemplaris. Igitur pari omninò jure de istis à Carmelitanæ historiæ Scriptoribus tractari potest, tamquam spectantibus quâdam ratione ad Carmelitanam seu Elianam historiam.*

2891. *Cùm intentum nostrum non sit, nec virium nostrarum, plenius agere de istis omnibus ac singulis: (ac de plerisque, & quo jure, ac fundamento veteri Eliano Instituto accensendi sint, tractaverit P. Lezana Tomis tribus prioribus Annalium) satis erit hîc consequenter præcipuos quosdam succinctè annotasse (præter eos, de quibus jam actum est hîc suprà inter Acta Sanctorum mensis Ianuarij) qui vetus istud institutum à S. Elia inchoatum, per Filios Prophetarum, Essenos, Therapeutas &c. continuatum, sectati fuerunt, magni Prophetæ Eliæ posteri & successores, aut certè æmulatores. Quinam autem fuerint hereditariâ successione posteri SS. Eliæ & Elisei, aut saltem eorum æmulatores, ex istis signis colligere, & definire licet, videlicet* I. *Quòd fuerint incolæ, & successores eorumdem locorum, in quibus olim SS. Elias, & Eliseus, ac Filij Prophetarum, atque Essenitum in Palæstina, tum in Ægypto, & alibi, habitârunt, aut successerunt.* II. *Quòd eamdem vitæ rationem servârint, quam olim Eliæ, Eliseus, & Filij Prophetarum, ac Esseni.* III. *Quòd* S. Eliæ æmulatores *asserantur. Isti, in quibus tria illa simul concurrunt, ipsius S. Eliæ posteri, & successores strictè loquendo, censendi sunt: in quibus autem unum aut alterum dumtaxat, saltem ut S. Eliæ æmulatores haberi debent. Quemadmodum igitur in Ordine S. Benedicti (eadem est ratio aliorum omnium) omnes illi, qui pòst S. Benedictum in monte Casino, & aliis quibusvis locis ad quæ ex Casino S. Benedicti institutum derivatum fuit, successerunt, eamdem vitæ rationem servantes, & sibi S. Benedictum velut exemplum, seu exemplar proponentes, creduntur & habentur Benedictini, seu posteri & successores S. Benedicti; pari ratione & sequelâ ratiocinandum est de antiquis monachis respectu S. Eliæ. Porrò scopus noster, in quem collimamus, & finis, cur hos veteres monachos commemoremus, est, ut indè evidenter, & ad oculum pateſcant monasticês à sanctissimo Propheta Elia per filios Prophetarum, Essenos, Therapeutas, Anachoretas, viros sanctos, dimanantis, continuata sanctitas, & antiquitas, contra hæreticos, antiquitatem, & sanctitatem monasticês negantes: & ut S. Eliæ alumni Carmelitæ ab ipso hereditariam successionem tenentes, istos etiam Eliani Instituti aut successores, aut certè æmulatores, & asseclas, diebus designatis privatim reminiscantur colere (plerosque cultum nusquàm habentes) & hinc ipsos sibi propositos habeant, ac eorum exemplis virtutiferis se conformantes, promereantur ipsorum gratia participes fieri in terris, ac gloriæ consortes in cœlis. En jam nunc satisfactum obligationi nostræ, de instruendo lectore, ut inoffenso pede hîc procedat.*

CARVT

CAPVT II.

Commemoratio posterorum, aut æmulatorum S. Eliæ in Ianuario, & Februario.

2892. *De SS. Theodosio cœnobiarcha, Antonio, Euthymio, Ioanne Chrysostomo & aliis nonnullis actum est hìc supra, inter Sanctos alios Ordinis hujus, qui mense Ianuario coluntur. Erat intentum sic ad singulos menses etiam de aliis veteribus tractare; ast convenientius visum fuit, tractatum de illis transferre ad hunc locum, & de præcipuis duntaxat, & breviter sermonem facere, ob rationem jam ante indicatam.*

2893. II. JANUARIJ: S. MACARII ALEXANDRINI: *Fuerunt autem plures Macarij sanctitate illustres, præsertim duo, de quibus sæpè in Vitis Patrum: Et quidem de Alexandrino Palladius in* historia Lausiaca, *& Bollandus ex* Vitis Patrum, *referunt: Quòd cum esset apud S. Antonium, is Macario dixerit:* Ecce Spiritus Sanctus requievit super te: erisque mihi deinceps hæres mearum virtutum. *Quomodo autem S. Antonij vitam imitatus fuerit, ibi imprimis traditur, nempè quod omnium virtutes imitaretur, & sic suas faceret:* Si quod opus exercitationis aliquem unquam feciſſe audiit, omninò id ardenter effecit. *Ita quoque in cæteris virtutibus, præsertim in orationis & contemplationis studio, & in abstinentia, annis 7. non vescens cibis coctis. Inter alia, istud ejus, & aliorum fuit notabile domita concupiscentia ciborum notabile exemplum.* Cùm aliquandò cupiisset vesci uvis recentibus, perbelliſque ad se missis, ostendens continentiam, eas misit ad alium fratrem laborantem, qui ipse quoque uvas desiderabat. Qui cùm eas accepisset, & magnâ affectus esset lætitia, suam celare volens continentiam, eas misit ad alium fratrem laborantem, qui ipse quoque eum cibum appetebat. Cum ille quoque accepisset, rursus hoc ipsum fecit, etsi ipse valdè vesci cuperet. Postquam autem ad multos fratres deindè venerunt uvæ, cùm nullus eis vesci voluisset, postremus qui eas acceperat, eas rursus misit ad Macarium, tamquam magnum ei donum largiens. Qui cum rem curiosè inquisiisset, admiratus, & Deo actis gratiis ob tantam eorum continentiam, ne ipse quidem ex iis tandem comedit. *Quod Eliana vitæ æmulator fuerit, sequitur ex eo, quod talis fuerit S. Antonius, cujus* virtutum hæres *fuit, & confirmatur ex dictis hìc paulò ante in Notatione prævia, ac peculiariter in fundamentis XII. fundamento VI.* Anno 404. moritur S. Macarius Alexandrinus, 2. Januarij. *Ita Bollandus in indice chronologico.*

S. Macarius Alexandr.

hæres virtutum S. Antonij:

ejus & aliorum mirabile exemplum abstinentiæ.

2894. VI. JANUARIJ S. NILAMMONIS, *qui* cum ad monasticæ vitæ fastigium conscendisset, *sicut de eo refert Sozomenus* (a) dum ad Episcopatum traheretur invitus in oratione spiritum Deo reddidit. *Ità Martyrologium Romanum ad diem VI. Ianuarij.* Templum supra illius sepulchrum indiginæ construxerunt: & summa cum solemnitate adhuc diem mortis ejus celebrant, *scribit ibidem Sozomenus, qui rationem pandit, cur tam constanter recusaverit Episcopatum:* quo se indignum esse ob ingenij modestiam censuit. *Lezana in Annalibus* (a) *ista refert ad annum Christi* 403. *ad quem eadem tradit Cardinalis Baronius.*

S. Nilammonis dignæ memoriæ.

(a) lib. 8. cap. 19.

(a) tom. 2. Annal. ad an. 403. n. 3.

2895. X. JANUARIJ: S. PAULI THEBÆI *passim nuncupati* primi Eremitæ: qui à sextodecimo ætatis suæ anno usque ad centesimum decimumtertium solus in eremo permansit: cujus animam inter Apostolorum & Prophetarum choros ad cælum ferri ab Angelis S. Antonius vidit. *Ipsum S. Eliæ æmulatorem fuisse ostendit Lezana in Annalibus* (b) *& ideo S. Antonium de eo aixisse:* Vidi Eliam. *Cùm ante ipsum alij plures eremum incoluerint, & quidem* S. Joannes Baptista à puero erat in desertis: *& ante eum* S. Elias, *ac alij plures; cur equidem nuncupatus primus Eremita, Gualterius ita declarat* (c). Si propriè loquendum sit, auctor potiùs vocetur, quòd illam magnoperè illustrarit, ac perfecerit, quàm quod invenerit: siquidem (ut nihil dicam de Elia, qui ut plurimùm versabatur in monte Carmelo, ut ex libris Regum perspicuum est, & quidem pilis indutus, ac zonâ pelliceâ præcinctus, ut 4. Reg. 1. 8. indicatur; nihil item de Joanne Baptista, qui ab infantia vixit in deserto)... Adeò ut neque dubium cuipiam esse queat, quin vita Anachoretica generaliùs sumpta sit antiquissima, imò & ante ipsam Christi prædicationem. *Ita ili, & alia idem corroborantia, ex Gualterio, & aliis. Obiit anno ætatis centum & tredecim, Christi autem* 343. *aut circiter.* XI. JANUARIJ. S. PALÆMONIS: *fuit is Magister S. Pachomij: de quo, virtutibus, & gestis: & an ex Eliadibus Lezana tomo 2. Annalium.* (d) *Peculiariter excelluit in abstinentia, solo pane, & sale utens; in vigiliis, & oratione, ac meditatione, subindè totam noctem pervigilem ducens, sed plerumque dimidium noctis in oratione & meditatione insumebat. Obiit circa an. Christi 327. sub Constantino Magno.*

(b) tom. 2. ad an. 230.

(c) in tabul. Chron. sec. 3.

S. Paulus cui dicatur primus eremita.

(d) ad an. 312. n. 5. & 6. & ad an. 327. n. 6.

S. Palæmonis virtutes.

2896. XIV. JANUARIJ. *In Menologio Græcorum, edito in Tomo 6. Italiæ sacræ, per Ferdinandum Vghellum, ad hunc diem illa commemorantur:* Decimo nono Kalendas Februarij certamen sanctorum Patrum, in Sina monte occisorum. Ex diversis Orbis partibus convenerat sanctorum hominum multitudo, in montem Sina, qui, missô propinquis, divitiis, omnibusque præsentis vitæ desideriis, nunciô, monachorumque sectam, & instituta prosecuti, uni Deo sese addixerant, & consecrârant, vitam simplicissimo agrestium olerum cibo tolerantes, *&c. & infrà*: Eodem die Commemoratio sanctorum Patrum, in eodem monte Sina. Diocletiano Imperatore, & Petro Alexandriæ Patriarchâ Saraceni, mortuo illorum duce, ex incultis, desertisque locis, excursione factâ, in Sina montem, Ascitas octo & triginta interfecerunt. *Et infrà*: Eodem die (*decimo nono Kalendas Februarij*) commemoratio S. Patris nostri Theodulli,

SS. Monachi in Monte Sina;

martyres sub Diocletiano.

Digitized by Google

Theoduli. Theodulus cum Nilo patre, eodemque Constantinopoli præfecto, multâ salute dictâ temporariæ hujus mundi gloriæ, ascetican in monte Sina vitam agebant. *De SS. Martyribus istis hîc pauca dumtaxat illa*
(x) n.386. *referuntur; quia hîc suprà* (a) *de illis sermo fuit: ubi etiam de illorum instituto, veteri scilicèt à S. Elia primordialitèr dimanante. In eodem Menologio, ad diem XXIV. Ianuarij ista leguntur:* Nono Kalendas Februarij, certamen Sanctorum Martyrum Pauli, Paulinij, & Theodotionis . . . qui, repudiato mundo, monasticam complexi sunt vitam. *Consequenter eorum martyrium describitur. Ex istis eruitur, quàm multi monachi sub Diocletiano, & Maximiano sanctitate claruerint, & martyrij coronam adepti sint.*

2897. XV. JANUARIJ: S. MACARII ÆGYPTII, discipuli S. Antonij, vitâ & miraculis celeberrimi. *Vitam ejus scripserunt Palladius in Lausiaca historia cap. 19. Rufinus libro 2. de Vitis Patrum cap. 28. & Bollandus in Actis Sanctorum ad diem 15. Ianuarij ubi etiam tradit ejus præclara monita, inter quæ ista:* Dixit Abbas Macarius, si quempiam increpare volens, ad iracundiam commoveris, propriam passionem imples... Interrogaverunt quidam Abbatem Macarium, dicentes: quomodò debemus orare? Dixit eis senex: Non opus est multum loqui, sed extendere manus, & dicere, Domine, sicut vis & scis, miserere. Si verò imminet bellum: Domine miserere. Et ipse scit, quæ nobis expediant, & facit nobiscum misericordiam. Accessit ad Abbatem Macarium Ægyptium Frater quidam, & dicit ei: Abba dic mihi verbum, quo salvus fiam. Dicit ei senex: Vade ad monumenta, & maledic mortuis. Descendens igitur Frater convitiis ac lapidibus eos appetiit. Et veniens seni id renunciavit, & dicit ei: Nihil tibi dixerunt? Nihil, inquit. Tum senex: Vade eras iterum, & laudа eos. Abiit ille, eosque laudibus cœpit demulcere, dicens: Apostoli sancti, & justi: atque ad senem reversus dicit ei: Laudavi: Nihil responderunt. Dicit ei senex: Vides quoniam neque cum injuriis eos affeciisti, responderunt; neque cum laudibus celebrasti, lœtati sunt? Ita & tu si cupis salvus fieri, esto velut mortuus, neque aut injuriâ hominum, aut gloriâ movearis ut mortui, & poteris salvari. Quemadmodum Deus mundum tegit, ita & Abbas Macarius tegebat defectus quos videbat, quasi non videret, & audiebat quasi non audiret. *Quòd magni Prophetæ Eliæ æmulator fuerit, eruitur, tum quòd talis S. Antonius ejus Magister; tum quod ipse Monachos omnes hortaretur, ut Eliam, & Eliseum imitari curarent, & illud confirmant dicta hîc suprà in Notatione prævia, & plenius in XII. fundamentis. P. Bollandus obitum ejus refert ad annum Christi 391. anno ætatis 90.*

2898. XVI. JANUARIJ: S. HONORATI Arelatensis Episcopi; *de quo Scriptor pari eruditione, & pietate illustris Benedictus Haefenius, monasterij Affligemensis, Ordinis S. Benedicti Præpositus, in* Disquisitionibus monasticis (a) *ista tradit:* Lerina insula est provinciæ Narbonensi adjacens, è regione Antipolis. In hac anno Domini 375. S. Honoratus Monachorum fundavit monasterium, disciplinæ Monasticæ celebre gymnasium; quod viros omnibus perfectæ vitæ numeris absolutissimos, & divinâ sapientiâ perpolitos quàm plurimos tulit. Horum verò plerique ex insula Lerinensi tamquam coloniâ propagati, Galliam universam magnitudine exempli impleverunt. Cœnobium hoc, quo tempore S. Maurus à S. Benedicto in Galliam transmissus fuit, in ejus quoque transivit familiam & Regulam. Sed quæritur sub qua usque ad illud tempus Deo Monachi militaverint? *Et tandem concludit:* In genere autem præmittendum, sectatos maximè Monachorum Ægyptiorum Instituta, ut ex Cassiano docemur; qui Honorato Episcopo, & Eucherio scribens, ait: Tanta illorum sublimium virorum, à quibus prima Anachoreseos Instituta suscepimus, laude flammamini, ut unus quidem vestrûm ingenti Fratrum cœnobio præsidens, Congregationem suam, quæ quotidiano sanctæ conversationis vestræ docetur intuitu, illorum quoque Patrum præceptis optet institui: alter verò, ut etiam corporali eorum ædificaretur aspectu, Ægyptum penetrare voluerit. Sic ille. Sed jam videamus, quam vivendi tenuerint formam. Primò Monachi erant partim Cœnobitæ, partim Anachoretæ sive Eremitæ. Utrumque hoc genus in Lerinensi Insula Sidonius Fausto scribens, agnoscit... Eremitæ autem, qui post longam in Cœnobitica vita ascesim solebant ad Eremum secedere, solitarij divisis habitabant cellulis. Testis Eucherius: Hæc non habet sanctos senes illos, qui divisis cellulis Ægyptios Patres Galliis nostris intulerunt. *Eamdem duplicem illam vivendi rationem olim fuisse in Carmeli Ordine & inter monachos Palæstinæ, ac Ægypti, habetur ex dictis hîc suprà fundamento V. & VII. & IX. Ægyptij autem monachi processerunt ex Essenis Palæstinæ, S. Eliæ discipulis, & posteris, sicut constat ex XII. fundamentis hîc superiùs.* Secundò vivebant in maxima districtione & austeritate, ut patet ex Eucharistico Sidonij ad Faustum Reiensem Episcopum. Tertiò non mediocriter viguit Orationis, Lectionis, & variarum disciplinarum studium: ut viri undequaque doctissimi & sanctissimi, qui ex hac schola prodierunt, & Ecclesiam velut sidera quædam illustrarunt, manifestissimè ostenduntur. *Haefenus Haefienus.*

2899. *Conformiter scribit Benedictus Reynus, etiam Benedictini Instituti alumnus, in libro de* Apostolatu Benedictinorum in Angliam (b) *ista ad intentum:* Africani, & Massilienses *(monachi)* & Lerinenses Monachatum suum ab Ægyptiis & Palæstinis acceperunt: quod nemo dubitabit, qui vel Severi Dialogos de Monachis Orientalibus, vel Cassiani Instituta, vel Sancti vitam Honorati Lerinensium

(a) lib. 1. tr. 5. disq. 3.

Lerina insula colonia præclarorum monachorum,

sectatorum instituta Ægyptiorum,

(b) Tract. 1. sect. 1. §. 18.

& Palæstinorum,

Digitized by Google

sium fundatoris perlegerit. *Et* §. 20. Nec eos qui ante D. Patrem Benedictum vivebant, sive in Lerinensi, & Agaunensi, aut Massilienſi clarissimis cœnobiis Galliarum, sive per monasteria Italiæ, aut Ægypti vel Syriæ, arrogamus tamquam Ordinis nostri communitates. *Cujus autem Instituti fuerint, ibi consequenter tradit*: suo tamen jure videntur facere Carmelitæ, qui cùm reverà à monachis Syriæ Palæstinæ per non interruptam seriem sese derivent... meritò antiqui monachatus Ægyptij, Palestinique professores tamquam Patres suos, Ordinisque sui sydera colunt & venerantur. *Hinc de ipso S. Honorato, & aliis Lezana in Annalibus Carmelitarum* (a) *scribit*: Circa hoc tempus, anno videlicet 422. juxta Prosperum in Chronico, in Galliis florebant Honoratus, Minervius, Castor, Jovianus, singulorum monasteriorum Patres ... Horum memoria nobis commemoranda fuit, quia nihil in iis reperimus, quod Elianum antiquum Monachorum ritum non redoleat. *Et infra* (b) *de aliis qui in illo monasterio floruerunt*: Clarissimi etiam in Orbe erant Monachi Lerinenses, Lerinensis insulæ in Galliis, Provinciæ scilicet Narbonensi adjacentis, è regione Antipolis... Ex tempore porrò, quo insignes hi Monachi in eo cœnobio floruerunt, aliisque circumstantiis jam notatis, & in sequentibus animadvertendis conjici datur, cujus Instituti asseclæ esse potuerunt. *Ex tempore quo floruerunt, videlicet circa annum Christi 400. longè ante adventum prefati S. Mauri in Galliam, imò diu ante S. Benedictum natum, certum est, non fuisse Instituti Benedictini (cum ante S. Benedictum vixerint) Ratio autem vitæ monasticæ, & anachoretica eadem fuit quæ monachorum Palæstinorum, & Ægyptiorum, & quæ erat in Carmelo, sicut habetur ex dictis hîc supra Fundamento V. & IX. quantùm ad vestitum, de eo in veteri Breviario Ecclesiæ Massilienſis lectione ultimâ ista leguntur*: Tegebant itaque cilicium, & vestis rigida & munda suum corpus, & caput arcta melota. *Melota vestis fuit SS. Eliæ, & Eliſei, ac eorumdem discipulorum, de quibus S. Paulus*: Circuierunt in melotis. *Videatur de istis hîc superiùs.* (c) *Ex dictis habetur, monachos Lerinenses primitùs sectantes instituta monachorum Palæstinorum & Ægyptiorum (quæ eadem erat, sicut declaratum est hîc supra* (d)*) post adventum S. Mauri in Galliam, acceptasse regulam, & instituta S. Benedicti: & exindè Lerinenses omnes clarissimi monachi fuerunt Ordinis S. Benedicti. Ne pigeat lectorem, pro ulteriori instructione circa Lerinenses monachos vertere aliquot paginas & inspicere Tractatus hujus caput primum, ac præsertim perpendat dicta num* 2889. *Peculiariter etiam legere placeat anteriora quædam, videlicet num.* 303. *& sequent.* (e) *& num.* 313. (f) *In quibus, simul collatis cum jam dictis, perspicitur continuata successio monasticæ ejusdem à S. Elia, per filios Prophetarum, Essenos Palæstinos, ac deinde Ægyptios, usque ad tempora S. Honorati, & aliorum monachorum Lerinensium: quos inter (veteris instituti monastici, à S. Elia primordialiter promanantis cultor) etiam referendus S. Cæsarius, de quo hic supra* (a) *& alij omnes Lerinenses, usque ad adventum S. Mauri.*

à Carmelitico instituto, procedentia.

(a) ad an. 421. & 422. num. 4.

(b) ad an. 440. & seq. n. 3.

(c) num. 28. & 29.

(d) fundam. V. nu. 299. & sequent.

(e) pagina 83.

(f) pag. 84.

(a) n. 2884.

2900. XVII. JANUARIJ: S. ANTONII ABBATIS, vitâ, & miraculis præclarissimi. *De quo ista auctor vitæ S. Pachomij* (b) Magni Eliæ æmulator: *& S. Athanasius, in vita ipsius Antonij testatur, ipsum* ex instituto magni Eliæ exemplum cœpisse, & ad illud Speculum vitam suam composuisse, *Et ipsius Eliæ exemplo, in Dei præsentia jugiter ambulasse, &* talem se præbuisse, qualem sciebat dignum Dei conspectibus. *(prout latiùs in antecedentibus) Etiam imitatus est S. Eliam in veste, nempe melota, de qua ipse moriturus hoc statuit*: Melotem, *inquit*, & pallium tritum, cui superjaceo, date Athanasio. *Pallium autem istud S. Antonij erat ex pellibus: atque ita etiam* melota. *Humilibus vestibus etiam usi fuerunt ejus discipuli. Plura circà hæc videri poterunt apud P. Bollandum* (c) *hac de ipso S. Antonij, & aliorum monachorum veste differentem*: Exterior (*vestis*) erat pellicea, ideoque melotes dicta, aptata, & confecta ex pellibus ovinis, aut caprinis, simul cum lana corpori detractis. Ita S. Paulus Simplex pelle suâ ovillâ verberabat dæmoniacum: & in regula S. Pachomij, in ejus vita: Habeant singuli meloten, ideſt, pellem caprinam confectam albam, sine qua neque comedant, neque dormiant; at Palladius cap. 38. Habeat unusquisque pellem ovillam laboratam: & Cassianus cap. 8. Ultimus est habitus eorum pellis caprina, quæ melotes, vel pera appellatur, ubi peram pro penula positam existimat Gazæus. Sozomenus lib. 3. cap. 13. indumenti hujus rationem exponit. Isti, inquit, de monachis Ægypti, ad exemplum Eliæ Thesbitæ, pellibus se induebant... Eliæ pallium meloten appellat S. Hieronymus epist. 28. ad Lucinium... Obſervandum, hanc vestem præcingi solitam; ut monachus, inquit Cassianus cap. 2. instar militis Christi, accinctis lumbis incederet: ita Elias, & Joannes Baptista zonâ pelliceâ dicuntur astricti. *Ex istis magnoperè confirmantur dicta in antecedentibus*: Quòd veteres monachi, ex instituto magni Eliæ, vixerint, in conversatione, & vestibus, se illi conformantes. *Et sanè cùm id tàm perspicuum sit in S. Antonio, consequens est, quòd etiam in ejus discipulis, qui innumeri fuerunt, ipsius S. Antonij (& consequenter S. Elia) institutis inhærentes. Plura ad hoc propositum habes hîc supra.* (d)

(b) sub initium.

S. Antonium ex instituto S. Eliæ vixiſſe,

in virtutibus & veste ipsâ imitatus:

(c) in Prolegom ad vitam S. Antonij §. XV. num. 67.

ita quoque ejus discipuli.

(d) n. 2888.

2901. XXIII. JANUARIJ S. EUSEBII *in Syria, cujus vita extat in Vitis Patrum* (e) *& apud Bollandum, in Actis Sanctorum* (f). *Illum fuisse successorem, aut æmulatorem S. Eliæ Prophetæ, innuunt ista Amiani ad ipsum verba*: Magnum Eliam, qui hanc vitam prosequebatur. *Hortabatur eum Ammianus, ut curam gregis monastici susciperet,*

(e) apud Rosweyd. lib. 9. c. 4.

(f) tom. 2. Jan. ad 23.

Digitized by Google

S. Eusebius ex posteris, seu æmulatoribus S. Eliæ.

renuentem, & cupientem in cella sibi soli vacare, urget exemplo magni Eliæ, tamquàm primi Principis monachorum, & S. Ioannis Baptistæ, alterius (primi in Lege Euangelica) principis Eremitarum, & monachorum, qui non tantùm sibi, sed ex amore Dei, imò jussu Dei, etiam proximorum saluti invigilarunt. Ideò aiebat, magnum quoque Eliam, qui hanc vitam (monasticam & eremiticam) prosequebatur, jussit versari in medio impiorum, & secundum Eliam, tantoperè celebratum, Joannem, qui amplectebatur solitudinem, transmisit ad ripas Jordanis, illic baptizare jubens, & prædicare. *Ad illa verba in margine notat Rosweydus*: Elias, & Joannes Baptista principes vitæ monasticæ. *Illum fuisse S. Eliæ successorem, aut certè æmulatorem, persuadent quoque locus, in quo vixit, Syria, tempus, quo plerique tales erant, & ratio vivendi, & quod nuncupetur* pædotriba, *&* exercitator, *qui sunt tituli Essenorum, posterorum S. Eliæ. Porrò S. Eusebij discipuli quasi per totum orbem dispersi fuerunt, absdubiè eamdem (ipsius magistri sui) Elianam vitam sectantes. Alia ad hoc intentum videri poterunt apud P. Lezana in Annalibus Carmelitanis ad an. Chr. 360. circa quem floruit.*

2902. DIE EODEM S. ILDEPHONSI * Archiepiscopi Toletani: qui miro devotionis studio laudem & honorem SS. Virginis Deiparæ excoluit, ac propterea ab eadem candidissimâ veste donatus est: *Ferè à pueritia Monasticam vitam amplexus est in Monasterio Agaliensi: quod Scriptores plures tradunt fuisse Instituti Canonicorum Regularium, alij Benedictinorum, alij vetustioris Monachismi, scilicet Prophetici Eliani. In obscuro, ne Ordini cuipiam alteri præjudicetur, satis est, hîc varias indicasse opiniones, de quibus plura Lezana Tomo 3. Annalium, ad annum Christi 649. undè judicare licebit, quô jure hîc ejus commemoratio fiat. Similis est concertatio de S. Leandro Hispalensi Antistite, Visigothorum Apostolo, & ejus Fratre ac successore S. Isidoro,* (a) *de quibus in iisdem Annalibus* (a) *ostenditur, verisimiliter fuisse Ordinis Prophetici. Sic autem ibi, inter cætera.* Veteri illi Vatum, quod Propheticum, Elianum, & Essenum sæpiùs compellamus, accensendum satis ostendit ipsius Leandri, & Isidori Fratris, ac Florentiæ Virginis sororis epitaphium in Cruce exaratum opere Ildefonsi Toletani, ex vetustissimo manuscripto codice litteris Gothicis... *Versus porrò tales sunt*:

Crux hæc alma gerit Sanctorum corpora Fratrum,
Leandri, Isidorique; priorum ex Ordine Vatum.

Leander ergò, & Isidorus ex Ordine Vatum, *id est*, Prophetarum. *De Ordine Prophetarum actum est hîc suprà: Ordinis istius fuisse istos tres, etiam aliis argumentis dicto loco Annalium declaratur, atque (inter alia) ex ipsomet S. Isidoro:* Confirmat intentum ipsius Isidori testimonium lib. 2. de Officiis cap. 16. ubi de primo Institutore Monasticæ conversationis, quam ipse, & Leander frater, ac Florentina soror profitebantur, loquens, dicit: (*sequuntur verba S. Isidori*) Undè autem ad Monachos studium defluxerit paupertatis? Vel quis hujus conversationis extiterit auctor, cujus isti habitum imitantur? Quantùm enim, inquam, pertinet ad auctoritatem veterum scripturarum, hujus propositi Principes Elias, & discipulus ejus Eliseus &c. *Ita ipse S. Isidorus; addit Lezana:* En jam, qualiter Isidorus, dùm professionis Monasticæ, cujus cum suis fratribus assecla erat, authores quærit, neque minimam SS. Basilij, Augustini, aut Benedicti, sed solùm Eliæ & Eliseï &c. mentionem habet. *Ita ille in Annalibus* (a) *ubi plura habet ad idem intentum confirmandum. S. Leander claruit sub finem sæculi sexti, & initium septimi: in Martyrologio Romano commemoratur ad diem XXVII. Februarij: ibi in notationibus refertur ejus obitus ad annum Domini 603. Decessit S. Isidorus die IV. Aprilis: anno 622. aut, juxta nonnullos 636.*

(a) ad an. Christi 578. n. 4. & 618.

2903. XXIV. JANUARIJ S. MACEDONII Anachoretæ in Syria: *de quo Baronius ad annum 388. & Bollandus ad hunc diem.* XXVI. S. SIMEONIS PRISCI Anachoretæ in Syria. XXVIII. S. PALLADII Anachoretæ in Syria *Isti tres circa annum Christi quadringentesimum claruerunt in Syria, ubi inchoatum, & præcipuè viguit, Elianum Monasticum Institutum. De istis, atque aliis, mense Ianuario occurrentibus, plura videri poterunt, in Annalibus Carmelitanis* (b) *& apud Bollandum ad istos dies Præfati* S. Palladij, *ac aliorum illustrium monachorum, & anachoretarum, qui in Palæstina, & Syria floruerunt, circa tempus Imperij Valentis (qui anno Christi 364. à Valentiniano fratre ascitus ad Imperij consortium, miserrimè interiit, vivus combustus anno 378.) meminit Theodoretus lib. 4. historiæ Eccles. cap. 26. ubi, inter cætera, hæc*: In solitudine etiam Antiochena erant hoc tempore vitæ monasticæ disciplinâ valdè celebres, Marianus, Eusebius, Ammianus, Palladius, Simeones, Abrãames, & alij quoque, qui imaginem Dei, ad cujus similitudinem conditi erant, integram conservârunt; quorum vitam scriptis prodidimus. *De S. Palladio, agit P. Bollandus ad diem XXVIII. Ianuarij, ad quem etiam tradit vitam S. Iacobi Eremitæ in Palæstina, ubi ad marginem notat*: Sancti Eremitæ in Syria, Jacobi ... juxta Porphyreonem & Carmelum; ideo Carmelitis merito accensendus. (c)

(b) ad an. 388. & 421.

S. Palladius, & alij illustres monachi in Syria.

(c) De illo plura habes hîc suprà num. 584. & seq.

2904. I. FEBRUARIJ: S. EPHRÆM SYRI: *ipsum fuisse Monachum, habetur ex titulo*, narrationi ipsius de sua conversione præfixo, *qui iste est*: Sanctus Abbas Ephræm. *Quod eremum incoluerit, testatur S. Gregorius Nyssenus in oratione de ejus vita, in qua ferè sub finem ista*: Sicut Elias Sacerdotes turpitudinis coarguit, ignemque divinum orationis sacrificio, non semel, sed sæpiùs deduxit; igneoque virtutum curru, non

S. Ephræm Syrus, monachus.

in

* *seu* Ildefonsi.

S. Ildephonsus S. Leander S. Isidorus cujus fuerint instituti, disceptatur:

verisimile est quod antiqui Ordinis Prophetici.

Digitized by Google

in æthera, sed in ipsum cœlum sublatus est. Sicut Eliseus, duplicem Spiritûs gratiam consecutus est: Sicut Prophetæ, divinæ visionis munere ac gratiâ donatus est. Quin & ipsa me movet ratio, ut eumdem hunc, vel cum illo, quo inter natos mulierum nullus perhibetur extitisse major, comparare audeam; cum illo, inquam, qui inter legem & gratiam fuit medius. Siquidem hic, ut Præcursor ille, eremum coluit. *In ejus vita, in Vitis Patrum libro* 1. *traditur*: ab ætate juvenili eremum incoluisse. *Quod autem amulator fuerit S. Elia, & S. Ioannis Baptistæ, persuadent ea, quæ adducta sunt hic suprà* (a). *Quod S. Eliam peculiariter coluerit patet ex ejus oratione in sanctum Eliam, cujus hoc est exordium.* Silentium præbete mihi, ô Fratres, & inclinate aures: exponere vobis volo narrationem Sancti ac glorioſi Eliæ Prophetæ: qui zelum ardoris semper ostendit, dum studeret cunctos ad unum solum Deum adorandum perducere. *Et iste est Epilogus.* Quùm verò omnes jam convertisset ad credendum in Deum viventem, assumptus est Elias in curru igneo, in magna commotione, quasi in cœlum, demissa melote supra Eliseum. Deo nostro sit laus, honor & gloria, in sempiterna sæcula sæculorum. Amen. *Ponderanda fundamenta duodecim hîc supra, & dicta in Notatione prævia, ubi de Sanctis Ianuarij. Hinc meritò Lezana in Annalibus* (b) *de eo tractaturus, scribit*: Debuit autem nostris Annalibus inseri, quia ipse ex Monachis ejus ævi Elianorum, & Essenorum sectatoribus unus fuit. *Claruit S. Ephræm sub medium seculi quarti: ad cœlum evocatus fuit anno salutis* 378.

Eliani instituti sectator.

(a) n. 308, & seq.

(b) Tom. 2. ad an. 370. n. 3.

2905. XIII. FEBRUARIJ. S. AGABI PROPHETÆ, *de quo ista in Actibus Apostolorum cap.* XI. In his autem diebus supervenerunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiam: & surgens unus ex eis, nomine Agabus, significabat per Spiritum, famem magnam futuram in universo Orbe terrarum: quæ facta est sub Claudio. *Et rursus cap.* XXI. Cum moraremur per dies aliquot, supervênit quidam à Judæa Propheta, nomine Agabus. *Vnum fuisse è* LXXII. *Christi discipulis tradunt Dorotheus in Synopsi, Petrus de Natalibus in Catalogo, atque alij. Græci in Menologio, & Menæis ejus memoriam agunt ad diem* VIII. *Martij, & tradunt eum cum aliis sociis*, à Judæis, & Paganis variis tormentis excruciatum, vivere desiisse, *ubi & hæc de eodem*:

S. Agabus,

Animam Agabi Prophetæ Apostolici
Animarum Salvator sustulit Dominus.

Ipsum fuisse Eliani Prophetici Ordinis alumnum habetur ex vetusto Ordinis Kalendario, in quo Idibus Februarij ista: Agabi Prophetæ novi Testamenti, Carmelitæ, *& ex Dorlando, ac Ludolpho Carthusianis, in vita S. Annæ cap.* 6. *ubi de S. Agabo ista*: Ad Carmelitas se contulit, ubi sanctam vitam vixit usque ad Apostolorum prædicationem, quâ illis (ut eorum actus testantur) junctus est. *Alij authores à Lezana referuntur in Annalibus tom.* 1. (c) *Id etiam eruitur ex Eusebio Cæsarienſi in Ecclesiastica*

Ordinis Prophetici Eliani cultor:

(c) ad annum mundi 4051. n. 5.

historia lib. 2. *cap.* 3. *ubi ista*: Apud Antiochiam florentissima congregatur Ecclesia, in qua erant etiam Prophetici Ordinis viri quamplurimi. *Ita habent Basileensis impressio apud Henricum Petri, & Lezana variis locis* (a): *in alia impressione legitur*: Florente jam ac sese multiplicante apud Antiochiam Ecclesiâ, & quamplurimis illic à Jerosolymis quoque Prophetis cum quibus erant Paulus & Barnabas, comparentibus: ac propterea reliquâ quaque fratrum ibi multitudine existente, primùm illic Christianorum nomen, veluti è terra virenti ac fertili exortum est: & Agabus ibi unus ex Prophetis, qui illic erat, de futura fame vaticinatur. *Præfatus Lezana* (b) *sic ponderat istam Eusebij auctoritatem*: Cæsarienſis Eusebius de hujusmodi Ecclesia Antiochiæ congregata, ac Prophetis, qui Apostolis adjuncti dicuntur, sermonem instituens, eos PROPHETICI ORDINIS VIROS perspicuè compellat. Eusebij hæc verba. [Jam inde quamplurimi, & alij ex gentibus apud Antiochiam ad fidem veniunt; eorum prædicatione pertracti, quos pro seditione adversus Stephanum commotâ disseminatos esse per omnem locum superius edocuimus. Per quos, & apud Antiochiam florentissima congregatur Ecclesia, in qua erant etiam Prophetici Ordinis viri quamplurimi.] Illa enim verba PROPHETICI ORDINIS VIRI, se ipsis Eliæ alumnos indigitant... Et sanè ipsissima Eusebij verba si enucleatiùs inspiciantur, intentum suadent. Non enim dicit, erant Prophetici Ordinis viri aliquot, nec plures, aut multi, sed viri quamplurimi. Quo innuitur non vocari Prophetas propter futurorum prædictionem. Hi enim semper pauci fuerunt, maximè, dicente Christo Matthæi 11. Omnes Prophetæ, & lex usque ad Joannem prophetaverunt. Superlativum ergo nomen quamplurimi dubio procul, amplam nominis Prophetæ significationem ostentat. *Baptista Mantuanus libro* 2. *Parthenices Mariana eadem confirmans hæc de eo tradit*:

(a) tom. 1. Annal. in apparatu c. 2. & 8. & tom. 2. Annal. ad an. 39. n. 7.

(b) tom. 2. Ann. ad an. 39. n. 7.

Carmeli Patres adiit, (tunc omnis Eremi Cura fuit penes hos: & cælibis otia vitæ)
Moribus auxilium fractis habiturus, ut altam
Se tulit in montis requiem, sylvasque silentes
Per secreta tulit gressum Spelæa: virûmque
Vivendi cæleste genus miratus, amorem
Imbibit immensum cæli: seque ipse perosus,
Incola Carmeli vixit, tandemque voluto
Tempore cum magno fidei mysteria Paulo
Edidicit: Mariæ primus cum patribus ædem
Vertice Carmeli posuit, sociosque vocatos
Ad Jordanis aquam lustralibus abluit undis,
Cum Baptista novæ jaceret primordia gentis
Hispidus hirsutæ villoso tegmine capræ:
Protographus Lucas Agabum vocat, omnia multo
Ante videns animo fuit. ——————

incola Carmeli:

ibi Sacellum Deiparæ extruxit.

Quantum ad ista: Mariæ primus cum Patribus ædem *&c. seu Cappellam*, posuit, *illud contigit circa annum Christi* 38. *sicut luculenter refertur in Annalibus Ordinis ad istum annum. Notandum, quòd ibi*, Vertice Carmeli posuit. *Ibi vertice*

Digitized by Google

Carmeli *ponitur phrasi poëticâ; Sacellum enim ab Agabo constructum fuit in declivio, seu à latere montis: & quadraginta post annis translatum, seu aliud ædificatum fuit in summitate ejusdem. De ista Capella, seu Sacello, in Carmelo, temporibus Apostolorum Virgini Deiparæ constructo, frequens fuit mentio in tomo præcedenti. De ea etiam quædam dicta sunt ad diem XVI. Iulij. Plura de illa videri poterunt tomo 2. Annalium Ordinis in Apparatu cap. 6. & ad annum Christi 36.*

S. Martinianus haud longè à Carmelo monachus:

2906. EODEM DIE. Natalis beatissimi Patris nostri MARTINIANI, qui fuit ex Cæsarea Palæstinæ, vir pietate & monasticâ exercitatione insignis. *Ità Menæa Græcorum. Est autem Cæsarea Palæstina in confinio Palæstinæ, & Phœnicis, secùs mare mediterraneum, in eo tractu in quo procedendo proximè occurrit Castrum Peregrinorum, ac deindè promontorium Carmeli, & ipse Carmelus, sicut tradit Franciscus Quaresmius,* (a) *in Elucidatione Terræ Sanctæ* (a). *Egit autem primùm vitam Monasticam, ac deindè anachoreticam in solitudine, sicut traditur in ejus vita, in qua sub initium ista:* Mons, Arcæ-locus appellatus, est proximè Cæsaream urbem Palæstinæ. In hoc monte est solitudo sita, in quâ multi viri, qui Monasticam agunt vitam, habitant: inter quos novi etiam habitantem, celebri memoriâ dignum, & divinâ virtute præditum, beatissimum Martinianum. *Claruit verò circa annum Christi quadringentesimum. Ipsum fuisse Eliana successionis asseclam habetur ex dictis supra in XII. fundamentis, præsertim sexto, simul cum anterioribus, & posterioribus collato. Quòd primum egerit vitam cœnobiticam habetur ex istis verbis:* Monasticam agunt vitam . . . inter quos beatissimus Martinianus. *Deinde anachoreticam, seu solitariam duxit. Quòd in Ordine Carmelitano olim tam in veteri quàm nova Lege utraque simul vigu*erit, *constat ex fundamento VII. hîc suprà* (b). *Nec alteri Instituto adscribi potest: non Benedictino, quod nondum erat, nec in eo anachoresis, sed cœnobialis vitæ exercitatio est, sicuti & in Ordine S. Basilij, qui duriore illâ vivendi normâ relictâ, magis cœnobialem introduxit: nec S. Augustini, quod sub ea tempora in Africa inchoatum, ibi propagari incipiens, nondum in Terra Sancta vigebat. Vitæ ejus hæc est synopsis.*

(a) tom. 2. l. 7. c. 1. 2. & 3.

deindè anachoreta:

(b) n. 320. & sequent.

tentatur ad carnalia,

Adolescens vitam Monasticam amplexus est cum tanta perfectione, ut etiam clareret miraculis. Propterea à diabolo virtuti infesto hoste, infestatur: meretricem ab ipso impulsam petentem in cellam admitti nè à bestiis devoretur, fusis precibus, intromittit: secedit, orat: à meretrice exornata, illato de matrimonio colloquio,

consentit:

inducitur ad consensum: à Deo motus resipiscit, prosilit in ignem: adustus jacet humi, misericordiam Dei implorans: indè meretrix movetur ad pœnitentiam: proponit non

sed mox mirabiliter resipiscit:

redire in urbem: suadente S. Martiniano, Bethleëmum abit ejus monitis corroborata, & in monasterium admissa, austerè vivit, ita ut miraculis claruerit: sanctè moritur. S. Martinianus ab ustione curatus relinquit cellam, inquirit insulam maris nulli habitatam: pacto inito cum pio nauta, evehitur ad rupem maris: sub dio degit, in tempestate à diabolo excitatâ fortis & invictus orat: atque ita sex annos perseverat. Sed tandem ecce è naufragio confractæ navis tabulâ ad

fugit ad rupem in mari:

rupem appulsam puellam: cùm appropinquasset rupi, ubi sedebat beatus, ab ea pependit, & cœpit clamare: Miserere mei, serve Domini, & porrige mihi manum, & serva me ab hac aqua, & ne sinas me perire in profundo. Beatus autem videns eam non aliundè habere salutem, dixit subridens: hoc quoque est maligni machinatio. Reverà non vinces promptum meum animi studium, diabole. Et cogitabat apud se dicens: Væ mihi peccatori, rursùs mihi adest cordis probatio. Quid ergo faciam? si eam dimisero in aquis, suffocatur, & maculat meam animam. In graviori necessitate hæc est, quàm prima. Nam illa quidem cùm esset in terra, poterat servari: hæc verò non potest aliundè servari, & cùm suos oculos in cælum extendisset, dixit: Domine, ne sinas me perire, sed provide id, quod est utile animæ meæ. Cumque hæc dixisset, tradidit ei manum. Cùm autem animadvertisset eam esse speciosam, dicit ei. Igni cum fœno nequaquam benè convenit. Non possum ego & tu hîc simul esse: malignus enim in me operatur putrefactionem. Itaque evitaturus occasionem peccandi, crucis signo munitus, mittit se in mare: delphinorum tergis ad littus evehitur, biennio peracto in peregrinatione venit Athenas: vocat ad se Episcopum: ejus acceptâ benedictione sanctè moritur, Martyris instar habendus; nam fuit sui & persecutor, & Rex, & carnifex, seipsum torquens, & martyr decertans, & justus renuntiatus. Quid ergo? eum vocabis Martyrem? Certè. Etenim ut fortis athleta ignem contempsit: & quod est admirabile, ipse sibi accendit fornacem, & per hunc ignem conculcavit ignem æternũ: & quam adversus ipsum mulierem excitavit diabolus, eam per preces perfectam Dei ancillam fecit. *Vitam istam luculentiùs scriptâ Lector reperiet apud Metaphrastem, Lipomanum, Surium, & Bollandum ad diem XIII. Febr.*

mirabiles casus puellæ:

ne cum illa sit, mittit se in mare:

habetur vitæ martyr.

2907. XXIII. FEBRUARIJ: apud Sirmium beati Sireni * monachi & martyris, qui, jubente Maximiano Imperatore, tentus, cùm se Christianum esse confiteretur, capite cæsus est. *Ita Martyrologium Romanum: ibi hæc notat Baronius:* Maximiani temporibus fuisse monachos, & ex eis quamplurimos coronatos esse martyrio. EODEM DIE (*23. Februarij*) In urbe Ecbatana S. DOSITHEI Monachi & Confessoris, qui nullis sacrarum rerum doctrinis eruditus, brevi ad perfectionem progressus, pro vitæ religiosæ meritis præmium cæleste accepit. *Ita Petrus Galesinius in Martyrologio ad diem XXIII. Februarij. De situ Ecbatanæ ista habet Plinius libro 5. historiæ naturalis cap. 19.* Promontoriũ Carmeli: & in monte oppidum eodem nomine (*scilicet Carmelus*) quondam Ecbatana dictum. *Si in illa Ecbatana fuerit monasterium S. Dosithei, illud situm erat circa Carmelum:*

* *al.* Serenus.

S. Dositheus,

circa Carmelum.

in

Digitized by Google

in quo monte, valdè spatioso, ad ejus radices varia erant oppida & urbes, quas inter etiam fuit Caiphas, aliàs Porphyria, cujus mentio fuit hîc suprà ad diem XXVIII. Januarij, ubi de S. Iacobo Porphyronita (a). *Galesinus ait, etiam aliam fuisse Ecbatanam in Syria. P. Bollandus censet monasterium illud S. Dosithei fuisse, in ditione Gazensi in Palæstina: anno Christi 1656. die 16. Novembris, cùm Mechliniam venisset, ibi è suo Collegio, ad Priorem Carmelitarum Mechlinia ista scribebat:*

(a) n. 584.

aut in ditione Gazensi, Ord. Carm. alumnus:

Reverende in Christo Pater. Veni nudius-tertiùs vesperi huc Antuerpiâ: Unum rogo, ut si R.tia V.ra habeat tertium Tomum R. P. Lezanæ, eum mihi usque in diem crastinum commodet. Ego crastino die ipse referam, vel certè remittam. Est mihi nunc sub prælo Vita S. Dosithei, quem (uti & S. Dorotheum ejus Magistrum, ac SS. Seridum & Barsanuphium Dorothei magistros) certum habeo, fuisse Ordinis vestri in ditione Gazensi in Palæstina. *In istis autem Actis* (b) *vita S. Dosithei ex auctore Græco Latinè reddita, traduntur, ubi in Commentario prævio sub finem sic ad idem propositum:* Miror, Joannem Baptistam de Lezana, accuratissimum Scriptorem Annalium Ordinis Carmelitici, nec quinto nec sexto seculo, Barnuphij, Seridi, Dorothei & Dosithei meminisse; cùm utrumque Zosimam, aliosque quamplurimos, commemoret sui Instituti professores, & magni Eliæ Imitatores: quod de Dorotheo sociisque potiori jure asserere poterat. *Existimamus Venerab. P. de Lezana S. Dosithei & aliorum præfatorum, non meminisse; quòd fortè vitam istam non ita pridem per R. P. Corderium è Græco in Latinum traductam, non habuerit.*

(b) ad diem XXIII. Febr. in Comm. prævio sub finem.

vita ejus compendiùm:

2908. *Inter exercitia virtutum in illo monasterio tradita S. Dositheo illud fuit (quo magnus Propheta Monastica conversationis antesignanus Elias potissimè ad culmen sanctitatis provectus fuit)* Dei memor esto, eumque tibi præsentem considera. *Ità in præfata ejus vita, ubi etiam traditur, quàm exactè istud executus fuerit: nam habebat jugem Dei memoriam. Occasionem conversionis ejus, & præcipuas aliquot virtutes hîc paucis attigisse satis erit, plura expetens adire poterit vitam loco jam dicto.* Delicatus juvenis, rudis rerum fidei, profectus Hierosolymam, indeque Gethsemanum, & ibi contemplatus inferni tormenta, ut illa evaderet, & animam suam salvaret, à seculi vanitate ad Christianam pietatem mirabiliter incitatus fuit: & mox ad monasterium perductus, instituendus traditur S. Dorotheo: à quo primùm exercitatus fuit in abstinentia; solitus enim comedere sex libras panis, sensim sic decrevit, ut octo unciis esset contentus. Ægrotorum servitio addictus Dositheus omnia mundè, diligenter & exactissimè, ac simpliciter, juxta præscriptum obedientiæ peragebat. Ab exercitatissimo suo Magistro variè exercetur, nè ulli rei afficeretur. Cultellum quemdam jubetur non tangere: quod accuratè servat. Cogitationes suas clarè aperit. Tabe laborans audierat, ova sorbilia sibi prodesse: at etiam in infirmitate contra propriam voluntatem, & sensualitatem decertans, orat, & exorat Magistrum suum, ne dentur. Sic impugnavit & superavit sensualitatem: præcipuè etiam excelluit in obedientiæ indiscussa observatione, ac propriæ voluntatis abnegatione: quibus brevi temporis spatio (vix quinquennio) ad culmen perfectionis, & eminentem sanctitatis, ac gloriæ gradum pervenit. Non multis post beati Dosithei obitum diebus, quidam sanctus & magnus senex, qui isthic hospitio excipiebatur, videre cupiebat sanctos Patres, qui in eo cœnobio vitâ functi erant, & obdormierant. Rogavit itaque Deum, sibi ut eos revelaret: & vidit veluti in choro illos omnes sibi adstantes, inter quos & juvenem quemdam adspexit assistentem magnâ gloriâ refulgentem: de quo admirabundus interrogabat, quisnam esset ille juvenis, quem inter Patres conspexisset: cumque formæ illius signa & characteres accuratè descripsisset, agnoverunt omnes Dositheum fuisse, & glorificaverunt Deum, admirantes quòd ad tanta præmia, tam brevi tempore pro sola dumtaxat obedientiæ indiscussa observatione, ac propriæ voluntatis abnegatione pertingere meruit.

studiosè sensualitatem impugnans,

brevi tempore magna meruit præmia.

CAPUT III.

Monastici germinis veteris, à S. Elia Propheta procedentis, flores verni in Martio, & Aprili, ac Majo.

2909. PRIMA MARTII S. Eudociæ Præfectæ triginta Monialium, & B. Germani Patris LXX. monachorum. *In Romano Martyrologio ad diem primam Martij legitur*: S. Eudociæ Martyris, quæ in persecutione Traiani à Theodoto Episcopo baptizata, & ad certamen munita, Vincentij Præsidis jussu percussa gladio, martyrij coronam accepit. *In Græcorum Menæis hoc extat ejusdem elogium, & vitæ Synopsis*: Erat Eudocia ex Heliopoli Phœnices Libanesiæ urbe, circa tempora Trajani Imperatoris, propter eximiam formæ venustatem multis expetita amatoribus, eoque amplas consecuta divitias. Dein cùm Germanum, quemdam Monachum, de pietate ac pœnitentia, sermones percurrentem audisset, Christo nomen dedit, atque à Theodoto Episcopo baptismate sacro abluta est, divinis quibusdam revelationibus ad id suscipiendum permota. Animo enim à sensibus avocato videbatur sibi, Angelo ipsam manu deducente, in cœlum conscendere, alioque Angelos videre & audire ipsi conversionem gratulantes; & nigrum quoddam spectrum aspectu horridum, fremere ac vociferari, se injuriâ affici, si Eudocia sibi eriperetur. Ipsa verò, distributis in pauperes facultatibus, Monasterium ingressa est: ac dein curriculum religiosæ exercitationis præclarè emetiens, Aureliano regnum adepto, sistitur, ab iis delata, qui priùs illam

S. Eudocia conversa à B. Germano.

monasterium ingressa,

Digitized by Google

eadem martyr:

impuro amore prosecuti fuerant. Sed cùm miraculorum effectrice gratiâ prædita esset, & filium ejusdem Regis mortuum suscitavit, & ipsummet ad Christi fidem adduxit. Post annos aliquot à Diogene Duce Heliopoleos ad quæstionem rapta, prodigiis quibusdam patratis, rursùs dimittitur. A Vincentio demum, successore Diogenis, capite plectitur. *Vixit igitur S. Eudocia circa tempora Trajani Imperatoris: qui imperium suscepit anno ultimo primi seculi à Christo nato (videlicet anno centesimo, annis circiter 67. post Christi passionem, superstite adhuc S. Ioanne Euangelista) Aurelianus ille, cujus ibi statim facta mentio, in vita S. Eudociæ* Regulus *nuncupatur.*

(a) in Indice Chronolog. sub init. pag. LVII.

2910. *In Actis Sanctorum mensis Martij* (a) *PP. Bollandus, & cohortes, in titulo:* I. SECULUM A CHRISTO NATO, *ista annotant:* Sub finem primi seculi Heliopoli in Cœlesyria degebat Germanus Præfectus cœnobij Monachorum septuaginta, à quo non longè distabat ascæterium virginum triginta, quibus præerat Charitina. *Et proximè post, in titulo:* II. SECULUM sub Trajano Imperatore S. Eudocia Samaritana Heliopoli in Cœlesyria à quæstu meretricio per Germanum Monachum conversa ad fidem Christi & vitam Monasticam, ac dein Sanctimonialibus præfecta, postmodùm sub Hadriano Imp. martyrij palmam adepta 1. Martij. *Ad quem diem ibi sequitur vita S. Eudociæ: ubi etiam agitur de præfato Germano. Considerandæ hic sunt tempus, & locus, quibus isti cum suis Monachis, & sacris virginibus, seu Monialibus vixerunt. Quoad tempus, jam audivimus, quod seculo primo sub finem, atque ita imperantibus Domitiano & Nerva, & seculo secundo sub initium, imperium tenente Trajano, illis scilicet temporibus, quibus maximè florebant Esseni in Palæstina, in Ægypto, & alibi, de quibus tunc scripserunt Philo, Iosephus, Plinius, & Solinus: & illis ac sequentibus seculis, monachi omnes Essenorum instituta sectabantur, sicut frequenter inculcat Cardinalis Baronius, & tradunt alij hic suprà fundamento 3. Quantum ad locum, solitudo erat in Phœnicia, seu Cœlesyria, haud longè à Carmelo; Cœlesyria enim est pars Syriæ majoris, & adjacens Palæstinæ, ubi situs est Carmelus, sicut tradit Adrichomius* (b).

quo tempore ista contigerint:

ipsa, & B. Germanus instituti monastici à S. Elia promanantis:

(b) in Theatro Terræsanctæ de tribu *Manasse* n. 37. & 93. & alibi.

2911. *Quòd utrumque illud monasterium fuerit in solitudine, patet ex ipsius S. Eudociæ Vita cap. 2. ubi ista:* Pius quidam monachus, nomine Germanus, è nescio quâ peregrinatione, monasterium repetens, necessariò per Heliopolim itinere, urbem vesperè ingressus, exceptus hospitio est amici Christiani hominis. *Et ex cap. 4. ubi sancta Eudocia his verbis B. Germanum affatur:* Obsecro Pater, inquit, ne graveris indicare quæ te rogo. Quare vos monachi in locis desertis habitatis? *Et cap. 12. comprehensa à tyranno, ab eo interrogata fuit, cur in solitudinem secessisset:* Age *inquit*, dic protinùs nobis, cujus rei gratiâ, relictâ tuâ civitate, diis contumeliosè spretis, secesseris in istam, unde te abduxi, solitudinem? *De utroque illo monasterio, & exemplari vita S. Eudociæ ista cap. 9. referuntur:* Habebat porrò B. Germanus suo regimini subjectos in cœnobio Monachos septuaginta: & in ascæterio non longè inde remoto, virgines triginta; inter quas admissa B. Eudocia, omni statim virtutum laude præ cunctis excelluit. Tertio decimo post ejus illuc ingressum mense, Præfecta Parthenonis, nomine Charitina, sanctè, uti vixerat, decessit. Tantum sub ejus cura Eudocia profecerat tam exiguo spatio, ut Psalterium memoriter totum redderet; & divino illustrante Spiritu, Scripturam Sacram universam, accuratè perlectam intelligeret. Quare, cùm & cæteræ dotes suffragarentur, & disciplinæ severâ custodiâ, Sorores, ut dictum est, cunctas antecelleret, præposita Gynæceo est in defunctæ locum. Nec Deus distulit electionem miraculis comprobare, quæ mox referemus (*nempè* perditum juvenem, *ac deinde* Reguli filium mirabilitèr convertit, & mortuos aliquot vitæ restituit, ac alia precibus suis patravit.) *Qualis autem fuerit Eudocia vestis in illo Monasterio, refertur eodem capite, nempè* vestis candida: & tunica talaris cilicina, & ex eadem materia pallium cucullatum: sicque in religiosæ vitæ exercitatione perduravit. *Vestis cilicina idem est quod* Melota: *vestis igitur illi fuit similis Eliæ, & discipulis ejus Filiis Prophetarum: de quibus scripsit S. Paulus:* Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis... in solitudinibus &c. *circa quæ habes plura hic supra in vita S. Eliæ* (a). *Hinc, & ex omnibus adductis supra in XII. Fundamentis, habetur, istam S. Eudociam, & B. Germanum, cum sibi subjectis Monachis, & sacris virginibus, vetus Elianum Essenum Institutum, quod illis temporibus unicum erat, tenuisse: vide supra Fundamento VI. & XI. Eadem est ratio de S. Eugenia, & aliis, de quibus in sequentibus. De Monachis, & Monialibus istius temporis nuncupatis* Esseni, & Therapeutæ & Therapeutides, *peculiariter agetur hic paulò post, ubi de S. Marco Euangelista: alia quædam de illis adducta sunt hic supra Fundamento 3. per totum.* (b)

Præpositæ suis monialium aliarum:

veste cilicina, & superiùs alba utebatur.

(a) p. 1. c. 1. n. 28. & 29.

(b) n. 284. & præcipuè.

2912. XVI. MARTII: in Syria S. ABRAHÆ * eremitæ, cujus res gestas beatus Ephræm diaconus conscripsit: *Ita Martyrologium Romanum ad hunc diem. Vita ejus præclara, celsarum virtutum speculum, passim obvia est in Vitis Patrum, apud Metaphrastem, Lipomanum, Surium, Bollandum, & alios: compendium vitæ ejus traditur in Annalibus Carmelitanis* (c) *ubi ista:* Non extra chorum Annalium nostrorum, cùm similes ascetæ, Elianæ, & Carmelitanæ anachoresis æmulatores essent.

* *Al.* Abramij.

(c) ad an. Chr. 329. & seq. n. 4.

2913. XVII. MARTII: S. PATRITII, * Apostoli Hiberniæ, æmulatoris & cultoris S. Eliæ. *Quòd S. Patritius fuerit æmulator, & cultor S. Eliæ Prophetæ, & amplexus fuerit, exercueritque Monasticen veteris instituti, à S. Elia primordialiter emanantis, per Filios Prophetarum, Essenos, & Therapeutas propagati primò in Palæstina, & exindè in Ægypto, ac deinceps in Italia, Gallia, & Hibernia, ac Anglia, persuadetur ex eo, quòd Monasticen exercuerit in Lerino (seu Lerina) sicut traditur in* Actis Sanctorum *ad diem XVII. Martij,*

* *Al.* Patricij per c.

S. Patritium æmulator, & cultor S. Eliæ:

Digitized by Google

Martij, in Commentario prævio ad vitam S. Patritij §. IX. cujus titulus est: S. Patritius Lerinum secedit: *ibi ex S. Eucherij Lugdunensis Episcopi opusculo, de laude eremi, ista adducunt*: Equidem cunctis eremi locis, quæ piorum illuminantur secessu, reverentiam debeo: præcipuè tamen Lerinam meam honore complector, quæ procellosi naufragiis mundi effusum piissimis ulnis me receperat: digna quæ Honorato auctore fundata sit... digna, quæ præstantissimos alat Monachos... Hæc nunc possidet venerabilem gravitate Caprasium, veteribus Sanctis parem. Hæc nunc habet sanctos illos viros, qui divisis cellulis, Ægyptios Patres Galliis nostris intulerunt. ... Interim autem dùm ibi per multos annos demoratur, Probo teste, Patricius, Angelus Domini, qui ei indesinenter apparuerat, etiam modò crebris visionibus visitavit eum, dicens, jam adesse tempus, ut veniret in Hiberniam, & Euangelico ore feras nationes, ad quas docendas destinatus fuerat, converteret ad Christum. *De Lerino (seu Lerina) & quod Monachi ibi olim sectati fuerint veterus institutum monasticum, habetur ex dictis hìc suprà ad diem XVI. Ianuarij, ubi de S. Honorato.*

Monasticis institutis imbutus in Lerino:

Qualis autem monastica ejus conversatio fuerit, traditur in ejus vita (a) Patritius Monachus effectus, quæ retrò sunt, obliviscens, in anteriora se extendit: & quasi parvi pendens præteritam conversationem, ad celsitudinem perfectionis festinavit. Incredibili enim abstinentiâ, vigiliarumque protelatione, ac cæterarum virtutum exercitiis semetipsum affligebat, & crucis mortificationem, quam habitus prætendit, in corde, & corpore jugiter ferebat.

(a) per Iocelinum apud Bolland. cap 3.

2914. *In confirmationem ejus, quòd S. Patritius vetus institutum Monasticum Elianum sectatus fuerit, addendum quoque, quòd monasticam tonsuram acceperit, & aliquamdiu habitaverit in S. Martini monasterio (videatur in eodem commentario §. VII. sub finem) illud autem fuisse ex veteri Eliano instituto, videatur hìc infrà ad diem XI. Novembris, ubi de S. Martino. Addimus, S. Patritium peculiari devotione coluisse S. Eliam, cujus adjutorio à damonis vexatione liberatus fuit, sicut in ejus vita traditur his verbis*: Sanctus autem in tribulatione sua clamavit ad Dominum, bis invocans in nomine Domini Heliam Principem Prophetarum sibi in adjutorium. Missus itaque Helias à Domino, cum lumine immenso, illum ab omni pressura inimici, quæ circumdedit eum, liberavit. *Historiam illam plenius descriptam habet lector hìc suprà, ad diem XX. Iulij cap. 3. §. 4. sub finem.*

singulariter devotus S. Eliæ:

quem invocans,

(b) n. 2064. (b) *Quibus meritò addenda bina ista singularia beneficia ab eodem S. Elia ipsi Patritio præstita, quòd ab eo* mirabiliter intùs, & extrà illuminatus fuerit: *& quòd exindè* dæmon à S. Elia devictus, nil ultrà umquàm adversùs S. Patritium prævaluerit, *sicut ibidem traditur his verbis*: Inimicus autem humani generis confusus, compulsus est confiteri se ab eo devictum, nec ullatenùs imposterùm se habiturum potestatem prævalendi adversùs eum. *Obiter hinc perpendatur efficax S. Eliæ piè invocati patrocinium: de quo plura hìc suprà* (a).

duplicem, ejus meritis, gratiam obtinet.

(a) n. 2064. pag. 588.

2915. *Præterea sicut S. Eliæ, & monachorum veterum in Palæstinâ, ac Ægypto, vestis superior fuit albi coloris pellis caprina, aut ovilla, sicut constat ex supradictis* (b) *ita quoque S. Patritius, & monachi ab ipso instituti in Hibernia cucullâ candidâ amiciebantur; sicut in vita S. Patritij tradit Iocellinus. De S. Patritij monachatu veteris Instituti à S. Elia Propheta inchoati plura videri poterunt apud P. Lezana in Annalibus* (c) *ubi tandem sic concluditur*: Veritas ergò vincat, ipsâque duce, dicamus, Patritium antiquissimi illius Eliani & Prophetici Anachorismi cultorem fuisse. *Pro istius asserti illustratione, ac confirmatione peculiariter serviunt quoque dicta hìc suprà Fundamento V. & VI.* (d) *Porro S. Patritius primitus sectatus instituta Palæstinorum, & Ægyptiorum monachorum (qua eadem erant, ut constat ex supradictis* e) *deindè ipse confecit regulam propriam. Post ipsum etiam alij nonnulli proprias conscripserunt regulas, à prafatis tamen institutis Palæstinorum, ac Ægyptiorum non admodùm discrepantes quoad habitum, & conversationem monasticam: sed illorum quasi appendices, seu explicationes; sub istis perstiterunt monachi Hiberni, usque ad adventum S. Augustini Angliæ Apostoli: sub quo, & post eum, passim monachi ad instituta S. Benedicti transeuntes, ipsius Regulam acceptarunt.*

(b) n. 2075 pag. 593.

(c) tom. 3. ad an Chr. 433. & seq. n. 11.

(d) n. 305. & 313 pag. 81. & 84.

(e) n. 299. & seq. pag. 80. & seq.

2916. XXIII. MARTII: S. Nicon is Episcopi, & sociorum Monachorum centum nonaginta novem, juxtà Tauromenium in Sicilia: *quorum acta à Charoneno Syracusano, istorum condiscipulo in vita monastica, conscripta, exhibet P. Bollandus, in Actis Sanctorum, ad hanc diem, in Indice Chronologico annum, & diem, ac locum martyrij eorum his annotans verbis*: Anno 250. S. Nicon, & 199. monachi martyres, juxtà Tauromenium, 23. Martij. *Vita ejus, præsertim quoad monasticen, & martyrium, hac est epitome.* S. Nicon Neapoli, natus patre gentili, matre Christianâ: ab ea instructus, in Christum credidit: ad bellum evocatus, in conflictu quodam cæsis commilitonibus, Christum invocans, & venerabili Crucis vivificæ signo sese communiens, in medios hostes se intulit; & hos quidem gladio cædens, illos hastâ deiiciens, non ante destitit à certamine, quàm omnes in fugam conversos dissiparet, omnibus propterea admiratione perculsis. Aliquantò pòst, suadente matre, ab ea discessit, baptizandus, & in Chium insulam navigavit: tandemque pervenit ad partes excelsi montis, qui Ganos, seu Gani dicitur: eodemque tempore Abbas adfuit, habitu Episcopali, cum quindecim Fratribus. Facientes itaque ad invicem consuetam monachis adorationem, arripuerunt manum ejus, abduxeruntque in speluncam, in qua commorationem sibi constituerat eorum Hegumenus atque Episcopus, cum cœtu monachorum aliorum. Biduum hìc, triduumve exegerat Nicon Dei servus; cùm labores, atque vigilias contemplatus, quas illi fortiter sustinebant, psalmodiæ,

S. Nicon juvenis signo crucis mirabiliter victoriosus:

venit ad cœtum Monachorum:

Digitized by Google

modiæ, lectionique vacantes assiduè, ipsis lacrymis solum irrigantes; irruit in eum timor Domini, amorque inexplicabilis, adeò, ut penè extrà se raperetur exultans, & quam ducebant sancti angelicam vitam, admirabundus explorans. Ibi in fidei mysteriis instructus, & baptizatus, monachus efficitur, & in iis, quæ ibi tractabantur litteris, atque disciplinis, psalmodiâ item, atque oratione, lectione & puritate sese ità exercuit, ut facilè appareret, vas electionis factum esse Domino, nonnullique dicerent, similem Angelo virum videri, propter quietem animi, & mansuetudinem singularem. Etenim in tolerantia plurimus, in dilectione summus, in jejuniis incomparabilis, in doctrina insatiabilis, in nocturna psalmodia indefessus, & in omni vitæ actione irreprehensibilis apparebat. Pòst triennium, monitu Angeli, in Episcopum consecratus, defuncto Hegumeno Episcopo, Nicon successit. Dei autem revelatione sciens, Gani montem à Gentilibus vastandum, cum omnibus suis discessit in Mitylonem, indeque in Italiam, ac tandem in Siciliam: ubi circà Tauromenij montem habitantes, comprehensi tandem, & diris afflicti tormentis, gloriosæ confessionis cursum, sub immanissimo Præfecto Quintiano consummârunt. *Ex jam delibatis, & ex capite 2. vita S. Niconis, patet, quod vitæ ratio istorum Monachorum similis fuerit Palestinorum, & Ægyptiorum: quos Essenos, aut ex Essenis processisse, habetur ex supràdictis.*

illis aggregatur:

vitam ducit quasi Angelicam:

Hegumeno (id est Superiore) mortuo succedit:

cum suis martyrio coronatur.

2917. IV. APRILIS: In Palæstina sancti Zozimi * anachoretæ, qui funus S. Mariæ Ægyptiacæ curavit: *de quo ista in Annalibus Carmelitarum* (a). Circa hoc tempus, juxta plurium sapientum calculum, quos sectantur Baronius, Heribertus Rosweydus, Spondanus & alij, pia illa Zosimæ Abbatis, & Mariæ Ægyptiacæ dictæ historia contigit, nostris jure annectenda Annalibus. Hic ergò Zosimas, aliis Zosimus, & aliis Zozimus, Monachus fuit in monasterio Palæstinorum, ut vel hinc elici valeat ex Elianis illis fuisse, qui Lauras Palæstinæ colebant, de quibus in præcedentibus sæpè diximus, Elianis aggregari debere. Perfectus valde Monachismi exercitator ab incunabilis ipsis describitur. Frequenter psallere, & meditari opus ejus. Tentatus tamen suæ perfectionis superbiâ, alterius non egere magisterio sibi proposuit. Monetur idcircò divinitùs monasterium relinquere. Petit ad aliud propè Jordanem situm. Ut vel hinc quoque hauriamus Essenorum cœtum hoc Cœnobium fuisse, qui Parentis Elisei exemplo, sacri hujus fluminis fluenta frequentabant. Monasterij insuper mores id ostentant: cibum namque habebant, & potum, panem, & aquam, eorundem Essenorum instar, quibus hæc parcimonia familiaris; Solitudinem hi Monachi in Quadragesima incolebant, juxta eorundem quoque Essenorum ritum, qui solitudinum frequentatores noscebantur. *Fundamentum accensendi ipsum posteris, aut certè æmulatoribus S. Elia, est, quod vitam anachoreticam monasticam exercuerit in locis, ubi habitarunt discipuli SS. Eliæ, & Elisei: de quibus S. Hieronymus in epist. ad Rusticum, ita scribit:* Filij Prophetarum, quos monachos in veteri Testamento legimus, ædificabant sibi casulas propè fluenta Jordanis. *Et in epist. ad Paulinum:* Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula propè fluenta Jordanis. *Ibi continuati Filij Prophetarum, de quibus sub nomine Essenorum scribunt Philo & Iosephus Iudæi, Plinius & Solinus ethnici, & alij plurimi Christiani ut videre licet hic paulò infra, ubi de S. Marco Evangelista; Huc etiam concurrunt pleraque ex Fundamentis XII. superiùs locatis* (a) *quæ etiam hoc persuadent de* S. APHRAATE *anachoreta in Syria, in cœnobio propè Antiochiam: cujus vitam ex Theodoreto, tradunt Surius, & Bollandus ad diem VII. Martij, quò ejus memoria fit in Martyrologio Romano, his verbis:* In Syria Sancti Aphraatis anachoretæ, qui Valentis tempore Catholicam fidem, virtute miraculorum, adversùs Arianos defendit. *Monasticâ disciplinâ severiore, & Eliano zelo decertans contrà Arianos, & Valentem Imperatorem (sicut olim Elias adversùs Baälitas, & Achabum Regem) claruit circà annum Christi 370. Valentiniano, & Valente imperantibus: circa quæ tempora in Palæstina, circà Iordanem, & alibi, & in Syria, ac Cœlesyria, complures alij, sanctitate illustres monachi, & anachoretæ, eamdem vitæ rationem sectantes, Ecclesiam, & Monasticen exornârunt.*

(a) vide n. 29 5. & seq.

2918. XIV. APRILIS: Alexandriæ S. FRONTONIS ABBATIS, cujus vita sanctitate & miraculis claruit. *Ita Martyrologium Romanum. Eadem leguntur in aliis antiquis Martyrologiis: addit Beda:* qui septuaginta fermè Pater extitit monachorum. *Institutum istorum monachorum fuisse Elianum, seu Essenum habetur ex dictis hic supra in XII. Fundamentis. Habitavit enim in monte Nitria circa Alexandriam, ubi maximè floruerunt Esseni; ideo merito Ioannes Bollandus hunc S. Frontonem (seu Frontonium) & alios Nitriotas ex Essenis fuisse tradit* (b): *cum enim de Essæis monachis, imo monachorum propagatoribus egisset (ut ex Philone tradunt S. Hieronymus, S. Epiphanius, Eusebius, Cassianus &c.) qui præcipuè* circùm Alexandriam ad stagnum Mariam sanctæ vitæ mysteriis dabant operam, *subjungit:* Ex horum posteris fuit S. Frontonius apud Nitriam Abbas septuaginta fratrum, tertiodecimo anno imperij Antonini Imperatoris, circiter annum Christi 150. integro ante ortum sancti Antonij seculo. *Singularissimum divinæ providentiæ erga fideles suos famulos in ipsum confidentes, exemplum refertur in ejus vita, videlicet, quod cùm ipse S. Fronto, & monachi ejus fermè septuaginta in eremo Deo servirent, fratres veriti penuriam rerum necessariarum, voluerint redire ad urbem: sed acceperunt à Frontonio consolationem, & à quodam divite subsidium, & provisionem, per camelos annona onustos, urgente Angelo, qui diviti eidem in somnis apparens id præceperat. Quod maximè*

S. Fronto, & ejus LXX. monachi,

ex posteris S. Elia, & Essenorum.

(b) ad XVII Ianuar. in Comment. prævio ad vitam S. Antonij §. 3

illis Deus insigni miraculo de necessariis provida.

miracula

* *Al.* Zosimæ.

(a) ad an. 514.

S. Zosimus veteris monastici instituti cultor,

in Lauris Palæstinæ.

tendit ad monasterium aliud prope Iordanem:

ubi S. Eliseus & discipuli ejus habitarunt.

Digitized by Google

miraculo peractum est; eò quòd Cameli illi, nullo ductore, ad ipsos in eremo commorantes pervenerunt. Hæc sub Antonino Imperatore gesta sunt, tertiodecimo anno Imperij ejus. *Ita legitur in vita S. Frontonis* (a). *Antonini autem cognominati* Pij *(cujus tempore verisimiliùs id contigit) annus XIII. erat Christi centesimus quinquagesimus aut 151. adoptatus enim fuit ab Hadriano anno 138.*

(a) sub finem.

S. Helenus Monachus Essenus:

2919. XVII. APRILIS: B. HELENI Episcopi Heliopolis, *assumpti ex monacho & Patre monasterij monachorum, qui Esseni dicebantur, propè Alexandriam; de quo in vita S. Eugeniæ, apud Surium, ad diem 25. Decembris*: Audio enim à quodam Heleno hîc factum esse monasterium, & illum quidem propter virtutis magnitudinem ascendisse gradum Episcopatûs... Magnus inter Episcopos Helenus venit ex Heliopoli. *Ad marginem notat Surius*: In monasterio Heleni, monachi, quos Essenos vocat Philo, perpetuis vacabant precibus, & canticis. *Quòd monachi isti essent Esseni, seu Essenorum posteri, tradit etiam Cardinalis Baronius, verbis hîc supra* (b) *adductis. In Vitis Patrum, ubi de S. Eugenia, hæc de eodem leguntur:* Et quia mos est apud Ægyptum, quando circumeunt monasteria Episcopi, psallentium eos sequatur exercitus, supervenit idem Helenus Heliopolis Episcopus.

(b) n. 288.

in igne illæsus.

2920. *Consequenter refertur, quomodo ardentes prunas, illæsâ veste, detulerit: & cum mago congressus, signo crucis munitus, in igne illæsus perstiterit. Illa sic paucis traduntur à Petro de Natalibus Episcopo Equilino* (c): Dùm semel cum quodâ hæretico disputaret, & argumenta ejus ferre non posset, ignem accendi fecit: ut quis eorũ igne non ureretur, fidem habere verâ probaretur. Quem Helenus intrans, dudum in flammis illæsus permansit, & intactus exivit. Hæreticus verò intrare nolens, confusus abiit. Dormivit in Christo vir sanctus XV. Kalendas Maji (*is est XVII. Aprilis*) *Plura de eo videri poterunt in Vitis Patrum, in vita S. Eugeniæ, & alibi* (d): *& apud Metaphrastem, ac Surium: ac Tomo 2. Annalium Carmelitarũ* (e): *ubi annotatur, eumdẽ esse Helenum, de quo in Vita S. Eugeniæ, & de quo præfatus Episcop. Equilinus, & alij.*

(c) in Catalog. SS. l. 4. c. 59.

(d) lib. 2. c. 11. & l. 8. c. 59.

(e) ad an. 70. n. 1. & 2.

S. Marco Euang. multùm debet Carmeli Religio,

2921. XXV. APRILIS: S. MARCI EVANGELISTÆ: Doctoris Essenorum, posterorum SS. Prophetarum Eliæ, ac Elisei: *Eliana Carmelitana Religio multùm debet S. Marco Euangelistæ; ipse enim Essenos, posteros sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei, ac Filiorum Prophetarum (sicut habetur ex dictis supra Fundamento 3. & 4.* (f) *& hîc infra confirmabitur) à ritu Iudaico ad Christianam Legem transtulit, & insuper sublimioris perfectionis monasticæ institutis imbuit, ac provexit: sicut tradunt Patres, & Scriptores illustres mox adducendi, & declarat peculiariter P. Lezana To. 2. Annalium, ad ann. Christi* 45 (g), *ubi ista*: Huic anno adscribenda videtur missio S. Marci Euangel. Alexandriam à Petro Apostolorum Principe, prout Baronius, & ejus assecla Cornelius in Chronotaxi Actuum Apostolorum cum aliis existimant. Res quidem gravissima, & historiæ nostræ valdè necessaria, cùm tangat conversionẽ Essenorum in Alexandriæ partibus commorantium, nostri Eliadum Instituti propaginum, ut propterea accuratiùs expendenda videatur. *Et infra*: Maximè verò, & ad rem nostrã propiùs, Essenos Alexandrinos ab Euangel. Marco, in Christi fide instructos fuisse, concors est, & verissima Doctorũ sententia. Eam ex antiquioribus satis indigitat Eusebius, dum eos, quos Marcus ad fidem Alexandriæ perduxerat, à Philone commendatos esse commemorat. Compertissimum namq; est, Philonem, in libro, QUOD OMNIS PROBUS SIT LIBER, & in lib. DE VITA CONTEMPL. ac in APOLOGIA Essenorum tùm practicorũ, tùm Theoreticorum Ægypti, & Alexandriæ, mores, & instituta descripsisse. *Id ibi comprobat Variorum auctoritatibus: hoc ipsum etiam hîc illustrium Scriptorũ traditione, & assertis confirmari convenit.*

(f) n. 286. & seq.

(g) num. 4. & seq.

ob tradita Essenis, S. Eliæ posteris, Euangelica perfectionis instituta:

2922. *Eusebius vetustus Scriptor, & ex eo Aloysius Lipomanus, sub hoc titulo*: Vita Divi Marci Euangelistæ, per Eusebium Cæsariensem scripta: *sic ad propositum*: Hunc autem Marcum tradunt primum ad Ægyptum perrexisse, atque inibi Euangelium, quod ipse conscripserat, prædicasse, & ipsum primum Ecclesiam apud Alexandriam constituisse. Tanta autem fertur multitudo credentiũ virorum ac mulierum, primô ingressu, exemplô sobrietatis ejus, & continentiæ congregata, ut etiam conversatio eorũ, qui per ipsum crediderant, & vitæ totius abstinentia, ac frugi eorum sobriaque convivia, librorum memoriæ mandarentur à viro disertissimo Philone. *Quæ Philo in illo libro de S. Marci Discipulis scribat, ibi consequenter traduntur, & hæc, inter cætera*: Evidentissimè omnia Ecclesiæ instituta complectitur (*Philo videlicet*) quæ & tunc tradita sunt, & in hodiernum servantur à nobis. Sed & abstinentium vitas, eorum dumtaxat, qui nunc in Ecclesiis vel monasteriis degunt, describit ad liquidũ. Undè planè manifestissimè proditur, non solùm sciens quæ nostra sunt, sed & amplectens: quippe qui divinis laudibus extulit sui temporis Apostolicos viros, ex Hebræorum (quantùm intelligi datur) præcipuè genere credentes: quoniã quidem constat, quòd hi qui sub Apostolis ex Israëlitis credebant, Judaicis adhuc institutionibus, & legis observationibus inhærebant. *Ibi consequenter ratio vitæ eorum, de quibus ibi Philo, describitur, & quòd etiam ea ad alias Orbis partes sit derivata; quodq; etiam sacræ Virgines idem institutũ profiterentur:* Oportebat namq; perfecti hujus boni participem fieri omnem Græciã, omnemque Barbariam. In Ægypto tamen major est copia per singula quæque territoria, præcipuè autem circa Alexandriã. Nam optimus quisque ex omnibus locis, velut ad uberis patriæ glebas festinus occurrit colonus. Regio quædã est Philosophiæ magis, quàm frugibus opportuna, supra lacũ, cui MARIÆ nomen est, sita, colliculis quibusdam molliter, & clementer erecta, ad munimentum simul atque aëris temperiem commoda. Post hæc, descriptis eorum habitaculis, ut se ha-

id plurimorum auctoritate stabilitur:

Essenes sub S. Marco præcipuè floruerunt circa Alexandriã.

Digitized by Google

beat singulorum qualitas & situs, etiam de Ecclesiis, quæ apud eos sunt, ita dicit: Est autem, inquit, in singulis locis consecrata orationi domus, quæ appellatur Semnion, vel Monasterium... Sunt & fœminæ, in quibus plures jam grandævæ sunt virgines, integritatem casti corporis, non necessitate aliquâ, sed devotione servantes. Dum sapientiæ studiis semet gestiunt non solùm animô, sed & corpore consecrare. *De monasteriis circa lacum istum* Mariam, *continuatis usque post seculum quartum, plura sunt dicta hic supra Fundamento* 3. & 4. *Et hinc patet, quòd ab exordio Ecclesiæ Religiosum monasticum institutum magnopere floruerit, in viris, & sacris virginibus, præsertim autem circa Alexandriam, & peculiariter propè lacum illum* Mariæ. *S. Hieronymus eadem tradit, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, scribens de S. Marco* (*ejus verba ad hunc diem leguntur ad Matutinum lect.* 6.) *ac rursùs agens de Philone: verba ejus adducta sunt hic supra Fundamento* 3. (a)

& circa lacum MARIAM, *ibi continuati per aliquot secula.*

(a) n. 290.

2923. *Cassianus libro* 2. *de Institutis cœnobiorum cap.* 5. *sic adstipulatur*: Cùm in primordiis fidei pauci quidem, sed probatissimi monachorum nomine censerentur, qui à B. mem. Euang. Marco normam suscepêre vivendi. *Petrus Damianus, in Sermone historico, de S. Marco Euangelistâ, & ex eo Laurentius Surius in Vitis Sanctorum, ad diem* 25. *Aprilis, præfatis concinit, ita scribens*: Inter omnes planè Doctores Ecclesiæ, beatum hunc Marcum, cujus hodie triumphalia gesta recolimus, satis insignem atque conspicuum judicamus: Beati scilicèt Apostolorum Principis & in Baptismate filius, & in doctrina discipulus... Assumptôque mox Euangeliô, quod ipse confecerat, impiger adit Ægyptum, & Alexandriæ Christum primus annuncians, jecit novæ legis fundamentum. Et dùm ipse scriptor, qui & prædicator extitit Euangelij, idem quodammodò faber, qui & agricola, ipse sibi vomerê fabrificavit, quo videlicet ad spargenda sacræ fidei semina, humani cordis arva proscidit... Nec mirum, si B. Marcus apud Magistrum suum præcipuus extitit & privilegium præ cæteris Apostolicæ dilectionis obtinuit, cui nimirum Deus Omnipotens tantam verbi virtutem contulit, tantam prædicationis efficaciâ prærogavit, ut omnes qui tunc ad fidei rudimenta confluerent, mox per continentiâ, ac totius sanctæ conversationis instantiam, tamquam ad monasticæ perfectionis fastigium pervolarent. Unde & Philo disertissimus Judæorum, cùm de primatu B. Marci apud Alexandrinam Ecclesiam scriptitat, in Christianorum laude versatus, eorum habitacula, monasteria nuncupat. *S. Antoninus in Summa sua* (b) *agens de Religiosis Monachis in primordiis Ecclesiæ*: A Marco Euang. conversi ad fidem apud Alexandriâ, mox quasi perfectionê perfectionis monasticæ adepti, in cavernis, & speluncis centeni habitabant, orationibus, vigiliis simul incumbentes, de labore manuum victitantes. *Petrus de Natalibus Episc. Equilinus, in Catalogo Sanctorum lib.* 4. *cap. LXXXVI. istis conformia scribit*: Marcus Euangelista discipulus, & interpres Petri Apostoli, & ejusdem in baptismate filius... Ad tantam perfectionem vitæ Christianos, quos converterat, adduxit, ut vitam Apostolicam primitivæ Ecclesiæ sectantes, omnes communiter viverent, & nemo quidquam proprium possideret: monasticum quoque ordinem primus Ægyptiis tradidit: & sacræ professionis regulam multis instituit: undè postmodùm in Ægypto monachorum cœnobia & cellulæ infinitæ excreverunt. *Istos autem Philo nuncupat* Essæos, & Therapeutas.

(b) p. 2 tit. 15. c. 1. §. 1.

2924. *Thomas Waldensis in* DOCTRINALI FIDEI (a): Ne nimis quã oportet, immoremur, ad B. Marcum Euangel. properemus, qui in Alexandria, civitate Ægypti conventus Religiosorum instituit mirabilis multitudinis utriusque sexus, viros scilicèt, & mulieres seorsùm positos, & regularibus subdidit disciplinis, vocans eos singulari nomine cultores, & cultrices. Et ne putaretur vulgaris fabula futuris temporibus, descripsit eos antiquus Doctor Philo, qui tempore Claudij Imperatoris Romæ fuit. *Dominicus Gravina, in libro, cui titulus*: Vox turturis, (b) *cùm retulisset*, Filios *Prophetarum, SS. Eliæ, & Eliseî discipulos, usque ad tempora Apostolorum perstitisse, subjungit*: Esseni S. Marci discipuli, posteà legibus, & institutionibus instructi, vitæ monasticæ præcipui cultores, Apostolorum prædicatione ad fidê Christi instructi. Ab his porrò monachorum agmina in Ægyptum, & Palæstinam descendisse, Doctores, & historici tradunt. *Cornelius à Lapide in Commentario in Euangelium S. Marci, sub initium* (c) *fic de ipso, & Essæis, seu Essenis*: Quàm religiosus, fortisque fuerit S. Marcus, liquet ex institutione Essæorum, qui primi fuêre Religiosi, & Religiosorum omnium prototypi: *Idem in cap.* 5. *Actuum Apostolorum, hæc, inter alia, de iisdem*: Esseni, quos S. Marcus Alexandriæ instituit, ad instar primorum fidelium, quos viderat Jerosolymis institutos à S. Petro, uti docet S. Hier. de Script. Eccl. in Marco, Esseni, inquam, coluerunt cælibatum. *Id auctoritatibus veterum Scriptorum confirmat. Et infrà*: Altiora meditantes, in secretiora loca suburbana secederent, qui quod à conjugibus, & à suorum consortio, imò ab omni mundi conversatione abstinerent, idcircò à solitudine MONACHI, à communitate COENOBITÆ sint nuncupati. Inter hos autem principê, & cæterorum magistrum extitisse S. Marcum Euang. in Ægypto... Denique quàm religiosa, sancta, & excelsa fuerit primorum fidelium vita, liquet ex Essenis, quos instar Hierosolymitarum, Alexandriæ instituit S. Marcus. *Et rursus in cap.* 1. *Epistolæ Canonicæ S. Petri*: Tales fuêre Essæi, primi scilicet Christiani Alexandriæ sub S. Marco, qui Essæi dicti sunt *Ibi consequenter Essenorum à S. Marco Christianæ perfectionis institutis imbuturum districtam & sanctam conversationem, ex Porphyrio & Eusebio refert, ac tandem subdit*: In hoc speculo intuere te, tuosq; mores, ô Christiane, & si te ab eis longè abesse deprehenderis, conare eos insequi, & assequi; ne illud Salv. lib. 4. de Providentia, in te, tuique similes quadret: Fruſtrà nobis de prærogativa, & nomine Chri-

(a) Tom. 1. lib. 3. art. 1. cap. 7.

(b) p. 2. c. 15.

(c) Argum. 6.

Essenei sublimis perfectionis;

Digitized by Google

Christianitatis blandiùr, qui ita agimus, ac vivimus, ut hoc ipsum quòd Christianus populus esse dicimur, opprobrium Christi esse videatur. *Et iterum in cap. 5. Epistola Canonica S. Petri, explicans verba illa:* Mareus filius meus, *scribit* Hunc S. Petrus vocat filium suum, non secundùm carnem, sed secundùm fidem, & spiritum ... Eum misit Alexandriam, ubi erexit Ecclesiam, tantâ continentiâ & sanctitate florentem, ut ejus discipuli Essæi, id est, sancti & pij sint cognominati. *Essenos autem Alexandrinos, à S. Marco institutos, Christianos fuisse, & traductos ab Essenis Iudæis, ex Patribus demonstrat Cardinalis Baronius, ad annum Christi 64. ista ab S. Marco, & Essenis scribens:* Antiquiores Esseni, qui à Josepho describuntur, ab his, qui à Philone sunt positi, nonnihil differunt, ut appareat hos ex illis provenientes, non tamen eosdem esse cum illis: quippe qui Christianam Religionem consectati, pristinâ vitæ genus, ubi Christiana religio non contradiceret, non reliquerint, sed perfectiorem nacti legem, excultiorem quoque vitæ institutionem sunt professi. *Vbi notanda* hos (*de quibus Philo*) ex illis (*de quibus Iosephus*) provenientes. *Et infra*: Haud enim est dubitandũ, magna ex parte Ecclesiam Alexandrinam à Marco ex Judæis potiùs, quàm Ægyptiis esse collectam.

Hæreticorum calumnia contra monasticen eversa, ex Essenorum antiquitate, & sanctitate.

2925. *Quòd Esseni fuerint orthodoxæ fidei, veri nominis monachi, & monachorum continuatores, quamvis ex jam dictis satis perspicuum sit, operæ tamen pretium erit, ad retundendas hæreticorum calumnias adversùs vitæ monasticæ antiquitatem, & sanctitatem, istud aliquanto uberiùs confirmari ex Patribus, Historicis Græcis, & Latinis, ac Doctoribus, & Scriptoribus illustribus. Quantum ad Patres, hîc suprà inter Fundamenta XII. Fundamento 3. audivimus de illis testimonia, S. Hieronymi, S. Epiphanij, Palladij, & aliorum, & jam statim etiam Cassiani, ac S. Petri Damiani. Inter Græcos historicos Ecclesiasticos ex primis & præcipuis est præfatus Eusebius Cæsariensis Episcopus, tempore Constantini Magni, circà ann. Christi 326.* (*ut notat Cardinalis Bellarminus, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis*) qui sanctam, & admirabilem vitam Essenorum, perfectissimorum monachorum *prolixè tradit in libro de Euangelica præparatione cap. 4. atque etiam in Historia Ecclesiastica: ex illo, & Aloysio Lipomano jam quædam præcesserunt. Eadem tradunt Sozomenus lib. 1. Ecclesiastica historia cap. 12. Photius Patriarcha Constantinopolitanus in Bibliotheca, Suidas, Georgius Cedrenus, Nicephorus Callistus in suis historiis, & alij. Ex Latinis historicis & Chronographicis nonnulla jam ante adducta sunt ex Baronio, & Genebrardo* (a). *Similia habent alij plures historici. Istis adstipulantur Doctores Theologi, & Interpretes. Hugo Cardinalis in cap. 3. Matthæi, sic paucis commendat Essenorum instituta:* Essæi erant religiosissimæ vitæ, & longè arctioris, quàm monachi nostri temporis. *Abulensis in idem caput 3. Matthæi, quæstione LXIII. agens de quatuor generibus Philosophiæ seu opinionum apud Iudæos, tertiam dicit esse Essenorum:* Et isti erant valdè laudabiles. Undè non solùm Judæi, sed etiam Gentiles eos valdè laudabant, *inquit. Ibidem rationem reddit, cur de illis (sicut de Sadducæis, & Pharisæis) nulla fiat mentio in Euangeliis*; quia erant viri boni. *Dionysius Carthusianus in Enarratione Euangelij,* Miserunt Judæi ab Jerosolymis (a) *agens de Essenis, conformiter scribit: Quoad hoc, quod scribit Abulensis, nullam de eis fieri mentionem in Euangeliis*; quia erant viri boni. *Sic igitur Dionysius:* Castam sobriam, ac religiosissimam vitam duxerunt, de quibus non fit in Euangeliis sermo: qui Christum non persequebantur, ut aliæ sectæ. *Cardinalis Bellarminus Tomo primo Controversiarũ libro de* Monachis cap. 5. *hæc de Philone, & libro ejus,* de vita contemplativa, *in quo de Essenis*: Philo igitur in libro, de vita contemplativa supplicum, prolixè admodùm describit vitam, & mores Monachorum, & sacrarum Virginum, quos instituit in Ægypto S. Marcus Euangelista, ubi apertè ponit professionem continentiæ, & paupertatis, jejuniorum, psalmodiæ &c. *Iacobus Tirinus in Matthæi caput 3. sic paucis multa de Essenis asserit:* Omnium ut antiquissimi, ita & religiosissimi erant Esseni. *Ioannes Bollandus tomo 2. in* Actis Sanctorum *ad XVII. Ianuarij in Commentario prævio ad vitam S. Antonij §. III. conformiter ante dictis notat ad marginem:* Essæi sub S. Marco Euangelista: *& in textu:* Ex horum posteris fuit S. Frontonius apud Nitriam, *anno Christi circiter* 170.

(a) parte 1. Serm. de temp pro Dom. 3. Advent.

(a) vid. hîc suprà num. 286. & 288.

2926. *Aliorum plurimorum similibus, brevitatis causâ, prætermissis, ex istis jam adductis infertur, certum, & evidens esse,* quòd Esseni fuerint orthodoxæ fidei, monachi, & monachorum propagatores, *à principio Euangelicæ prædicationis. Et hinc (contrà hæreticos) habentur monasticæ antiquitas, & sanctitas, tot tamque perspicuis comprobata testimonijs. Quod autem aliqui Essæi (seu potiùs Osseni) Samaritani fuerint hæretici, id non magis officit aliis, quàm Iudæ proditio cæteris Apostolis; quàm hæresis Nicolai Antiocheni sancto Stephano, ac aliis Diaconis ab Apostolis electis. Quod Esseni non inceperint circa, aut paulo ante Christi Salvatoris adventum, (ut aliqui existimant) sed aliquot centurijs annorum præextiterint, habetur ex Philone, Iosepho Iudæis, & aliis. Nonnulla ad hoc propositum adducta sunt hic suprà* (b) *Fundamento 3. ubi etiam confirmatum est,* quòd Esseni fuerint SS. Prophetarum Eliæ, & Elisei posteri, ac ejusdem instituti sectatores, ac propagatores: *quod etiam tomo præcedenti variis locis traditum, & stabilitum est. Et ista quidem de S. Marco, & posteris SS. Eliæ, & Elisei, per ipsum ad Christi fidem perductis, & perfectionis sublimioris documentis instructis in Ægypto. De aliis in Iudæa, per Apostolos alios conversis, & eorum in Euangelij prædicatione coadjutoribus effectis quædam dicta sunt hic supra Fundamento 2. sub finem* (c) *& ad diem XVI. Iulij n. 1976. & plenius n. 1826. & seq. Sed de istis plenius actum est Tomo præcedenti, variis locis.*

(b) n. 284. & seq.

(c) n. 283.

2927. *Antequam à S. Marco transeamus, meritò quædam etiam attexenda sunt de ejus glorioso fine: de quo ista Lezana, in præfatis Annal. ad ann. Chr. 64.* Marci Euang. nostrorũ Alexandriæ, & Ægypti Essenorum egregij Institutoris

Digitized by Google

S. Marci glorioſum martyrium.

martyrium glorioſum hôc anno contigiſſe, habent Euſebius, & Hieronymus, quos juniores cuncti ſequuntur. Etſi autem non omnes martyrij ipſius memoriam fecerint, obitûs ſolùm contenti, hiſtoriam enarraſſe, ſic tamen contigit. Cùm quâdam die Dominicâ Miſſam celebraret, in eum irruentes fidei hoſtes, funè in collum injectô, raptantes eum per ſaxa, carnes ejus dilaceraverunt, undè penitùs ſpiritum redditurus, in carcerem detruſus, apparente ſibi Dominô unà cum Angelis, ad futurum certamen inſtauratur. Mane autem factô, rurſùm è carcere eductus, & per ſcabra loca raptatus à caterva dicente: Trahamus Bubalum in bubulci ſtabulum, agens Deo gratias, dicenſque: In manus tuas commendo ſpiritum meum, impollutum eum Deo reddidit, ſepultuſque eſt honorificè à diſcipulis. Menologium Græcorum, Beda, Ado, & Martyrologium Romanum die 25. Aprilis. *Hæc Lezana: alia ibi habet notabilia, ad intentum. Gelaſius, cujus præcipua eſt in Eccleſia Dei auctoritas, de ejus martyrio expreſsè teſtatur, cùm ait:* Marcus à Petro Apoſtolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicavit, & gloriosè conſummavit martyrium. *Hæc Gelaſius in Romano Concilio in Decret. de libris authenticis, & apocryphis, & Baronius in notis Martyrologij Romani ad XXV. Aprilis, ubi plurâ de S. Marci martyrio. Quoad annum idem Cardinalis Baronius ex S. Hieronymo, & Euſebio ſtatuit annum Chriſti LXIV. qui erat Imperij Neronis octavus.*

S. Pachomius,

2928. XIV. MAJI: S. PACHOMII, *de quo iſta in Annalibus Carmelitanis ad ann. Chriſti* 312. Ex noſtra hiſtoria huic tempori adjungenda converſio celeberrimi iſtius Pachomij Abbatis Tabennenſis ... Paucis hîc, lector præmonendus. Primò ſanè, non abs re, nec extra chorum, hujus clariſſimi Pachomij memoriam noſtris Annalibus inſeri debuiſſe; cùm ipſe ſectator Antonij fuerit: ad hoc enim intentum in principio vitæ Pachomij ipſius auctor hæc verba apposuit: [Erat per id tempus beati Antonij vita cunctis ad imitandum præclarè propoſita, qui magni Eliæ, atque Eliſei, nec non & S. Joannis Baptiſtæ æmulator exiſtens, ſecreta interioris eremi ſtudio ſectatus eſt ſingulari, vitamque cœleſtium in terris geſſit, amore virtutis] ... Quibus planè denotatur, quòd quemadmodum Antonius Elianæ & Propheticæ ſcholæ aſſecla extitit, ſic Pachomius, & alij Monachorum Archimandritæ. Ita proinde eum noſtris accenſent communiter Carmelitani Scriptores. Secundò ex eo quòd Palæmonem inſtructorem in monaſtica vita habuerit, & is ſenior in monachiſmo vocitetur, proculdubio venari licet (quod ſæpiùs à nobis inculcari oportuit) ante Antonij ævum, ipſius quoque tempore monachorum plures extitiſſe, qui ſine Antonij diſciplina in monachatu profecerint. Tertio, ex illis ultimis verbis: Habitu monachi conſecravit, eliciet lector, quomodò monachi ſpeciali habitu induti, Deo conſecrarentur. *Ita ibi, & inferiùs* (a): Circà id tempus Pachomius, de quo in præcedentibus dictum, voce de cœlo lapsâ Tabennenſe monaſterium (in Tabenna videlicet Nili inſula in Thebaide Ægypti) conſtruere jubetur, Regulâ per Angelum deſignatâ, quam illius monaſterij monachi obſervarent. Re ergo cum Palæmone magiſtro communicata, ad eum locum pergit ſimul cum eo, ſed poſteà, concordi pacto, Palæmone recedente, ipſe ſolus eo loco manet, quo ejus germanus Joannes nomine cum eo habitaturus, ejuſdem inſtituti particeps convenit. Interim Palæmon valido languore conſumptus, in cœlum migravit, & ad ipſius corpus ſepeliendum Pachomius venit, quo finito, ad diverſorium proprium revertitur.

(a) ad an. Chr. 327.

2929. *Fuit igitur Pachomij magiſter Palæmon, de quo in iiſdem Annalibus* (b): Hunc etiam Palæmonem Pachomij magiſtrum noſtris accenſent Eliadibus Hiſtorici noſtri. *Qualem vitam duo iſti pariter egerint, hîc audiviſſe utile erit incitamentum ad varias virtutes: Sic igitur in vita S. Pachomij* (c) *de ejus ad Palæmonem acceſſu:* Audivit autem quemdam anachoretam, cui nomen erat Palæmon, intra eremi ſecreta Domino ſervientem: ad quem confeſtim, cum eo cupiens habitare, perrexit, & pulſans oſtium cellulæ ejus, precabatur ingreſſum: cui ſenex aliquantulum patefaciens aditum, dixit: Quid vis? aut quem quæris? Erat enim ſevero adſpectu, propter quod multo tempore ſolitarius vitam rigidæ converſationis exegerat. Reſpondens autem Pachomius ait: Deus me miſit ad te, ut monachus fiam. Cui ſenior: non potes hîc monachus fieri: non enim parva res agitur, ſi veri monachi converſatio caſta penſetur: nam plures huc dudum venientes, affecti tædio, perſeverantiæ non tenuêre virtutem. Et Pachomius: Non ſunt, inquit, æquales omnium mores; idcirco precor, ut me digneris excipere: & proceſſu temporis tam voluntatem meam, quàm poſſibilitatem pleniùs approbabis. *Conſequenter refertur, qualiter Palæmon ulteriùs Pachomium probaverit, ac tandem admiſcrit.* Tunc ſanctus Palæmon ſpiritualibus oculis intuens Pachomij fidem, tandem patefecit aditum: eumque ſuſcipiens, habitu monachi conſecravit. Morabantur ergo ſimul, abſtinentiæ, atque precibus operam dantes. Texebant quoque cilicia, & laborabant manibus ſuis, juxta beatum Apoſtolum, non tantùm pro ſua refectione vel requie, ſed ut haberent, undè tribuerent neceſſitatem patientibus: in vigiliis etiam, cùm nocturnas orationes celebrarent, ſi quandò ſenior vidiſſet ſomno Pachonium premi, educens eum foras, arenam portare præcipiebat de loco ad alterum locum: & tali exercitio mentem ejus gravatam ſomni pondere ſublevabat, inſtituens ac formans eum, ut ſollicitus eſſet in precibus, dicens ei: labora, Pachomi, & vigila, nè quando (quod abſit) ab hoc nunc incœpto

(b) ad an. 312. n. 6.

(c) cap. 6.

S. Pachomij, & S. Palæmonis heroicarum virtutum exempla.

(ſicut S. Antonius)

magni Elia æmulator:

ideò jure commemoratur in hiſtoriis Carmelit.

Digitized by Google

incœpto proposito te amoveat is, qui tentat, & inanis fiat labor noster. Quæ cuncta Pachomius obedienter ac sollicitè suscipiens, ac de die in diem sanctæ continentiæ profectibus crescens, venerabilem senem nimis alacrem lætumque reddebat, ita ut Christo semper pro conversatione ejus gratias ageret.

2930. Per idem tempus sacratissimus dies Paschalis advenerat, & ait ad Pachomium senior: Quoniam cunctorum Christianorum universalis est ista festivitas, nobis quoque para, quæ usui nostro sunt congrua. Tunc ille promptus ad obtemperandum, id quod sibi præceptum est, implevit: præter solitum namque parumper accipiens olei, cum salibus tritis admiscuit. Lapsanas enim, id est, agrestia olera, & herbas alias præter oleum consueverant edere. Cùm ergo præparasset, ad senem ait: Feci quod tua paternitas imperavit. *P. Lezana* (a) *circa ultima ista notat*: Feci quod tua paternitas imperavit. Ex quo hujus tituli nomenclatura ad posteriores Monachos derivata credi potest. *Obitum S. Pachomij adscribit anno Christi* 403. *ad quem istas* Ad hunc annum, vel circiter, proculdubio referendus obitus perceleberrimi illius Eliani, & Monastici instituti cultoris, & propagatoris Pachomij, de quo in superioribus plura diximus, innitentes D. Hieronymo auctori ipsius vitæ. Cùm enim sanctus iste Archimandrita centesimum decimum annum vitæ egerit, juxta Sigebertum, & Petrum de Natalibus, à quibus non discedit Heribertus. Et juxta dicta sub anno 312. tunc adimpleverit vigesimum ætatis suæ annum, sanè secundum rectum computum, præsenti anno, quo centesimum, & decimum annum jam compleverat, ipsius pro cælesti patria natalitius fuit.

(a) tom. 2. Annal. ad an. Chr. 315.

S. Pachomij obitus anno ætatis 110.

2931. XXIV. MAJI S. MANAHEN Herodis tetrarchæ collactanei, doctoris, & prophetæ, sub gratia novi Testamenti. *Ita Martyrologium Romanum, & alia. Tres præcipuè acceptiones istius nominis* Prophetæ *traditæ sunt hic supra capite* 1. *pro qua hic supponat nomen istud, differunt auctores. Si pro tertia, S. Manahen ille accenseri posset cultoribus* Ordinis Prophetici *(de quo ibidem consequenter) sicut S. Agabus, de quo hic suprà ad XIII. Februarij. Sed an iste S. Manahen idem cum eo, de quo Iosephus Flavius Iudæus lib.* 15. *Antiquitatum cap.* 13. *ubi ista*: Quidam Essenorum, nomine Manachemus fuit per omnem vitam benignâ voluntate probatus, præscientiam à Deo futurorum habens. Is, dùm adhuc Herodem puerum ad Doctores pergentem vidisset, ut Regem Judæorum salutavit. *Et de illo hæc, inter alia, prædixit*: Oblivionem verò pietatis, & æquitatis possidebis. Hæc non latebunt Deum in ultimo vitæ pro tuo facinore. *Iosephus Gorionidas, etiam Iudæus libro* 5. *Historiarum Iudaicarum cap.* 23. *in fine, eum vocat* Manahem, *& dicit, quòd fuit* vir justus, & sapiens. *Deindè cap.* 24. *sequenti sic de eo scribit*: Non autem fuerunt sapientiores homines in mundo, quàm fuerit populus Domini, nec regnavit sapientia in alio populo, quàm in populo Dei. Id quod facilè agnoscent, & deprehendent cunctæ gentes in memorato Manahem, in quo fuit eximia sapientia, sicut & in aliis Istaëlitis COLLEGIS EIUS: *scilicet Essenis, religiosæ monasticæ vitæ à S. Elia promanantis sectatoribus. Ille etiam ibidem refert, quòd Herodi regnum pranunciaverit, atque etiam ista*: Facturus plurima mala, tametsi bona quoque facturus sis. Audi propterea vocem meam, & prosequere ea, quæ recta sunt; quæ autem perversa, dimitte. Sed frustrà arguo te his verbis, videns, quod futurum sit, nam non cessabis mala facere. Flens itaque Manahem, apprehendit eum iterum, & percussit eum in fimbriis ejus. *Iosephus ille prior de Manachemo subjungit*: Omnes Essenos propter illum (*videlicet Manachemum*) honoravit. Quod & tenet Drusius de tribus sectis Judæorum lib. 4. c. 3. Idem etiam sequitur Bergomensis, circa an. Christi 30. dicens: Hos Essenos, seu Essæos propter Manachemum quemdam inter eos virum sanctum Herodes Antipas (*fallitur in hoc, quia non fuit hic Herodes Antipas*) dùm vixit, honoravit. *Et Palæonydorus lib.* 1. *cap.* 5. *dicens de ipso*: Ob quem Rex omnem Carmeli familiam honorificè tractavit. *Plura de isto Manachemo videri poterunt apud P. Lezana* (a).

S. Manahen,

an idem cum Manachemo

sapientia ejus:

quæ prædixerit.

2932. *Eumdem esse, de quo in Actis Apostolorum & Martyrologio, ac de quo uterque ille Iosephus, persuadere potest & nominis convenientia, & cum Herode familiaritas: sed diversitatem arguit, quòd is, de quo in Actis Apostolorum dicatur Herodis tetrarchæ collactaneus (id est, iisdem uberibus nutritus) alter autem cum Herodes puer esset (cui regnum prædixit) ipse senex erat, ut ex utroque Iosepho colligitur, præsertim posteriore hæc scribente*: Nam cùm esset Herodes juvenis, & discendi gratiâ veniret ad sapientes; Manahem autem sederet in loco seniorum, atque eorum, qui decernebant justitiam, videns puerum, incurvavit se coram eo, & ait: vivat Rex. Rex putans se irrideri à Manahem, maledixit sapienti. *Is autem erat Herodes antiquior, seu primus; ille autem Herodes cujus collactaneus dicitur* Manahen, *fuit istius Ascolonita filius. Obiter hìc notandum (etiam pro aliis historiis, præsertim Euangelio utile scitu) Herodes quatuor fuisse: primus Antipatri Filius, ortu Idumæus, educatione Ascalonita, natus, juxtà computum Saliani, anno mundi* 3982. *ante Christum* 71. *qui infantes innocentes curavit occidi: & sub hoc floruit prophetico spiritu illustris Manahen, de quo uterque Iosephus. Herodes* 2. *primi filius, qui Herodiadem uxorem fratris sui duxit, & eâ occasione S. Ioannem Baptistam occidi jussit, ac Christum veste albâ indutum, velut fatuum illusit: & hujus collactaneus fuit S. Manahen, de quo in Actis Apostolorum. Tertius autem fuit Herodes Agrippa, nepos Herodis primi, Filius Aristobuli, qui S. Iacobum Apostolum, fratrem Ioannis occidit. Quartus denique istius filius, Herodes Agrippa junior. Ita Cornelius à Lapide in cap.* 2. *Matthæi, & ad cap.* 12. *in Acta Apostolorum. Plura de*

(a) *to.* 1. *Annal. vid. in Indice verbo*: Manachemus 1.

S. Manahem, de quo in Act. Apost. & illa de quo uterque Iosephus videntur diversi.

Herodes diversi quatuor.

Digitized by Google

Herodibus sint apud eumdem in Euangelia, & in Acta Apostolorum capite 12. ac apud Abulensem, & apud Salianum tomo ultimo Annalium: nec non Flavium Iosephum (a).

(a) Istorum quatuor Auctorum inspiciatur index, verbo *Herodes.*

SS. monachi martyres in Thecue,

2933. XXVIII. MAII: THECUE in Palæstina sanctorum Monachorum Martyrum, qui tempore Theodosij junioris à Saracenis cæsi sunt: quorum sacras reliquias accolæ colligentes, summâ veneratione illas habuerunt. *Ita Martyrologium Romanum ad diem XXVIII. Maij. Cardinalis Baronius ibi in Notationibus*: Hi illi, *inquit*, esse videntur, de quibus agit Joannes Cassianus in collatione sexta, de nece sanctorum cap. 1. 2. & sequentibus. *Grassatio, & clades, tunc per Barbaros facta, contigit tempore S. Hieronymi & S. Augustini. Istos Monachos fuisse Eliani Instituti, persuadent cuncta quæ Fundamento V. & in antecedentibus ac subsequentibus dicta sunt.* (b) *Quoad situm* Thecuæ, *de eo S. Hieronymus*, Præfatione in Amos, *sic scribit*: Thecue sex millibus ad meridianam plagam abest à sancta Bethleem, quæ mundi genuit Salvatorem, & ultrà nullus est victus, nè agrestes quidem casæ, & furuorum similes, quas Afri appellant Mapalia. *Ista autem solitudo vastissima juxtà Thecue, quæ secundùm Cassianum mari mortuo proxima est, ex altera parte, puta versùs meridiem, usque ad mare rubrum, Persarumque & Æthyopum, atque Indorum terminos dilatatur, ut habet D. Hieronymus, qui etiam ejusdem solitudinis meminit in epist. 129. & de mari mortuo hæc habet in traditionibus Hebraicis*: Vallis Salinarum, sicut in hoc eodem loco scribitur, in qua fuerunt antè puteī bituminis, pòst Dei iram, & sulphuris pluviam, in mare mortuum versa est, quod à Græcis Λίμνη ἀσφαλτίτης, id est, stagnum bituminis appellatur. *Iustinus historicus libro 30. de Iudæa agens*: In ea, *inquit*, regione lacus latus est, qui propter immobilitatem mortuum mare dicitur. Hic Asphaltites lacus Josepho, Plinio, Solino. *Hæc ille. Ibi autem fuerunt mansiones Essenorum & Filiorum Prophetarum. Nec longè inde abest Iordanis (sicut ibidem indicat Cassianus) circà quem Filij Prophetarum suas ædificabant casulas*: *quorum proinde successores censendi isti monachi. De ista Saracenorum, in Ægyptum, Palæstinam, aliasque vicinas provincias irruptione, & grassatione, quâ contigit illos sanctos monachos ab illis interimi, meminit etiam D. Hieronymus in epist. 82. ad Marcellinum, ubi se ab illis vix evasisse testatur his verbis*: Hoc autem anno, cùm tres explicassem libros (*Ezechielis scilicet*) subitus impetus Barbarorum, de quibus tuus dicit Virgilius: LATEQUE VAGANTES BARCÆI. Et sancta Scriptura de Ismaële: CONTRA FACIEM OMNIUM FRATRUM SUORUM HABITABIT: sic Ægypti limitem, Palæstinæ, Phœnices, Syriæ pererrit, & instar torrentis cuncta secum trahens; ut vix manus eorum misericordiâ Christi potuerimus evadere. *Eandem quoque calamitatem sub iisdem temporibus commemorat D. Augustinus in epist. 122. ad Victorianum, ubi totius fermè orbis clades à barbaris illis illatas ita deplorat*: Totus mundus tantis affligitur cladibus, ut penè pars nulla terrarum sit, ubi non talia, qualia scripsisti, committantur, atque plangantur. Nam ante parvum tempus etiam in illis solitudinibus Ægypti, ubi monasteria, ab omni strepitu, quasi secreta degebant, à barbaris interfecti sunt fratres. *Hæc Augustinus. Feruntur autem & aliæ Saracenorum persecutiones, & monachorum cædes ab eis patratæ. De quibus videre licet Notas Baronij ad Martyrologium, Ianuarij 14. Februarij 19. & Maij 16.*

(b) n. 299. & seq. & antec.

in locis ubi olim filij Proph. & Essæi.

Saracenorū illa grassatio, & clades per eos quam grandis, & universalis:

CAPVT IV.

Vineæ monasticæ, à magno Propheta Elia plantatæ, palmites veteres, odorem sanctitatis emittentes in Iunio, & Iulio, ac Augusto.

2934. XII. IUNII: S. ONUPHRII *Eliana vitæ æmulatoris. In veteri* Speculo Ordinis Carmelitani *manuscripta inter antiquiora, & præstantiora monumenta, & vitas Sanctorum Ordinis hujus, extat quoque vita S. Onuphrij, sub isto titulo*: Vita S. Onoferi Confessoris, Ordinis Carmelitarum: *in qua de ipsius vita in deserto, ac de antiquissimo monasterio Hermopolitano in Thebaide, & de ejus norma monastica, ex ipsius S. Onuphrij relatione facta Paphnutio vitæ ejus Scriptori ista traduntur*: Quoniam te, frater dilecte, avidâ mente vitæ meæ longas ærumnas velle scire video, repetere me tibi non dubites has ab exordio. Ego, licèt immeritus, vocor Onuphrius, & ecce non minùs sunt, quàm * septuaginta anni, quòd in hoc deserto laboriosè vixi. Cum feris conversatus sum crebriùs, pro pane comedi jugiter herbarum fructus, in montibus, & in speluncis, & in vallibus meum reclinavi miserabile corpus. Tot annis neminem, nisi te solum adspexi, alimentum à nullo hominum sumpsi, in monasterio Hermopolim dicto nutritus, in provincia Thebaida nominata: ubi simul penè centum monachi degebant. Porrò vita illorum talis extitit, ut more, & actione equaminiter omnes viverent, & uno corde, & uno spiritu, jugo ac disciplinæ sanctæ regulæ colla submitterent, atque fluctus hujus sæculi omninò non formidarent. Quidquid uni placebat, cunctis placebat. Mente sanctâ, fide purâ, charitate perfectâ antè Deum incedebant: cui die noctuque omni mansuetudine & patientiâ ministrare non cessabant. Tanta his erat taciturnitas, cum abstinentia, ut nullus auderet, nisi cum justa interrogatione, vel recto responso, reddere verbum. Ibi quoque pabulum sanctæ doctrinæ ab adolescentia suscepi: ibi regularis vitæ normam à fratribus didici, à quibus amabiliter diligebar: ab his, qualiter instituta mandatorum Dei servare deberem, diligenter instruebar. Profectò vitam beati Patris nostri Eliæ venerabiles fratres meos audivi

* ita quoque in Vitis Patrum: Sed apud Surium, & in Menæis Græcorum, ac Martyrol. Rom. legitur: *sexaginta anni.*

Monastica conversationis perfecta descriptio,

Digitized by Google

ad exemplum S. Patris Elia.

audivi frequenter laudare, qui se in eremo in tanta abstinentia & oratione studuit affligere, ut maximam virtutem à Domino meruisset accipere; & igneo curru transvectus, Spiritus-sancti dona, quæ habuerat, discipulo impartiri, ac adhuc longævus senio, mortis pœnam non videre. Insuper ad exemplum, beatum Baptistam Joannem protulerunt, qui in novi Testamenti serie clarissimus effulsit.

2935. *Eadem leguntur in vitis Patrum, in vita S. Onuphrij: in vita autem, quam ex Simone Metaphraste habet Surius ad diem XII. Iunij, ista paulò aliter sic referuntur:* Est mihi nomen Honofrius. Sexagesimus jam annus agitur, ex quo habito in hac solitudine, ambulans in montibus hujus solitudinis: quo tempore nullum omninò hominem vidi, qui in carne cognosceretur, te solo excepto. Habitavi autem antea in sancto monasterio, quod nomine appellatur Eriti Hemepolitani Thebanorum regionis, quod è fratribus impletur numero centum, qui ejusdem sunt fidei, & animi: & omnes communiter comedunt in charitate, & multitudine pacis Domini nostri Jesu Christi, & in magno silentio, quieteque se exercent, & glorificant ejus bonitatem. Cùm ergò in juvenili ætate illic degerem, & erudirer, Deique amorem à sanctis Patribus, puramque ac synceram fidem docerer, & regulam pietatis, audivi sanctos Patres dicentes de admirabili, pioque, & religioso Patre nostro Elia, quemadmodum illi fuerunt vires à Deo confirmatæ per tolerantiam, & patientiam eorum, quæ sustinuit in deserto.

2936. *Verba ista:* B. Patris nostri Eliæ, *& de admirabili Patre nostro Elia, indicant tùm Onuphrium, tùm ipsius in cœnobio sodales, tùm & alios totius Thebaidæ monachos, pro primo Monasticæ Antesignano, & vexillifero Duce Eliam agnovisse. Ita P. Lezana in Annalibus* (a), *ubi & ista:* Quòd monachi hujus ævi Essenorum institutum profiterentur, eorumque asseclæ essent ... ex eo evincitur, quòd ea quæ de Hermopolitani Monasterij Monachorum silentio, abstinentia, & vitæ norma hoc loco refert Onuphrius, similia prorsùs sunt iis, quæ de Essenorum schola sæpiùs diximus ... Undè hunc Onuphrium nostro Ordini ascribunt ejusdem Scriptores communiter. *Notandum, quòd* B. Patris nostri Eliæ vitam frequenter laudarent, *& paulò infrà, quod* S. Patris Eliæ, & S. Joannis Baptistæ facta assiduè commemorarent. *Cur* frequenter? *nisi quia S. Eliam, quem Patrem suum nuncupabant, assiduè pra oculis habentes, inspiciebant tamquàm primum exemplar, secundum quod facerent; exemplar videlicèt absolutè primum monastica eremitica, & anachoretica conversationis: & S. Ioannem primum in novo Testamento. In iisdem Annalibus secessus S. Onuphrij in desertum adscribitur anno Christi 310. & obitus anno 370. Ibidem traditur*, Monasterij istius institutum antiquius fuisse Antonij nominis celebratione, & disciplinâ. *In Martyrologio Romano ad hunc diem his commemoratur verbis:* In Ægypto S. Onuphrij anachoretæ, qui vastâ eremo sexaginta annis vitam religiosè peregit, & magnis virtutibus, ac meritis clarus migravit in cœlum: cujus insignia gesta Paphnutius Abbas conscripsit. *Et infrà in Annotatione:* Græci etiam hâc die de eodem agunt in Menologio his verbis: Sancti Patris nostri Onuphrij Ægyptij: qui cùm esset in cœnobio, in urbe Hermopoli Thebarum, & audiret de Eliæ Prophetæ, & Joannis Præcursoris vita, egressus ex cœnobio, habitavit eremum annos sexaginta, hominem omninò non videns. Ubi pòst admirabilem monasticæ vitæ conversationem, in cœlum migravit; quem magnus Paphnutius sepelivit; cujus dies natalis celebratur 12. Junij, in sanctissimo ejus oratorio, in monasterio S. Alipij.

(a) tom. 2. ad an. 310.

2937. XV. JUNIJ: De S. Basilio Magno & S. Gregorio Nazianzeno, Episcopis, monasticis Elianæ cultoribus. *S. Basilius quòd* (a) *monachus fuerit, de seipso testatur in epistola ad Eustachium Sebastæ Episcopum* (b), *& alibi sæpè. Id etiam confirmatur auctoritate Ecclesiæ in Canonico officio, ipso festo S. Basilij, ubi ista:* Cum Gregorio Nazianzeno ejus amicissimo sæcularibus litteris, deindè in monasterio sacris mirabiliter eruditus, eum brevi cursùm fecit ad omnem doctrinæ, & morum excellentiam, ut inde Magni cognomen invenerit. *Et ad diem 9. Maij, in Officio de S. Gregorio Nazianzeno:* Unà cum Basilio eruditus, ad studia sacrarum litterarum se convertit: in quibus se in cœnobio tredecim annos exercuerunt. *Igitur S. Basilius in monasterio vixit, sive in Carmelo, sive in aliis monasteriis; nam ipsum in variis regionibus, etiam in Palæstina, Syria, ac Cœlesyria atque ita circa aut intra Carmelum, veterum monachorum instituta persecutatum fuisse, eruitur ex eadem epistola ad præfatum Eustachium* (c), *ubi ista:* Ego, quùm multùm temporis in vanitate consumpsissem ... ubi legissem Euangelium, & vidissem illic maximam occasionem ad perfectionem, venditionem bonorum, & distributionem in indigos fratres, & in summa, nullam hujus vitæ curam habere, & à nulla affectione ad vitæ res animam converti: optabam invenire aliquem fratrem, qui hanc vitæ viam elegisset, ut unà cum ipso profundam hanc vitæ inundationem penetrarem. Et sanè multos invenimus in Alexandria, multos etiam per reliquam Ægyptum: & alios in Palæstina, * cavaque Syria, ac Mesopotamia. Quorum quidem admirati sumus circa victum abstinentiam: admirati sumus item tolerantiam in laboribus: consternavit me etiam ipsorum in orationibus intensio ... velut in aliena carne degentes, operę commonstrârunt: quid sit cohabitare rebus in hac vita, & quid conversationem habere in cœlo. Illa admiratus, & beata prædicata virorum vita, quod opere ostendunt, mortificationem Jesu in corpore se circumferre: optabam etiam ipse, quantùm ejus

(a) n 560. & 577.

(b) epist. 79.

S. Basilius monachus.

unà cum S. Gregorio Nazianz.

(c) inter epist. S. Basilij, ep. 79.

* al. Cœlesyria.

Monachi perfectissimi in Palæstina, & alibi, ante S. Basilium.

ejus à me fieri posset, illorum virorum imitator esse. *Qualis autem fuerit vestis istorum, quam & ipse tunc assumpsit, sic exprimit*: Sufficiebat mihi ad certitudinem crassa vestis, & cingulum, & de corio impolito calceamenta.

2938. *Indè habetur, ipsum etiam fuisse in* Palæstina, & Syria *(ubi situs Carmelus* (a)*) quod etiam notat Cardinalis Baronius in Annalibus ad annum* 362. *ubi ista*: Peregrinationes quas ad visendos monachos Ægypti, Palæstinæ, Syriæ, & Mesopotamiæ instituit, cùm eorum inflammatus exemplo, reversus in patriam, idem vivendi genus consectatus est, ut declarat ipsemet scribens ad Eustachium. *Et quidem quòd etiam ad tempus in Carmelo tunc monasticen exercuerit, ut omninò verosimile traditur in Annalibus Carmelitanis* (b) *ubi etiam notatur non impropriè dici posse*, in Carmelo *vitam monasticam egisse; quia* Carmeli instituta servabat, *videlicet vetus institutum monasticum, à S. Propheta Elia, per Filios Prophetarum, Essenos, Therapeutas, Ascetas, ad istud usque tempus continuatum.* Nam eâdem ratione dici potest Basilius montis Carmeli Eremita, dùm illius institutum secutus est, quâ ego Belga dicor Carmelitanus, qui Carmelum numquàm vidi: & quâ Carthusianus dicitur, qui Carthusiam numquàm inhabitavit. *Ita veraciter R. P. Franciscus Bonæ Spei in* Carmeli Armamentario *n.* 802. *Istud de S. Basilio in Carmelo vitam eremiticam agente, aut certè Carmeli propheticum Elianum institutum tenente, confirmat quoque cœlestis visio, hìc suprà memorata, in vita S. Cyrilli* (c) *quam etiam sic refert Palæonydorus* (d): Vidit *(Cyrillus)* per quamdam noctem virum aspectu eximium, venerandum juxtà se stantem, capite infulatum, & dicentem: Ne timeas, Cyrille, sum enim Basilius, quondam montis Carmeli Eremita, Cæsarienſium Pastor, veniens hæc tibi denunciare à Deo. *Quòd autem in solitudine vitam egerit, similem Elianæ, tradit S. Gregorius Nazianzenus ejusdem socius* (e): Cum Elia, & Joanne summis Philosophis solitudinem amplectitur: *in qua vitæ ratione tantùm profecit, ut assimiletur ipsi Eliæ ab ejusdem Basilij germano fratre Gregorio Nysseno* (f): An etiam audebimus ad sublimem Eliam sermone ascendere, & ostendere nostrum Doctorem suo vitæ instituto, illius gratiæ assimilari? *Fuit igitur Magnus Basilius Magni Eliæ perfectissimus æmulator. Quòd Elianæ, Essenæ, imò & Carmelitanæ schola alumnus clarissimus extiterit, plenius demonstrat idem Lezana in Annalibus* (g): *tandemque rectè concludit*: Negantibus, Elianum fuisse, incumbit probare, cujus instituti fuerit, tempore, quo nullum aliud in Orbe erat. *Quod sufficienter stabilitum est hìc suprà* (h).

2939. *Ex ante dictis habetur etiam, quod idem vita institutum amplexatus fuerit ipse S. Gregorius Nazianzenus. Quòd verò ipse Gregorius identidem meminerit Eliæ, & Carmeli, frequenter menti obversantium, an non id innuunt, etiam in Carmelo ipsum Eliæ instituta monastica observasse? saltem sensu jam explicato. Ita quidem ille* (i): Ut ab omni *(inquit)* negotio feriatus, tranquillè philosopharer, mecumque ipse cum spiritu colloquium haberem; Eliæ Carmelum animo agitabam. *Et alibi* (a) Etiam Carmelus Eliæ me fallebat, qui currum igneum accepit, & Elisei melote. *Item*: Pulchra res solitudo, & quies, idque me docet Eliæ Carmelus. (b) *Et*: Carmelum Eliæ considerabam. *Scripsit quoque de Æde, seu templo Eliæ*: *De* ÆDE Eliæ nomine, DOMINICUM nuncupata, extat epigramma sancti Gregorij Nazianzeni. *Ita Cardinalis Baronius* (c). *De tempore, quo verisimiliùs ipse, & S. Basilius Carmelum incoluerunt, ista annotat Lezana, in Annalibus ad annum Christi* 339. (d) Cùm autem constet, tùm ex dictis de Gregorio, tùm ex iis, quæ ipsemet dicit, utrumque, nempe, Gregorium, & Basilium Cæsareæ litteris operam navasse, Carmelus autem noster tum sub Cæsareæ diœcesi, tùm ei urbi proximus sit, venit in mentem, cogitare, Carmelum ipsos tunc incoluisse: *quod eruitur ex ista S. Gregorij tàm frequenti* Carmeli, *&* Eliæ, *reciprocatione; proculdubio non propter rupes, arbusta, aut plantas Carmeli: sed propter anachoresim, quam ibi ad tempus exercuerat, aut exerceri conspexerat inter ascetas Eliæ posteros.*

2940. *Quibus virtutibus antiqui isti monachi præditi essent, sic refert ipse Gregorius* (e). Vigiliæ, jejunia, preces, lacrymæ, genuum calli, pectorum verberationes, gemitus ab imo profectus, instítio totam noctem durans, mentis ad Deum peregrinatio, ploratus inter precandum tener, qui audientibus compunctionis est remedium, hymnos cantantes, glorificantes, meditantes legem Domini die ac noctu, exaltationes Dei suo in gutture ferentes... Extra carnem sunt, & in carne: quorum portio Dominus, pauperes propter regnum, & propter paupertatem regnantes. *Talis fuit vita S. Propheta Eliæ, & discipulorum ejus Elisei, ac Filiorum Prophetarum, & Essenorum, per quos monastica vita derivata fuit, usque ad tempora S. Basilij, & Gregorij Nazianzeni: qui eandem vitæ rationem, easdemque virtutes æmulati fuerunt, & in seipsis expresserunt, sicut vitam eorum legentibus patefecit: & quidem de S. Basilio legitur*: Abstinentiâ & continentiâ fuit admirabili: unâ tunicâ contentus erat: in jejunio servando diligentissimus: in oratione assiduus, in qua sæpè totam noctem consumebat. Virginitatem perpetuò coluit: *Eadem fuit S. Gregorij vita, virtutumque ratio, sicut de seipso testatur* (f): Carnem meam ætatis flore lascivientem & æstuantem, multis & crebris laboribus attrivi. Ventris satietatem, vicinamque rabiem sustuli: oculos temperantiæ adjumento palpebris infixi, iram abrupi, membra devinxi, risum deploravi. Omnia Christo cesserunt, priora omnia conciderunt: terra mihi lectus fuit, asperrima vestis membra contexit, pervigilias etiam & lacrymarum imbres adhibui: interdiu labori humeros subjunxi, hymnis totâ nocte concinendis corpus instar statuæ defixi, nullam omninò humanam voluptatem ne in animum quidem & cogitationem admittens.

(a) Lezan. tom. 2. fol. 553.

qui ipsos invisit,

peculiariter in Palæstina:

(b) in Annal. ad an. 351. n. 4. & ad an. 352. n. 4.

Carmeli institutum, sectatus fuit,

(c) hìc supra n. 1053.

(d) in Fascic. tripart. lib. 3 cap. 4.

S. Propheta Elia æmulator.

(e) Orat. in laudem S. Basilij.

(f) in orat. de S. Basilio.

(g) Tom. 2. ad an. 327. n. 8.

(h) num 308. & seq.

Idem vita institutum sectatus S. Gregorius Nazianz.

(i) Orat. 5. quæ est monasticæ cõmendatio.

(a) Orat. n.

(b) Orat. 13.

(c) in Not. ad Martyrol. Rom. die 20. Jul.

(d) tom. 2. fol. 496.

(e) in Orat. funebr. sui patris.

Monachorũ tempore S. Greg. Naz. vita sublimis perfectissima.

(f) de silentio & jejunio.

Digitized by Google

mittens. Atque hoc quondam mihi vitæ institutum erat : *videlicet quando ipse unà cum S. Basilio in eremo degebant (ad imitationem S. Prophetæ Eliæ, & S. Elisæi, ac Filiorum Prophetarum, in Carmelo, & aliis solitudinibus) habitantes in casulis, seu tuguriis ab invicem distantibus. Et quidem quòd in eremo casas seu tuguria separata inhabitarent (quemadmodùm duobus millibus annorum usitatum fuit in Carmelo : videatur hic suprà Fundamentum VII.* (a) *& etiam sequentia, ac antecedentia) ex ipsius Gregorij scriptis Cardinalis Baronius sic tradit* (b). Qualisnam verò esset amborum in eremo vitæ usus, quæve studia, ex ejusdem Gregorii scriptis licet accipere ... Quòd autem separatas ab invicem casas, seu tuguria habitarent, certum deducitur argumentum ex brevi illa epistola ejusdem Gregorij ad Amphilochium, in eadem eremo commorantem. *Ex illa Epistola habetur quoque, quod cibus illorum essent olera (sicut de S. Eliseo, & Filiis Prophetarum tradit S. Hieronymus, quod* herbis agrestibus victitantes). *Porro ratio illa vivendi anachoreticè in cellis separatis, eadem fuit in monachis Syriæ, præsertim in Carmelo (sicut plenè constat ex dictis hîc suprà ex Fundamento V. VII. & VIII.* (c) *à SS. Prophetis Elia & Eliseo, per Filios Prophetarum, & Essenos ædificantes & inhabitantes casulas, seu cellas separatas in Carmelo, propè fluenta Iordanis, circa Iericho, & alibi, derivata usque ad tempora S. Basilij, & exindè etiam semper servata in Carmelo : ubi in alvearibus medicarum cellularum, tamquam apes Domini, dulcedinem spiritualem mellificantes, ut scribit Iacobus de Vitriaco* (d). *Quod autem S. Basilius, & S. Gregorius alios ad istud vitæ institutum provocârint, & in eo instituerint, Ruffinus* (e) *agens de amborum in eremo consuetudine, tradit; & quidem de S. Basilio :* Subegitque, abjectis inanium rerum & sæcularium curis, suimet notitiam recipere, in unum coire, monasteria construere, psalmis, & hymnis, & orationibus docuit vacare. *Ex hactenus dictis colligere licet, quod cum de SS. Basilio, & Gregorio dicitur, quod simul* in monasterio *vixerint, id intelligendum non de monasterio, prout modo sunt, septo aliquo circulariter incluso; sed de congregatione cellarum, seu casularum, ab invicem separatarum, prout antiquitùs in Syria, & Ægypto, ac semper in Carmelo à temporibus SS. Eliæ, & Elisei. Atque, ita ex jam adductis, & cum Fundamentis XII. locatis hîc suprà inter se collatis, an non satis perspicuè, probatum manet, SS. Basilium, & Gregorium Nazianzenum Eliana vitæ (qualis in Carmelo perstitit duobus annorum millibus) fuisse æmulatores, & exercitatores?*

(a) num. 320. & seq.
(b) in Annal. ad an. 363.
(c) n. 299. & seq.
(d) in histor. Hierosol.
(e) lib. 2. cap. 9.

S. Basilius prioribus annis alumnus Eliana posteritatis :

2941. *Animadvertendum autem quoad S. Basilium, licèt primis annis monastica sua conversationis vetus istud propheticum Elianum institutum (quod tunc unicum erat) sectatus fuerit, & hâc ratione Eliana posteritatis alumnus accenseri possit; postmodum tamen* primus duriorem illum antiquorum monachorum ritum ad meliorem formam redegit : *Regulam scripsit (& quidem duplicem) factusque fuit sic novi Ordinis Patriarcha. Ad hoc propositum in* Carmeli Armamentario *R. P. Francisci Bonæ Spei videri poterunt Scutum XIII. & XIV. quorum tituli sunt :* Omnes Religiosi & Eremitæ, Filij Prophetarum, & Esseni, Carmelitæ, sive Fratres D. Virginis de Monte Carmelo, & sancti Antonius, Pachomius, Basilius, Benedictus &c. fuerunt unius, ejusdemque Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. Ordinis Religiosi, donec, sancti Antonius, Pachomius, Basilius, Benedictus &c. suos dicerent, quos in vita religiosa instruxerant, ita ut dicerentur in populo specialis Ordinis &c. Omnes monachi, sive Eremitæ, qui in antiquo Testamento vocabantur ... Filij Prophetarum, Esseni &c. specialiter sub initium sæculi quarti, postquàm incœperunt nominis Ordinum distinctiones, sive postquàm sancti Antonius, Pachomius, Basilius &c. alij, illos, quos ad Religionem induxerant, suos vocârunt, & sic fuerunt vocati in populo, tamquàm filij Ordinis ab eis instituti, & specialiter distincti ab Ordine Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. *Etiam ad hoc intentum consule num.* 833. & 834. *in dicto Armamentario. Caterùm extant* innumera Patrum elogia de S. Basilio, quæ vix volumine comprehendi possint. *Ita Cardinalis Baronius* (a) *Basilio compar, aut suppar extitit quoque ipse S. Gregorius Nazianzenus : hujus obitum refert Cardinalis Baronius ad annum Christi* 389. *& S. Basilij ad an.* 378. *ipsis Kalendis Ianuarij : colitur autem XIV. Iunij, qui dies ordinationis ejus fuit.*

deinceps novi Ordinis Patriarcha.

(a) in Not. ad diem 1. Jan. in Martyrol. Rom.

2942. XXV. JUNIJ S. Febroniæ, *de qua ista in Martyrologio Romano :* Sibapoli in Syria S. Febroniæ Virginis & Martyris, quæ in persecutione Diocletiani, sub Lysimacho Præside, ob fidem, & pudicitiam servandam, primò virgis cæsa, & æquuleo torta, deinde pectinibus laniata, atque igne succensa, demùm excussis dentibus, mammisque abscissis, capitis damnata, tot passionum ornata monilibus, migravit ad Sponsum. *In Notis, occasione istorum verborum :* Tot passionum ornata monilibus, *S. Febroniæ ista S. Cypriani appropriantur verba :* Si in carne sit gloriandum; tunc planè quando in nominis confessione cruciatur, quando fortior femina viris torquentibus invenitur, quando ignes aut cruces, aut ferrum, vel bestias patitur, ut coronetur : illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora. *Et paulò ante :* Ejus Acta recitat Metaphrastes, quæ olim Thomais sanctimonialis fidelissimè scripserat; habet eadem Lipomanus tom. 7. & Surius tom. 3. die 15. Junij. *In ea refertur, quòd in dicta civitate* Sibapoli *fuerit monasterium quinquaginta monialium*, quæ monasticæ vitæ studio seipsas exercebant. *De Febronia autem, quòd anno ætatis secundo oblata monasterio, in eo vixerit annis octodecim (ad ætatis vigesimum). & interea :* ex quo in

S. Febronia multiplicibus passionum monilibus ornata :

Digitized by Google

In monasterio vixit ab anno ætatis secundo;

monasterio vivit, neque viri alicujus, neque mulieris in mundo versantis formam adspexit: sed nec mundi figuram aliquam hucusque vidit. *Vitæ ejus ratio illa erat*: Cùm verò omnes sorores illæ ab unius diei vespera usque ad sequentis vespertinam horam jejunarent, jussit Febroniam post duorum dierum spatium comedere. Illa igitur cùm se tali corporis habitu præditam videret, tunc etiam neque panem, neque aquam ad satietatem usque sumebat. Ad hæc jussit parvum quoddam scamnum sibi componi, tribus cubitis longum, & uno palmo ac dimidio latum, in quo requiescebat, quoties dormiendi tempus advenerat. Interdùm & in solo nudo carnes suas reclinabat. Quoties verò à diabolo nocturnis cogitationibus tentabatur, exurgebat, & multis cum lacrymis Deo supplicabat, ut diabolum tentantem à se fugaret: & statim librum aperiens, divinas litteras laboriosè legebat.

mirabilis vitæ ejus austeritas:

2943. *Consequenter refertur, quomodò milites in monasterium irrumpentes, abduxerint Febroniam: quæ magno & constanti animo fidem suam coram Iudice confitetur: atrocissimè cruciatur: & per quatuor partes extensa, usque ad viscera ustulatur: in ligno suspensa, ferreis pectinibus dilaniatur, sic ut carnes unà cum sanguine in terram decidcrent. Dentes illi extrahuntur, ubera secantur: manus ambæ, & pedes: ac tandem caput ei abscinduntur: en de ejus glorioso agone paucula ex ipsius vita delibata*: Ut igitur Christiani multi à militibus capti, & in carcerem conjecti fuerunt, quidam ex Græcorum numero ad Selenum de monasterio illo significârunt. Ille autem statim misit in monasterium milites: qui cùm illud circumdedissent, & portas securibus perfregissent, facto impetu, in monasterium irruerunt, & statim Brionnam comprehensam, gladio interficere voluerunt. Sed Febronia cùm periculum imminere vidisset, se ad militum pedes abjiciens, dixit: Obtestor vos per Deum cœlestem, me priùs de medio tollite, nè Dominam meam morientem videam ... Venerunt milites ad monasterium, & ingressi, à scamno Febroniam abripuerunt, & ferreis vinculis collo adolescentis adstricto, è monasterio pertraxerunt. *Consequenter refertur, qualiter atrocissimè cruciata fuerit. Selenus enim impius Iudex jussit*: per quatuor partes illam extendit, & infrà ipsam ignem accensum supponite, simulque quatuor milites virgis ejus terga verberent ac dilanient. Id cùm fieret, & diutius virgo illa verberaretur, copiosus sanguis ex utraque humeri parte in terram defluebat: ignis verò instà ejus corpus accensus, viscera etiam ejus comburebat: ad hæc oleo magis excitatus, ac vehementiorem flammam erigens, Febroniam omninò consumebat. Cùm verò per multas horas virgo ipsa verberaretur, & comburetur, tota multitudo illa pro Febronia summis clamoribus Judici supplicabat, his utens vocibus: Parce, benigne Judex, parce virgini & adolescenti. Cæterùm ille nihilominùs ob id desæviens, vehementiùs illam percuti, ac torreri mandavit, quoad vidit ejus carnes in terram defluere.

gloriosus diversimi martyrij triumphus:

templum ei dicatum:

Postea illi excussi fuerunt dentes, & abscissa ubera: omnia autem ista, & alia tormenta mirâ animi fortitudine perferens, tandem capitis abscissione, gloriosè triumphavit. Templum insigne ei fuit dicatum. Episcopi verò omnes acceperunt reliquias illas sanctas, & in vase aureo portantes, læti abierunt: quibus præibat multitudo psalmos canens, cum cereis facibus, & thure multò. Quicumque verò erant cœci, vel claudi, aut dæmone capti, sanati sunt: idque omnibus manifestum factum fuit. Currebant adolescentes undique, & ægrotos homines, alios in grabbatis positos, alios jumentis vectos ferebant, & omnes sanabantur, & quocumque aliquis morbo detinebatur, sanus fiebat. *Quod S. Febronia Institutum sectata fuerit, nuncupatum antiquitùs* Therapeutidum, *seu Essenorum, stabilitum videtur in Fundamentis XII. hîc supra* (a): *præsertim Fundamento IV. ac XI.* (b)

reliquiæ in vase aureo, ab Episcopis delatæ:

miraculis plurimis à Deo honestata:

cultrix fuit veteris Essenorum instituti.

(a) num. 295. & seq.
(b) n. 337. 340. 341.

2944. I. JULIJ S. SIMEONIS, *de quo ista in Martyrologio Romano ad hunc diem*: Apud Emesam sancti Simeonis Confessoris, cognomento SALI, qui stultus propter Christum factus est: sed altam ejus sapientiam Deus magnis miraculis declaravit. *Ad illa Cardinalis Baronius annotat*: Agunt de eodem, hâc die Græci in Menologio. Scripsit ejus res gestas, humanum captum excedentes, probatissimus auctor Leontius Episcopus in Cypro, quas descripserunt Metaphrastes, Lipomanus, & Surius hâc die: id etiam testantur Acta Synodi secundæ Nicenæ, actione 4. *Vita ejus (ex præfatis Leontio, Metaphraste, & Surio) hæc est epitome*: Tempore Justiniani Imperatoris, cùm accederent ij, qui Christi erant amantes, & pro more sancta Christi loca cupiebant adorare, quæ sunt in sancta Civitate, in exaltatione pretiosæ, & vivificæ Crucis; accidit, ut in hoc venerabili festo duo quidam juvenes, qui erant ex Syria, Dei providentiâ se invicem convenirent. Uni verò nomen erat Joannes, & alteri nomen Simeon. Peracto autem sancto Dei festo, recessit deinceps unusquisque in suam civitatem. Hi verò duo juvenes, postquam Dei clementis voluntate simul convenerunt, & se mutuâ complexi sunt benevolentiâ, non sunt amplius à se invicem separati ... Postquàm autem descenderunt in convallem Hierichuntinam, & transierunt civitatem, contemplatur Joannes monasteria, quæ erant circà Jordanem, & dicit Syriacè Simeoni: Scisne quinam habitent in his hospitiis, quæ sunt ex adverso? Ille ei dicit: quinam? Joannes autem dicit: Angeli Dei. Ei verò dicit Simeon veluti admirans: possumusne eos videre? Ille verò ei dicit: Certè, si efficiamur, ut quidam ex illis. Sedebant autem ij duo in equis: erant enim eorum parentes valdè divites. Cùm ergò statim ex equis descendissent,

S. Simeon habitus ut stultus, alii sapiens:

venit cum socio ad monasteria circa Iordanē:

eos

Digitized by Google

eos dederunt servis suis, dicentes: Præite nos. Præ se enim tulerunt, se velle in loco sedere. Contigit autem, ut invenirentur in via, quæ declinat à via militari, & ducit ad sanctum Jordanem. Ambo ergò constiterunt, & dicit Joannes, digito ostendens, Simeoni: Ecce via, quæ ducit ad vitam, sancti Jordanis, & ecce via, quæ ducit ad mortem: ostendens ei viam publicam. Genu itaque flexo, & suspirantes, dixerunt: Deus, Deus, Deus, qui vis totum mundum salvum facere, ipse voluntatem tuam aperi tuis famulis. Tunc magnâ affecti lætitiâ, omnium suarum facultatum, & parentum veluti in somnis obliti, complexi se sunt deosculantes.

in uno eorum postulant admitti:

2945. *Consequenter narratur, quòd se contulerint ad unum ex istis monasteriis, cui præerat vir admirabilis, Nicon nomine; à quo postulârunt admitti: & pòst debitam probationem ac institutionem, decretus fuerit dies; quò sacro donarentur habitu monastico: pridiè autem contigit, quod sequitur.* Cùm ex Fratribus quidam eis dicerent: Beati estis, quoniam cras regenerabimini, & mundi efficiemini, sicut nati estis, ab omni peccato, perindè, ac si ipso die esletis baptizati: admirati sunt ambo, & cucurrerunt ad divinum Niconem vesperi Sabbato, & ad ejus pedes prociderunt, dicentes: Rogamus te, Pater, nè nos baptizes: sumus enim Christiani, & nati ex parentibus Christianis. Is autem cùm nesciret, quidnam audiissent à Patribus cœnobij, dixit eis: Quis enim vult vos, ô Filij, baptizare? Illi verò dixerunt: Domini nostri Patres monasterij dicunt nobis: Cras rebaptizabimini. Tunc intellexit Præfectus, eos dixisse de sancto habitu. Is verò dixit eis: Rectè dixerunt, filij: etenim si Deo placuerit, volumus vos cras induere sancto & Angelico habitu. *Refertur deindè, quòd Dei revelatione cognoverint dignitatem habitûs monastici, & quòd ejus receptione verasiter sibi fuerint remissa peccata: hinc in istam erupterant gratiarum actionem:* Gratias tibi agimus, Pater. Quidnam autem Deo offerre, & venerando tuo capiti, ignoramus... Per te pretiosam acquisiimus margaritam. Baptismatis vim verè didicimus, de quo nobis prædixerunt sancti Patres. Cognovimus peccata nostra verè fuisse exusta ab igne, qui corda nostra accendit. *Deindè Simeon, & Joannes, Spiritûs-sancti instinctu, ac Dei revelatione, cum licentia, & benedictione è monasterio egressi in solitudinem, circà mare mortuum: qualis eorum vita ibi fuerit, sit traditur:* Impigrè, & citrà ullum laborem, perpetuum exercitationis, & silentij cursum nocte dieque peregêre, nullum aliud in quo versarentur, opus habentes, nisi, quæ divelli non poterat, tentationem, & minimè solicitam solicitudinem: dico autem perpetuæ orationis, per quam breviter eò processêre impegri operatores, ut infrà modicum tempus digni sint habiti visionibus divinis, & miraculis. Illi autem perseveraverunt in solitudine, exercentes se in omni exercitatione, afflictioneque, & frigore, & æstu, viginti novem annos, ubi multas, & quæ dici nequeunt, tentationes sustinuerunt à diabolo: maximè autem Simeon, ex eâ, quæ ei inerat, simplicitate, & puritate. Sensit tamen per inhabitantem in se virtutem sancti Spiritûs, se neque timere ullam affectionem, neque frigus, neque famem, neque æstum: sed propè videbatur exuperare modum humanæ naturæ. Quâdam die verò dicit Joanni: Quid nobis deincèps proderit, ô frater, si versemur in hac solitudine? Sed me audias: surge, abeamus: alios quoque salvos faciamus. *Remanente autem ibi, & in eodem vita instituto perseverante Ioanne, Simeon ivit Ierosolymam, ubi visitatis locis sanctis, profectus est ad Emesinorum civitatem: ubi se stultum simulans, plures miris modis ad salutem perduxit, miraculis plurimis coruscus: in sepultura angelico cantu honoratus, angelico etiam obsequio fuit translatum ejus corpus. Vita autem ejus admiranda magis fuit, quàm imitanda; propterea Aloysius Lipomanus, & Laurentius Surius historiæ vitæ ejus hæc præmittunt:* Cùm sequentem historiam percurreris, lector, nè, quæso, scandalizeris, videns sanctum & sapientem virum, propter Christum adeò se humiliasse, ut fatuus ab omnibus æstimari voluerit. Miri sunt Sancti-Spiritûs afflatus, & stupenda in servis suis divina judicia. *Animadvertendum, quòd Monasteria illa, quorum mentio est in vita prefati Simeonis, in quorum uno monasticum habitum ipse, & prafatus Ioannes suscepit, fuerint in locis, ubi olim SS. Propheta Elias, & Eliseus, ac Filij Prophetarum mansiones habuerunt, & successerunt eorum posteri in eadem vita ratione; ideò, & propter cuncta adducta hìc suprà in XII. fundamentis, & dicenda hìc infrà capite 8. isti tamquàm posteri, & successores, aut certè æmulatores S. Elia hìc commemorati sunt. Notandum quoque, quòd in vita S. Simeonis, ipso identidem nuncupetur* Abba: *ita quoque Sovius ejus Ioannes: nec tamen unquàm fuerunt Superiores monachorum: porrò* Abba *nomen Syrum (etiam olim passim in usu apud Ægyptios monachos) idem est, quod* Pater. *Sic etiam nunc Religiosi Sacerdotes, licèt non sint, aut fuerint Superiores, dicuntur* Patres.

2946. *Fuit etiam alius Simeon anachoreta, cujus, & Theodistæ Lesbiæ monialis ejusdem instituti, vitam tradunt Metaphrastes, Lipomanus, & Surius, ad diem X. Novembris. Quantùm ad Simeonem, describitur talis figuræ, & habitûs, ut nisi caligmosis oculis, Elisani, & Prophetici nostri Ordinis alumnus non appareat. Ita Lezana* (a). *Sequitur ex historia vitæ ejus:* Videmus repentè monachum profectum è solitudine, & progredientem è nemore, & ad nos venientem, velut pallidum, genis macilentis, nudis pedibus, totum squallidum tunicâ è pilis contextâ, superhumerali, & capitis tegumento tunicæ similibus, zonâ pelliceâ cinctum circà lumbos, perindè ac fera hirsutum, tamquam Angelum propitium. *Hæc in vita ejus: addit Lezana:* Quibus (si attendatur ad ea, quæ in superioribus tomis diximus de habitu Eliæ, Eliæorum, & eorum,

illis dicitur, quod ingressus in Religionem sit velut alter baptismus:

Id verò esse, Dei revelatione cognoscunt,

cum licentia, & benedictione vadunt ad solitudinem:

sancta, & mirabilis eorum vita,

annis 29.

Simeon, Dei revelatione, solitudine egreditur,

ut alios salvos faceret.

S. Simeon, & socius posteri aut æmulatores S. Elia.

ABBA *nomen Syrum, idem quod* Pater,

olim tribus solitum monachis antiquis.

Simeon alius anachoreta ejusdem instituti

(a) in Annal. ad an. 901.

eorum, qui ipsorum vestigia sunt secuti, tunicâ scilicet pilosâ, superhumerali, zonâque pelliceâ) clarissimè innotescit, hunc Simeonem ex illis unum fuisse.

S. Astion martyr.

2947. VIII. JULIJ S. ASTIONIS Monachi & Martyris. *Vita ejus extat apud Surium, ad 8. Iulij: initium ejus hoc est* : Temporibus Diocletiani profanissimi Imperatoris, erat quidam Presbyter in partibus Orientis, nomine Epictetus, religiosam vitam agens: *sic autem finitur*: Pertulerunt autem martyrium sancti atque athletæ Christi Epictetus presbyter, & Astion monachus in Almiridensium civitate, octavâ die mensis Julij, temporibus Diocletiani Tyranni, sub duce Latroniano. *Surius ad marginem notat* : Anno 290. *qui erat Diocletiani annus septimus: anno uno ante natum S. Hilarionem, cùm S. Antonius esset ætatis circiter 36. annorum: nec ullos adhuc haberet discipulos. Ipsum de posteris, aut æmulatoribus S. Eliæ fuisse, suadetur ex dictis hîc supra* (a). *Istis enim temporibus monachi erant Esseni (de quibus capite præcedenti, ubi de S. Marco Euangelista) aut ex illis procedentis, atque ejusdem instituti.*

(a) fundam. VI.

S. Arsenij vita apud quos extet:

2948. XIX. JULIJ S. ARSENII: *de quo ista in Martyrologio Romano* : Apud Scetim Ægypti montem S. Arsenij, Romanæ Ecclesiæ Diaconi, qui Theodosij tempore in solitudinem secedens, virtutibus omnibus consummatus, & jugi lacrymarum imbre perfusus, spiritum Deo reddidit. *Cardinalis Baronius in notationibus addit*: Collegit ejus acta ex antiquis codicibus Metaphrastes: quæ refert Lipomanus tomo 6. & Surius tomo 4. De cæteris actis, scitisque ejusdem sententiis, confertus est liber, qui inscribitur Vitas Patrum. *Claruit S. Arsenius tempore Theodosij piissimi Imperatoris, ad imperium adsciti anno Christi 379. qui ipsum Arsenium delegit filiorum suorum præceptorem. Ideò autem ejus commemoratio hic fit; quòd vitam monasticam eremiticam egerit in Sceti (seu Sciti) haud longè ab Alexandria: ubi ab exordio Euangelicæ prædicationis, sub S. Marco, quàm maximè viguit monasticæ disciplinæ exercitatio, sicut habetur ex dictis capite præcedenti, ubi de S. Marco Euangelista ad XXV. Aprilis. Quòd autem monachi à S. Marco Euangelicæ perfectionis doctrinâ instituti, nuncupati tunc* Esseni, *& Therapeutæ, circà Alexandriam continuati fuerint, habetur ex dictis de S. Frontonio, & Heleno, atque etiam ex dicendis de SS. Protho, & Hyacintho, ac S. Eugenio, atque aliis, qui temporibus intermediis à S. Marco ad S. Arsenium, circà Alexandriam monasticâ conversatione Ecclesiam exornârunt, atque aliis exempla, & documenta utilissima præbuerunt: quos inter S. Arsenius*, monasticæ disciplinæ speculum *cunctis seculis seipsum præbuit.*

fuit præceptor filiorũ Theodosij Imp.

deindè monachus prope Alexandriã,

inter posteros Essenorum:

speculum perfectionis monasticæ,

2949. *Cùm ejus vita obvia sit, ac gesta ejus, ac dicta passim resonent in libris ascetici, obiter pauca hîc sufficient.* Deum pro salute animæ suæ precanti vox quædam supernè resonat: ARSENI, FUGE TUMULTUS, ET SALUTEM ASSEQUERIS. Nihil cunctatus, Alexandriam navigavit, & ad Scetim rectà proficiscitur, seque inserit in numerum patrum, qui illic se exercebant... Convenientibus aliquandò monachis, & omnibus congregatis, Arsenius rogatus incipere sermonem, qui aliquam afferret utilitatem, obediens: Fratres, inquit, & Patres, omnem rem, quam quis aggreditur, præcedit causa aliqua, & scopus, propter quem agitur. Causam verò, cur nos ex mundo fugerimus, nullam aliam dixerimus, nisi ut purgemus animam, & quæ eam consequitur, salutem adipiscamur. Studendum ergò est nobis, ut nos purgemus pro viribus, & maximè interiorem hominem, ubi & majus est bellum, & victoria difficilior... Roganti verò cuidam monacho, ut sermones ab eo audiret utiles: Pro viribus, inquit, contende, ut quæ est intrà te, & in mente tua operatio, Deo placeat, & sic vinces externa vitia: hoc ei significante Arsenio, quòd nisi ea ita fiat, ut Deo placeat, sunt omninò inanes, & inutiles labores corporei... Monachus, nomine Marcus, virtute clarus, cùm sciret, quàm esset solitarius Arsenius, & averſaretur hominum consuetudinem. Cur nos quoque fugis, rogavit? Nam ipse quidem nihil læderis ex nostra consuetudine, & collocutione: Nos autem potes juvare plurimum. Cui divinus Arsenius: Deus, inquit novit: multùm à vestra pendeo charitate. Sed quid agam? Non possum me dividere Deo, & hominibus; est enim faciliùs ei placere, quàm hominibus. Angelorum enim millibus & deciès mille millibus unus est scopus, & una voluntas, ut Deum laudent, illiusque mandatis serviant. Hominibus autem aliis aliæ sunt voluntates, scopique, & instituta diversa: & ideò est eis, ut dixi, placere difficiliùs, quàm Deo... Mos autem erat Arsenio, hoc sibi carmen assiduè canere: ARSENI, CUR EGRESSUS ES? QUIS FUIT TUUS SCOPUS, UT TE A MUNDO SUBDUCERES? AN NON, UT OMNINO DEO PLACERES? HUIUS REI CURAM GERE. Quin etiam aliud quoque ab eo cani solebat: ME SÆPE POENITUIT DIXISSE, NUMQUAM AUTEM TACUISSE. *Et ista sunt ex ejus vita, apud Surium. Obiit valdè grandævus.*

documenta ejus multiplicia.

Deo, & millibus Angelorum placere, facilius quam pauci hominibus:

Sententiæ aureæ dictæ S. Arsenij.

2950. I. AUGUSTI: S. EUSEBII Vercellensis Episcopi. *Iure meritòque ejus memoria hîc intexitur; quia Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei, & (qui* in spiritu Eliæ in desertis *etiam vixit) S. Ioannis Baptistæ, verus sectator, monachos, S. Eliæ posteros, aut æmulatores, ex Ægypto in Occidentem invehens, primus clericatum cum monachatu, vitam activam cum contemplativa, conjunxit. Id de eo S. Ambrosius, in epistola ad Vercellenses, testatur in hunc modum:* Primus in Occidentis partibus diversa inter se Eusebius Sanctæ memoriæ conjunxit, ut & in civitate positus, instituta Monachorum teneret, & Ecclesiam regeret jejunij sobrietate. Multum enim adjumenti accedit ad sacerdotis gratiam, si ad studium abstinentiæ, & normam integritatis juventutem adstringat, & versantes intrà urbem, abdicet usu urbis,

S. Eusebius primus in Occidente Clericalis, & monastica vita exercitia sociavit,

Digitized by Google

urbis, & conversationis. Hinc illi processerunt viri Elias, Eliseus, Joannes Elisabeth: qui pellicèis tunicis, & caprinis exuviis induti, inopes, atque egentes, angustiis, & doloribus afflicti, in solitudinibus errabant inter alta, & condensa montium, invia rupium, speluncarum horrida, foveārum vadosa, quorum conversatione dignus orbis terrarum non erat. *Inter istos autem, quasi unus ex eis, etiam ipse S. Eusebius monasticè vixit. Ita quoque, haud diu post, monasticam exercitationem cum Episcopali munere sociavit S. Martinus, de quo hic infrà cap. VI. ad XI. Novembris.*

sectator Eliana vitæ.

CAPVT V.

De S. Ludovico Rege *Franciæ, Ordinis Carmelit. Propagatore, & ejusdem habitu (Scapulari) amicto.*

S. Ludovici Regis memoria in benedictione, in Carmeli Ordine,

2951. AUGUSTI XXV. S. Ludovici Regis: *cujus memoria hic haud prætermittenda videtur; cùm ea in benedictione (continuatâ traditionis serie) celebretur in Ordinis Missalibus; & Breviariis vetustis (de quibus hic infrà) & animo grato beneficiorum ab eo Ordini præstitorum memore, de illo tractent præstantiores Ordinis Carmeli historici, inserti tomo præcedenti* (a); *videlicèt Guilielmus de Sanvico, ipsi S. Ludovico contemporaneus (obiit enim S. Ludovicus in expeditione secunda ad Terram sanctam, anno salutis 1270. & tunc, aut aliquantò pòst, in Carmelo morabatur ipse Guilielmus * ibi Prior.) Is itaque in libro* de Ordinis hujus multiplicatione in Terra-sancta, & translatione in Europam, *scribens ea quæ vidit, & ab iis, qui viderant, acceperat: capite 6. cujus titulus est:* Quòd B. Ludovicus Francorum Rex in Terram-sanctam profectus, indè quosdam Fratres hujus Religionis secum in Franciam duxerit, quibus in civitate suâ Parisiis monasterium ædificavit, *historiam illam de S. Ludovico graphicè depingit: quam etiam iisdem verbis Philippus Riboti Provincialis Cathaloniæ anno 1370. inseruit libro 9. voluminis,* de peculiaribus gestis Carmelitarum. *Eadem tradunt Ioannes de Cimineto, Doctor Parisiensis circa annum Christi 1336. in Speculo institutionis Ordinis Carmeli (typis edito Venetiis anno 1507. in antiquo Speculo Ordinis) indè aliqua excerpta sunt tomo præcedenti* (b): *& pòst eum Ioannes de Malinis, in* Speculo historiali *(quod pariter Venetiis anno 1507. excusum extat) videatur tomo præcedenti* (c). *Luculenter quoque & eleganter Arnoldus Bostius in libro* de Patronatu B. Virginis, *cap. 7. cujus iste titulus:* Quòd clementissima Virgo Maria S. Ludovicum Francorum, & beatæ memoriæ Eduardum III. Anglorum Reges ab imminentibus periculis piissimè liberaverit, Ordinis sui propugnationi, dilatationique sic providens. *Consule tomum præcedentem* (d). *Pauciora bus ista exprimit Balduinus Leersius, in* Collectaneo exemplorum (*scripto circà annum salutis nostræ 1480.*) *ubi cap. 5. tria referuntur de S. Ludovico:* 1. quòd meritis gloriosæ Virginis fuerit liberatus à periculo maris: 2. quòd ex affectu ad B. Virginem habitum Ordinis (*Scapulare scilicet, cui olim etiam caputium adjunctum erat*) portaverit, & in ipso obierit. 3. quòd Fratres de Carmelo in Franciam adduxerit, & ipsis Parisiis pulchrum claustrum ædificaverit. *Ita etiam tomo præcedenti* (a). *Sic quoque Ioannes Palæonydorus*, in Fasciculo tripartito *primùm typis edito Moguntiæ an. 1497. & deinceps alibi. Ibi* (b) *agens de Scapulari à gloriosa Dei Matre tradito S. Simoni Anglico:* Ratione itaque (*inquit*) tanti, tamque singularis signi salutis & privilegij pacis sempiternæ, complures magnorum Statuum viri & fœminæ, arma illa Reginæ cœlorum, & scutum apprehendentes, se Religioni Carmeli offerebant: velut Ludovicus Rex Franciæ, Anglorum Rex Eduardus . . . sacrum Ordinis habitum Scapulare, nocte dieque portârunt. *Plura circà hæc videri poterunt apud P. Lezana in Annalibus Ordinis tomo 4. variis locis: & quidem ad annum 1234. sic multa paucis complectitur: Is* (*S. Ludovicus*) Rex piissimus nostræ Religionis eximius in Galliis propagator fuit, aliquos ex Carmelo Fratres secum Parisios ducens, Ædem ad habitandum ipsis concedens, Ordinis similem habitum gestans, & eorum in illis Provinciis multiplicationem, & propagationem promovens, ut ex dicendis suo loco constabit: *ubi illa sigillatim pertractat* (c).

(a) vide n. 437. & seq. & 440.

* De eo vid. Tomo præced. n. 11. pag. 5. & etiam n. 403.

quia è Carmelo Religiosos duxit in Franciâ,

(b) n. 987.

(c) n. 922.

(d) n. 1607. & seq.

& habitum Ordinis gestavit: monasterium Parisiis fundavit:

(a) n. 1500.

(b) lib. 3. cap. 7.

& Ordinis propagator fuit.

(c) videlicet ad an. 1251. n. 20. & 21. ad an. 1252. n. 8. & 9. ad an. 1256. n. 9.

2952. *Theophilus Raynaudus Societatis Iesu, tomo 7. operum suorum, in libro, cui titulus:* Scapulare Marianum illustratum, & defensum, *omnia jam dicta confirmat, his verbis* (d): Omnium summus inter Summates Laicos sacri hujus ritûs observatores, censendus est S. Ludovicus nonus Rex Francorum, qui primùm è Palæstinâ regrediens, abductis secum, de Majorum consensu, sex de Monte Carmelo Eremitis, vel ab eis edoctus religiosam Scapularis observantiam, vel in regressu ritum satis disseminatum piè usurpans, Mariano Sodalitio nomen dedit, ut ferunt optimæ, & quàm verisimiles conjecturæ. Nam Bonifacius VIII. in Diplomate de S. Regis canonismo, testatur, eum post reditum è partibus transmarinis, assumpsisse vestem Religiosam peculiarem & humilem: quod non posse in aliam cadere, quàm in eam de qua agimus, inferiùs evincemus. Item Gaufridus de Bello-loco S. Regis Confessarius, & vitæ scriptor, memorat ejus vestimentum Religiosum habens caputium super scapulas, quale olim erat Scapulare Carmelitanum. Est etiam apud Thomam Cantipratanum narratio de ultione divina, in Nuncium Comitis Geldriæ, ad sanctum Regem ab Hero submissum, à quo his sannis derisus est in reditu: VIDI ILLUM MISERUM REGEM PAPELARDUM, CAPUTIUM HABENTEM CAPITIS, SUPER SCAPULAM. Quæ est descriptio antiqui Scapularis Mariani, ut alibi notabimus. *Ita ibi Raynaudus: & longè*

(d) parte 1. cap. 8. to. 7. pag. 272.

Scapulare B. Virg. Mariæ à S. Ludovico susceptum, & gestatum, confirmatur,

Digitized by Google

infrà (a): An S. Ludovicus ante regressum suum in Galliam, susceperit in Palæstina Scapulare, sacrum hunc ritum ibi edoctus; an post regressum idem præstiterit, non ausim affirmare. Suscepisse tamen, atque gestasse Scapulare Marianum, quidquid mordax zoilus muginetur, non est difficile persuadere. In primis enim certum est, S. Regem fuisse Carmelitis addictissimum: præsertim ex quo periclitatus in mari, appulit ad littus Carmelo subjectum: & cum Fratribus illic degentibus egit familiariter. Narrat hoc illius ævi Scriptor Guilielmus de Sanvico, auctor Chronici de Carmelitarum diffusione per Syriæ, ac Europæ Provincias; memorans, sex Gallos illius cœnobij alumnos, à S. Ludovico fuisse expetitos: & cum bona venia Moderatorum, in Galliam abductos. Piissimum ergò Regem, ergà hos Dei servos optimè animatum, & per tempus peregrinationis, sanctâ eorum consuetudine captum, magnum erit, si credamus, Habitu sancto, de quo ab iisdem Religiosis inaudierit, amiciri voluisse; hominem adeò flexilem ad pietatem, & cujusvis Religiosæ observantiæ sequacem, ut ejus Acta demonstrant? Nec est inane, vel adeò obscurum collati S. Ludovico sacri Scapularis argumentum, quòd contulit Carmelitis Parisiensibus trabeam purpuream, quam gestaverat in sua in Regem inauguratione. Veluti refundens Regium paludamentum, pro panno, quoad materiam, vili; sed ad pietatis usum pretioso. *Ibi consequenter id iterùm confirmat ex Bonifacio VIII. in Diplomate Canonizationis, Gaufrido de Bello-loco, Guilielmo Carnotensi, & Thoma Cantipratensi: & tandem contrà quemdam concludit*: En ergò Auctores S. Ludovico synchroni, quos Adversarius extare negabat, attestantes gestationi Scapularis per S. Ludovicum. De Scapulari enim Mariano, quoniam olim nomine HABITÛS, & RELIGIOSI HABITÛS CARMELITANI donatum est, accipio, quòd hi Scriptores tradunt de Religioso indumento, per S. Ludovicum assumpto: & in regressu è Palæstina palàm gestato. *Alia ad idem intentum notâ speciali digna, addit: quæ in ipso fonte (operibus ejus satis obvius) videri poterunt* (b).

(a) parte 2. quæst. 8. Tom. 7. pag. 295.

(b) Tom. 7. pag. 295. & antè pag. 272. ac 273.

2953. *Quamvis autem antè S. Ludovicum variis in locis Europæ à transmigrantibus è Carmelo, & Terra-sancta, fundata fuerint Monasteria, etiam in Gallia (sicut videre licet tomo præcedenti)* (c) *ipse tamen singularis fuit Ordinis propagator, præsertim per Galliam. Insuper quo sensu Ioannes XXII. & Alexander V. Pontifices in suis Diplomatibus de piè suscipientibus habitum B. Virginis S. Scapulare sic loquuntur*: Et si alij devotionis causâ, in sanctam ingrediantur Religionem, sancti Habitûs signum ferentes: *ipse S. Ludovicus* sancti habitûs (*Scapularis*) signum ferens (*sicut jam antè audivimus*) *quâdam etiam ratione censeri potest Ordinis hujus: quemadmodùm Ordinibus, aliis accensentur eorumdem Tertiarij. Sic ab Henrico Sedulio in sua Historia Seraphica, cum aliis Ordinis Minorum Sanctis referuntur (etiam ad longum descriptis eorum vitæ historiis) S. Elizabetha Vidua, Regis Hungariæ filia, & ipse etiam S. Ludovicus, nec non S. Ivo Presbyter, & S. Elzearius Comes. Sic Ordo Prædicatorum S. Rosam meritò colit. Ita quoque Ordines alij Tertiarios suos sibi vendicant. Hâc etiam ratione Ioannes Grosi Generalis Ordinis (electus primùm anno Christi 1389.) in Viridario, inter Sanctos Ordinis hujus refert S. Ludovicum. In antiquioribus, quæ hactenùs vidi, Kalendariis Missalium, & Breviariorum Ordinis hujus legitur, ad diem 25. Augusti*: Ludovici Regis Franciæ IX. lectionum. *Ita in vetusto Kalendario MS. de quo hic suprà in Præfatione generali, & in Kalendariis Breviarij Venetiis excusi anno 1495. & Missalis etiam Venetiis anno 1509. In Breviariis anni 1573. & in sequentibus Breviariis ac Missalibus, ad eumdem diem*: S. Ludovici Confessoris, non Episcopi, Duplex.

(c) n. 441.

S. Ludovicus en aliquâ ratione accensetur Ordini Carmeli:

in quo festū ejus ab aliquot seculis fuit celebratum:

2954. *Cæterùm cùm in hoc opere* ACTIS SANCTORUM, *primarius scopus sit, ut ex virtutiferis Sanctorum exemplis, legentes ad eorumdem accendantur imitationem; & cùm, sicut ex jam antè dictis habetur, ipse S. Ludovicus quadamtenùs etiam spectet ad Carmeli Ordinem, ejusdem vitæ, ac præcipuarum virtutum epitome, prout in vetustis illius Ordinis Breviariis ad Matutinale officium, in plures lectiones dispertita, extat, conveniens et hìc subnectenda videtur: itaque sic ibi*: Beatus Ludovicus Rex Francorum, patrem habuit Christianissimum, nomine Ludovicum. Hic de Albigesio, & Comitatu Tholosano hæreticis debellatis, in Franciam rediit, & migravit ad Christum. Puer igitur patre orbatus, sub tutela matris Blanchæ Reginæ, quondam Regis Castellæ filiæ, remansit. Quem mater tenerrimè diligens, sub cura specialis magistri, & consilio religiosorum virorum, in moribus, & scientiâ literarum tradidit imbuendum. Puer verò, velut alter Salomon, pulcher, & ingeniosus, super coætaneos suos profecit laudabiliter. Cujus sanctitati congaudens pia mater, pluries dixit ei: POTIÙS VELLEM, CHARISSIME FILI, TE INCURRERE MORTEM TEMPORALEM, QUAM PER ALIQUOD PECCATUM MORTALE TUUM OFFENDERES CREATOREM. Quod verbum devotus filius sic in animo confirmavit, quòd divinâ se protegente gratiâ, nunquàm sensisse lethalis criminis contagium perhibetur. Et quoniam sciebat, quòd in divitiis pietas: in deliciis castitas: in honoribus humilitas periclitari solet: ideò sobrietati, humilitati, & misericordiæ animum dedit. Ab insidiis verò mundi, carnis, & diaboli custodiens solicitè seipsum, & exemplo Apostoli, corpus suum castigans, & in servitutem redigens, castigatione multiplici spiritui servire cogebat. Beatus verò Ludovicus cilicio communiter utebatur ad carnem: & quando propter nimiam debilitatem hoc dimittebat ad instantiam sui Confessoris, volebat, quòd idem Confessor suus, quasi in recompensationem, pro quolibet die quadraginta solidos Parisienses secretò pauperibus erogaret. Vigiliis quoque & orationibus,

S. Ludovici pueritia pia, & virtuosa:

Blanchæ matris ejus memorabile dictum:

Digitized by Google

tionibus, laboribus, & aliis secretis abstinentiis, & disciplinis jugiter se affligebant. *Deindè agitur de ejus expeditione, ad recuperandam Terram-sanctam, & referuntur aurea monita tradita filiis, peculiariter primogenito.*

2955. *De Regiis ejusdem virtutibus hæc cecinit Mantuanus noster* (a).

(a) in Fastis, & de sacris diebus lib. 8.

Magnanimus Rex Gallorũ Ludovicus eâdẽ
Luce, triumphato, trãsivit in æthera, mundo.
Naturæ bonitate puer, studioque parentum
Sic formatus erat, teneris que affectus ab annis,
Ut meritò credi posset mens illa Tonantis
Fabrefacta manu, cœloque egressa videri.
Justitia, & veros comitans clementia Reges,
Relligio, & pietas, ac magnificentia, virtus
Quæ facit heroës, nunquàm discessit ab illo.

S. Ludovici regiæ virtutes,

Consequenter agit de mira ejusdem libertate in pauperes: de duplici expeditione ad Terram-sanctam, & de Carmelo ab ipso visitato (Carmeli juga conscendit &c.) *ac indè in Galliam Religiosis conductis* (de quibus aliqua in tomo præcedenti *b*) *deque ejus obitu*:

(b) n. 440. & S. obitus.

Illinc ad Superos, morbo confectus atroci,
Fecit iter, summo mutans regna infima mundo.

CAPVT VI.

Monasticæ veteris fructus autumnales, sancti Monachi in Septembri, Octobri, & Novembri.

2956. XI. SEPTEMBRIS: SS. PROTI, ET HYACINTHI *qui Religiosam monasticam vitam egerunt, unà cum S. Eugenia (de quæ infra ad diem XXV. Decembris) in monasterio S. Heleni, inter monachos Essenos, de quibus hic supra, Fundamento III. & IV. ac sequentib. De S. Heleno videatur ad diem XVII. Aprilis. Tandem Romæ,* sub Gallieno Imperatore deprehensi, quòd essent Christiani, sacrificare coguntur; sed non consentientes, primò durissimè verberati sunt, ac tandem pariter decollati. *Ita Martyrologium Romanum. Extant eorum res gestæ in Actis S. Eugeniæ. Cardinalis Baronius de SS. Proto, & Hyacintho Monachis Essenis, unà cum S. Eugenia, agit ad annum Christi 188.*

SS. Protus & Hyacinthus monachi Essenis.

2957. XXVIII. SEPTEMBRIS: S. CHARITONIS: *Monastica Eliana Essena vita, persecutionibus diminuta, instauratoris, & propagatoris in Palæstina, Lauratum Fundatoris: De quo ista Molanus in Martyrologio ad diem XXVIII. Septembris*: Die vigesimo octavo sancti Patris, & Confessoris Charitonis. *Cardinalis Baronius* (b), *cùm retulisset præclarissimum certamen martyrum duorum Iconij in Isauria, subjungit*: Ibidem Charitonis effulsit gloria confessionis: qui verbo, reque se dignum exhibens, concivis sui imitatorem, illius inquam alumnæ Pauli, Protomartyris Teclæ, supplicia acerbissima pertulit. Sed Dei Vindictâ sublato Aureliano, & redditâ Ecclesiæ pace, ipse pariter liberatus, perindè ac Paulus & Antonius, in eremum concessit: ibique sublime vitæ genus arripiens, alios ad idem institutum vitæ studium capessendum provocavit exemplo. *Et infra*: (a) Acta Charitonis habent: Tacitum simul ac est adeptus Imperium, datis in omnes Provincias rescriptis, persecutionem cessare jussisse . . . Sequitur ibidem scripta narratio de Charitone, qui multa passus, & jam pro Christo victima immolandus, ex Taciti edicto, carcere eidem, atque aliis martyribus patefacto, coactus est invitus liber exire: qui pòst hæc monasticam ducens vitam, sancto fine quievit. *Vitam ejus ex Simone Metaphraste habent Laurentius Surius ad diem XXVIII. Septembris, in qua sub initium referuntur dira tormenta, quæ in persecutione Aureliani sustinuit: tandem ad plurimorum salutem reservatus, liber dimissus fuit: pecunias quas obtinuerat à latronibus, distribuit monachis, & pauperibus, & sacras Lauras ædificavit:* Fitque ipse divini præcepti administer, ut qui partem quidem pauperibus, & iis qui in solitudine agebant, patribus distribuerit. Erant autem tunc rari, & non valdè magno numero, qui ipsi quoque tempore persecutionis, patriæ præferebant solitudinem, & sparsim versabantur in speluncis arundineti, quod situm est propè mare mortuum: reliquis autem pecuniis ædificat sacram Lauram.

(a) ad an. 279.

S. Charitonis in Palæstina propagator Monachorũ:

(b) Tom. 2. Annal. ad an. 275.

supplicia acerba pro fide pertulit:

Monachis in solitudine post persecutiones restantibus subvenit.

2958. *Ibi ipse, & monachi hanc servabant vitæ religiosæ regulam*: Non vesci ad satietatem, sed ventre adhuc postulante cessare: esse autem alimentum panem solùm & sale, qui impleat locum condimenti: potum autem aquam, quæ ipsa quoque modicè & parcè sumatur. Deindè cùm de psalmodia mandasset & oratione tàm diurna, quàm quæ nocte fieret, jubet eos odio habere ocium, ut causam multorum malorum: opus autem tradere manibus, quod sacris psalmis irrigetur. Si qua verò mala cogitatio, veluti quædam zizania, à communi hoste omnium sata fuerit in terra cordis, jejunio & assiduæ orationis ense eam exscindere, nè locum occupet ad producendum acerbum fructum voluptatis. *Cùm autem istos valdè multiplicatos benè instruxisset, indè discessit:* & cùm peregisset iter unius diei, accedit ad aliam speluncam, quæ sita quidem erat ad partes Hierichuntinas: erat autem deserta, & aptissima ad silentium præbendum & quietem. *Ibi autem cum etiam monachi plures congregati essent, alteram ædificavit Lauram: & Superiorem constituit, qui ei præesset*: Quoniam ergò hìc quoque, multis accedentibus, interrumpebatur ei quies, ac silentium, cùm istis quoque monachis dedisset constitutiones, & præcepisset quomodò oporteat vivere eos, qui curam gerunt animæ, & eum designasset, qui esset præfuturus, hinc rursùs recedit, & accedit ad aliam partem solitudinis, quæ quatuordecim stadiis, paulò plus, aut minùs distat à regione Thecuorum . . . Cùm autem rursùs multi fratres congregarentur, qui mundi quidem, ut ita dixerim, immun-

Lauram sacram ædificat:

qualis ibi vita ratio.

Lauram aliam construit circa Hiericho:

Digitized by Google

immunditiæ renuntiabant, (audiverant enim divinum hoc & sacrum verbum: bonum homini, quandò tulerit jugum à juventute sua, & sederit seorsùm) processit ad opus, quod erat ex eorum sententia. Propterea aliam quoque illic ædificat Lauram admirabilis hic Chariton, quam nonnulli quidem linguâ Syrâ Sucam nominant, alij autem voce Græcâ veterem Lauram appellant.

Lauram tertiam ædificarat.

2959. *Fuit igitur ipse fundator monasticarum, seu eremiticarum mansionum, quæ nuncupabantur* Lauræ, *de quibus, & earum situ peculiariter tractat P. Bollandus in Actis Sanctorum, ad vitam S. Euthymij* (a), *ubi ista*: Laura Pharan, itemque Succæ veteris: ambæ cum tertia ad Jordanem à S. Charitone extructæ: illa sex milliaribus versus Orientem viâ Hierichuntinâ distabat Hierosolymis, à vico decem indè stadiis ad solem orientem sito appellata. Hæc erat in antè dicta ultra Thecue solitudine. *De ista solitudine* Thecue, *& monachis ibi degentibus hæc tradit ibidem paulò antè ex Cassiano* (b): Summæ vitæ ac sanctitate monachos diutissimè commoratos juxta Thecue vicum, sex millibus passuum à Bethleemo, in solitudine vastissima, quæ ducit versus Arabiam, & mare mortuum. De horum spontaneo ministerio, quo per extenta avia discurrentes, & eremum, quæ versùs mare mortuum tenditur, obeuntes, festucas tenues, & spinulas lignorum ad cibos coquendos colligebant, agit idem Cassianus libro 4. Instit. cap. 21. Ex *dictis habetur, monachos* Patres, qui in solitudine degebant, *licet propter persecutiones valdè diminutos, continuatos etiam temporibus sævissimarum persecutionum, usque ad S. Charitonem perstitisse in Palæstina, circa mare mortuum: videlicet Essenos, seu Essenorum, & Filiorum Prophetarum posteros: nam & Essenos in locis istis, circa mare mortuum, &* Jericho, *ac* Thecue *commoratos, habetur ex Philone Iudæo, & Plinio. De Filiis Prophetarum circa Iericho, & prope fluenta Iordanis constat ex libro 4. Regum; & ex S. Hieronymo variis locis, scribente de illis quòd ædificarent sibi casulas prope fluenta Jordanis, & polentâ, ac herbis agrestibus victitarent. Hinc meritò in Annalibus Carmelitanis P. Lezana* (c): Historia Abbatis Charitonis nostris Annalibus digna, quia inter Elianos jure ipse censendus, cùm monachatûs cultor extiterit tempore quo nullus alius, nisi Propheticus in Orbe Christiano erat, habitatorque fuerit desertorum Jordanis, quæ Essenorum habitacula erant.

(a) ad 20. Jan. in prolegom. §. 1. num. 2.

(b) Collat. 6. cap. 1.

In Palæstina continuati Monachi etiam inter sævis. persecutiones.

(c) ad an. 275.

S. Hieronymi Doctrinâ rutilat mundus universus:

2960. XXX. SEPTEMBRIS: S. HIERONYMI Presbyteri, & Ecclesiæ Doctoris, qui omnium studia litterarum adeptus, ac probatorum monachorum imitator factus, multa hæresum monstra gladio suæ doctrinæ confodit: demùm cùm ad decrepitam usque vixisset ætatem, in pace quievit. *Admirandam ejus eruditionem depradicant plurimi: ita quidem Cassianus* (d) Hieronymus Catholicorum magister, cujus scripta per universum mundum, quasi divinæ lampades rutilant. *Aliarum præconia similia plurima extant.*

(d) lib. 7. de Incarn. contra Nestor.

Quod concernit præsens propositum, tria certa sunt: primum, quod monasticam eremiticam vitam egerit: id ipse in diversis epistolis testatur, sicut videre licebit apud Baronium in Annalibus. Secundum quod monachorum principem, & Institutorem primum statuat S. Eliam, ita scribens ad Paulinum, & tractans de primis auctoribus monachorum: Ut ad Scripturarum auctoritatem redeam, noster Princeps Elias: *hinc sequitur tertium; cùm enim dicat* noster, *etiam suum agnoscit principem; atque ita sicut S. Antonius, & alij plurimi veteres monachi, ita & ipse, saltem magni Elia æmulator fuit; alioqui haud vere dixisset:* Noster princeps Elias: *haud secus, quàm si aliquis Ordinis Prædicatorum diceret:* Noster princeps S. Franciscus; *aut Ordinis Minorum:* Noster princeps S. Dominicus. *Ad hoc propositum ita scribit Baptista Mantuanus* (a) Nos respiciebat Hieronymus, cùm dicebat: Noster princeps Elias, Dux noster Eliseus, Duces nostri Filij Prophetarum. Quid si dicerem, ipsum Hieronymum, ipsum quoque Basilium (qui monachis orientalibus regulam scripsit) fuisse de nostris? Riderent fortè isti, qui, quòd cæci sunt, & historiarum penitùs ignari, nos appellant, gentem obscuram: cæcis videntur omnia obscura: tamen hæc vera esse, auctores idonei prodiderunt. *Id qualiter intelligendum, declaratum habet lector hîc suprà* (b) *Fundamento VI. nempè, aut* successione, *aut* imitatione. *De S. Basilio peculiariter sermo fuit hic suprà ad diem XIV. Iunij. Quòd autem S. Basilius, & S. Hieronymus sectati, seu æmulati fuerint S. Eliam; licèt postea sub propria regula, seu instituto vixerint, non magis derogat honori eorum, quàm S. Dominico, quòd instituti sancti Augustini fuerit sectator, antequam suum Ordinem proprium institueret, & fundaret: quin imò id in eorum cedit laudem. Propterea ex oratione encomiastica S. Gregorij Nysseni, in S. Basilium hîc suprà audivimus.* An etiam, audebimus ad sublimem Eliam sermone ascendere, & ostendere nostrum Doctorem suæ vitæ instituto illius gratiæ assimilari? *Eadem est ratio de S. Hieronymo, respectu S. Eliæ, & S. Dominici, respectu S. Augustini.*

Monachus fuit:

Principem sumus agnoscit S. Eliam.

(a) in Apolog. contra detract. Ordinis.

quiejus institutum sectatus fuit, sicut etiam S. Basilius.

(b) n. 318. & seq ac ante.

2961. IV. OCTOBRIS Commemoratio S. PATRIS AMMONIS Ægyptij. Hic cùm esset Ægyptius genere, parentibus orbatus, à patruo coactus uxorem duxit sub Maximiano Imperatore: vixit autem cum illa annis decem & octo, quam non ut uxorem, sed ut sororem habebat: quin etiam illi persuasit, ut virginitatem servaret. Itaque & ipsâ, & omnibus rebus derelictis, in monte Nitria propè Ægypti desertum secessit, unâ tantùm veste nocte & die corpus tegens. Produxit autem vitam usque ad magni Antonij tempora, sub magno Constantino celebri, & primo Christianorum Imperatore. *Ita Menologium Græcorum. P. Lezana in Annalibus* (c) *post adducta ista, addit*: En lector, qualiter Ammon iste Antonio vetustior fuit in monachismo, ut propterea clariùs expendere possis id quòd

S. Ammon in matrimonio Virgo, deindè monachus,

(c) ad an. Chr. 296. n. 2. & 5.

Digitized by Google

Æmulator Eliæ:

quod in superioribus quoque demonstratum manet, toto cœlo à veritatis tramite aberrasse, qui Antonium primum Monachorum patrem agnoscunt. De ipso autem agere nostri muneris est, cùm Essenum, & Elianum Institutum, æmulatus fuerit. *Id consequenter probatur: tandem adfertur istud Ammonis notabile documentum*: Frater quidam interrogavit Abbatem Ammonem, dicens: dic mihi aliquod verbum. Dixit ei

ipsius pernitile documentum.

senex: Vade, & talem fac cogitationem tuam, sicut faciunt iniqui, qui sunt in carcere. Illi enim interrogant homines, ubi est judex, & quando veniet? & in ipsa expectatione plenarum suarum plorant. Ita & monachus debet semper suspectus esse, & animam suam objurgare, dicendo: Væ mihi, quomodò habeo adstare ante tribunal Christi, & quomodò habeo actuum meorum reddere rationem? Si igitur semper sic meditatus fueris, poteris salvus esse. Sic etiam si fecerimus nos, utile satis erit pro animæ nostræ salute. *De Monachis istis Nitriensibus, & eorum Instituto plura ex PP. Bollando, & Henschenio videantur hic supra, Fundamento V.* (a): *atque etiam Fundamento III.* (b).

(a) n. 299. & seq.
(b) n. 288. & 293.

Monachi 71. martyres, sub Maximino,

2962. XIX. OCTOBRIS: In Ægypto sancti Vari militis, qui sub Maximino Imperatore, dùm sanctos septem monachos in carcere detentos visitaret, atque reficeret, uno ex ipsis defuncto, in ejus locum subrogari voluit, & cum illis sævissima passus, martyrij palmam adeptus est. Ita Martyrologium Romanum. *Cardinalis Baronius ibi, hæc annotat*: Complures monachos sub Maximino martyrio coronatos esse, non tantùm ex Martyrologiis & Menologiis expressum habes, sed apud Eusebium, historiarum libro 8. Porrò ipsum monachorum Institutum non recens, sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse, ex his quæ scribit Philo de Essæis, & quæ habet Dionysius Areopagita, & alij, facilè colliges. *Istos autem septem monachos fuisse Essæos; seu Essenos, seu ab illis procedentes, confirmant etiam alia ex eodem Baronio adferenda hic infrà ad XXV. Decembris, ubi de S. Eugenia: idem persuadent dicta in antecedentibus* (c).

& alij plures,

Essæi.

(c) hic sup. num. 288. & seq.

2963. XXIX. OCTOBRIS S. NARCISSI EPISCOPI, *de quo ista in Martyrologio Romano ad hunc diem*: Jerosolymis natalis beati Narcissi Episcopi, sanctitate, patientiâ, ac fide laudabilis, qui centum & sexdecim annorum, migravit ad Dominum. *Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus* (d) *hæc, inter alia, de eo tradit*: Narcissus Episcopus Hierosolymorum, tempore Aurelij Antonini Imperatoris claruit: qui multis miraculis coruscavit. *Quædam ibi referuntur, & narratur, quòd falsò fuerit accusatus, & accusatores à Deo puniti.* Et quamvis, his non obstantibus, à populo innocens judicatus esset, furori æmulorum sanctus vir cedere voluit, & desertum petens, dudum solitariam vitam duxit. *Consequenter refertur, quaeliter S. Narcissus quæsitus, non reperiretur, successivè tres Episcopi fuerunt ipsi suffecti: ac tandem inventus, cum gloria reductus fuerit ad propriam Sedem, quam ob senium alteri cesserit. Cardinalis Baronius* (a) *scribit fere eadem; ideò pauca inde delibasse satis erit*: S. Narcissus famâ celebris, Hierosolymorum Episcopus, qui & ipse (ut vidimus) unà cum Theophilo Cæsarensi Episcopo præfuit dicto Concilio de Paschatis controversia habito: suorum calumniis, falsisque accusationibus circumventus, volens libensque solum vertit, & multis annis anachoreticam vitam duxit. *Ibi ex Eusebio recitat miraculum aquæ in oleum mutatæ, precibus S. Narcissi, & qualiter postmodùm vir sanctus calumniis exagitatus fuerit, ac tandem de ejus in solitudinem secessu:* Ab oculis universæ multitudinis se penitùs removit, & in solitudine, locisque desertis, ad multorum annorum spatium vitam transegit: *dicit* ad multorum annorum spatium; *quia interea tres Episcopi ipsi suffecti fuerunt.* Vixit supra 116. annos ætatis: Ne credant delitiosi longævitatem vitæ austeræ contrariam esse. *Ita Lezana in Annalibus* (b): *qui ibidem differens, an S. Narcissus fuerit Eremita montis Carmeli, cum de ejus vita anachoretica egisset, tandem notat*, ejus festivitatem in aliquibus vetustioribus Ordinis Breviariis contineri, ut in eo, quod anno 1495. editum fuit Venetiis.

(a) ad an. Chr. 199.

in magna austeritate vixit annos 116.

(b) ad an. Chr. 188.

2964. XI. NOVEMBRIS: S. MARTINI Episcopi Turonensis veteris instituti monastici à Palæstinæis, & Ægyptiis Monachis derivati, cultoris: memoria etiam S. Athanasij, ejusdem monasticæ protectoris, ac propagatoris in Oriente, & Occidente. *Cur hic memoria intexatur S. Martini, ratio hæc est*: Quia monachum fuisse, totus mundus amplectitur, & cum monachatûs ritum amplexum fuisse in Galliis, quem ex Oriente hauserat Beatus Eusebius Vercellensis, testatur Baronius sub anno 328. num. 22. Certum namque est, solum Elianum monachismum tunc in Oriente viguisse. *Ita Annales Carmelitani* (c) *Baronius autem dicto loco ista habet ad præsens intentum*: Qui verò in orbe Occidentali monachismum conjunxerit clericatui, prædicatur à S. Ambrosio S. Eusebius Vercellensis, qui Apostolicâ (ut dicemus) legatione perfunctus, in Ægyptum profectus est, & Alexandriæ adversùs Arianos Concilium habuit, sanctorumque monachorum institutum (ut par est credere) diligentiùs perquisivit, & studuit clericali vitæ conjungere... Quod ipsum præstantissimum vitæ genus S. Martinus Episcopus Turonensis transvexit in Gallias. *Quod autem Elianum fuerit istud monachorum institutum habetur ex dictis hic supra, ubi de S. Eusebio, & innuunt ista à Baronio, ex S. Athanasio adducta*: Habentes pro exemplari Elisæum: & conscij, quid Elias egerit (*nempè, ad intentum S. Athanasij, Elias, & Elisæus vita solitaria monastica sociaverunt quoque activam pro*

S. Martinus æmulator S. Eliæ:

(c) Lezana Tom. 2. ad an. Chr. 351.

S. Narcissus coruscum miraculis:

(d) in Catalog lib. 9. c. 120.

his deserto anachoreta:

cujus monastica instituta intulit in Galliam:

salute animarum) Et infrà ad annum Christi 340. idem Baronius agens de S. Athanasio, monachismum in Vrbem Romam invehente: Quàm verò proficuus fuerit Athanasij Romam accessus, vel ex eo potest intelligi, quòd in Urbem invexerit ipse primus Ægyptiorum Monachorum institutionem. *Quale autem institutum fuerit, ibidem paulò infrà istis exprimit verbis*: Erat quidem in Oriente summum illud vivendi genus, instar Heliæ, ac Joannis Baptistæ, cunctis hominibus, etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipsis venerandum; sed & impiis quoque hæreticis reverendum, atque adeò cœlestibus civibus admirandum, utpote qui se in terris concives habere lætantes, cum iisdem tamquàm gentilibus suis amicè assiduò versarentur. Factumque feliciter est, ut Athanasio propalante, inferretur, ac pariter coleretur in Urbe sublime illud vivendi genus, cujus in montibus atque desertis locis tantùm cernebantur impressa vestigia: nec detrectavit universus Christianus Orbis in Occidente sectari, quod sciret in Ecclesia Romana susceptum, quæ hæc omnia accepta fert Athanasio. *Itaque instituta monastica, Romæ per S. Athanasium, Vercellis per S. Eusebium & per S. Martinum Mediolani, ac in Gallia, ac indè in Hiberniam per S. Patritium (de quo hic suprà ad XVII. Martij n. 2923. & seq.) fuerunt*, instar Eliæ: *quod luculentiùs stabilitum habetur hic suprà in XII. Fundamentis, præsertim Fundamento VI.* (a)

sicut S. Athanasium in Vrbem invexit istud sublime vivendi genus.

(a) n. 308. & seq.

2965. *De monastica S. Martini vita (instar Eliæ) ista tradit fidus Scriptor Severus Sulpitius*: Mediolani sibi monasterium statuit: ibi quoque eum Auxentius, auctor & princeps Arrianorum gravissimè insectatus est, multisque affectum injuriis, de civitate exturbavit. Cedendum itaque tempori arbitratus, ad insulam, Gallinariam nomine, secessit; comite quodam presbytero, magnarum virtutum viro. Hic aliquàmdiu radicibus vixit herbarum. *Et infrà*: Jam verò sumpto Episcopatu, qualem se, quantumque præstiterit, non est nostræ facultatis evolvere. Idem enim constantissimè perseverabat qui priùs fuerat. Eadem in corde ejus humilitas: eadem in vestitu ejus vilitas erat. Atque ita plenus auctoritatis, & gratiæ, implebat Episcopi dignitatem: ut non tamen propositum monachi, virtutemque desereret. Aliquamdiu ergò adhærenti ad Ecclesiam cellulâ usus est. Deindè cùm inquietudinem se frequentantium ferre non posset, duobus ferè extrà civitatem millibus, monasterium sibi statuit. Qui locus tàm secretus & remotus erat, ut eremi solitudinem non desideraret. .... Ipse ex lignis contextam cellulam habebat: multique ex Fratribus in eumdem modum. Plerique saxo superjecti montis cavato, receptacula sibi fecerant. Discipuli verò octoginta erant, qui ad exemplum beati Magistri instituebantur. Nemo ibi quicquam proprij habebat, omnia in medium conferebantur. Non emere, aut vendere (ut plerisque monachis moris est) cuiquam licebat. Ars ibi, exceptis Scriptoribus, nulla habebatur: cui tamen operi minor ætas deputabatur: majores orationi vacabant. Rarus cuiquam extrà cellulam suam egressus, nisi cùm ad locum orationis conveniebant. Cibum unà omnes pòst horam jejunij accipiebant. Vinum nemo noverat, nisi quem infirmitas coëgisset. Plerique camelorum setis vestiebantur: mollior ibi habitus pro crimine erat. *Ecquis ad oculum non perspicit, illam eamdem esse vitæ religiosæ monasticæ formam, quam servârunt SS. Prophetæ Elias, & Eliseus, ac Filij Prophetarum, atque eorum posteri olim in Carmelo, nec non Esseni. Videantur, & conferantur hic supra Fundamenta præfata XII. & quasi gutta ad guttam in aqua est similitudo, ita quoque puritas est vitæ Eliana, Essenorum, & Carmelitarum olim in Carmelo, cum istis S. Martini, & monachorum ejus institutis.*

S. Martini vita monastica juncta Episcopali:

instar Eliæ.

2966. *Occasione eorum, quæ jam dicta sunt de S. Athanasio*, sanctitate, & doctrinâ clarissimo (a) fidei columine (b) *haud prætermittendum, quòd ipse fuerit monachorum, sui temporis, Antonij (cujus vitam etiam scripsit) Pachomij, & aliorum devotissimus visitator, protector, & propagator, non tantùm in Oriente, sed etiam in Occidente*, in urbem (*Romam*) invehens Ægyptiorum monachorum institutionem (*sicut jam audivimus*) *& ex monachis plures assumens in Episcopos, de quibus peculiariter tractat Cardinalis Baronius, in Annalibus, ad annum Christi* 328. *ubi pro coronide ista appendit*: Negari quidem non potest, fuisse monachismum seminarium in Ecclesia Dei sanctissimorum Episcoporum: *quos fuisse ex sectatoribus Eliani Instituti, indigitant ista præfata ejusdem Cardinalis verba*: Erat summum istud vivendi genus (*monachismi*) instar Eliæ: *& alia, jam ante prolata ex S. Athanasio, monachis proponente in* exemplar, *seu exemplum* SS. Eliam, & Eliseum.

(a) Martyr. Rom. ad 2. Maji.
(b) S. Greg. Nazianz. orat. de S. Herone.

S. Athanasius fuit protector, & propagator monachorum instar Eliæ.

2967. XIV. NOVEMBRIS: S. VENERANDÆ Virginis & Martyris, *cujus admirandam vitam, & res gestas ex Martyrologiis, Menologiis, Breviariis & Kalendariis scripsit, & anno* 1643. *Neapoli edidit P. Simon à Spiritu sancto Carmelita Discalceatus: quadam ejus acta recenset* Petrus *de Natalibus Episcopus Equilinus* (c): *& ex istis Lezana in Annalibus* (d): *ubi ista*: Cùm sancta hæc Virgo in Monachatu se eo tempore exercuerit, quo, ante Religionum multiplicitatem, & divisionem, unicum dumtaxat in Orbe monachale Institutum vigebat, à Prophetis inchoatum, ab Apostolis edoctum, & ab Essenis, ac Elianis propagatum; cujus alumna ipsa esset, ac proindè nostris Annalibus commemoranda. *Vitæ ejus epitome est ista*: Nata est in Hieracensi civitate, olim Locron à Græcis dicta, & in Calabriæ, seu magnæ Græciæ Regno sita, ex Agathone, & Polita piis parentibus, qui ex Galliarum partibus ad eam venerant Provinciam. Contigit ipsius ortus in die Parasceves circà annum Christi 700. undè idcircò PARASCEVE in Baptismi susceptione cognominari meruit, à Græcis præsertim; sicut à Latinis Vene-

S. Venerandæ monialis.

(c) in Catal. SS. lib. 10. cap. 61.
(d) Tom. 2. ad an. Chr. 143.

ejus patria.

nata circa an. Chr.

Digitized by Google

Veneranda, & modò à populo Venera, seu Venerdia. In infantia à genitoribus Deo oblata eximiæ sanctitatis specimen clarissimum præbuit; divinis namque charismatibus illustrata; oblationi de se factæ veluti annuens, Christo sponso (terreno sponsalitio rejecto,) sociari, cùm ad provectam ætatem devenit, ardenter cupivit. Pòst parentum namque mortem, facultatibus in pia opera distributis, ad Sanctimonialium quarumdam monasterium ejus Provinciæ monasticem professura se contulit, ubi per aliquod tempus in Religionis sacræ exercitiis mirabiliter profecit ... Deo sanè sic volente, ut in exemplum monastici statûs viris professoribus fœmina Virgo esset; relicto monasterio, cruce Christi, quam cum sacris Bibliis secum gestabat, divinitùs armata, Euangelij prædicationem Hebræis, & Gentilibus primò in Græciæ partibus, Romæ deinde, hinc in aliis Provinciis: Gallia tandem maximo cum fructu, infidelium conversione, multis exanthlatis laboribus, patratisque prodigiis, mirabiliter aggressa est. *Immania pro Christo pertulit supplicia: palmis, ac pedibus ligno affixa, super ventrem nervis crudis cæsa fuit, lapide gravissimi ponderis deindè ventri superpositò: in lebetem æneum pice, oleo, & sulphure bullientibus plenum, iteratis vicibus immissa, divinâ gratiâ permansit illæsa. Tandem jussa devollari, cùm pro cuticis se invocantibus exoraſſet, audivit vocem de cœlo, se fuisse in omnibus exauditam. Sicque conversis ad Christum 990. viris, capite cæsa est. Luculentiùs hæc quoque memorantur in opere, cui titulus:* Decor Carmeli (a). *Claruit eodem fetè tempore, quo S. Eudocia, de qua hîc suprà ad diem 1. Martij* (b) *In Martyrologio Romano tempus, & locus martyrij his traditur verbis:* In Gallia sanctæ Venerandæ Virginis, quæ sub Antonino Imperatore, & Asclepiade Præside, martyrij coronam accepit.

Monasticum institutum:

Euangelium prædicat Iudæis, & Gentibus:

diris afficitur supplicijs,

(a) auctore P. Philippo à SS. Trinit. part. 1.

(b) n. 2909.

tempore Antonini Imp.

2968. XVIII. NOVEMBRIS: S. ROMANI, *de quo ista in Martyrologio Romano*: Antiochiæ natalis sancti Romani martyris; qui tempore Galerij Imperatoris, cùm Asclepiades Præfectus in Ecclesiam irrumperet, eamque funditùs conaretur evertere; cæteros Christianos hortatus, ut ei contradicerent, pòst dira tormenta, & linguæ abscissionem (sine qua tamen Dei præconia loquebatur) in carcere laqueo strangulatus, celebri martyrio coronatur. *Et in Annalibus Carmelitanis* (c): Diximus porrò hunc, Romanum Martyrem Ordinis nostri alumnum fuisse, non solùm eo fundamento ducti, quòd eo tempore, quo terra erat labij unius, quia unus tantùm in Orbe Monachalis Ordo, monachus fuerit ... Sed & quia inter Eliæ successores, etiam in Carmelo, ab aliquibus recensetur. *Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus hac, inter alia, de S. Romano tradit* (d): Cùm dictus Præfectus (*Asclepiades*) in ipsam urbem (*Antiochiam*) ab Imperatore missus, ingressus esset, ut Christianos immolare compelleret, & Ecclesiam destrueret, Romanus Monachus Christianis suadebat, ne Præfectum in Ecclesia eorum intrare permitterent, neque ei in aliquo obedirent: quod cùm Præfecto nuntiatum esset, fecit eum comprehendi, & sibi præsentari, mandans, ut Diis immolaret, juxta Imperatoris decretum. Cùm autem ille Christianum se assereret, & nullâ ratione Diis sacrificaturum dixisset, jussit eum Præfectus in equuleo levari. *Consequenter refert, qualiter* os ejus lapidibus percussum fuerit: *postea* Romanum mandavit fustigari ... deinde in carcere recipi, exurendum ...; sed eâdem horâ pluvia copiosa descendit, & ignem extinxit ... tùm præcepit Romano linguam præcidi ... Nihilominùs rectè loquebatur. ... Noctu autem mandavit eum Asclepiades in carcere præfocari. Cujus corpus à Christianis in ipsa urbe honorificè sepultum est. Passus est autem 14. Kalendas Decembris.

(c) Lezana ad an. 304. n. 5.

Monachus veteris instituti,

(d) in Catal. SS. lib. 10. c. 75.

Christianos confortans,

comprehenditur,

variè torquetur.

2969. XXV. NOVEMBRIS: De S. Catharina Virgine, & monacho ejus magistro *Utriusque memoria hîc facienda non sine fundamento videtur, propter ea, quæ de ipsa tradantur in ejus actis antiquis, & à Petro de Natalibus Episcopo Equilino, in Catalogo Sanctorum libro 10. cap. 105. ubi scribitur, eam* per Eremitam Christianum atque Presbyterum, virum boni consilij & prudentiæ famosum, extra urbem (*Alexandriam*) habitantem, *conversam ad Christianam fidem, & baptizatam, ac in Christi amorem ac virginitatis servanda propositum succensam fuisse. Eremitam istum fuisse unum ex Eliana posteritate, duo persuadent; unum, quòd habitarit circa Alexandriam, ubi quam maximè floruerunt Esseni posteri S. Elia (videantur hîc suprà Fundamenta III. IV. & V. & hîc suprà ad XXV. Aprilis, ubi de S. Marco) alterum, quòd, ut jam aliquoties audivimus, illis temporibus unicum dumtaxat esset monasticum Institutum, primordialiter à S. Elia Propheta emanans, sicut plenius declaratum est suprà Fundamento VI. Et hæc dumtaxat ut probabilia tradantur; cùm nec acta ejus in omnibus sint explorata veritatis.*

CAPVT VII.

Decembris mensis Sancti Monachi, & Moniales, veteris institutionis, primordialiter à S. Elia exercitæ, & aliis traditæ.

2970. ANni naturalis menses hyemales infructuosi, & aridi sunt: ast ager Ecclesiæ jugiter vernans, semperque opimus floribus virtutum, & fructibus sanctitatis, illis vacuum mensem habet nullum; & quidem ex illis, quos dedit December; quoddam ex veteris monasticæ horto sertum hîc quoque proponitur.

2971. V. DECEMBRIS S. SABÆ ABBATIS, qui in Palæstina miro sanctitatis exemplo effulsit. *Ita Martyrologium Romanum, ad hunc diem.* Hic quidem, summâ Dei providentiâ curante, monasticæ disciplinæ egregius

S. Sabæ magna sanctitate,

gius Reformator extitit, eo tempore, quo Eutichetis, & Dioscori potato veneno, Monachorum plures à Catholica fide & monastico instituto deviârunt. Inter Elianos etiam jure computatur, *in Annalibus, ad annum Christi* 455. *In sequentibus*(a) *hoc adfertur Eliani Instituti Fundamentum*: Quia Euthymij, & aliorum, qui Palæstinæ Lauras colebant, scholam secutus fuit, cùm illi vetus illud Elianum & Essenum anachoretismum secuti fuerint. *Plura Elianum Essenum Institutum in Lauris S. Euthymij & S. Sabæ confirmantia videantur hic supra ad diem XX. Ianuarij, ubi de S. Euthymio* (b): *& in Tractatu Fundamentali, Fundamento IV.* (c). *Ipsum autem ab adolescentia se tradidisse vitæ monasticæ, sub S. Euthymio, habetur ex ipsius S. Euthymij vita, in qua ista*: Octogesimo verò & secundo anno ætatis Euthymij accedit B. Sabas, cùm adhuc esset juvenis, & nec barbæ quidem primam haberet lanuginem, quæ genas contegeret, rogatque, ut sub eo maneret, & sub eo se in virtute exerceret. Ille autem primùm quidem accipit, Domitiano vero tradit discipulo. Deinde cum eum accersisset; non oportet, fili, inquit, te, cùm sis adeò juvenis & imberbis, in Laura versari. Magis enim expedit, ut qui tales sunt, vitam degant in cœnobio. Cùm hæc dixisset, per quemdam ex Fratribus eum transmittit ad B. Theoctistum, dicens: Accipe adolescentem, & diligenter sub te exerceatur, & educetur. *Istis consonant ea, quæ leguntur in vita S. Sabæ, ubi sic*: De more eunte Euthymio, ad ejus pedes procidit (*Sabas*) rogans, supplicans, & obsecrans, ut fieret ei ovis rationis particeps, & ab ipso Pastore pasceretur cum aliis. *Consequenter narratur, quòd S. Euthymius eum curaverit instrui in cœnobio, antequàm admitteret ad Lauram.*

(a) ad ann. 471.

(b) nu. 438. & 439.

(c) hic supra n. 296.

ab adolescentia monachus, sub S. Euthymio,

2972. *Igitur à juventute, & quasi à pueritia, fuit sub disciplina & Instituto S. Euthymij, qui in illis locis ubi olim Filij Prophetarum, & postea Esseni, ac Therapeutæ habitaverunt, idem istud vetus Elianum, Essenum Institutum servabat: quòd enim Laura S. Euthymij, & etiam aliæ Lauræ fuerint in solitudine Ierichuntina, & Engaddi (ubi S. Elias, S. Eliseus, & Filij Prophetarum, & deinde Esseni mansiones habuerant) habetur ex PP. Bollando, Henschenio, & aliis hîc supra in Tractatu Fundamentali, Fundamento IV.* (d) *Itaque licèt jam ante S. Sabas, priusquàm ad S. Euthymium veniret, vitam monasticam suscepisset in Capadocia, verisimiliter juxta instituta S. Basilij; postea tamen (sicut S. Antonius de Padua à primo Instituto ad aliud) cùm se S. Euthymio subdidisset, ex ejus Instituto deinceps vixit, & aliis eamdem vitæ rationem tradidit.* Nam ... ab omnibus, qui vitam elegerant anachoreticam, tanquàm Pastor est agnitus, eis effectus regula ad sanctitatem. Nam & mores eis tradidit, & legem imposuit, doctus ab Euthymio. *Vita autem monastica & eremitica ratio eadem fuit, quæ SS. Eliæ & Eliseo, ac eorum discipulis, & etiam in iisdem locis. Etenim Elias, Eliseus, & Filij Prophetarum* in suburbanis quarumdam civitatum & villarum Terræ-promissionis, maximè autem in Galgala, & in Bethel, & in Hiericho, & in Samaria habuerunt cuneos Filiorum Prophetarum virorum religiosorum: quos postmodùm ad eremos transferebant: *sicut plenius declaratum est Tomo præcedenti* (a); *mansiunculæ autem, in quibus in solitudinibus residentes habitabant, variis sunt nuncupatæ nominibus: quoniam dictæ sunt* Antra, Speluncæ, Cavernæ, Tabernacula, Casulæ, & Cellæ; *sicut plenius declaratum est eodem Tomo præcedenti* (b). *Ita quoque S. Sabas primum habitavit sub S. Euthymij disciplina, in cœnobio, sub magistro, seu directore S. Theoctisto discipulo S. Euthymij, per decem annos*: Jam verò decem annos illic divinus transegerat Sabas, & beatus è vivis excesserat Theoctistus. *Tum petiit ite ad solitudinem, ut instar magni Prophetæ Eliæ, ibi in spelunca, in silentio, oratione, & contemplatione se exerceret.* Sic ergo ei permisso silentio, compos jam effectus ejus, quod desiderabat, ingressus est monasterij speluncam, quæ vergit ad austrum, quinque quidem dies hebdomadæ intus degens, & nihil cibi sumens, sed solùm vacans precationi, & labori manuum. *Hoc modo perpetuò quinquè annis se exercuit. Postea etiam in alia spelunca quinquennio vixit: & ibi (sicut olim S. Prophetæ Eliæ) Deus ipsi providit de victu: & de hoc ita in eadem vitæ ejus historia*: Cùm hanc ergo speluncam habitasset magnus Sabas, quoniam ea in ascensu magnam habebat difficultatem, quandò vellet egredi aquatum (fons enim distabat quinquaginta stadia, qui nominatur Heptastomus) ab eo desuper appendens funem, sic suum ascensum & descensum effecit faciliorem. Cum is autem rerum necessariarum nullam aliam curam ageret, sed contentus esset herbis, quæ nascebantur prope speluncam, Deus, qui mandavit Sabæ, ut subiret speluncam, ipse ea, quæ promissa fuerant, deducit ad exitum. Quomodò enim Eliæ Prophetæ, qui olim ingressus erat montem Sidoniæ, & seipsum abscondebat: ita nunc quoque mittit ad justum eos, qui res necessarias erant suppeditaturi; nisi quòd ad illum quidem corvum: ad hunc autem quosdam homines, licet Barbaros, mites tamen & moderatos, & qui nihil aliud æquè sciebant, ac virtutem habere in honore, qui ipsi quoque tamquam ab aliquo, quem non videbant, manu ducti, rectà perveniunt ad speluncam, & cùm per quendam funiculum ascendissent ad Sanctum, ubi viderunt illic vitam planè illaboratam, & nullâ omninò supellectile instructam, nec ullis ornatam utensilibus, virtutem adeò jure sunt admirati, ut magni facerent vel illius solùm servire ministeriis.

& idem vita instituta servarunt:

(a) nu. 115. & seq.

(b) n. 122.

partim in cœnobio, partim in solitudine, instar Eliæ:

in locis ubi olim SS. Elias Eliseus, & eorum posteri habitarunt:

& sicut Eliam, ita Sabam, Dei providentia pavit.

(d) vid. n. 295 & seq. pag. 78. & 79.

2973. *De Lauris quas ipse S. Sabas, & unà Lauras alii, cum illo discipuli ejus in solitudine, circà Iordanem & Iericho condidit, ista leguntur in eadem*

Lauras alii, sicut ipse,

ejus

ejus vita: Sed tunc quidem primùm divinitùs hic Sabas evadit notus beato Theodosio, cùm eis ad hanc cognitionem Anthus pulchrè intercessisset. Deindè autem etiam solitudinem facit Sabas habitabilem, & Lauram in ea constituit: quam omnium clarissimam & maximam, & virtus, & multitudo eorum, qui in ipsa habitabant, brevi tempore effecerunt .... Quam ob rem videre licebat viros circiter septuaginta numero, omnes brevi ad ipsum convenisse, omnes divinos, & à Deo inspiratos, & qui Christi mandata accuratè servabant, implentes quendam secundum chorum septuagenarij numeri Apostolorum, aut Angelorum ecclesiam Dominum laudantium. Inter quos erat quidem Joannes, qui novæ posteà Lauræ præfuit; erat autem Jacobus quoque, qui Lauram Pyrgiorum ædificavit in Jordane, Firminusque, & Severianus. Ex quibus alter quidem ædificavit Lauram, quæ est in Malischa: alter verò monasterium, quod est in Maricha: & Julianus opifex Lauræ, quæ est in Jordane ... Cùm autem multitudo monachorum quotidianis cresceret accessionibus, & brevi pervenisset ad numerum centum & quinquaginta, aucta quoquè est ex utraque parte torrentis cellarum ædificatio, & Sabæ cura & diligentia perfectum est, ut jumenta ad ministerium, & alia quæ sunt apta ad usum corporis, possiderent monachi; nè necessariarum rerum indigentia, eis sæpè specie pulchrâ & honestâ esset occasio pergendi ad mundum, neglectâ quiete & silentio ... Cum frumento sæpè etiam nascuntur zizania, sicut rubus in vinea, & ex discipulis cernitur unus proditor: & Elisei discipulus erat Giesi. *Ibi consequenter refertur, quomodò à nonnullis suis falsam calumniam passus fuerit S. Sabas, & ab ea mirabiliter defensus. Lauræ ergo istæ S. Sabæ erant circa Iordanem: ubi olim* Filij Prophetarum, turbis urbium derelictis, casulas sibi ædificabant, polentâ, & herbis agrestibus victitantes, *sicut legitur libro 4. Regum cap. 6. & apud S. Hieronymum, in epistola ad Rusticum monachum. Quòd etiam aliqua ejus Laura fuerit circa Iericho, satis indicant ista in ejus vita verba*: Lauræ enim hortos, & habitacula, ac diversoria per eas comparat: quorum quædam construxit apud Jericho. *Ibi autem S. Eliam habuisse* Cuneum, *seu* Conventum, *sive mansionem suorum discipulorum Filiorum Prophetarum, quos ante raptum suum visitavit: & quidem valdè numerosi erant, cum 50. ex illis sequerentur ipsum S. Eliam euntem ad Iordanem, habetur ex cap. 2. libri 4. Regum. Circa illa loca etiam est fons, cujus aquas steriles & amaras, sale fœcundas & dulces reddidit S. Eliseus: qui propterea in hodiernum usque diem nuncupatur* fons Elisei, *& in Iordanem defluit: de quo plura videri poterunt apud Franciscum Quaresmium, in Historia Terræ-sanctæ* (a). *Itaque S. Sabas Lauras habuit in illis locis, ubi mansiones habuerant discipuli S. Elia, & S. Elisei: & ibidem successerant Esseni, & Therapeutæ, de quibus ista Genebrardus* (b): Eliseus construxit cellas Prophetis in Jerichuntis solitudine. *Isti autem Therapeutæ ibi continuati fuerunt usque ad tempora S. Charitonis, qui in illis locis tres Lauras construxit, & ibidem successerunt S. Euthymius, S. Theoctistus, S. Theodosius, S. Sabas, & alij, de quibus subindè actum est in præcedentibus. Hinc concluditur, quòd S. Sabas (eadem est ratio de S. Charitone, de quo capite præcedenti, S. Euthymio, & S. Theodosio, de quibus etiam hic suprà* (a) *& eorum discipulis) habendus, seu posteros, seu æmulatores magni Prophetæ Eliæ, Elisei, & filiorum Prophetarum; cùm in iisdem locis eamdem monasticè, & anachoresis rationem observaverint.*

& discipuli,

circa Iordanem,

& Iericho:

ubi SS. Elias & Eliseus habuerunt discipulos, & Conventus.

(a) Tom. 2. peregr. 6. c. 11.

(b) lib. 1. Chronogr. ad an. mundi 3272.

(a) num. 296. & 380. & 439.

2974. XXIII. DECEMBRIS: Romæ S. VICTORIÆ Virginis, quæ in persecutione Decij Imperatoris, cùm esset desponsata Eugenio Pagano, & nec nubere vellet, neque sacrificare, post multa facta miracula, quibus plurimas Deo virgines aggregaverat, à carnifice percussa est gladio in corde, rogatu sui sponsi. *Ita Martyrologium Romanum ad hunc diem. Ado in Martyrologio vitæ ejus epitomen habet ad diem XXIX. Decembris: ubi hæc de ejus martyrio*: Beata igitur Victoria in virginitatis proposito invincibiliter persistens, post multa facta miracula, inter quæ plurimas virgines Domino aggregaverat, percussa est gladio in corde. *Vitam ejus aliquantò pleniorem exhibet Petrus de Natalibus, Episcopus Equilinus* (b): Victoria, *inquit*, Virgo nobilissima civis Romana, tempore Decij, apud civitatem Tibulanam martyrium passa est. Quæ illustrissimo cuidam Eugenio fuerat desponsata, tamen à cunabulis Christiana. *Deinde refert quomodo ad virginitatis amorem incensa fuerit*: Anatholia virginitatem matrimonio præferebat: & conjugia primis temporibus fuisse necessaria propter terræ repletionem astruebat. Sed Heliam, qui cœlum linguâ clauserat, virginem allegabat. Dixitque præterea, se ab Angelo, qui sibi apparuerat, fuisse in observandæ virginitatis proposito confirmatam. Cùmque & Victoria eundem Angelum videre flagraret, ut sic & ipsam ad pudicitiam provocaret, Angelus Domini splendidiùs veste niveâ eisdem apparuit, qui Victoriam de virginitate admonuit: assimilans virginitatem auro, castitatem argento, & jugalitatem metallo. Quibus confortatis, post multa verba, Angelus disparuit: & Victoria votum virginitatis emisit.

S. Victoria tempore Decij Imp.

(b) in Catal. SS. l. 1. c. 83.

S. Elia Prophet. & Virginis exemplo,

virginitatem vovet,

2975. *Post alia sequitur, qualiter jejunio, & precibus draconem, qui suo flatu aërem inficiebat, circa civitatem Tibulanam, fugaverit, & in specu draconis sibi mansionem elegerit, ac deinde monasterium construi curaverit: sic igitur ibi*: Igitur post biduanum jejunium Victoria die Dominico, ut promiserat, ad Tibulanam civitatem, Angelo duce, devenit: & assumpto populo, ad specum draconis accessit, eique in Christi nomine confestim abire præcepit: & sic draco cursu rapidissimo exiliens, nusquam comparuit. Tunc populus ad fidem convertitur, & Victoria in ipso draconis specu includitur: eidemque mox novem

monasterium construit:

Digitized by Google

virgines à Parentibus oblatæ associantur. Et
mater LXIII. monialium, post modicum temporis monasterio constructo, Mater LXIII. virginum facta est: quas diligenter instruxit, & in Dei laudibus, & vitæ sanctitate perseveravit. Post triennium autem Eugenius rogavit Jovinianum Pontificem Capitolij: qui misit ad eum templorum comitem Taliarchum, ut Victoriam sacrificare compelleret, aut gladio necaret. Qui veniens ad eam, dum Deæ Vestæ immolare renueret, ipsam gladio in corde percussit. *S. Althelmus, seu Adelmus in libro 2. de laude virginitatis, eadem tradit, & quidem de cœtu sacratum virginum, ista (quæ etiam adducit Surius ad diem XXIII. Decembris:)*

Mox veneranda Dei supplex ut virgo poposcit,
Insuper & decies senas junxere puellas,
Quæ precibus crebris laudarent voce Tonantem,
Odis Davidicis modulantes carmina sancta.

Institutum istarum sacratum virginum fuisse idem, quod Essenorum, Posterorum SS. Eliæ, & Elisei, habetur ex Fundamentis suprapositis, præsertim Fundamento III. IV. ac X. Hinc P. Lezana in Annalibus (a). Ne tamen quisquam extra chorum psallere (ut dicitur) nos credat, dum hujus Divæ gesta Annalibus nostris inserimus, animadvertat, ipsam Eliæ alumnam æstimari posse, nedum quia dum Virginitatem ei Anatholia suadebat, Eliam virginem allegabat; sed & quia ipsa, prout ex dicendis liquidum erit, Monialium monasterium extruxit, quæ hoc tempore, antequam Antonij, Hilarionis, & Basilij instituta in Ecclesia vigerent, solum Essenorum fœminas, & institutum sequebantur; quod Elianum, seu Elisenum erat, ut sæpius repetitum. *De S. Victoria, & ejus gloriosa victoria contra draconem, & tyrannum, plura traduntur in iisdem Ordinis Annalibus* (b).

(a) ad an. 255. n. 5.

(b) ad an. 255. & 256.

2976. XXV. DECEMBRIS: S. EUGENIÆ Virginis & Martyris Cultricis Instituti Essenorum, posterorum S. Eliæ Prophetæ. *Martyrologium Romanum ad diem XXV. Decembris hoc eam elogio commemorat:* Romæ in cœmeterio Aproniani S. Eugeniæ Virginis, quæ tempore Gallieni Imperatoris post plurima virtutum insignia, post sacros Virginum chotos Christo aggregatos, sub Nicetio urbis præfecto diu agonizans, novissimè gladio jugulata est. *Ferè eadem leguntur in Martyrologiis Venerab. Bedæ, Usuardi, & aliis. Menologium Græcorum ad diem XXV. Decembris sic compendiosè vitam ejus tradit:* Certamen S. Eugeniæ Martyris & sociorum. Hæc fuit sub Commodo Imp. Filia Tribuni in urbe Roma. Missus autem pater ab Imperatore in civitatem Alexandriæ, ut tribunatûs magistratum gereret, secum vexit uxorem & filios, quorum una fuit B. Eugenia: quæ cùm literas edisceret, & in multorum librorum lectione versaretur, incidit in epistolas S. Pauli Apostoli, ex quibus Christi fidem didicit. Itaque patrios tumultus & mundi fallaciam deserelinquens, cum duobus eunuchis ad monasterium, quod est ante civitatem Alexandriæ, se contulit, virili habitu induta. Accepta igitur hospitio ab Eleno Episcopo, caussam addens, quare illuc venisset, divino Baptismate, cum iis, quos secum duxerat, dignata est, & in ordinem Monachorum aggregata: & post aliquod tempus, monasterij curam sibi creditam suscepit. Ubi propter miracula, quæ per illam Deus efficiebat, facta est familiaris mulieri cuidam ordinis Senatorij, quæ Melanthia vocabatur: accusata postea est ab illa, quasi illam provocasset; crimen objiciens, quod illius naturæ repugnabat: existimans enim marem esse propter speciem habitus, ejus pulchritudine vulnerata cùm sæpè periculum faciens ab ea repulsa esset, detulit illam ad Philippum Tribunum. Cum verò pater illam accersiri jussisset, veritas detecta est, non solùm quod in habitu viri esset mulier, sed etiam quod Tribuni esset Filia: quare Patrem, matrem, & multos ex familia, ad Christianorum fidem attraxit; & pater quidem Tribuni dignitate depositâ, baptizatus est, postea & martyrij perfectionem assecutus, irruentibus in eum in templo idolorum infidelibus, qui & illum gladiis interfecerunt: Sancta verò Eugenia Romam adducta est cum matre & fratribus, Proto, & Hyacintho eunuchis, qui obtruncati sunt; ipsa verò saxo gravi alligata in Tiberim flumen projecta est, atque illinc servata, gladio consummationem accepit.

virili habitu inter monachos,

illis præficitur:

falsò accusata:

mirabiliter veritas patefacit:

martyrio coronatur.

2977. *Alcimus Avitus Episcopus Viennensis, sanctitate, & doctrinâ illustris, circa annum Christi* 520. (a) *in libro* de Virginitate, *ad sororem, hæc, inter cætera, scribit de S. Eugenia:*

Eugeniæ dudum toto celeberrima mundo
Fama fuit, Christi quæ cùm pro nomine vitâ
Fuderit, antè tamen fortes processit in actus.
Namque habitum mentita viri, non proindè virile
Pectus, præficitur sanctis à fratribus Abbas.
Fœmineũ occultans sexũ, muliebria spernit:
Et meritis, annisque graves, longæque verendos
Relligione senes, juvenili rexit in ævo.

(a) Ita Bellarmin. lib. de Script. Eccles.

Lezana Tomo 2. Annalium Carmelitarum (b) *circa prafatos versus annotat: Quòd cùm monachi isti dicantur:* meritis annisque graves... senes: *denotetur*, Monasterium illud, ac Monachos in ipso degentes, non nuperos, aut novos, sed veteris instituti alumnos fuisse. *Ibidem de S. Eugenia etiam istos adducit versus:*

(b) ad ann. Chr. 195. & 196. n. 3.

Posthabet hæc Christo sponsum, patriamque, domumque,
Audens Carmeleo credere colla jugo:
Mentita viri speciem, sua nomina mutat,
Inter & Eliades emicat Eugenia.

Ejusdem etiam meminerunt Adelmus (nonnulli scribunt Aldelmus) libro de Virginitate, & Fortunatus in carmine de Virginitate. Acta ejus extant apud Metaphrastem, Lipomanum ac Surium ad diem 25. Decembris *atque etiam* in Vitis Patrum lib. 1. *notationibus illustrata per Heribertum Rosweydum. Cardinalis Baronius in Annalibus*

Scriptores alij de S. Eugenia:

libus ad annum Christi 178. sic paucis complectitur S. Eugeniæ parentelam, virginitatis cultum, vitam monasticam: Decernitur præfectura Augustalis Ægypti Philippo . . . Hic ille Philippus pater illustris Martyris Eugeniæ, qui unà cum Claudia conjuge in provinciam profectus est: ubi Judæos ac magos, qui sibi viderentur pessimum omnium hominum genus, vehementer exagitavit, cum Christianis autem benignè egit, eos reveritus propter integerrimæ vitæ exemplum. Desponderat hic Eugeniam filiam Aquilio Consuli, (sed legendum arbitror, Acilio) qui hoc anno Consulatum gessit unà cùm Commodo: nisi dixerimus hunc esse aliquem ex suffectis Consulibus: testatur enim Dio, Commodum (quod numquam antea factum fuerat) in annum unum viginti quinque Consules designasse. Sed quidnam accidit? Eugenia in Christum credens, nuptias aversata, unà cùm fidelibus eunuchis Protho & Hyacintho secedens, virili habitu delituit inter monachos, quos Essenos à Philone dictos esse, superius demonstravimus, hæc omnia perficiente S. Heleno Episcopo Heliopoleos. *Hæc Baronius. Laurentius Surius* (a) *in Notationibus marginalibus ad vitam S. Eugeniæ, de præfato monasterio, scribit:* In monasterio Heleni monachi, quos Essenos vocat Philo, perpetuis vacabant precibus & canticis. *Quemodò autem S. Eugenia, adhuc pagana, virginitatem adamaverit, & custodierit, & lectione epistolarum S. Pauli Apostoli, in Christum crediderit, ac ingenioso stratagemate è parentum domo secesserit, virili habitu assumpto, attonsa, se baptizari curaverit, ac in præfato monasterio admissa fuerit, & ibi virtutum omnium exemplar se exhibuerit, ibi consequenter refert Surius (& iisdem verbis Metaphrastes, ac Aloysius Lipomanus) satis erit hic ad intentum nostrum, audivisse ejus exemplarem, & perfectissimam conversationem in illo monasterio, de qua ista.*

(a) impres. Colon. an. 1618. ad 25. Decem. pag. 320.

2978. Eugenia autem in divinis scripturis versabatur, & meditabatur assiduè, & parandæ virtutis magnam curam gerebat. Quò factum est, ut cùm non plusquam duos annos transegisset in monasterio, omnes vinceret: mulier, inquam, viros. Quare res communis est virtus, & sexus nullum affert impedimentum ei, qui se rectè velit gerere. Eugenia ergo primas partes gerebat in virtute: ejus autem maximè erat propria modestia & moderatio: & quod cùm prima esset in rebus honestis, nihilo secius esset etiam prima in eo, quod essent ejus moderati spiritus. Eugeniæ quoque hæc erant signa, quibus cognoscebatur, quòd cùm prima omnium veniret ad synaxes, rursus ultima omnium recederet: prætereà verò misereretur etiam cujuslibet, qui aliquâ afficiebatur molestiâ: verè autem & syncerè gauderet cum iis, quibus erant res secundæ, quod quidem est factu difficilius propter malignitatem, quæ oritur ex invidia: quod haberet sermonem, ad cujusvis irascentis eor sedandum, longè efficacissimum: adeò, ut qui non secùs ac feræ efferebatur, ejus ovi similem redderet mansuetudinem. Postremum hoc erat, & primum, & omnium revera capacissimum, non ficta in omnes charitas, & quæ non amorem ad labra usque sistebat, sed etiam à media anima emanabat. Non multum interceſſit temporis, & ad eam accessit gratia curationum cum maxima copia. Et ideo ad quoscumque accedebat morbi visendi gratiâ, non solùm eos verbis consolabatur, sed etiam liberabat à morbo, qui eos cruciabat. Eam autem imitantur pro viribus Protus & Hyacinthus, de quibus antea diximus. Cum sic viveret Eugenia, Præfectus monasterij tertio post anno excedit è vivis: ipsam verò vocabat ad Præfecturam fratrum commune suffragium. Eam enim pro viro habebant, & virtutem quidem videbant, quæ inerat: ignorabant autem id, quod apud eam latebat. Nam itaque metus invadit & dubitatio. Neque enim æquum censebat, ut quæ esset fœmina, viris præesset: & communiter vocantem despicere fraternitatem, judicabat esse pervicacis & obstinati animi. Visum est ergo ex Euangelio discere, quid agendum, Deo permittente id, quod erat incertum & obscurum. Postquàm autem fuit explicatum, admirabiliter hæc vox Domini resonabat: Si quis vult inter vos esse primus, sit omnium ultimus, & omnium minister. Hoc dicto, Præfecturam quidem subit vel invita: se autem sic etiam dat totam ad ministrandum, quid non faciens indignum, & quæ etiam, qui sunt viles & abjecti, facere dedignantur? aquam è puteo effodiens, domum verrens, manibus ligna frangens, & alia omnia, quæ sunt minima, diligenter faciens: adeò ut etiam esse janitorem lubenter sustineret, propterea, quòd præcepto pareret lubentissimè. Cùm sic ergo insigniter exercuisset moderationem, & in Præfectura rursùs resplenduisset, insistebat etiam in via, quæ ducit ad Deum: ad anteriora quidem, ut divinus dicit Paulus, se extendens: eorum autem, quæ retrò erant, obliviscens, propter promptam & alacrem operationem.

Conversatio ejus in monasterio:

communi suffragio electus Superior:

perplexa, ad orationem recurrit:

tum invita præfecturam suscipit:

ejus humilitas.

2979. *Sufficiunt hoc loco ista de S. Eugenia: cujus heroica, & mirabilis vita, lectoris, & auditorum animos oblectamento recreans, ac spiritualis alimoniæ virtutifera refectione pascens, prolixius scripta, legi poterit in præcitatis Metaphraste, aut Lipomano, aut Surio, aut Vitis Patrum: quæ autem ibi prolixè narrantur, jam ante in compendio, ex Græcorum Menologio delibavimus. Illam autem jure meritò accensendam posteritati Eliana, evincunt Fundamenta hic suprà posita. Essenos enim (quos inter vixit) veri nominis Monachos, posteros, & successores SS. Prophetarum Elia, & Eliseï fuisse, habetur ex Fundamento III. & sequentibus, ac in vita S. Marci hic suprà. Prætereà, Eugenia monasterium ingressa fuit seculo secundo à Christo nato (Baronius refert ad annum Christi 188. Lezana cum Rosweydo verisimilius adscribunt anno 194.) Istis autem temporibus Monachos, & Anachoretas unicam, & eamdem vita monastica rationem*

S. Eugenia accensenda posteritati Eliana.

Digitized by Google

tionem tenuisse, à S. Elia Propheta inchoatam, per Filios Prophetarum, ac deinde Essenos propagatam, constat ex Fundamento VI. Istud de monastica professione S. Eugenia inter Eliades, etiam per alia omnia in duodecim istis Fundamentis adducta confirmantur: ideo, si fortè quis circa hoc dubitaret, ista prælegat; ne haud æquus judex, inauditâ parte, de causa non debitè examinata, sententiam ferat.

2980. XXVI. DECEMBRIS *(In Menologio Græcorum, in Romano Martyrol. XXVIII.)* S. DOMNÆ Virginis illustrissimæ, in thalamo educatæ imperatorio, deinde monasterio traditæ, ac tandem illustri martyrio consummatæ, unà cum sancto Inde: *de quibus ista in Annalibus Carmelitanis* (a): Cùm autem Domna & Indes asceticæ & Essenæ vitæ comparticipes aliquamdiu fuerint; idcirco Martyrium ab ipsis perpessum nostris Annalibus, etsi sub compendio, referre ex eadem historia alienum non erit. Primò ergo flagris cæduntur; deinde Indes, cum Dorotheo & aliis, nervis boüm verberantur, cùm essent eorum colla vincta collaribus, manus & pedes compedibus. Postea Indes cum aliis Martyribus eorum collo molaribus lapidibus alligatis in mare projicitur. Domna verò in antro latens subterraneo primùm; deinde è latebris exiens, Indæ, & aliorum corpora reperit, religiosè veneratur; ad Maximianum defertur, ac tandem desiderio martyrij, quo tenebatur, potita, amputato capite, comburitur. Hic pretiosissimus finis sanctissimæ virginis Domnæ, quem etiam commemorant Martyrologium Romanum, & Menologium Græcorum die 28. Decembris, Lipomanus, & ex antiquioribus Nicephorus. *Vita ejus etiam extat apud Surium* (b): *qui ad marginem notat annum Christi 290. Animadvertendum ex vita S. Domnæ (& aliorum martyrum istius temporis) quòd etiam tempore sævissimæ persecutionis, sub Maximiano, & Diocletiano Nicomediæ multa extiterunt monasteria utriusque sexûs, de quibus in vita S. Domnæ, ubi, inter cætera, ista*: Cyrillus, is Nicomediam moribus magis ornans, quàm Sede Episcopali, & vitam orationi habens consentientem, monasteria constituebat, & eorum curam gerebat, & ea quæ jam facta fuerant, continens, & nova, præter vetera ædificans. *Notet ista lector*: Ex hac ergo historia, & Baronij mente, non solùm hoc ævo ante Antonij magni monachatum, monasteria, seu asceteria, cum asceteis, monachis, Deoque sacris virginibus Nicomediæ sub Cyrilli primùm Episcopi, deinde sub Anthimij gubernio extitisse, sed & antiquitùs quoque similia fuisse pietatis sacra templa, prout ex illis verbis, nova præter vetera ædificans, elicitur... Hos verò utriusque sexûs Essenum sectatos fuisse Institutum, idem etiam Baronius variis locis retarus subindicat. *Ita P. Lezana in Annalibus* (c). *Istos Essenos, seu Essenorum posteros fuisse, firmatum habetur ex XII. Fundamentis supra locatis* (d) *præsertim Fundamento III. IV. V. & VI. & XI.*

2981. *Vita S. Domnæ exordium apud Surium, hoc est*: Maximiano jam secundum annum agente in imperio Romanorum, & minitante gravem tempestatem impietatis. Consequenter narratur tempestatis istius horrendæ principium, & qualiter S. Domna, omnia sua pauperibus distribuerit, ac deindè comprehensa, flagris cæsa, in fidei confessione fuerit constans; postea prudenter se amentem simulans, constituta fuerit in quodam monasterio monialium, loco sibi acceptissimo, & desideratissimo: sed Maximiano furente communiter in omnia monasteria, S. Domna, post martyrium viginti millium Christianorum, per ferrum, & ignem pervenit quoque ad palmam. Alia quædam de sociis S. Domnæ monialibus, commemorata sunt hic suprà (a) *Ista*: Maximiano furente in omnia monasteria *unà cum antecedentibus*: nova præter vetera ædificans, *itidem innuunt, illis temporibus plura fuisse. Notat Surius*: Horum (SS. Indes, & Domnæ, & multitudinis viginti millium martyrum) festum ait Metaphrastes, servari uno die post Natalem Christi: *Martyrologium autem Romanum eos ad XXVIII. commemorat.*

2982. XXVII. DECEMBRIS: S. JOANNIS Apostoli, Euangelistæ, Prophetæ, Virginis, Martyris, Doctoris, Discipuli peculiariter à Jesu dilecti, è Jesu pectore in secreto haurientis istud sublimissimum: IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, *&c. Memoria ejus hic fit, ratione cujusdam veluti cognationis spiritualis: meruit enim ipse sub cruce audire*: Ecce Mater tua: *& illi ipse commendatus, velut filius*: Ecce Filius tuus. *Carmeli autem Religio eumdem Matrem amabilem habet specialissimam Patronam; atque ita illam inter (atque etiam ipsum S. Ioannem) & Ordinis hujus alumnos, reciprocus quidam velut maternitatis, & filiationis spiritualis nexus, de quo peculiariter Tomo præcedenti* (b) *& etiam hic suprà* (c). *Ordinis hujus alumni plures singulari pietatis affectu hunc Sanctum coluerunt; peculiariter S. Theresia, & S. Maria Magdalena de Pazzis, tamquàm singularem Patronum sibi elegerunt, pro conservanda inviolabili castitate, & augenda bipartita charitate, ergà Deum, & proximum*; quoniam specialis prærogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum: quia virgo electus ab ipso, virgo in ævum permansit: *& in suo Euangelio, & epistolis Canonicis singulariſsimè charitatem commendat* (d). Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo: Diligite invicem: *quod sæpiùs repetit, imò ad finem usque vitæ discipulis suis identidem reciprocabat*: Filioli, diligite alterutrum, *addens*: præceptum Domini est: id solum si fiat, sufficit. *Binæ istæ verè virgines, peculiares S. Ioannis cultrices, ad utriusque virtutis istius culmen pervenerunt.*

S. Domna sua distribuit pauperibus; constituitur in monasterio, loco sibi desideratissimo.

(a) n. 340.

colitur (cum aliis) 26. Decemb.

S. Ioannis Euang. alitrum ferentissimum Sanctorum monarum vita complexus,

meritò peculiariter venerandus in Carmeli Ordine.

(b) num. 2114. & sequent.

(c) n. 1978. & 1980.

(d) 1. Joan. 4.

ANNO

(a) ad an. 301. n. 4.

S. Domna martyrium:

(b) ad 26. Decemb.

ejus tempore (circa an. Chr. 300.) multa monasteria.

(c) tom. 2. ad an. Chr. 301. n. 4.

(d) hic supra n. 340.

Digitized by Google

ANNOTATIO.

circà Sanctos nonnullos, memoratos in opere attributo Luitprando.

2983. *De unoquoque, ut ipsum est, fides capienda, & tentanda*, ut ait Boethius: (a) Hactenùs de Sanctis in hoc volumine tradita sunt ex Auctoribus probatis, & authenticis: quantùm ad Sanctos, seu historias illos concernentes, in Auctoribus controversis, haud prætermittenda videtur aliqua annotatio; Scriptori enim historico incumbit, tradere certa, ut certa, & dubia ut dubia; & horum reddere rationem. In libro, seu volumine, hunc præferente titulum: *Luitprandi Subdiaconi Toletani, Ticinensis, Diaconi, tandem Cremonensis Episcopi opera, qua extant: Chronicon, & adversaria nunc primùm in lucem exeunt P. Hieronymi de la Viguera Societatis Iesu presbyteri: D. Laurentij Ramirez de Prado, Consiliarij Regij notis illustrata. Antuerpiæ ex officina Plantiniana Balthazaris Moreti MDCXL.* ista leguntur in Adversariis (b) *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita monachus fuit, & in prima Petri concione conversus ad fidem. Cum sociis multis venit in Hispaniam: & Toleti fundavit monasterium Virginum, & Monachorum: ubi pòst fuit Agalienſe, quod fuerat B. Virgini sacrum, Monialium harum Matri.* Item: (c) *Magna pars eorum, qui dispersi in persecutione S. Stephani, ad varias partes trajecerunt, & ad Hispaniam plurimi venerunt, erant ex monachis montis Carmeli, prædicationibus Christi, & Apostolorum, ad fidem conversi: in quibus Elpidius, & socij Pontifices, à S. Iacobo creati, & pòst Martyres facti.* (d) *Mihi valdè probabile est, & legi in historiis, Elpidium, ac reliquos Episcopos, quos constituit S. Iacobus in Hispania, ab ipso Iacobo baptizatos, fuisse de numero Religiosorum Carmelitarum, qui in Hispania, & per alias regiones monachatum introduxerant: istos vocat libro 2. cap. 3. Eusebius, Prophetici Ordinis.* (e) *Magna pars eorum, qui ex Iudæa trajecerunt in Hispaniam, tempore Nabuchodonosoris, erant ex discipulis Sanctorum Elisei, Elia, & Enoch, & successores illorum.* (f) *Videre potui vitam S. Synclecticès Virginis, & Abbatissæ Ægyptiacæ (cujus dies festus est V. Ianuarij) hanc scripsit S. Pontifex Athanasius, ut quemadmodum monachi habeant speculum in Antonio, sacræ Virgines eam tamquàm speculum intuerentur. Dicitur fuisse multarum Virginum, professionis Prophetica & Carmelitica, parens.*

(a) lib. de Trinitate.

excerpta ex Luitprandi operibus:

(b) nu. 118.

(c) nu. 194.

(d) nu. 286.

(e) nu. 287.

(f) nu. 288.

2984. Istis Luitprandi operibus quantùm ad Adversaria, hæc præfixa est censura R. P. Francisci Bivarij Mantuæ-Carpetani, Cistercienſis: *Adversaria sedulò evolvi, & cum archetypo suo, manu P. Hieronymi exarata, diligenti adhibitâ indagine, contuli, & correctissimè (quoad fieri potuit) recensui. Enitet in his spiritus ejusdem Luitprandi, utroque idiomate, utroque stylo semper ornatus, rerum scriptarum gravitate, & raritate ubilibet gaudens; quò nimirum nec Latina lingua Græca desit ad doctrinam, & carmina prosam exornent, & Luitprandus nusquàm Luitprando dissimilis; sed semper doctus, semper rara, & inaudita docens, semper denique idem sibi ab omnibus depradicari queat.* Præter præfatos Hieronymum de la Higuera, & Laurentium Ramirez, ac Franciscum Bivarium, etiam alij similiter censent de istis Luitprandi operibus. Alij è contrà, illa Luitprandi genuina opera non esse, sed ejus nomine, ab aliquo suppositia arbitrantur. Nonnulli mediâ gradientes viâ, putant, humanam saltem mereri fidem: idque non solum suadet, quòd Tamajus in principio asserit, scilicèt, ex variorum exemplarium fide recensita esse (quo denotatur non unum, sed plura eorum exempla extare) sed quòd plura, quæ in ipsis continentur in ipsius Luitprandi Chronico, cui prorsùs in stylo, varietate, & compendio similia sunt, comprehendantur. Interim illa censuræ Ecclesiæ, & S. Inquisitionis Hispaniæ, ac eruditorum relinquentes, dicimus tamen præfata jam, esse conformia aliis certis & authenticis historiis. De S. Jacobi profectione in Hispaniam, certum est. Quantùm ad *S. Elpidium*, & quòd pòst persecutionem, tempore S. Stephani, *plures etiam ex Carmeli Eremitis*, seu Essenis, sicut ad alias mundi regiones, ita etiam *in Hispaniam transmigraverint*, omninò persuadent adducta hìc suprà, ad diem XIV. Novembris §. 3. num. 2611. *Quòd tempore Nabuchodonosoris ex Iudæa in Hispaniam trajecerint plures ex successoribus SS. Elia, & Elisei*, verisimile quoque est ex dictis ibidem, & ex istis verbis: (a) *Erant in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi, ex omni natione, quæ sub cælo est* (ergò etiam ex *Hispania*) *viri religiosi*, scilicèt Filij, nepotes, pronepotes, abnepotes, &c. eorum, qui ex Judæa fugerant: videatur hìc suprà, num. 2879. eadem confirmantur ex Mariana, & aliis, in VINEA CARMELI num. 304. Quoad *S. Syncleticam*, verè fuisse *professionis Prophetica & Carmelitica*, seu Essenorum, habetur ex dictis hìc suprà, num. 337. & sequent. & 369.

censura de Adversariis:

nonnulla in illis tradita, ex aliis historiis confirmantur.

(a) Act. 2.

CAPVT VIII.

Ratio quasi à priori, & palmaris, fundata in auctoritate Sacræ Paginæ, Scriptorumque Ethnicorum, Iudæorum, ac Christianorum, de monachatu primordialiter à magno Propheta Elia promanante, ad monachos plerosque præmemoratos Sanctos, & complures alios.

2985. *Divinarum Scripturarum auctoritate constat, quòd SS. Propheta Elias, & Elisæus habitaverint in monte Carmelo* (b) *atque etiam per tempora fuerint in, & circà Galgala, Ierycho* (c) *ac Iordanem* (d) *& quòd in illis locis ipsorum discipuli successerint. Audiamus quoque circà hoc loquentem Genebrardum (verbis suprà adductis)* Elisæus construxit cellas Prophetis in Jexichuntis solitudine: manavit institutum, & loci religio ad posteros. *Istis consentit Iacobus Zieglerus (si aliquid tribuendum ejus auctoritati) agens de Hengaddi*: In hujus solitudinis parte sedit Eliahu Propheta, & Elisah construxit cellas Prophetis. Manavit Institutio, & loci religio ad posteros: fuitque desertum hoc usque ad Hengaddi, habitatum ab Essenis, hominibus incredibilis continentiæ. *Non longè ab istis locis aberat lacus Asphaltites, cujus libro 1. Machabæorum capite 9. mentio fit: De istis locis hæc habet Andrichomius.*

(b) 3. Reg. cap. 18. & 4. Reg. c. 1. & 2.

(c) 4. Reg. 2.

(d) 4. Reg. 6.

Successio posterorum SS. Elia, & Elisei, in locis iisdem,

circa Iericho,

in Descriptione Terræ sanctæ, in Benjamin num. 97. *dicens*: Quarentena dèsertum inter Jerusalem, & Jericho, incipit juxtà Anathot, & extenditur suprà Galgala, usque ad desertum Thecue, & Engaddi, juxtà mare mortuum. Hìc commoratus est Joannes Baptista. *Et sub titulo* Nephtalim, num. 59. Jordanis, Hebraicè, Jarden, maximus, & amœnissimus totius Palæstinæ fluvius est, utriusque Testamenti scripturis celeberrimus. *Et infra*: Hunc fluvium primò Israëlitæ, postèa Elias, & Eliseus, aquis ejus miraculosè divisis, siccis pedibus transierunt. *Ibidem agit de* Fonte S. Eliséi, *de* Jericho, *& de præfato lacu* Asphaltite, *seu* Mari mortuo. *Plura de istis locis, & posteris S. Elia in illis adducta sunt hìc suprà Fundamento IV.* (a) *De* Thecue, *& monachis magnæ sanctitatis ibi, & circà* Mare mortuum, *quædam ex Cassiano, & Bollando sunt hìc suprà* (b). *Istis adstipulatur quoque S. Hieronymus, verbis etiam suprà adductis, de situ* Thecue: *ubi, tempore ipsius S. Hieronymi à Saracenis occisi sunt monachi ibidem commorantes. Idem S. Doctor, in epistola ad Paulinum scribit, quòd Elias, & Eliseus, & Filij Prophetarum* habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula propè fluenta Jordanis. *De iisdem SS. Elia, & Eliseo, ac Filiis Prophetarum scribit S. Isidorus* (c) *quòd* urbibus relictis, faciebant sibi casulas propè fluenta Jordanis. *Istos autem SS. Elia, & Eliséi posteros, circa Iericho, atque in Iordanis vicinis desertis commorantes, ibi perstetisse, usque ad Christi adventum, constat ex Plinio, qui libro 5. historia mundi, cap. 15. 16. & 17. consequenter agit de* Jordane, Asphaltite, *&* Engadda: *ubi de posteris SS. Elia, & Eliséi, sub nomine* Essenorum, *ista, inter alia, narrat.* Ab occidente littore Esseni fugitant, usquequà nocent: gens sola, & in toto orbe, præter cœteras, mira: sine ulla fœmina, omni venere abdicatâ: sine pecunia, socia palmarum. *Lectio alia habet:* Ab Occidente littora Esseni habitant: hos fugitant usquequaque nocentes: *alia quoque lectio sic:* Ab Occidente littora Esseni habitant usquequaque. *Addit*: Gens æterna est, in qua nemo nascitur. *Plinius ista scripsit tempore Vespasiani Imperatoris, cui opus suum dedicat: tunc igitur, & longè ante, Esseni (seu Filij Prophetarum) ibi continuati morabantur. Quòd in dictis locis, circà Iordanem, circà lacum* Asphaltiten, *seu* Mare mortuum, *circà* Thecue, *circà* Jericho *continuati fuerint deinceps monachi, habetur ex suprà dictis de S. Charitone, ad XXVIII. Septembris: de S. Simeone, ad diem 1. Julij: de S. Sozimo (seu Sozima) ad IV. Aprilis, de præfatis SS. Martyribus in Thecue ad XXVIII. Maji, ac de aliis. Isti igitur discipuli, & posteri S. Elia, & S. Eliséi Prophetarum habitantes in præfatis locis, primitùs nuncupati* Filij Prophetarum, *ac deindè à S. Dionysio, & aliis,* Therapeutæ, *aliisque nomenclaturis: à Philone, & Josepho Judæis, ac Plinio, & aliis dicti* Esseni, *in Palæstina valdè multiplicati, etiam traducti fuerunt in Ægyptum, præsertim circà Alexandriam, sicut habetur ex dictis hìc suprà, ad XXV. Aprilis, ubi de S. Mario Evangelista: & ibi circà Alexandriam multiplicati quàm maximè fuerunt, ac continuati, sicut habetur ex suprà dictis de S. Frontonio, & de S. Heleno, ac passim de aliis, qui in Ægypto ante S. Antonium monastica conversationis disciplinâ sanctè claruerunt: quos inter etiam numerandi Arsenoitæ, de quibus P. Bollandus, verbis hìc supra adductis, Fundamento 3.* (a) *&* 4. (b) *Quod autem in Palæstina, & Ægypto Esseni, sive Therapeutis, seu monachis, olim eadem fuerit disciplina monastica ratio, habetur ex supra dictis Fundamentis III. IV. V. & sequentibus* (c). *Et ista hactenùs hoc loco, de discipulis, posteris seu æmulatoribus S. Elia, in Palæstina, circà Iordanem, circa Iericho, & in locis vicinis. Quantùm ad Carmelum, & loca vicina, etiam in illis continuatam semper fuisse successionem posterorum S. Elia, habetur ex Scripturis divinis, & auctoribus Christianis, ac Ethnicis: ex illis aliqua adducta sunt sparsim in hoc tomo* (d) *& luculentiùs in præcedenti* (e) *tradita sunt. Quod etiam circà Carmelum, in Palæstina, & Syria, in quarum finibus situs est Carmelus, ac Cælesyria (quæ pars est Syriæ) habetur etiam ex anterioribus, hinc indè in hoc Tomo, & in præcedenti.*

Iordanem, ac loca vicina:

(a) n. 295. & seq.

(b) ad 28. Septemb. ubi de S. Charitone num. 2959.

(c) lib. 2. de Offic. cap. 15.

ex istis locis traducti sunt in Ægyptum,

(a) n. 288. & 293. 296.

(b) n. 299. *ibi eamdem servantes vitæ normâ.*

(c) n. 299. & seq.

(d) nu. 280. 2032. & seq.

(e) in Apparatu, ac in decursu.

2986. *Ex dictis habetur, quòd incolæ præfatorum locorum Carmeli, circà Carmelum, Iordanem, Iericho, Asphaltiten, & qui ex illis traducti in Ægyptum, & indè ad alia loca, habendi sint posteri, seu æmulatores S. Prophetæ Eliæ. Omnes monachi, qui à tempore S. Benedicti in Cassino, & in aliis monasteriis à Cassino traductis, in eodem vitæ instituto, habitarunt usque in præsens, censentur posteri, & æmulatores S. Benedicti: ita qui in Carthusia S. Brunonis: eadem est ratio aliorum. Pari igitur jure, qui in locis, ubi SS. Prophetæ Elias, & Eliseus, & eorum discipuli mansiones habuerunt, aut ad quæ traducti fuerunt, censendi sunt posteri, & æmulatores S. Eliæ & Eliséi. Quòd autem ex illis (seu antè tempora præfatorum S. Basilij, S. Augustini, & S. Benedicti, seu post) aliqui, successu temporis fuerint sub propriis aliquibus regulis (ut S. Pachomij, & aliorum) nihil obstat; cùm sub una Regula S. Augustini militent Ordines plurimi, inter se valdè diversi; tum quod olim Regulæ plerique propriæ (exceptis S. Basilij & S. Augustini, S. Benedicti, S. Francisci &c.) fuerint potiùs quasi Statuta, seu Constitutiones; cùm substantialia eadem, eademque ferè monastica vitæ ratio, tàm in Palæstina, quàm Ægypti monachis fuerit, sicut demonstratum est hìc suprà, Fundamento IV.*

atque ita omnes in istis locis successores, aut æmulatores S. Elia:

2987. *Itaque in primis seculis à Christo unicum dumtaxat fuit institutum monasticum, usque ad finem ferè seculi tertij, & initium quarti: qualiter autem exindè facta fuerit divisio Ordinum Religiosorum; ita ut aliqui dicerentur* Ordinis S. Basilij, Ordinis S. Augustini, Ordinis S. Benedicti (*qui suorum Ordinum sunt veri auctores, & Patriarchæ, & deindè etiam sic alij suorum Ordinum, quos Spiritûs sancti instinctu instituerunt*) *quædam dicta sunt hìc suprà Fundamento VI. plenius autem istud tractatur in Carmeli Armamentario* (f) *parte 1. Scuto XIII. ubi, inter alia, ista*: Sicut omnes Christiani unius Ecclesiæ fuerunt, antequàm dicerentur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ; *&c.* (*postea autem, ad tollendæ schismatum semina,*

in primis seculis post Christum, unicum fuit monasticum institutum.

(f) auctore R. P. Francisco Bonæ Spei.

Digitized by Google

semina, Spiritus sancti inspiratione, distincta Ecclesia diversis sunt assignata Presbyteris) Ita omnes Filij Prophetarum, Esseni, Monachi, Eremitæ &c. unius Ordinis Religiosi fuerunt, antequàm diceretur in populis: Ego sum Antonij, ego Basilij, ego autem Benedicti. *Consequenter traditur*, Fundatores istos, ex speciali Dei inspiratione, suis Regulam dedisse, à norma Filiorum Prophetarum, Essenorũ, Carmelitarum, &c. in accidentalibus saltem distinctam, & ex eadem inspiratione consequenter illos, quos sibi subjecerant, putasse suos, & hos è converso, jam de tali inspiratione instructos, benè dixisse, propter aliquam restaurationem: Ego sum Pauli, ego Antonij, ego Pachomij, ego Basilij, ego autem Benedicti, prout ita dicebatur in populis. *Plura ad hoc intentum ibi videri poterunt, & Scuto sequenti: ubi satisfacit objectioni*, Quòd si monachi olim fuerint unius, ejusdemque instituti, scilicet veteris, à magno Elia promanantis, cur non sic nominati? *Respondet*: Licèt apud alios istius temporis non fuissent ita vocati, non sequitur, quòd non fuissent tales; quia nihil apud Scriptores, SS. Antonio, Pachomio, Basilio, &c. coævos, de ipsorum Ordine, sub ipsorum, aut specialis loci appellato nomine legitur, ut benè notat Bosius lib. 9. de signis Ecclesiæ cap. 7. Quamvis anteà plurimi sequerentur instituta Antonij, Hieronymi, Benedicti, Basilij, Augustini; non videas tamen monachos ullos fere à Scriptoribus nominari à nomine istorum. *Bosij verba, inter cetera sunt:* Priùs universi monachi communi nomine nuncupabantur: nunc ad gloriam suorum Sanctorum, voluit esse Deus membra distincta, unoque inter se spiritu fidei & charitatis cohærentia, diversis tamen cognominibus separata.

donec Dei inspiratione Ordinum distinctio facta fuit:

Scriptores olim non exprimebãt de monachis, cujus essent instituti.

2988. *Hactenùs de Filiorum Prophetarum, Essenorum, Therapeutarum, monachorum mansione, & successione in Carmelo, & locis vicinis, circà Iordanem, & locis adjacentibus tradita, & comprobata sunt tam multis argumentis, & auctoritatibus affirmativis. Sicut autem post S. Benedictum in Casino; post S. Norbertum, in Præmonstrato; post S. Brunonem, in Carthusia continuatâ serie alij, & alij successerunt; sic in dictis locis successio fuit post S. Eliam. Sed posito (non concesso) quòd sive in veteri, sive in nova Lege, Carmelus (eadem est ratio de locis circà Iordanem, & aliis) aliquandò desertus fuisset, sicut postmodùm fuit, Religiosis omnibus per Saracenos trucidatis, aut fugatis, an ideò hereditaria continuata successio monasticês Eliana interrupta fuisset? Qui sic sentiret, aut loqueretur, tàm parum sapiens censendus esset, quàm ille, qui diceret, Carthusianos in Flandria, & alibi, qui numquam fuerunt in Carthusia (sita in Gallia) non esse Carthusianos: aut si Carthusia destrueretur, per hoc Carthusiensis Ordinis successio interrumperetur: & Carthusiani per Orbem dispersi, non essent verè Carthusiani, nec posteri, & successores S. Brunonis. Eadem est ratio aliorum Ordinum. De hereditaria successione à S. Propheta Elia in Carmeli Ordine, alibi plenius actum est: nunc demum hoc loco, hactenùs de primordiali monasticês origine dictis, coronidem imponamus.*

Sicut post aliorum Ordinum Patriarchas fuit successio, ita & post S. Eliam.

CONCLUSIO,

Circa monachos veteres magni Eliæ posteros aut æmulatores; & circà primam originem Monasticês, atque ejus antiquitatem, ac sanctitatem. (a)

(a) alia quædam circa ista dicta sunt num. 342. & seq. nec non 2039. & seq. ac n. 2861. & seq.

2989. *Quemadmodùm Theologi, & Philosophi, ex certis, & perspicuis principiis, lemmatibus, propositionibus, in aliquo opere traditis, denique sub finem educunt, inferunt, & concludunt ea, quæ minus clara videbantur: ita quoque hoc loco, ex illis, quæ ut certa, & indubitata tradita sunt in binis præcedentibus Tractatibus, atque etiam circa monachos præfatos; à S. Elia Prophetâ promanantes, in Fundamentis hîc suprà* (b) *locatis, nonnulla eruentur, inferentur, & concludentur circà primordialem Monasticês originem (in qua hæretici, & etiam nonnulli orthodoxi turpiter hallucinantur) Imprimis pro comperto omnibus esse debet, quod* MONASTERIA PLURIMA, ET MONACHORUM MILLIA EXTITERINT IN VARIIS ORBIS REGIONIBUS, ANTEQUAM S. ANTONIUS, AUT S. HILARION DISCIPULOS HABUERINT, IMO ET ANTEQUAM NATI. *Ista perspicua, & certissima sunt ex dictis in præcedenti Tractatu, & in anterioribus; ideo satis erit, hîc obiter ista confirmari. Sub initium imperij Maximiani, Nicomediæ Antistes erat Cyrillus: cui successit Anthimus. Et quidem* Cyrillus Nicomediam magis ornans moribus, quàm Sede Episcopali, & vitam orationi habens consentientem, monasteria constituebat, & eorum curam gerebat, & ea, quæ jam facta fuerant, continens, & nova, præter vetera, ædificans. *Ista tradunt Metaphrastes, Aloysius Lipomanus, & Laurentius Surius, in historia, cujus titulus iste est:* Martyrium Sanctorum martyrum Judæ & Domnæ, & multitudinis viginti millium martyrum, qui passi sunt martyrium Nicomediæ. *Imperij autem Maximiani (à Diocletiano in consortem adsciti) initium fuit anno Christi 282. annis novem ante ortum S. Hilarionis: cum S. Antonius ætatis circiter 28. annorum, degens in eremo solus, nondùm aliquos haberet discipulos. Martyriũ istud* 20. millium Christianorum *contigit in ipso natali Domini: Græci autem, ut horum solemnitatem celebriùs agerent, transtulerunt post diem sequentem (XXVI. Decembris,) ad quem in eorum Menologio hæc leguntur:* Certamen viginti millium Martyrum, sub Maximiano Imperatore, apud Nicomediam combustorum. *Erant igitur tunc circa Nicomediam* Monasteria vetera (verisimiliter à tempore S. Marci, aut aliquantò post) & ædificabantur nova: *atque ita multa erant.*

(b) n. 277. & seq.

Monasteria multa, & monachi, plurimi antè SS. Antoniũ & Hilarionem,

circa Nicomediam,

2990. *Sub idem tempus contigit id quod apud Vsuardum, & Molanum in Martyrologio legitur, his verbis:* Apud Antiochiam, sub Diocletiano, & Maximiano, natalis Sanctorum Juliani, & Basilissæ virginis, uxoris ejus: quorum miræ passiones leguntur. Hi sanctissimo voto casti conjuges, carnem suam virginem Christo servantes, monasteria de rebus suis instituerunt, ut ad decem millia monachorum pater

circa Antiochiam,

Digitized by Google

beatus Julianus fieret: Basilissa verò multarum virginum mater. *Ibi annotat Molanus*: Juliani, Basilissæ, & reliquorum, miræ passiones habent sub initium: Nos qui nostris oculis vidimus, Martyrum facta conscribimus: apud Metaphrasten, & Surium. *Igitur Acta illa, ab oculatis testibus sunt conscripta: illa, habet quoque, & notis illustravit P. Bollandus. Pro tanto numero* decem millium monachorum, & multarum virginum *absdubiè plurima fuerunt monasteria, non tunc subitò erecta, seu quasi de cœlo dilapsa: sed indè eruitur, etiam anteriori tempore ibi monasticen magnoperè viguisse. Plurà de istis videantur hic supra num. 376. & seq. Iisdem temporibus, atque etiam anterioribus, in aliis regionibus fuisse monasteria, & monachorum greges, habetur ex supradictis de S. Frontonio, & 70. monachis, plus quàm centum annis antè imperium Diocletiani, & Maximiani, de S. Eugenia, & pluribus monasteriis tunc in Ægypto circa Alexandriam existentibus, sicut habetur ex istis in ejus vita verbis*: Mos est apud Ægyptum, quandò circumeunt monasteria Episcopi, psallentium eos sequatur exercitus. *Erant igitur tunc ibi monasteria plura: cùm dicitur*: Mos est, quandò circumeunt monasteria Episcopi, *innuitur, quòd jam pridem illa extiterint. De S. Eudocia matre* 30. *monialium, & B. Germano patre LXX. monachorum, in Cœlesyria, centum circiter, & octoginta annis antè Diocletianum & Maximianum (præter complura alia in variis locis) ab exordio Ecclesiæ fuerunt monasteria, & monachi (Esseni, à Philone, Iosepho, & aliis, Therapeutæ, à S. Dionysio Areopagita nuncupati) tam in Palæstina, quàm in Ægypto, de quibus hic suprà, ubi de S. Marco, & sæpiùs alibi. Ex hactenus perspicuum, & luculenter comprobatum est, quòd primi monachorum auctores non fuerint SS. Antonius, & Hilarion: sed antè illos natos fuerint & monasteria plurima, & monachi numerosi.*

circa Alexandriam,

in Cœlesyria,

& alibi.

2991. II. MONASTICA EXERCITATIO PRIMA FUIT IN JUDÆA, SEU PALÆSTINA, ET SYRIA: INDE PROPAGATA EST IN ÆGYPTUM CIRCA ALEXANDRIAM, ET DEINCEPS AD ALIA ÆGYPTI LOCA: EX ÆGYPTO AUTEM, PARITER ET EX PALÆSTINA TRADUCTA EST IN ORBEM UNIVERSUM. *Quoad priorem partem, quòd* monastica exercitatio prima *fuerit in Iudæa, & indè propagata in Ægyptum, habetur ex ipsis Scripturis sanctis, potissimè libro* 3. *Regum cap.* 18. *& libro* 4. *Regum cap.* 2. 4. *& 6. ubi de S. Eliseo, & de Filiis Prophetarum in Carmelo, circa Iericho, prope Iordanem, & alibi: & ex Philone, Iosepho, Plinio, ac Christianis multis, de Essenis (monachis sicut ex antè dictis habetur.) De istis (nuncupatis primitus* Filiis Prophetarum, *ac deindè* Essenis, *aliisque nominibus, videatur capite præcedenti, nec non hic suprà Fundamento I. II. III. & IV.*) Isti autem ex Judæa traducti in Ægyptum, ibi instructi à S. Marco (*sicut plurimorum testimoniis comprobatum est ad XXV. Aprilis*) & multiplicati per Ægyptum, indè ad alias Orbis partes extenderunt propagines suas: *quod ex antè dictis pro comperto est. Etenim in Ponto, & Cappadocia monasticen plantavit, seu maximè propagavit S. Basilius, cùm ipse jam antè illam exercuisset, & hausisset in Palæstina, Syria, Cœlesyria & Ægypto: videatur hic supra n.* 2937. *& seq. Romam ex Ægypto invexit S. Athanasius: Vercellas itidem ex Ægypto S. Eusebius: similiter ex Ægypto in Lerinam insulam accersiit S. Caprasius, & S. Honoratus. Lerinensium autem institutiones ab Ægyptiis acceptas, hausit S. Patritius apud Lerinenses, ac S. Martinum monasticâ excultus disciplinâ: quam in Hiberniam intulit. Et ista omnia tradita sunt hic supra in hoc Tractatu, ad XVI. Ianuarij, ubi de S. Honorato* (a): *ad XVII Martij, ubi de S. Patritio* (b) *ad XIV. Iunij, ubi de S. Basilio*; (c) *ad XI. Novembris, ubi de S. Martino.*

(a) n. 2898. & seq
(b) n. 2913. & seq.
(c) n. 2933. & seq.

Monasticês primordia in Palæstina,

& indè traductio in Ægyptum,

ac deinceps in totum orbem.

2992. III. HABET UNUM QUODQUE PROPOSITUM PRINCIPES SUOS. *Istud est thema S. Hieronymi, variis exemplis id comprobantis & quidem*, agens de monachorum principibus, & auctoribus, *cùm adduxisset* Paulum, Antoniũ, Hilarionem, Macarium, *qui monasticen, & monasteria in savissimis persecutionibus Diocletiani, & Maximiani valdè diminuta, instaurârunt; illi autẽ quia absolutè* primi Principes *dici non possunt, cùm ante ipsos fuerint monasteria, & monachi plurimi; hinc consequenter* PRIMUM PRINCIPEM, ET AUCTOREM MONASTICES, AC MONACHORUM *statuit* S. ELIAM. *Eadem similibus omninò verbis tradunt S. Isidorus, Ioannes Cassianus & alij, in antecedentibus hujus, & præcedentis Tomi adducti. Itaque absolutè primus monachus est S. Elias; si enim* Princeps monachorum, *ergo veraciter ad minùs æquè* monachus (veraciter monachus, *ut alij loquuntur*) S. ELIAS. *Id ulteriùs sic confirmatur*: Habet unumquodque propositum principes suos: *si* unumquodque, *ergo &* monasticum: *sed primi non sunt S. Antonius, & S. Hilarion; cum illos præcesserint alij plurimi; nec primi ulli alij post Essenos in Palæstina, & in Ægypto: nec isti (post Christi in cœlos ascensionem) primi; cum præcesserit S. Ioannes Baptista passim à Patribus nuncupatus* monachus, eremita, *&* princeps monachorum, ac eremitarum in novo Testamento: *qui itidem primus dici nequit; cum eamdem vitæ rationem nongentis annis antè exercuerit* S. ELIAS (*& cum eo, ac post ipsum ejus discipuli & posteri, sicut in anterioribus confirmatum est*) *atque ita hic ipse absolutè primus est: & ejus posteri, successores, aut certè amulatores, monachi omnes, usque ad præfatos SS. Antonium, Hilarionem, nec non SS. Basilium, Augustinum & Benedictum.*

Monasticæ primus exercitator, auctor, princeps, alius à S. Elia assignabilis nullus.

2993. *Ex hactenus dictis perspicuè, & luculenter rejecta, & falsitatis convicta sunt calumnia hæreticorum adversus monasticês antiquitatem, & sanctitatem: antiquitas habetur ex eo, quod longè supergrediatur tempora S. Antonij, S. Hilarionis, & S. Pauli, communiter dicti* primi Eremitæ, *& viguerit ab exordio Ecclesiæ Christi, ac initium sumpserit nongentis annis ante: sanctitas autem ex eo, quod illam exercuerint viri sanctissimi, de quibus in binis Tractatibus præcedentibus, & ante istos omnes, omnium primus, & princeps sanctissimus, utriusque pagina sacra testimoniis celebratissimus magnus Propheta* ELIAS: *à quo, sicut Partis hujus IV. fuit principium, sic & in eodem hic finis esto.*

SPE-

Digitized by Google

SPECVLI CARMELIT. PARS QVINTA

DE

VIRIS ILLVSTRIBVS

Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli.

PRÆFATIO.

2994. *Spiritus sanctus, & Christus Dominus nos ad studium sapientiæ instruunt, & incitant his verbis*: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. (a) Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum (b). *Igitur qui docti fuerint, & alios ad justitiam erudiunt (verbo, scilicet concionando, catechizando, exhortando; & scripto, libros ad institutionem aliorum scribendo; aut alterutro modo)* fulgebunt quasi stellæ *inter Sanctos in cœlo*, & magni vocabuntur. *Modò scilicet fuerint docti, & doctores non solùm speculativè, sed & practicè. Hinc nonnulli tres constituunt gradus Sanctorum, uti sapientiâ & merito, ita & præmio dispares. Sancti ergo simplices & indocti sunt quasi calum cæruleum, purum & pellucidum: docti verò sunt quasi* splendor firmamenti, *id est sicut candor, vel nubes candida, quæ resplendet in cælo cæruleo: doctores autem aliorum, sunt, lucentque* quasi stellæ. *Hi enim sunt tres, uti lucis, ità & Sanctorum gradus. Docti itaque, & Doctores majorem habebunt gloriam quàm plebeij, rudes, & indocti (per se loquendo) modò doctrina eorum etiam sit practica, sic ut quod docent, etiam ipsi facere satagant.* (c)

(a) Dan. 12. v. 3.
(b) Matth. 5. v. 19.

Docti, & docentes exemplo ac verbo, seu scripto, magni erunt in cœlo:

(c) Vide Cornel. à Lap. in c. 12. Dan.

2995. *Propterea convenienter, post tradita in Parte præcedente acta, vitas, & exempla Sanctorum hujus Ordinis (quæ nobis, eorum posteris, esse debent ceu calcaria ad virtutem) consequenter restat tractandum de ejusdem Instituti viris eruditione singulari præstantibus, qui scripta in publicam utilitatem condiderunt; ut eorum perseveret digna memoria, quorum doctrina sanctam illustravit Ecclesiam; atque nota sint monumenta ab illis ad posteritatem transmissa; nam & hinc incitamur ad amorem, & studium Scripturarum: quod necessarium est in hoc Ordine (illudque procurandi obligatio incumbit proindè Superioribus) ut Instituti nostri finem secundarium assequamur, prodesse scilicet proximis ad salutem animarum. Id enim munus ex debito competit Ordini, præsertim ab eo tempore, quò ex ordinatione Summorum Pontificum inter quatuor Mendicantes adscriptus, ad publicum Ecclesiæ famulatum, agrique Dominici cultum fuit specialiter deputatus. Incitarunt ad hunc laborem exemplo præstantissimorum Ecclesiæ Doctorum, ac Scriptorum, D. Hieronymi, S. Isidori, & aliorum cujusvis ferè Ordinis, & nationis, qui instruxerunt Bibliothecas, Athenas, Anastases, Elenchos, & Catalogos eorum, qui scriptis editis claruerunt.*

tales, & eorum lucubrationes utiliter posteritati notitia communicantur.

2996. *Inter illustres etiam meritò referuntur, qui ad primarias Ecclesiasticas dignitates, assumpti, auctoritate, verbo, & exemplo Ecclesiæ profuerunt; hinc ex illis plerique etiam illustrissimi titulo insigniuntur. De istis igitur etiam hic inseri memoriam, convenit, atque etiam de illis, qui eximiæ virtutis testimonio comprobantur. Primum locum obtinebit, tempore prior elucubratus (anno videlicet MCCCCLXXV.) liber Arnoldi Bostij,* De viris illustribus Ordinis hujus: *cui subnectitur ejusdem inscriptionis liber Domini Ioannis Trithemij Abbatis, scriptus anno MCCCCLXXXXII. De istis, & ceteris, ulterior ratio in notatione prævia, singulis præfixa, redditur.*

Digitized by Google

ARNOLDI BOSTII

De illustribus viris Ordinis Beatissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ de monte Carmeli.

LIBER (PARTIS V.æ I.us)

NOTATIO PRÆVIA.

2997. *Arnoldi Bostij honorifica mentio quandoque fuit in tomo præcedenti, peculiariter parte 2. in Notatione prævia ante librum XI. ubi de* Speculo historiali *ejus, & parte 3. in Notatione prævia ante librum 2. (a) ubi de ejusdem elegantissimo libro,* de Patronatu B. Virginis. *Quid de eo scribat Dom. Abbas Trithemius (quem inter & Bostium magna intercedebat per litteras familiaritas) audiemus hic infrà. Cæterùm libri ejus* De viris illustribus *&c. qui sequitur, omnes meminerunt, qui de scriptis ipsius agunt, videlicet præfatus Trithemius, Possevinus, Valerius Andreas, Franciscus Swertius, Lezana, & alij. Hactenùs excusus non fuit: autographum extat in volumine MS. Carmeli Mechlinienſis complectente etiam varia alia antiqua Ordinis hujus monumenta. Scriptus fuit anno* 1475. *sicut hic infrà annotatur, ubi de* Goswino Hex. *cap.* 41.

(a) n. 1129. & seq. ac n. 1522.

PROLOGUS ARNOLDI BOSTII.

De viris illustribus scribere plures;

2998. Vetustæ Religionis Deiferæ Mariæ de Carmelo Professoribus, quinimò veri zelatoribus universis, Confrater eorum exiguus salutem & ex Patrum piis actibus ad virtutes inflammari. Studuerunt complures priorum temporum illustres Viros scriptis annotare, perpetuareque litteris, quos ætas abire coëgit; ut Divus Jeronymus & sanctus Præsul Isidorus, ac Gennadius Presbyter, atque Sigebertus Gemblacensis monachus Patres nascentis Ecclesiæ, excrescentisque nutritios, senescenti sæculo notissimos reddidêre. Pariformiter & ego, quamquàm sub horum longè jacens pedibus, clariores Ordinis Carmeli scriptores, vera mundi lumina, scientiæ fontes, colligere statui, qui usque ad mortem, secundùm Apostoli præceptum, *sibi & doctrinæ attendentes*, seipsos & alios, nedùm qui eos audierunt, sed & posteros præclaris suis voluminibus, velùti fulgentibus quibusdam stellis, illuminarunt. Sacerrimæ Dei Genitrici Mariæ (cui, quidquid possum, debere me fateor) utcumque me serviturum autumans, si peculiares sui patronatûs, sui titùli domesticos, quos sibi assumpsit in regno filij, mundo notificem, ad Domini Jesu, Dei sui & Nati gloriam & commonitionem præsentium & futurorum. Et, ne ultra pauculas vires meas conatus extendam, Eliam, Eliseum, Filiosque Prophetarum sacri hujus Ordinis nongentis & amplius ante Christum annis primitias, quos quisque vel nomine Christianus notissimos habet, successoresque eorum usque novissimam Hierosolymæ recuperationem, per inclitum Flandriæ genimen Godefridum de Bulyon Lothariæ Ducem, præteribo: Nec etiam sequentes, omnes qui perpeti memoriâ celebrari meruêre commemorabo; sed illustriores solùm, quorum certa notitia, mihi, in orbis angulo constituto, pervenit.

ejusmodi exemplo motus Arnold. Bostius,

scripsit de præcipuis.

2999. (a) Cyrillus Græcus melliflui Carmeli eremicola prænobilis & sacri Ordinis ab eodem monte propagati, Prior Generalis tertius, sanctitate vitæ, prophetiæ spiritu, miraculorum gloriâ, ac doctrinâ conspicuus: multa conscripsit posteris profutura sæculis, inter quæ *sacrum Oraculum à Deo per Angelum duabus tabellis argenteis in missarum solemniis ei destinatum*, multis admirationi est: in quo super futuro sæculi statu multa continentur. Super hoc Oraculo Venerabilis Joachim, sancti Florensis Ordinis Institutor, & Abbas, Commentariolum edidit, in cujus prologo beatum Cyrillum *Stellam, Orbem opacum, deformem & squalidum illustrantem* nominat. Hujus commentati Oraculi magnam partem Magister Bartholomæus de Pisis in libro de conformitatibus Ordini suo Minorum applicat, quam si diligentiùs quis perspicere velit, Ordini Carmeli appropriatiùs convenire judicabit. (b) Conscripsit etiam sacer hic Pater *Librum ad Fratrem Eusebium Heremitam montis Neroij de processu sui Ordinis usque ad tempus suum*: in quo (c) Bertholdum & (c) Brocardum Ord. Carm. olim Priores commemorat: quorum primus multorum Fratrum suorum in monte Carmeli, & aliis locis Terræ sanctæ passorum animas, cum corona martyrij ab Angelis in cœlum deferri oculis suis conspexit: & compluribus aliis miraculis claruit. Alter vero adinstar sui Patris Eliæ, quendam juvenem mortuum suscitavit, quem velut alterum Jonam, ad Ordinem suum vocavit: etiam Patris sui Elisei sequendo vestigia, quemdam leprosum aquâ fontis Eliæ mundavit: multisque aliis virtutum signis claruit in diversis Terræ sanctæ locis, & præsertim in monte Carmelo: ubi in unum cum sancto eorum successore Cyrillo, resurrectionis diem præstolantes sanctam Trinitatem tres simul miraculis stupendis prædicant.

(a) CAP. I. S. *Cyrillus Græcus Prior Gen. III. sanctitate, doctrina & scriptis conspicuus:*

scripsit Oraculum Angelicum,

(b) *& librum de processu sui Ordinis,*

(c)

sepultus est in Carmelo cum SS. Bertholdo & Brocardo.

Anno-

Digitized by Google

3000. ANNOT. (a) Cyrillus Græcus : *vita ejus tradita est hic suprà ad diem VI. Martij : ubi de* Oraculo Angelico, *de quo etiam Tomo præcedenti, num. 594. & 856 & 1043.*

(b) Conscripsit etiam ... de processu sui Ordinis : *de quo plures alij, relati tomo præcedenti, num. 9. & 10. & 15. & 935. Philippus Riboti annò annos trecentos, librum illum inseruit* volumini decem librorum, de Institutione &c. Ordinis Carmelit.

(c) Bertholdum, & Brocardum &c. *Vita utriusque præcessit hic suprà, S. Bertholdi ad XXIX. Martij, & S. Brocardi ad II. Septembris. De S. Cyrillo frequens fuit mentio Tomo præcedenti: n. 9. & seq. 416. & 494. & 1590.*

CAP. II. *S. Angelus nomen sui speculum,*

3001. ANGELUS DE HIEROSOLYMIS Martyr sanctioribus annumerandus, &, ut paucis multa dicam, nominis sui verè speculum, prædicationi tam ferventer institit, ut ferè alter surrexisse videretur Elias, & si, teste Chrysostomo, testimonium studiosi agricolæ messis fœcunda, gratiosi, assiduique Prædicatoris Ecclesia plena sit, 70. & ampliùs hominum millia, qui sæpiùs ad audiendum in Hierosolymis venisse sunt æstimati, quantus fuerit ostentant. Conscripsit *epistolas & quædam alia quamplurimùm animabus perutilia.* Hic divini verbi sacer & uberrimus seminator, posteaquam Terram sanctam & (b) Ciciliæ regnum sanctitate præcipuâ, compluribus miraculis, ac copiosâ doctrinâ illustraverat, Romam adiit; ubi sanctis Francisco & Dominico, multorum illustrium Patriarchis, in Ecclesia Lateranensi obviavit: quo in loco Seraphicus Franciscus, charitatis succensus ardore, vocem exaltans, prophetico spiritu dixit beato Dominico: ecce Angelus Hierosolymitanus, vir utique angelicus, Christi martyr in brevi futurus, & ut insuperabilis erat humilitatis, in terra se prosternens cœpit Angeli pedes deosculari. Et quamquam S. Angelus beatum Franciscum nunquam antea fuisset intuitus, eidem mox intulit: Salve humilitatis exemplar, qui singulariter in corde tuo stigmata Domini Jesu portare meruisti. Beatus verò Dominicus horum sermones audiens, tacitùs eos admirabatur.

aliàs 60. mil.

divini verbi præco sacer

(b)

ejus colloquiis cum sanctis Dominico & Francisco,

3002. Abindè verò Ciciliam reversus, ab incæstuoso, veritatis, & virtutis inimico, Berengario, pro fide Ecclesiæ, & virtute pudicitiæ, tamquam alter Baptista Joannes, in Leocata, prope Ecclesiam Apostolorum Philippi & Jacobi, quò ferè quinque millia hominum convenerant, prædicans lethaliter vulneratur: die quinta Maji cum multis miraculorum insigniis cœlum petiit, Anno Domini MCCXX. Hujus sacrum corpus miraculorum prodigiis coruscum Reverendus ac Deo dignus Pater Magister Joannes Soreth sui illustrator sæculi, nostrique ævi Angelus alter, à Calisto III. Pontifice Maximo in Dominium Ordinis acquisivit, cum Ecclesia Apostolorum Philippi & Jacobi, quæ tantum thesaurum hucusque possedit & possidet.

pro veritate, & pudicitia trucidatur, an. Chr. 1220. die 5. Maji.

3003. ANNOT. (a) Angelus : *Vita ejus scripta fuit anno Christi 1227. ab Enoch Patriarcha Hierosolymitano, nationis Syriacæ (Latinum enim residebat Achone) typis edita* Panormi, operâ Thomæ Bellorosi anno Chr. 1527. *atque iterum Panormi, inter* Vitas Sanctorum Siculorum, per Octavium Cajetanum, Societatis Jesu, *atque etiam per* Benedictum Gononum inter Vitas Patrum Occidentis : *vita habetur hic suprà, ad diem V. Maji. De corporis ejus translatione actum est hic suprà ad diem XXVII. Augusti. Frequens S. Angeli mentio fuit etiam Tomo præcedenti: num. 597. & 857. & 1036. ac seq. & 1185. & 1508. & 1633.*

(b) Ciciliæ regnum : *nunc scribitur* Sicilia.

(c) SS. Francisco, & Dominico obviavit : *plura circà hoc adducta sunt in Notatis prævijs, ad ejus vitam, num. 2232. & in ejus vita cap. 21. num. 1302. & seq. atque etiam num. 1328. ex Manriano & etiam Tomo præcedenti, locis jam ante signatis.*

CAP. III. (a) *Nicolaus Gal. doctrinâ, & sanctitate clarus.*

3004. (a) NICOLAUS GALLUS, Prior Generalis septimus, vir perdoctus, & sanctimoniæ celebritate egregius, calamum in corde tingens conscripsit librum perutilem, quem propter suæ veritatis lucidum acumen (b) *igneam sagittam* prætitulavit: in quo cuivis facilè potest patescere, auctorem sui tam Divinis quam humanis litteris eruditissimum fuisse: claret etiam quantâ sanctitate Carmeli Religio prisco tempore fulsit: quàm vera quoque sit beati Cyrilli prophetia, quæ alit: (c) Ab infantiæ suæ primordio usque in tempora pubertatis, margaritis multiplicibus, parentumque sanctitudine excisi de petra durissima, Vallis Virginis, nitebunt, donec pedetentim muscarum stercoribus, & viarum pulveribus fuscabuntur: In eremo, quò, veluti novus Elias, involarat anno Dom. millesimo ducentesimo septuagesimo, mense Februarij, hunc se librum scripsisse annotat, & Prioris Generalis recenter exonerarum officio (cui (d) XX. ferè annis laboriosè administravit, succedens Beato Simoni Stock Anglico, omnilaude cumulato: quem etiam auctentica Fratrum Prædicatorum historia, quæ (e) *Vitas Fratrum* appellatur, singulari laude commemorat.) Tandem beatus hic Pater Nicolaus secundâ Aprilis Christum adiit multis clarens in vita & post mortem miraculis: & in Auriaca tumulatur. Plura tanti zeli doctrinæque virum scripsisse non dubito, sed incuriæ prolis oblivio multa tumulo sepelivit.

(b)

(c)

Generalatus officio cedens, eremiticam vitam ducit.

(d)

(e)

clarens miraculis, sepultus in Auriaca.

3005. ANNOT. (a) Nicolaus Gallus. *Vita ejus epitome ex ipso Arnoldo Bostio tradita est hic suprà, num. 1204. ad diem I. Aprilis.*

(b) Sagitta ignea : *inde quidam excerpta habentur tomo præcedenti, num. 1603 & 1604.*

(c) Ab infantiæ suæ primordio &c. *Bartholomæus Pisanus, in libro* conformitatum Seraphici Francisci cum vita Jesu Christi, *illustrato per Hieremiam Bucchionem, ista Religiosis aliis applicanda censet. P. Lezana in Annalibus Tomo 4. ad annum Christi 1370. num. 9. ex Oraculi S. Cyrilli scholiaste Joachimo, comprobat quoque, illa de Carmeli Ordine haud intelligenda.*

(d) Qui 20 ferè annis &c. *videlicet XV. Vicarius Generalis in Terra sancta: ac deindè ab anno Christi MCCLXX. quò obiit S. Simon, Prior Generalis primarius, & absolutus, ipse fuit electissimi Nicolaus Gallus, electus Tolosa, sicut idem Bostius* libro 7. Speculi historialis cap. 25 *tradit, his verbis* : Anno Domini 1265. defuncto B. Simone Stock, communi electione R. P. Nicolaus, natione Gallicus, septimus Prior Generalis Fratrum Ordinis Carmelitarum constitutus est, resignavit autem anno MCCLXX. Plura circà hæc videantur hic suprà ad XXIX. Martij num. 1188. & seq. ad diem I. Aprilis, num. 1204. & seq. de anno obitus S. Simonis (an. Chr. 1265.) vid. num. 1490.

(e) Vitas

(f) *Nicolaus Gal. quot annis Prior Gen.*

Digitized by Google

(e) Vitas Fratrum: *quod in isto libro, sic nuncupato in Ordine PP. Prædicatorum, scribitur (etiam relatum in Annalibus ejusdem Ordinis) adductum est hic suprà, sub finem vitæ S. Simonis, num. 1537. pag. 439.*

CAP. IV.

(a) (b) (c) *S. Albertus totius perfectionis exemplar:*

3006. (a) ALBERTUS DE (b) TRAPANO Prior Provincialis (c) Siciliæ prædives meritis, signis, doctrinâque clarus, ac totius perfectionis exemplar, complura scripsit multis utilia. Hic carnis origine nobilis, sed culmine mentis nobilior, votis parentum ante conceptionem Dei Genitrici Mariæ peculiariter dedicatus, ac sterilibus parentibus, post viginti sex annos connubij, ortum accepit non sine grandi præsagio futurorum. Vidêre enim complures visione, desuper concessâ idonei de utero venerabilis matronæ Joannæ, eo impregnato, cereum nimio fulgore micantem emanare. Nec secùs accidit; Siculorum enim regionem velut lampas ardentissima virtutibus, prædicationibus, & miraculis celeberrimis irradiavit: complures Judæos, Ecclesiæ peperit: Civitatem Messanensem à fame & exterminio precibus liberavit: in qua tandem (d) anno Domini 1292. septimo nonas Augusti in Domino obdormivit, tantâ suæ sanctitatis opinione relictâ, ut pro singulari apud Deum patrono nedum ab incolis Regni, sed & à pluribus per orbem fidelibus usque hodie veneretur, miraculis præcopiosis quotidie non cessans amplius splendescere. Nuper autem, videlicet anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, ut à Magistro Guillelmo de Guidocibus Provinciali Siciliæ informatus sum, in civitate Agrigenso mortuum vitæ reddidit, veluti mater defuncti ei enarravit, præsentibus illustri Principe Domino Antonio Comite de Calathamperche, & nobili milite Domino Joanne de Landoline.

sanctitatis ejus prognosticon:

(d) *Messanam à fame, & exterminio, mirabiliter liberavit:*

miraculis copiosis coruscans,

3007. ANNOT. (a) *S. Alberti vita habetur hic suprà, ad diem VII. Augusti, num. 2162. & sequent. Item Tomo præcedenti inserta est epitome vitæ ejus, variis locis, num. 601. & 1063. & 1185. 1509. & 1634.*

(b) Trapano: *nunc dicitur* Drepanum.

(c) Sicilia: *modò scribitur*, Sicilia.

(d) Anno Domini 1292. obdormivit: *circà annum obitûs non levis est controversia: circà eam videatur Dissertatio peculiaris, sub finem vitæ, hic suprà, num. 2230.*

CAP. V.

(a) *Guillelmus de Sanvico,*

(b)

(c) (d) *scripsit Cronica Ordinis:*

* *seu* destructionem,

3008. GUILLELMUS DE (a) SANVICO sancti & uberrimi Carmeli eremita, multarum artium ac rerum notitiâ excellenter instructus, scripsit (b) *Cronica de multiplicatione suæ Religionis per Provincias Syriæ & Europæ, & de perditione Monasteriorum Terræ sanctæ*: in quibus, Priorem Carmeli à Christo & prægloriosa ejus Genitrice (quæ teste sancto Bernardo (c) gloria Carmeli peculiariter) erebrò scribit (d) admonitum, ut diversarum nationum Fratribus Terram sanctam deserendi propriasque Regiones adeundi daret licentiam, illicque Monasteria Carmeliticæ Religionis ædificandi: etiam lamentabiliter queritur, post aliorum Conventuum Terræ sanctæ dirutionem * Aconensi civitate Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo primo, (e) se præsente, ubi nuper à Carmelo descenderat, captâ, Saracenos, proh dolor, sanctum Carmeli montem ascendisse, originale Monasterium Religionis Deiferæ Mariæ incendio concremasse (quod quamquam frequenter priùs invaserant, nunquam tamen destruxerant) Fratres inventos trucidasse. Sicque Carmelus posteaquam ab Elia & sanctis suis successoribus, (f) duobus millibus ducentis viginti & uno annis inhabitatus est, juxta (g) Hieremiæ triste vaticinium, desertus fuit; dilatata tamen priùs Religione ejus in cunctis ferè Europæ Regionibus. In hac desolatione ultima, teste Joanne de Hildesheim, (h) Eliæ pallium tunc usque reservatum, cum multis aliis veteribus Ordinis insignibus, constat incendio periisse.

(e) *& Acconensis urbis excidium cui interfuit, & monasterij in Carmelo incendium,*

(f)

(g) *post annos 2221. ibi habitationi Eliæ, & ejus posterorum.*

(h)

3009. ANNOT. (a) Sanvico: *in celebri Capitulo Generali Mantuæ habito, anno Christi 1287. pro mutatione Capparum barratarum in albas, interfuit iste Guillelmus, Definitor Terræ sanctæ: & in Actis istius Capituli, primus post Generalem sic cognominatur*: Fr. Guillelmus de Sanvico, Diffinitor Terræ sanctæ: à homullis cognominatur de Samuco.

Guillelmus de Sanvico Definitor Generalis Terræ sanctæ.

(b) Cronica: *illa inserta sunt tomo præcedenti, & constituunt in eo librum IX. partis primæ, num. 400. usque ad 449 inclusivè: de qua, & ipso auctore, plura videri poterunt, sub initium ejusdem Tomi, num. 11. & hic infrà apud Trithemium.*

(c) Gloria Carmeli: *allusio est ad illa Isaiæ capitis 35.* Gloria Libani data est ei: Decor Carmeli: *quæ appropriata Virgini Deiparæ, à S. Bernardo explicantur, verbis ex eo adductis tomo præcedenti, num. 1580.*

(d) Admonitum: *qualiter B. Virgo apparens Priori Montis Carmeli, monuerit, Religiosos aliquot Europæos ad proprias regiones dimittendos, vafrum ipsa Guillelmus de Sanvico, in Chronico, capite 3. vide Tomo præcedenti, num. 417. & 1589. & sequent.*

(e) Se præsente: *Acconensi obsidioni per Saracenos, ipse interfuit cæsis ultrà 30. millia Christianorum, plures per mare effugerunt*: ex quibus fui ego unus, *inquit*: de quo latiùs *Tomo præcedenti, num. 448.*

interfuit Acconensi obsidioni an. Chr. 1291.

(f) 2221. annis: *de isto numero annorum, ab Ordinis fundatione in Carmelo, facta anno circiter ante Christi nativitatem 930. (seu potiùs primâ delineatione quadam) latiùs actum fuit Tomo præcedenti, num. 449. & 459. atque etiam hoc Tomo, num. 2030.*

Carmeli Ordo tunc perstiterat annis 2221.

(g) Hieremiæ triste vaticinium: *illud est cap. 4.* Aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes urbes ejus destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris ejus.

(h) Eliæ pallium tunc ... periisse: *circà hoc videatur Tomo præcedenti, num. 647. & 649. atque etiam in hoc Tomo, num. 141.*

CAP. VI.

(a) *Gerardus de Bononia Generalis XI.*

(b) *quæ scripserit:*

3010. (a) GERARDUS DE BONONIA Prior Generalis XI. Doctor Parisij, sapientiæ & doctrinæ opinione celebris, *super quatuor libros sententiarum scripta* edidit: *Quæstiones ordinarias*, quas (b) Parisius disputavit, conscripsit: *Quodlibetorum egregium volumen* dereliquit: Composuit *Sermones Dominicales & Sanctorales*, Divini verbi præconibus servituros: scripsit etiam *notabilem Theologiæ Summam*, quæ, proh dolor, incompleta est, quoniam in labore ejus obiit in Avinione anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo, ubi & humatus est, posteaquam Ordinem viginti rexerat annis. Hic ultimo vitæ suæ anno à Pontifice Maximo Domino Joanne XXII. (c) privilegium exemptionis gratiosissimæ toti Ordini impetravit, ac de eodem

(c)

Digitized by Google

eodem viginti duas Bullas diversis Ordinis locis distribui procuravit, testamentum perutile Ordini derelinquens.

3011. ANNOT. (a) Gerardus: *ejus sic meminit Trithemius Carthusiensis, in Fasciculo temporum: Gerardus de Bononia, Ordinis magnæ Mariæ de Carmelo, Parisij, doctrinæ opinione celebris, post complurium librorum editionem, in Avinione vitam exuit. Ejusdem doctrinam commendant alij tam nostri, quam exteri. Obiit anno Domini 1317. die 17. Aprilis. Singulariter pharus fuit Summos Pontifici, & Cardinalibus, sicut constat ex Berengarij Cardinalis, Episcopi Tusculani testimonio inserto Tomo præcedenti, num. 513.*

(b) Parisius: *sic olim dicebatur.*

(c) Privilegium exemptionis: *illud habetur Tomo præcedenti, parte 1. lib. 10. cap. 3. num. 472.*

(a) CAP. VII. *Sibertus de Beka,*

3012. (a) SIBERTUS DE BEKE, Geldriensis, Prior Provincialis Alemaniæ, Doctor admodum insignis, *super quatuor libros Sententiarum & alia quamplurima Theologica* scripsit: *Tractatum de censuris novi juris, quarum notitia Religiosis mendicantibus necessaria est*, collegit. Scripsit etiam *Tractatum de consideratione super sui Ordinis Regulam* ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano ante Lateranense Concilium, Ordinarij jure Brocardo Priori Carmeli, & suis Fratribus tradita: (b) qui antea sub institutis Joannis Hierosolymitani, olim coheremitæ sui, militarant: aliaque multa edidit: *Ordinale Ecclesiæ sancti Sepulchri Hierosolymitani sui Ordinis* adaptavit usui, velut usque hodie à tempore Capituli Generalis anno millesimo trecentesimo decimo quinto Coloniæ celebrati, totus Ordo eo utitur. Procuravit etiam Constitutionem Viennensis Concilij quæ incipit: *Super Cathedram*: ad Ordinem suum, & Fratres ipsius, super omnibus, & singulis extendi à Domino Joanne Papa XXII. Religioni Mariæ singulariter munifico, anno undecimo sui Pontificatus.

quæ scripserit:

(b) *Ordinale seu Ceremoniale ipse digessit.*

3013. ANNOT. (a) Sibertus: *Tomo præcedenti de eo agitur, sub initium, num. 12. & ex tractatu ejus de consideratione super Regulam, quædam inserta sunt in eodem Tomo præcedenti parte 1. lib. 8. cap. 5. & 6. num. 349. & seq.*

(b) Qui antea sub institutis Joannis Hierosolymitani . . . militarunt: *antè Regulam datam à S. Alberto Patriarcha, loco Regulæ erat præfati Joannis Hierosolymitani liber inscriptus*: De institutione primorum Monachorum: *de quo, & ejus auctore, hic suprà, n. 1212. & 1229. & latius Tomo præcedenti, sub initium, n. 2. 3. & seq. ac peculiariter num. 336. & seq.*

Carmeli Ordo olim loco Regulæ habebat instituta Joannis Hierosolymit.

CAP. VIII. *Joan. Walsingam,*

3014. JOANNES WALSIGRAM Prior Provincialis Angliæ, velut humanum excedens ingenium multa perspicacissimè disseruit, inter cætera *super quatuor libros Sententiarum*: *Quæstiones ordinarias, & Quodlibeta* conscripsit. Floruit sub Benedicto XII.

CAP. IX. *Guido de Perpiniano ex Prior Gen. Episcopus,*

3015. GUIDO DE PERPINIANO ex Priore Generali primùm Majoricensis, ac demum Elnensis Pontifex & Doctor inter præcipuos commendatus: &, ut alter Elias, pro domo Domini zelosus. *Super quatuor libros Sententiarum* egregiè scripsit, *Quæstionum ordinariarum magnum volumen* reliquit: *Quodlibeta sex* disputavit: *super Decreto magnum opus* edidit, cujus tres partes sunt: quod prætitulavit *Correctorium Decreti*, & inter omnia ejus opera amplius commendatur. Composuit

quæ scripserit:

etiam prænobile opus *super quatuor Euangelia*, quod dicitur *Quatuor unum*: Aliud *de perfectione vitæ* ad Dominum Joannem XXII. Aliud etiam *de hæresibus* ad Dominum Gaucelmum Cardinalem Albanensem, quod se anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo scripsisse notat: in hoc libro contra hæreses & errores Judæorum, Græcorum, Armenorum, Jacobitarum, Saracenorum, Valdensium, & alios omnes, quos ab Incarnatione Christi usque ad tempora sua exortos reperire valuit, latissimè disputat. Edidit etiam *Scriptum Reprobatorium cujusdam libri* in vulgari Cathalonico editi, multaque alia tàm de Theologia quàm de Philosophia.

3016. Hic Magistro Gerardo de Bononia in Prioratu Generali succedens, primo sui officij anno à Domino Joanne XXII. privilegium conservatorum jurium & privilegiorum Fratrum sui Ordinis extra Regnum Franciæ ubique existentium impetravit. Et cùm solùm tribus annis Ordini præfuisset, ob maximam suam sufficientiam ab eodem Pont. Max. ad Episcopatum nobilis Majoricarum urbis assumptus est: ubi posteaquam aliquot annis laudabiliter præfuisset, inter eũ & Regem Majoricarum pro Ecclesiæ libertatibus lite exortâ, Eliam alterum prophetico indutus spiritu, Prophetarum Filius, se Regi præbuit, captivitatē & mortem ei prædicens, postea adimpletas. Se verò ex tunc parùm ibidem proficere, completamque Dei iram adversùs Regem cernens, transferri ad Elnensem Ecclesiam, in cujus Diœcesi natus fuerat, postulavit, bonum pacis præferens Crœsi divitiis: ibi, tempore non modico, fructum permaximum suæ genti operatus est, complùresq; non minùs exemplo quàm verbo lucrifecit Deo. Cùm verò Domino complacuit, ut à laboribus requiesceret XXI. Augusti die in Avinione corpus humandum liquit.

Ecclesiastica libertatis zelosus defensor:

quæ prædixerit,

ANNOT. *De Guidone quædam dicta sunt to. præced. num. 569. & 630. & 1086. De eodem etiam sermo incidet in sequentibus.*

CAP. X. *Joannes Bachonius clarissimus Doctor,*

3017. JOANNES DE BACHONE Prior Provincialis Angliæ, Theologicæ sapientiæ, Canonicæque scientiæ Princeps Parisiùs primùm, demumque per Angliam clarissimus, scripsit egregie *super quatuor Libros Sententiarũ, diffusius tamen super quartum*: Conscripsit etiam *Quæstiones Ordinarias, & Quodlibeta, Lecturas super totum fere novum Testamentum* edidit: *Super Metaphisicam Aristotelis, super Libros Ethicorum & de anima ejusdem* quàm optimè scripsit: *Tractatum* etiam composuit *enucleativum multorum S. Augustini in libro de Civitate Dei*: *Compendiumque historiarum & jurium pro Defensione, Institutione, Intitulatione, & Approbatione sui Ordinis, super Regulam sui Ordinis Commentum edidit*; in quo prætitulationem Gloriosæ Dei Genitricis Mariæ Ordini Carmeli præ cæteris congruere luculenter probat, & alia complura. Floruit sub Clemente Papa sexto.

quæ scripserit:

Digitized by Google

ANNOT Joan de Bacone, *seu* Bacho *etiam celebratus est Tomo præced. num. 633. & peculiariter n. 713. ubi consequenter inserta fuerunt hæc ejus opuscula: alia quædam de ipso dicentur in sequentibus: à Sixto Senensi in* Bibliotheca sancta *nuncupatur*: Theologorum sui temporis princeps.

CAP. XI. *Paulus de Perusio quæ scripserit,*

3018. PAULUS DE PERUSIO vir perdoctus & raris annumerandus *super Quatuor Libros Sententiarum* laudatissimè scripsit, sumpto Principio: *In monte salvum te fac*; quadruplici membro multùm ordinatè procedit. Lectura hæc Parisiis edidit an. MCCCXLIV. ubi & post complurium voluminum editionem humatus est.

CAP. XII. *Petrus de Casa, Prior Gen. deindè Episc. ac Patriarcha Ierosolym.*

3019. PETRUS DE CASA Lemovicensis ex quarto decimo Priore Generali Vasionensis Episcopus ac Patriarcha Hierosolymitanus, Doctor insignis ac perdevotus, *plura conscripsit* è quibus *Lecturam super libros politicorū* peregregium solùm videre merui. Hic postea quam duodecim annis Ordinem laudatissimè rexerat, à Domino Clemente Papa Sexto in Confessorem eligitur, & ad Episcopatum Vasionensem, & Patriarchatum Hierosolymitanum assumitur, quam plurimis miraculis, ut fertur, clarens.

clarens miraculis.

ANNOT. Petri de Casa *mentio fuit aliquoties Tomo præcid. n. 571. & 1088. & recurret in sequent.*

CAP. XIII. *Guillelmus de Savinia-cai*

3020. GUILLELMUS DE SAVINIACO Doctor clarissimus, *super quatuor Libros Sententiarum* commendatissimè scripsit. Vidi ejus opusculum prænobile, in quo *materias primi Libri Sententiarum pulcherrimis divisionibus secundùm Distinctiones, & Capitula artificiosissimè compegit*: quod an. millesimo trecentesimo quadragesimo octavo (quo Parisiis Sententias legit) edidisse annotatur: An in reliquis libris similiter operatus est, incertum teneo.

scripta ejus:

CAP. XIV. *Petri Thomæ Patriarchæ Constantinop. scripta:*

3021. PETRUS THOMÆ Pactensis Episcopus, & Patriarcha Constantinopolitanus, Doctor percelebris, Prædicator incomparabilis, summique Regis signifer bellicosus, Librum *de Sancta Conceptione dignissimæ Dei Genitricis Mariæ* conscripsit: *Epistolam* etiam *lugubrem*, in qua conqueritur nostrorum ignaviam quòd Alexandriâ opulentissimâ Ægypti civitate, à Petro Hierusalem Cyprique Rege captâ ostium Hierosolymæ recuperandæ Christianitati apertū non attenderunt: quinimò, nemine persequente, turpiter retrocesserunt, multaque alia. Hic in arduis negotiis & penè impossibilibus, ad Deum & gloriosam ejus matrem recurrere solitus quidquid imploravit communiter, supra hominum spem, impetravit: quem præglorioſa Dei Mater ab initio in specialem Filium adoptavit; & pluries ei corporaliter apparens piissimè consolatum reliquit.

meritis B.V. Mariæ mira patrat:

3022. Tempore Clementis Sexti in Curia Romana Regens in Theologia sacram Scripturam subtilissimè disseruit, prædicando; ac disputando Doctor singulariter emicuit. Quapropter à tota Curia & Avenionensi populo supra modum amatus, & honoratus est. Ab Innocentio vero successore ejus in diversis Legationibus mittitur: quas cum summa Ecclesiæ utilitate prosecutus est, & Episcopus Pactensis ordinatur. Dum ad Joannem Imperatorem Constantinop. Legationem exercuit, testibus litteris Imperatoris, Græci & Latini sui imperij sanctâ ejus prædicatione & doctrinâ exemplarique vitâ reformati, emendati, ædificatique mirabiliter sunt in devotione & unitate Ecclesiæ Romanæ ac contra Turcos animati; unde in Cyprum navigans gravem infirmitatem incurrit, in qua pro suæ sanctitatis merito, Regina Jerusalem & Cypri ei propriis manibus quotidiè cibum paravit, & post plures dies, Deo favente & Regina ministrante, convaluit. Jerusalem quoque Papalis nuntius in summo vitæ discrimine abinde non desiit expetere, martyriumque sitiens, omnes Christianos Dominicæ nationis, quos habere potuit, in monte Sion coadunavit eisque circa horam tertiam coram Saracenis advenientibus gloriosè & autentice prædicavit. Et quamquam perfidis murmurantibus Christianos timor pro eis nimius invaserit: peregrinatione suâ perfectâ, Deo gratias agens, in medio illorum ibat.

Legatus ad Imperatorem Constantinopolit. & alios prin: ipes, Ecclesiæ Dei fructus uberrimos profert.

3023. Rediens verò, à Papa Innocentio auditis quæ per eum gloriosè facta sunt, ad partes Romaniæ & Cypri denuò mittitur, de consilio Cardinalium, jam non Nuntius Papalis singularis tantùm, sed Legatus Sedis Apostolicæ specialis & universalis: & in augmentationem sui status Ecclesiam Cotonensem accepit. Ex tunc maximè terribilis hostibus Christi miles Regi suo plurimùm valuit. Nunc prædicando, docendo, disputando, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis: hunc corporaliter etiam strenuè bellando: hunc infideles baptizando; schismaticos reducendo, & Ecclesiam Dei multiplicando; modò in Smirnis, modò in Constantinopoli, modò in Rodo, modò in Creta; modò in Turquia, modò cū multis galeis, modò cum paucis, & multùm Deo auxiliante, laboravit: quò tempore Legationis suæ durante, Turci communiter perdiderunt, & unum de majoribus Turcorum Principibus Dominum de Altologo, ad redditionē tributi coëgit, quod hunquam alicui Legato, seu Principi Christiano fecerat. Quanta mortis pericula per magna pro Ecclesia sustinuit, quanta bona in Ecclesia Dei fecit, quot animas perditas ad Cœlum revocavit? In Creta abominabilem quamdam hæresim, quæ potissimùm à nobilioribus illius Insulæ sustinebatur, penitùs extinxit: & cognatum Ducissæ Cretensium pertinacem combustioni ignis adjudicavit. Omnes pecunias quas de stipendiis suis ac proventibus, & quocumque habere poterat in custodia Smirnarum & guerra contra Turcos tunc & usque in vitæ suæ finem lætanter expositi. Hugone Jerusalem ac Cypri rege mortuo inclytus Princeps Petrus Filius ejus coronam Jerusalem & sacram unctionē regalē ab eo desideranter petiit, & in Ecclesia Cathedrali Famagustana solemniter accepit. Ut autem audivit Sathaliam munitissimam inimi-

Legatus Sedis, & universalis;

Fidei Christianæ propugnator, & propagator.

Digitized by Google

inimicorum Fidei civitatem per hunc Petrum captam, statim advenit: Ecclesias ibidem consecravit: Sacerdotes & Religiosos ad divinum officium celebrandum instituit: & Christianos pro parte Regis civitatem custodientes in Domino animavit, & confortavit, & multa privilegia spiritualia ibidem piè reliquit. Posteà Petro Regi associatus Romanam curiam usque venit: ubi Urbanum V. noviter creatum reperit: quem lætificavit de sancto proposito Petri Regis pro liberatione Hierosolymæ, eum informans: & Archiepiscopatum Cretensem in sui statûs augmentationem, Papa zelo charitatis astrictus, ei tunc donavit.

Patriarcha Constantin. & Legatus sancti passagij instituitur:

3024. Dumque postea Bononiæ; & in Venetiis, & compluribus aliis locis in causis Ecclesiæ & promotione sancti passagij fidelissimè, non sine multis mortis periculis, laborasset, Dominus Apostolicus, de consilio Cardinalium majorem dignitatem Ecclesiæ militantis, post Papatum, ei solemniter dedit, videlicet Patriarchatum Constantinopolitanum, insuper Ecclesiam Coronensem in commendam ad vitam suam, & Ecclesiam Nigroponti: & loco Cardinalis Petragoricensis, recenter defuncti, Apostolicæ Sedis Legatum eum pro sancto passagio ordinavit, & decem florenos quotidianos in suarum expensarum augmentationem piè donavit. Quàm sollicitè ex tunc perampliùs, sanctæ Crucis amator, Crucis negotium promoverit, Philippus de Mazzeriis Cancellarius Regni Cypri in libro de sanctis ejus actibus patenter enucleat: & Alexandrinæ civitatis captio subsecuta effectualiter docet. Post cujus derelictionem zelosò dolore tangitur: & tertiò, proh dolor! mense lucerna Orientalium Christianorum in Famagusta extinguitur anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto in die Epiphaniæ: statimque, velut etiam sæpiùs anteà, præfulgidis signis ac prodigiis splendescere non desiit. In Ecclesia Carmelitarum dictæ civitatis sacrum beatissimi viri corpus resurrectionis diem præstolatur: & contra morbum Epidimiæ pro speciali patrono apud Deum, nedum ibi, sed in diversis terrarum locis imploratur.

in vita, & post mortem miracula claruit:

Vita ejus duplex habetur hic suprà.

3025. ANNOT. De S. Petro Thoma *luculenter actum est hic suprà, parte IV. ad diem XXIX. Ianuarij, à num. 588. ad 790. inclusivè, & duplex tradita est vita, ac in utraque plenius enarrantur ea, quæ hic compendiosiùs: ibidem, num. 760. & sequent. exhibentur Bulla Apostolicæ de ejus Legationibus: etiam Tomo præcedenti, variis locis ejus præconia resonant; videlicèt num. 606. & 661. & 1097. & 1505. & 1671. ac seq. toto illo capite.*

(a) CAP. XV. *S. Andreas Corsinus,*

3026. (a) ANDREAS CORSINUS, ex Priore Florentini Cœnobij, Præsul Fesulanus, odore virtutifero longè latèq; fulgurante splendescens, *complura multis utilia scripsit.* Hic carne prænobilis, longè tamen in mente nobilior, Deiferæ Mariæ antè nativitatem à parentibus promissus, & in quinto decimo anno donatus est, Hieronymo Meliorato Priore Provinciali Tusciæ oblationem, Cæli Reginæ peracceptam, vice ejus [illegible]. Quantùm ex tunc in prædignissimæ [illegible] cissimæque susceptricis amorem exarserit, enarrare foret difficile. Consideravit attentiùs doctissimi & perdevoti Hugonis de sancto Victore verbum: *Omninò decens est*, inquientis, *eos qui speciali titulo Mariæ Virginis insignes sunt, singulari quoque devotione charissimos inveniri.* Et ut pulchræ dilectionis Mater vices se rependere manifestet amoris, impetratu suo præpotenti fit & adeò acceptus filio, ut complura ejus miracula tota statim Florentia miraretur. Nec hoc satis, contigit dum hic tam amorosæ matris alumnus in sacerdotem consecratus est, ut omnes Corsinij coadunati primæ missæ suæ celebrationi magnis apparatibus ingentique pompâ interesse vellent; sed ubi hoc audivit, habitâ priùs licentiâ à Provinciali, secessit septimo milliario ab urbe in Conventū silvarum: ubi devotissimè sacerdotij sui primitias offerenti Cœli Regina, Angelicis comitata spiritibus, præsentiam suam visibiliter obtulit, dicens: *Servus meus es tu; quia ego elegi te, & in te gloriabor.* Ex tuncque perampliùs condignum ejus famulum se nitebatur efficere. Post paucos annos ad studiorum parentem antiquam Parisios mittitur, ubi sacris repletur litteris. Indè post plures annos remeans, per Avinionem iter faciens, patruum, qui Cardinalis ibi eo tempore legationis officio fungebatur, visitaturus, ibi cœcus ab eo ante portam templi stipem petens, pro quadrante visum gratulanter ab eo accepit. In patriam veniens conventui suo Florentino præficitur, in qua administratione tantâ vitæ sanctimoniâ, cum multa etiam miraculorum gloria claruit, ut multis stupori fuerit.

Deipara Virgini promissus antequàm natus:

Sacerdotij primitias offerenti apparet illa:

Andreas crucis signo visum cœco confert:

3027. Posteà, divinâ revelatione coactus, Ecclesiæ Fesulanæ curam suscepit, quam (b) XII. annis sanctissimè rexit, bella intestina, seditiones, civium discordias diligenter extirpans, pacificum semen seminavit. Cum Bononiæ civilis discordia orta esset adeò vehemens ut nullâ virî auctoritate sedari valeret, Urbanus quintus Pontifex Maximus cognitâ Fesulani hujus Episcopi probitate, eum Legatum Bononiam mittit, ut dissidentia pectora mitigaret, flecteretque feroces animos civium: ubi autem tanti Præsulis auctoritatem, & verborum suavitatem perceperunt, mox, depositis armis, reconciliantur: pauci verò, qui huic rei adversabantur, atroci morbo, percussi sunt: qui tandem meritis ejus liberati, depositâ omni ferocitate, pacati fiunt. Tantæ fuit in pauperes misericordiæ, ut omnes egenos, qui Fesulis essent, litteris sæpè demandaret, quibus clam alimoniam præbuit. Qualibet etiam feriâ quintâ in memoriam Dominicæ humilitatis pauperum pedes lavit. Cathedralem Ecclesiam Fesularum ruinam undique minantem restauravit. Post complures fructus Christi illatos horreo, in nocte nativitatis Domini patrona sua piissima ei lætum attulit nuntium, quòd tertiodecimo die ex tunc jugiter

(b) *Dei revelatione Episcopalem curam suscipit:*

Bononiam Legatus mittitur:

dissidentes reconciliat:

nocte Natalis Domini B.V. Mariæ diem obitûs nuntiat,

Digitized by Google

gauderet suâ præsentiâ, merceſque ejus pro compluribus impensis servitiis foret fructus præglorioſi sui ventris. Quâ quidem revelatione tanto gaudio, atque lætitiâ repletus est, ut qui priùs ob victûs austeritatem macilentus erat, seraphico penè colore perfusus sit. Non secùs ut præglorioſa Virgo prædixerat, morbo correptus divinus Antistes, eo die ex hac vita decessit anno ab Incarnatione Domini milleſimo trecenteſimo septuageſimo tertio, suæ verò nativitatis septuageſimo primo, in cujus transitu multa divinitùs prodigia facta, illum ad superos evolasse testantur. Hujus corpus Florentiam translatum magnâ miraculorum illustratur gloriâ.

sextam Ianuarij an. 1373.

3028 ANNOT. (a) S. Andreæ *Vita ex Ioanne Baptiſta Cardinali Deto, Episcopo Portuenſi, & Comite Antonio Montecatino. Ex non Franciſco Venturio Episcopo S. Severi, tradita est hic suprà, ad diem IV. Februarij, quo colitur: ejusdem vita epitome etiam inserta est Tomo præcedenti, num 606. & 1096. & 1510. & 1636.*

Episcopus fuit annis 24.

(b) XII annis rexit: *ita quoque vita ejus apud Surium, & Bollandum: in alia legitur, annis XIII. Sed ex litteris Clementis Papæ VI. in Regeſto Vaticano, pro comperto est, ipsum assumptum anno octavo ipsius Clementis, qui erat Christi 1349 atque ita obiit anno Episcopatûs XXIV. Plura circà ista dicta sunt hic suprà, num. 823.*

CAP. XVI. *Philippus Riboti,*

3029. (a) PHILIP. RIBOTI Prior Provincialis Cathaloniæ, Doctor suæ ætatis peracutus: (b) egregium opus edidit *de Fundatione sacri Ordinis de Carmelo per sacros Prophetas in Terra Sancta, & ejus multiplicatione in partibus Europæ*: quod in decem Libros, & quemlibet Librum in octo Capitula sufficienter distinxit, Librum *de peculiaribus gestis Religiosorum Carmelitarum* totum opus prætitulans: aliaque multa edidit.

egregium opus edidit.

3030. ANNOT. (a) Philippus Riboti: *sic seipsum cognominat, in principio, & sub finem operis sui (de quo statim)* Ego Fr. Philippus Riboti: *Hiſpanicè* Ribot: *de quo plura Tomo præcedenti, num. 13. & sequent. nec non 632.*

(b) Egregium opus . . . *De peculiaribus gestis &c. Illud totum ex vetustis exemplaribus MSS. inter se, & cum Veneto excuso anno 1507. collatis, desumptum, recusum est in Tomo præcedenti: estque operis hujus Pars I. vidè Tomo præcedenti, à num. 14. (ubi incipit) usque ad num. 498. (ubi desinit.)*

CAP. XVII. *Ioannes Balistarij qua scripserit.*

3031. JOANNES BALISTARII Cathalanus Prior Generalis XVI. Doctor ingenti gloriâ inter Doctores habitus: Librum *de novissimis temporibus ad Pontificem Maximum* conscripsit, *in quo magnum Eliam Carmeliticæ Religionis Patriarcham in duodecim privilegiis magnificè commendat*: aliaque multa edidit. Posteaquam Carmeli Cœtum sedecim annis insigniter aurigarat, in Conventu suo Majoricarum vigeſimo quarto Septembris devotè obiit anno Domini septuageſimo quarto post milleſimum trecenteſimum.

CAP. XVIII. *Arnoldus de Biſſalis, qua scripserit:*

3032. ARNOLDUS DE BISSALIS Episcopus Galtelienſis vir doctrinâ & actione præcipuus. *Opus Sermonum Dominicalium* edidit, multis perutile, sumpto themate: *In medio Carmeli pascetur Basan.*

CAP. XIX. *Simon de Spira, qua scripserit,*

3033. SIMON DE SPIRA Doctor eximius, *super quatuor libros sententiarum* egregiè scripsit, *Tractatumque de Iudæis*, & alia multa edidit.

CAP. XX.

3034. OSBERTUS ANGLICUS Doctor præ-

Osbertus Anglicus: ejus scripta

nobilis & disputator acutus *super quatuor Libros sententiarum, & Determinationes alias Theologicas* subtiliter conscripsit.

CAP. XXI.

3035. (a) JOANNES DE HILDESHEIM Weſtphalus & sapientiâ & eloquentiâ latè rutilans, non mediocrem in litterarum cultu laudem assecutus est. Conscripsit etenim Librum *de Fonte Vitæ*: alium *de Anti Christo*: Librum etiam *de tribus Regibus*, qui primitiæ gentium Domino Jeſu pro se & posteris fecêre homagium: alium *contra Iudæos* probans quòd non indigent sanguine Christiano: alium *contra quemdam turpia pingentem*: alium *de modernis monstruoſis abuſionibus* metricum: *Librum etiam epistolarum octoginta*, quæ & verbis ornatæ, & sententiis uberes sunt (b) *Dialogum* quoque *inter detractorem & directorem de Ordine Carmelitarum*: in cujus quarto Capitulo Prophetiæ beatæ Hildegardis, Deo dilectæ Virginis meminit, quæ de Carmelitis propheticè sequentibus prædixit verbis: *Venient equi varij coloris: egreſſio eorum ab Oriente in Occidentem: ſed mutato vellere paulatim incedent: & progreſſio eorum ab Occidente in Orientem: hi primi & noviſſimi.* Epitaphium beati Petri Thomasij Constantinopolitani Patriarchæ exametris compegit metris: cui in Avinione, tempore Clementis Papæ sexti, ut Eliseus olim Eliæ, ministravit (ut in quinto Capitulo præscripti sui Dialogi sequentibus testatur verbis.)

(a) *Ioannes de Hildesheim, qua scripserit:*

(b)

3036. (c) *Tempore* inquit *felicis recordationis Domini Clementis Papæ Sexti fui studens in Avinione, servivique pro tunc recolendæ memoriæ Magiſtro Petro Thomæ ibidem tunc ſcholas regenti, magnæ ſcientiæ viro, magnæ famæ & magnæ opinionis quoad Sanctitatem vitæ. Cumque more ſolito coram ipſo dormirem* (d) *in ſacra nocte Pentecoſtes; vocibus dulcibus, & miris motibus expergefactus repentè, ſurrexi: de quo & ipſe conmiliter evigilavit. Petij tunc ab eo, quod viſum habuiſſet: ipſe verò noluit indicare mihi: multiplicavi preces flexis genibus: & tandem vix obtinui: præmiſſo tamen juramento quòd non revelarem, quam diu foret ipſe ſuperſtes: & tunc dixit: in triſtitia mentis & ferventibus deſideriis obdormivi, deſiderans à Beata Virgine Religionis meæ Patrocinium & conſervationem; ipſa mihi reſpondit: Petre non timeas, quia durabit in finem Carmeli Religio noſtra; nam & pro ea ſupplicavit etiam filio meo primus Ordinis Patronus* (e) *Elias in Transfiguratione, & impetravit. Retulit iſta mihi lacrymantibus oculis ipſius præ gaudio, ex quo ſimiliter ad fletum provocabar. Nec putet quis iſta tantum finxiſſe virum, quem nullus qui eum, ut ego, noviſſet, de eo jocoſum mendacium ſuſpicari poſſet.* Hæc ibi. His concordat verbum Origenis super Libro Numerorum inquientis, quòd *Moyſes in hac apparitione oravit pro populo ſuo, petens, ut cùm plenitudo gentium introiſſet, omnis Iſrael ſalvus fieret.* Æstimandum igitur non est, Moyse pro populo suo, qui sibi adeo rebellis semper extiterat in deserto, sollicito, Eliam Carmeli cœtum, singulariter suum (cui legislator peculiaris, & præceptor fuerat, non segniter auditus,) neglexisse.

(c)

Discipulus S. Petri Thomæ,

(d)

& teſtu revelationis ipſi facta, de Ord. Carmelit.

conſervando meritis S. P. Eliæ.

(e)

ANNOT.

Digitized by Google

3037. ANNOT. (a) Joannes de Hildesheim . . . (b) Conscripsit . . . Dialogum . . . de Ordine Carmelitarum: *de ipso Ioanne, & de isto Dialogo (ab aliis nuncupato* Defensorium*) videatur Tomo precedenti, nu. 642. & 643. ubi iste* Dialogus, *seu* Defensorium *sequitur.*

(c) Tempore Clementis Papæ VI . . . Petro Thomæ scholas regenti: *videatur hic suprà num. 634. & 635. nec non 719. ac 723. ubi refertur, quòd* in funere ipsius Clementis VI. habuerit conciones XII.

(d) Qui sacrâ nocte Pentecostes: *historiam illam tradunt successivè Ordinis Historici, & exteri non pauci, à tempore S. Petri Thomæ, usquè in præsens: videantur hic suprà num 699. & seq. nec non 610. 611. & 715.*

S. *Elias in Transfiguratione oravit pro Ordine suo.*

(e) Elias in Transfiguratione: *De S. Elia tunc pro sui Ordinis conservatione orante, tractatio etiam fuit hic suprà, num 699. & 701. Obiter hinc confirmatur Patriarchatus S. Eliæ, in Carmeli Ordine, ab ipso inchoato, prout latiùs hic suprà ad XX. Julij, num. 2000. & seq.*

CAP. XXII. *Ioannis Golem scripta:*

3038. JOANNES GOLEM Rotomagensis, Doctor Parisiensis, præfamatus, *super quatuor Libros Sententiarum* subtilissimè scripsit, multaque alia.

CAP. XXIII. *Ioannes Horneby.*

3039. (a) JOANNES HORNEBY Anglicanus Doctor copiosâ litterarum confluentiâ fulgens Religionis suæ detractoribus se murum opposuit. Institutionem, Intitulationem, & Confirmationem ejus in dubium revocantes publicè in Universitate Cantabrigiæ confutavit, ac ab ejus Cancellario Joanne de Donewico (b) Decretum obtinuit in quo *Ordinem Mariæ de Carmelo jure communi & speciali confirmatum & titulo Dei Genitricis fore specialiter insignitum, & Fratres ejusdem Ordinis, & Eliæ & Elisei Sanctorum Prophetarum fore imitatores & successores, decidit & decidendo declaravit, prohibuitque sub pœnis gravibus suis & dictæ Vniversitatis subditis ne contra has Decisiones & Declarationes definire temere præsumerent.* Data est hæc Decisio anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, vigesima tertia Februarij, dicto Magistro Joanne Hornebij multa Apostolica Privilegia, Regulam Ordinis ab eadem Sede approbatam ac alia munimenta, & complures antiquas & autenticas scripturas, quæ id clarè testabantur coram Cancellario & deputatis exhibente, multas rationes & allegationes ad idem producente: qui etiam totum Actum suum de hac materia in scriptis redegit: & complura alia scripsit.

propugnator antiquitatis Carmelitani Ord.

3040. ANNOT. (a) Joannes Horneby . . . (b) Decretum obtinuit: *Decretum istud notabile à Cantabrigiensi Vniversitate (in quo etiam præfati Hornebij meatio est) ex Registro dictæ Vniversitatis desumptum, & impressum Venetiis anno Christi 1507. in Speculo antiquo Ordinis, recusum est in Tomo precedenti num. 516. & seq. & aliud immediatè pòst, num. 519. & sequent.*

CAP. XXIV. *Franciscus Martini sui temporis ornamentum,*

3041. FRANCISCUS MARTINI, Cathalanus, Theologorum ornamentum, singulariqueque sui temporis lucerna, in honorem sacri sui Ordinis Patronæ prædignissimæ *Compendium notabile septem Tractatibus distinctum*, (a) *de sancta & immaculata ejus Conceptione edidit*, in cujus procemio efficacissimis tribus rationibus probat Fratres Carmelitici Ordinis præ cæteris Christicolis singulariter teneri ad amorem Virginis gloriosæ, atque defensionem ejusdem ab originali macula. Quàm subtiliter, quamque profundè ac clarissime totam materiam de peccato originali, conceptu Virginali, cæterisque concomitantibus in hoc Libro resolvit, cuivis intuenti citissimè patescet: In quibus resolutionibus, si non subtilis judicetur, nescio quæ subtilitas vocetur. Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo in conventu Barchinone se hunc librum conscripsisse annotat. Plura etiam solemnia opera tantum virum edidisse non hæsito, sed ad mei, in orbis angulo constituti, notitiam pauca pervenerunt.

opus ejus de immacul. concept. Deiparæ, subtile.

3042. ANNOT. (a) De sancta, & immaculata ejus (*Deipara*) Conceptione. *Trithemius, libro de* Scriptoribus Ecclesiasticis, *illud nuncupat* præclarum volumen . . . aureum opus. *In Tractatu ejus quinto,* Immaculatam Deiparæ Virginis Conceptionem probat rationibus centum: *quæ inserta sunt libro* R. P. *Franciscj Bonæ Spei, cui titulus est*: Magni Prophetæ Eliæ, sacri Ordinis Carmelitarum Fundatoris Visio, de Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione. *Videatur disputatione 3. dubio 7 paginâ 341. impress. Antverpiæ anno 1665. ubi iste est titulus*: Aliæ rationes centum, ex Tractatu 5. libri, de Immaculata Conceptione à R. P. Francisco Martini.

præclarum aureum opus.

CAP. XXV. *Ioannis Fustgni scripta.*

3043. JOANNES FUSTGNI de Crucenaco Prior Argentinensis Divini verbi Præco fervidus præter oris sui fructum multiplicem *Sermones de Dominicis per annum, & de Feriis Quadragesimæ* utilissimè conscripsit.

CAP. XXVI. *Francisci de Bacone doctrina.*

3044. FRANCISCUS DE BACONE de Conventu Gerunde, Doctor multimodâ scientiâ locuples *super quatuor Libros sententiarum* egregiè scripsit, & alia complura.

C. XXVII. *Ioannis Noblet eruditio, & scripta.*

3045. JOANNES NOBLET de Conventu Parisiensi Doctor in summa omnium ferè litterarum eruditione mirabilis, *super Ioannem Evangelistam & complures alios Bibliæ Libros Lecturas edidit perutiles*, sumpto semper themate: *Nobilis in portis vir ejus*: Tractatum etiam, qui dicitur *Centilogium Noblet*, composuit. Hic Doctor in medicinis extitisse famatur, antequam Parisius Mariæ clamydem induit.

C. XXVIII. *Ioan. Gluel,*

3046. JOANNES GLUEL divini seminis seminator assiduus *Sermones Dominicales per annum ac per Ferias Quadragesimæ* utiliter conscripsit.

CAP. XXIX. *Robertus de Monstreolo,*

3047. ROBERTUS DE MONSTREOLO Doctor magnificè venerandus *Determinationes Theologicas & Sermones notabiles* quam optimè conscripsit.

CAP. XXX. *Ioan. Brammaert,*

3048. JOANNES BRAMMAERT ALEMANNUS Doctor compluribus illustrior *super Libros sententiarum*, & alia complura subtiliter conscripsit.

CAP. XXXI. *Philippus de Ferraria Episcop.*

3049. PHILIPPUS DE FERRARIA Pactensis Episcopus, Doctor famâ celebris, ac præclarus *multos notabiles Sermones* composuit, quos in Regno Siciliæ coram Rege & Proceribus ejus, & alibi prædicavit.

ANNOT. *Fuit deinde Episcopus Agrigentinus: alia de eo dicentur infrà, ubi de Episcopis.*

CAP. XXXII *Ioan. Ticesphale,*

3050. JOANNES TICESPHALE Anglicus de Conventu Norwicensi Doctor jure ac merito venerabilis, *super Libros Sententiarum* notabiliter scripsit: composuit etiam *Postillam egregiam*

Digitized by Google

egregium super Apocalypsim. Obiit in Curia Romana.

c. XXXIII. *Iuchaus Ducam,*

3051. JUCHAUS DUCAM Doctor Oxoniensis, omni scientiarum genere præstans, *super quatuor Libros Sententiarum* notabiliter scripsit: *Determinationes etiam bonas contra Wiclefuistas*, qui suo tempore in Oxoniis regnarunt; composuit etiam *notabilem tabulam originalium*, illâ quæ communiter in usu est multò majorem.

c. XXXIV. *Michael Ayguanus, lumen Ecclesiæ,*

3052. MICHAËL DE AYGUANIS Bononiensis, Doctor Parisianus, natalis soli gloria, & magnum Ecclesiæ lumen, varia & grata scripsit Volumina, inter quæ *opus super Psalterium magnum & egregium* à plerisque commendatur ampliùs: *Super Matthæum Euangelistam*; & *super quatuor Libros Sententiarum* notabiliter scripsit: *textum Sententiarum, Decretum à Gratiano Bononiensi Monacho utilissimè compilatum, Moralia Gregorij, & Valerium Maximum, quatuor solemnissima opera insigniter tabulavit. Sermones per Quadragesimam cum utili passione*, & Tractatum peroptimum *de Sancta Conceptione immaculatæ Dei Genitricis* ad Cardinalem S. Mariæ trans Tiberim edidit, immaculatam ipsius conceptionem plurimis argumentis fortissimè demonstrando: Libros Ethicorum Aristotelis ac plures ejusdem alios lucidè commentavit: aliaque plura tam de Theologia, quam de Philosophia conscripsit: Incœpit etiam *Solemnissimum Dictionarium*, de quo sunt tria Volumina, quod tamen solum ab A usque ad C. inclusivè complevit: & opus, heu! tam prænobile, reliquit imperfectum vocatus à Magistrorum summo, quem in cœlis adivit anno millesimo quadringentesimo, die decimo sexto Novembris, Bononiæ ante magnum altare sui Conventûs corpus ejus honorificè tumulatum est. Hic tempore magni schismatis, ab Urbano Papa Sexto Vicarius Generalis Ordinis instituitur, Magistro Bernardo Olerio, qui competitori suo adhæsit, ab eo absoluto, demumque unanimiter ab Ordine in Capitulo Generali Veronensi in Priorem Generalem eligitur anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo primo, quem quinque annis in obedientia dicti Pontificis Maximi laudabilissimè rexit, multa interim & posteà pro veritate sustinens.

Scripta ejus,

3053. ANNOT. (a) Michaël de Ayguanis: *nonnulli scribunt*, Angrianus: *cognominatur quoque passim* Bononiensis, *seu* à Bononia: *à multis singulariter commendatus. Wernerus*, in Fasciculo temporum, *circà annum Christi* 1414. *de eo scribit*: Michaël de Ayguanis, Carmelita, totius Christianitatis lumináre, pòst editionem multorum voluminum, terras liquit. *De scriptis ejus in sacram Scripturam agit Sixtus Senensis, libro* 4. Bibliothecæ sanctæ, *ubi sic etiam ejus doctrinam commendat.* Michaël Angrianus, Bononiensis, Carmelitarum Generalis Antistes, Theologus, Philosophus, & Canonista summus, qui Ordinem suum sub Urbano Papa VI. novem annis justè, sanctèque rexit. Scripsit, scholastico more, in totum Psalterium.

(b) Opus super Psalterium . . . commendatur amplius. *Istud & præclarum opus, sæpè variis locis excusum, primùm sub nomine* Incogniti, *deindè ex antheni eis vetustis manuscriptis exemplaribus, & certissimis attestationibus restitutum suo Auctori, sub proprio nomine* R. P. Michaëlis Ayguani Bononiensis. *Habemus præmanibus aliud ejus insigne opus, typis editum Mediolani, anno Christi* 1510. *cujus iste est titulus*: Præclarissimi Theologi Michaëlis de Bononia Carmelitæ Quæstiones disputatæ in quattuor libros Sententiarum: *& hic finis*: Quæstiones subtilissimæ, & facillimè disputatæ, per suavissimum Theologum, Magistrum Michaëlem de Bononia, Ordinis Carmelitani, in quatuor libros Sententiarum explicitæ. MEDIOLANI, IN OFFICINA LEONARDI VEGII, ANNO MDX. DIE XVI. APRILIS.

opus super Psalterium præcipuè commendatur:

c. XXXV. *Thomas Waldensis Ecclesiæ propugnator fidelissimus.*

3054. THOMAS DE WALDEN Prior Provincialis Angliæ, Doctor prælucidus, orthodoxæque fidei propugnator fidelissimus in Wiclefistas hæreticos, qui virus suum in multis regnis, præcipuè in Anglia & Bohemia heu! nimis seminaverant, tamquam novus Elias in Pseudoprophetas exardescens DOCTRINALE ANTIQUITATUM ECCLESIÆ CHRISTI, opus egregium, & à Papa Martino, sub Bulla plumbea approbatum, conscripsit, quod cogitatione magis, quàm verbis æquari potest. Hujus operis sunt tria magna Volumina, Primum dicto Pontifici Maximo attitulavit, secundum Illustrissimo Principi Henrico Regi Anglorum quinto, qui eum pro confessore habens, semper quasi Patrem veneratus est. Pro horum Voluminum adeptione devotus ac perdoctus iste inquisitor Fidei Nicolaus Jaqueri, Prædicatorum Ordinis, sacros calices asseruit esse vendendos. *Super multos etiam Sacræ Scripturæ Libros* egregiè scripsit, multosque alios Theologales & Philosophales libros edidit. Tandem non minùs sanctitate, quam litteraturâ plenus Rothomagi obiit anno Domini millesimo quadringentesimo ttigesimo tertia die Novembris. De hoc eximio Doctore Magister Joannes de Arraguzis, Ordinis Prædicatorum, libro contra communionem laicorum sub utraque specie ita loquitur: *Magister Thomas Anglicus doctrinam Wiclef plenissimè legit, optimè intellexit, & fortissimè atque acerrimè, ut verus Ecclesiæ Catholicæ filius Doctor Catholicus, impugnavit.*

ejus præclarum opus: DOCTRINALE Ecclesiæ:

3055. ANNOT. Thomas de Walden: *passim* Waldensis *nuncupatur*: orthodoxæ fidei propugnator fidelissimus: *ita quoque censent Stanislaus Hosius Cardinalis, Ioannes Cochlæus, & alij plurimi. Satis erit, hic audivisse Antonium Possevinum, in Apparatu sacro, paucis multa complectentem*: Thomas Waldensis . . . sui temporis hæresum expugnator, ac deinceps exortarum eversor fuit: à Martino V. Pontifice Maximo commendatus, cui opus suum dedicaverat, à nostri ævi Scriptoribus, præsertim à Joanne Cochlæo, atque Stanislao Hosio Cardinali magnoperè celebratus: qui mortuus est, non sine opinione sanctitatis, ac Rothomagi in Normannia sepultus anno 1430. tertio Nonas Novembris. Scripsit opus insigne, quod inscripsit: Doctrinale antiquitatum fidei, & Ecclesiæ catholicæ, distinctum tribus Tomis. *Illud ipsum est opus, Romæ à Cardinalibus examinatum, à Papa Martino, sub Bulla plumbea approbatum: de quo præfatus Iaqueri, Ordinis Prædicatorum*, pro ejus adeptione, sacros calices esse vendendos: *nec immeritò, cùm sit velut armamentarium, continens arma (orthodoxæ fidei rationes, & argumenta) quibus sui temporis hæreses, & deinceps exortæ, evertantur. Hinc plurimum est desiderium,*

hæresum eversor,

in opinione sanctitatis.

Digitized by Google

desiderium, opera illa dudum variis locis edita (verumtamen nusquam ulteriùs reperibilia venalia) cum Scholiis recudantur: id qui efficeret, operam Ecclesiæ utilissimam navaret. De ejus Legationibus, & sanctitatis fama quædam dicentur in sequentibus.

c. XXXVI. *Nicolaus de Riczo,*

3056. NICOLAUS DE RICZO Siculus de Conventu Cathanæ, Doctor multiplici divini muneris talento dives, *duo opera quadragesimalia notabilia* edidit, quæ Bononiæ prædicavit eo tempore quo ibi legit: composuit itidem alios sermones de tempore & sanctis per totum ferè annum.

c. XXXVII. *Ioan. Bernegam,*

3057. JOANNES BERNEGAM Anglicus Theologicæ scientiæ Magister opinatissimus, & verbis & scriptis quàm multis frugifer *super quatuor Libros Sententiarum* ac nonnulla alia subtiliter conscripsit. Floruit Eugenio Urbem & Orbem Pontificante.

c. XXXVIII. *Iacobus de Regio.*

3058. JACOBUS DE REGIO Italus, Doctor amplissimam famæ gloriam meritis possidens, litteris nedũ Latinis, sed & Græcis & Hæbraicis abunde fulsisse fertur. Hic, præter cætera multa, *Quadragesimale notabile* edidit: matricè etiam multa scripsit. Floruit sub Pio secundo.

c. XXXIX. (a) (b) *Ioannis Soreth doctrina, & scripta:*

3059. (a) JOANNES SORETH Normannus, (b) Prior Generalis XXV. sui Ordinis Reformator, Doctor acutissimus, totoque Orbe celebratus, sanctæ vitæ, & singulariter Christo fructificus *Commentum duplex* edidit, Majus videlicet & Minus super Regulam suo Ordini ab Alberto Jerusalemo traditam, & à Sede Apostolica multipliciter approbatam: multaque alia conscripsit: *epistolas etiam* scripsit *ornatas* simul & officiosas ad Franciscam mulierem illustrissimam, quæ pridem inclyti Principis Petri Ducis Britanniæ splendidissima conjux, nunc sub Ordine Divæ Mariæ de Carmelo devotissima Christo sanctimonialis & pretiosum Ecclesiæ monile est ad plurèsque alias personas & verbis ornatas & graves sententiis. Hic Doctor prænobilis multorum saluti natus, vitâ, moribus, ac doctrinâ tantus emicuit, ut cœlos laude, terras stupore repleverit. Adolescens in primæ ætatis flore Religionem Mariæ in Conventu Cadomensi professus est, ex tuncque virtutibus & litteris se totum consecravit, adeò ut Parisiensis Universitas illustrium virorum fœcundissima mater, omnisque docta bonorum Congregatio singulari eum semper prosecuta sit, & admiratione, & honore. Provinciam Franciæ, cui Provincialis Prioris loco undecim annis dignissimè præfuit, pedes, in pera & baculo, cum solo socio visitavit, Apostolicum in hoc se virum repræsentans. Demùm ad maximum & primum Ordinis Prioratum meritissimè sublimatur in Capitulo Avinionensi anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo: cui Magister Rolandus Cozyck Brito, Doctor Ordinis Prædicatorum, posteà Franciæ Prior Provincialis, tale tunc coram quamplurimis dedit testimonium: *Carmelita*, inquiens *elegerunt pro Priore Generali unum valentissimum sacerdotum Ecclesiæ Dei.* Quò autem altiùs erigitur, eò diffusiùs piæ conversationis odorem spargit, semper vigilans, nunquam cessans, ubique fructificans, & sterilitatis semper impatiens Conventus complures diversarum Provinciarum non sine maximis laboribus & periculis ad obedientiam Ordinis reparavit, nil tamen faciendum præcipiens, quod non priùs faceret Regulæ observantissimus ipse. Et ut jugiter inducta devotio profiteret, à Pontificibus Maximis Calisto tertio, Pio secundo, & Paulo secundo, quod pro Reformationis manutentione magnâ discretione statuerat, roborari impetravit. Nedum commissis sibi Fratribus, sed & omni statui, & sexui sanctus hic Pater salutis fuit adjutorium, qui tam potens *in* opere & sermone floruit, ut, me præsente, sæpiùs omnes suos auditores, etsi eorum aliqui lapide fuêre duriores, ad fletum & lacrymas incitarit, fundavit etiam quinque Conventus Sanctimonialium, Dei Filio sub suæ matris titulo devotè famulantium. Tandem plenus virtutibus & diebus, vigesimâ quintâ Julij anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo obiit Andegavis, postquam Carmelum totum viginti rexerat annis, ubi & complurimis miraculis nunc clarêre dicitur.

Ordinis instaurator.

quam potens in verbo & opere.

ANNOT. (a) *Ioannes Soreth: Vita ejus ex Novali Scriptorum Ioannis Gilleimani, tradita est hic suprà, ad diem XXVI. Julij, num. 2087. in qua, ac in Notis prævijs, & subsequentibus, copiosiùs explanatum est, quæ Bostius nos brevi epitome complexus est.*

(b) Prior Gen. XXV. *Circa hoc videatur hic suprà n. 2084. in fine pag. 599. col. 2. initio.*

CAP. XL. *Ioan. Scandbery Episcop.*

3060. JOANNES SCANDBERY, Episcopus Erfordiensis in Anglia, Doctor multis famâ cognitus, plura fertur conscripsisse. Floruit adhuc Papæ Sixti tempore, qui hodie Orbi & Urbi præsidet.

CAP. XLI. *Goswinus Hex,*

3061. GOSWINUS HEX, Brabantinus, Præsul Jeropolitanus, Doctor insignis, & Prædicator adeò singularis, ut nullus cujuscumque statûs, aut Ordinis in tota Theutonica lingua ei valeret æquiparari. Præter fructum abundantissimum, quem in partibus Flandriæ, & Brabantiæ, Holandiæ & Zelandiæ, in quibus velut Apostolorum unus habitus est, vivâ voce exercuit, complures etiam libros optimè scripsit: *De decem præceptis unum: Alium turbatæ conscientiæ Directorium*, aliosque plures edidit: *Sermones de Dominicis & Festis*, qui si congregati in Volumina ordinata forent, meritissimè superaurei prætitulari possent. Hic ex Conventu Vlissingensi à Domino David de Burgundia Trajectensi Episcopo in Suffraganeum è vocatus, Religioni Mariæ Conventum in Civitate sua primò petiit & impetravit: ubi aliquanto tempore cum Fratribus vixit Episcopus, velut unus ex eis, virtutibus suis multis sanctitatis exemplar se exhibens. Obiit, heu! ultimâ Martij (a) præsentis anni septuagesimi quinti post mille quadringentos.

verbo & scripto prædicavit,

Episcopus vixit cum suis Fratribus.

ANNOT. (a) Præsentis anni MCCCCLXXV. *Ita igitur anno scriptus est hic liber.*

Provinciatûs Franciæ,

dein Generalis,

WALTE-

CAP. XLII. *Walterus Hont Doctor insignis,*

3062. WALTERUS HONT Anglicus authorizabilis reverentiæ Doctor, nostrique sæculi decus unicum, *super quatuor Libros Sententiarum*: *Librum de paupertate Christi*, & complura alia Volumina commendatissima scripsit. *Sermones etiam subtiles* composuit, quos diverso tempore coram Domino Rege Angliæ & diversis ejus Proceribus prædicavit. Vivit usque hodie senex, & plenus dierum, virtutum tamen opinione dictrinæque sermone adhuc præpotens, & legens ordinariè in Oxoniis.

ANNOT. In autographo libri hujus hic finis est impositus anno 1475. Duo sequentes post annos aliquot adjecti fuerunt.

APPENDIX.

Ioan. Beetz Doctor, & Professor eximius Lovanij,

3063. IOANNES BEETZ, Brabantinus, de Thenis, magnæ eloquentiæ in sermonibus & aliis suis actibus, Doctor in sacra Theologia in Universitate Lovaniensi clarus extitit. Scripsit *super Decem præcepta opus egregium & permagnificum*, cujus exemplar est Mechliniæ in Libraria Fratrum Carmelitarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto ipso die S. Alexij Confessoris in alma Universitate Lovaniensi à convalle hujus miseriæ ad cælestem jucunditatem transvolavit. In Thenis sedivivum in Novissimo est corpusculum ejus.

scripsit ingne opus in 10. præcepta.

3064. ANNOT. *Thenis in choro sui Conventus, sub insigni lapide sepulchrali, adhuc existente, sepultus est, cum hac inscriptione*: Hic jacet inhumatus R. P. Magister Joannes de Beetz sacræ paginæ Professor eximius, Regens, ac ordinarius Legens in Theologica Facultate almæ Universitatis studij Lovaniensis, qui obiit anno Domini 1476. 17. die mensis Julij, cujus anima requiescat in pace.

Ioannes de Arundine, Episcopus,

3065. JOANNES DE ARUNDINE Conventûs Brugensis in Flandria & ibidem nativus, in Theologia Magister, Prædicator egregius, Iste scripsit *super Epistolam Pauli ad Romanos* opus laude dignum, & legit Mechliniæ, ubi & Prior extitit. Etiam primus fuit Prior Conventûs novi in Trajecto inferiori, ubi fungitur officio Suffraganatûs sub Domino Davide de Burgundia ab anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, & dicitur Episcopus Usbitensis.

3066. ANNOT. Liber hic à Bostio scriptus anno Christi 1475. posteà ab eodem auctus fuisse videtur (de ducbus posteà additis, jam statim monuimus) nam à variis auctoribus ex Bostij libro de viris illustribus, scriptores, & viri illustres Ordinis hujus plures alij citantur, præter eos de quibus hactenùs. Auctarium autem istud non vidimus, nisi dumtaxat duorum præfatorum, in ipso autographo adjectorum.

EX LIBRIS.

IOANNIS TRITHEMII ABBATIS

De Scriptoribus Ecclesiasticis, & viris illustribus Ordinis Fratrum B. Virginis MARIÆ de monte Carmeli.

COLLECTANEUM

LIBER (Partis V. Speculi Carmelitani II.us)

NOTATIO PRÆVIA.

(a) Impress. Paris. an. MDXII. fol. CCX. pag. 2.

3067. JOANNES DE TRITTENHEM, *seu* TRITHEMIUS, *sub finem libri sui* de Scriptoribus Ecclesiasticis (a) *hæc scribit*: Johannes Abbas monasterij S. Martini Episcopi, in Spanhem: Ordinis Divi Patris Benedicti, Moguntinæ diœcesis. *Ibi recensens libros à se editos*, Scripsi, *inquit*, præter hoc opus, etiam subjecta: Laudes Ordinis Carmelitarum, libros duos: *additur*: Precibus, & instantiâ: *& istud est initium Præfationis libri primi, inserti Tomo præcedenti.* (b) *Alter autem est* de Viris illustribus ejusdem Ordinis, *scriptus anno Domini* 1492. *Præterea in libro* de Scriptoribus Ecclesiasticis, *complures etiam Ordinis hujus Scriptores liberali manu inseruit. Ex duobus istis libris, sed potissimè ex primo, omnes illi hîc ordine Alphabetico digesti sunt. Quia autem plures sunt ijdem, de quibus libro præcedenti, & subindè quoad substantiam, de illis, quasi eadem; prolixitatis, haud necessaria, vitandæ causâ, verbis ipsius Trithemij referentur nomina istorum; & si quæ habeat particularia, tum annotatione (ad marginem) ex quo libro singula sunt desumpta. Ex priore libro hîc præponitur* Præfatio *Trithemij*: *& ex eodem in fine sequitur ejusdem* Epilogus, *seu* Apologia. *Etiam in libro* de Luminaribus Germaniæ *quosdam hujus Ordinis Scriptores & eorum lucubrationes, commemorat*: *istorum memoria fiet hic infra.*

(b) à num. 1190. usque ad 1227. inclus.

PRÆFATIO ABBATIS TRITHEMII.

3068. POsteaquàm, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, primum intenti nostri Opùsculum de laude Ordinis Fratrum Carmelitarum absolvimus, libet nunc secundum exordiri, in quo, favente Virgine Maria, de Viris illustribus, qui variis in eo temporibus claruerunt, sumus habituri sermonem. Causa verò ad eam provinciam subeundam duplex nos impulit: quarum altera Fratres respicit, altera detractores. Credimus enim ad ædificationem juniorum Fratrum non mediocriter proficere, si viros

Digitized by Google

si viros eruditione insignes, qui in Ordine præcesserunt, ad eorum notitiam curemus revocare. Per hoc namque doctissimi viri laboribus suis condignam immortalitatis memoriam apud posteritatem accipiunt, & minores ejusdem Ordinis Fratres ad amorem scripturarum provocantur.

3069. Secunda hujus catalogi causa est æmulatio detractorum, qui Ordinem Carmeliticum tamquam infructuosum despiciunt, dum paucos in eo Scriptores Ecclesiasticos & Doctores floruisse credunt. Nos autem dolentes tam Sancto, sacratissimoque Ordini ex ignorantia oblocutorum injuriam fieri, Doctorum qui in eo varia scripserunt, catalogum, quâ licuit brevitate ordinavimus; in quo Scriptores omnes, quotquot in notitiam nostram inciderunt, digessimus. Et quamquàm multi doctissimi viri hujus Ordinis ante transmigrationem, in Palæstina florentes multa conscripserint, tamen cùm nobis eorum Opuscula incognita sint, paucos consignavimus è pluribus. Omissis itaq; his, qui in Iudæa ab initio claruerunt, eorum dumtaxat mentionē facere instituimus, quos clarum eruditionis suæ splendorem dedisse in Europa scimus. Neq; tamen omnium eorum facere mentionem, qui floruerunt post transmigrationem, potuimus, eò quòd Opuscula eorum & tempora ignoramus. Relinquimus ejusdē Ordinis cultoribus eam Provinciam, ut ubi nos ex infirmitate defecimus, ipsi nostrum defectum studeant emendare. Iam nunc itaque propositi sumamus exordium.

S. Albertus de Trapano, In libro de viris illustr. Ord. Carm.

3070. ALBERTUS DE TRAPANO, Prior Siciliæ Provincialis, vir in divinis Scripturis studiosus atque Doctissimus; vita quoque & conversatione devotus, miraculisque adhuc vivus coruscans . . .

ANNOT. *De scriptis & anno obitûs vide hic suprà in Bostio num.* 3006. & 3007.

Arnoldus de Austria, in eodem libro, de vir. illustr. Ord. Carm.

3071. ARNOLDUS DE AUSTRIA, natione Teutonicus, Conventûs Viennensis & gymnasij ejusdem Urbis Doctor, in divinis Scripturis valdè eruditus, & in sæculari Philosophia notabiliter doctus, ingenio subtilis & disputator quæstionum scholasticalium egregius, scripsit nonnulla præclara scripsisse opuscula, quibus memoriam sui posteris commendavit, è quibus extat *volumen insigne super Sententias lib. IV. Sermones quoque & varia quæstiones.* Claruit in præfato Gymnasio Viennensi ubi & dictam lecturam suam libri Sententiarum publicè legit.

ANNOT. *De eodem, & scriptis agit etiam in libro de Luminaribus Germaniæ, de qua hic infra.*

Arnoldus de Bissalis, in eodem libro.

3072. ARNOLDUS DE BISSALIS, Episcopus Galtelensis vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & sæcularis philosophiæ non ignarus, ingenio profundus & clarus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus excellentis opinionis . . .

ANNOT. *De scriptis ejus vid. hic suprà n.* 3032.

Arnoldus Bostius,

3073. ARNOLDUS BOSTIUS, natione Teutonicus, Conventûs Gandavensis in Flandria, vir in Divinis scripturis studiosissimus & valdè eruditus, atque in sæcularibus litteris egregiè doctus, ingenio promptus & clarus eloquio, Theologus, Philosophus, & poëta insignis, metro exercitatus & prosâ, vita & conversatione devotus & regulari, disciplinæ amator & custos præcipuus, scripsit metro & prosa quædam præclara opuscula, quibus nomen suum multis innotuit, è quibus ista feruntur. *Volumen prosaicum versibus mixtim interpositis,* quod DE PATRONATU DEI GENITRICIS, CARMELITICI ORDINIS prænotavit *lib.* 1. *De illustribus viris Ordinis sui lib.* 1. *De illustribus viris Ordinis Carthusiensis lib.* 1. *De purissima conceptione Dei Genitricis & Virginis Mariæ contra Vincentium de Novo castro lib.* 1. *De quatuor novissimis lib.* 1. *Sermones quoque varij. Epistolas tam ad me, quàm ad alios multas* edidit: quarum incertus est numerus. *Carmina etiam complura de variis materiis* edidit. Alia quoque nonnulla composuit, quæ ad notitiam nostram non venerunt. Vivit adhuc Gandavi varia componens, & multos ad studium litterarum provocans. *in eod. lib.* *quæ scripserit.*

ANNOT. *Ferè eadem habet libro* de Script. Eccles. *Liber ejus* De viris illustribus *proximè præcessit: De* Patronatu *insertus est Tomo præced. in quo etiam de ejus* Speculo historiali.

Baptista Ferrar. in eodem lib.

3074. BAPTISTA FERRARIENSIS, vir in divinis Scripturis eruditus, & in sæcularibus litteris egregiè doctus, metro excellens & prosâ, utriusque linguæ peritus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenij: scripsit multa instructa volumina, quibus nomen suum longè latèque divulgavit. E quibus subjecta feruntur: *opus luculentissimum historiarum à Christi Nativitate usque ad nostra tempora,* quod FLORIDAM prænotavit. *Chronica quoque sui Ordinis, lib.* 1. *De ruina Romani Imperij, lib.* 1. *De monte Syna, lib.* 1. *Vita Mechtildis, lib.* 3. *Chronica Ferrariensium, lib.* 1. *Sermones varij, lib.* 3. *Multa epigrammata diverso genere metri composuit. Converti de Græco in Latinum complures sermones B. Ioannis Chrysostomi.* Et alia plura nobis incognita. Vivit usque hodie apud Ferrariam, & varia conscribit. *scripta ejus.*

ANNOT. *Ita quoque libro de Script. Eccles.*

Baptista Mantuanus, ex eodem libro.

3075. BAPTISTA MANTUANUS vir in divinis Scripturis eruditissimus, & in sæcularium litterarum scientia nulli hoc tempore secundus, sacræ Theologiæ Doctor insignis, philosophus, orator, & poëta celeberrimus, ingenio subtilis, sermone disertus, vitâ & conversatione præclarus, utriusque linguæ Græcæ videlicet & Latinæ peritus, qui metro Virgilium, Ciceronem prosâ æquat, ne dicam superat. Scripsit utroque genere styli multa egregia volumina, quibus nomini suo per universum orbem Christianum celebrem famam acquisivit. . . . Enimverò tam promptus & elegans versificator est, ut similem nunquam habuerit, si ad majestatem carminis & omnis philosophiæ ac eruditionis notitiam mentem appolueris. Vivit usquè hodie in Italia, Carmelitici Ordinis unicum decus, Princepsque Doctorum.

ANNOT. *Similia habet libro de Script. Eccles. utrobique texit catalogum operum ejus: qui luculentior extat initio operum ejus, Antuerpiæ editorum an. 1576. & apud Possevinum.*

Blasius Andernarij,

3076. BLASIVS ANDERNARII, natione Gallus, vir in Scripturis sanctis studiosus & eruditus, & sæcularium litterarum non ignarus, scripsit nonnulla præclara volumina, quibus acrimoniam ingenij sui etiam posteris notificavit, è quibus extat *opus celebre super Sententias lib. IV. Quæstiones quoque variæ in scholis disputatæ.* Cætera verò quæ composuit, ad notitiam nostram minimè venerunt.

in eodem lib.

ANNOT, *Ita quoque libro* de Script. Eccles.

S. Cyrillus Alexandrinus,

3077. Cyrillus Episcopus Alexandrinus, natione Græcus, montis Carmeli quondam decus, & cultor insignis. . . .

ANNOT. *Illa, & sequentia, de sapientia, scriptis, & sanctitate S. Cyrilli, adducta sunt hic suprà num. 529. eadem ferè tradit in altero libro,* de Viris illustribus Ordinis Carmelitarum.

S. Cyrillus Prior Generalis.

3078. Cyrillus alius, presbyter montis Carmeli, tertius in Ordine Prior Generalis, vir doctus, & devotus: ac spiritu prophetiæ illustratus . . . Errant, qui hos duos Cyrillos unum esse putant; cùm nec tempus in eos consentiat, nec ordo gestorum. Primum enim sub Theodosio, in Ephesino Concilio floruisse, certum est: & istum sub Henrico VI. ut diximus.

ANNOT. *Etiam libro* de Scriptoribus Eccles. *agit de eodem, & ejus scriptis: de quibus vide hic suprà.*

Franciscus de Backone,

3079. FRANCISCUS DE BACHONE, Conventûs Gerundensis, vir in divinis Scripturis doctus. . . .

ex eodem libro.

ANNOT. *De eodem agit libro* de Script. Eccles. *De scriptis ejus habes hic supra num. 3044. quibus Trithemius in utroque libro adjungit: Summam prædicantium.*

Franciscus Martini,

3080. FRANCISCUS MARTINI, natione Cathalanus, vir in divinis Scripturis eruditus, & sæcularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis & declamator egregius.

ex lib. de Script. Eccles.

ANNOT. *Extat in libro de Viris illustribus Ord. Carmelit. agit de eodem, & scriptis, de quibus hic supra num. 3041.*

Gerardus de Bononia,

3081. GERARDUS DE BONONIA Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli, undecimus Prior Generalis, Doctor Parisiensis, in divinis Scripturis eruditissimus, ingenio subtilis & clarus eloquio, non minùs conversatione quàm scientiâ venerandus. . . .

ex lib. de Script. Eccles.

ANNOT. *Consequenter refert scripta ejus: de quibus etiam in libro altero: sed de illis hic suprà num. 3010.*

Goswinus Hex. in libro de viris illustrib. Ord. Carm.

3082. GOSWINUS HEX, patriâ Brabantinus, Conventûs Vsissingensis, Episcopus Jeropolitanus, Trajectens. Episcopi Vicarius in Pontificalibus, vir in Divinis scripturis egregiè doctus. . . .

ANNOT. *Etiam in altero libro agit de illo: de scriptis vide hic suprà num. 3061.*

GUALTERUS DISSE: vide infrà: *Walterus &c.*

GUALTERUS HONT: vide quoque *Walterus.*

Guido Perpinianus,

3083. GUIDO PERPINIANUS, natione Cathalanus duodecimus Prior Generalis, deinde Majoricensis & posteà Eluens. Episcopus, vir in divinis scripturis doctissimus, ingenio acutus, scientiâ profundus, Sermone scholasticus, qui apud Joan. Papam XXII. in honore & reverentia habebatur. . . .

in eodem libro.

ANNOT. *Agit etiam de eodem in libro de Scriptis Eccles. & in utroque recenset ejus scripta, de quibus hic supra num. 3015. & seq.*

3084. GUILHELMUS DE SAMUCO, Carmelitici Ordinis singulare decus, vir doctissimus. . . .

ANNOT. *Etiam libro de Scriptor. Eccles. agit de eodem, & scriptis, de quibus hic supra, num. 3008. & seq. ubi cognominatur* De Sanvico, *& vocatur.*

Guillelmus Calisfordiensis,

3085. GUILHELMUS CALISFORDIENSIS, natione Anglicus, Ordinis Fratrum beatissimæ Mariæ semper Virginis de monte Carmeli: in divinis Scripturis eruditissimus, & sæcularis Philosophiæ cultor egregius: in declamandis Sermonibus ad populum excellentis, & validi ingenij. Scripsit Prædicatoribus divini verbi non spernenda opuscula, quibus nomen suum multis reddidit cognitum: de quibus extant, *Notabilis Lectura quædam, liber unus: Sermones de tempore, liber unus: Sermones de Sanctis, liber unus.* Claruit in gymnasio Canthabrigiensi, in Anglia: ubi scribendo, docendo, & disputando, magnam eruditionis suæ gloriam comparavit.

ex lib. de Script. Eccles.

quæ scripserit:

ANNOT. *Agit de eodem in libro altero: ubi nuncupatur* Talisfordiæ.

Henricus de Andernaco,

3086. HENRICUS DE ANDERNACO, natione Teutonicus, Colonien sis Diœcesis, vir tam in Scripturis divinis; quàm in sæcularibus scientiis studiosus & eruditus, ingenio promptus & disputator acutus, scripsit *volumen insigne super Sententias lib. IV. Sermones de tempore lib. I. Sermones quoque de Sanctis lib. I. Quæstiones philosophiæ.* Sed & alia quædam composuit, quæ ad me non venerunt.

libro de viris illust. Ord. Carm.

ANNOT. *Lib. de* Script. Eccles. *etiam de eo agit.*

Henricus Dolendorp,

3087. HENRICUS DOLENDORP, natione Teutonicus, ante Tilmannum Provincialis Prior inferioris Alemaniæ, vir doctus & eruditus & declamator celeberrimus, ingenio præstans & eloquio scholasticus, disputator quæstionum acerrimus, scripsit *notabile opus super Sententias lib. IV. Sermones quoque varios & utiles*, & quædam alia. Moritur in Conventu Colonien si sepultus anno Domini CIↃ. CCCLXV. indictione tertia, quarto Iduum Februarias.

in eodem lib.

ANNOT. *Lib. de* Script. Eccles. *ferè eadem scribit.*

Herenus de Boyo.

3088. HERENUS DE BOYO, natione Brito, vir in divinis Scripturis perituissimus, & sæcularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, & sanctarum interpres litterarum, Doctorque Parisiensis profundus, fertur nonnulla præclara volumina cudisse, quibus memoriam sui posteris commendavit, è quibus extat *opus insigne super Sententias lib. IV. Quæstiones variæ*, & alia quæ nos latent.

in eodem lib.

ANNOT. *Lib. de* Script. Eccles. *ferè eadem scribit.*

HUBER-

Digitized by Google

Hubertus Leonard. ex lib. de Script. Eccles.

3089. HUBERTUS LEONARDUS, Episcopus Darienſis, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ ſemper Virginis de monte Carmeli, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularis litteraturæ non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, qui olim in Gymnaſio Pariſienſi Theologiam egregiè docuit. Scripſit multa commendatiſſima Opuſcula, quibus nomen ſuum notificavit cum gloria. De quibus ſubjecta feruntur. *De Genealogia nobilium Francorum & geſtis eorum ad Ludovicum Epiſcopum Leodienſem lib. I. in Euangelium Lucæ lib. I. de regimine Principum lib. III. De immunitate Eccleſiaſtica lib. III. Contra hæreticos Nivellen. lib. I. Sermones varij lib. I. Quadrageſimale notabile lib. I.* & alia complura. Hic cùm eſſet Inquiſitor hæreticæ pravitatis contra quoſdam hæreticos Nivellenſes per Diœceſim Leodienſem, gladio ſancti Spiritûs eos confutavit & vicit: ſcribens præfatum opus celeberrimum octo & viginti propoſitiones principales continens, in quo totidem articulos eorum erroneos fortiter, ac diſertè oppugnans reprobavit. Claruit in Germania, undè & oriundus fuit, ſub Frederico Imperatore tertio, & Innocentio Papa Octavo. Anno Domini MCCCCXC. Et credo eum adhuc vivere.

Episcopus: hucusque ratio-nes ejus,

hæreſium expugnator.

Iacobus de Regio, lib. de viris illuſtr. Ord. Carm.

3090. JACOBUS DE REGIO, natione Italus, vir in divinis ſcripturis doctiſſimus, & in ſæcularibus litteris magnificè imbutus, trium linguarum principalium Hebraicè, Græcè, & Latinè peritus . . .

ANNOT. *De ſcriptis ejus videatur Boſſius hîc ſuprà num.* 3058.

Ioannes de Alerio, in eod. libr.

3091. JOANNES DE ALERIO, Tholoſanus, tertius decimus Prior Generalis totius Ordinis, vir in divinis Scripturis eruditus, ingenio, ſcientiâ, & eloquio clarus, vitâ quoque & converſatione præcipuus, ac regularis diſciplinæ conſervator inſignis, ſcripſit *inſigne volumen ſuper ſententias lib. IV. In Eccleſiaſticum, lecturam notabilem lib. I.* Et quædam alia, quæ necdum reperi. Claruit anno Domini CIↃ. CCC. atque XXX. Jacet ſepultus in Conventu ſuo Tholoſano.

ANNOT. *De eodem agit lib. de* Script. Eccleſ.

Ioan. Palaeonydorus, ſeu ab Aqua veteri, in eodem lib.

3092. JOANNES DE AQUA VETERI, natione Teutonicus, patria Brabantinus, Conventûs Mechlinienſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus, & longâ exercitatione peritus, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij, Ordiniſque ſui ſtudioſus amator, & cultor devotus: ſcripſit ad multorum fratrum inſtantiam, & ædificationem *de initio, Profectu & ſtatu ſui Ordinis commendabile opus*, quod prænotavit *Faſciculum temporum tripartitum Ordinis Fratrum B. Mariæ ſemper Virginis de monte Carmeli, lib.* 3. in quorum primo Eliam, & Prophetas Ordinis ſui fundatores extitiſſe probat: in ſecundo Sanctos & Canonizatos ex eodem enumerat: in tertio ſucceſſiones Priorum Generalium Ordinis ſui ſecundùm tempora locat. Cætera verò, quæ compoſuiſſe dicitur, ad notitiam meam non venerunt. Vivit adhuc in Conventu Aquenſi, & cœptò fortiter perſtat in ſtudio An. Domini quo hæc ſcripſimus. MCCCCXCII. indictione X.

ANNOT. *Nuncupatur etiam* Oudewater, *& paſſim* Palæonydorus. *Opus ejus præfatum* : Faſciculus tripartitus, *variis locis excuſum, impreſſum etiam extat in Tomo præced. num.* 934 *& ſequent.*

Ioannes de Arundine, in eod. lib.

3093. JOANNES DE ARUNDINE, natione Teutonicus, Conventûs Brugenſis, Epiſcopus Usbitenſis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſæculari philoſophia egregiè doctus, declamator ſermonum celeberrimus, ingenio ſubtilis, eloquio & converſatione clarus.

ANNOT. *Ferè eadem tradit in libro* de Script. Eccleſ. *utrobique recenſet ejus ſcripta plura quàm hîc ſuprà n.* 3065. *videlicet* Sermones de tempore, & de Sanctis.

Ioannes Bacho. in eodem lib.

3094. JOANNES DE BACHONE, natione Anglicus, Prior Provincialis Angliæ, Doctor Pariſienſis, vir undecumque doctiſſimus, philoſophus, Iuriſta & Theologus celeberrimus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio. . . .

ANNOT. *Agit de eodem lib.* de Script. Eccleſ. *& utrobique de ejus ſcriptis, de quibus hîc ſuprà n.* 3017.

Ioan. Balistarij, vir eruditiſ. quæ ſcripſe-rit.

3095. JOANNES BALISTARII Cathalanus, Prior totius Ordinis Generalis XVI. vir in divinis Scripturis eruditiſſimus, & ſæcularis Philoſophiæ ſcrutator acutus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, ſcripſit quædam præclara volumina, quibus nomen ſuum ad poſteros deſtinavit, ex quibus extant ſubjecta: *Super Sententias libri IV. Conſtitutiones Ordinis ſui liber unus. De noviſſimis temporibus, ad Papam, liber unus*: & quædam alia. Moritur anno Domini MCCCLXXIV. Indictione XII. octavo Kalendas Octobris, in Conventu Majoricarum ſepultus.

ANNOT. *Ferè eadem ſcribit in libro* de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *& præfatum librum* de noviſſimis temporibus, *nuncupat* De bello militantis Eccleſiæ, *addiſque*: Opus inſigne: *de quo etiam Boſſius hîc ſuprà, num.* 3031.

Ioannes Beetz, in eodem lib.

JOANNES BEETZ, natione Teutonicus, Conventus Thenenſis, Doctor ſacrarum litterarum celeberrimus, &c.

ANNOT. *In libro de Script. Eccleſ. itidem eum nuncupat* Theologum excellentem, Philoſophum ſubtilem, ingenio acrem, vitâ præclarum: *utrobique recenſet ejus ſcripta, de quibus hîc ſuprà.*

Ioan. Bernegam, in eodem lib.

3096. JOANNES BERNEGAM, natione Anglicus, Doctor in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſæcularibus litteris egregiè doctus, . . .

ANNOT. *De ejus eruditione, & ſcriptis vide hîc ſuprà in Boſſio.*

Ioan. Brammart, ex eod. lib.

3097. JOANNES BRAMMART, natione Teutonicus, Conventûs Aquenſis, Prior Provincialis Inferioris Alemaniæ, Doctor Pariſienſis, in ſcripturis divinis ſtudioſus, & eruditus, ingenio ſubtilis, & compoſitus eloquio, vitâ, converſatione devotus, ſcripſit *inſigne opus ſuper Sententias, quatuor libros continens*: quod Pariſiis complevit Anno Domini MCCCLXXX. Indictione 3. incipit autem ſic: *Verbum Domini ſuper Ioannem.*

Digitized by Google

Sermones quoque, & varias quæstiones. Moritur, in Conventu Colonienſi ſepultus, an. Domini MCCCCVII. Indictione XV.

ANNOT. *Fere eadem habet libro* de Script. Eccleſ.

Ioan. Campſconenſis, ex eod. lib.

3098. JOANNES CAMPSCONENSIS, natione Anglicus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularis philoſophiæ non ignarus, ingenio præſtans & clarus eloquio, declamator ſermonum popularium excellentiſſimus, ſcripſit ad utilitatem legentium *Sermones de tempore lib.* 1. *Sermones quoque de Sanctis lib.* 1. cætera quæ compoſuit, ad notitiam meam non venerunt.

ANNOT. *Libro de* Script. Eccleſ. *agit de eodem.*

Ioan. de Ciminetho, in eodem lib.

3099. JOANNES DE CIMINETHO, Lector Conventus Metenſ. natione Gallus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & multùm eruditus, ingenio præſtans, & clarus eloquio, declamator ſermonum popularium egregius, ſcripſit *Speculum inſtitutionis Ordinis ſui lib.* 1. *Sermones de tempore lib.* 1. *Sermones quoque de Sanctis lib.* 1. *Sermones per Quadrageſimam lib.* 1. Alia quoque nonnulla compoſuiſſe dicitur, ſed ad notitiam meam adhuc non venerunt.

ANNOT. *Liber ejus* Speculum inſtit. *impreſſum eſt Venetiis anno* 1507. *in Speculo Ordinis: quædam inde inſerta ſuprà tomo præced. num.* 885 *& ſeq.*

Ioan. Conſobrinus: in eodem lib.

3100. JOANNES CONSOBRINUS, patriâ Portugalenſis, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſæcularium litterarum non ignarus, Theologus, Philoſophus ac Juriſta celeberrimus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, declamator ſermonum egregius: qui multa contra hæreticos fortiter geſſit pro Chriſti amore ſcripſit ad inſtantiam Præpoſiti regalis Collegij Divæ Mariæ de Ambten in Anglia *opus tripartitum inſigne, de contractibus & converſationibus*, quod prænotavit *De juſtitia commutativa lib. IV. Sermones quoque varios*, & quædam alia. *Conſtatum Franciſci Marinis grata compendio abbreviavit.* Claruit anno Domini CIↃ. CCCCLXXV. & ſub Sixto Pontifice quarto. Ulixbonæ, non ſine veneni potati opinione, mortem ſubiit.

ſcripta ejus,

hæreſium expugnator; pro fide mortuus,

ANNOT. *Libro de Script. Eccleſ. fere eadem ſcribit: quodque* hæreſes, & errores plurimos confutaverit . . . contra inimicos fidei magnos, & efficaces latratus dederit . . . pro fide intoxicatus mortem obierit.

Ioan. de Duſeldorp, in eodem lib.

3101. JOANNES DE DUSELDORP, natione Teutonicus, Conventûs Moguntinenſis, & Prior Argentinenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & Doctor valdè eruditus, ingenio promptus & clarus eloquio, in declamandis ad populũ ſermonibus facundus & multum idoneus, vitâ & converſatione devotus, & regularis diſciplinæ cuſtos & amator præcipuus, ſcripſit *De obſervantia dierum feſtorum lib.* 1. *Itinerarium Terræ ſanctæ*, quam perſonaliter viſitavit *lib.* 1. *Sermones varios de tempore, & de Sanctis lib.* 11. & alia complura. Moritur in Conventu ſuo Argentinenſi ſepultus, anno Domini milleſimo CCCCXCIIII. indictione verò XII.

ejus eruditio & ſcripta.

ANNOT. *Agit de eodem in libro* de Scriptor. Eccleſ.

Ioan. Fuſt. in eodem lib.

3102. JOANNES FUST, Conventus Crutzennacenſis Lector, & poſteà Prior Argentinenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, declamator ſermonum celeberrimus.

ANNOT. *Fere eadem ſcribit in libro* de Script. Eccleſ. *& ubique ſcripta ejus recenſet: Boſtius cognominat* Fuyſtgni: *vide ſuprà n.* 3043.

Ioan. Gauwer, in eodem lib.

3103. JOANNES GAUWER, natione Teutonicus, Conventus Moguntinenſis Lector, in Divinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenij fuit. Scripſit quædam præclara opuſcula, de quibus reperi ſubjecta. *Super ſententias lib. IV. In exodum lib.* 1. *Unum Euangelium ex quatuor lib.* 1. *Quadrageſimale lib.* 1. Cætera quæ compoſuit, ad notitiam meam non venerunt. Claruit ſub Sigiſmundo Imperatore, anno Domini CIↃ. CCCCXXX. ſepultus in Conventu ſuo Moguntinenſi.

doctrina & ſcripta,

ANNOT. *Ferè eadem habet lib.* de Script. Eccleſ.

Ioan. de Gluel, in eodem lib.

3104. JOANNES DE GLUEL, natione Teutonicus, Prior Conventus Colonienſis, vir in Divinis ſcripturis eruditus.

ANNOT. *Libro de Script. Eccleſ. eum nuncupat* excellentis, & præclari ingenij, in divinis Scripturis egregiè doctum, Oriundum Aquiſgrani, Priorem Coloniæ, *& ibi* diem ſuum obiiſſe: *ubique recenſet ejus ſcripta: de quibus hic ſuprà.*

Ioan. Golein, in eodem lib.

3105. JOANNES GOLEIN, Normannus natione, Prior Rothomagenſis, vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus . . .

ANNOT. *De cujus ſcriptis Boſtius hic ſupra num.* 3038. *quibus Trithemius addit:* Super officio Miſſæ lib. 1. & Quæſtiones varias.

Ioan. Groſſi, in eodem lib.

3106. JOANNES GROSSI, patriâ Tholoſanus, Prior Ordinis Generalis, Doctor divinarum Scripturarum inſignis, & ſæcularis philoſophiæ non ignarus, ingenio clarus, & promptus eloquio, ſcripſit nonnulla Opuſcula, de quibus ſubjecta feruntur. *Opuſculum de Ordinis ſui Inſtitutione & profectu*, quod prænotavit VIRIDARIUM *lib. III. Sermones quoque, & varia in ſcripturis quæſtiones.* Moritur ſub Martino Papa Quinto, anno Domini CIↃ. CCCC. quarto & vigeſimo, indictione ſecundâ.

quæ ſcripſerit.

ANNOT. *Ferè eadem leguntur libro de Script. Eccleſ. Opuſculum ejus* Viridarium *inſertum eſt Tomo præced. num.* 550. *& ſeq.*

Ioan. Iero-ſolym. ex eod. lib.

3107. JOANNES HIEROSOLYMITANÆ Eccleſiæ, poſt beatum Jacobum Patriarcha quartus & quadrageſimus, primus in ordine narrationis noſtræ collocandis accedit. Erat enim vir converſationis integræ, atque ſanctiſſimæ: qui vivus, & mortuus infinitis fertur claruiſſe miraculis. Hunc Adrianus Papa primus, propter eximiam doctrinam, & vitæ excellentiam, de monaſterio montis Carmeli ſuſtulit, & in Patriarcham præfatæ urbis ſublimavit. Qui cùm in Scripturis divinis eſſet peritiſſimus, nonnulla *præclara ſyntagmata* edidit, quibus ingenium ſuum poſteris declaravit, de quibus extat *volumen inſigne, de principio, & profectu Ordinis Carmelitici liber unus.* Scripſit etiam *quaſdam ad Fratres epiſtolas*

Digitized by Google

epistolas exhortatorias, & quædam alia. Claruit temporibus Adriani Papæ primi.

3108. ANNOT. *P. Lezana, in Annal. ad annum 796. num. 6, adductis istis verbis, subjungit:* Quibus similia ferè Petrus Lucius Belga, in Bibliotheca Carmelitana protulit, & notârunt Antonius Possevinus, in Apparatu, verbo JOANNES: & Ægidius Camartus, de rebus gestis Eliæ Prophetæ, capite 3. sect. 13. Quibus Trithemius, & Lucius existimare visi sunt, prout aliqui putant, hunc Joannem Jerosolymitanum Antistitem fuisse illum, qui auctor fuit libri de Institutione Monachorum, quem in principio hujus tertij Tomi transcripsimus, & de ipso, ejusque auctore, plura discussimus. In quo certè deceptos fuisse, ea, quæ ibi adduximus, maximeque Tomo 1. in Apparatu capite 9. manifestè convincunt. Quòd enim Joannes iste dicatur à Trithemio scripsisse volumen de Principio, & profectu Ordinis Carmelitici, non arguit hunc librum eum esse, quem de Institutione primorum Monachorum à Joanne illo antiquiori, Divo Hieronymo, & Epiphanio coævo, compositum fuisse ostendimus, ut vel ipsa tituli diversitas indigitat. *Gualterus, Societatis Jesu, in Tabula Chronographica statûs Ecclesiæ Catholicæ, septimo sæculo, sub titulo:* Patriarchæ Hierosolymitani (a) *agent de successione Patriarcharum Hierosolymitanorum, post occupatam Terram Sanctam per Homar, seu Humar, sive Haumar, & Saracenos, anno Christi 636. (aut, juxtà alios, 639) in serie Patriarcharum, circà tempora Adriani Papæ, sic præfati* JOANNIS *meminit*: Quâ Hierosolymæ occupatione factum est, ut incognita nobis sit successorum illius series: nisi quod observat Genebrardus (b), Theodorum sedisse anno 759. Eliam anno 787. Joannem anno 795. Thomam anno 802. *De eodem* JOANNE *Segerus Pauli ista annotat* (c) Porrò non anno octavo Adriani Papæ (cui respondet annus Christi 779.) sed ultimo, sive 24. ejusdem (qui est Christi 795.) hunc junioṛem Joannem fuisse ad Patriarchatum assumptum, tradunt Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, apud Christophorum de Castro, & Gilbertus Genebrardus Archiepiscopus Aquensis, apud Jacobum Gualterium, in Tabula Chronographica, septimo sæculo, & Onuphrius Panuinus, in Chronico ad eum annum: à quibus & asseritur, eidem Joanni anno Christi 802. successisse Thomam Patriarcham. *Verisimile est, apud præfatos Petrum Lucium, Ægidium Camartum, ac etiam Trithemium, ac alios nonnullos, aliquam esse aequivocationem (sicut quandoque apud alios Auctores contingit, diversos ejusdem nominis, inter se confundi.) Etenim Joannes Patriarcha 44. claruit circà (ante, & pòst) annum Christi quadringentesimum, alius autem ille posterior, annis circiter quadringentis posterior est.*

(a) Colon. impres. an. 1614. pag. 532.

(b) in Chronographia,

(c) in Collectan. de vir. illust. Ord. Carm. pag. 497. opere nondum impresso.

3109. JOANNES HILDENSHEMENSIS, natione Teutonicus, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ semper Virginis de monte Carmeli: in Scripturis sanctis eruditus, & in sæcularibus litteris nobiliter doctus, Theologus, Philosophus, & Poëta insignis: in declamandis sermonibus ad populum, excellentis ingenij fuit. Hic beati Petri Thomæ viri sanctissimi, cujus suprà fecimus mentionem, in Avinione olim familiaris, & devotus minister fuit....

Joan. Hildenshemensis, ex lib. de Script. Eccles.

Discipulus S. Petri Thomæ.

ANNOT. *Consequenter recensentur ejus lucubrationes: quæ etiam referuntur in libro altero: sed de iis videatur hic suprà num.* 3035. *ubi etiam de celebri visione, & revelatione, quæ contigit Avinione, cùm præfati S. Petri Thomæ minister esset Hildenshemensis.*

3110. JOANNES HORNEBY, natione Anglicus, Doctor in scripturis sanctis copiosus & eruditus, ingenio subtilis & disputator quæstionum acutissimus...

Joan. Horneby, lib. de viris illust. Ord. Carm.

ANNOT. *Scripta ejus ista recensent*: Defensorium antiquitatis Ordinis sui lib. 1. Sermones varios: *plura de eo videantur hic suprà n.* 3039.

3111. JOANNES MARRE, natione Anglicus, Doctor Oxoniensis, in scripturis sanctis studiosus & eruditus, ingenio subtilis & vehemens, scripsit inter alia exercitij sui opuscula, *determinationes contrà hæreticos Wicleviſtas lib.* 1. Alia quoque multa scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam adhuc non venerunt.

Ioan. Marré, in eodem lib.

3112. JOANNES NOBLETH, natione Gallus, Conventus Parisiensis, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & in sæcularibus litteris egregiè doctus, philosophus & medicus insignis...

Io. Nobleth, in eodem lib.

ANNOT. *Consequenter agitur de ejus scriptis, expressis à Bostio hic suprà n.* 3045. *& etiam ab ipso Trithemio libro* de Scriptor. Eccles.

3113. JOANNES PLACENTINUS, vir undecumque doctissimus, Theologus & Rhetor celeberrimus, ingenio promptus & disertus eloquio, Græcæ ac Latinæ linguæ peritissimus; quippè qui multa eleganter traduxit: fertur complura scripsisse opuscula, quibus nomen suum immortalitati consecravit, è quibus vidi dumtaxat. *Vocabularium Græcum, opus profectò utile & necessarium lib.* 1. Exstat ejus & *aliud volumen minus, ubi Latinum Græco præponitur lib.* 1. Ad Ludovicum Donatum Episcopum Bergomensem *è Græco Psalterium de verbo ad verbum propriissimè transtulit*, quod opus nemo dignè laudare sufficit: in quo Græcam translationem præmisit litteris Græcis, & suam subnectit Latinis. *Epistolas & plures & elegantes ad diversos* composuit. Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Innocentio Papa octavo, & credo eum adhuc vivere.

Ioan. Placentinus, in eodem lib.

quæ scripserit.

3114. JOANNES DE REGNO, natione Gallus, Conventûs Tholosanus, in scripturis sanctis Doctor eruditus, ingenio subtilis & promptus eloquio, scripsit *super Sententias libros IV. In Euangelium Matthæi lib.* 1. *Sermones de tempore & de sanctis lib.* 11. *Quadragesimale quoque lib.* 1. & quædam alia.

Ioan. de Regno, in eodem lib.

scripta ejus.

ANNOT. *Ferè eadem habet in lib.* de Script. Eccles.

3115. JOANNES SCANDERBERI, Episcopus Erffordensis in Anglia, vir in divinis scripturis eruditissimus...

Ioan. Scanderberi, in eodem lib.

ANNOT. *De scriptis vide Bessium hic suprà num.* 3060. *De illo etiam sermo erit in libro sequenti.*

3116. JOANNES SCHONHOVEN, natione Teutonicus, Prior Conventûs Mechlinien-sis, vir in divinis scripturis studiosus & longa exercitatione doctus, ingenio subtilis & promptus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenij, scripsit *notabile opus in duobus voluminibus secundum Ordinem alphabeti*, quod prænotavit *Polipodion, prædicatoribus verbi Dei valdè accommodum lib.* 11. *Sermones quoque de tempore & de Sanctis varios* edidit, & quædam alia.

Io. Schonhoven, in eodem lib.

ANNOT. *Libro* de Script. Eccles. *ferè eadem habet.*

3117. JOANNES SORETH, natione Normannus Prior totius Ordinis Generalis, vir in divinis Scripturis doctus & eruditus, in-

Ioan. Soreth, ex lib. eod.

Digitized by Google

ejus eruditio & sanctitas:

genio subtilis, sermone compositus, vitâ, & conversatione devotus, atque sanctissimus sui Ordinis reformator, pro cujus institutione & multos, & duros labores patientissimè sustinuit. Scripsit quædam præclara volumina, quibus venam ingenij sui etiam posteris notificavit . . . Moritur Andegavis . . . anno Domini MCCCCLXXI. Indictione quartâ, octavo Kalendas Augusti, multis quotidiè miraculis coruscans.

miraculis coruscat.

ANNOT. *Etiam in libro* de Script Eccles. *habet ipsius insigne elogium, inserium notis paviis antè ejus vitam, ad XXV. Iulij, hic supra, num. 2082. Vitæ ejus epitome, & recensus Scriptorum ejus præcessit hic paulò antè, num. 3059.*

Ioan. Tecesphale, ex eodem lib.

3118. JOANNES TECESPHALE, natione Anglicus, Conventus Norwicensis vir doctus, & in scripturis sanctis atque in jure & philosophia multum eruditus, ingenio promptus. . . .

ANNOT *Ferè eadem habet lib.* de Script. Eccles. *De illo, & scriptis ejus vide etiam Bostium hic supra n.* 3050.

Ioan. Walsingam, ex eodem lib.

JOANNES WALSINGAM, Prior Provincialis Angliæ, vir in divinis Scripturis Doctissimus, philosophus acutus, & sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis. . . .

ANNOT. *Ferè eadem habet in libro* de Script. Eccles. *ubi agnominatur Walsingam: ita quoque à Bostio hic supra n.* 3014.

Ioan. Wirici ex eodem lib.

3119. JOANNES WIRICI de Nussia, natione Teutonicus, Conventûs Colonienſis, Prior Provincialis inferioris Allemaniæ, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, & in sæculari philosophia egregiè doctus, ingenio promptus & clarus eloquio, divini verbi prædicator famosus, fertur ab his, qui eum noverunt, scripsisse super sententias lib. IV. Sermones & collationes varias, quæ suo tempore prodibunt in lucem. Vivit adhuc in Conventu suo Colonienſi varia conscribens.

Laurentius Burellus: ex libr de Script. Eccles. ejus eruditio, Scripta,

3120. LAURENTIUS BURELLUS Divionensis, Ordinis Fratrum B. Mariæ semper Virginis de monte Carmeli: vir in divinis Scripturis eruditus, & in sæcularibus litteris egregiè doctus: ingenio excellens, & clarus eloquio: metro exercitatus, & prosâ. Scripsit utroque genere quædam præclara volumina: quibus nomen suum notificavit. E quibus ista feruntur: *Opus celeberrimum, in laudem Eliæ Patriarchæ Carmelitarum*, quod prænotavit HELIADEM, *liber unus: De illustribus viris sui Ordinis, liber unus:* & alia complura. Vivit adhuc magno apud suos in pretio: multa scribens & condens, sub Maximiliano Romanorum Rege invictissimo, & Alexandro Summo Pontifice sexto: anno Domini MCCCCXCIV.

Episcopatus.

ANNOT. *Tritbemius ista scripsit an.* 1494. *quo nondum erat Episcopus, demum enim quinquennio post assumptus fuit ad Episcopatum Sistaricensem an.* 1499. *sicut libro sequenti dicetur.*

Michael Angrianus, (seu potiùs Aygnanus)

3121. MICHAEL ANGRIANUS Bononiensis, natione Italus, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ semper Virginis de monte Carmeli: vir in divinis Scripturis eruditissimus: & in sæculari Philosophia, ac in Iure Canonico nobiliter doctus: quem Urbanus Papa VI. primò Vicarium totius Ordinis instituit, & electus demùm in Generalem. Anno Domini MCCCLXXXI. Ordinem rexit sub obedientia Urbani Papæ novem annis. Scripsit multa præclara volumina. . .

ex lib. de Script. Eccles.

ANNOT. *Ferè eadem scribit in altero libro: ubique recensens lucubrationes ejus, quas inter præcipuum est, super Psalterium, de quo, & aliis, hic supra, apud Bostium.*

Michael Herbrant,

3122. MICHAEL HERBRANT de Duren, natione Teutonicus Prior Conventûs Crutzenacensis, vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus, & multarum rerum experientiâ clarus, ingenio præstans, & verbi divini prædicator egregius, scripsit quædam non spernendæ lectionis opuscula, quibus nomen suum posteris notificavit, è quibus extant *Sermones & plures & notabiles lib. I. Collationes quoque multæ & variæ in capitulis & synodis habitæ lib. I.* Cætera quæ composuit, ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Ruperto Bavaro Rege Romanorum, anno Domini CIↃ. CCCCX.

ex libro de viris illust. Ord. Carm.

ANNOT. *Fere eadem tradit libro* de Script. Eccl.

Nicolaus Dorhm, ex eodem lib.

3123. NICOLAUS DORHM, natione Anglicus, Doctor Oxonienſis, in scripturis sanctis eruditus, & in philosophia Aristotelica subtiliter doctus, acutus ingenio & vehemens disputator quæstionum scholasticalium insignis, scripsit *super Sententias, lib IV. Determinationes quoque diversarum quæstionum lib. I. Tabulam originalium.* Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad me non venerunt.

ANNOT. *Lib.* de Script Eccles. *eundem commemorat: ibi agnominatur* Dorhm, *Pitseus ait scribendum* Durhamus.

Nicolaus Gallicus, ex cod. lib. Doctus, & Deo charus.

3124. NICOLAUS GALLICUS, septimus Prior Generalis, totius Ordinis, vir doctus, & devotus, & Deo singulariter dilectus: qui postquàm Ordinem aliquot annis strenuè gubernasset, officio renuntians, ad eremum monasticæ conversationis reversus est. Scripsit, inter alia, *volumen insigne*, quod prænotavit, *Sagittam igneam:* in quo flebilem Ordinis sui statum multis deplorat gemitibus. Claruit anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo.

ANNOT. *Ferè eadem habet libro* de Script. Eccl. *de illo plura videantur hic supra num.* 3004. *& seq.*

Nicolaus Ritzonis, ex eodem lib.

3125. NICOLAUS RITZONIS, Conventus Catanensis, natione Siculus & Prior Provincialis Siciliæ, Doctor Theologus Gymnasij Bononiensis in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenij, . . .

ANNOT. *De eodem agit libro* de Script. Eccles. *& Bostius hic supra n.* 3056.

Osbertus Angl. ex cod. lib.

3126. OSBERTUS, natione Anglicus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in sæculari philosophia egregiè doctus, acuti & vehementis ingenij, eloquij Scholastici . . .

ANNOT. *Etiam libro de Script. Eccles. agit de eodem, & lucubrationibus, de quibus etiam Bostius hic supra num.* 3034.

PAULUS

Paulus Biscontus,

ex eodem lib.

3127. PAULUS BISCONTUS, Nicolai Papæ quinti quondam confessor, vir in divinis Scripturis jugi studio exercitatus & eruditus, ingenio subtilis & clarus eloquio, fertur de variis rebus multa scripsisse opuscula, quibus nomen suum posteris notificavit. Ego tamen usque in hunc diem nihil eorum potui invenire: Claruit anno Domini millesimo CCCCXL.

ANNOT. *Episcopus fuit Mazarensis, & deindè Archiepiscopus Panormitanus: de quo proindè etiam libro seq.*

Paulus de Perusio,

ex eodem lib.

3128. PAULUS DE PERUSIO, vir in divinis scripturis studiosus & eruditus, atque in sæcularibus litteris egregiè doctus, ingenio subtilis . . .

ANNOT. *De eodem scribit libro* de Script. Eccles. *& Bostius hic supra n.* 3018.

Petrus de Casa,

ex eodem lib.

3129. PETRUS DE CASA Provinciæ Aquitaniæ, post resignationem Joannis Alerij XIV. totius Ordinis Generalis Prior, deindè Episcopus Vasionensis, & postremò Patriarcha Hierosolymitanus, vir in divinis Scripturis doctissimus vita & conversatione devotus . . . reliquit ingenij sui quædam præclara volumina, de quibus ista feruntur *super Sententias lib. IV. Sermones de tempore, & de Sanctis lib. II. Lectauram quoque in librum Politicorum notabilem,* & quædam alia, quæ nos latent. Claruit anno Domini CIↃ. CCC. atque XXV. moritur autem pridie Nonis Augusti, miraculis coruscans.

ANNOT. *Etiam libro* de Script. Eccles. *agit de ipso, & lucubrationibus, &* Bostius *hic supra num.* 3019.

Petrus Raymundi,

ex eodem lib.

quæ scripserit.

3130. PETRUS RAYMUNDI DE GRASSA, natione Gallus, Conventûs Tarfacij, Provinciæ Narbonensis, quintus decimus Prior Generalis, vir doctus & devotus, scripsit multa præclara volumina, quibus sui memoriam posteris commendavit, è quibus extant subjecta. *super sententias lib. IV. Ordinis quoque sui diversa statuta in unum volumen collegit, & in rubricas sexaginta collectiones easdem distinxit.* Sed & alia quædam composuit, quæ ad notitiam nostram non venerunt. Moritur autem anno Domini CIↃ. CCCLVI. indictione X. sub Papa Innocentio Sexto, sepultus in monte Pessulano, anno sui officij Generalatûs XVI.

ANNOT. *Ferè eadem scribit libro* de Script. Eccl.

Petrus Rimi,

ex eodem lib.

3131. PETRUS RIMI DE PERPINIANO, patriâ Cathalanus, vir valdè eruditus, Doctor Sacræ Scripturæ, ingenio profundus & clarus eloquio, scripsit insigne volumen super *Sententias libros IV. In toto quoque Psalterio librum I. Sermones insuper & varios & elegantes* composuit, qui ad manus nostras non venerunt.

ANNOT. *Ita quoque libro* de Script. Eccles.

Pet. Thomæ,

ex eodem lib.

3132. PETRUS THOMÆ Episcopus Pacensis ac posteà Patriarcha Constantinopolitanus . . .

ANNOT. *De eo, ex Trithemio, adducta sunt hic supra num.* 3021. *pro* Pacensis *lege* Pactensis.

Philippus de Ferraria,

3133. PHILIPPUS DE FERRARIA, natione Siculus, Episcopus (ut quidam volunt) Pacensis, Doctor Sacræ Theologiæ celeberrimus, ingenio clarus, & scientiâ profundus, Sermonum declamator insignis. Scripsit *valde notabiles Sermones . . .* ex eodem lib.

ANNOT. *Etiam libro de* Script. Eccl. *agit de eodem, & ipsius lucubrationibus, de quibus Bostius hic supra n.* 3049. *fuit autem Episcopus non* Pacensis, *sed* Pactensis: *sed de eo plura libro sequenti.*

3134. PHILIPPUS RIBOTI, Prior Provincialis Cathaloniæ, vir in divinis Scripturis studiosus & eruditus, ingenio promptus, eloquio apertus, ac regularis disciplinæ curiosus moderator . . . in eodem lib.

ANNOT. *Alia de ipso, & ejus* Opere insigni de origine & profectu Ordinis sui *relata sunt tomo præced. sub initium: de eo etiam videatur Bostius hic supra num.* 3029.

Richardus Lavinham,

in eodem lib.

scripta ejus.

3135. RICHARDUS LAVINHAM natione Anglicus, Sacrarum litterarum Doctor Oxonienſis, vir subtilis & vehementis ingenij, disputator quæstionum acutus, & declamator Sermonum egregius, scripsit quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendavit, è quibus extant subjecta. *Contra Lolhardos determinationes lib. I. Determinationes quoque notabiles pro libro revelationum Sanctæ Brigittæ,* quas in Gymnasiis Oxonienſi & Londonienſi publicè legit *lib. I.* Opus quoque insigne *de Ordinis sui Fundatione* incœpit, quod morte præventus non complevit. Composuit etiam *nonnulla in logicalibus & physicalibus,* quæ ad manus nostras non venerunt.

ANNOT. *Ferè eadem habet libro* de Script. Eccl.

Richardus Maidescon,

in eodem lib.

quæ scripserit?

3136. RICHARDUS MAIDESCON, natione Anglicus, Doctor sacræ Scripturæ Gymnasij Oxonienſis, ingenio præstans & clarus eloquio, declamator Sermonum egregius, fertur quædam præclara cudisse opuscula, quibus nomen suum posteris notificavit, è quibus extat *contra Lolhardos lib. I Sermones de tempore lib. I. Sermones quoque de Sanctis lib. I. & varia quæstiones.* Alia insuper nonnulla composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

ANNOT. *Ferè eadem scribit lib.* de Script Eccl.

Robertus de Monstrolo,

in eodem lib.

3137. ROBERTUS DE MONSTROLO, natione Gallus, vir in divinis Scripturis studiosus & eruditus, ingenio subtilis & clarus eloquio, decus quondam Gymnasij Parisiensis . . .

ANNOT. *Agit de eodem libro* de Script. Eccles. *& ibi nominat* Ruperium: *de illo, & scriptis ejus vide Bostium hic supra n.* 3047. *Plura referri Trithemius.*

Sibertus de Beka,

in eodem lib.

3138. SIBERTUS DE BEKA, natione Teutonicus, vir in divinis Scripturis eruditissimus, Doctor omnium opinione & laude celebratus, cultor sui Ordinis devotissimus . . .

ANNOT. *Etiam libro de* Script. Eccles. *insignium elogio commendat. & recenset legendrium ones, de quibus vide hic supra n.* 3012. *& seq.*

Simon de Spira,

in eodem lib.

3139. SIMON DE SPIRA, natione Teutonicus, Prior Provincialis totius Allemaniæ, Doctor Parisiensis, vir in Divinis Scripturis eruditus . . .

ANNOT. *Ibi consequenter, & etiam lib. de* Script. Eccles. *refert scripta ejus: de quibus vide supra n.* 3033. *præter quæ etiam edidit Sermones varios.*

Steph. Angl.

in cod. lib.

3140. STEPHANUS ANGLICUS, Doctor Oxonienſis & Prior Provincialis Angliæ, vir in divinis Scripturis eruditus & sæcularis philoſophiæ

Digitized by Google

loſophiæ non ignarus, ingenio præſtans & clarus eloquio, non minùs vitâ quàm eruditione decorus, ſcripſit *contra Lolhardos lib.* 1. *Sermones tam de tempore, quã de Sanctis per circulum anni notabiles lib.* II. *Quæſt. quoq; varias lib.* 1. *Repertorium argumentorum ſuorum lib.* 1. *Lecturas etiam quaſdam notabiles in Bibliæ libros edidit*, cum aliis multis, quæ me latent.

• *ANNOT. Agit de eodem in lib.* de Script. Eccleſ.

Thomas Lombe.

3141. THOMAS LOMBE, natione Anglicus, Doctor Sacrarum litterarum celeberrimus, Gymnaſij Oxonienſis, vir ſapientiâ & eruditione clarus, ingenio ſubtilis & diſputator quæſtionum ſcholaſticalium acutus, ſcripſit *contra Lolhardos, & Wiclevitas lib.* 1. *De Incarnatione Verbi lib.* 1. Dicitur & alia ſcripſiſſe opuſcula, quæ necdum vidi.

libro eod.

ejus eruditio.

ANNOT. Etiam in lib. de Script. Eccleſ. *eundem refert.*

Thomas Wald.

3142. THOMAS WALDENSIS, natione Anglicus, Prior Provincialis Angliæ, vir in Divinis Scripturis ſtudioſus & valdè eruditus, & in ſæculari Philoſophia egregiè doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio, hæreticorum malleus & fortiſſimus expugnator,... moritur non ſine opinione ſanctitatis Rhotomagi.

in eodem lib.

hæreticorum malleus,

ANNOT. Etiam libro de Script. Eccleſ. *tractat de eodem, & ſcriptis ejus: de quibus videatur hic ſuprà num.* 3054. *& ſeq.*

Tilmannus Aquenſis,

3143. TILMANNUS, Conventûs Aquenſis, natione Teutonicus, Prior Provincialis inferioris Alemaniæ, Sacrarum litterarum inſignis profeſſor, ingenio præſtans, & clarus eloquio, declamator ſermonum egregius, ſcripſit *ſuper Sententias libros* 4. *In Euangelium Matthæi lecturam notabilem*, quam Coloniæ in Conventu publicè legit, *Librum* 1. *Sermones quoque varios*, & quædam alia. Claruit anno Domini 1370.

in eod. lib.

ANNOT. Fere eadem ſcribit libro de Script. Eccleſ.

Walterus Diſſe,

3144. WALTERUS DISSE, natione Anglicus, vir in divinis Scripturis valdè eruditus, & declamator ſermonum popularium celeberrimus, ingenio ſubtilis, & apertus eloquio: ſcripſit non ſpernendæ lectionis opuſcula, de quibus ſubjecta feruntur: *contra Lolhardos lib.* 1. *De ſchiſmate lib.* 1. *ſuper quoſdam pſalmos lib.* 1. *Sermones de Tempore lib.* 1. *Sermones quoque de Sanctis, lib.* 1. Et quædam alia, quæ ad notitiam meam non venerunt. Hic fuit Nuncius & Legatus Bonifacij Papæ IX. in Regnis Angliæ, Hiſpaniæ, Portugaliæ, Navarræ, Arragoniæ, & in partibus Vaſconiæ, Crucem contra hæreticos & Schiſmaticos prædicans. Claruit ſub Wenceſlao Imperatore. An. Dom. MCCCLXXXX. & in Conventu Noruicenſi ſepultus eſt.

in eodem lib.

celeberrimi nominis,

Legatus Sum. Pont.

ANNOT. Etiam libro de Script. Eccleſ. *agit de eodem, ſub littera G.* Galterus: *ſic etiam cognominat ſequentem.*

3145. WALTERUS HONT, natione Anglicus, vir in divinis Scripturis valdè eruditus....

Walterus Hont, in eod. lib.

ANNOT. De ejus doctrina, & ſcriptis, vide hic ſupra in Boſtonum, 3062.

Apologia Auctoris, quòd non omnes Doctores, & Scriptores hujus Ordinis hîc ſint inſerti, qui ſcripſerunt.* (a)

* TRITHEMII.

(a) in fine libri *de viris illuſtr. Ord. Carmelit.*

3146. EX his nunc itaque viris doctiſſimis, quorum mentionem fecimus, Lector, potes agnoſcere, quanti Carmeli fructus debeas æſtimare. Paucos verò de multis extraximus, quorum & ingenia & ſcripta cognovimus. Nec dubitamus Ordinis hujus reſtare complures viros doctiſſimos, qui variis temporibus floruerunt, ingeniis ſuis & ſcriptis eum magnificè illuſtrarunt, quorum ad nos memoria non pervenit. Omnibus enim Ordinibus Carmelitana Religio antiquior eſt, ipſaque nimia vetuſtas clara lumina ſui in oblivionem facilè deduxit. Denique qui plures Carmeli montis palmites fructiferos ſcire deſiderat; geſta & hiſtorias ejuſdem Ordinis legat, & viros doctiſſimos invenire poterit, quorum in hoc Cathalogo mentio nulla fuit. Nos enim perquirendi cæteros qui deſunt nec tempus conſecuti, nec otium: iſtos idcirco in ordinem digeſſimus, ut inveſtigandi reliquos occaſionem lectori præberemus. Ad vos demum Fratres Carmelitici Ordinis cultores animum vertimus, veſtris charitatibus præſens munus offerimus, & ut Deum pro nobis exoretis, pro viciſſitudinè dilectionis intentè ſupplicamus.

3147. *De Scriptoribus nonnullis ab eodem Trithemio inſertis ſuo operi, inſcripto,* DE LUMINARIBUS GERMANIÆ.

In illo opere commemorantur, & inſigni elogio commendantur, Sibertus de Beka, Simon de Spira, Tilmannus de Aquiſgrano, Joannes de Hildenshem, Joannes Fuſt, Joannes Gluel, Joannes de Schonhoven, Henricus de Andernaco, *de quibus ſingulis, & eorum lucubrationibus, jam ante, ex ejuſdem Trithemij libris aliis, & etiam de nonnullis in Libro Arnoldi Boſtij actum fuit; ideò ulterior tractatio de illis hîc non attexitur. In eodem etiam ab eruditione, & monumentis ad poſteros tranſmiſſis, celebrantur* Philippus Alberti de Nuſſia, Joannes Gerbrandi de Leydis, Ægidius Fabri, Nicolaus de Alſentia, Nicolaus Simonis, Godefridus Candelarij: *de quibus ſingulis ſpecialim agetur in ſequentibus.*

CATAL.

Digitized by Google

CATALOGVS ANTISTITVM
ex Ordine Carmelitarum assumptorum.
(PARTIS V. SPECVLI CARMELIT. LIBER III.)

PRÆFATIO.

Episcoporum SS. seminarium, monachismus,

3148. EPiscoporum sanctissimorum seminarium *olim* fuisse monachismum; ex quo Basilij, Gregorij, Chrysostomi, & alij, tàm in Occidente, quàm in Oriente, viri spectatissimi prodiêre, *audivimus hîc suprà* (a) *ex Baronio* (b) *qui etiam declarat, monachos tùm vitam duxisse*, instar Eliæ. *Ex eodem, & ex dictis hîc suprà* (c) *habetur*, S. Athanasium complures assumpsisse ex monachis, in Episcopos: *unum autem obsistentem, nè ad Episcopatum, atque ita ad curam animarum, assumeretur, ut id illi S. Athanasius persuaderet, adduxit exempla principum monastici Instituti, SS. Eliæ, & Elisei, dicens:* habentes pro exemplari Elisæum, & consecij, quid Elias egerit. *Igitur isti Episcopi habuerunt* S. Eliam, & S. Elisæum, *velut* exemplar, *& eorum erant æmulatores, aut etiam successores, sicut plenius declaratum est hîc suprà*, (d) *& quidem de S. Chrysostomo, ex ejus vita apud Metaphrastem, & Surium, habetur, quòd*, qui in monasterio, in quo degebat Chrysostomus, diversabantur, perspectâ ejus sanctitate, obsecrabant, ut sibi præesset; ille è diverso renuebat: nihilominùs quasdam regulas monasticæ exercitationis edocuit, eos exhortans ad Sanctorum Eliæ, & Elisei piam conversationem. *Sed cur S. Chrysostomus monachus, monachos confratres suos*, qui in eo monasterio, in quo degebat (*Chrysostomus*) diversabantur, ... adhortatus est, ut Eliæ, & Elisei Prophetarum conversationem piâ æmulatione imitarentur: *addiditque* & præcipuè quidem; *nisi ideò, quòd ipsi sint* primi conversationis monasticæ Principes, *& istorum posteri, aut successores, aut certè æmulatores erant istius monasterij monachi*; *ac consequenter S. Chrysostomus, de quo propterea meritò sic canit Mantuanus, libro* 10. Fastorum:

pro exemplari, & principe habens SS. Eliam, & Elisæum,

ad quorum præcipuè imitationem propterea hortatur S. Chrysostomum,

Eliæ instituti æmulator,

More Patrũ, qui Carmeli montana colebant,
Per spelæa diu traxit sylvatica vitam.

cujusmodi etiam fuerunt Episc. alij plures,

3149. *Eadem est ratio de præfatis SS. Basilio, & Gregorio Nazianzeno, sicut videre licet hic sup.* (e). *Eamdem esse rationem aliorum Episcoporum veterum, ex monachis assumptorum, constat ex antecedentibus, hîc suprà* (f) *videlicet, quòd sicut S. Antonius (monachorum veterum, princeps, pòst SS. Eliam, & Ioannem Baptistam; quia instaurator, & propagator) fuit* magni Eliæ æmulator, *ita quoque monachi veteres omnes tales fuerunt* magni Eliæ æmulatores, *aut etiam posteri, & successores. Quòd autem Episcopi veteres ex monachis assumpti, se habeant ad S. Eliam, sicut Episcopi ex Ordine S. Benedicti assumpti, ad S. Benedictum, & ex Ordine Prædicatorum, ad S. Dominicum: atque ita de aliis respectivè, persuadet auctoritas Patrum, disertè S. Eliam Principem Monachorum nuncupantium: ita quidem disertè S. Hieronymus, S. Isidorus, & alij, relati hîc suprà* (a) *& à S. Chrysostomo ipse S. Elias dicitur* Dux, & Institutor hujus vitæ salutaris: *& propterea monachos aliós ad ejus imitationem, in virtutum exercitatione, & monastica eremitica vitæ conversatione, ac in vestitûs similitudine, hortabantur, & ipsi æmulabantur, prout in antecedentibus audivimus de magno Antonio, & de præfato S. Ioanne Chrysostomo. His jungantur illa, quæ scribit ad idem intentum S. Chrysostomus, agens de vestibus monachorum* (b) Vestis eis, *inquit*, fortitudine digna ... juxtà beatos illos Angelos Eliam, Elisæum, Joannẽ. *Et alibi* (c) *agens rursùs de vestibus monachorum.* Ita eis præparatæ sunt, ut beatissimis Angelis illis, Eliæ, dico, Eliseo, Joanni, ac universis Apostolis: etenim aliis caprarum, aliis camelorum pilis confectæ sunt. *Ita quoque Sozomenus, scribens de monachis* (d) Isti, *inquit*, ad exemplum Eliæ Thesbitis, pellibus se induebant, ut singuli ex pelle corpori circumjecta (sicut mihi quidé videtur) virtutem Prophetæ semper in memoriam revocantes, strenuè contrà cupiditates venereas confligerent: atque ad ejus vitam imitandam incendebantur. *Et Ioannes Cassianus* (e). Itaquè monachum, ut militem Christi, in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere; hôc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento hujus professionis fundavêre primordia, Eliam scilicet, & Elisæum, divinarum Scripturarũ auctoritate demonstratur: *ubi expressè asserit*, Eliam, & Elisæum professionis hujus (*monasticæ*) fundasse primordia. *Ecquæ signa sunt, Episcoporum ex Ordine S. Benedicti assumptorum, quòd sint filij, & successores S. Benedicti? (eadem est ratio assumptorum ex Ordine Prædicatorum, ad S. Dominicum, & ita aliorum omnium respectivè) nonne quòd amplexati fuerint vitam à S. Benedicto inchoatam, & illum in virtutibus, & monastica conversatione, ac habitu se illi conformaverint? Atqui ita Episcopi ex monachis veteribus assumpti se habuerunt respectu magni Eliæ Prophetæ, quem S. Chrysostomus frequenter* Angelum *nuncupat, & aliis summis encomiis deprædicat; quia vitam monasticam, qualem veteres monachi, ad ejus imitationem, agebant, identidem* Angelicam *appellat. Et ista hîc obiter, occasionaliter (quia alibi latiùs, & ex professo) nè quispiam miretur, dùm audit, Episcopos olim ex monachis assumptos, fuisse magni Eliæ æmulatores, plures etiam posteros, & successores: Quales fuisse S. Telesphorum Papam, S. Dionysium similiter Summum Pontificem, SS. Spiridionem, & Serapionem Episcopos, S. Cyrillum Alexandrinum, etiam Episcopum, seu Patriarcham, ex Carmeli Ordine assumptos, habetur ex dictis, parte IV. ad dies, quibus, auctori-*

(a) n. 2559.
(b) ad an. 328, & 340,
(c) n. 2559.
(d) n. 310. & seq. & n. 514. & n. 2887. & seq.
(e) ad XV. Junij num. 2938. & seq.
(f) n. 310. & seq. & n. 2887. & seq.

(a) n. 279. & n. 311. ac seq. & nu. 2887. & seq.
(b) Hom. 66. ad pop. Antioch de Monachorum vita.
(c) in cap. XXI Matt. hom LXIX.
(d) lib. 3. hist. Eccles. cap. 13.
(e) de Institut. cœnob. cap. 2.

Digitized by Google

tate Ecclesiæ, in toto Carmeli Ordine, tamquam ejus alumni, officio, sub ritu duplici, coluntur: de quibus cùm in anterioribus actum sit, hîc consequenter dumtaxàt suo ordine commemoratio fiet: de SS. Basilio, Gregorio, Chrysostomo, & cæteris assumptis ex veteri monachismo, instar Eliæ, seu (ut S. Athanasius in vita S. Antonij scribit) ex instituto magni Eliæ, ulterior tractatio non erit; tùm, quòd de illis præcipuis aliquot jam ante actum sit in secundo Tractatu partis IV. sub finem (a) *tùm, quòd alioquin de cæteris omnibus peculiaris sermo in magnam nimis molem hoc opus extenderet.*

(a) initium est n. 2883. & finis n. 2993.

3150. *Itaque ad hunc Tractatum referentur dumtaxat isti, qui pòst annum Christi 1200. vixerunt, præsertim in Europa, exceptis paucis aliquot Sanctis, qui in toto Carmeli Ordine, tamquàm ejusdem alumni, Ecclesiastici Officij solemnitatem habent. Hæc autem nostra desumpta sunt ex Regestis Bullarum Pontificum, Actis Consistorialibus, libris pariter Promissionum, & Provisionum, sub diversis Pontificibus: in quibus electiones, memoriaque Antistitum orbis Christiani reconduntur. Accesserunt quamplura antiqua monumenta cœnobiorum nostri Ordinis: nec non vetera Necrologia: item lapides sepulchrales: atque exteri probati Auctores, qui de rebus patriis scripserunt. Ad hæc, non pauca nos ipsi coram vidimus, aliaque ex testibus ocularibus, omni exceptione majoribus, accepimus. Iis ergò subsidiis instructi, majori, quâ potuimus, fide, ac diligentiâ, hanc nostram seriem utcumque concinnavimus, & ordine Alphabetico digestam exhibemus. Plenior autem tractatio de illis, Ordinis Annalibus intexenda est. Quoniam verò hîc in Belgio existentes, Regesta Pontificia, Acta Consistorialia, & alia id genus monumenta, in Urbe asservata, oculis nostris lustrare non potuimus; suscepit in se curam istam R. P. Ludovicus Perez, Sacerdos professus nostri Ordinis, dudùm Romæ commoratus, Regens S. Theologiæ in Conventu S. Mariæ Transpontinæ (cujus mentio aliquotiès est in* Bibliotheca Hispana (b) *Romæ typis editâ) qui ex prefatis Regestis quamplurium Antistitum Carmelitarum electiones, nec non aliundè variis notitias, eosdem Præsules contingentes, seriò collegit, & ad nos cum debita attestatione transmisit.*

(b) Tomo 1. in Præf. pa. 6. & 7. à fine retrogadè & To. 2. pag 297.

A

Adrianus Arnoldi, Belga, Flander,

Episcopus Rossensis, Suffraganeus Cameracensis;

3151. ADRIANUS ARNOLDI, seu DE ARNOLDIS, in *Actis Consistorialibus Leonis X.* his commemoratur verbis: *Fr. Adrianus de Arnoldis, Ordinis Carmelitarum, electus est die 18. Septembris 1517. Episcopus Rossensis, in partibus Infidelium, cum pensione super mensam Ecclesiæ Cameracensis, ad exercenda Pontificalia in Diœcesi Cameracensi.* In Conventu Ordinis Fratrum B.mæ Virg. Mariæ de monte Carmeli, Brugis in Flandria professus est, anno à Christi nativitate 1483. ibidem primum Deo Missæ sacrificium obtulit anno 1490. Lector institutus an. 1500. promotus Bachalaureus an. 1507. Doctor Parisiensis an. 1515. Episcopus Rossensis, nec non Cameracensis Suffraganeus, Vicarius in spiritualibus assumptus, anno 1517. Dominicà 24. pòst Trinitatem consecratus fuit ab Episcopo Morinensi (seu Teroanæ Morinorum) ejusque Suffraganeo, & Episcopo Sareptano, Suffraganeo Tornacensi. Decessit Bruxellis, & ibi in Carmelitarum conventu sepultus est, in Novembri, anno 1536. In Conventu Brugensi ejus Anniversarium, usque in præsens, singulis annis peragitur (a) infrà Octavam fidelium defunctorum.

(a) Hæc. nùs ex veteribus libris Mss. Carm. Brugensis.

3152. Animadvertendum hîc obiter, quòd Adrianum præfatum in Ecclesiæ Cameracensis administratione, in spiritualibus, immediatè præcesserit Joannes Briselotus (de quo hîc infrà *b*) Briseloti proximus prædecessor ibidem fuit Ægidius de Merica (de quo mòx) & hujus ibidem prædecessor fuit Godefridus Greverius (de quo etiam infrà) Adrianum quoque secutus est Joannes à Calido-campo, & hunc Martinus Cuperus, omnes ex Carmeli Ordine assumpti; In Brugensi præfato Conventu etiam professus est Joannes ab Arundine, Episcopus Usbitensis, Suffraganeus Trajectensis, de quo suo ordine, hîc infrà: hujus etiam ibidem prædecessores, & successores plures, fuerunt assumpti ex eodem Carmelitano Ordine: undè etiam illis temporibus plures similiter fuerunt Suffraganei Leodienses, Vicarij in spiritualibus. Atque ita Ecclesias Cameracensem, Trajectensem (seu Ultrajectinam *) ac Leodiensem, latissimè tunc extensas, longo temporis tractu, in spiritualibus, ac Pontificalibus muniis, administrârunt ex Carmeli Ordine assumpti, hîc consequenter, suo ordine, juxtà seriem alphabeti, commemorandi.

(b) verbo JOAN. BRISELOT.

ibidem plures alij ante, & post ipsum, ex Carmeli Ordine,

ita quoque Trajecti,

& Leodij:

* Utrechi, *quas tres Ecclesias longo tempore in spiritualibus administravit Carm. Ordo.*

3153. Quoad Adrianum Arnoldi, in libro Memorabilium Conventûs Antuerpiensis, sub initium hæc exarata leguntur: *Anno Dom. MDXVII. more scribendi Ecclesiæ Cameracensis, XVIII. mensis Februarij, consecrabatur altare Venerabilis Sacramenti in choro, per Reverend.m Patrem & Dominum Magistrum Adrianum, Episcopum Rossensem, Suffraganeum Cameracensem, in honorem Venerabilis Sacramenti, ac Sanctarum Catharinæ, & Vrsulæ Virg. & martyrum.* In præfato libro Antuerpiensi memoratur, quòd idem *R. in Christo Pater ac D. Adrianus, Suffraganeus Cameracensis an. MDXXV. die XXIV. Aprilis consecraverit Capellam à latere Aquilonari chori ejusdem Ecclesiæ.* Sed quâ ratione is, qui anno 1517. die 18. Sept. electus fuit, potuit anno 1517. die 18. Februarij consecrare altare? Utrumque verum est, juxtà varium inchoandi anni usum. Id sciru dignum & utile est. Electus fuit an. 1517 in Septembri, juxtà morem computandi Romanum. Consecravit altare an. 1518. in Februario, juxtà eamdem Romanorum consuetudinem, sed 1517. juxtà rationem computandi Gallicum, seu Cameracensem, qui in variis Belgij urbibus servabatur, de qua ista Dionysius Petavius in Rationario temporum (c) *Annus 1564. ad rationem computandorum temporum insigne illud attulit, quod Caroli edicto cautum est in Galliis, ut in publicis, privatisque tabulis, ab Calendis Ianuariis annorum repeteretur exordium: quod hactenus à Paschate, vel Incarnatione capi consueverat.* Spondanus de ista mutatione principij anni

Adrianus Arnoldi consecravit sum. altare in choro Carmelit. Antuerp.

Et Capellam à latere aquil. chori.

De anni exordio olim scitu utile:

(c) lib. 9. cap. 12.

Anni inchoandi diversitas quando ad uniformitatem reddita.

Digitized by Google

Anni initiandi diversitas quando ad uniformitatem redita.

anni conformiter scribit in Annalibus, ad dictum annum 1564. num. IX. ubi ista: *Memoriâ dignum est, quòd cùm semper antè, ad id usque temporis, in actis juridicis, aliisque publicis, notari consuevisset anni principium à die Paschæ; undè ob incertos, & mobiles ejus celebritatis dies, magna confusio in decretis, & contractibus, ac præcipuè in conservanda rerum memoria, & gestis conscribendis, oriebatur; edicto cautum fuit, ut imposterùm anni initium, more Romano, à Calendis Ianuarii putaretur.* Ita quoque verum est, quod in libris nonnullis Carmeli Antuerpiensis & Mechlinienſis legitur, Ægidium de Merica (de quo mòx) decessisse an. 1505. (more Romano) die 5. Februarij: tunc autem, juxtà Gallicum, aut Cameracensem computum, adhuc erat annus 1504. & ideò in alio libro legitur, quòd obierit anno 1504.

Ægidius de Merica, Belga, Brabantin.

3154. ÆGIDIUS DE MERICA, *Beritensis Episcopus, institutus est sexto Idus Maji, anno* 1499. ita habetur ex *Bullo promotionis ejus, inter Bullas Alexandri VI.* (a). Professione fuit Conventûs Mechlinienſis in Belgio, eo tempore, fulgore strictioris observantiæ, à B. Joanne Sorethio ibi stabilitæ, illustris. Probationis anno ibi completo, tribus solemnibus votis Deo, & B. V. Mariæ se tradidit anno 1485. die 6. Februarij: annis aliquot pòst institutus fuit Lector, & Baccalaureus Biblicus (b) exindè anno 1497. circà Dominicam 5. post Paschа electus fuit secundus Prior Antuerpiensis, & augusti chori, ac ambitûs structuram magno animo inchoavit: assumptus in Episcopum Beritensem, ac Suffraganeum Cameracensem, consecratus fuit eodem anno 1499. Festo Nativitatis B. Virginis. Ex hac vita migravit anno 1505. die 5. Februarij. * Hæc sic exarata leguntur in vetustis codicibus Conventuum præfatorum Mechlinienſis, & Antverpiensis. Ægidio præfato successit immediatè in eodem Episcopatu, & Suffraganeatu (sicut jam statim dictum est) Joannes Briselotus, ex Priore Vallencenensi assumptus (prout testimonium indubitatum reddunt Acta Consistorialia Julij Secundi, de quibus hìc infrà c) & huic suffectus est præfatus Adrianus Arnoldi. Animadvertendum, quòd Conventus Antuerpiensis, & Mechlinienſis, & alij in Brabantia, & Hollandia, &c. siti, fuerint olim sub Provincia Germaniæ, seu Allemaniæ Inferioris, in cujus antiquis monumentis refertur, quòd Ægidius de Merica anno 1497. deputatus fuerit, ut in Vigilia Assumptionis B. Virginis haberet solemnem Orationem ad Universitatem Colonienſem, sub spe ulterioris promotionis: & quòd anno 1498. die 6. Maji, in Capitulari Congregatione Coloniæ habita, ordinatum fuerit, Ægidium de Merica Lectorem principalem Antuerpiæ, & ibi Priorem, commendandum Reverendissimo P. Generali, & Capitulo Generali (illo anno celebrando in Conventu Nemausi, Provinciæ Narbonæ) ad promotionem Doctoralem: & sit mentio Universitatis Lovanienſis; sed verisimiliter paulò pòst, ante susceptam lauream Doctoralem, assumptus fuit Episcopus; cùm in vetustioribus utriusque Conventûs monumentis passim nuncupetur Baccalaureus. Et quidem quantùm ad Lovanium, in *Fastis Academicis* editis à Valerio Andrea, inter Doctores S. Theologiæ ejus nomen non extat.

(a) lib. 261. fol. 214.

Mechlinia, Professus,

(b) ex antiq. codicib. Carm. Mechl.

Prior Antuerpiæ, Episcopus Beritensis, Suffrag. Camerac.

* Al. 7. Feb. forte quia tunc fuit sepultus.

(c) verbo JOAN. BRISELOT.

Ægidius de Merica, ac Doctor S. Theol.

3155. Ex præfato Conventu Mechlinienſi sex etiam alij assumpti fuerunt, sicut ex antiquis libris, & monumentis habetur in Memoriali professorum, & in historia istius Conventûs, in quibus ista: *Iacobus * Croatensis Episcopus: obiit anno* 1370. 12. *Aprilis, sicut patet in lapide, ante summum altare, cujus Anniversarium ponitur penultimâ Martij. Henricus de * Tuluis Episcopus Rossensis, Suffraganeus Domini Cameracensis, & etiam Leodiensis. Obiit in Trajecto Inferiori: cujus anniversarius dies ponitur* 1. *die Martij. Elias Episcopus Rhadestensis, iste sæpè fuit in Conventu, & filius Conventûs Mechlinienſis, ante annum Domini* 1384. *sicut patet in libro Septimanalium: sæpè prædicavit in Conventu: & obiit post annum Domini* 1420. *Ioannes de Arundine, S. Theologiæ Doctor, Conventûs Brugensis, consensu Reverendissimi P. Generalis Ioannis Soreth, huic Conventui incorporatus: cui postea sex annis præfuit Prior; deindè Episcopus Vsbitensis, & Suffraganeus Trajectensis: obiit an.* 1475. *Ægidius de Merica anno* 1485. *ipsâ die Dorotheæ professus: Lector, ac Baccalaureus Biblicus: secundus Prior Antuerpiensis; illinc Episcopus Beritensis, & Suffraganeus Cameracensis. Laurentius Ducis, Mechlinienſis, in Festo SS. Petri & Pauli fecit suam professionem: Episcopus Ebronensis, ac Suffraganeus Trajectensis. Martinus Cupërus, S. Theologiæ Doctor, Carmeli Antuerpiensis, & Mechlinienſis Prior, & Germaniæ Inferioris Provincialis: denique Episcopus Chalcedonensis, Suffraganeus Cameracensis, & Abbas Crispinienſis.* De istis septem Episcopis plura videri poterunt in *Chorographia Brabantiæ*, per Antonium Sanderum, sub titulo: *Chorographia sacra Carmeli Mechlinienſis*: de plerisque etiam singillatim sermo redibit suo ordine. Ratio, cur de istis Episcopis, præsertim tribus prioribus, annus, & dies professionis, & alia ignorentur, hæc traditur in antiquiori libro Conventûs adhuc extante: *Causa, quare ignoratur status Conventûs, tàm de Fratribus receptis, quàm de Provincialibus visitantibus, est, quia oppidum Mechlinienſe, unà cum Conventu adustionem maximam, imò ruinosam, ignis sustinuit. Inter quæ mala, libri Computûs, ac alia volumina diversa, Fundationem Conventûs, tàm intùs, quàm extrà, comprehendentia, ac Patrum, ac Fratrum nomina consumpta, & ad nihilum redacta sunt.* Nec semel dumtaxat, sed diversis vicibus, ab igne magnam vastationem passa est Mechlinia: de qua Franciscus Haræus in Annalibus Brabantiæ, ad annum 1542. & alibi.

* al. *Croatensis & Croatiensis,*

* al. *Tolnè,*

Mechlinienſis Carmelit. Conventus aliarumve habuit, Episcopos VII.

3156. ALPHONSUS ALVAREZ, Hispanus, nobili genere, in oppido Vallis-Arearum (vulgo Valderás) diœcesis Legionensis, die 28. Junij 1619. natus est, parentibus Petro

Alphonsus Alvarez, Hispanus,

Digitized by Google

fit Carmelita,

Alvarez, & Elizabethâ Barbâ. In patria induit habitum religiosum, ibique professionem emisit. Pòst absolutum Philosophiæ, ac Theologiæ curriculum, utramque Facultatem ipse Fratres suos docuit Methymnæ à Campo, Abulæ, & Vallisoleti. Institutus ad hæc Sacræ Theologiæ Magister, Lauream Doctoralem publicè in Academia Salmanticensi suscepit anno 1656. in eaque publicum Philosophiæ Professorem diu egit. Intereà bis cœnobium Salmanticense Prior, & semel Provinciam Castellæ Vicarius Provincialis moderatus est. Assumptus posteà, nominatione Regis Catholici, in Antistitem, Romam venit, & die 9. Septembris anno 1669. creatus est Archiepiscopus Lancianensis, in regno Neapolitano: consecratus deindè in Ecclesia Transpontina sui Ordinis die 22. ejusdem mensis, & anni, per manus Friderici Cardinalis Sfortiæ, Assistentibus Thomâ Sarria Archiepiscopo Tarentino, & Joanne Caramuel Episcopo Campanienſi. Item Pallium Archiepiscopale recepit in Urbe, die 22. Octobris ejusdem anni, de manibus Francisci Cardinalis Maidalchini. Româ egressus, venit Lancianum, & possessionem Sedis iniit die 7. Decembris, labente eodem anno. Pòst triennium, ad diem scilicèt 29. Maji 1673. ex nominatione pariter Regis Catholici, institutus est Archiepiscopus Brundusinus, in eodem regno Neapolitano, cujus Sedis possessionem iniit die 2. Julij ejusdem anni. Tandem ab eodem Rege Catholico nuper promotus est ad Ecclesiam Salernitanam, non longè à Neapoli. Insigne nostri Alphonsi elogium legitur in Historia nupera Brundusina (edita Lytij anno 1674.) libro 5. capite ultimo. Vivit. (a) Diu vivat.

Magister Theologiæ,

Vic. Provincialis Castellæ,

Archiepisc. Lancianensis,

accipit pallium,

instituitur Archiepiscopus Brundusinus,

denique Archiep. Salernitanus.

(a) initio an. 1676.

3157. AMATOR ARRAIS, Lusitanus, ex urbe Pace-Julia, hodiè vulgò Beja, in Diœcesi Eborensi, patrem habuit Simonem Arrais, nobili genere natum. * Olyssipone in Carmelitarum cœnobio religiosam vestem induit, ineunte anno 1545. ad diem 24. Januarij: professionem autem emisit ultimâ die ejusdem mensis recurrentis, sub initium anni 1546. in Collegio Conimbricensi, nuper à Balthazare Limpo, item Carmelita, Episcopo Portugalensi, & posteà Bracharensi Archiepiscopo, à Fundamentis extructo. Fuit autem noster Amator primus omnium, qui per vota solemnia Religioni nomen dedit in prædicto Collegio. Ibi etiam Sacram Theologiam professus est, quod & fecit apud Canonicos Regulares S. Augustini, in amplissimo cœnobio S. Crucis Conimbricensi. Intereà Magistrali laureâ susceptâ, concionandi munus, magna cum nominis fama exercens, à Sebastiano Rege Portugalliæ Concionator sui Regij Sacelli institutus fuit, (sicuti & magnus Eleëmosynarius ab Henrico Rege Cardinali, Sebastiani successore.) Pariter ejus operâ creatus est Episcopus Adrumentinus, titularis, in Africa, sub Metropoli Carthaginensi (quem titulum posteà cum Tripolensi, in eadem regione, & Metropoli, commutavit) nec non Suffraganeus Eborensis, decimo Kalendas Augusti, anno 1568. Consecrationis munus in suo Conventu Olyssiponensi suscepit, per manus Georgij de Ataide, Episcopi, Capellani Majoris Regij. Deindè, ex nominatione Philippi II. Regis, promovetur ad Ecclesiam Portalegrensem in Lusitania, sub Metropoli Olyssiponensi, tertio Kalendas Novembris anno 1581. Plura, eaque insignis pietatis, & magnificentiæ opera, cùm in Urbe, tùm in tota Diœcesi, incœpit, absolvit. Pòst hæc, nuncio dignitati Episcopali misso, in suum Collegium Conimbricense, ubi religiosam vitam initiaverat, mortem viro per omnia religioso, planè congruentem expectaturus, se recepit, ad ann. 1598. sub cujus principio, *die 16. Februarij, Ecclesia Portalegrensis, per liberam cessionem Amatoris vacans* (uti expresè legitur in Actis Consistorialibus Clementis VIII.) novum Antistitem obtinuit. Cùm verò intrà Claustra iterùm degeret Amator, Ecclesiam ejusdem Collegij, item & Sacrarium, eximiâ liberalitate ab ipsis Fundamentis ædificavit, nec non liberali censu annuo ipsas ædes dotavit: addictus ipse eo tempore lectioni, & scriptioni, quarum fructus in opere insigni *Dialogorum*, palàm exhibuit. Demùm præfato Collegio, hærede ex asse relicto, suum corpus ibi etiam sepeliendum dimisit: mortuus die 1. Augusti, anno 1600. Eruditionis ejus monumentum, præfatos *Dialogos morales magni habent Lusitani*, sicut testatur Auctor *Bibliothecæ Hispanæ*, anno 1672. Romæ editæ (a) in qua etiam hoc piæ ejus munificentiæ insigne memoratur (b) *Cùm contigisset ejus tempore infelix Africana Sebastiani Regis expeditio, plureſque è diœcesi Portalegrensi in Maurorum potestate captivos remansisse, certior factus esset, omnes proprio ære redemit.* Consequenter referuntur nonnulli, qui ejus, & meritorum cum laude meminerunt.

Amator Arrais, Lusitanus,

* al. Ulyssipp.

professitur in Carmeli Ordine:

Magistrali laureâ donatur:

Concionator Regius, dein Episcopus Adrumentinus,

ac deinde Portalegrensis:

senex cedit Episcopatui, ut ad mortem se disponat:

Ecclesiam ædificat,

meritur.

(a) tomo 1. pag. 49.

(b) Tom. 2. in Append. 1. pag. 279.

3158. AMBROSIUS DE VALLEJO, Hispanus, Matritensis, nobili stirpe natus, Didaco de Vallejo Capitaneum, & Elizabetham de Mella parentes habuit, uti testatur Hieronymus de Quintana, in *Historia Matritensi cap. 52. & 137.* In patria religiosum habitum induit, & professionem emisit die 25. Januarij anno 1581. Postquàm ipse studiis formatus, Philosophiam, & Theologiam, Regens hujus facultatis in suo Collegio Salmanticensi diu docuit, Magisterij gradum obtinuit. Ad hæc primarios Conventus suæ Provinciæ, Abulæ scilicet, Vallisoleti, & Matriti Prior rexit. Semel atque iterùm Castellanam Provinciam moderatus est Provincialis, electus primùm anno 1606. secundò ad annum 1618. Superstes in munere, usque ad insulam. Item Procurator Generalis omnium sui Ordinis Provinciarum Hispaniæ, in Curia Regis Catholici extitit: nec non Qualificator sancti officij Inquisitionis, apud supremum ejusdem Curiæ Tribunal.

Ambrosius de Vallejo, Hispanus,

Carmeli Religioni se donat;

Magisterij gradum obtinet;

Provincialis Castellæ.

Procurator Generalis in Hispania:

Digitized by Google

bunal. Prædictis officiis egregiè perfunctus, ex nominatione Regis Catholici, eligitur in Antistitem: creatus die 2. Decembris 1619.

Episcopus Popajanensis eligitur dein Truxellensis:

Episcopus Popajanensis in Peruvia, seu America Meridionali. Deindè translatus est ad Ecclesiam Truxellensem, sub Metropoli Limana, die XXVII. Januarij anno 1631.

moritur.

ubi & obiit die 29. Octobris 1635. Dùm in vivis esset, Episcopus, curavit exstrui à fundamentis primarium Sacellum (Crucem vulgò vocant) Templi Matritensis sui Ordinis: ibique ad latus dexterum supremi altaris, sub ipsius Imagine, sequens inscriptio, seu Cenotaphium legitur: *Illustriss. & Reverendiss. Dom. Frater Ambrosius à Vallejo, sacri hujus Conventûs à primis annis alumnus, Conventûs, Provinciæque semel, atque iterum apex: in Peruensi regno, pro meritis, Episcopus de Truxillo designatus, cui mirificè præfuit, & profuit: Sacellum hoc à Fundamentis erexit, & immortali sæculorum Regi, quâ potuit pietate, dicavit, dotavitque, & sibi ex ultimis tabulis Testamenti in sepulturam elegit. Receßit à vita, & munere XXIX. Octobris, Anno MDCXXXV.*

ejus cenotaphium.

Anastasius Vives, Hispanus,

3159. Anastasius Vives, Hispanus, Oriolensis, ex antiqua & nobili familia, parentibus Francisco Vives, utriusque Juris Doctore, & Dionysiâ Torres Roccamora, natus est die 16. Maji anno 1599. Pòst mortem matris, parens cum altera prole, & Anastasio nostro, nondùm undeno, habitum religiosum susceepit in Conventu patriæ die 15 Decembris anno 1609. Ibi absoluto tyrocinio, & expleto legitimo ætatis tempore, professionem emisit Anastasius die 17. Maji 1615. Posteà studiis operam dedit: & Philosophiam in Conventu Alicantensi, Theologiam verò Valentiæ intrà Claustra docuit: institutus subindè S. Theologiæ Magister. Ad hæc regimini adhibitus, patrium Oriolæ cœnobium, item Valentinum Prior, nec non & Provinciam Aragoniæ moderatus est, electus Provincialis Calatajubij anno 1653. Sub eo munere Romam venit, & interfuit Comitiis Generalibus in Urbe celebratis anno 1654. Pòst quadriennium, præfecturæ, officiis, & voci ad ea passivæ (ut dicitur) vale dicens, Oriolam ad patrium Conventum secessit, ubi per biennium manens, ex constanti abnegatione sui, apud alios negationem sui nominis fermè impressit. Dùm hæc agebat, & latêre judicabat Anastasius, à Rege Catholico proditus est, atque ipsius nominatione, nihil minùs cogitans, assumitur in Antistitem.

fit Carmelita,

Lector,

Magister Theologiæ,

Prior Provincialis;

cedens officio solitaria vivit:

Dum lateret, Episcopus Segobricensis eligitur:

3160. Igitur creatus est Episcopus Segobricensis in Hispania, non adeò longè à patria, die 30. Maji 1661. Possessionem dignitatis per Procuratorem inlit die 19. Augusti ejusdem anni. Munus autem consecrationis Valentiæ in Ecclesia sui Ordinis die 9. Octobris eodem anno accepit, per manus Martini Lopez de Hontivèros Archiepiscopi Valentini, Assistentibus Didaco de Chueca Episcopo Tervelensi & Acatio March Episcopo Oriolensi. Post hæc Ecclesiam suam solemniter ingressus est Anastasius die 23. ejusdem mensis Octobris. Hic manens, non pauca disciplinæ Ecclesiasticæ, zeli, & frugalitatis, cùm interim effusissimus in pauperes esset, dedit exempla. Semel & iterùm universam Diœcesim suam, frequenter pedes incedens, personaliter visitavit: Synodumque Diœcesanam Segobricæ anno 1668. à se celebratam, typis edidit anno 1669. Postquàm verò Ecclesiam suam annis XII. pastorali sollicitudine rexit, & magnificum Sacellum, dicatum Beatissimæ Virg. Mariæ de monte Carmelo, hujus annuâ solemnitate stabilitâ, & dotatâ, in Templo Cathedrali erexit, ornavit. In eremiticum cœnobium sui Ordinis, in Territorio oppidi Ondæ, sub Dertusensi Diœcesi, non procul Segobricâ, lubens secessit, impetratâ prius Apostolicæ Sedis benedictione, & pensione annuâ, copiosiori sanè, quàm postulaverat, ex ordinatione Regis Catholici, sibi reservatâ. Instituto autem successore die 17. Julij 1673. reliquum vitæ tempus cum Fratribus suis Anastasius egit, quasi unus ex illis, in ipsis etiam vilioribus domûs occupationibus frequens, constanter usque ad mortem perseverans. Hanc demùm pretiosam in conspectu Domini obivit in eodem Conventu, ipso festo Sanctissimæ Trinitatis, horâ 3. post meridiem, die 26. Maji anno 1674. Meminit Anastasij nostri Bibliotheca Hispanica tomo 2. in Appendice pag. 316.

Synodum celebrat:

Episcopatûs onere se exuit:

religiosam vitam, in eremitico cœnobio, agit

cum Fratribus,

quasi unus ex eis:

piè moritur.

S. Andreas Corsinus, Italus Florentinus Episcopus Fesulanus,

3161. S. Andreas Corsinus *ad Episcopatum Fesulanum assumptus est anno 1349. tertio Idus Octobris: confirmatus à Clemente VI. reperitur in Regesto Vaticano, epistolâ 135. folio 30. anno octavo.* Ita Ughellus, *tomo 3. Italiæ sacræ:* ubi de *Episcopis Fesulanis.* Annus octavus Clementis VI. erat 1349. eò autem anno electionem contigisse, & consequenter ipsum anno XXIV. (non XII. ut apud nonnullos legitur) Episcopatûs decessisse, anno 1373. pleniùs declaratum est hîc suprà (a). Qualiter electio ipsius facta fuerit, refertur in vita ejus hic suprà (b) nempè divinâ revelatione, Spiritu-sancto per os pueri enuntiante: *Elegit Deus Andream in sacerdotem sibi: ecce enim apud Carthusienses orat: ibi eum invenietis.* Tantâ autem vitæ sanctimoniâ, & virtutum omnium fulgore effulsit, ut à Summo Pontifice, Cardinalibus, & vitæ Scriptore, hôc decoretur elogio: *Omnibus Ecclesiarum Pastoribus absolutißimum optimi Præsulis exemplar.* Id, quàm meritò illi competat, perspicere licet in ejus vita, luculenter tradita hîc suprà, in parte IV. ad diem IV. Februarij (c) vitæ ejus epitome tradita à Bostio hîc paulò ante præcessit (d).

(a) n. 823. & 824.

(b) n. 843. & 869.

electus divinâ revelatione,

absolutissimum optimi Præsulis exemplar.

(c) n. 871. & 907. & 913.

(d) n. 3026.

Andreas de Luca,

3162. Fr. Andreas de Luca (vel de Lucha,) *Ordinis Carmelitarum, Sacræ paginæ Professor, electus est Archiepiscopus Athenien sis, die 6. Septembris, anno 1409. ex Actis Consistorialibus Alexandri V.* Hic proculdubio fuit Fr. Andreas Nicolai, patriâ Lucensis, seu Lucanus, egregius S. Theologiæ Magister,

Italus Lucensis,

Procur. Gen. & Concionator eâ tempestate celebris, qui ad plures annos Regens docuit, & Procurator Generalis totius Ordinis, extitit in Curia Romana, institutus primùm in Comitiis Generalibus Bononiæ, anno 1405. celebratis: & subindè in sequentibus Comitiis, Bononiæ pariter anno 1411. congregatis. An verò in Archiepiscopum fuerit sub eodem tempore consecratus noster Andreas, uti jam pridem electus erat: vel potiùs intrà Claustra manserit, aut paulò pòst obierit, incompertum nobis est hucusque. Neque mirum debet esse, si hujusmodi electio ad Insulam in Andrea nostro effectum non fuerit sortita, quandoquidem plura ejusdem generis exempla occurrunt in Regestis Pontificiis illius sæculi: ex quibus unum refert insignis Annalista Ordinis Minorum Lucas Waddingus tomo 5. suorum Annalium, anno 1448. num. 21. ubi relatis promotionibus duorum Religiosorum sui Ordinis ad dignitatem Episcopalem, subjungit: *Sed in libris Obligationum reperio, has translationes non habuisse effectum.*

Andreas Stregnart, 3163. ANDREAS STREGNART in *Actis Consistorialibus Gregorij XIII.* sic commemoratur: *Fr. Andreas Stregnart, Ordinis Carmelitarum, electus est die 28. Junij 1578. Episcopus Tagastensis, in partibus Infidelium, ad exercenda Pontificalia in Diœcesi Leodiensi.* Meminit Andreæ nostri Joannes Chapeauville, tomo 3. de gestis Episcoporum Leodiensium, in Gerardo Groesbeck, cap. 21. & 31. Item in Ernesto Bavaro, pluribus in locis, & maximè capite 29. ac 33. quibus in locis opera non pauca, nec parvi momenti, accuratè refert, eumque Conventûs Leodiensis Priorem, & Sacræ Theologiæ Doctorem non incelebrem, antè Insulas, expresè vocat. Habetur etiam memoria nostri Andreæ in Historia Aquisgranensi, auctore Petro à Beeck, capite 13. Ex antiquis monumentis Carmeli Leodiensis hæc accepimus: quòd fuerit natione & professione Leodiensis, Professor Theologus Colonienſis, annis multis Prior Carmeli Leodiensis, assumptus à præfato Sereniſſimo Principe Leodiensi Gerardo Groesbeck Suffraganeus Leodiensis: à Summo Pontifice nominatus Episcopus Tagastensis: per annos triginta sex in Episcopalibus functionibus vices gesserit, sub tribus Episcopis, Gerardo Groesbeck, Ernesto Bavaro, & Ferdinando Bavaro. Serpentis per ditionem Leodiensem hæresis Calvinianæ, & Lutheranæ dogmata acerrimè oppugnavit & repressit, pro domo Dei se murum opponens.

Episcopus Tagastensis, *Suffraganeus Leodiensis,* *annis 36.* *hæresium expugnator,* *murus pro domo Dei:*

3164. Quanto cum fructu orthodoxam fidem illibatam servare, propugnare, & restaurare studuerit, in iisdem monumentis commemoratur ex præfato Joanne Chapeauville, nec non ex Laurentio Melart, in historia Hucnsi, in qua hæc, inter alia: [Cùm anno 1580. mense Februario quidam hæretici Arteſij, & Hannones in civitate Aquisgranensi sua dogmata in publica concione profiteri ausi fuissent, & Primores illius civitatis dogmatibus suis infecissent; postquàm à Cæsare per Legatos, & Internuntios, pro restauranda ibi Religione, magnis sumptibus, & vigiliis laboratum esset, sed frustrà, hæreticis, & maximè Calvinistis, in sua hæresi pervicacibus, majestatem blasphemantibus, dominationem spernentibus; tandem à Cæsare Ernestus Bavarus, Leodiensis Præsul, ad eos delegatur, ut ibi tùm Magistratus Catholicos, tùm avitam Religionem Romanam restauraret: quod ut faciliùs & solidiùs præstaret, evocavit Leodio Dom. Strengnart Suffraganeum, qui tùm Sacramento Confirmationis conferendo, tùm catechizandis rudibus, & à vera fide aberrantibus, sedulò incumbens, vix dici potest, quantum progressum fecerit.] Ita Melart. Repletus longitudine dierum, & multitudine bonorum operum, senio confectus, ad alteram vitam migravit an. 1615. die 17. Maji.

fructus copiosus à sub ejus.

3165. ANELLUS seu potiùs AGNELLUS (ita Latinè scribunt Neapolitani, apud quos nomen illud est vernaculum) de Neapoli, Sacræ Theologiæ Magister, & Provinciæ Romanæ Provincialis, institutus in Comitiis Generalibus Bononiæ anno 1405. celebratis: electus est Episcopus Accienſis in Insula Corsicæ, septimo Kalendas Junij 1421. Ita legitur in Actis Consistorialibus Martini V. Ughellus Tomo 4. *de Episcopis Accienſibus,* sic eum recensèt: ANELLUS, *sive* AGNELLUS. *Neapolitanus, Carmelitani Ordinis Theologus insignis, eodem dignitatis gradu* (Episcopatus Accienſis) *insignitus fuit anno* 1421. (a) *Præfuit laudabiliter annis* 20. *Obiitque anno* 1441. *de quo Acta Consistorialia.* Ibi notat, Accienſem civitatem sitam in Corsica, Etruriæ adjacente Insula.

Agnellus Italus, *Episcop. Accienſis,* (a) sequitur 3. Kal Maji: sed insistendum præfatis Actis Consist.

3166. ANGELUS PEREIRA in *Actis Consistorialibus Clementis VIII.* sic inscriptus legitur: *Die decimâ quartâ Maji, anno* 1600. *Fr. Angelus Pereira Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Doctor, institutus est Episcopus Martyrienſis, in partibus Infidelium, & Suffraganeus Episcopi Conimbricenſis.* Natus est Angelus in antiquo oppido Barcelos, sub diœcesi Bracharensi. Habitum induit in Collegio Conimbricensi: ibi Theologiam docuit. Olyssipone fuit Prior, & obiit in oppido Pereira, prope Conimbricam, die 20. Junij 1614. Ex relatione Portugaliæ.

Angelus Pereira, *Episc. Martyrienſis.*

3167. ANTONIUS BIENVENU, Gallus, Turonensis, Ordinis Carmelitarum, S. Theologiæ Magister, & Provincialis Turonicæ Provinciæ, institutus anno 1516. Interfuit Comitiis Generalibus, Senis, anno 1517. celebratis, ibique in officio confirmatus est. Elapso quadriennio, assumitur in Episcopum Ebronensem, sub Patriarcha Hierosolymitano, die 24. Maji, anno 1521. Item destinatus fuit Suffraganeus Pictavienſis: uti produnt *Acta Consistorialia Pauli III.*

Antonius Bienvenu Gallus, *Episc. Ebron.*

3168. ANTONIUS BUISSON, Episcopus Bethleëmitanus, commemoratur in Gallia Christiana

Antonius Buisson,

Digitized by Google

Episcop. Bethleëmit.

Christiana Sammartanorum, dùm sermo est de Episcopo sexagesimo Altisiodorensi. Item habetur ejus memoria in Episcopis Eduensibus, Episcopo septuagesimo primo, Joanne Rolin Cardinali. Etsi per errorem Joannes Buisson legatur scriptus. Igitur prædictus Antonius Buisson, seu Buissonis, fuit natione Gallus, alumnus Provinciæ Provinciæ, imò & Conventûs Avenionensis, ut creditur, nec non in territorio hujus civitatis ortus. Rexit Prior Conventum Avenionensem: atque Provincialis extitit ejusdem Provinciæ; ab anno 1453. usquè ad 1457. uti constat ex originalibus monumentis Conventûs Avenionensis, & Provinciæ. Fit pariter memoria ejusdem Buissonis in Gallia Christiana, Episcopo sexagesimo quinto Cabilonensi. Quantùm ad Episcopatum Bethleemitanum, in *Gallia Christiana*: (a) sub titulo: *Episcopi Autißiodorenses* (seu *Altisiodorenses*) *etiam agitur de Episcopis Bethleemitanis*: dicitur ibi: *Bethleemitana Sedes propter infideles translata in Galliam*: de qua Miræus in Notitia Episcopatuum (b) ista, inter alia: *Est & in Gallia Bethlehemitanus Episcopus, propè Clametium oppidulum, in districtu Altisiodorensi.* In relatione de Episcopis Provinciæ Narbonæ (de qua infrà, ubi de Jacobo Maistret) de Antonio Buisson ex antiquis monumentis Provinciæ istius hæc occasionaliter inseruntur: [Carmelitarum Semurienſium Capitulum, & ædificia superposita ipse Antonius Episcopus Bethleëmiticus, & Suffraganeus Eduensis ædificari curavit, pactus est enim cum operariis die 18. Martij 1472. Anno 1466. die 20. Septembris Ecclesiam FF. Minorum de Observantia Cabilone dedicavit: ac mense Junio 1476. novam Ecclesiam, cœmeteriumque Carmelitarum Cabilonensium. In his Instrumentis legitur fuisse Ordinis Carmelitarum.] Hæc ex præfatis monumentis, in quibus etiam memoratur, quòd dictus Cardinalis, Episcopus Eduensis, in gratiam ejusdem Antonij concesserit Indulgentias Confratribus B. Mariæ in Ecclesia Carmelitarum Semurienſium.

antea Provincialis Provinciæ Provinciæ.

(a) edit. Paris. an. 1656.

(b) lib. 5. verbo *Bethlehem.*

3169. Antonius Fidei de Florentia (ita litteraliter legitur in Regesto communi Ordinis, fol. 27.) aliàs etiam *Antonius de Fide* * nuncupatus, Italus, Florentinus, destinatus fuit ad legendam Bibliam in studio Florentiæ, prout legitur in Actis Capituli Generalis Bononiensis, anno 1411. loco præcitato Regesti communis. Ipse electus est Episcopus Calvensis, in regno Neapolitano, sub Metropoli Capuana, quinto Kalend. Martij, anno 1415. per litteras Joannis XXIII. datas Constantiæ illâ die, anno V. Pontificatûs: ex *libro I. de Provisionibus Prælatorum, sub eodem Ioanne XXIII. anno V. fol.* 318. Cæterùm propter summam, summeque infelicem illorum temporum, pertinacissimo omnium vigente schismate, calamitatem, verosimile est, Antonium nostrum possessionem Ecclesiæ Calvensis numquàm iniisse. Posteà verò, evecto ad Summum Pontificatum Martino V. & diuturnâ illâ orbis Christiani tempestate sedatâ, canonicè ad Insulas promotus est Antonius; non quidem Calvij in Campania, sed Suanæ in Etruria. Igitur secundo Idus Augusti, anno 1418. institutus est Antonius noster Carmelita, Episcopus Suanensis, sub Metropoli Senensi, per litteras Martini V. datas Gebennis illâ die, anno I. Pontificatûs: ex *libro de Provisionibus Prælatorum, sub Martino V. anno I. fol.* 283. Dùm Suanæ sederet Antonius noster, consecravit Ecclesiam S. Georgij, Montis Marani, suæ diœcesis, teste inscriptione, hodieque ibi in pariete prostante, his verbis conceptâ: *Anno Domini MCCCCXXX. fuit consecrata Ecclesia S. Georgij, Montis Marani, per Dom. Antonium de Florentia, Episcopum Suanensem, die XXX. mensis Octobris.* Obiit tandem Antonius noster Lucæ, ineunte anno 1433. die 5. Januarij, & apud suos Carmelitas sepulturam accepit. Nonnulla ex dictis de Antonio nostro refert Abbas Ferdinandus Ughellus, cùm tomo 3. in Episcopis Suanensibus; tùm etiam tomo 6. in Calvensibus Episcopis, ubi Antonium nostrum præsentem fuisse Concilio Constantiensi, scribit, eumque doctrinâ, & oratoriâ arte, inter Patres illustrem vocat. Cæterùm error est in verbis ipsius, dùm à Martino V. electum Episcopum dicit an. 1415. cùm certo certius sit, assumptionem Martini V. ad Pontificatum incidisse XI. die Novembris 1417.

& del Fede.

Antonius Fidei,

electus Epis. Calvensis,

deindè institutus est Episc. Suanensis:

obiit an. 1433.

3170. Antonius Marinarius, Italus, Cryptaliensis, alterius Antonij Marinarij, itidem Carmelitæ, insignis apud Concilium Tridentinum Theologi (de quo alibi) pronepos: natus est Cryptaliis (vulgò le *Grottaglie*, oppido diœcesis Tarentinæ) die 15. Januarij 1601. & sacro Fonte renatus ibidem die XVII. ejusdem mensis. Parentes habuit Antonium Marinarium, utriusque Juris Doctorem, & Stellam de Electis. Postquàm verò litteris humanioribus operam dederat, habitum religiosum induit in patria, die 16. Julij 1622. & inibi ad diem 20. recurrentis ejusdem mensis, anno 1623. professionem emisit. Philosophiæ, ac Theologiæ studuit Lytij, Neapoli (ubi Presbyter à Francisco Cardinali Boncompagno Archiepiscopo die 8. Aprilis 1628. ordinatus est) & in Urbe apud Transpontinam. Obtentâ deindè Magistrali Laureâ, & Professor Theologiæ institutus, diu cum laude, & fructu docuit Prænestæ. Hinc Romam venit, & publicus Lector in Archigymnasio Urbis creatus, ad plures annos Logicam legit: item & Metaphysicam, usque ad Insulas. Locum etiam habuit inter Patres Theologos ejusdem studij Romani, ex decreto speciali Urbani VIII. illis aggregatus. Item & Decanus ejusdem Collegij extitit. Intereà Provinciam Romanam in munere Provincialis per triennium moderatus est, electus Canepinæ die 18. Maji 1636. Bis patriæ Provinciæ Apuliæ Visitator Generalis fuit: & semel Præses Comitiorum ipsius die 5. Junij, anno 1661. apud Bituntum.

Antonius Marinarius,

(pronepos alterius Antonij Mar. insignis)

parentes ejus,

Doctor Theologus,

Professor publicus,

Provincialis Prov. Romana,

Visitator Generalis,

Digitized by Google

Theologus Domest. Em. D. Francisci Barberini Card.

Bituntum. Pariter titulum Provincialis Daciæ obtinuit, atque cœnobium Prænestinum Prior rexit. Assumptus est per id tempus, sub die nimirùm 10. Martij 1645. in Theologum domesticum & familiarem Francisci Barberini S. R. E. Cardinalis, Vice-Cancellarij, cujus etiam vices gessit in visitandis aliquot Sanctimonialium conventibus ipsi subjectis. Tandem præfatus Eminentiss. juxtà ac beneficentissimus Cardinalis, Sacri Collegij Decanus, & Episcopus Ostiensis, in Suffraganeum sibi destinavit Antonium nostrum, pro diœcesi Ostiensi, & Veliterna, ipsum pariter Vicarium Generalem ibi constituendo. Igitur die 7. Februarij an. 1667. creatus est Episcopus Tagastensis titularis in Africa. Munus autem consecrationis, per manus præfati Eminentissimi Cardinalis Barberini suscepit Romæ die XIII. Februarij in Ecclesia S. Laurentij in Damaso, Assistentibus Josepho Maria Suarez, quondam Episcopo Vasionensi, & Persio Caraccio Episco Larinensi. Meminêre Antonij nostri, aliqua ejus opera typis edita, recensentes, cùm Leo Allatius in suis *Apibus Vrbanis*, paginâ 43. tùm Aubertus Miræus, 2. parte *Bibliotheca Ecclesiastica* paginâ 254. Item suprà dictus Joseph Maria Suarez, in *Prænestæ antiqua*, libro 2. capite 6. paginâ 140. Vivit adhuc Antonius noster, opera nonnulla Theologica propediem editurus, quæ cum aliis, jam editis, suo loco commemoranda sunt.

& ejusdem Vicarius Generalis,

Episcop. Tagastensis.

typis dedit nonnulla, editurus alia.

Antonius Episc. Prodrom.

3171. Fr. Antonius, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Prodromiensis, titularis, Idibus Martij, anno 1448. ex libro Provisionum Nicolai V. anno 2.*

Arnold. de Bissalis Episc. Galtel.

3172. Arnoldus de Bissalis Episcopus Galteliensis: de cujus eruditione, & scriptis Arnoldus Bostius, & Trithemius hîc suprà (a).

(a) n. 3032. & 3072.

Arnoldus de Limone, Episc. Bethleemit.

3173. Arnoldus de Limone inscriptus legitur *Actis Consistorialibus Eugenij IV.* his verbis: *Fr. Arnoldus de Limone, Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Bethleemitanus sexto Kalendas Decembris, anno 1436.* In Capitulo Generali Montispessulani, anno 1420. fuit institutus Lector Bibliorum Tolosæ, pro septimo anno: deindè Pœnitentiarius fuit in Curia Romana, ut habetur Tomo 4. Annalium Carmelitarum (b) sub anno 1431. num. 3. etsi namque Arnoldus vocetur frequenter, interdùm etiam scribitur Arnaldus.

antea Pœnitentiarius in Curia Rom.

(b) ad an. 1431. n. 3. ex Reg. Vatic.

B

3174. Balthazar * Limpo, Lusitanus, currente an. 1478. Mauræ, antiquo, & illustri Transtaganæ Provinciæ, sub Eborensi diœcesi, oppido, ex Roderico Limpo, & Agnete Rocha nobilibus parentibus ortus, in patrio Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo cœnobio vota religiosa dixit, ad annum circiter 1495. Litteris, ac monasticâ disciplinâ excultus, & docere sacram scientiam ex Cathedra, & multitudinem, ex pulpitis verba faciens, cùm per tempus licuit, Christiano ritu instruere ferventer est aggressus. * Olyssippone, ubi tunc primaria Lusitaniæ Academia, (posteà, anno 1534. Conimbricam translata) florebat; primarium, docendi publicè Theologiam, locum obtinuit, diu tenuit, magnoque Auditorum confluxu, & fructu moderatus est. Concionandi munus Apostolico planè præscripto tractavit, Reges, quorum ordinarius Prædicator fuit institutus, aulam, curiam, & populum arguens, obsecrans, saleque doctrinæ sanæ increpans, pari omnium ordinum approbatione, avidissimè auscultabatur: ut notabilia in hujus relationis comprobationem argumenta referens, Georgius Cardoso Presbyter Lusitanus *Tomo 2. Agiologij Lusitani*, ad diem 31. Martij scribit. Catharinæ Austriacæ inclytæ Heroinæ, Joannis III. Lusitaniæ Regis piissimæ conjugis, Regiæque prolis confessiones excepit, plurimùm apud Reges ipsos, & Principes auctoritate, rerumque gerendarum peritiâ valuit. Nec adeò hisce publicæ rei arduis negotiis se distineri passus est homo ad plura, eaque altiora natus; quin sodalitio ornamentum; Fratribus domicilia, & quod maximum est, integræ Lusitanicæ Provinciæ decorem pristinum, religiosâ disciplinâ revocatâ, solicitus procuraret. Ultimum hoc, à quo priora firmitatem accipiunt, plenè in suo regesto folio 208. testatur Joannes Baptista de Rubeis totius Ordinis Carmelitarum Prior Generalis: postquàm anno 1567. novem ab obitu Balthazaris elapsis, Lusitaniam ex munere lustraverat. Testes quoque omni exceptione majores sunt litteræ patentes Martini à Portugallia, in Lusitaniæ Regnis, cum potestate plena Legati à latere eo tempore Nuntij Apostolici; * Ulixbonæ Kalendis Januarij anno Dominicæ Incarnationis 1528. datæ. En verba aliqua. *Sanè Serenissimus Dominus Rex Ioannes nobis exponi fecit, quòd ab eo tempore citrà non minori studio, & sollicitudine, quàm vita sanctimoniâ, dilecti in Christo F. Balthazaris, ejusdem Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, ad præsens Provincialis, in Sacra Theologia Magistri, & verbi Dei præconis celeberrimi; divinus cultus in monasteriis, domibus, ac locis dicti Ordinis maximum suscepit incrementum: nonnullaque domus, & loca religiosa, quæ penè collapsa erant, restituta, aliaque constructa, & ampliata fuerunt. Quamobrem præfatus Serenissimus Rex cupiens summis affectibus, ut magis ac magis propagetur Religio, & divinus cultus incrementum suscipiat, dictum Fr. Balthazarem in Reformatorem dicti Ordinis, & Præsidentem ad certum tempus postulavit. Nos igitur Apostolicâ auctoritate, quâ fungimur, eundem Fr. Balthazarem dicti Ordinis & personarum illius Reformatorem, & Præsidentem ad sex annos proximè futuros, constituimus, &c.* Igitur sexennio isto Lusitanicam Provinciam rexit, & auxit, iteratis vicibus in Præfectum Provincialem assumptus, cùm pridem Olyssiponensis domûs regimen Prior tenuisset.

Theologiæ publicus primarius Professor.

* *al.* Ulyssipone.

Regius concionator,

Reginæ, Regiæque prolis confessarius:

Carmelitani Ordinis in Lusitania instaurator, & propagator:

* *al. dicitur* Lisbona, Lisboa, Olyssippo Olisippo,

3175. Qui domui suæ tàm diligenter præesse

* *al.* Limpus.

Balthazar Limpus, Lusitanus, Carm. Ord. aggregatur,

Digitized by Google

esse noverat, dignus ut Ecclesiæ Dei Minister esset, inventus, illius parem diligentiam habuit. Exeunte itaque anno 1536. ad diem decimam quintam Novembris, ut in Actis Consistorialibus legitur, eligitur Episcopus Portucalensis, vulgariter à plerisque Portuensis dictus (Portus enim antiquissima, & nobilissima Lusitaniæ urbs; Antistites suos Portucalenses, seu Portugalenses, à prima institutione, non Portuenses, consuevit denominare: ut in ejus *Ecclesiastica historia parte* 1. *cap.* 1. probat Rodericus de Cunha, doctissimus, ac illustrissimus Præsul: & ostendunt Provinciale antiquum omnium Ecclesiarum, variique earundem catalogi, apud Barbosam, de Jure exigendi pensiones, & Pirrhum Corradum, in Praxi Dispensationum.) Insulatus jam, & Portu commorans Balthazar, quantùm pro Domo Dei in spiritualibus, & temporalibus amplificanda insudaverit, opera in ipsam collata, pleniùs notum faciunt. Constructo enim anno 1539. templi primarij choro, & libris, pro divinis officiis concinendis, abundè instructo, aliisque in Sedis, ac Capituli commodum pariter, & decorem peractis, diœcesanam Synodum, ad diem 2. Octobris, vergente anno 1540. celebravit. Constitutiones hîc à Balthazare ordinatæ, latæque (Verba sunt Roderici de Cunha (a) multâ eruditione conceptæ, in magnam hujus, & finitimarum diœcesium, (à quibus pariter acceptatæ sunt) utilitatem, diu in viridi observantia, ad usque novæ Synodi, post generalem Tridentinam, celebrationem, fuerunt. Ad Concilium Tridentinum à Joanne III. Lusitaniæ Rege, unicus inter illius regni Antistites, missus, Tridentum, labente anno 1546. (ut conjici datur) ingressus, Sessioni sextæ, 13. Januarij, ineunte anno 47. celebratæ affuit, & subscripsit: ut in *Summa Conciliorum* refert Franciscus Longus à Coriolano Capuccinus. Pariter septimæ Sessioni, & Congregationibus, super Concilij in alium locum translationem habitis, interfuit: tandemque in Sessione 8. mentem suam, Apostolici planè Ministri indicem, teste Sfortiâ Cardinali Pallavicino, *in historia Concilij Trident.* (b) aperuit. Tridento Bononiam profectus 15. Septembris ejusdem anni, in hanc urbem, præfato Pallavicino referente (c), concessit. Quantò zelo, Concilium, huc translatum, continuandum duxerit, in Congregatione 25. Februarij anno 1548. habita, verba ab eo prolata, apud Cardinalem Pallavicinum (d) demonstrant. Cumque effectus voto non corresponderet, nec Synodales Actus debito cum fervore procederent, diutiùs Bononiæ immorari, minùs utile arbitratus, Romam se contulit, Urbem sub finem Septembris ingressus. Quid hîc aggressus, quæ ipsius opera, quis fructus, latè deducit Cunha relatus, *in historia Ecclesiæ Bracharensis* (e) litteris satis prolixis Gasparis Barreyros (eruditis libris in Bibliotheca Hispanica recensitis notissimi) datis Romæ 22. Novembris 1547. & aliis Balthazaris de Faria Lusitani, Pro-Legati, sub Januarij 17. ineunte anno 1548. pariter in Urbe signatis, ad verbum transcriptis. Hoc unum ex ibi relatis licet repetere; scilicet Balthazarem Limpo, si non auctorem, maximam partem fuisse, ut sanctæ Inquisitionis Tribunal Lusitaniæ regno, eâ amplitudine, eâ supremâ auctoritate, quâ gaudet, Paulo III. ipsius firmissimis argumentis ad annuendum ducto, concederetur. Et quidem præcitatus Cunha (a) optimos quosque fructus à Lusitanis, instituto sanctæ Inquisitionis officio, ex tunc perceptos, uni Limpo nostro acceptos refert.

Epiſcopus Portucalenſis eligitur:

in civitate nuncupata Portus;

Domûs Dei amplificator insignis:

Synodum celebrat,

Conſtitutiones edit magnæ eruditionis, & utilitatis:

(a) in Historia Eccl. Portus p. 2. c. 35.

deſtinatur ad Concilii Tridentini.

quæ ibi geſſerit:

(b) lib. 9. c. 15.

(c) lib. 10. c. 5.

(d) lib. 10. c. 1.

(e) p. 2. c. 80. & duob. ſeq.

S. Inquiſitionis tribunal auctoritate firmavit.

(a) cap. 80.

3178. Reversus postmodùm in patriam & Portum Balthazar, hujus Sedem ad annum usque 1550. tenuit: quo currente, ad diem 23. Maji, ut in *Actis Consistorialibus*; Archiepiscopus Bracharensis, ibi Primas Hispaniarum nuncupatus, qui Urbis pariter est Dominus, ablectus est. Die primâ Septembris anno 1550. fuit ipsi concessum pallium, sicut in *Actis Consistorialibus Julij III. legitur.* Ad hæc, ut Regis à sanctioribus consiliis esset, destinatur: nobilioribus in hunc modum totius Lusitaniæ dignitatibus, par ipse omnibus, plenè insignitus. Plura in urbe Metropoli, amplissimaque Diœcesi, pastoralis sollicitudinis, pietatis, ac beneficentiæ monumenta ab eo exhibita, recensent Cunha, ubi suprà: inter quæ duo illa primum locum habere videntur, & Census perpetuus, studiis publicis Bracharæ addictus, & Reliquiarum B. Petri Martyris, primi Bracharensium Antistitis, ab oppidulo Rates, in Metropolitanum templum translatio, eleganter hîc exornato Sacello, ac quinque institutis Capellanis, qui divini Officij pensum quotidie persolventes, bis ad aram celebrant. Post octo circiter annos in Sede Bracharensi probè exactos, & plures rerum heroicè gestarum vicissitudines (ita scribit Joannes Tamajo de Salazar, in *Martyrologio Hispanico*, *b*) quibus Ecclesiam suam, & totum Portugalliæ regnum illustraverat, Bracharæ ad diem 31. Martij, anno Christi 1558. ætatis 80. decessit Limpus, in Sacello, quod pretiosâ supellectili, & dote instruxerat, ad pedes S. Petri Ratensis, ex ultimis testamenti tabulis sepultus. Porrò ejus vitæ breve, pariter ac elegans elogium scripsit Gaspar Alvarez Lousada, apud Georgium Cardoso, *Tomo* 2. *Agiologij Lusitani*, (c) quod hîc damus. *Emanuële Sosa* (inquit ille) *vitâ functo, Balthazar Limpus, è Carmelitana familia monachus, & Portuensis Episcopus, Primatialem Bracharensem dignitatem capessit. Fuit vir profectò numquàm satis laudatus; sive mores, sive doctrinam, & eloquentiam in concionando, sive justitiam in gubernando consideres. Fuit corpore mediocri,*

Archiepiſc. Bracharenſis inſtitutus.

illius paſtoralis ſollicitudinis monumenta:

(b) Ta. 5. die 17. oct.

Portugalliæ regnum totum illuſtravit:

moritur:

(c) ad diem 31. Martij.

ejus elogium

Digitized by Google

mediocri, & robusto, vultu sereno, & amabili, oculis candidis: religiosorum, & doctorum hominum fautor, & litterarum studiis eruditus. Quotidianus illius sermo tàm elegans, & cultus erat, ut præmeditatò, & ex arte videretur loqui. In reliquis, magni animi, liberalis, & mirè clemens. Octogenarius, ferè albescente polo, feriâ quintâ, ultimâ die Martij, anno 1558. animam exhalavit. Legendi de Balthazare Limpo; Auctores præcitati, è quibus potiora quæque desumpsimus. D. Rodericus de Cunha, Archiepiscopus Bracharensis, & tandem Ulyssipponensis, cùm in *Historia Ecclesiastica Portûs*, (a) tùm *in Bracharensi Historia*, (b) Joannes Tamajo, *Tomo* 5. *Martyrologij Hispanici*, loco citato. Georgius Cardoso *tomo* 2. *Agiologij Lusitani* ubi suprà. Antonius Vasconcellos, *in descriptione Lusitaniæ* (c) & alij. Nec omittenda *Bibliotheca Hispana*, quæ (d) Balthazarem nostrum, obiter commemoratum, *Clarissimi Viri* encomio nobilitat.

Scriptores de illo,

(a) parte 2. c. 35.
(b) parte 1. c. 18. & p. 2. c. 80.
(c) pag. 437
(d) To. 2. pag. 319.

3177. Bartholomæus Peyrò (sic vernaculâ linguâ Cathalanicâ cognominatus fuit, testibus ipsis comprovincialibus) *Peyronis* sæpè, atque interdùm *Peyroni* nuncupatus, Hispanus, & conventûs Perpinianensis alumnus fuit. Institutus Magister in Theologia, assumitur primùm in socium Joannis Balistarij, Prioris Generalis sui Ordinis, celebratis Comitiis apud Montem Albanum, anno 1366. Pòst triennium, anno scilicèt 1369. dùm Comitia celebrantur in Monte-Pessulano, ad munus Procuratoris Generalis totius Ordinis evehitur, atque in eodem munere confirmatur per Capitulum Generale, Aquis-Sextiis anno 1372. & rursùs in Comitiis Generalibus Podiensibus, anno 1375. Post hæc in Capitulo Generali Brugis anno 1379. electus fuit primus Prior Provincialis Neapolitanæ Provinciæ, tunc erectæ: prout in Regesto communi Ordinis variis in locis legitur. Sub eodem tempore, excitato pernicioßissimo omnium schismate, Urbanum inter VI. & Clementem VII. Antipapam, huic, cum suis Hispanis, item & Gallis adhæsit Bartholomæus noster. Tandem pòst varia discrimina electus fuit Episcopus Elnensis, seu Helenensis. In *Gallia Christiana*, sub titulo: *Episcopi Helenenses* his recensetur verbis: *LXIII. Bartholomæus 2. Ord. Carmelitarum floruit an.* 1406.

Bartholom. Peyro, Cathalanus,

Procur. Gen.

Episc. Elnensis.

3178. Fr. Bartholomæus Portalignvs, *Ordinis Carmelitarum, in sacra pagina Magister, electus est Episcopus Trojanus, in partibus Infidelium, & institutus Suffraganeus Avenionensis, ut posßit exercere Pontificalia in diœcesi Avenionensi: die* 15. *Maji, anno* 1523. ex *Actis Consistorialibus Hadriani VI.* Bartholomæus hic, natione Gallus, ex oppido Luci, in territorio Arelatensi: vulgò cognominatus est *Portalenghi*, seu *Portolongi*. Ante Episcopatum Prior Avenionensis fuit.

Bartholom. Portalignus,

Ep. Trojan. Suffrag. Aven.

3179. Bartholomæus Requallius, seu * *Racolius*, Gallus, illustri genere ortus, verisimiliter Tolosanus, & indè: *De Tolosa* cognominatus in *Actis Consistorialibus Eugenij IV.* ubi ista: *Fr. Bartholomæus de Tolosa, Generalis Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Maßilienßis, sub Metropoli Arelatensi, quarto Nonas Septembris anno* 1433. In *Gallia Christiana* Samartanorum tomo 3. sub titulo: *Episcopi Maßilienses*, sic refertur: *Bartholomæus de Racoli filius Comitis de Rocacolio (ex Generali Carmelitarum XXII. electo apud Nannetas in Armorica* 1430.) *instituitur Episcopus* (Maßilienßis) 4. *Nonas Septembris* 1433. *ex Registro Vaticano.* (Consequenter refertur historia magnæ tempestatis contra eum excitatæ, quâ sedatâ) *festivâ Cleri, & populi acclamatione exceptus, Ecclesiæ præfuit per an.* 13. *quæ constant ex Archivo publico urbis Maßilienßis . . . mortalitatem tandem explevit an.* 1445. *in Ecclesia Majore tumulo mandatus.* Agunt de ejus eruditione, & libris ab ipso elucubratis Possevinus, & alij.

*al. de Racoli, & Roquacallius.

Bartholom. de Racoli, Generalis, deinde Episc. Maßil.

3180. Benedictus Roccius (erroneè *de Rubeis* nuncupatus tom. 7. Italiæ sacræ) Mediolanensis, in Mediolanensi Carmelitano Conventu vestem Religiosam indutus die 12. Julij, anno 1614. professionem ibi emisit anno sequenti die 4. Septembris: præfati patrij Conventûs, item & Transpontini de urbe Prior, ac totius Ordinis Procurator Generalis, institutus in Comitiis Romæ celebratis anno 1654. Electus est Episcopus * Nuscanus (Nuscum, vel Nuscus urbs est Regni Neapolitani) die VI. Maji, anno 1658. Consecratus fuit in Ecclesia Transpontina sui Ordinis, per manus Benedicti Cardinalis Odeschalci. Nondùm triennio in Sede exacto, obiit Balneoli, suæ Diœcesis oppido, sub finem Octobris anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo.

Benedictus Roccius.

Procur. Gen. deinde Episc. Nuscanus,

3181. Benedictus de Rotha, vel *de Rotta*, Ordinis Carmelitarum, Gallus, Avenionensis, ex civica familia, hodie ibi superstite, Sacræ Theologiæ Magister, & Collegio Academico Theologorum Avenionensi cooptatus die 8. Julij 1538. Prior fuit patrij Conventûs: atque, dùm munus istud exercebat, venit ad Comitia Generalia, Venetiis anno 1548. celebrata, in eisque Definitor Generalis astitit. Eodem anno 1548. ad diem 22. Octobris, electus est Episcopus Caronotensis, titularis, in partibus Infidelium, cum facultate exercendi Pontificalia in Diœcesi Castrensi, in Gallia, ut Suffraganeus Antonij de Vesc, Episcopi Castrensis.

Benedictus de Rotha,

Episcopus Caronotensis.

3182. Benedictus Sabater, Hispanus, S. Theol. Magister, Provinciæ Cataloniæ alumnus, in eaque Conventuum Perpiniani, Gerundæ, & Barchinonæ semel atq; iterùm Prior,

Benedictus Sabater,

Digitized by Google

Prior, nec non ejusdem Provinciæ cùm Vicarius Provincialis, tùm etiam Provincialis, assumptus in id munus Barchinonæ, anno 1538. Electus est Episcopus Philadelphiensis titularis, sub Patriarchatû Antiochiæ, die 22. Octobris, anno 1548. Ita legitur *in Actis Consistorialibus Pauli III.* Item institutus est Suffraganeus in diœcesi Ilerdensi, cum Facultate exercendi Pontificalia in ea civitate, & diœcesi.

Episc. Philadelph.

3183. BERNARDUS DE AMBASIA, *Provincialis Carmelitarum Tolosæ, Lector magni Palatij in Curia Romana, ac tandem Cardinalis, scripsit super sententias libros 4. in Epistolam Iacobi 64. Lectiones, librum unum, &c.* ita Gesnerus, & Possevinus, consequenter alias ejus lucubrationes recensentes. Illum fuisse præstanti doctrinâ spectabilem, habetur etiam ex aliis: Sixtus Senensis (a) refert ea, quæ in Scripturam elucubravit. In Annalibus Carmelitanis, ad annum 1390. ista eruditionis insignia extant: [Clarus etiam per id tempus, imò clarissimus videtur fuisse Bernardus Aureoli, de Ambasia appellatus, quia Ambasia in Gallia ipsius patria erat. Is pater in Capitulo Ferrariensi de anno 1357. nominatus Lector Parisiensis, pro nono anno, & bibliorum pro 8. & in Capitulo Trevirensi, anno 1362. Lector Sententiarum Tolosæ 3. anno, & Bibliorum pro primo. In Capitulo autem Montispessulani, anno 1369. Diffinitor Generalis Tolosæ: idem in Capitulo Generali Podiensi de anno 1375. in Brugensi autem de anno 1379. Provincialis Tolosæ instituitur.] An Cardinalis creatus fuerit (ut præfati tradunt) à vero Pontifice Romano, an verò ab Antipapa hujus temporis, certò non constat.

Bernardus de Ambasia, Provincialis Tolosæ, tandem Card.

eruditione præclarus.

(a) in Bibl. sancta lib. 4

S. Scripturam, & Theologiam docuit variis locis.

3184. BERNARDUS DE ROMA, *Italus, Carmelita, Episcopus Sutrienſis, ac S. R. E. Cardinalis: scripsit Lecturam sententiarum, lib. 4. Sermones ad Clerum Romanum, lib. 1.* Ità Gesnerus, & Possevinus. Quoad Gesneri auctoritatem, licèt diminuta sit, ob furfures immixtos suæ Bibliothecæ, illa tamen passim ab aliis citatur, & recipitur quoad Auctores orthodoxos, potissime quòd, sicut in Bibliotheca Hispana (b) Romæ typis edita anno 1672. notatur, ipse fuerit primus, qui universalem Bibliothecam librorum omnium antiqui, & novioris ævi conficiendam in se susceperit. Quod autem alij in Catalogis Cardinalium ejus non meminerint; latere eos potuit, sicut alij etiam latent, qui quotidie è tenebris eruti, Cardinalitiâ dignitate fulsisse comperiuntur. Sic erit & Bernardus iste, de quo clariora monumenta usque modò non vidimus. Et quidem Bernardum Sutriensem Episcopum fuisse, inter annum Christi 1380. & 1406. habetur ex Ughello Tomo 1. Italiæ Sacræ, ubi de Episcopis Sutrienſibus hæc habet: 32. *Dominicus adlectus est anno 1377.* 33. *Bernardo Episcopo Innocentius Septimus potestatem fecit condendi testamentum 1406. ex libro de diversis formis.* 34. *Andreas ejusdem civitatis Episcopus adlectus fuit anno 1406.* Igitur pòst Dominicum anno 1377. Episcopum, & ante Andream anno 1406. medius fuit Bernardus: Bernardum illum fuisse Religiosum, ex eo colligitur, quòd Pontifex ipsi *potestatem fecit condendi testamentum*: nempè quia Religiosus erat: quòd autem Carmelita fuerit, habetur ex præfatis auctoribus, & Biscarreto, in *Palmitibus Vineæ Carmeli.* Quòd autem eo tempore *Bernardus de Roma* claruerit, habetur ex eo, quòd in Annalibus Ordinis, ex libro, seu Regesto communi Ordinis hæc de illo referantur: *Magister Bernardus de Roma, Ordinis nostri insignis alumnus, & Doctor Parisiensis ... Fuit primùm Lector Biblicus Parisiensis designatus anno 1366. in Capitulo Generali Montis Albanensis, & Rector Provincialis in Capitulis Montispessulani anno 1369. Aquensi anno 1372. Podiensi anno 1375. & Brugensi hoc anno:* videlicèt anno 1379. Ibidem additur: *A tempore hujus Capituli* (anno 1379.) *nulla de ipso ulteriùs memoria reperitur*, scilicèt in Regesto communi Ordinis. Ex istis igitur omnibus simul junctis, adstruendum, Bernardum illum pòst annum 1379. in Episcopatu Sutrienſi successisse Dominico, & obiisse sub initium, aut ante medium anni 1406. quo postulavit *potestatem condendi testamentum*: & defuncto successit præfatus Andreas.

Bernardus de Roma, Episcopus Sutrienſis, Card.

(b) in Præfat.

3185. BLASIUS, Episcopus, circà annum Christi 1229. sanctæ vitæ, ex Senensi Conventu assumptus, de quo Gregorius Lombardellus, in Vita B. Franci Senensis, c. 29. (a) Cujus Ecclesiæ Episcopus fuerit, non certò constat. Miraculum, seu gratia sanitatis, ejus meritis, ad ipsius invocationem præstita, refertur in Annalibus Ordinis (b) in quibus etiam traditur (c) quòd ejus vitam summariè scripserit Alexander Calossis, Senensis Carmelita, ubi ipsum Senis natum descripsit anno 1228. & Episcopum factum, ac pòst multos annos obiisse, ac sepultum in nostro Senarum cœnobio, ipsiusque caput, cum effigie, sub majori altari, ad cornu sinistrum, reverenter haberi: de quo etiam multa refert miracula.

Blasius, Episc. sanctæ vitæ,

(a) vid. hâc sup. num. 2853.

miraculum ejus meritis.

(b) ad an. Chr. 1362.

(c) ad an. 1229. n. 4.

3186. BONIFACIUS, Ordinis Carmelitarum, Episcopus Venecomponensis seu venecompenensis obiit, & sepultus est in templo sui Ordinis Venetiis, ubi hodieque lapidi inscriptum legitur istud epitaphium: *Hic jacet Venerabilis Pater, & Dominus Fr. Bonifacius, Ordinis Diva Mariæ de Carmelo, Episcopus Venecompenensis, qui obiit an. MCCCLXXIV. XXVI. mensis Aprilis.*

Bonifacius, Episcop. Venecomp.

3187. BORCHARDUS FORBIN, de quo in libro, *de Provisionibus, sub Bonifacio IX. anno primo* (d) ista leguntur: *Fr. Borchardus Forbin, Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Granensis, seu Grandensis, quinto Idus Novembris, anno 1389.*

Borchardus,

(d) fol. 73.

Episc. Gran.

3188. BUTGERUS A BURGIS, Episcopus Buduanensis, Suffraganeus Leodiensis, tempore Joannis de Heinsberg Episcopi Leodiensis. Obiit anno 1447. die 23. Septembris: sepultusque jacet coràm summo Altari Carmeli Leodiensis, sub tumulo marmoreo. (e)

Butgerus à Burgis, Episc. Budu. Suffragan. Leod.

(e) ex relat. Leod. missa

Digitized by Google

C

CALCERANDUS: vide *Galcerandus.*

Christophorus Muniz. Episc. Reon.

3189. CHRISTOPHORUS MUNIZ, in *Actis Consistorialibus Clementis VII.* ita commemoratur. *Die 16. Martij, anno 1524. Fr. Christophorus Muniz, Ordinis Carmelitarum, provisus est Episcopus Reonensis, sub Metropoli Athenienſi, per obitum Petri de Corduba.* Fuit Christophorus Prior cœnobij Olyssipponensis, & electus est Portugalliæ Provincialis, Olyssippone die 15. Januarij anno 1522. Institutus est Suffraganeus Olyssipponensis, & Elborensis, pro Serenissimo Alphonso Cardinali, Infante Portugalliæ, earum Ecclesiarum Præsule: & mortuus est in oppidulo Alcariæ-rubeæ, Diœcesis Elborensis, dùm, Visitationis gratiâ, eò veniſſet. Obiit die 20. Novembris anno 1531. & anno 1539. ossa ejus in sepulchrum Carmelitarum Conventûs Olyssipponensis, sicut testamento caverat, translata sunt. Ex accurata relatione, missa nuper ex Portugallia.

ex Provinciali Portugalliæ.

Clemens de Neapoli, Episc. Nicoterensis.

3190. CLEMENS DE NEAPOLI, institutus est Episcopus Nicoterensis, quarto Kalendas Maji anno 1415. litteris datis Friburgij, non Triburghi, ut habet Ughellus tomo 9. Italiæ Sacræ, ubi, sub titulo: *Episcopi Nicoterenſes*, ista: *Clemens Neapolitanus Episcopus Nicoterensis: Ord. Carmel. ad hanc Ecclesiam traductus est à Ioanne XIII.* (a) *anno 1415. 4. Kal. Maji, dum Triburghi* (b) *Constantiensis Diœcesis commoraretur: mortuus est, vel ad aliam translatus Ecclesiam, circà annum Domini 1423.* Ita Ughellus.

(a) lege XXIII.

(b) *leg.* Friburgi.

Conradus ab Arnsbergh, filius Comitis,

docet variis locis,

3191. CONRADUS AB ARNSBERGH, filius Illustris Comitis ab Arnsbergh, natione Germanus, professione Colonienſis: qui quantum generis nobilitate claruit, tantùm quoque splendore virtutum, ac doctrinæ excellentiâ fulsit. Anno 1384. fuit Informator, id est, Dialecticês, seu Logicês Professor, in Carmelo, & studio Coloniæ, deindè Magister studentium ibidem. Anno 1386. Lector Sententiarum Boppardiæ: anno 1387. ex Decreto Capituli Provincialis, Moguntiæ celebrati, destinatur ad Universitatem Viennensem Austriæ, ubi tunc florebat Magister Arnoldus de Austria, Carmelita, publicus, & famosus S. Theologiæ Cathedraticus Professor: ibique in studio perstitit, usque ad annum 1390. quo anno revocatus in Provinciam suam, ordinatur Lector in Conventu Cassellensi in Hassia. Deindè assumptus est à Friderico III. ex Comitibus Larwardensibus, seu Morsensibus, Archiepiscopo Colonienſi, in Vicarium generalem, pro administrandis Pontificalibus, in locum Everhardi Muschin, ex eodem Ordine Carmelitano, Suffraganei Colonienſis, vitâ functi anno 1397. undecimo Kalend. Februarij: & creatus. Episcopus Venecomponensis. Anno 1399. consecravit Coloniæ Ecclesiam Parochialem S. Lupi, teste laminâ quâdam cupreâ, ex ære fusâ, in dicta Ecclesia, ad columnam affixâ, in hodiernum usque diem, quæ sic habet: *Vniversis Christi Fidelibus pateat evidenter, quòd hanc Ecclesiam S. Lupi, alias ruinosam, honorabilis vir Wilhelmus de Herre honorificè reformari fecit, quam Ven. P. & Dom. D. Conradus Venecomponensis Episcopus consecravit anno Domini 1397. proximâ Dominicâ ante Festum S. Catharinæ: cujus Dedicationis Festum singulis annis, eâdem Dominicâ est peragendum, ut Christi fideles eam devotè visitantes, Indulgentias ibidem concessas, consequantur.* Anno Domini 1410. Universitati Colonienſi novellæ seſe immatriculari fecit, uti habet liber Universitatis. Anno 1429. 13. Kalendas Maji, consecravit inferiorem partem, cum duobus altaribus, in Domo Fratrum S. Crucis, Ordinis S. Augustini in Schwartzenbroich. Ædificari quoque fecit suis expensis Sacellum Deiparæ Virginis Mariæ, Coloniæ in Ecclesia Ordinis, quod ipsemet consecravit, ipso Virginis immaculatè conceptæ sacrato die: ibique instituit Confraternitatem Beatissimæ Virginis Mariæ, quam *Majorem* vocant, quæ etiam in hodiernum usque tempus solemnissimè celebratur annuè, in Dominica infra Octavam Assumptionis Virginis Deiparæ, cujus Confratres sunt, quotquot sunt, tàm intrà, quàm extra muros Colonienses, Monasteriorum Abbates, Collegiorum Decani, aliique Prælati Ecclesiastici: nec non totus Amplissimus & Nobilissimus Senatus, & Magnates inclytæ urbis Colonienſis. Eximius fuit Deiparæ cultor; hinc omnibus in locis, seu picturis, ubi suam reliquit memoriam, semper ad ejusdem Deiparæ imaginis vestigia seſe collocari fecit, prout adhuc variis in locis Ecclesiæ, ac Sacristiæ Carmeli Colonienſis cernitur. Est honorificâ sepulturâ donatus (agente nimirum familiâ suâ) in Sacello Beatissimæ Virginis, ante ejus Imaginem, atque Aram immaculatæ Conceptionis ejusdem, sub lapide aliquantulùm alijs elevatiore, cui ipse in Pontificali habitu, in ære incisus, cernitur, cum hac, per quatuor partes extremitatum circumscriptione: *Anno Domini MCD.XXXIII. die ultimâ mensis Iulij, obiit quondam R. Pater & Dominus D. Conradus de Arnsberg, Dei gratiâ Episcopus Venecomponensis, Ordinis Carmelitarum, Reverendissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Theodorici de Morsa, eâdem gratiâ, sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopi, in Pontificalibus Vicarius generalis, hîc sepultus: cujus anima, per pijssimam misericordiam Dei, requiescat in sancta pace, Amen.* Annum, & diem obitûs eumdem scribit Ægidius Gelenius, in Aggrippinæ Coloniæ historia (a). De ejus eruditionis monumentis videri poterit Possevinus.

Ecclesiam S. Lupi Colonia consecravit;

pietas ejus erga Deiparam, singularis;

obitus,

epitaphium.

(a) lib. 3. Syntagm. 43.

Suffragan. & Vicarius Gen. Colonienſis Archiep.

Episcopus Venecomp.

3192. FR. CONRADUS FRANCK, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Lidensis, decimo tertio Kalendas Aprilis, anno 1411. ex Actis Consistorialibus Ioannis XXIII.*

Conradus Franck Episc. Lid.

3193. FR. CONRADUS * HEYDEN, *Ordinis Carmelitarum, Baccalaureus in Theologia, electus est Episcopus Nicopolitanus, sexto Idus Ianuarij, anno 1497.* Ita legitur in *Actis Consistorialibus* Alexandri VI. Idem Conradus Episco-

* *al.* ab Heyden, Conradus ab Heyden.

pus

Epist. Nicop. pus Nicopolitanus, residens in civitate Metensi, commemoratur die 14. Junij, anno 1499. *in Bullis* ejusdem Papæ. In Carmelo Colonienſi, inter alios illustres istius Cœnobij viros, ejus effigies cernitur, cum isthac inscriptione: *R. Dom. Conradus ab Heyden, Episcopus Nicopolitanus, Suffraganeus Metensis. Obiit anno* 1532. Hæc ibi. Ægidius Gelenius, Canonicus Coloniæ, Consiliarius, & Historiographus Archiepiscopalis, in Opere: *De Colonia Agrippina magnitudine, libro* 3. *Syntagmate* 43. tractans de Carmelo Colonienſi, §. 3. qui est *de viris claris, ex Carmelo Colonienſi*, ista scribit: *Mons Carmeli B. Mariæ Virginis Fratrum Colonienſium, fœcundus fuit, duodecim ex eo enatorum Episcoporum germine.* Ubi de eodem *Conrado ab Heyden Episcopo Nicopolitano*, qui *obiit anno* 1532. nec non de præcedenti Conrado Arnsbergico, ac de aliis, de quibus etiam suo ordine, hic consequenter juxtà alphabeti seriem.

Conradus Oldendorf seu Aldendorp.

3194. Fr. Conradus de Oldendorf, *Ord. Carmelitarum, electus est Episcopus Azotensis, tertio Idus Julij, an.* 1391. Ex *libro de beneficiis vacantibus, sub Bonifacio IX. Folio* 119. Germanus fuit natione, Trevirensis Carmeli alumnus, Suffraganeus Trevirensis: *Aldendorp* cognominatur in libris, seu tabulis antiquis Provinciæ Alemaniæ inferioris, unde sequentia accepimus: [Conradus Aldendorpius, Episcopus Azotensis, Suffraganeus Trevirensis, pòst Nicolaum de Arluno. Obiit an. 1413. 13. Aprilis, sepultus in choro, juxtà summum Altare, sub monumento, Episcopo digno:] & de ejus studiis, ac officiis in Ordine, hæc: [Anno 1377. ordinatur Cursor studij, in Conventu Trevirensi. Anno 1382. Lector Francfordiæ. Anno 1383. & 84. Lector Argentinæ principalis: anno 1385. 86. 87. Prior Boppardiæ, & tertius Provinciæ Definitor: ab anno 1388. usque 1390. inclusivè Prior Trevirensis. Anno 1391. in Capitulo celebrato Harlemij, in Festo Assumptionis Mariæ, ordinatur Prior Argentinensis: & deincèps in libris Provinciæ, nulla de ipso ulterior mentio.] Hæc ibi: illo autem anno electus fuit Episcopus, sicut ex dictis constat. Animadvertendum, quòd à nonnullis erroneè scribatur *Episcopus Arotensis*; legendum autem *Azotensis*, pro comperto est ex præfato libro, sub Bonifacio IX. atque etiam ex *libro Provisionum, sub Martino V.* in quo, ad annum 1414. Folio 181. ista: *Secundo Nonas Septembris, provisa est Ecclesia Azotensis, vacans per obitum Conradi.*

series studiorum, & officiorum ejus.

3195. S. Cyrillus Alexandrinus, montis Carmeli quondàm decus, & cultor insignis, *Theophili Archiepiscopi Alexandrini nepos, & in Sede Archiepiscopali successor.* Ita Græcorum Menæa, ad diem XXVIII. Januarij: plerique alij *Episcopum*, nonnulli *Patriarcham* nuncupant. Electus autem fuit anno Christi CCCCXII. *nulli Patrum secundus, si vel sanctimoniam, vel eruditionem, vel pro Ecclesia Dei laborem ejus spectes.* Ita Guilielmus Eisingrenius, in *Catalogo Testium veritatis*: elogia alia complura, istis haud minora, adducta sunt hìc suprà, ante ejus vitam (a): fuit enim Orientalis Ecclesiæ Doctor, & Confessor illustris, Præses Apostolicus magni Concilij Ephesini, contrà Nestorium Hæresiarcham potissimùm congregati: qui in Deiparam Virginem blasphemus, meritas suæ impietatis, horrendâ morte, pœnas dedit. Obiit Cyrillus Anno Christi 444. In Romano Martyrologio annotatur ejus memoria die 28 Januarij: quò etiam Carmeli Ordo festivitatem ipsius annuam, duplici colit officio: vita ejus, ex Actis potissimè Concilij Ephesini, & ipsius litteris, tradita est hìc suprà (b), ad diem XXVIII. Januarij, & ejusdem epitome ex *Speculo historiali* Arnoldi Bostij ibidem paulò antè (c).

S. Cyrillus Alexandrin. Antistes,

sanctimoniâ, doctrinâ, & gestis clarissimus.

(a) in parte IV. ad 28. Januarij num. 517. & seq.

(b) n. 544. & seq.

(c) n. 537. & seq.

D

Daniel, Leod. Episc. Artanensis, Suffragan. Leod.

3196. Daniel, Conventûs Leodiensis alumnus, assumptus est in Episcopum * Artanensem, & simul Suffraganeum Leodiensem; ut refert Bartholomæus Fisen, in sua *historia Ecclesiæ Leodiensis*: Henricus ab Geldria, hunc primum Episcopum titularem, & in muneribus Pontificiis Vicarium sibi substitui curavit: cujus exemplum Successores Episcopi Leodienses amplexi sunt, ut in Rempublicam animum liberiùs intenderent. Ab illo Patre Daniele Conventus Leodiensis nonnullos reditus habet. Sepultus est coràm summo altari dicti Carmeli, sub marmore, laminis æreis honestato. Ejus Epitaphium scriptum in pergameno olim in pariete, è regione dicti tumuli, extabat in hæc verba:

** verisimiliter Aradensem.*

Epitaph. ejus.

Daniel ipse fui, domûs hujus qui monachatum
Primitùs obtinui, pariter quoque Pontificatum
Hinc Artanensem; sed quid mihi nunc valuêre?*
In necis hac ensem nam cuncta modò cecidêre.

** seu Aradensem.*

Clauſtrum ab eo stratum fertur, & ab ejus Sacellano perfectum. Et ista ex vetustis monumentis Conventûs Carmeli Leodiensis: annus assumptionis ad Episcopatum, aut obitûs non annotatur. Cæterùm Henricus à Geldria, frater Comitis Geldrienſis, Episcopus Leodiensis fuit usquead annum circiter 1274. undè concluditur, Danielem illum circà, & antè istum annum claruisse. Episcopatûs ejus titulus verisimiliter est ille, de quo Aubertus Miræus in *Notitia Episcopatuum* lib. 4. ubi ista: *Aradus Vrbs Episcopalis, sub Metropolitano Tyrensi.* Adrichomius nuncupat *Arados*: atque ità rectiùs videtur scribendum *Aradensis.* Ipsum in eodem munere Suffraganei Leodiensis, secuti sunt, etiam ex hoc Ordine assumpti, Joannes de S. Martino, Butgerus à Burgis, Hubertus Leonardus, Dionysius Stephani, Andreas Strengnart.

Leodienses. Suffraganei Carmelitæ.

Daniel Wichterigh, Germanus.

3197. Daniel a Wichterigh, Germanus natione, fuit Conventûs Colonienſis, inter cujus viros illustres, Episcopos indè assumptos, illum refert Ægidius Gelenius, istis eum verbis commemorans: *Daniel vir nobilis, de gente dicta, à Wichterich, sive Victoriaco, quondam Episcopus Verdensis.* Ita ille, *libro* 3.

Episc. Verdensis,

Digitized by Google

de Colonia Agrippina, Syntagmate 43. Ex monumentis Provinciæ Allemaniæ Inferioris, hæc de illo accepimus: [Daniel de Wichterich, Doctor Parisiensis, Provincialis Allemaniæ, creatus Episcopus realis Verdensis: mortuus, & sepultus est in monasterio veteris Montis, Ordinis Cistercienſis, non procul à Colonia, ultrà Rhenum patriæ Montensis, sub Pilligrino Abbate vigesimo sexto, qui præsedit isti monasterio ab anno 1363. teste Joanne Henrico Heister, in *Syntagmate Suffraganeorum Colonienſium.*] Est porrò *Verda*, vulgò *Werden*, seu *Ferden* urbs Germaniæ Episcopalis, sub Archiepiscopatu Moguntino. Aliquotiès Daniel iste nominatur in *Regestis Pontificiis*: imprimis namque, in *libro Obligationum*, sub Clemente VI. legitur: *Frater Daniel Episcopus Werdenſis, promisit die 7. Ianuarij* 1343. Item in libro 2. *de Provisionibus Prælatorum*, sub Urbano V. anno 2. legitur: *VVerdenſis Ecclesia vacat, per obitum Fratris Danielis Episcopi: eligitur à Capitulo Gerardus, ejusdem Ecclesia Canonicus, in cujus persona provisa est dicta Ecclesia, Sexto Kalendas Iulij anno* 1364. Plura de illo videri poterunt in Syntagmate præfati Ægidij Gelenij, de Suffraganeis Colonienſibus. Daniel ad Verdensis Ecclesiæ gubernacula admotus, Sedem illam pravis ac corruptis moribus detùrpatam, atque à primævo sacrorum Antistitum instituto degenerem, cùm in pristinum nitorem restituere conaretur, pio fraudatus desiderio, renitentes sibi potiores reperit. Cum nec mansuetudinis moderamine, nec justitiæ rigore, ad Ecclesiasticam disciplinam adigere posset, lubens tandem cessit malitiæ, dedit locum iræ: atque ad suos Coloniam reversus, honorificè cùm à Clero, tum, ab ipso Principe ac Archiepiscopo Colonienſi susceptus est: cujus etiam in Pontificalibus Vicarium sive Suffraganeum aliquamdiu egit, & tunc librum Apologeticum scripsit. Tandem cùm ob negotia ad præfatam Abbatiam Veteris Montis divertisset, ibidem infirmatus, piè in Domino defunctus est, atque in ejusdem Ecclesia honorificam accepit sepulturam; undè falsitatis convincitur, quod apud Albertum Crantium in sua Metropoli legitur, quod Coloniæ obierit, in excommunicatione. Constat siquidem hujus Crantij opera ab hæreticis depravata, in Indice Romano Clementis VIII. prohibita esse, donec expurgentur.

Doct. Paris. fuit:

Obiit verisimul, an. 1364.

3198. Fr. David Chirburius, *Ordinis Carmelitarum electus est Episcopus Dromorenſis, in Hibernia, sub Metropoli Ardmachana, die 22. Iunij anno* 1431. Ex *Actis Consistorialibus Eugenij IV.* Hujus, & duorum aliorum Episcoporum Dromorensium Ordinis item Carmelitarum, sermonem instituit Jacobus Waræus, in opere de antiquitatibus Hiberniæ, cap. XXIX. pag. 307. ubi ista: *Sub Henrico IV. Rege Angliæ, Richardus Meßinus Carmelita: Item sub Henrico V. David de Chirburij Carmelita: ac sub Henrico VI. Thomas Scropus, aliàs de Bradley, Carmelita itidem.* Ita Waræus: sed in Chronologia lapsus est cùm David prædecessor fuerit Richardi Messini, ut suo loco videbimus.

David Chirburius.

Episcopus Dromorenſ.

3199. Desiderius de S. Martino *Panormitanus Ord. Carm. scientiarum penè omnium exaggeratâ cognitione, longè clarißimus, claruſque inter Concilij Tridentini Theologos, & Philippo II. Regi charus, ex præsentatione ejusdem evasit Vxentinus Episcopus.* Ita Ughellus, *Italiæ sacræ to.* 9. sub titulo *Episcopi Vxentini.* (a) Cognominatur etiam *Mazzapica à S. Martino*: fuit sacræ Theologiæ Magister, Procurator Generalis in Curia Regis Catholici, pro Hispaniarum Provinciis, missus est Tridentum ad Sacrum Concilium, Theologus Philippi 2. Regis Catholici, litteris Regiis, datis Matriti die 14. Julij 1562. teste Roccho Pirro, in *Sicilia Sacra*, (b) In eodem Concilio ad Patres habuit concionem Dominicâ 4. pòst Pentecosten anno 1563. Institutus est, nominatione ejusdem Philippi Regis, Episcopus* Ugentinus in regno Neapolitano die 6. Septembris 1566. obiit Romæ, die 28. Aprilis 1593. uti constat ex accurata relatione, Ugento Romam transmissa. In præfato *to.* 9. *Italiæ Sacræ*, quoad diem electionis, & tempus mortis nostri Desiderij error est. Ejusdem encomium videri poterit apud Franciscum de Barone (c).

Desiderius de S. Mart. Epiſc. Vxent. eruditione clarißimus.

(a) *al.* Ugentini.

in Concilio Trid. habuit concionem.

(b) Notit. 6 Eccl. Mazar. pag. 521

* *al.* Uxentinus.

instituitur Episcopus.

(c) in Majestate Panormitana lib. 2. c. 6.

3200. Didacus de Leon, vel de Leone, Hispanus, Utrarienſis (Utraria nobile & frequens oppidum est diœcesis Hispalensis) Sacræ Theologiæ Magister, atque insignis Concionator, præfuit Prior cum laude Conventui Hispalensi: nec pauca doctrinæ, pietatis, & monasticæ observantiæ monumenta, in Provincia Bætica pòst se reliquit. Institutus est Episcopus * Colimbrienſis die 2. Octobris 1560. uti expressè legitur in Actis Consistorialibus Pij IV. his verbis: *Provisa est Ecclesia Colimbrienſis, existens in partibus Infidelium, vacans per obitum Petri, in persona Religiosi viri, Fratris Didaci de Leon, Ordinis Carmelitarum &c. cum indulto, de non accedendo ad illam Ecclesiam, & facultate exercendi Pontificalia in Diœcesi Sypontina.* Administrabat sanè eo temporis Sypontinum Sacerdotium (in regno Neapolitano extat urbs hæc, hodiè vulgò *Manfredonia*) Bartholomæus Cardinalis de la Cueva, cujus Suffraganeus Didacus noster extitit. Haud multò pòst, venit Didacus ad Concilium Tridentinum, ingressus eam urbem 5. Julij 1561. ibique ad diem 20. Januarij ineuntis anni 1562. concionem habuit ad PP. quibus associatus, ultimæ Concilij Sessioni 4. Decembris exeuntis anni 1563. interfuit. In patriam postliminio reversus, cum Fratribus suis Hispali, anno 1575. morabatur, ubi & mortuus creditur, incertò usque modò, tempore obitus. Laudatur Didacus à Roderico Caro, *in Notis super Dextri Chronicon*, (d) Legenda de eo *Bibliotheca Hiſpanica* (e).

Didacus de Leon.

Epiſc. Colimbr.

* *al.* Columbrienſis.

Suffrag. Syponin.

Concilio Trid. interfuit.

(d) fol. 78.

(e) tom. 1. & 2. in 1. Append.

3201. Didacus Merino, Hispanus, Beacensis, Sacræ Theologiæ Magister, & Professor, Conventuum S. Martini, & S. Mariæ Trans-

Didacus de Merino.

Digitized by Google

Episc. Montis Pelusij. Transpontinæ, de urbe Prior. vir planè industrius: creatus est Episcopus Montis Pelusij, in regno Neapolitano, die 20. Novembris 1623. Translatus indè ad Ecclesiam Esernienſem, vel Isernienſem, in eodem regno, die 24. Augusti 1626. ibique decennis, & ampliùs moratus, obiit. De illo hæc habet Joannes Vincentius Ciarlantes, Vicarius Capitularis Iserniæ, in Relatione originali, anno 1637. scripta. *Fr. Didacus Merinus, Hispanus, Ordinis Carmelitarum &c. postquàm suam Ecclesiam Isernienſem, & Palatium non parùm auxit, obiit die 1. Ianuarij 1637. & die ſequenti fuit ſepultus in ſepulchro, ab ipſomet facto, pro ſe, & Epiſcopis ſucceſſoribus.* Agit de eo Ughellus in *Italia sacra.* (a)

& deindè Isernienſis.

(a) to. 1. de Episcopis Montis-Pelusij.

3202. S. Dionysius ex anachoreticæ monasticæ, propheticæ Elianæ vitæ sectatore, die XXXV. post martyrium S. Sixti, ad summum Pontificatum assumptus fuit anno Christi CCLXI. die 12. Septembris: Pòst præclara gesta, & graves toleratas persecutiones, in pace quievit anno Christi CCLXXII. die 26. Decembris. Vita ejus tradita est hic suprà, in parte IV. ad diem XIX. Januarij, quo per totum Carmeli Ordinem duplicis officij ritu colitur.

S. Dionysius Papa,

præclara gesta, & scripsit:

3203. Fr. Dionysius Stephani, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Rossensis, in partibus Ultrà-marinis, decimo sexto Kalendas Novembris, anno 1436. Ex Actis Consistorialibus Eugenij IV.* Tunc quoque in Suffraganeum Leodiensem, assumptus fuit. Decessit anno salutis humanæ 1458. & in sui Thenensis Conventûs Ecclesia, ante summum altare, sub insigni lapide sepulchrali, conditus jacet, cum isto epitaphio: *Hic jacet inhumatus Reverendus in Christo Pater & Dominus Dom. Dionysius Stephani, Episcopus Rossensis, nec non Suffraganeus Illustrissimi Domini, Domini Ioannis de Heynsberghe Episcopi Leodiensis, ex isto Conventu Fratrum Ordinis Carmelitarum assumptus: qui obiit anno Dom. 1458. 25. die mensis Octobris.*

Dionysius Stephani, Episc. Ross.

Suffrag. Leod.

Epitaphium.

3204. Dionysius Tomacellus, Italus, Neapolitanus, nobilissimo genere procreatus, Philippi Columnæ Comestabilis propior affinis; professionem emisit in primario cœnobio patriæ, die 18. Octobris 1611. Institutus est Episcopus Castrensis, in regno Neapolitano die 12. Maji anni 1631. In eadem civitate Castri obiit die 6. Februarij 1642.

Dionysius Tomacellus Episc. Castr.

3205. Dominicus Campanella, (erronee to. 8. *Italiæ sacræ* vocatus *Dionysius*) Italus, ex oppido Putiniani, Diœcesis Sipontinæ in Apulia: parentes ei fuerunt Dominicus Campanella, & Sylvia Balsamo, honorati inter Putinianenses, conjuges. Sub nomine Viti-Octavij sacro baptismate renatus est die 24. Septembris anni 1581. In Carmelo professus varia obivit munia, Sacræ Theologiæ Magister, ejusdemque Panormi, Neapoli, & in Urbe Regens, atque in Sapientia Romana publicus Metaphysicæ Professor, Conventûs ibidem Transpontini de Urbe Prior, & totius Ordinis Carmelitarum Procurator Generalis, nec non Sanctæ Generalis Inquisitionis Qualificator, & unus ex Consultoribus Congregationis, pro examinandis operibus Cornelij Jansenij destinatæ. Institutus fuit Episcopus S. Agathæ Gothorum in Regno Neapolitano, die 12. Januarij 1654. consecratus die 18. ejusdem mensis, in Ecclesia Transpontina sui Ordinis, à Joanne Baptista Cardinali Pallotta. Tenuit Sedem per novennium, mortuus in ipsa urbe S. Agathæ, die 10. Januarij anno 1663. Jacet in choro Canonicorum, ad cornu Euangelij, sub lapide, cum hoc epitaphio: *Hic jacet Fr. Dominicus Campanella à Putignano Ord. Carm. Episcopus S. Agathæ Gothorum. Obiit anno ſalutis 1663. ætatis ſuæ an. 83. Episcopatûs ſui anno nono.* Campanellæ elogium insigne legitur apud nobilissimum æquè ac diligentissimum virum Michaëlem Justinianum (a).

Dominicus Campanella.

Episcopus S. Agathæ Gothorum.

epitaphium.

(a) Epistolarum to. 1.

3206. Dominicus de Dominicis, Italus, Cremonensis, Sacræ Theologiæ Magister affuit, tanquàm Definitor suæ Provinciæ Lombardiæ, Comitiis Generalibus, Veronæ, anno 1381. celebratis, in quibus & titulum Provincialis *Provinciæ Provinciæ* obtinuit, segregatis, occasione schismatis, Galliâ, & Hispaniâ à corpore Religionis. Postmodùm in Comitiis Generalibus Francfordiæ (hodie Francofortum) an. 1393. congregatis, institutus est Procurator Generalis in Curia Romana: item & Magister Regens studij ejusdem Curiæ. Cumque per biennium fermè ministerium illud subiisset, die ultimâ Aprilis, anno 1395. electus est Episcopus Sithiensis, vel Sytiensis, in Creta Insula, & sub Metropoli pariter Cretensi. Ex *libro obligationum Prælatorum, sub Bonifacio IX. anno 6. folio 57.* Item fuisse illum Dominicum *Religiosum expressè professum Ordinis Carmelitarum*, constat manifestè ex *libro de Regularibus, sub eodem Bonifacio IX. anno 6. fol. 55.* Postmodùm idem Dominicus, octavo Kalendas Decembris anno 1399. translatus est ad Ecclesiam Milopotanensem, seu Melipotanensem, in eadem Insula, & Metropoli Cretensi, in locum Victoris, Episcopi Milopotanensis, ad Ecclesiam Sithiensem translati: Ex *libro 2. de Regularibus sub Bonifacio IX. anno XI. fol. 203.* Fuit autem Dominicus noster Suffraganeus in Diœcesi Mantuana, neque unquàm ad suam Sedem accessisse, verosimile est, sicuti & incertum, quô anno obierit. Verumtamen ad annum circiter 1409. supervixisse, satis probabiliter colligitur ex verbis Joannis Michaëlis Pij, Ordinis Prædicatorum, in opere Italico, *de Nobili progenie S. Dominici* (b) ubi eum vocat *Fratrem Dominicum de Cremona Carmelitam, Episcopum Sitiensem, & Suffraganeum Mantuæ.* Eadem leguntur in *historiâ Placentinâ*, Auctore Petro Maria Campo, Canonico ejusdem Ecclesiæ (c), Recensetur Dominicus noster inter Scriptores Cremonenses à Josepho Bressano, in opere Italico, sub titulo: *Cremona Santa*, &c. (d) extat pariter memoria ejusdem in Conventu

Dominicus de Dominicis,

Episcopus Sithiensis,

translatus ad Ecclesiam Milopotan.

(b) parte 1. lib. 1. c. 67. pag. 243. edit. Bononiæ an. 1618.

(c) Tom. 2. lib. 24. pag. 189.

(d) pag. 81.

Regens variis in locis,

Prov. Gen. Ord. Carm.

Digitized by Google

ventu Cremonensi, cujus fuit alumnus: atque inter alia sacra pignora, operâ nostri Dominici, eò adducta, colitur ibi sacrum caput S. Guidalberti Episcopi & Martyris, cum inscriptione, nomen ipsius Dominici referente.

Dominicus Rota, Italus

3207. DOMINICUS ROTA, Italus, Bononiensis ex honesta familia Galeatium Rota, & Mariam Cinti Bononienses parentes habuit. Natus currente anno 1575. ad diem 29. Julij 1586. habitum Religiosum Carmelitanum induit in patriæ Conventu, cui S. Martinus major est titulus: ibique professionem emisit die 7. Martij, anno 1591. Postquàm verò litteris operam dedit, Magister institutus est, & Doctoralem lauream suscepit in patria, die 10. Februarij, anno 1612. atque Collegio Academico Theologorum aggregatus fuit. Ad hæc, Conventus aliquos suæ Congregationis Mantuanæ, & nominatim illum patriæ, rexit Prior: indè Romæ Procurator Generalis: ac tandem sub anno 1625. per Litteras Urbani VIII. assumptus est in Vicarium Generalem ejusdem Congregationis Mantuanæ. Absolutâ Præfecturâ monasticâ, electus est Episcopus Sidonienſis titularis, die 21. Augusti 1628. Nondùm verò absolvit biennium in nova dignitate, cùm ad diem 14. Maji 1630. Romæ obierit, sepultus cum Fratribus suis, in templo S. Chrysogoni de Urbe.

Vicarius Gener. Congr. Mantuanæ,

Episcopus Sidonienſis.

Durandus de Sermino,

Archiepisc. Nazarenus:

Archiepisc. Sedes illa ubi sita.

3208. DURANDUS DE SERMINO, *Ordinis Carmelitarum, in Theologica facultate Doctor insignis, Archiepiscopatu Nazareno coronestatus est à Clemente VI. anno 1345. 5. Id. Maji, ex registro Vaticano, epistola 895. fol. 57. anni tertij: non diu Archiepiscopus fuit, cùm viam universæ carnis Præsulatûs sui anno 3. salutis verò 1348. ingressus fuerit, in civitate Vasionensi, ad quam, cùm esset in Curia pro certis negotiis, accesserat, ibique sepultus.* Ita Ughellus *Tomo 7. Italiæ Sacræ.* De Archiepiscopali Sede Nazarena, olim in Galilæa civitate Nazareth, nunc in Apulia, & ei unitis Episcopatibus Cannarum, & Montis-Viridis, & de Diœcesi Nazarena, ac privilegiis istius Archiepiscopi (inter quæ, *quòd non tantùm in sua Diœcesi, sed & per universum orbem terrarum, insignia Archiepiscopalia deferat*) tractat Ferdinandus Ughellus ibidem *Tomo 7. Italiæ Sacræ* ubi de *Archiepiscopali Sede Nazarena.*

E

* *al.* Rhædestonensis (a) n. 3155.

ELIAS *Episcopus* * *Rhadestensis*: de quo hîc suprà (a).

(b) *al.* Everardus, *Everardus Musgen, Episcopus Caronensis:* (c) lib. 3. de Colonia Agripp. Syntagm. 43. §. 3.

3209. EVERHARDUS (b) *ex patritia apud Vbios familia de* MUSGEN, *id est de Musculorum gente, Episcopus Caronensis, sub Metropolitano, & Patriarcha Antiocheno, Suffraganeus verò Colonienſis, obiit XI. Kalend. Februarij* 1397. *sepultus Coloniæ in Choro Carmelitarum.* Ita Ægidius Gelenius (c) scribens de Episcopis ex Carmelo Colonienſi assumptis. De EVERARDO BILLICO, ante consecrationem defuncto, agetur in sequentibus.

* *vel* Machbreu. *Eugenius Machbreu,* * *al.* Magionensis. *Episc. Majonensis.*

3210. FR. EUGENIUS* MACHBREU, *Ordinis Carmelitarum, sacræ Theologiæ Professor electus est Episcopus* * *Majonensis in Hibernia, & absolutus est à censuris, die* 21. *Novembris* 1541. ex *Actis Consistorialibus Pauli III.* Verisimiliter Eugenius ab Henrico VIII. vel Edwardo VI. Regibus Angliæ Episcopus tempore schismatis nominatus fuerat; verùm regnante Mariâ Reginâ Catholicâ, præsentatus Romano Pontifici, ad eamdem Episcopalem dignitatem, in ea ritè, & canonicè confirmatus fuit, sicut & alij non pauci Episcopi Angliæ, ac Hiberniæ, ut ex prædictis Actis Consistorialibus liquidò constat. Colligitur autem ex prædictis monumentis, diu in regimine Ecclesiæ Majonensis superstitem fuisse Eugenium nostrum, cùm die 12. Februarij 1574. provisa sit eadem Ecclesia, vacans per obitum Eugenij.

F

Fabianus à Regibus, Provincialis Portugallia, Episc. Capitis-viridis,

3211. FABIANUS A REGIBUS, in seculo Fernandez, natus in pago Campo-grande, agri Olyssipponensis, professionem emisit ineunte anno 1621. sub die 11. Januarij, in Conventu S. Annæ apud oppidum Collares in diœcesi Olyssipponensi. Monasticâ disciplinâ, & litteris excultus, in virum insigniter probum evasit. Rexit Prior patrium Collarense cœnobium: Brasiliam, in munere Vicarij Provincialis, & Lusitanicam Provinciam, per triennium moderatus est Provincialis, Olyssippone ad diem 4. Julij 1655. in istud munus assumptus. Fuit quoque trium Ordinum militarium in Portugallia examinator. Trahitur postmodùm ad insulam, electus Episcopus Promontorij, seu Capitis-viridis die 16. Maji, anno 1672. quo labente, die 11. Septembris, in Olyssipponensi Carmelitarum templo inauguratus fuit per manus D. Francisci Ravizza Episcopi Sidonienſis, in Portugallia Nuncij Apostolici. Non diu superstes, obiit Fabianus in propria Sede, die 8. Februarij 1674. ætatis suæ 76. (a)

(a) *ex relatione fidiss. Portugall.*

Ferdinandus del Barco, Hiſpanus, Abulenſis, Concionator Caroli V. Imp. (b) to. 2. pag. 196.

3212. FERDINANDUS DEL BARCO, Hispanus, Abulensis, ex testimonio Ægidij Gonçalez in *Theatro Ecclesiastico Hispaniæ*, (b) Concionator Caroli V. Imperatoris: electus est Episcopus Salonensis, vel Saloniæ titularis, die 6. Februarij anno 1521. ut habetur in *Actis Consistorialibus Leonis X.* Obiisse Salmanticæ, & in Ecclesia S. Rochi, à se constructa, sepultum, scribit prædictus Ægidius Gonçalez tomo primo sui *Theatri Ecclesiastici* (c). Qui tamen cum rectè Ferdinandum nostrum Episcopum Saloniæ ultimo eo loco nuncupasset, non satis sibi constans Episcopum Salaminæ imò & Salmanticæ alicubi, eum vocat. In eumdem errorem alios pòst se traxit Ægidius, quibus adhæsit *Bibliotheca Hispanica* (d) ubi Ferdinandus inter alios Scriptores recensetur.

Episc. Salonenſis.

(c) pag. 115. & alibi.

(d) tom. 1. pag. 282.

Ferd. Lobo, Hiſpanus,

3213. FERDINANDUS LOBO, Hispanus, nobilibus parentibus Joanne Lobo, & Elizabetha

Digitized by Google

Elizabetha Caritot, natus est in oppido Navarrete, Diœcesis Calagurritanæ: religiosum habitum induit in cœnobio Methymnæ à Campo, Provinciæ Castellæ, cujus posteà Definitor fuit, itemque Prior Vallis Mauri, & Matriti. Nominatus à Catholico Rege Episcopus novæ Segobiæ in Philippinis Insulis, necdum Sedi Apostolicæ præsentatus, promotus est ad Sedem Portûs-divitis, in eadem Americæ regione, sub Metropoli Dominicopolitana, XV. in ordine Antistes illius Ecclesiæ, juxtà supputationem Ægidij Gonçales, in *Theatro Ecclesiastico Indico.*(a) Electus autem fuit, seu confirmatus à Sede Apostolica die 6. Decembris anno 1649. Sequenti verò anno, conscensâ navi, transfretavit in Americam, & sub diem 14. Julij appulit ad Insulam Margaritam, suæ Ecclesiæ annexam, ibique possessionem dignitatis accepit. Hinc ad urbem Caracarum digressus, munus consecrationis die 26. Julij eodem anno 1650. suscepit, per manus Mauri de Touar, Episcopi Venetielensis, Caracis residentis: assistentibus, juxtà morem illius regionis, Decano, & Cantore ejusdem Ecclesiæ. Pòst hæc in varias Insulas suæ Diœceseis delatus, Sacramentum Confirmationis pluribus fidelibus administravit, nec non Visitationem ex munere peregit. Tandem Portum-divitem venit, ingressus hanc urbem die 15. Julij 1651. atque proximâ die 16. Commemorationi Solemni B. Virgini de monte Carmelo dicatâ, in templo Cathedrali Missam solemni ritu Pontificali celebravit. Mansit in sua Sede Ferdinandus per trimestre, mortuus ibi die 17. Octobris anno 1651. sepulturæ mandatus propè Altare primarium Ecclesiæ Cathedralis.

Episc. Novæ Segobiæ nominatus,

deindè Episc. Portus-divitis consecratus.

(a) tom. 1. pag. 296.

3214. Fr. Franciscus Brunaudus, *Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister, & Prior Conventûs Rupeculæ, Diœcesis Maurianensis in Sabaudia, electus est Episcopus Enachdunensis sexto Idus Febr. an.* 1495. ex *Actis Consistorialibus* Alexandri VI. Fuisse Suffraganeum Gebennensem, colligitur ex *Regesto Bullarum* ejusdem Alexandri VI.

Franciscus Brunaudus,

Episcopus Enachdun.

3215. Franciscus Lavellus, vel de Lavello, Italus: Neapolitanus, S. Theologiæ Magister, institutus est Episcopus Ravellensis in regno Neapolitano die 4. Novemb. 1506. Fallitur planè Ughellus, dùm tomo 1. *Italiæ Sacræ* Franciscum nostrum Carthusianum facit, & electum dicit die 14. Octobris: namque in *Actis Consistorialibus Iulij II.* expressissimè vocatur *Carmelita*, ejusque electio ponitur *die 4. Novembris.*

Franciscus Lavellus,

Episcopus Ravellensis.

3216. Fr. Franciscus de S. Leonardo, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Argiensis in Valachia, sub Metropoli Colocensi, decimo sexto Kalendas Maji, an.* 1390. Ex *libro primo de Provisionibus Prælatorum, sub Bonifacio IX. fol.* 87.

Franciscus de S. Leon.

Episcopus Argiensis.

3217. Franciscus Romero, Hispanus, Vallisoleti nobili genere natus, Toleti emisit professionem, die 30. Septembris 1607. Institutus est Archiepiscopus Lancianensis, in regno Neapolitano, die 14. Maji 1618. Translatus deindè ad Episcopatum Viglevanensem, in Ducatu Mediolanensi, cum retentione tituli Archiepiscopi, die 11. Januarij 1621. obiit Matriti in Hispania, die 16. Julij 1635. sepultus ibi apud suos Fratres Carmelitas. Tempus mortis nostri Francisci, non rectè assignatur in *Italia sacra* (a).

Franciscus Romero,

Archiepisc. Lancianens.

translatus ad Ecclesiam Viglevanens.

(a) tom. 4.

3218. Franciscus Suarez de Villegas, Lusitanus, Olyssipponensis, emisit professionem in cœnobio patrio Carmelitarum, die 14. Novembris 1611. Studuit in Collegio Complutensi, Provinciæ Castellæ. Burdigalæ in Gallia Professor publicus extitit, & Annæ Austriacæ Galliarum Reginæ fuit à concionibus. Electus est *Episcopus Memphreos, vulgò Cairi, die VI. Decembris, an.* 1649. munus consecrationis suscepit Romæ, in Ecclesia S. Mariæ Transpontinæ sui Ordinis, per manus D. Julij Cardinalis *Romæ*, Episcopi Tiburtini, die 21. Decembris 1649. præsente Oratore Regis Galliarum. In Cairum profectus, ibi per aliquot annos moram traxit. Postmodùm venit Romam, & in Galliam reversus, decessit Paris. die 17. Aprilis 1664. sepultus apud suos Carmelitas. Ex testibus ocularibus, & relationibus, Lusitanica, & Gallica.

Franciscus Suarez de Villegas,

Episcopus Memphreos,

3219. Fr. Franciscus, *Ordinis Carmelitarum, Episcopus Ariensis, in Insula Creta, sub Metropoli Cretensi. Vivebat sexagenarius, die 17. Decembris, an.* 1418. *cùm ad annos circiter triginta illi Ecclesiæ præfuisset.* Ita expressè legitur in libro primo *de diversis formis Martini V. anno 2. fol.* 9.

Franciscus Episcopus Ariensis,

G

Gafridus seu *Gaufridus*, Episc. Tiberiadensis: videatur infrà: *Gotifredus.*

3220. Galcerandus Cassayach: (ita litteraliter ipse subscribebat, ut scripturæ originales Provinciæ Cathaloniæ produnt: licèt aliter varie reperiatur cognominatus) Hispanus, ex oppido *Valium*, diœceseis & agri Tarraconensis, Ord. Carm. Provinciæ Cathaloniæ, & Patrij Conventûs alumnus fuit. Diu, atque in diversis locis Prioris munus, nec sine laude, gessit. Bis in patria, semel Barchinone, repetitis vicibus Majoricæ, atque interèa temporis Provincialis ejusdem Cathalonicæ Provinciæ institutus anno 1516. in Comitiis Barchinonensibus, & in munere per quadriennium superstes. Ad hæc cùm lauream Magisterij pro meritis obtinuisset, interfuit Capitulo Generali, Venetiis an. 1524. celebrato: & rursùs sequentibus Comitiis, celebratis Patavij an. 1532. sicuti videmus in Regesto communi Ordinis, diversis in locis. Tandem *electus est Episcopus Chrysopolitanus titularis in Macedonia, sub Metropoli Philippensi, & Suffraganeus, ad exercendà Pontificalia in civitate, & diœceseis Majoricensi, die XI. Februarij an.* 1534. Ex *Actis Consistorialibus Clementis VII.* Per triennium, dumtaxat ministerium Episcopale subiisse Galcerandum liquidò constat ex assumptione successoris, qui fuit Raphaël Llinas, pariter Carmelita, electus Antistes Chrysopolitanus, die 27. Junij 1537. per obitum Gal-

Galcerandus Hispanus,

post varia in Ordine officia,

Episcopus Chrysopolit. & Suffrag. Majoricens.

Digitized by Google

cerandi Cassanyach. Conventibus, Vallensi in patria, Barchinonensi, item & Majoricarum, in quibus Prior fuerat, non tenuia legata reliquit Galcerandus noster, mortuus (ut creditur) anno 1537. & in Ecclesia prædicti cœnobij Majoricensis sepultus jacet.

*Gaspar Munsterus, * vel Gasparus,*

Episcopus Aureliopol.

3221. Fr. Gaspar, * *Munsterus, Ordinis Carmelitarum, S. Theologiæ Magister, electus est Episcopus Aureliopolitanus in partibus Infidelium, & institutus Suffraganeus Osnabrugensis, ad exercenda Pontificalia in civitate, & diœcesi Osnabrugensi, die XIII. Februarij an. 1631.* Ita diserte produnt *Acta Consistorialia Vrbani VIII.* Consecrationis munus suscepit eodem anno, Feriâ 2. Paschatis Resurrectionis, in Cathedrali templo Osnabrugensi. Fuit autem professione Carmeli Colonien sis. Anno 1625. in Capitulo Generali Romæ celebrato institutus Commissarius Generalis Provinciæ Saxoniæ, in effectum recuperandi dictæ Provinciæ Saxoniæ, Daciæ, Bohemiæ, Austriæ, Ungariæ Conventus deperditos, & ab Hæreticis occupatos, datis amplissimis litteris Commissorialibus, per R.mum P. Magistrum Gregorium Canalium, in isto Capitulo Priorem Generalem electu, sub dato Romæ die 6. Julij 1625. Insuper etiam obtinuit sitteras Apostolicas, quibus à S. Congregatione de propaganda fide destinabatur ad partes inferioris Saxoniæ, hæresi infectæ, Missionarius Apostolicus. Hujusmodi Sedis Apostolicæ, ac etiam Sacræ Cæsareæ Majestatis, Ordinisque sui litteris provisus, & munitus, rem sibi commissam strenuè aggreditur, & dexterrimè exequitur, atque plurimos Conventus ex manibus acatholicorum Principum in suam, & Ordinis sui recipit potestatem, de quibus ipse conscripsit librum tituli hujus: *Saxonia, Ordinis Carmelitarum celeberrima Provincia ab hæreticis penitùs devastata, operâ, & industriâ Adm. Reverendi & Eximij P. Magistri Gasparis Munsteri, ejusdem, & aliarum Provinciarum Commissarij, & Visitatoris Generalis, an. 1627. ex eorumdem hæreticorum faucibus erepta, eidem sacro Ordini strictioris Observantiæ est restituta.* Totamque Saxoniæ Provinciam brevi tempore Ordini, cum incredibili sua laude vindicasset, nisi Adolphus Gustavus Rex Sueciæ ab acatholicis Imperij Principibus contra Ferdinandum Cæsarem excitus, cum potentissimo exercitu supervenisset, ejusque conatus ulteriores impedivisset, & labores exantlatos inutiles reddidisset. Postmodum R.mus & Ill.mus Princeps Franciscus Wilhelmus, ex Comitibus de Wartenburg, Episcopus Osnabrugensis illum in suum delegit Vicar. Generalem, pro Pontificalibus administrandis. Quidnam ab ipso in Pontificali dignitate constituto præclarè gestum sit, Syntagma Suffraganeorum Colonien sium describit. Coloniæ obiit anno 1654.

Commissar. Generalis Prov. Saxon. &c.

& Missionar. Apost.

quam utiliter laboraverit:

Suffragan. Osnabrug.

Gavinus Cattayna,

3222. Gavinus Cattayna, Sardus, Sassari, sub mense Novembri an. 1608. ex honorata civica familia natus est, parentibus Paulo Cattayna, & Mariâ Angela Verde: baptizatus in Festo Præsentationis B. Virg. Mariæ die 21. ejusdem mensis, & anni. Professionem emisit Calari in eadem Insula die 13. Julij 1625. Ex patria venit in Hispaniam, atque Hispali in Collegio D. Alberti Theologiæ operam dedit. Posteà ad Urbem accessit, & in conventu Prænestino Philosophiam suis Fratribus legit. Laureatus adhæc S. Theol. Magister, institutus fuit primus Sardiniæ Provincialis anno 1641. cùm antea Vicaria dumtaxàt, non Provincia, Sardinia existeret. Sub ejus regimine non parvum incrementũ in disciplina, doctrina, & fama Carmelitana Sardoa familia suscepit. In eodem regno Consultoris S. Inquisitionis munus subivit. Iterum Romã reversus, Transpontinum cœnobium Prior gubernavit, à secretis sui Prioris Generalis, pro Hispaniarum Provinciis diu extitit. Assumptus dein, ex nominatione Regis Catholici, in Antistitem, Romæ præsens creatur Episc. Bosanensis in Sardinia, non longè à patria urbe, die 26. Novembris 1663. Consecratus fuit die ultimâ ejusdem mensis, in Ecclesia Transpontina sui Ordinis per manus Benedicti Cardinalis Odescalchi. In patriam ad Ecclesiam suam progressus, totam Bosanensem Diœcesim perlustravit, atq; pòst absolutam Visitationem, Synodum Bosæ an. 1665. solemniter celebravit, illamq; anno sequenti 1666. Sassari typis edidit. An. 1671. institutur Apostolicus Inquisitor in toto Sardiniæ regno. Tandem ex nominatione Regis Catholici, ad Sedem patriæ sublimatus, creatur Archiepiscopus Turritanus (sic enim Latinè Præsul Sassari residens, nuncupatur, sicuti & primas Sardiniæ) die 16. Nov. 1671. Pallio Archiepiscopale suscepit Turribus, in antiquiori sua Ecclesia Cathedrali, die 25. Maji 1672. per manus Joan. Gregorij Ardizzoni Episcopi Adiacensis in Corsica. Eodem anno, die 17. Januarij 1672. in patriã, & Sedem suam, Pontificali, eoque solemnissimo ritu, introductus fuerat, quinque Amplissimis Jutatis, qui Magistratum urbicum ibi constituunt, aliisque viris, ex primaria nobilitate, reverentiæ, & observantiæ causâ, virgas, umbellam holosericam sustinentes, deferentibus. Vivit adhuc * in Patria Gavinus noster: diu vivat.

varijs fun. ctus, munib.

Episcopus Bosanensis,

Synodum celebrat.

Archiepis. Turritanus creatur.

* hoc an. 1676. (sub init.

3223. Fr. Georgius Vinch, *Ordinis Carmelitarum, & S. Theologiæ Lector, electus est Episcopus Esiensis, septimo Kalendas Martij, an. 1480.* Ex *Actis Consistorialibus Sixti IV.*

Georgius Vinch Episc. Esiensis.

3224. S. Gerardus, Episcopus Canadiensis; cujus vita tradita est hic suprà ad diem XXIV. Septembris (a).

(a) n. 2295. & seq.

3225. Fr. Godefridus Greverarius, *Ordinis Carmelit. electus est Episc. Dagniensis titularis, die 15. Martij, an. 1456.* Ex *libro Provisionum Calixti III. anno secundo.* Commemoratur pluries Godefridus noster in Bullis Sixti IV. & Innocentij VIII. ad annum usque 1484. Natione fuit Belga, patriâ Gelrien sis, & alumnus Conventûs Carmelitani ibidem, in cujus libro, in membrana annotatur: *Alterâ die S. Hieron. Anniversarium Theod. Greveray, & uxoris ejus: nec non Rev. in Christo Patris Godefridi Episc. Dagnens. filij illorum.* In alio ejusdẽ Conventûs libro

Godefridus Greverar. Episc. Dagnensis,

Digitized by Google

libro hæc de illo referuntur: *Godefridus Greveray filius Civitatis, & Conventûs Gelrienſis, Epiſcopus Dagnenſis, Cameracenſis Epiſcopi Vicarius in Pontificalibus, vir in divinis ſcripturis egregiè doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, Dei verbi Prædicator famatiſſimus, non minùs converſatione, quàm ſcientiâ venerabilis: multa bona Civitati, Conventuique ſuo fecit. Imprimis duo Corpora SS. Valeni, & Galeni Martyrum Conventui ſuo comparavit, & non paucas reliquias, ornamentaque plurima eidem incorporavit. Perplures libros, ſuo nomini annotatos, in Libreriam miſit. Obiit in decrepita ætate, ſepultus in Conventu Bruxellenſi Ordinis noſtri, in Choro, anno* 1504. *in die S. Antonij.* In hiſtoria manuſcripta rerum memorabilium per orbem, & præcipuè Antuerpiæ, iſta commemorantur: *Anno* 1482. *die XIII. Septembris Antuerpia in Eccleſia B. Virginis Mariæ conſecratum fuit altare in choro ipſius B. Virginis Mariæ, ad honorem SS. Trinitatis, & ſpecialiter ejuſdem Dei Matris, nec non omnium Apoſtolorum, per R. Patrem Godefridum Greverayum, Epiſcopum Dagnenſem, Religioſum ſancti Ordinis Fratrum Dominæ noſtræ Montis-Carmeli, virum valdè pium & ſanctum.* Antuerpienſi Conventui Carmelitano ſuâ conſecratione initium fecit, ſicut in monumentis Conventûs iſtius legitur, his verbis: *Anno Domini* 1493. *XXII. Octobris, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei, ac gloriosæ Virginis Mariæ, Genitricis ejuſdem, ſub Principe Philippo Archiduce Auſtriæ, ac Diœceſano Domino Henrico de Bergis, ſumpſit initium præſens Conventus Carmelitarum in Antuerpia, Domino Godefrido Epiſcopo Dagnenſi, Suffraganeo eum conſecrante.* Ob decrepitam ætatem, veriſimiliter anno 1499. cedens Epiſcopatui, & Suffraganeatui, in hoc ei ſuffectus fuit Ægidius de Merica, de quo hic ſuprà (a).

Cameracenſis Epiſcopi Vicarius in Pontificalib.

Gelrienſi ſuo Conventui quæ præfuit:

Antuerpia conſecravit in Eccleſia B. Virginis altare ipſius Deipara:

Antuerpienſi Conventui Carmelitano initium dedit.

(a) n. 3154.

3226. Gomesius * ſacræ Theologiæ Doctor, primus Prior Conventûs Olyſſiponenſis, eo tempore à Beato Nonio Alvarez Pereira, Comeſtabili Portugaliæ, Fundati: inde aſſumptus fuit Epiſcopus Ebronenſis: Epiſcopus exiſtens deputatus fuit Vicarius Generalis Carmelitarum, ſicut conſtat ex iſto decreto: *Fr. Gomeſius, Ordinis Carmelitarum, Epiſcopus Ebronenſis, deputatus eſt Vicarius Generalis * in Regno Portugalliæ, & quòd Fratres ejuſdem Ordinis Carmelitarum ei obediant anno* 1404. Ita expreſsè legitur in libro primo *de diverſis formis*, ſub Innocentio VII. anno primo.

* ſen Gomezius.

Gomeſius Epiſc. Ebronenſis.

* ſcilicet pro Religioſis Carmelitis dumtaxat.

3227. Goswinus Hex Belga, patriâ Brabantus, profeſſione Carmeli Vliſſingenſis, ſive Fliſſingenſis in Zelandia, Epiſcopus Hierapolitanus, Ultrajectenſis Epiſcopi Vicarius in Pontificalibus. Eyſengrenius *Poëtam gravem, ac Theologum ſacrarum legum exercitatiſſimum* eum appellat. Plura de illo, eruditione & ſcriptis ejus videri poterunt hic ſuprà apud Boſtium & Trithemium (b). Agunt quoque de illo Poſſevinus in Apparatu, Franciſcus Swertius, & alij. De ejus electione in Epiſcopum iſta leguntur in Actis Conſiſtorialibus Pauli II. *Fr. Goſwinus Heyx, Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Profeſſor, eligitur Epiſcopus Hieropolitanus, undecimo Kalendas Iulij, anno* 1469. *Cùm verò ad Eccleſiam prædictam propter Infideles, non detur acceſſus, conceditur ei uſus Pontificalium in Diœceſi Trajectenſi.* Obiit Ultrajecti in Conventu Carmelitano, ibique in templo Catharineano ſepultus, cum hoc epitaphio:

Conditur hîc Dominus Goſvvinus, & Ordinis hujus
Fratrum Conventûs: qui fuit eximius.
*Doctor * Pariſius, Præſul Hierapolitanus*
Loenhout quem genuit, proh dolor! hîc obiit
Anno Domini 1475. *idtimâ die Martij.*

Goſwino ibi ſuffecti fuerunt, etiam ex Carmeli Ordine aſſumpti Joannes ab Arundine, Joannes Villicus, ſeu Meyer, & Laurentius Ducis, Joannes Heetvelt, & Joannes Bloelmel, de quibus in ſequentibus. Animadvertendum, Trajectum duplex eſſe: alterum ſuperiùs, ſive ad Moſam, vulgò *Maeſtricht* dictum, eſtque urbs Belgij in Brabantia, Moſam interfluentem habens: alterum inferiùs, ſive ad Rhenum, quod communiter à Latinis *Vltrajectum*, vulgo *Vtrecht* dicitur, urbs quoque Belgij, in Batavia, ſeu Hollandia; & hujus Sedis Goſwinus Suffraganeus fuit, ubi & Carmelitæ celebre tunc cœnobium incoluerunt.

* ita olim, nunc autè *Pariſienſis.*

Trajectum *in Belgio duplex.*

3228. Gotifredus le Borgne * *Prior Conventûs B. Mariæ Beni-doni, Ordinis Carmelitarum, Venetenſis diœceſis, Ordinem ipſum expreſsè profeſſus, electus eſt Epiſcopus Tiberiadenſis in partibus Infidelium, & inſtitutus Suffraganeus Venetenſis, pro Reverendiſſimo Dom. Cardinali Sanctorum Quatuor Coronatorum, adminiſtratore Eccleſiæ Venetenſis; die Mercurij,* 10. *Novembris,* 1518. ex *Actis Conſiſtorialibus Leonis X.* Hic eſt Gotifredus, ſeu Gaufridus, vel Gaffridus Epiſcopus Tiberiadenſis, & Suffraganeus Venetenſis, pro Cardinali quatuor Coronatorum commemoratus apud noſtrum Leonem à S. Joanne, in *Delideatione obſervantiæ Rhedonenſis.* (a)

* Borgne nomen Gall. idem eſt quod Latinis Strabo, *Gotifredus le Borgne. Epiſc. Tiberiadis.*

(a) cap. 26. pag. 139.

3229. Guido Terreni (qualiter expreſsè nuncupatur in Actis Capituli Generalis, Burdigalæ anno 1318. celebrati, in Regeſto communi Ordinis, folio 1. pag. 1.) vel potiùs Terrena (ut Perpiniani hodieque familia ipſius vernaculè cognominatur) Hiſpanus, Perpinianenſis (& hinc paſſim dicitur: Guido Perpinianus, ſeu de Perpiniano) gente patritiâ, ad hunc diem ſuperſtite, procreatus, Religionem Carmelitanam in patrio Conventu (ut creditur) à pueritia ingreſſus, & profeſſus eſt, ipſomet, non ſemel, palàm magna cum animi alacritate, in ſuis operibus id atteſtante. Sacris litteris in ſchola Pariſienſi excultus, lauream Doctoralem ibi ſuſcepit, & Sacram Theologiam Lector publicus Avenione in palatio Apoſtolico docuit: atque Provinciam, vulgò in Gallia *Provinciam* nominatam, Præfectus Provincialis moderabatur, cùm in feſto Pentecoſtes anno 1318. celebratis Comitiis Generalibus Burdigalæ, Prior Generalis unanimi omnium aſſenſu electus eſt. Verùm

Guido Terrena, (communiter dictus Perpinianus) genere patritiâ procreatus,

fere à puero Carmelitæ.

S. Theol. Lector publ. in palatio Apoſtolico.

Prior Gen.

Digitized by Google

nondùm exacto triennio regiminis sui Ordinis, ut præesset Ecclesiæ Dei, ineunte circiter mense Majo anni 1321. in Episcopum Majoricensem (hodiè sub Metropoli Valentina) assumptus fuit. Constat satis apertè hujus promotionis tempus ex libro Obligationum Prælatorum, sub Joanne XXII. in quo expressè legitur: *Fr. Guido electus Episcopus Majoricensis, promisit die nonâ Maji, anno* 1321. Fuit autem Guido noster sextus in ordine Antistes Ecclesiæ, & insulæ Majoricensis, seu Majoricarum, pòst restaurationem, à Jacobo primo Rege Aragonum gloriosè factam: sicut diligenter scribit Vincentius Mut, Tomo 2. Historiæ Majoricarum, libro XI. cap. 2. Mansit in hujus Ecclesiæ regimine Guido per undenium, & ultrà, atque subindè in mense Augusto anni 1332. ad Sedem Elnensem, Provinciæ, & Metropolis Tarraconensis (quæ jam pridem Perpinianum translata est, nomine dumtaxat Elnæ retento) promotus fuit. Testatur eam Guidonis nostri translationem & annum Vincentius Mut, loco superiùs citato. Exactius verò testimonium habemus in libro præcitato Obligationum, ubi legitur: *Fr. Guido Episcopus Elnensis promisit die XXV. Augusti anno MCCCXXXII.* Dùm Ecclesiam istam rexit Guido, sæpiùs Diœcesanam Synodum celebravit, promulgato in earum constitutionibus Decreto de Immaculata Beatissimæ Virginis Conceptione. Hujus veritatis testis, isque omni exceptione major, adest Philippus Labbè, Societatis Jesu, in sua historica Synopsi Conciliorum (Parisiis anno 1661.) in hujus enim operis Appendice, (a) scribit: *Stephanus Baluzius Tutelensis offert pro ista nova editione, quæ sequuntur: Constitutiones Synodales Guidonis Episcopi Helenensis (illius nimirùm, qui scripsit adversùs Hæreses) editas annis* 1335. 1337. 1338. 1339. *& 1340. atque in his extat Decretum de Immaculata Conceptione B. Mariæ Virginis, ex codice MS. Ecclesiæ Helenensis.* Hæc Labbè. Meminit pariter hujus relationis ipse Stephanus Baluzius, in Dialogis de emendatione Decreti Gratiani (Paris. 1672.) paginâ 642. & ultimâ operis, factâ inibi expressâ mentione Guidonis nostri Carmelitæ Episcopi Elnensis.

3230. Verùm frequens aderat Guido noster Avenione, ubi Curia Romana tunc residebat, gravissimis, nec minùs arduis negotiis, pro fide Catholica, & Pontificia auctoritate sartis-tectis conservandis, sæpè adhibitus. Et quidem adeò constanter, tàm præclarè in ejusmodi Sparta, sibi commissa, Guido se gessit, quòd laboribus ab eo exantlatis, juxtà Regesta Pontificum, rectè expositis, Odoricus Raynaldus, *tomo Annalium XV.* (b) hoc eum honestandum censuerit elogio: *Guido Carmelita*, inquit, *Episcopus Elnensis, Censor fidei acerrimus*, Tandem in præfata urbe, die 21. Augusti, anno 1342. spiritum Deo reddidit Guido noster, sepultus in templo sui Ordinis Carmelitani, intrà Sacellum Divæ Annæ, ad dexteram primariæ Aræ constitutum, & ab ipso, dùm viveret, magnificè ædificatum. Visitur modò ejus sepulchrum, cum marmore superposito, effigiem Episcopi mitrati, cum ipsius stemmatibus, referente. Plura scripsit Guido, quæ partim edita & majori ex parte manuscripta hîc illic extant. Inter ea præ cæteris, dignum est recenseri egregium opus, cui titulus: *Commentarium super Decretum, seu Expositorium Decretorum*: à multis quidem commemoratum, sed paucis visum. Insigne hoc volumen, quod originale ipsô vel primô intuitu judicatur, custoditur in Bibliotheca Vaticana, signatum numero 1453. Codex est satis ingens, amplissimi folij, in membranis, pulcherrimo, eoque veteri charactere scriptus, auro, & minio hinc indè depictus, cum imagine ipsius Guidonis, in habitu Episcopali, sed palàm Carmelitano, in ipso limine exarata. Ad calcem verò præfati codicis, fol. 259. hæc notula legitur: *Sit igitur toti Trinitati &c. laus: nec non & Beatæ Virgini Mariæ, cujus titulo Ordo Fratrum de Carmelo insignitur, quem à pueritia sum professus: &, Deo auxiliante, hoc opus finivi, correctum, juxtà imbecillitatem ingenij, & virium mearum, in die Iovis XVII. die mensis Februarij, anno Domini MCCCXXXIX.* Ita vidimus oculis nostris, uti litteraliter relatum est. Fr. Ludovicus Perez. Fr. Julius Albertus Castaldi, Sacerdotes Carmelitæ. Quod ad tempus mortis Guidonis nostri spectat, compertum satis testimonium, ultrà quam plura monumenta, suppeditat liber Obligationum Prælatorum, sub Clemente VI. in quo expressè legitur: *Petrus electus Episcopus Elnensis promisit die 2. Octobris* 1342. neque ullus ante illum, post Guidonem nostrum medius invenitur. Alia quædam de ipso, & scriptis ejus, præcesserunt hîc suprà (a).

3231. (b) Guilielmus Badbius, Ordinis Carmelitani, Anglus, sacræ Theologiæ Doctor Oxonienſis. Dùm intrà privatos Monasterij sui parietes egit juvenis, omnes suos coævos virtute & eruditione præcedebat. Undè propter magnam ingenij spem, Oxonium ad altiora studia missus, inter suos quasi supremus emersit. Nam partim in illa Academia, partim alibi suis elegantissimis concionibus magnam sibi famam acquisivit. Illum Joannes Lancastriæ Dux ad se vocatum tamquàm loco patris habuit, eumque ad secreta confessionum adhibuit. Illum Clerus Wigornienſis in Episcopum petiit, & accepit: sed opera suum loquantur auctorem. Hæc Pitseus (c) consequenter recenset ejus lucubrationes, & scribit eum floruisse anno Christi 1380.

3232. Fr. Guilielmus de Gabanrario, *Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Professor, electus Episcopus Philadelphiensis, quarto decimo Kalendas Maji, anno* 1488. *ex Actis Consistorialibus Innocentij VIII.* Habetur memoria ejusdem ad septimum Iduum Junij 1490. in Bullis ejusdem Papæ. Promotus est noster Guilielmus de Gabanrario, ad legenda Biblia,

Episcopus Majoricens. an. 1321.

Elnensis an. 1332.

Synodum diœcesanam sæpe celebravit:

(a) parte 3. pag. 389.

in illis editis Decretum de Immaculata Concept. Deiparæ:

Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedi in rebus arduis sedulam operam reddidit:

(b) ad an. 1332. n. 28.

Avenione obiit anno 1342. *die* 21. *Aug.*

Originale egregij operis ejus, super Decretum,

est Romæ in Vaticana Bibliotheca.

(a) n. 3015. & 3083.

(b) *al.* Guilhelmus, *Guilielmus Badbius,*

Episc. Wigornensis.

(c) De vir. illustr. Angliæ ad an. 1380.

Guilielmus de Gabanrario.

Episc. Philadelph.

Digitized by Google

blia, & ad alios actus Scholasticos, pro laurea obtinenda, faciendos, Tolosæ, ad annum 1475. uti expressè legitur in Actis Capituli Generalis Astensis, celebrati anno 1472. in Regesto Ordinis (a).

(a) fol. 55.

Guilhelmus de Paulo,

3233. Fr. Guilielmus de Paulo, aliàs Povvell (verba sunt Jacobi Waræi *libro 2. de Scriptoribus Hiberniæ*, (b) Carmelita, & S. Theologiæ Doctor, è Comitatu Cantiano oriundus, Oxoniæ primùm, deindè Parisiis studuit: posteà in Generalibus Carmelitarum Comitiis, Genuæ habitis, sui Ordinis in Anglia, & Scotia factus est Provincialis, circà annum 1309. A Papa Joanne XXII. Midensis provisus Episcopus (in Hibernia, sub Metropoli Ardmachana) ab Edwardo III. Rege temporalibus restitutus est, die 24. Julij, anno 1327. ex Regesto Edwardi III. in Arce Londinensi. Sedit annos circiter XXII. mortem obiit anno 1349. circa 26. Julij. Joannes Pitseus & quidam alij, hunc perperàm Guilielmum Pagham vocant & à Clemente V. Episcopum factum tradunt.

(b) pag. 123

Provincialis Angliæ,

Episc. Midensis,

Guilielmus Quaplodus,

3234. Fr. Guilielmus Quaplod, Latinè *Quaplodus*, Ordinis Carmelitarum, Bertrami Fitz Allen Carmelitæ itidem, & viri eruditi, mæcenas, ut è Lelando liquet, in libro de Scriptoribus Britanniæ: Episcopus Derensis, seu Deriensis in Hibernia, & Provincia * Ardmacana fuit anno 1420. Id, quod eò libentiùs hîc obiter annotavi, ut Balæi errorem patefacerem, qui Episcopum Darensem eum facit, unum scilicet è Suffraganeis Archiepiscopi Dublinienſis. Ita litteraliter scribit Jacobus Watæus, de Antiquitatibus Hiberniæ (c). Per quæ sanè verba Auctor iste diligens pleniùs detexit, quod ambiguè proposuerat in opere *de Archiepiscopis Dublinienſibus, pag.* 47. Noster autem Guilielmus Quaplod fuit Sacræ Theologiæ Magister, ejusdemque Regens in Romana Curia, ad annum circiter 1381. iis enim titulis insignitus legitur in Actis Capituli Generalis, Veronæ eo anno celebrati; in *Regesto communi Ordinis, folio* 14.

Episcopus Derensis,

* *al.* Armachana,

(c) cap. 29. pag. 299.

Guilielmus de Riboti,

3235. Guilielmus de Riboti, vel Ribotis, * Ordinis Carmelitarum, Capellanus Apostolicus: institutus est Episcopus Signinus (non longè ab Urbe) septimo Idus Januarij anno 6. Clementis *VI.* qui est annus 1348. Idem paulò pòst transfertur ad Ecclesiam Vencienſem, in Gallia, sub Metropoli Ebredunensi, undecimo Kalend. Novembris ejusdem anni 1348. Concordat in omnibus Ughellus, *tomo* 1. *Italiæ Sacræ*, in *Episcopis Signinis.* Non meminit *Gallia Christiana* hujus Guilielmi Carmelitæ Episcopi Vencienſis.

* Ughellus eum nuncupat Ribasii.

Capellanus Apost. Episc. Signinus, deinde Vencienſis,

Guilielmus Furbitius Episc. Alexiensis.

* *vel* Alexionensis *in Albania.*

Suffragan. Bellicensis,

3236. Guillielmus Furbitius, Sabaudus (ut creditur) ex diœcesi Maurianensi, alumnus Conventûs Rûpeculæ in Sabaudia, & prædicta diœcesi, *Sacræ Theologiæ Magister, electus est Episcopus * Alexienſis & institutus Suffraganeus Ecclesiæ Bellicensis, cum Facultate exercendi Pontificalia in prædicta civitate, & diœcesi, die* 8. *Novembris anno* 1535. ex *Actis Consistorialibus Pauli III.* Idem Guillielmus, expresse vocatus *professor Ordinis Carmelitarum, & Sacræ Theologiæ Magister, dispensatus fuit die* 15. *Novembris ejusdem anni, ut posset obtinere beneficia Regularia, & alia quæcumque sibi oblata.* Ex prædictis *Actis Consistorialibus.* Fuit pariter Guillielmus noster Suffraganeus in diœcesibus Viennensi, & Gebennensi, ut produnt monumenta conventûs Rupeculæ: ex quibus item constat, supervixisse ad annum 1556. Creditur verò mortuus ante annum 1558. quô currente, ad diem 23. Martij, provisa est Ecclesia Alexiensis, vacans per obitum Guillielmi Furbitij, uti legitur expressè in *Actis Consistorialibus Pauli IV.*

Viennensis, & Gebennensis.

Guilielmus Episcopus Nimocienſis

3237. Guilielmus, Ordinis Carmelitarum, electus Episcopus Nimocienſis, in Insula Cypri. Transfertur ad Ecclesiam civitatis Castellanæ (non longè ab Urbe) nono Kalendas Martij 1324. secundùm Ughellum *tomo* 1. *Italiæ Sacræ*: idem promotus fuit ad Ecclesiam *Isernienſem anno* 1331. sed hoc non concordat cum eo quod ipse Ughellus, tomo 6. (a) scribit: Guilielmum nostrum fuisse assumptum ex Ecclesia civitatis Castelli. Vel potiùs dicendum erit, duos extitisse Guilielmos, unum civitatis Castellanæ Episcopum, & alterum civitatis Castelli, atque istum, non illum, fuisse posteà translatum ad Ecclesiam Isernienſem.

posteà civitatis Castell.

(a) col. 501.

alius videtur fuisse Guil. Castelli Episcopus.

Guilielmus Archiepisc. Damascenus

3238. Fr. Guilielmus, *Ord. Carmelitarum, electus est Archiepiscopus Damascenus, in partibus Infidelium, & institutus Suffraganeus Morinensis, cum facultate exercendi Pontificalia in Diœcesi Morinensi, die* 13. *Octobris* 1531. Ex *Actis Consistorialibus Clementis VII.*

Suffrag. Morin.

H

Henricus d'Aradon, Brito Armoricus,

3239. Henricus d'Aradon, seu *Daradon*, Gallus, Brito-Armoricus, nobilissimo genere procreatus, cujus Sedes gentilitia Aradonia extat in diœcesi Venetensi, quinque circiter milliariis ab ipsa urbe Veneti, Ordinis Carmelitarum, Provinciæ Turoniæ alumnus, S. Theologiæ Magister, electus est Episcopus Citrensis titularis, sub Metropoli Thessalonicensi, & Suffraganeus Venetensis, die 3. Martij, anno 1490. Ex *Actis Consistorialibus Innocentij VIII.* Præfatæ familiæ Aradoniæ hæres hodiè existit, & legitimus successor Illustrissimus D. N. de Lannion, primogenitus Renatæ d'Aradon, ultimæ Aradoniæ prolis; Marchio de Vieux-chastel, Gubernator prædictæ urbis Venetensis: qui ex historica genealogia, ejusdem suæ maternæ familiæ Aradoniæ, apud se asservata, sequentem notitiam de nostro Henrico Aradonio liberaliter exhibuit. [Anno 1436. Dominus Joannes d'Aradon in matrimonium duxit Dominam Joannam de Pontsal, ex qua, inter alios filios, habuit Henricum d'Aradon, qui primùm fuit Religiosus Carmelita, in conventu Boni-doni, prope Venetum: & postmodùm doctrinâ, rarisque meritis insignis, factus est Episcopus Cedrensis, in partibus Infi-

Episcopus Citrensis,

nobilissimo genere ortus.

Digitized by Google

delium: & hôc titulo ornatus, benedixit cœmeterium Ecclesiæ Cathedralis S. Petri Venetensis, die 15. Septembris, an. 1493.] Hucusque notula genealogica. Obiisse Henricum nostrum ad annum circiter 1496. proculdubio asserendum est, quandoquidem ineunte anno 1497. successorem in titulo Sedis Citrensis, & Suffraganeatu Venetensi, exceperit Petrum de Guymo, pariter Carmelitam: uti differtè produnt *Acta Consistorialia*, & nos suo loco dicemus.

HENRICUS BOCK: vide infra: *Henricus de Colonia.*

Henricus Boyck Episc. Croatensis,

3240. HENRICUS BOYCK natione Germanus de quo ista leguntur in Bibliotheca Tigurina, & in Apparatu sacro Possevini: *Henricus Boyck Germanus Carmelita, Episcopus Croatensis, scripsit de celebratione Missarum, Epistolarum familiarium librum. Ad Ioannem item Hildesheimensem. Vivebat ann.* 1360. In monumentis Conventuum nostrorum Mechliniæ, & Brugis, legitur de *Iacobo Episcopo Croatensi*, seu *Croacensi*, qui anno 1361. prætati Henrici successor fuisse apparet.

Henricus de Brommelsheim.

3241. HENRICUS DE BROMMELSHEIM, conventûs Mariænawensis, Provinciæ Allemaniæ inferioris, juxtà Hildesium, in Saxonia inferiore, seu Westphalia siti) alumnus, undè vulgò etiam nomen habet *Henricus Marianawensis*. Hujus in libris, istius Allemaniæ Provinciæ fit continua mentio, ab an. 1459. usque ad annum 1473. inclusivè, quibus annis fuit Lector, Prior, Definitor successivè, ut plurimùm tamen, & continuò ab anno 1463. Prior, & Lector Conventûs sui nativi Mariænawensis, usque ad annum 1473. pòst quem annum nulla ipsius in libris Provinciæ reperitur ulterior mentio; sed ex tunc creditur assumptus ad Episcopatum. Ex quo corrigendi qui tradunt ipsum floruisse anno 1440. Reverendissimus noster Gaspar Munsterus, in sua *Saxonia* (sic vocat librum, quem conscripsit de Conventibus à se recuperatis) in descriptione monasterij Mariænawensis à se recuperati, & ad perfectam possessionem recepti, adducit etiam quendam HENRICUM MARIÆNAWENSEM, S. Theologiæ Doctorem, istius Conventûs Priorem sextum, qui ob pietatem, doctrinam, & zelum prædicandi verbum Dei, Religionemque Christianam propagandi, & propugnandi assumptus est in *Episcopum Astarcanensem*, & Suffraganeum Hildesiensem; allegans chronicon Germanicè scriptum de diœcesi Hildesiensi. Addit Munsterus: Astarean, sive Astraca urbs est ditionis Moscoviticæ, haud procul à mari Caspio. Verisimile est, hunc Henricum esse unum & eumdem cum Henrico de Bommelsheim, qui etiam subindè vocatur Henricus Mariænawensis.

Henricus Episc. Astarcanensis.

Henricus de Colonia, seu Bock, (a) aut. 17. *Episc. Mirr.*

3242. FR. HENRICUS DE COLONIA, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Mirrensis*, 11. *Kalendas Maji* (a) *anno* 1426. ex *Actis Consistorialibus Martini V.* Anno 1444. nono Kalendas Februarij provisa fuit Ecclesia Mirrensis vacans per obitum ipsius Henrici, qui fuit XIV. Octobris anni 1443. Henricus ille, nuncupatus *de Colonia*, idem ipse est, qui ab Ægidio Gelenio cognominatur *Bock*, Episcopus Mirrensis, & Suffraganeus Spirensis, de quo ex libris Provinciæ Allemaniæ hæc accepimus; Fuit natione Germanus, Colonensis professione, vir ingeniosus, ac eruditus; anno Christi 1422. Lector Sententiarum Spirensis ordinatus, eas doctissimis commentariis scribendo, docendo, ac disputando illustravit: deindè Prior ibidem: tandem in Suffraganeum Spirensem assumptus, Mirrensis Episcopus effectus fuit: quod fuerit ex nobili Germaniæ stemmate propagatus arma ipsius gentilitia, lapidi sepulchrali incisa, indicant. Epitaphium, seu sculptura lapidis est talis: *Anno Domini MCCCCXLIII. die Calixti Papæ obiit Reverendus in Christo Pater & Dom. D. Henricus Bock, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Myrrensis, Episcopi Spirensis Suffraganeus.*

3243. HENRICUS, Episcopus Rhædestonensis, de quo ista Ægidius Gelenius, in opere de *Colonia Agrippina*, Syntagmate XLIII. §. *III.* ubi scribens de assumptis è Carmelo Colonensi Episcopis, primum locum tribuit Henrico. Sic autem ibi: *Mons Carmeli B. Mariæ Virginis Fratrum Colonensium fœcundus fuit, duodecim ex eo enatorum Episcoporum germine: quorum primus* HENRICUS, *Sedis in Tracia Rhædestonensis, sub Metropolitano Heraclensi Præsul, cujus mentio est in Staurologia mea, & in libello de Suffraganeis Colonensibus; nam sub Wichboldo Archiepiscopo Suffraganeam operam Diœcesi Colonensi impendit, & videtur is esse, qui anno* 1287. 22. *Iulij Provincialis Ordinis per inferiorem Allemaniam interfuit Generalibus Carmelitarum Comitiis, in Monte-pessulano, ubi recepta fuit alba vestis Fratrum.* Consequenter recensentur Episcopi isti: *Daniel à Wichterich Episcopus Werdensis: Matthias de Colonia: Eberhardus* (seu Everardus) *de Musgen, Episcopus Caronensis: Conradus de Arnsberg, Episcopus Venecomponensis: Henricus Bock, Episcopus Mirrensis: Hilgerus à Burgis, Episcopus Buduanensis: Conradus ab Heiden, Episcopus Nicopolitanus: Ioannes de Arena, Episcopus Basilitanus: Everhardus Billicus, Episcopus Syrenensis: Gaspar Munsterus, Episcopus Aureopolitanus.* Ex antiquis monumentis Provinciæ Allemaniæ R. P. Jacobus Milendunck, de *Henrico* Rædestonensi Episcopo, sequentia nobis subministravit: [Fuit Provincialis, quod constat ex antiquis monumentis in Archivo Provinciæ nostræ asservatis, quorum testimonio dictus Henricus interfuit, ut Provincialis, & Definitor, Capitulo Generali Mediolani celebrato per Magistrum Petrum de *Æmiliano Priorem Generalem, anno 1284. in quo consultatum fuit de mutando pallio barrato in album. Anno 1287. iterùm interfuit Capitulo Generali, per eumdem M. Petrum Generalem celebrato in Monte-Pessulano, in quo decretum fuit, depositis palliis barratis varij coloris, assumenda esse pallia alba, & ex toto candida. Sub hujus Henrici Provincialatu etiam

Henricus Epis. Radest. seu Rhadestens.

Colonensis Carmeli plures alumni Episcopi.

Provincialis Allemaniæ fuit:

* *al.* Amiliano, & Amiliavo.

etiam celebratum fuit Capitulum Generale in Conventu Trevirensi anno 1291. per eumdem M. Petrum de Æmiliano Priorem Generalem, anno 1295. successit ipsi in officio Provincialis Ven. P. Conradus à S. Georgio: undè hôc tempore præsumi potest, Henricum assumptum fuisse, & creatum Episcopum Rhedestonensem: de quo legitur, quòd anno 1298. Ecclesiæ nostræ Coloniensi certas contulerit Indulgentias. An. 1304 benedixit Venerandam Crucem, quæ Coloniæ in Capitolio B. Mariæ Virginis asservatur in medio templi, & etiamnum est in veneratione, variis eidem impositis reliquiis sacris: omnibus, & singulis Crucem illam, ob memoriam Crucifixi Salvatoris devotè visitantibus, & adorantibus, speciales elargitus est Indulgentias: de quo in antiquis monumentis sic legitur: *Hæc Crux veneranda benedicta est à V. P. & Dom. Henrico Episcopo Rhedestonensi, auctoritate Decani, & Capituli Coloniensis, gerente vices in Pontificalibus, Sede, per mortem Dom. Wichbaldi Coloniensis Archiepiscopi, vacante.* Anno 1310. 10. Kal. Decembris consecravit Coloniæ Capellam quandam, dictam *ad Olivas*, in loco, seu fundo, olim ad Templarios jam extinctos, spectante, sitam: ubi modò est monasterium Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum. Ex quibus liquet, graviter aberrasse penicillum pictoris, qui Coloniæ in Aula Conventûs infrà ipsius Henrici de Colonia depictam effigiem pinxit, & finxit, ipsum mortuum an. 1293. Hæc ille. Quòd Provincialis Allemaniæ, qui anno 1287. in Monte-pessulano interfuit Capitulo Generali, fuerit *Henricus*, certò constat ex solemni Instrumento, tunc facto: cujus mentio fuit hîc suprà (a) in quo ista: *Notum sit cunctis &c. Viris Religiosis F. Petro de Amiliano Priore Generali . . . F. Guillelmo de Sanvico Diffinitore Provinciæ Terræ-sanctæ, &c. F. Henrico Iuvenis Priore Provinciali & Diffinitore Provinciæ Allemaniæ.* De Episcopatu Rhædestonensi, seu Rhædestensi. Aubertus Miræus in NOTITIA EPISCOPATUUM, hæc scribit: *Rhædestus, urbs Thraciæ ad littus Propontidis . . . hodie* RODOSTO: *Episcopum habuit Heraclensi M. Suffraganeum.*

peculiaria quædam gesta ejus.

(a) n. 2074. pag. 592. col 2. in medio.

(b) *al.* Marænawensis, *Henricus Marienaw. Episc.*

3244. HENRICUS (b) MARIONOWENSIS, *Germanus, propè Pannoniam, Carmelita, qui teste Baptistâ Mantuano, astrorum, ac cœli scientiâ claruit, scripsit contra Simoniacos librum. De Ordine suo librum. De syderum cursu librum. Episcopus claruit anno* (c) 1440. Ira legitur in Bibliotheca Tigurina, & in Apparatu Possevini. Idem est verisimiliter cum *Henrico de Brommelsheim*, de quo hîc suprà.

(c) *verùs* 1473. & *seq.*

Henricus Potin. Episc. Philadelph.

3245. FR. HENRICUS POTIN, *Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Professor, electus est Episcopus Philadelphiensis, tertio Idus Decembris, anno* 1480. Ex *Actis Consistorialibus Sixti IV.* de quo Possevinus in *Apparatu sacro*, ista: HENRICUS POTINUS, *Normannus, Rothomagensis Carmelita, & Episcopus Philadelphiensis Carolo Octavo Francorum Regi acceptus, scripsit Lecturam in Magistrum Sent. lib. 4. Parisiis: Conciones ad Clerum, & populum, lib. 2. Quadragesimale, quod habuit coram eodem Carolo Rege. Obiit Rothomagi an.* 1502.

* *al.* Toluis. *Henricus de Tolnis, seu Tolnis, Episc. Rossensis,*

3246. FR. HENRICUS DE * TOLNIS, *Ordinis Carmelitarum, Capellanus Bonifacij IX. & in Vrbe minor Pœnitentiarius, electus est Episcopus Rossensis, in Dalmatia, sub Metropoli Ragusina, octavo Kalendas Iunij, anno* 1400. Ex *libro de Provisionibus Prælatorum, sub Bonifacio IX. anno XI. Folio* 73. Professione fuit Conventûs Mechlinienſis. Institutus Episcopus Rossensis, pariter fuit Suffraganeus Cameracensis, atque etiam Leodiensis. In vetusto libro Septimanalium Conventûs Mechlinienſis notatur, quòd obierit in Trajecto Inferiori. Quod in Chorographia sacra Carmeli Mechlinienſis, per D. Antonium Sanderum, aut alibi legitur de ejus obitu ante annum 1400. error est in numero. Habuit in eodem Ordine, & Conventu fratrem, de quo in antiquo Memoriali istius Monasterij legitur: *Fr. Ioannes de Toluis cantavit primam Missam anno MCCCLXXXVIII. Dom. XI. post Trinitatem: iste fuit germanus Domini Henrici Episcopi Rossensis.*

Hermannus de Embeck, Episcopus Sulmensis.

3247. FR. HERMANNUS DE EMBECK, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Sulmensis, pridie Kalendas Martij, anno* 1414. Ex *libro Provisionum, sub Ioanne XXIII. anno* 4. *Folio* 161.

Hieronymus Domin, Hispanus,

3248. HIERONYMUS DOMIN (sic ipse subscribebat) Hispanus, in urbe Calatajubij (quæ antiquæ Bilbili successit) ex Joanne Domin, & Franciscæ de Funes, honestis parentibus, ineunte anno 1576. ad diem 9. Januarij ortus, ibi, labente anno 1592. die 27. Octobris, vestem religiosam Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de monte Carmeli indutus, recurrente anno 1593. in Festo SS. Apostolorum Simonis, & Judæ, 28. Octobris, Cæsarauguſtæ solemnem professionem emisit (a). Emenso studiorum curriculo, prædicationi verbi Dei, nec sine laude, incubuit: Rubiolorum cœnobium; item & Pampilonense rexit. Theodorum Stratium, Provinciæ Bæticæ Visitatorem Generalem (qui postmodùm Prior Generalis fuit Carmelitarum) in munere Secretarij comitatus est: interea Magisterij gradu decoratus, & compertâ ejus in negotiis magnis prudentiâ, & dexteritate, Commissarius Generalis per Germaniam, & Belgium destinatus fuit. Haud diu pòst electus fuit Episcopus Catharinensis: ab Imperatore Ferdinando II. ac Maria Austriaca Hungariæ Regina, posteà Imperatrice, in variis negotiis adhibitus: inter cætera, primus ipse informationes facere cœpit circà Vitam, & virtutes Ven. P. Dominici à Jesu Maria; ut proceſſus legitimè facti Romam mitterentur ad sanctam Sedem, in ordine ad Beatificationem, si ita S. Sedi videatur; sicut testes sunt litteræ ipsius Imperatoris ad Philippum IV. Regem Hispaniarum, quarum initium est: *Dùm sub Imperij nostri administratione &c.* in quibus hæc, inter alia: *Expedivimus Reverendissimum,*

(a) Relatio originalis, Calatajubij, à Priore, & aliis PP. Magistris subscripta.

Commissarius Gen. per Germaniâ, & Belgium: electus Episc. Catharinensis:

primus designatus ad processus faciendos de vita V. P. Dominici à I. M.

Digitized by Google

diſsimum, devotum, Nobis dilectum Fratrem Hieronymum Domin Sacræ Theologiæ Doctorem, Ordinis Carmelitarum Regularis obſervantiæ per Germaniam Generalem Commiſſarium, & electum Epiſcopum Catharienſem, ut pro ſingulari Noſtra fiducia, quam in ſpectata illius prudentia, integritate, & rei Catholicæ ſtudio locatam habemus, intentioni Noſtræ proſequendæ initium faciat, ac omnibus in locis legitimam ſuper vitæ dicti P. Dominici à Ieſu Maria actionibus, & ſucceſsibus informationem conquirat... Datum Viennæ 15. Iunij, an. 1631. Litteras illas integras exhibet Reverendiſſimus Dom. Joannes Caramuel, in Appendice ad vitam ipſius Ven. P. Dominici (a). Ex iſtis informationibus ipſe Hieronymus noſter ipſius P. Dominici Vitam, ſeu vitæ epitomen conſcripſit, quæ Genuæ typis edita fuit, ſicut traditur in *Bibliotheca Hiſpana* (b) An. 1632. Belgicæ Provinciæ Conventus viſitavit, & 1633. in Comitiis Provincialibus Præſes, non pauca, ipſius ſolicitudine, & auctoritate, quâ pollebat apud Sereniſſimam Iſabellam Hiſpaniæ Infantem, Belgij moderatricem, ſtabilita ſunt, pro ſtrictioris obſervantiæ adhuc tenellæ, conſervatione, ac propagatione. Tandem in patriam revertitur, à Ferdinando Hiſpaniarum Infante, Belgiique Gubernatore, ad Philippum IV. Regem miſſus: nec diu pòſt, regiâ præſentatione, Epiſcopus Cajetanus, immediatè S. Sedi Apoſtolicæ ſubjectus, deſtinatur (c). Romam igitur venit, & exeunte anno 1637. die 14. Decembris Antiſtes creatur (d). Adveniente indè 21. die ejuſdem menſis, munus conſecrationis in Eccleſia Divæ Mariæ Tranſpontinæ, Ordinis Carmelit. ſuſcepit, per manus Dom. Ægidij Cardinalis de Alborno, aſſiſtentibus Dom. Blaſio Proto Meſſanenſi, & Dom. Didaco de Requeſene Carthaginenſi, Archiepiſcopis (e). Statim Sedem ſuam, & oves ſibi commiſſas cogitans inviſere Hieronymus, Urbe digreſſus, pervenit Cajetam, ſub initio anni 1638. die 24. Januarij (f). Eccleſiam ſponſam, quam tredecim fermè annos tenuit, nonnullis collatis beneficiis, exornavit (g). Intereà temporis in Hiſpaniam remeavit, & ad Comitia ſuæ Aragonicæ Provinciæ, Alcanizij, in Cæſarauguſtana diœceſi, celebrata anno 1646. divertens, ibi Præſidentis munus exercuit (h). Tandem vir probus æquè ac benignus, viam univerſæ carnis, Cajetæ in propria Sede ingreditur die 23. Aprilis anno 1650. Sepultus jacet in templo D. Catharinæ, Monialium Ciſtercienſium, ſub iſto Epitaphio: *Fratri Hieronymo Domin, Hiſpano, ex Cæſarauguſta* Ordinis Carmelitarum, in Germania priùs, & Flandria Viſitatori Generali, deindè Gaiettanorum Epiſcopo: Auguſtinus Navarro, nepos, & Canonicus, Beneficiorum memor, apposuit. Obiit IX. Kalendas Maji MDCL.* (i)

(a) Impreſſ. Viennæ an. 1655. §. 49 pag. 606.

(b) Tom. 2. pag. 326. Ibi *an.* 1603 error eſt in numero.

Reformationi in Belgio ſtabiliendæ plurimùm profuit.

Epiſcopus Cajetanus creatur.

(c) Supradicta relatio originalis.

(d) Regeſtum Procuratoris Regij in Curia: & Ughell. tom. 1. Ital. ſac. in Epiſ. Cajetan.

(e) Schedula originalis Lezanæ, qui tunc Romæ aderat.

(f) Relatio ex Cajeta

(g) eadem relatio.

(h) Regeſtum Prov. Aragoniæ.

* *leg.* Calatajubio.

(i) Relatio ex Cajeta miſſa.

Hilgerus à Burgis,

3249. Hilgerus a Burgis *Epiſcopus Buduanenſis, priùs Coloniæ, deindè Leodij Suffraganeus: ibidem obiit anno 1452. ſepultus in Conventu Carmelitarum Leodienſium, ante Principem Aram.* Ità Ægidius Gelenius in *libro de Colonia Agrippina* (a) ubi de Carmelo Colonienſi. In antiquis monumentis Carmeli Leodienſis nuncupatus legitur Burgerus. In libris Provinciæ Alemanniæ Inferioris hujus Hilgeri frequens eſt mentio: & quidem hæc de ejus ſtudiis, & officiis commemorantur. Anno 1422. fuit ſtudens Coloniæ, & deinceps Lector, & Prior Coloniæ, & Provinciæ Definitor. Ab anno 1440. & deinceps agit Pœnitentiarium Archiepiſcopalem Coloniæ, uſque ad annum 1446. quo anno à Theodorico de Morſa, Archiepiſcopo Colonienſi aſſumitur in Vicarium Generalem, pro adminiſtrandis Pontificalibus, creatus Epiſcopus Buduanenſis. Tandem Leodium tranſlatus eſt, & in iſtius loci Suffraganeum aſſumptus, ubi etiam obiit, ac ſepulturam accepit in choro, inter alios aliquot Epiſcopos, & iſtius loci Suffraganeos, itidem Carmelitas. Ex præfati autem Conventûs Leodienſis monumentis hæc de ejus ſepulturâ accepimus: *Burgerus à Burgis, Epiſcopus Buduanenſis, Suffraganeus Leodienſis, tempore Ioannis de Heinsberg Epiſcopi Leodienſis. Iacet coràm ſummo Altari Carmeli Leodienſis, ſub tumulo marmoreo.*

(a) lib. 3. Syntag. 43. §. 3.

Pœnitentiarius Archiepiſcop. Colon. Deinde Suffragan. Epiſ. Buduanenſis.

Hubertus Leonardi, Epiſcopus Darienſis.

3250. Fr. Hubertus Leonardi, *Ordinis Carmelitarum, electus eſt Epiſcopus Darienſis, titularis decimo ſexto Kalendas Decembris, anno* 1474. Ex *Actis Conſiſtorialibus Sixti IV.* Idem Hubertus tranſlatus eſt ab Eccleſia Darienſi, ad Bethleëmitanam, pridie Nonas Julij, anno 1489. ex *libro* 80. *Bullarum Innocentij VIII. fol.* 11. Poſteà Hubertus idem reaſſumpſit titulum Sedis Darienſis, relictâ Bethleëmitanâ, tertio Nonas Decembris, anno 1492. ex *libro* 35. *Bullarum Alexandri VI. fol.* 58. Refertur Hubertus noſter inter illuſtres Academicos Pariſienſes, ſeculi decimi quinti, ad calcem Tomi quinti Hiſtoriæ Univerſitatis Pariſienſis, ubi (b) ſequentia leguntur: *Hubertus Leonardus, poſt longam in artibus, & Theologia, profeſſionem, ad Carmelitas ſe contulit, & demùm Epiſcopus Darienſis creatur. Hic cùm eſſet Inquiſitor hæreticæ pravitatis, contrà quoſdam hæreticos Nivellenſes, per diœceſim Leodienſem, eos ſancti Spiritûs gladio confutavit, & vicit: inquit Trithemius. Scribebat adhuc anno* 1490. Ita litteraliter habet Cæſar Egaſius, Auctor prædictæ hiſtoriæ Univerſitatis Pariſienſis. De tempore, & loco obitûs certò non conſtat: aliqui exiſtimant, eum obiiſſe in Italia, dùm ibi pro negotiis Leodienſis Eccleſiæ Legatione fungeretur. Alij verò cenſent, jacere ſub quodam marmore in Carmelo Leodienſi, cujus Epitaphium perpetuâ pedum attritione deletum eſt. Ita monumenta Carmeli Leodienſis.

(b) pag. 883.

Hæreticos Spiritus S. gladio confutavit.

I

Iacobus Caſanat Hiſpanus,

3251. Iacobus Casanat, hodiè *Caſanate*, Hiſpanus, Turiaſonenſis, patritiâ familiâ genitus, in Cæſarauguſtano Carmelitarum conventu vota ſolemniter dixit, Magiſterij lauream opportuno tempore, pro meritis obtinuit, atque poſt alia obita munera,

Digitized by Google

Provincialis Aragoniæ, nera, Prior Provincialis suæ Aragonicæ Provinciæ institutus fuit. Dùm eam Præfecturam gerebat, venit Patavium ad Comitia Generalia, ibi circà Festum Penthecostês anno 1532. celebrata, Definitoris partes ex munere peregit, & in Officio Provincialis confirmatus est, usque ad terminum triennij. Peractis Comitiis, sesqui mense vix exacto, in Antistitem assumitur noster Jacobus. Igitur electus est Episcopus Aladensis, seu Ladensis, titularis, & Suffraganeus Turiasonensis, die 3. Julij anno 1532. ex *Actis Consistorialibus Clementis VII.* Tenuit etiam partes Archiepiscopi Cæsaraugustani, in munere Suffraganeatûs illius Archidiœcesis, sub Excellentissimo Principe D. Ferdinando de Aragonia, Archipræsule. Obiit tandem Jacobus noster in præfata urbe Cæsaraugustæ, currente anno 1557. & apud suos Carmelitas, quibus non contemnenda bona legavit; sepultus jacet in Sacello S. Acatij. Meminit Jacobi nostri, expressè cognominati *Casanate*, Didacus Murillo, Ordinis Minorum, in historia *B. Virginis de Columna, & urbis Cæsaraugustanæ,* (a) etsi minus rectè vocet eum Hispanicè Episcopum de Arze. Vivit hodie in Urbe ex eadem patritia familia Casanata nostri Jacobi, Eminentissimus Princeps Dom. Hieronymus Casanate, Sacræ Romanæ Ecclesiæ tituli S. Cæsarei in Palatio, Cardinalis, sacrâ purpurâ condecoratus die 12. Junij anno 1673.

Episcopus Ladensis.

(a) tract. 2. c. 39.

3252. Jacobus * Croacensis Episcopus, assumptus ex Conventu Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli Mechliniæ, cujus mentio fuit hîc suprà (b) ubi de Ægidio de Merica. In monumentis antiquis Carmeli Brugensis (c) istæ ipsius litteræ inscriptæ sunt: *Vniversis, & singulis, quorum interest, pateat per præsentes, quòd nos Iacobus Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli, Dei, Apostolicaque Sedis gratiâ, Croacensis Episcopus, anno Domini MCCCLXI. decimâ die mensis Octobris (quæ erat dies Dominica pòst Festum Sanctorum Patriarcharum Abraham, Isaac & Iacob) consecravimus Altare in Infirmatorio Fratrum Ordinis prædicti Conventûs Brugensis, Tornacensis Diœcesis, cum solemnitatibus ad hoc debitis, & consuetis, cooperante nobis gratiâ Spiritûs Septiformis, auctoritate, & virtute litterarum dimissoriarum, nobis specialiter scriptarum, Venerabilis in Christo Patris ac Domini D. Philippi, Tornacensis Episcopi, &c. Datum sub sigillo nostro Brugis, anno, & die, quibus supra.* Ibidem adjunguntur litteræ præfati Reverendissimi D. Philippi, quibus concedit licentiam, altare istud, in sua Diœcesi situm, consecrandi: earum hoc est initium: *Reverendo in Christo Patri Fratri Iacobo Croacensi Episcopo, Philippus, Dei gratiâ Tornacensis Episcopus, in Domino, cum sincera dilectione, salutem.* Obiit iste Jacobus Episcopus Croacensis, anno 1370. die 12. Aprilis, sepultus in choro ante summum altare Carmeli Mechlinienses: ejusdem, & præfati anni, ac diei obitûs meminit Antonius Sanderus, in *Chorographia Brabantiæ*, scribens de Carmelo Mechlinienſi, cap. 4. ubi nuncupatur Episcopus Croatiensis. Verisimiliter fuit Suffraganeus Cameracensis, sicut plures alij ex eodem Conventu Mechliniensi, & aliis, de quibus hîc suprà (a).

* al. Croacensis & Croatiensis

(b) n. 3155.

(c) in libro, cujus ista est superscriptio: *Liber obligationum, Anniversariorum Conventûs, & Bullarum &c.*

consecravit quoddam altare in Conventu Carm. Brug.

(a) n. 3152.

3253. Occasione præfatorum verborum: *Dominica post Festum SS. Patriarcharum Abraham, Isaac, & Iacob,* animadvertendum, quòd festum illud in Ordine Carmelitano olim per plura sæcula, à tempore immemorabili celebrari consueverit die VI. Octobris, ad quem in Kalendariis Missalium, & Breviariorum omnium antiquorum legitur: *In festivitate Sanctorum Patriarcharum, Abraham, Isaac, & Iacob IX. lect.* & illò, aut proximo non impedito, celebrabatur. Officium, partim erat proprium, partim de communi Confessorum. Missæ Introitus erat: *Gaudeamus omnes in Domino &c.* Orationes, Epistola, & Euangelium propria.

Patriarcharum Abrahæ, Isaac, & Iacob festum olim in Carmeli Ordine celebratum.

3254. Jacobus Friderici *Ordinis Carmelitarum, electus anno* 1390. *6. Idus Octobris.* Ita Ughellus *Tomo 7. Italiæ Sacræ,* scribens *de Episcopis Vigilienſibus.* Ibi notat, quod civitas illa Episcopalis, *Vigilia* (vulgò *Biseglio*) sita sit in Provincia Terræ Bary, in Apulia, à Tranensi Metropoli milliario dissita.

Iacobus Friderici.

Episc. Vigilienſis.

3255. Jacobus Maistret *Ordinis Carmelitarum, creatus est Episcopus Damascenus, in partibus Infidelium, die 17. Novembris* 1574. ex *Actis Consistorialibus Gregorij XIII.* P. Andreas à S. Nicolao nuper Prior Cabilonensis, ac deindè Definitor Provinciæ Narbonæ, in peculiari Tractatu, seu Relatione de Episcopis assumptis ex Provincia Carmelitana Narbonæ, de Jacobo, ex authenticis monumentis hæc tradit: [Jacobus Maistret Catharini Ponsotti Provincialis Narbonæ, ex sorore nepos, Juliaci (est pagus in Burgundia) natus est anno 1534. Lugduni vota emisit in manibus præfati avunculi Provincialis. Anno 1562. Magister Theologus Parisiensis renuntiatus est. Deindè variis in Ordine functus fuit officiis, Prior Turnonis, & deindè Lugduni, primus Definitor Provinciæ suæ, Vicarius Provincialis super aliquot Conventus, Præses Capituli Provincialis Parisiis, festo Pentecostês, anno 1572. Commissarius, ac Visitator Generalis Provinciæ Turoniæ institutus à Reverendissimo P. Joanne Baptista Rubeo anno 1571. Tandem assumptus fuit ad Episcopatum Damascenum, & Suffraganeatum Lugdunensem à Gregorio XIII. 15. Calendas Decembris anno 1574. munusque consecrationis Avenione in Ecclesia Carmelitarum accepit die 27. Decembris ab Illustrissimo Simone Archiepiscopo Narbonensi, assistentibus illi Guillelmo Andegavensi, & Jacobo Cabilonensi Episcopis. Ecclesiam Carmelitarum Turnonensium modernam dedicavit die 22. Octobris anno 1581. de consensu Episcopi Valentini. Concionator fuit acerrimus contra hæreticos, quorum mastix fuit & expugnator indefessus, fovitque viriliter & ani-

Iacobus Maistret, Episcopus Damascenus,

Digitized by Google

mosè partes fœderatorum pro fide Catholica: & sanctæ unionis illius causam voce, ac scriptis zelosè egit: hinc à nonnullis alterius partis delatus ad Regem Henricum, ejus indignationem incurrit; ideò Jacobus secessit in Comitatum Burgundiæ, & in Conventu Carmelitano Claravallensi (postmodùm anno 1637. per bella combusto) mansit. Denique spontè, & liberè Episcopatum Damascenum, & Suffraganeatum Lugdunensem abdicavit in manus Pontificis, & in ejus locum suffectus fuit Robertus Barthelot, (de quo in sequentibus) Jacobus posteà recessit ad Allobroges, familiaritate ac amicitiâ junctus S. Francisco Salesio; hinc ad diem VIII. Decembris MDCII. adstitit sacræ inaugurationi ipsius sancti Francisci, celebratæ in Ecclesia sancti Mauritij, Baroniæ de Thorens, Diœcesis Genevensis: ita scribunt San-Marthani, Tomo secundo *Gallia Christiana*, Episcopo 96. Genevensi: & ante ipsos Carolus Augustus Salesius, in Vita S. Francisci de Salès (Lugduni 1634.) Deincèps etiam ejusdem S. Francisci Episcopi auctoritate quandoque Pontificalia munia obivit. Tandem Decanus Aquensis obiit in ipsa Aquensi Allobrogum urbe, die 6. Junij anno 1615. ætatis suæ anno 81. Eruditionis ejus monumenta ad posteritatem transmissa recensèt Ludovicus Jacob in Compendiosa descriptione Provinciæ Narbonæ Ordinis Carmelitarum.] Hactenùs ex præfata relatione.

Iacobus de Venetiis,

(a) Ita Pet. Lucius in Bibl. Carm. in addit. lit. I. *Episc. Evell.*

3256. Jacobus de Venetiis, eximiâ pietate, & eruditione conspicuus (a) Episcopus Evellonensis: mortuus creditur in patria, ubi & sepulturam accepit in Ecclesia sui Ordinis, inscripto ad lapidem sequenti epitaphio: *Hîc est sepultus Venerabilis Pater & Dominus D. Frater Iacobus de Venetiis, Ordinis Beatæ Mariæ de Carmelo, Episcopus Evellonensis: qui obiit an. Dom. MCCCXLV. die penultimâ Oct.*

Iacobus Wemmers,

3257. Jacobus Wemmers, Belga, Antuerpiæ die 21. Octobris anni 1598. ex Gisberto Wemmers, & Maria Hanotel, Catholicis, & honestis conjugibus natus, Antuerpiæ Religionem B. Mariæ Virginis de monte Carmeli die 22. Septembris 1616. ingressus, anno sequenti, ad diem 25. ejusdem mensis vota publicè dixit. Bonas literas, & exoticas linguas intra Claustra addiscere intentus, haud pœnitendum studiorum fructum reportavit; cùm Magisterij lauream pro meritis fuerit assecutus, atque lexicon Æthiopicum, unà cum institutionibus Grammaticis ejusdem linguæ, primus in lucem emiserit. Notus propterea in Urbe, & probatus Sacræ Patrum Congregationi, de propaganda fide nuncupatæ, Præfectus Æthiopicæ Missionis, currente an. 1640. instituitur. Quinquennio posteà circiter elapso, anno 1645. die 24. Aprilis electus est Episcopus Mempheos, vulgo Cairi, simulque Vicarius Apostolicus in partibus Æthiopiæ. (b) Inauguratus est Romæ in templo S. Mariæ Transpontinæ, sui Ordinis, dùm hujus Generalia Comitia celebrantur, Feriâ videlicèt 2. Pentecostês, quæ die 5. Junij tunc incidit. Sacrum Consecrationis ritum celebravit Fr. Hieronymus Domin, Episcopus Cajetanus, professione itidem Carmelita, (a) de quo egimus superiùs (b) Post hæc Jacobus noster diu in Urbe commorari, muneri sibi injuncto minùs æquum arbitratus, intempestivè Româ egreditur, Neapolim profecturus, atq; subindè in Orientem. Verùm citiùs ad occasum pervenit. Expertus fuit namque fatalem Neapolitani tractûs aërem, nulli fere ex Roma, sub æstivo sole, illuc proficiscenti, non planè insalubrem. Infirmatus itaque, apud suos Consodales, in majori cœnobio Carmelitarum Neapolis, spiritum Deo reddidit, mortem obiit, qui in vita sua pius, & amabilis cunctis extitit. Sepulturam in præfato templo accepit, ubi istud legitur Epitaphiũ:

Æthiopicæ missionis Præfectus, Episcopus Mempheos.

(b) Relatio original. ab eodem Wemmers scripta.

(a) Regestũ generale Ordinis, fol. 264.

(b) hic sup. n. 3248.

Epitaphium.

Ill.mus ac R.mus Dom. Fr. Iacobus Wemmers,
Antuerpiensis Carmelita, Mempheos Episcopus,
Scientiis, moribusque præclarus:
Gregem ardens maximè,
Ardores minimi facit æstivos,
Pro Ægypto cœlum appellit:
Et qui Ecclesiæ multa scripsit,
Huic Ecclesiæ adscripsit ossa,
XII. Kalend. Septemb. an. Dom. MDCXLV. (c)

(c) Relatio Neapoli missa: & Carolus de Sellis in *Neapolis sacra* parte 2. fol. 101.

Quid scripserit, refert Aubertus Miræus vol. 2. Bibliothecæ Ecclesiasticæ pag. 234. Vivit hodieque inter nos Petrus, germanus Frater Iacobi, & ipse libris editis notus.

Ioannes Aloysius,

Episcopus Capritanus,

3258. Ioannes Aloysius, vel *de Aloysio*, Italus, Aversanus, Sacræ Theologiæ Magister, & Provinciæ Neapolitanæ Provincialis, electus est Episcopus Capritanus (Caprè insula est non longè à Neapoli, incolatu Tiberij notissima) die 15. Iulij 1491. Idem transfertur ad Ecclesiam Lucerinam in eodem regno Neapolitano, & demùm ad Ecclesiam S. Agathæ Gothorum: De qua utraque translatione ista scribit Ughellus: *Ioannes de Aloysio, Aversanus Ord. Carmelitarum, anteà Capritanus Episcopus ad hanc Lucerinam Ecclesiam translatus est an. 1499. 20. Octob. sedit annis plus minus 13. & ad S. Agathæ Ecclesiam translatus an. 1512.... memini in to. 7. in serie Episcoporum Capritanorum fol. 362. n. 21. irrepsisse errorem, ex scribentis incogitantiâ, dum Ioannem hunc de Aloysio ex Ord. Minorum ad eam Ecclesiam assumptum fuisse narravimus; ... erratum benignè Lector corrige.* Ita Ughellus *to. 8. Italiæ sacræ*, sub titulo: *Episcopi Luceriæ Saracenorum.* Eodem tomo sub titulo: *Episcopi S. Agathæ Gothorum* scribit, eum ad istam Sedem translatum an. 1512. die 27. Augusti, & ante mortem se abdicasse.

translatus ad Luceri-nam Ecclesiam.

ac demùm ad S. Agathæ Gothorum.

Ioannes Alphons. Solis, nobilisf. genere, Hispanus,

3259. Ioannes Alphonsus Solis, Hispanus, Salmanticensis, nobilissimo genere, ex Petro Alphonso de Solis, & Maria Felice de Mendoça parentibus procreatus, hæres utriusque, & caput familiæ, atque Dynasta oppidorum Retortillo, & la Gransa, uxorem duxit, ex eaque prolem suscepit. Mortuâ conjuge, jam variis disciplinis ipse instructus, relicto seculo, ad Claustrum Carmelitarum in patria confugiens, ibi

post matrimonium Religiosus Carm.

Digitized by Google

post matrimonium Religiosus Carm. (a) in Theatro Eccles. Indico pag. 293.

ibi tyrocinium posuit, & professionem emisit die 22. Januarij anno 1615. in manibus (verba sunt Ægidij Gonçalez *a*) Venerabilis Magistri Petri Cornejo Carmelitani, viri eximij, cùm religione, tùm litteris. Pòst susceptum verò statum Religionis, studiis, atque concionibus se totum dedit Joannes noster, usque adeò iis excultus, ut etiam ex tempore verba è suggestu faceret. Ad hæc

S. Th. Magister,

Sacræ Theologiæ Magister institutus, suæ Provinciæ Definitor, & Conventûs Abulensis Prior extitit; quo sanè munere distentus erat, dum à Rege Catholico in Antistitem nominatus est. Igitur die 1. Septembris anno 1636. creatus est Episcopus Portu-divitensis in America, sub Metropoli Dominicopolitana, XIII. in ordine Antistes illius Ecclesiæ, quæ vulgò S. Joannes de Portu-divitè nuncupatur. Consecrationis munus in eadem Regione suscepit per manus Facundi de Torres Archiepiscopi Dominicopolitani, Assistentibus Decano, & Archidiacono Ecclesiæ S. Dominici. Quo tempore Sedem Portûs-divitis tenuit, Indorum plusquam decem millia Sacramentis Baptismatis, & Confirmationis abluit, inunxit, copiosis per universam Diœcesim eleëmosynis distributis. Postquàm verò ad annos quatuor officium pastorale exercuit, in eadem urbe Portûs-divitis spiritum Creatori reddidit, sepultus in Templo Cathedrali, ad cornu dextrum Summi Altaris: ubi sequens legitur Epitaphium: *DD. F. Ioannes * Ildephonsus de Solis, felicioris seculi vigil, toto virtutum cumulo nitidissimum exemplar, hujus urbis Præsul sine exemplo, die 19. Aprilis an. 1641. obiit plorandus. Cujus in memoriam lapidem hunc, duraturum minùs Sobrinus D. Ignatius de la Mota Sarmiento dicavit.* Ita ferè ad litteram scribit Hispanicè Ægidius Gonçales in *Theatro* (b) *citato. Ecclesiarum America*, (b). Extat concio typis edita Salmanticæ anno 1619. quam Joannes noster in solemnitate Conceptionis Beatissimæ Virginis ibi apud Franciscanos habuit.

Episcop. Portudivitensis in America,

plus quam 10000 baptizavit, & confirmavit.

** al. Alphonsus,*

Epitaphium,

(b) pag. 293 & 294.

3260. Joannes Antonius Bovius, Italus, Novarensis, S.T. Magister, & Regens Mediolani, Neapoli, & Romæ, atque in Urbis Sapientia publicus Metaphysicæ Professor, Provincialis titularis Angliæ, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, nec non alterius, *de Auxiliis* nuncupatæ. Institutus est Episcopus Molphitanus, seu Molphetanus in regno Neapolitano, die 29. Januarij 1607. Consecratus fuit die 11. Februarij: sedit laudabiliter aliquot annis, & Molphetæ decessit anno 1622. sepultus in Ecclesia Cathedrali, cum Epitaphio, quod sequitur, ex Ughello *tom. 1. Italiæ Sacræ*: (ubi error est in die electionis nostri Bovij) scripsit plura, quæ alibi referuntur. Insigne ejusdem elogium legitur apud Janum Nicium Erithræum in *Pinacotheca Imaginum illustrium virorum* (c). Laudatur item pro meritis idem Bovius à Petro à S. Josepho Cistercienſi, in *Concordia suavi humanæ libertatis*, (d) & Gabriele de Henao Jesuita, in *Eventilationibus de scientia media*, *Eventilatione* 3. *num.* 13. Auberto Miræo, *parte* 2. *Bibliothecæ Eccles.* (a). Extat Panegyricus Emmanuelis Thesauri, tunc Societatis Jesu, Neapoli apud Carmelitas in funere nostri Bovij dictus, ibique editus anno 1623. De ipso præfatus Ughellus ista tradit: [Joannes Antonius Bovius, Nouarienſis, Ordinis Carmelitarum, Theologus insignis, omnique scientiarum genere ornatus, cumque de immunitate Ecclesiastica in Venetos stylum strinxisset, à Paulo V. intuitu virtutum, & laborum pro Romana Ecclesia exanthlatorum, Episcopatu Melphitano ornatus est anno 1606. 19. Februarij, * quem cum ann. sexdecim summa cum laude rexisset, morte sublatus interiit 12. Augusti 1622. Cadaver in Cathedrali humatum quiescit cum hoc epitaphio.]

Ioan. Antonius Bovius

Episcopus Molphitanus,

(c) parte 1. pag. 113.

(d) Disp. 5.

(a) c. 199.

insigne ejus elogium,

* *leg.* die 29. Jan. 1607.

D. O. M.

epitaph.

Ioanni Antonio Bovio, Carmelitæ, Episcopo Melphiten. Magno S.T. Magistro, sui Ordinis splendori, Romanæ Ecclesiæ auctoritatis acerrimo vindici, verbo, & exemplo omnibus perspicuo, in gregis vigilantia, ac pauperum, & vitiis evellendis solertissimo Præsuli bene merenti C. FF. Obiit prid. Id. Aug. MDCXXII. Hactenus ex Ferdinando Ughello tomo 1. *Italiæ Sacræ*, sub titulo: *Melphitenses Episcopi.*

3261. Fr. Joannes de Arena, *Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister, electus est Episcopus Basilitanus titularis, & Suffraganeus Metensis, die 1. Martij, anno 1542.* ex *Actis Consistorialibus Pauli III.* Anno 1550. die 19. Martij provisa est Ecclesia Basilitana, vacans per ipsius obitum, qui fuit anno præcedenti. Ex antiquis monumentis Provinciæ Allemaniæ, & Carmeli Colonienſis, R.P. Jacobus Milendunck, Provinciæ istius Historiographus, nuper Prior Boppardiæ, sequentia subministravit: Joannes Bommelius, dictus de Arena, natione Batavus, professione Carmelita Colonienſis: prima sua studia Philosophica, & Theologica cœpit, & prosecutus est in Carmelo Coloniæ, ab anno 1517. Anno 1520. Lector Philosophiæ in Conventu Trajectenſi: Anno 1525. Prior Waldessenſis: Ab anno 1529. Prior, & Lector principalis Conventûs * Trajectenſis, usque ad annum 1540. inclusivè: anno 1539. promovetur Doctor in Universitate Colonienſi: & deinceps Conventûs Trajectenſis Prior, & Regens. Fuit autem Joannes Ultrajectini Carmelitani Monasterij, ad S. Catharinæ Ecclesiam siti, Prior ultimus, ac primus translati ad alium locum: de quâ translatione in iisdem antiquis Carmelitanæ Provinciæ Allemaniæ inferioris monumentis hæc commemorantur, ad tempus Prioratûs ipsius Joannis: Hoc tempore contigit Fratrum nostrorum translatio ex monasterio ad S. Catharinam in suburbio, seu circa mœnia civitatis sito, ad Ecclesiam parochialem S. Nicolai in mediâ civitate, hac ratione. Carolus V. Imperator, Belgij totius princeps (cui

Ioan. de Arena, Episc. Basilitanus;

etiam nuncupatur Bommelius.

* *seu* Ultraject. vulgò *Vtrecht.*

Prior ultimus primi, & primus secundi Conventûs Carm. Traject.

Vltrajectinæ Monasterii Carmelitanum primùm situm ad Ecclesiam S. Catharinæ, postea translatum fuit.

Digitized by Google

(cui ab Henrico Bavaro, Episcopo civitatis, & ditionis Ultrajectensis, dominium temporale traditum fuerat, accedente non solum regionis totius, verùm etiam Romani Pontificis Clementis Septimi consensu) volens civitatem contra hostium insultus firmare & munire; locum, in quo erat Monasterium Carmelitanum, cum S. Catharinæ templo, ad hoc apprimè commodum arbitrabatur, ideoque ejus loco Ordini præsentavit Ecclesiam S. Nicolai, in civitate parochialem, cum suis proventibus, & reditibus, & insuper septem florenorum millia, quibus novus Ordinis Conventus juxta dictam Ecclesiam ædificaretur: quâ conditione acceptâ sub initium Provincialatûs Theodorici de Gouda circa annum 1528. Patres nostri Cæsareæ Majestati cesserunt & resignarunt Conventum istum suum Catharineanum, pro muniendâ civitate destruendum, & novum circa Ecclesiam S. Nicolai extruere cæperunt. Et ista ex præfatis monumentis. Anno 1542. (sicut ex Actis Consistorialibus, & ex Billico in suis epistolis habetur) electus est Episcopus Basilitanus, & assumptus Suffraganeus Metensis, ac deindè etiam Virdunensis (qui uterque Episcopatus Archiepiscopatui Trevirensi subjacet) & Metis decessit anno 1549. Ægidius Gelenius, tractans de Episcopis ex Carmelo Colonienſi assumptis, inter eos præfatum Joannem recenset, his verbis: *Ioannes de Arena, aliàs Bommelius, Episcopus Basilitanus, Pro-episcopus Metensis, & Virdunensis, obiit anno* 1549.

Ioannes ab Arundine, Flander, Episc. Vsbitensis.

3262. Fr. Joannes Episcopus Usbitensis, *residens in civitate Trajectensi*, commemoratur in Bullis Alexandri VI. ad annum 1492. Item Idibus Februarij anno 1494. Hic proculdubio fuit Joannes de Arundine, eximiâ eruditione, ac etiam pietate valdè spectabilis, de quo Bostius & Trithemius, hîc suprà (a). Fuit professione Conventûs Brugensis, sed desiderio strictioris observantiæ, à B. Joanne Soreth Generali introductæ in Conventu Mechlinienſi, cum licentia præfati ad ipsum transmigravit: & ibi fuit S. Theologiæ Lector & Prior ab anno 1469. ad 1474. & aliquantò post assumptus fuit Episcopus. De ejus in S. Scripturam lucubrationibus ista tradit Sixtus Senensis (b): *Ioannes Arundineus, Germanus Ordinis Carmelitarum, Episcopus Vsbitenus, vir in divinis voluminibus exercitatissimus, sacularis philosophiæ non ignarus, & declamator celeberrimæ opinionis, edidit in librum Sapientiæ, in Psal.* 118. *in Epist. ad Rom. scholasticas lecturas, à se prius in publicis lectionibus explicatas.* Scripta aliâ quædam ejus recensent præfatus Trithemius, (c) Possevinus, ac alij. Annus, & dies obitus exprimuntur in ejus epitaphio in choro templi S. Catharinæ (ubi olim Religiosi Ordinis hujus habitationem habuerunt: sed tempore Caroli V. aliò migrarunt). Illud autem hujus erat tenoris: *Anno Domini* 1497. *mensis Iulij die* 13. *obiit R. in Christo Pater & Dominus Dominus Ioannes de Arundine Sacræ Paginæ Professor Ord. Fratrum B. Mariæ Carm. Episcopus Vsbitensis & Reverendissimor. in Christo Patrum ac Illustriss. Principum ac Dominorum Davidis de Burgundia & Frederici Marchionis Badensis successivè Episcoporum Traject. in Pontificalibus Vicarius, sub hoc saxo sepultus.*

(a) n. 3065. & 3093.

(b) in Bibl. S. l. 4. litt. I

(c) lib. de Script. Eccl. & lib. de Viris illust. Ord. Carm.

Trajecti Vicarius in Pontifical.

In Sarcophago Lapide.

Conditur sub hoc saxo corpus incomparabilis viri Ioannis de Arundine, Brugensis, hujus Conventus primi Prioris, Sacræ Paginæ professoris præclari, Episcopi Vsbitensis, ac Suffraganei Trajectensis, qui obiit Anno 1497. 13. *Iulij: in pace quiescat.*

Epitaph.

3263. Joannes Baptista Sorribas, Hispanus, in Urbe Valentiæ natus est die 23. Junij 1631. In patrio Carmelitarum Conventu habitum Religiosum induit, & professionem emisit die 27. Junij 1647. in manibus Anastasij Vives, ejusdem cœnobij tunc Prioris, à quo pòst septimum & vigesimum annum, nondum expletum, consecrationem Episcopalem accepturus erat. Cùm verò Joannes noster Philosophiam, & Sacram Theologiam intrà Claustra docuisset, Magisterij gradum, & lauream Doctoralem obtinuit. Postmodùm Matritum, Curiam Regis Catholici, venit, ac ejusdem Majestatis Concionator ordinarius institutus, muneris possessionem inivit die primâ Junij 1666. deindè ex nominatione ipsius Catholici Regis, electus est Episcopus Ampurienſis, in Sardinia, die 25. Septembris an. 1673. Posteà sequenti anno 1674. die primâ Aprilis, in quem incidit Dominica in Albis, consecratus fuit in conventu Ondæ, sui Ordinis, & Provinciæ, per manus Anastasij Vives (sub quo Priore vota dixerat) Episcopi quondam Segobricensis, Assistentibus Josepho Sanchis, moderno Segobricæ Episcopo, & Josepho Barbera Episcopo Maronensi. Labente eodem anno, ad diem 2. Octobris, absens ipse, per Procuratorem possessionem susceptit dignitatis. Tandem venit in Sardiniam, & ineunte anno 1675. die 10. Januarij, Ecclesiam suam ingressus est. Pòst hæc ad visitandam diœcesim accinctus, nequicquam obsistente hyemali tempore, personaliter oppida & pagos perlustrans, ad diem 4. Maji laboriosæ Visitationis opus absolvit. Vivit adhuc Joannes noster, diu vivat. Joannis nostri elogium, cum catalogo operum ab eo editorum, legitur in *Bibliotheca Hispanica.* (a)

Ioan. Bapt. Sorribas,

Doctor Theol.

Ecclesiastes Regis,

Episc. Ampurienſis,

(a) to. 1. pag. 599.

3264. Joannes Baptista Surianus, Italus, Neapolitanus, S.T. Magister, insignis Concionator, in Sapientia Romana publicus Theologiæ Professor, & totius Ordinis Carmelitarum Procurator Generalis: institutus est Episcopus Vigilienſis (Vigiliæ, vulgò Bisseglio, urbs est regni Neapolitani) die 22. Augusti 1576. Obiit Baruli (vulgò Barletta, quæ urbs est ejusdem regni) die 25. Junij 1582. ibique in Ecclesia sui Ordinis Carmelitani sepultus jacet. Fallitur auctor *Italiæ sacræ* scribens (b) Surianum obiisse anno 1583.

Ioan. Bap. Surianus,

Procurator Gen. Ord. Carm.

Episc. Vigilienſis.

(b) To. 7.

Joannes

Digitized by Google

Ioan. Bap. del Tinto,

3265. JOANNES BAPTISTA DEL TINTO, Italus, natus est in oppido Alviti, Diœcesis Soranæ, in regno Neapolitano, die 13. Junij 1622. parentibus Hieronymo del Tinto, & Laurentiâ de Tedeschis. Professionem emisit Neapoli in majori cœnobio, die ultimâ Decembris 1639. Sacræ Theologiæ Magister intrà Ordinem institutus, Academico Neapolitano Theologorum Collegio aggregatus est anno 1657. Subindè patrium cœnobium Prior rexit, & Provinciæ Neapolitanæ eligitur Provincialis die 9. Maji 1665. quò anno currente, ex nominatione regia, assumitur in Antistitem, electus Archiepiscopus Tranensis, in regno Neapolitano, die 5. Februarij 1666. consecratus posteà die 22. Februarij, in Ecclesia Transpontina sui Ordinis, per manus Friderici Cardinalis Sfortiæ, assistentibus Francisco Caetano Archiepiscopo Rhodiensi, & Josepho Maria Suarez Episcopo Vasionensi. Pallium Archiepiscopale recepit pariter in Urbe, de manibus Franciſci Cardinalis Maidalchini. Indè Neapolim concessit, & Tranum 29. Aprilis ejusdem anni 1666. ingressus, possessionem, suæ Sedis iniit die 2. Junij eodem anno. Post hæc ab eodem Catholico Rege promotus fuit ad Ecclesiam Cassanensem, in præfato regno Neapolitano, cujus tamen nondùm Bullas Apostolicas expediri fecit. Vivit adhuc * Joannes noster: diu vivat.

Provincia Neapol. Provincialis,

Archiepisc. Tranensis.

* dum hæc scrib. initio anni 1676.

3266. Fr. JOANNES BLEXWYCH, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Hollensis, undecimo Kalendas Ianuarij, 1434. ex Actis Consistorialibus Eugenij IV.*

Ioannes Blexwijch Episc. Hollensis.

3267. Fr. JOANNES * BOELMEL, *Prior Conventûs Carmelitarum Trajectensis, Sacræ Theologiæ Professor, electus est Episcopus Ebronensis, sub Patriarchatu Hierosolymitano, die 16. Aprilis, anno 1540. ex Actis Consistorialibus Pauli III.* Fuit proculdubio Joannes noster Suffraganeus Trajectensis, nec diu muneri superstes, cùm ad diem 7. Julij 1541. provisa fuerit Ecclesia Ebronensis, vacans per obitum ipsius.

* al. Bloelmel.

JOANNES BOMMELIUS idem qui *Ioannes de Arena*, de quo jam ante.

Ioan. Bonon. Episc. Andrensis, consecravit Eccl. Carm. Cabilon.

3268. JOANNES BONONIENSIS DE S. CATHARINA, de quo, & de altero THOMA, ista memorantur ex antiquis monumentis Provinciæ Carmelitanæ Narbonæ: [An. 1347. die 19. Octobris Joannes Bononiensis de S. Catharina, Episcopus Andrensis in Græcia, qui est Metropolitano Athenienſi subjectus, ex Ordine Carmelitarum assumptus, Ecclesiam veterem Carmelitarum Cabilonensium dedicavit. In hoc Conventu, cum instrumento dedicationis istius, asservatur exemplar authenticum electionis, & consecrationis prædicti Joannis in Episcopum Andrensem: legiturque, electus fuisse in civitate Nigropontensi, in Episcopum, & à Nicolao Athenienſi Metropolitano consecrationis munus accepisse in majori Ecclesia civitatis Nigropontensis die 14. Augusti an. 1345. assistentibus illi aliis duobus Episcopis. Verisimiliter fuit iste ex Provincia Terræ sanctæ, quæ adhuc in Insula Cypro Conventus habuit usque ad annum Christi 1571. Inter Instrumenta Conventûs nostri Semurienſis legitur, Cœmeterium hujus Conventûs benedixisse THOMAM DE CANDEVIA, ex Ordine Carmelitarum assumptum: benedictionemque illam die 16. Octobris anno 1362. peractam fuisse.] Et ista ex præfatis monumentis (a).

Thomas de Candevia, (a) ex relatione per P. Andream à S. Nicolao, de quo hîc suprà

3269. JOANNES BRISELOT, *unum è luminaribus Ecclesiæ* (sic plures eum nuncupant: b) ex Priore Carmeli Valencenensis, assumptus Episcopus Beritensis, Suffraganeus Cameracensis, Abbas Altimontensis, Carolo V. à sacris confessionibus, & consiliis; deindè translatus ad Archiepiscopatum Arborensem, in Sardinia. Et ista omnia habentur ex *Actis Consistorialibus Summorum Pontificum*, nec non ex monumentis Abbatiæ Altimontensis, ac Monasterij Carmelitani Valencenensis: & quidem in *Actis Consistorialibus Iulij II.* ista leguntur: *Ioannes Briseloth, Prior domus Carmelitarum Valencenensis, Sacræ Theologiæ Professor, & Ordinem ipsum expressè professus, electus est Episcopus Beritensis, in partibus Infidelium, per obitum quondam Ægidij de Merica, & institutus Suffraganeus Cameracensis, ut possit exercere Pontificalia in urbe, & diœcesi Cameracensi: die veneris, 4. Aprilis, anno 1505.* Inter antiqua Carmeli Mechlinienſis monumenta habentur litteræ, in quibus hæc, inter alia: *Ioannes Sacræ Theologiæ Professor, & Abbas sancti Petri Altimontensis, Dei gratiâ Episcopus Beritensis, universis Christi fidelibus, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ante thronum divinæ Majestatis fideles Christi Sanctorum piis adducti Suffragiis ad eorum festiva solemnia eò debent ferventiùs incitari, quò talium Patronorum fulciti præsidiis, potiora retributionis præmia & munera valeant promereri. Vnde Nos, pro officio nostro, singulos, quos cupimus in supernæ patriæ collocari, ad ipsorum Sanctorum trahimus libenter obsequia: ut eos in conspectu Domini devotâ veneratione collaudent. Cupiens igitur, ut Capella sanctæ Crucis propè Mechliniam, quæ vulgariter* BRUYNE CRUYS *nuncupatur, Cameracensis Diœcesis, debitis ac congruis frequentetur honoribus, & à Christi fidelibus jugiter visitetur &c.* Christi fidelibus verè contritis, confessis, & Capellam istam visitantibus, festis S. Crucis, & quibusdam aliis, concedit *Indulgentiam XL. dierum. Datum Mechliniæ anno MDXI. in Februario.* In libro Carmeli Antuerpiensis, de ejus fundatione, & memorabilibus, legitur, quòd Pontificali ministerio ejusdem Domini Patris Joannis Briselot, anno MDXI. infrà Octavam Dedicationis Ecclesiæ Carmelitanæ, in Septembri consecratus fuerit ejusdem magnificus chorus, & quòd anno MDXVII. die 4. Junij consecraverit Capellam cum altari, sitam juxtà introitum Conventûs. Eodem anno in Cameracensi Suffraganeatu illi suffectus fuit Adrianus Arnoldi, de quo hîc suprà (c): & ipse translatus ad Archiepisco-

Episc. Beritensis, Suffraganeus Cameracens.

Indulgentias concedit visitantibus sitam capellam fuscæ Crucis,

Antuerpiæ eorum, & capellam cum altari consecravit.

(b) Anton. Possevin. in Apparatu, Francisc. Swertius in Athen. Belg. & alij.

(c) n. 3151.

Digitized by Google

patum Arborensem, sicut habetur ex *Actis Consistorialibus Leonis X.* in quibus ista: *R. P. Dom. Ioannes, Episcopus nuper Beritensis, Serenissimi Regis Catholici Confessor, & Consiliarius; translatus est ad Ecclesiam Arborensem Metropolitanam in Sardinia, die Mercurij, 23. Decembris 1517.* In *Actis Consistorialibus ejusdem Pontificis*, legitur: *Concessum est Pallium R.P.Dom. Ioanni, electo Arborensi, pro eadem Ecclesia Arborensi, die Veneris, 29. Ianuarij, 1518.* In *Actis Consistorialibus ejusdem Leonis X.* habetur: *Admissa est resignatio R.P.Dom. Ioannis, Archiepiscopi Arborensis, de Ecclesia Arborensi, reservatis sibi medietate fructuum ejusdem mensa, & collatione beneficiorum, & denominatione Archiepiscopi: die Lunæ, 16. Aprilis 1520.*

Confess. & Consiliarius Caroli V.

Archiepisc. Arborensis:

pallium accipit:

moritur,

3270. Obiit in cœnobio Altimontensi, cujus erat Abbas, ibique sepultus jacet in Choro, propè summum Altare, ubi & legitur suprà portam Sacristiæ istud epitaphium: *Hic jacet R. in Christo Dom. Ioannes Briselot, Sacræ Theologiæ Professor, Dei gratiâ Arborensis Archiepiscopus, ac hujus Cœnobij Abbas, atque Serenissimi Imperatoris Caroli V. Confessor: qui obiit anno Domini vigesimo supra millesimum quingentesimum; mensis verò Septembris die undecimâ, circà quintam post mediam noctem. Orate pro eo.* In libro cui titulus est: *Ephemerides Carmeli Valencenensis*, ista de illo memorantur: [Reverendissimus Pater atque Dominus Joannes Briselotus Valenceenis ab egenis parentibus ortus, per peritiam à pueritia infectatam paulatim nobilitatus; namque Juvenis artibus liberalibus intendens, præ inopia & candelarum defectu, in plateis ad lampades aut lucernas Deiparæ Imaginibus appensas studere solitus, ab ea visus animari cœlitùs, & impelli ad studiorum labores, spe gloriæ futuræ: quibus uteumque benè eruditus Carmeli Valencenensis Incolis innotescens, eorum sodalitio cooptatus ultimam linguæ Latinæ, Græcæ, etiam Hebraicæ lineam, limamque comparavit.] Hæc ibi. Consequenter refertur, quòd perfectis studiis aliis, electus fuerit Prior Carmeli Valencenensis, indè fuerit assumptus Episcopus Beritensis, Suffraganeus Cameracensis, Caroli V. Confessarius, ac denique Archiepiscopus Arborensis, quodque multa suæ memoriæ & sollicitudinis monumenta in Altimontensi monasterio reliquerit: & quòd ex hac vita migraverit anno 1520. die XI. Septembris: corpusque sepultum fuerit in Altimontensi præfato monasterio: cor autem in choro Ecclesiæ Carmelitanæ Valencenensis, juxtà altare conditum sit in marmoreo sepulchrali, cui ferè eadem, quæ in sepulchro Altimontensis Ecclesiæ, insculpta sunt. In calice argenteo eidem Conventui legato insculptum est: *Ioannes Arborensis Archiepiscopus, nec non Abbas Altimontensis.* Istis extractis ad nos missis subscriptum erat: *Concordant cum suis copiis authenticis & extractis de verbo ad verbum quod attestor hâc 11. Iunij 1673.* F. Cælestinus a S. Simone Provinciæ Gallo-Belgicæ Carmelitarum Provincialis electus.

sepultus in choro Eccles. Abbatiæ Altimontensis.

pius ejus modus studendi ad lucernas, Deiparæ imaginibus appensas

cor sepultum in choro Eccles. Carm. Valenc.

In Altimontensis Monasterij libro, cui titulus: Martyrologium Capituli S. Petri Altimontensis, habetur: *Tertio Idus Sept. Dominus Ioannes Brisolot Carmelita, Sacræ Theologiæ Professor, & Arborensis Archiepiscopus hujus Cœnobij Abbas, ac serenissimi Caroli Quinti Imperatoris Confessor obiit anno Domini 1520. die Martis, undecima Septembris.* Ex libro, cui titulus, Catalogus ac series Abbatum Altimontensium ex vetustissimis ejusdem Monasterij monumentis. *Ioannes Brisolot Carmelita, Doctor Sorbonicus, Prior S. Salvij, Imperatoris Caroli Quinti à confessionibus & secretis consiliis, Suffraganeus Cameracensis, Episcopus Beritensis, Archiepiscopus Arborensis, Sardiniæ primas, hujus Monasterij Abbas, Præpositusque S. Georgij de Hanzimes. Obiit Altimontij undecimâ Septembris anno 1520. sic est in prædicto libro curiosè compacto, quod attestor, sicut & præcedentia: ideoque pro majori approbatione veritatis hoc instrumentum attestatorium iterum subsignavi, & proprio sigillo munivi hâc quartâ Aprilis anni 1662. in Refugio nostro Montensi, ubi prædicta monimenta existunt in Archiviis nostris recluса.* Signatum erat Petrus Abbas Altimontensis. Inferiùs scriptum erat: *Hæc concordant cum suis Extractis authenticis de verbo ad verbum: quod attestor* Marchant, Notarius Apostolicus. Et ista, quia paucis nota, aliquantò prolixiora hic tradita sunt. Eruditionis ejus monimenta referunt Possevinus (a), & Franciscus Swertius (b), atque alij.

(a) in Ap. par. sacro lit. I.
(b) in Ath. Belg.

3271. Fr. Joannes de Campo, *Sacræ Theologiæ Magister, institutus est Episcopus Vsselensis, die 14. Martij 1421. Ex actis Consistorialibus Martini V.*

Ioannes de Campo Ep. Vsselensis.

3272. Fr. Joannes * Censier, *Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister, electus est Episcopus Verienſis titularis, sub Metropoli Thessalonicensi, & institutus Suffraganeus, ad exercenda Pontificalia in civitate, & diœcesi Andegavensi, die 23. Martij, anno 1519.* Ex *Actis Consistorialibus Leonis X.* Turoniæ Provinciæ alumnus fuit.

*Io. Censier Brito, * al. Coeretier. Episc. Verienſis, Suffragan. Andegav.*

3273. Joannes e * Claravo, *Catalanus, Hispanus, Carmelita, Episcopus Bosnensis in Sardinia, Commentarios in libros quatuor Sententiarum: Lecturas alias de Theologia librum unum, Sermones coràm Pontifice Maximo habitos Avenione, reliquit. Obiit anno 1340.* Ita Possevinus in Apparatu, & alij. In relatione de Episcopis assumptis in Provincia Narbonæ (de qua hîc suprà, ubi de *Iacobo Maistret*) ex monumentis antiquis hæc de illo traduntur: [Joannes de Claravo, Cathalanus, fuit in Sacra Theologia Magister Monspelienſis: ac in studio generali Monspelienſi primus Lector legitur in instrumento publico de die 6. Cal. Januarij 1320. Annò vero sequenti Comitiis Generalibus Monspelij habitis 1321. præfuit: ubi & primus Provinciæ Narbonæ electus est Provincialis. Clavum hujus Provinciæ moderatus est usque ad annum 1324. circà annum Domini 1327. assumptus fuit à Joanne XXII. ad Episcopatum in Sardinia: Fidem enim faciunt instrumenta,

* nonnulli nuncupant Claranum, *Ioannes è Claravo, Episcopus Bosensis:*

Narbonæ Provincia suis primus Provincialis.

Digitized by Google

Episc. fuit non Bosnensis, sed Bosanensis, seu Bosensis.

menta, eum ad Episcopatum fuisse assumptum, sed ad Bosensem, non Bosnensem; etenim Episcopus Bosnensis est de Provincia Dalmatiæ, sub Archiepiscopo Coloczienſi in Hungaria; Bosensis verò est in Sardinia, sub Archiepiscopo Sassarienſi in eadem Insula: quare dicendum est, Joannem de Claravo Episcopum fuisse Bosensem in Sardinia, non Bosnensem, in Dalmatia.] (a)

(a) Ita in illa relat.

Ioannes de Deo,

3274. Fr. Joannes de Deo, Hispanus, Majoricensis, & Conventûs Majoricæ alumnus, *sacræ Theologiæ Magister*, Conventûs patrij Prior, & studij Regens: *electus est Archiepiscopus titularis Tarsensis, in Cilicia, duodecimo Kalendas Iunij, anno* 1484. ex *Actis Consistorialibus Sixti IV.* Suffraganeus ad hæc institutus in patria Diœcesi Majoricensi: diu eam rexit, absente interim ejusdem Sedis Antistite. Habetur Joannis nostri *Archiepiscopi Tarsensis* expressè nominati, & *in civitate Majoricæ residentis*, frequens memoria in *Regestis Bullarum* Innocentij VIII. & Alexandri VI. usque ad diem 15. Maji, anno 1496. Mortuus creditur Majoricæ, atque in suo Conventu sepultus. Meminit Joannis nostri Vincentius Mut, in *Historia Majoricensi*, seu *Majoricarum*, (b) Nec mirum videbitur, quòd Joannes noster Archiepiscopus titularis existens, vices Episcopi Majoricensis, tamquàm Suffraganeus gesserit; namque hujus generis exempla frequenter occurrunt in *Actis Consistorialibus*, & inter plura, unum prorsùs simile legitur apud Lucam Waddingum *Tomo* 8. *Annalium Ordinis Minorum*, (c) illis verbis. *Promotus est Fr. Bernardinus Cremonensis ad Ecclesiam Archiepiscopalem Berysensem in Armenia, & institutus Suffraganeus Majoricensis.*

Archiepisc. Tarsensis,

residens Majoricæ, istius Ecclesiæ rector.

(b) tom. 2. lib. 11. c. 6. & l. 12. c. 4.

(c) an. 1531. num. 13.

Ioannes Emmanuel, filius Regis Portugaliæ, ✱ al. Adamari.

3275. Joannes Emmanuel de quo in *libro Provisionum Eugenij IV.* hæc leguntur: *Fr. Ioannes electus Tiberiadensis transfertur ad Ecclesiam Ceptensem, per obitum ✱ Aymari decimo tertio Kalendas Augusti anno* 1443. Iste Ioannes Emmanuel, ✱ filius Edwardi Regis Portugalliæ, Romam veniens, institutus est Episcopus Tiberiadensis: nondum consecratus assumptus est, vel translatus ad Ecclesiam Ceptensem: quæ aliàs etiam dicitur Septensis (Urbs Cepta, vel Septa, est in Africa, prope fretum Herculeum, *Ceuta* vulgò dicta ab Hispanis: à Lusitanis verò Ceita: hodie subest Regi nostro Catholico.) Quoniam verò Ioannes electus Tiberiadensis, non fuit consecratus sub Ecclesiæ istius titulo, propterea hujus Episcopatûs, ipsi proculdubio collati, nulla extat apud Lusitanos memoria. Quòd autem Romæ existens, dignitates prædictas Ioannes obtinuerit, constat ex Bulla Eugenij IV. pro Roberto, electo Episcopo Tiberiadensi, sub his verbis: *Dudum Venerabilem Fr. Ioannem Ceptensem Episcopum, apud Sedem Apostolicam tunc constitutum, à vinculo, quo eidem Ecclesiæ Tiberiadensi, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine, absolventes, ipsum ad Ecclesiam Ceptensem, tunc vacantem, auctoritate Apostolica transtulimus.* Item venisse

✱ extra matrimonium

Episc. Tiber. electus,

translatus ad Eccles. Ceptensem:

nostrum Ioannem Romam, docent historiæ Lusitanæ: atque inter alios Historicos, D. Rodericus de Cunha Archiepiscopus Bracharensis, in secunda parte *Historiæ Bracharensis* (a) Denique translatus est ad Ecclesiam Egitanensem; id constat ex *libro Provisionum Pij II. folio* 140. ubi ista: *Fr. Ioannes, Episcopus Ceptensis, provisus est Episcopus Egitanensis, per obitum Ludovici: decimo octavo Kalendas Februarij, anno primo Pij II.* id est, anno 1459. Egitania urbs antiqua Portugalliæ: sed modò Episcopus residet in urbe, quam Lusitani vocant *Guarda*, & se nuncupat vulgariter *Episcopum de Guarda.* Obiit noster Ioannes Emmanuël Episcopus Egitanensis, labente anno 1476. ut novissimè scribitur ex Portugallia.

(a) parte 2. cap. 57. n. 9.

denique Episc. Egitanensis.

Ioan. Fabri Archiepisc. Calaritan.

3276. Joannes Fabri Archiepiscopus Calaritanus, de cujus electione in *Actis Consistorialibus Martini V.* ista: *Fr. Ioannes Fabri, Ordinis Carmelitarum, Baccalaureus in Theologia, electus est Archiepiscopus Calaritanus, in insula Sardiniæ, sexto Idus Maji, anno* 1423. Postquàm verò ad septemdecim annos Sedem Calaris tenuit, in Ioannem Matthæum Iofridum, Decanum ejusdem Ecclesiæ eam resignavit, & ipse institutus est Archiepiscopus Cæsarienſis titularis: uti expressè docet liber Provisionum Eugenij IV. sub anno 9. Pontificatûs, illis verbis: *Ioannes Matthæus Iofridus, Decanus Ecclesiæ Calaritanæ, provisus est Archiepiscopus ejusdem Ecclesiæ, quarto Kalendas Februarij, anno* 1440. *per resignationem Ioannis Archiepiscopi.* Et paulò pòst habetur: *Fr. Ioannes Archiepiscopus Calaritanus, provisus est Archiepiscopus Cæsariensis titularis.* Meminit nostri Joannis Fabri Salvator Vitalis, Ordinis Minorum, *parte* 2. *Annalium Sardiniæ*, in Indice Archiepiscoporum Ecclesiæ Calaritanæ: ubi eum Præsulem 42. numero recenset. Ejusdem imago visitur in Aula Palatij Archiepiscopalis Calaritani, inter alias aliorum Præsulum prostans, his verbis inscripta: *D. Fr. Ioannes Fabri, Carmelitanus, secundus hujus nominis, creatus Archiepiscopus Calaritanus à Martino V. qui Ecclesiæ Calaritanæ Suelli Sedem univit, supplicante D. Leonorâ Comitissâ de Quira.*

post annos 17 resignat, institutus Archiepisc. Cæsariensis:

Imaginis ejus inscriptio.

Ioan. Faci, ex Generali Carmelitarum Episc. Regiensis.

3277. Joannes Faci, Gallus, Conventûs Avenionensis alumnus, item Prior, & Sacræ Theologiæ Regens. Assumpto ad Episcopatum Bartholomæo Roqualio Priore Generali (de quo hîc suprà) illi ab Eugenio IV. suffectus, in Capitulo Generali Ravenpurgensi electus fuit Joannes anno 1434. & Ordinem gubernavit usquead an. 1450. quo assumptus fuit Episcopus Reiensis, seu Regiensis in Gallia, sub Metropoli Aquensi, decimo septimo Kalendas Aprilis, ut habetur ex *Actis Consistorialibus Nicolai V.* Legendus est de illo Simon Bartel Presbyter Regiensis, in *Historica Nomenclatura Præsulum Regiensis Ecclesiæ* (b) Annus, & dies obitus ejus habentur ex tabula antiqua Fundationum Conventûs Avenionensis, in qua legitur: *Die 22. Decembris Anniversarium Reverendissimi P. Magistri Ioannis Faci, quondàm*

(b) edita Aquis-sextiis an. 1636. pag. 262.

nostri

Digitized by Google

nostri Ordinis Prioris Generalis, & Episcopi Regiensis, qui multa bona, & dona fecit huic Conventui. Est adhuc superstes familia nostri Joannis, apud Aquas-sextias commorans. Agitur etiam de illo in Gallia Christiana (a). *Gesta ejus præcipua, ab anno* 1431. referuntur in Annalibus Ordinis, (b) in quibus ad annum Christi 1464. ex præfato Simone Bartel traditur vitæ ejus compendium, & nuncupatur *ob egregia pietatis, & doctrinæ merita commendatissimus.* Inter cætera acta ejus, peculiariter memorandum fœdus pacis, & concordiæ, perpetuis temporibus duraturæ, Basileæ die 2. Aprilis, anno Christi 1435. stabilitum inter ipsum, & aliorum Ordinum Mendicantium Reverendissimos Generales, omnes tunc Basileæ congregatos, videlicet, Bartholomæum Texerij Ordinis Prædicatorum, Guilielmum de Casali Ordinis Minorum, Gerardum de Arimino Ordinis S. Augustini, ipsumque Joannem Faci, seu Phaci Ordinis Carmelitarum. Hi considerantes, ex concordiâ, pace, & charitate inter Regulares, Dei gloriam, & Christianæ plebis ædificationem procedere: ex eorum autem dissidiis nonnisi scandala, Religionum vilipendia, & contemptum, emanare; idcircò unitatem Spiritus in vinculo pacis inter se, & Religiones suas tenere cupientes: utque Religiosi sui, & posteri, ab omni semper discordiâ essent remotissimi: habito multorum Provincialium, & aliorum Sacræ Theologiæ Magistrorum (qui etiam ex diversis ipsorum Ordinum Provinciis, ratione Concilij Basileensis, illuc convenerant) sano, ac maturo consilio, concordiæ mutuæ & pacis sempiternæ fœdus inierunt. Acta istius concordiæ & pacis à P. Lezana inserta sunt præfatis Annalibus ad dictum annum 1435.

(a) Tom. 3. edit. Paris. 1656. sub tit. *Episcopi Reiensis.*

(b) Tom. 4. ab an. 1431. ad 1464.

Ordines 4. Mendicantes fœdere perpetuo pacis & concordiæ uniti:

concordia illa quàm utilis & necessaria.

3278. Fr. Joannes Gees, (c) *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Lismorensis, & Waterfordiensis, sub Metropoli Cassiliensi, die* 22. *Augusti, anno* 1409. ex *Actis Consistorialibus Alexandri V.* Verumtamen propter turbulentissimam eorum temporum conditionem, Joannes noster possessionem Sedis Lismorensis tunc non iniisse, vel posteà ex ea excidisse, satis probabile videtur, tàm ex provisione ejusdem Ecclesiæ, in persona Thomæ Colbij, itidem Carmelitæ, secuta anno 1414. ut suo loco dicemus: quàm etiam, & potissimùm, propter novam electionem ipsius Joannis in Episcopum Lismorensem, sicuti disertè produnt Acta Consistorialia Martini V. illis verbis: *Die* 4. *Decembris anno* 1422. *fuit provisum Ecclesiis Lismorensi, & Waterfordiensi, de persona Fratris Ioannis Gees.* De Joanne nostro sequens memoria legitur in accurata relatione de Episcopis Lismorensibus, ex Hibernia, ad Clarissimum virum Lucam Waddingum, Ordinis Minorum Chronographum, transmissa, & inter ipsius Collectanea asservata. *Ioannes Gese Carmelita, & Oxonienſis Theologus, Papali Bullâ provisus est Episcopus Lismorensis, & Waterfordiensis, decimo Kalendas Septembris anno* 1409. *obiit anno* 1425. *die Decembris* 22.

(c) *alias* Gese *vel* Geese, & Geessus.

3279. Joannes Heetvelde, seu *à Calido-Campo*, electus fuit Episcopus an. 1523. sicut habetur ex Actis Consistorialibus Hadriani VI. in quibus ista: *Fr. Ioannes . . . . * Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Granopolitanus, in partibus Infidelium, cum facultate exercendi Pontificalia in Diœcesi Trajectensi, septimo Idus Ianuarij anno* 1523. Van Heetvelde cognomen familiæ illustris, Latino eloquio sonat, a Calido-campo: utroque vocabulo promiscuè Joannes hic noster cognominatur. Anno 1482. natus est è parentibus præcipuæ nobilitatis Bruxellensis, patre Joanne Heetvelde, & matre Catharina Halmale (filia Joannis, Equitis, & Dominæ Christinæ Amstel) In Adolescentia se Deo, & B. Virgini dicavit, in Conventu Carmelitano, sub titulo *S. Ioannis Baptistæ*, prope Angiam (a) nunc intrà (urbs est Hannoniæ, quinque leucis à Bruxella) Anno 1516. in Actis Capituli Provincialis Allemaniæ Inferioris (sub qua tunc Conventus ille erat) decretum fuit, ut ad Doctoralem gradum promoveretur (b) erat autem tunc Prior Brugis (c) Anno 1520. & 1521. & 1522. S. Theologiæ Doctor, Regens fuit in Carmelo Angiensi (d) Assumptus postmodùm Suffraganeus Ultrajectensis: fuit deindè etiam Vicarius in Pontificalibus Cameraci (e). Quo anno obierit, certò non constat: verisimile est, quod circa annum Christi 1541. Cùm enim primùm fuerit Suffraganeus Trajectensis, exindè fuit translatus Cameracum; sive utriusque Episcopatûs Suffraganeus ad aliquot annos extitit. Porrò Cameraci Suffraganeus fuit Adrianus Arnoldi (de quo hîc suprà *f*) qui obiit an. 1536. & anno 1541. assumptus fuit in Suffraganeum Cameracensem Martinus Cuperus (de quò hic infra.) Atque ita Cameraci Joannes non fuit ante annum 1536. nec post annum 1541.

Ioan. Heetvelde, seu à Calido campo, Belga, Bruxell. Episc. Granopolitanus, Suffr. Traj.

* Italus amanuensis loco *Heet-velde*, seu *Heetfeld*, erronè scripsit, quantùm legi potest, *Laufauld*, seu *Hastfeld.*

(a) ex libro Genealog. prænobilis familiæ Vander Noodt.

(b) ex libro Provinc. Allem. Inferi.

(c) ex libro cod. & ex monum. Car. Brug.

(d) ex lib. cod.

(e) ex præfato libro Geneal.

(f) n 3151.

3280. Fr. Joannes Letellier, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Dionysiensis, titularis, in sexta Sede Arabiæ, tertio Nonas Maji, anno* 1441. Ex *Actis Consistorialibus Eugenij IV.* Per obitum ipsius provisa est Ecclesia illa, idibus Augusti, anno 1449.

Ioan. Letellier Episc. Dionysiensis

3281. Joannes Leycester *Ordinis Carmelitarum, Archiepiscopus Smyrnæ*, seu *Smyrnensis, in Ionia*, commemoratur anno 1398. in *libro de Regularibus, sub Bonifacio IX. anno ejus nono, folio* 99. Hic fuit Ioannes Leycestre, cujus mentio est in *Catalogo majori Scriptorum majoris Britanniæ*, (g) ubi mortuus dicitur ad annum circiter 1424. & sepultus in Conventu sui Ordinis Nordowici. Verba sunt ista: *Robertus Rosé, Ordinis Carmelitarum, moritur die* 16. *Decembris* 1420. *& tumulatus est in suo cœnobio Nordowici: ubi & post quatuor annos, Ioannes Leycestre, Archiepiscopus Smyrnensis, ejusdem secta, obiit.*

Ioan. Leycester Archiepisc. Smyrnæ.

(g) auct. Joan. Bal. Centuria 7. pag. 555.

3282. Ioannes * Lumbardo, Ordinis Carmelitarum, Venetus, patrij Conventûs Prior, interfuit Comitiis Generalibus, Brixiæ anno

* *al.* Lombardo.

Provincialis Aquitaniæ,

anno 1387. celebratis, ibique vice-Provincialis Aquitaniæ, Definitor extitit, & Provincialis ejusdem Provinciæ institutus est: uti videmus in communi Ordinis Regesto,

(a) fol. 16. & 17. *Diss Episc. Parentij:*

(a) Posteà in Episcopum Parentinum, sub Metropoli Aquileiensi, assumptus: moritur, Venetiis verosimiliùs, atque ibi apud suos Sodales sepulturam accepit. Tempus obitûs exprimitur in antiquo Necrologio Veneti cœnobij, his verbis: *Anno 1415. die 21. Martij obiit Reverendus Dom. Frater Ioannes Lumbardo, Venetus, Prior istius Conventûs, & in pluribus aliis Conventibus, & fuit Episcopus Parentij.*

Ioannes Lupi, Italus, Episcopus Constantiensis,

3283. JOANNES LUPI, Ordinis Carmelitarum, Italus, & Conventûs Veronensis alumnus, institutus est Episcopus Constantiensis titularis, sub Patriarchatu Antiochiæ: item & Suffraganeus extitit in diœcesi Veronensi, vices gerens Petri Scaligeri, Episcopi Veronæ. Habetur ejus memoria in originali instrumento, asservato in Archivo Capituli, cujus exemplar integrum adducit Ferdinandus Ughellus (b) in eoque sequentia leguntur: *Die Mercurij 19. Maji, in Episcopali Palatio Veronensi, præsentibus Rev. in Christo Patre, Dom. Fratre Ioanne, Ordinis Carmelitarum, Dei gratiâ Episcopo Constantiensi, in spiritualibus Vicario infrascripti Dom. Episcopi Veronensis*, &c. Actum verò est prædictum Instrumentum, ut legitur, anno Domini 1376. Ejusdem Instrumenti, sub eisdem verbis, jam relatis, meminit præfatus Ughellus (c).

(b) Ital. sacr. to. 5. Episc. Veronensi 93. col. 881.

(c) Episc. Veron. 96. col. 917.

3284. JOANNES * MAGNUS, Ordinis Carmelitarum, Episcopus Equilinus, sepultus jacet in Ecclesia sui Ordinis Venetiis, ubi tale legitur epitaphium: *Hîc jacet Venerabilis Pater Dominus Ioannes Magnus, Dei gratiâ Episcopus Equilinus, qui obiit anno MCCCXXI. die XXII. Septembris, Indictione quartâ. Orate Deum pro eo.*

* *al.* Magno.

Ioannes Magnus,

Episcopus Equilinus.

Ioannes de S. Martino, Episc. Joppensis Suffr. Leod.

3285. JOANNES DE S. MARTINO, Doctor Theologus, Episcopus Joppensis, qui fuit Suffraganeus Leodiensis, sub Joanne d'Arckel: quiescit coram summo altari Carmeli Leodiensis, (cujus erat professus ex pago d'Auvans) sub marmore laminâ æneâ decorato. Obiit an. 1374. die 23. Decemb. Ita vetusta Carmeli Leodiensis monumenta.

* *al.* Maten vel Mateu *Ioan. Masen Episc. Rossensis,* * *id est:* pridie Id. Jan.

3286. FR. JOANNES * MASEN., *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Rossensis titularis (in Dalmatia) * secundo Idus Ianuarij anno* 1453. Ex *libro Provisionum, sub Nicolao V. an. 6.* Non diu vixisse creditur, cùm die 21. Novembris 1455. provisa fuerit Ecclesia Rossensis, vacans per obitum ipsius.

Ioannes Meyer, * Italus amanuensis ex cognomine Meyer, pro y supponendo it, scripsit MELTER

3287. JOANNES MEYER, cognominatus *Villicus*, in *Actis Consistorialibus Leonis X.* his commemoratur verbis: *Die decimâ tertiâ Novembris an.* 1517. *Fr. Ioannes de* * *Melter* (MEYER scribi debuit) *Ordinis Carmelitarum, institutus est Episcopus Biblien sis, in partibus infidelium, cum facultate exercendi Pontificalia in diœcesi Trajectensi*: natione fuit Flander, professione Conventûs Gandavensis, pari eruditione, pietate, & zelo strictioris observantiæ religiosæ commendatus: nondùm Doctorali gradu suscepto, electus fuit Prior Conventûs Brugensis, anno Christi 1510. Anno illo, die 13. Septembris strictiorem observantiam ibi introduxit, eâ solemnitate, ut ad annos quinquaginta dies ille memorabilis anniversarius celebratus fuerit, ad usque ann. 1560. sicut in antiquis monumentis Conventûs illius annotatur: perpetúarique potuisset, si non impediviſſent tumultus, tùm in Belgio exorti ab hæreticis, & Iconoclastis, in Christi Sacerdotes, & monasteria debacchantibus, Religiosos expellentibus, claustra, & ædificia alia, ipsamque Ecclesiam Brugensem, aliquantò pòst, funditùs evertentibus. Joannes, in Conventu Brugensi, stabilitâ Reformatione, Lovanij Doctorali Laureâ decoratus fuit anno 1513. sicut legitur in *Fastis Lovanienſibus*, auctore Valerio Andreâ, in quibus c. 9. ad ann. MDXIII. diemque XII. Aprilis, ista: JOANNES VILLICUS, *vulgo Meyer, Sotteghemius, Carmelita, Conventûs Gandavensis, & Episcopus Bibliensis, sepultus Vltrajecti. in choro S. Catharinæ, quondam Carmelitarum, sub sarcophago, cum pedo, & inscriptione*: Hoc SAXUM TEGIT OSSA REVERENDI PATRIS ET D. MAGISTRI JOANNIS MEYER, EPISCOPI BIBLIENSIS, AC D. PHILIPPI DE BURGUNDIA, EPISCOPI TRAIECTENSIS VICARII. OBIIT AN. CIↃ. IↃ. XXII. V. JULII.

Episcopus Bibliensis, Suffragan. Vltraject.

Epitaphium ejus.

3287. JOANNES MICHAEL CUCUZZA, aliàs *de Curtis*, Italus, Neapolitanus, Professionem emisit in patria, die 20. Decembris 1623. Prior ibi majoris cœnobij, & Provinciæ Neapolitanæ Provincialis, S. Theol. Magister, & linguæ Hebraicæ benè peritus: Electus est Episcopus Syrensis, in partibus Infidelium, die VI. Maji an. 1647. Ante obitum Ecclesiæ prædictæ renuntiavit, uti disertè produnt *Acta Consistorialia Alexandri VII.* in quibus legimus: *Ecclesia Syrensis, in partibus Infidelium, vacans per liberam cessionem Ioannis Michaëlis de Curtis, ultimi Episcopi, providetur die 2. Augusti, anno 1655.* Vivere desiit anno 1656. die 27. Junij.

Ioan. Mich. Cucuzza,

Episc. Syrensis.

3288. JOANNES MICHAEL DE RUBEIS, Italus, Neapolitanus, S. T. Magister: Prior in majori Conventu Neapolis, hujus Provinciæ Provincialis, & in eo regno Qualificator S. Inquisitionis: item Procurator Generalis Ordinis Carmelitarum, institutus est Episcopus Minerbinus, * in regno Neapolitano die 10. Januarij 1633. Consecratus fuit in Ecclesia Transpontina sui Ordinis, per Marcellum Cardinalem Lantes. Paulò pòst, id est, die 11. Aprilis ejusdem anni, translatus est ad Ecclesiam Alifanam, (a) & mortem obiit in oppido Pedemontij, ejusdem Diœcesis, die 22. Decembris 1639. Ughellus in *Italia sacra* eadem tradit: & quidem to. 7. *De Episcopis Minerbinis in Apulia*, his verbis: *Ioannes Michaël de Rubeis Ord. Carmelitarum Procurator Generalis, jussu Vrbani Octavi in Minerbino throno sedit die 10. Ianuarij 1633. post pauces menses translatus est ad Alifanam Ecclesiam.* Ita Ughellus. To. 8. sub titulo *Alifani Episcopi*, de eodem scribit.

Ioan. Michael de Rubeis.

* *al.* Minervius.

(a) *al.* Aliphanam *ab* Aliphæ: de qua Miræus in *Notit. Episc.*

Digitized by Google

Ioan. Narfordi Episc. Enachdunensis.

3289. Fr. Joannes Narfordi, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Enachdunensis, sub Metropoli* *Tuamensi, die 15. Octobris, anno 1425. ex Actis Consistorialibus Martini V.*

*Tuamum vulgo Toam est in Hibernia.

Ioan. Pascall. Episc. Scutar. deindè Landavensis.

3290. Fr. Joannes Pascall, S. Theologiæ Doctor, Carmelitanus Ipswicensis, familiâ nobili Pascallorum, qui in Comitatu Suffolciensi etiamnùm florent, in Academia Cantabrigensi educatus, Batemanni Norwicensis Antistitis operâ, Suffraganeus nomine Scutarensis Episcopi constitutus est sub eo. Indè fit 44. Landavensis Episcopus, die 3. Junij, anno 1347. obiit die 11. Octobris 1361. Bishonæ, & in Capella B. Mariæ, sub lapide marmoreo jacet humatus. Vir fuit doctissimus, & ob concionum tàm assiduitatem, quàm elegantiam, celeberrimus. Verba sunt Francisci Godwini, in *Commentario de Præsulibus Angliæ* (a) ex quibus unum tantummodò verbum in expositâ relatione correximus; namque Carthusianum vocat Joannem nostrum Pascall, in quo forsan typographus, non Auctor ipse, vir cæterò quin diligens, lapsus fuit. De cætero, dubio procul omni compertum est, Carmelitarum Ordinis professorem; nullo verò pacto Carthusiani, extitisse Joannem Pascall, Episcopum priùs Scutarensem titularem, sub Metropoli Antibarensi, in Dalmatia, & postmodùm Landavensem Antistitem, in Anglia, sub Metropoli Cantuariensi. Id disertis verbis refertur in *Catalogo Scriptorum Britanniæ*, (b) ex testimonio Joannis Lelandi, à quo Joannes idem Pascall, *alumnus cœnobij Carmelitani Gippeswicensis* nuncupatur. Ex eodem Lelando hæc scribit Joannes Pitseus: *Ioannes Paschallus, natione Anglus, patriâ Suffolcensis, Ordinis Carmelitani, in cœnobio Gippeswicensi Monachus, & Sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis.* Consequenter scribit eum fuisse Episcopum Scutarensem, & Suffraganeum Norwicensem, annuente Papâ Benedicto XI. (legendum XII.) ac deindè assumptum Episcopum Landavensem.

(a) pag. 636.

Scutarensis *seu* Scutarensis *al.* Scodrensis.

(b) auct. Jo. Balæo cent. 5. pag. 446.

Ioannes Reuter, Episc. Hipponensis.

3291. Fr. Joannes Reuter, *Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Professor, electus est Episcopus Hipponensis, & institutus Suffraganeus Herbipolensis, ut posset exercere Pontificalia in Diœcesi Herbipolensi; die 9. Octobris, anno 1528. Ad supplicationem Dom. Conradi Episcopi Herbipolensis.* Ex *Actis Consistorialibus Clementis VII.* Herbipolensis Episcopatus in Germania gaudet titulo Ducis Franconiæ, seu Franciæ Orientalis (c). De Joanne præfato in monumentis Conventûs Herbipolensis memoratur: eum fuisse alumnum, & Priorem Conventûs Ravenspurgensis: Anno 1526. in Capitulo Bambergæ celebrato, electum Provincialem Provinciæ Germaniæ Superioris: anno 1528. factum Suffraganeum Herbipolensem: anno 1536. die 8. Februarij obiisse, sepultum ibidem juxtà introitum Sacristiæ, in choro, erecto ei in pariete epitaphio lapideo, effigiem ipsius exhibente in Pontificali habitu, cum hac circumscriptione: *Anno 1536. die VIII. Februarij obiit Reverendus in Christo Pater & Dominus Ioannes Episcopus Hipponensis, Suffraganeus Herbipolensis, sacri Carmelitarum Ordinis olim Provincialis, in hoc cœnobio sepultus.*

(c) Ita Miræus Notit. Episc. l. 5.

3292. Fr. Joannes Stanbery, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Bangorensis, sub Metropoli Cantuariensi, quarto Nonas Martij, anno 1448. ex libro Provisionum, sub Nicolao V. anno primo.* Rursùs idem *Ioannes Episcopus Bangorensis translatus est ad Ecclesiam Herefordensem, septimo Idus Februarij, anno 1453. ex libro Provisionum, sub Nicolao V. anno 5. & 6.*

Ioannes Stanberij, Episc. Bangorensis: translatus ad Herefordensem:

Meminit Joannis nostri, disertè nuncupati Carmelitæ, Franciscus Godwin, (a) eumque tradit fuisse 28. Antistitem Bangorensem, subjungendo, consecratum fuisse in Episcopum anno 1448. atque ipsum (b) inter Episcopos Herefordenses recenset ex Joanne Lelando. Verùm sequentia ex suo penu addidit: [Miror Lelandum, inter cæteras Joannis Stanberij virtutes, fidelitatem Principi suo, ac Patrono, etiam in adversis constantissimam, non celebrasse. Hunc etenim, quamquàm multis cladibus afflictum, dùm non sustinet deserere, capitur ab hoste, in prælio Northantonensi, die 10. Jul. an. 1460. & in arce Warwicensi longo tempore carceri mancipatur. Ludloæ in Carmelitarum cœnobio obiit die 11. Maji 1474. Tumulo ejus, quem situm vidimus à Septentrionis parte summi altaris, hæc carmina legimus insculpta, seculi illius barbariem redolentia:

(a) de Præsul. Angliæ pag. 649. n. 28.

(b) pag. 544. n. 59.

fidelitas ejus in adversis constantissima:

Epitaphium.

Marmoris hæc Fossa tetra Petra contegit ossa
Stanbery Pontificis, Carmelitaque Ioannis.
Doctoralis erat sibi regnans fama per orbem.
Criminis, ô Christe, petimus, quò tergere sordem.
Qui Bangorensem lustro rexit benè Sedem:
X. bino post I. simul hanc decoravit & edem.
Hunc commissogrege lupum sibi quando fugavit,
Mors cum dente cruento trux tunc bellua stravit.
Anno M.C. quater L. X. quoque bino.
Quatuor his junctis, in templi tempore Festo.
Qui legis hæc, ora pro Præsule mente benignâ,
Vt sint absque mora sibi cœlica gaudia digna.]

Hactenùs ex præfato Godwin. Meminit Stanberij Arnoldus Bostius, illi contemporaneus, cognominans *Scanberi* (c) & Joannes Trithemius (d) atq; alij. Nicolaus Harpsfeldius, & Joan. Pitseus referunt, eum fuisse Eduardo IV. Angliæ Regi à secretis confessionibus: Pitseus scriptorum ejus catalogum texit (e).

(c) n. 3060.

(d) n. 3115.

(e) De Anglìæ illust. Script. ad an. 1474.

Ioan. Swafham Anglus,

3293. Joannes Swafham, vel *Swafhamus* (Jacobum Waræum lib. 2. de Scriptoribus Hiberniæ, (f) loquentem audis) *Fortè Swafhamæ natus, in agro Norwicensi, cœnobij Linnensis Carmelita, & S. Theologiæ Doctor Cantabrigiæ, Episcopus Clonensis, sub Archiepiscopo Cassiliensi à Papa provisus, consecratus est an. 1363. indè Bangoram in Wallia Gregorij XI. Bullâ translatus est, sexto Nonas Iulij 1376. Interfuit Synodo Stanfordiæ coactæ, anno 1392. quâ Ioannis VVicleſi libri damnati sunt: è vivis excessit circà annum 1399. Hunc perperàm Nicolaus Harpsfeldius Episcopum Menevensem appellat in historia VVicleſiana, cap. 15.* Ita disertè scribebat Waræus anno 1639.

(f) pag. 126.

Episc. Clonensis, deinde Bangorensis.

quo

Digitized by Google

quo illud opus Dublinij lucem vidit. Ad annum posteà 1658. publicavit Londini opusculum aliud, de Hiberniæ antiquitatibus, in cujus capite XXIX. (a) cùm sermonem instituat de Cathedrali Ecclesia Clonensi, S. Colmano dicata, subjungit: *Ex hujus Sedis archivis antiquis, nunc solùm (quod ego sciam) supereſt Rotulus, quem Pipam Colmani vocant, inchoatus anno 1364. tempore Ioannis Swaffami Carmelitæ, S. Theologiæ Doctoris, tunc Clonensis, posteà Pangorensis in VVallia Episcopi.* Hæc Waræus accuratus Scriptor. Item commemoratur Joannes noster à Francisco Godwin, (b) illis verbis: *Episcopus 21. Bangorensis fuit Ioannes Svvaffam, Linnensis cœnobij Carmelitæ, & Academiæ Cantabrigensis Theologus magnus.* Ex Lelando hæc de eodem refert Pitseus (c). *Vir magnæ pietatis, paris doctrinæ, incredibilis zeli, quique strenuè, si quis alius, in eo laboravit, ut rapaces illos VVicleffianæ sectæ lupos, à grege Dominico quàm longissimè arceret. Hos gladio verbi divini confodere, hos calamo proterere in animo statuit. Extant adhuc ejus libri invictæ virtutis testes amplissimi.*

(a) pag. 329.

(b) pag. 648.

Theologus Magnus.

(c) de Angliæ illustr. Script.

Ioannes Villicus: de quo hîc suprà, sub nomine Ioannes Maeyer.

Ioan. Waltinarij Episc. Milmensis,

3294. Fr. Ioannes Waltinarii, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Milmensis, nonis Martij, anno 1430.* ex *Actis Consistorialibus Martini V.*

Ioan. Episc. Bosanensis, seu Bosensis,

3295. Fr. Ioannes, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Bosanensis, in Insulâ Sardiniæ 2. Nonas Februarij anno 1450.* Ita legitur expressè in *libro Provisionum, sub Nicolao V.* Est autem *Bosa, Bossa, Bosi* Urbs Episcopalis sub Archiepiscopatu Tarritano in Sardinia. (d)

(d) Aub. Mir. lib. 5. Not. Episc.

Ioan. Episc. Folienſis.

3296. Fr. Ioannes Ordinis Carmelitarum, Episcopus Folienſis: aderat Genuæ, die 19. Februarij, anno 1383. uti expressè legitur in originali instrumento, asservato in Archivio Reipublicæ Genuensis, cujus integram copiam ad litteram inserit Carolus Speronus, patritius Genuensis, in opere Hispano-Italico, sub titulo: *Regia Majestas Serenissimæ Reipublicæ Genuensis* (e).

(e) tit. 9. pag. 137. (edit. Genuæ an. 1669.)

Ioannes Episcopus Tiberiad.

3297. Ioannes, *Ordinis Carmelitarum, provisus est Episcopus Tiberiadensis, sub Metropoli Nazarena: decimo quarto Kalendas Maji, anno 1442.* ex *libro 2. provisionum Eugenij IV. anno XII.*

Ioan. Episc. Albertensis, suffrag. Wormat.

3298. Fr. Ioannes, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Albertensis, in partibus Infidelium, & institutus Suffraganeus VVormatiensis, ut posset exercere Pontificalia in Diœcesi VVormatiensi: die 3. Septembris anno 1492.* ex *Actis Consistorialibus Alexandri VI.*

Ioannes Patriarcha Hieroſol.

(f) n. 1254 & 1261. ac seq. & 1267. ac seq. ac 1286.

(g) n. 1967. & seq.

(h) n. 1235. & seq.

3299. B. Ioannis, Frater S. Angeli Martyris, Patriarcha Hierosolymitanus, cujus vita etiam inserta est vitæ S. Angeli hîc suprà, parte IV. ad diem V. Maji, cap. 2. 4. 5. 7. (f) peculiariter etiam de eo actum est ad diem 13. Julij. (g) B. Joannis successor fuit Enoch, natione Hierosolymitanus, de quo hîc suprà (h) etiam Carmelita. Fuit & alius Ioannes, itidem Carmelita, de quo Galesinius, Ferrarius, & Bollandus ad XII. Januarij: & etiam Molanus his verbis: *S. Ioannis, Episcopi Hierosolymitanæ Ecclesiæ, Ordinis Carmelitæ professoris*: de quo plura hîc suprà (i).

(i) n. 384. & 2151. & seq.

Iulianus Isopus Episcop. Montis Marani, non Marianensis in Corsica.

3300. Julianus Isopus, vel *de Isopo*, Italus, Neapolitanus, Ordinis Carmelit. institutus est Episcopus Montis-Marani in regno Neapolitano, die 1. Aprilis anno 1493. Non rectè Ughellus, *tomo* 4. *Italiæ sacræ* Fratrem Julium de Isopo Carmelitanum facit Episcopum Marianensem in Corsica: cùm tamen *tomo* 8. ponat Julianum de Isopo Episcopum Montis-Marani, qui Ecclesiam istam Cathedralem consecravit. Igitur de Juliano nostro Carmelita debent intelligi, quæ Ughellus habet *tomo iiio* 8. quia in *libro 61. Bullarum Alexandri VI. folio 95.* legitur expressissimè electio nostri Juliani, illis verbis: *Iulianus de Isopis, Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, & S. Theologiæ professor, electus est Episcopus Montis-Marani, Kalendis Aprilis 1493.* Nuncupatur autem Iulianus à præfato Ughello (a) ex *Ordine Carmelitano, Verbi Dei declarator eximius, doctrinâ, & eruditione apud omnes illustris.*

(a) tom. 4. Ital. sacræ, de Episc. Marianens.

Iulius Superchius, Vicarius Gen. Congr. Mantuanæ, Episcopus Accienſis,

3301. Iulius Superchius, Italus, Mantuanus, Sacræ Theologiæ Magister, & Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ institutus anno 1557. Electus est Episcopus Accienſis in Corsica, die 14. Februarij 1560. uti expressè habetur in Actis Consistorialibus. Venit Tridentum ad Sacrum Concilium, ingressus eam urbem die 11. vel 12. Augusti 1561. ubi concionem ad Patres habuit Dominicâ Sexagesimæ, quæ incidit primâ die Februarij 1562. Carus summoperè Guilielmo Mantuæ Duci, ejus operâ, & nominatione in Abbatem Ecclesiæ Ducalis Collegiatæ S. Barbaræ Mantuæ assumptus est. Promotus deindè Episcopus Crapulensis, sub Dominio Veneto, die 30. Januarij 1563. uti legitur expressè in Actis Consistorialibus: assumitur postmodùm in Suffraganeum Venetiarum, à Joanne Trivisano, Patriarcha Veneto. Tandem mortuus creditur ad annum 1585. Laudatur Iulius noster ab Antonio Petro Philippino, in *Historia Corsica*, (b) Ab Hyppolito Donesmundo in *Historia Mantuana* (c) à Cardinali Sfortia Pallavicino *in Historia Concilij Tridentini*, (d) Ughellus Tomo 4. (e) & 5. *Italiæ Sacræ*, dum agit de Iulio nostro, in nonnullis emendandus ex jam dictis, desumptis ex Actis Consistorialibus.

Abbas Ecclesiæ Ducalis; Episcopus Crapulensis.

(b) lib 10. ad an. 1559.

(c) parte 2. lib. 8. & alibi.

(d) lib. 19. c. 13.

(e) De Episc. Accienſ. & De Episc. Capiulenſ.

L

Laurentius de Burellis, * Dicitur etiam Ciſtaricenſis & Ceſteronenſis à Ciſteron: Ita Miræus.

3302. Laurentius de Burellis, *Ordinis Carmelitarum, Doctor Theologus, & Confessor Regis Christianissimi, creatus est Episcopus Sistaricensis,* * *sub Metropoli Aquensi, die 15. Maji, 1499.* Ita legitur *in Actis Consistorialibus Alexandri VI.* In opere, inscripto *Gallia Christiana* (f) hæc de Laurentio nostro leguntur: quòd fuerit *Divionensis Carmelita, Theologus Parisiensis, ac facundus ævi sui concionator, Caroli*

(f) impress. Parisiis an. 1656. to. 3. tit. *Episcopi Ciſtaric.*

Digitized by Google

VIII. & Ludovici XII. Regum Franciæ à confessionibus; cùm fuisset Provincialis Narbonensis eligitur Episcopus 1499. (a) *obiit annò* 1504. *Blesis 5. Julij: cadaver quieſcit ad Aurelianenſes, cor verò apud Divionenſes, quorum indigena.* Trithemius in libro hîc suprà recensèt volumina, quibus nomen suum notificavit: Episcopatûs ejus non meminit; ad quem nondùm assumptus erat, quandò ista scribebat. In monumentis Narbonæ Provinciæ Carmelitanæ, & Conventûs Divionensis (de qua hîc suprà *b*) hæc de illo traduntur: [Laurentius Burellus, aut Burelli, in Burgundiæ viculo, qui *Lienais* dicitur, natus est humilibus parentibus, atque adèò egenis, ut Laurentius Divionem, Ducatûs Burgundiæ Metropolim, adhuc puer veniret, & stipem ostiatim corrogaret. Cùm adolescentulus in quodam Divionensi diversorio mediastinum ageret, occurrit fortè illustri ac diviti fœminæ, quæ novemdialibus compreeationibus ad aram B. Mariæ Virginis *de Recuperantia*, apud Carmelitas Divionenses, signis etiam pereelebrem, enixè sobolem solita erat efflagitare. Illa elegantem atque industrium intuita adolescentulum, quasi è vetustis laciniis erumpentes subtilioris ingenij radios advertens, verosimiliter à Deo mota, talemque sibi à Deipara Virgine concessum filium rata, eum illo egit de ejus adoptione, in litteris informatione, imò & inter Carmelitas futura admissione. Annuit adolescentulus, & in Conventu Carmelitarum Divionensium admissus, humilibus culinæ applicatur obsequiis: quæ eâ dexteritate & diligentiâ obivit, ut studiis subcesivas etiam horas concederet, primaq; litterarum elementa, quasi sine magistro superaverit, & juniorum lectionibus audiendis latenter intentus, Grammaticês fundamenta brevi tempore assecutus fuerit. Cùm igitur memoriæ tenacitate, & ingenij sagacitate, ac judicij maturitate præditus conspiceretur, ad Carmelitani Ordinis habitum admissus fuit: expleto tyrocinio, peractisque studiis aliis, & sacris Ordinibus initiatus, decreto Capituli Provincialis Provinciæ Narbonæ (quod Aureliaci Arvernorum cum Capitulo Generali celebratum est anno 1469. Præside Reverendissimo P. B. Joanne Soreth) Parisios, studiorum causâ dimissus, evasit in eximium scientiâ, pietate, & eloquentiâ Theologum. Parisiis enim anno 1473. Sacras Litteras, & anno 1476. Magistrum Sententiarum eruditissimis commentariis publicè, maxima cum laude, illustravit: undè Theologiæ lauream, solemni more, plaudentibus Sorbonæ Magistris, adeptus est anno 1480.

3303. Hinc reversus ad suos, è sacro pulpito de rebus divinis ad Reges, ad Clerum, ad populum, tùm Lugduni, tùm Parisiis, tùm Divione, & alibi, annis plurimis eâ dixit ubertate, vi, & eloquentiâ, quæ Christiani, acerrimique concionatoris nomen illi apud omnes meruit. Neque minori loco fuit Fratribus suis, à quibus in Capitulo Clavallensi anno 1493. Præside Reverendissimo P. Pontio Raynaudi Generali, Provincialis Narbonæ electus, in Capitulis sequentibus unanimi omnium calculo confirmatus est. Institutus interim à Reverendissimo Pontio Raynaudo Vicarius, seu Commissarius & Visitator Generalis in Provincia Angliæ, Kalendis Junij 1494. accedente Henrici Anglorum Regis consensu, diplomate regio dato 3. die Augusti: eodem anno 1494. Angliæ Provinciam visitavit, ac Capitulum Provinciale celebravit. Jam ante per Galliam famâ ejus pererebescente, à Rege Franciæ Carolo VIII. ejusque conjuge Regina Anna in Confessarium adscitus fuerat, ac deindè etiam à Ludovico XII. Denique præfato anno 1499. ad Sitaricensem Episcopatum assumptus fuit. Exindè publicis Ecclesiæ, adversùs hæreticos asserendæ negotiis totum se dedit: inquisivitque anno 1501. per Delphinatum de Valdensibus hæreticis, accepto propterea ab Alexandro VI. & Ludovico XII. Rege utriusque potestatis gladio; quô tamen feriit neminem. Ecclesiæ Sistaricensis jura restituit, censualesque codices instauravit. Deindè ad alia Regis, & regni negotia anno 1502. adhibitus fuit. Denique ineunte anno 1504. Julij II. Pontificis Maximi Nuncius Apostolicus ad Maximilianum Imperatorem delegatur, subindeque ad Ludovicum Francorum Regem, qui Laurentium nostrum illius ipsius Legatum ad eum destinavit, ut amicitiam, & opem adversus Venetos, suo nomine, efferret Pontifici. Neque in tanta rerum arduarum varietate, negotiorum mole oppressus, animum à suis Carmelitis prorsùs avertit; postquàm enim Conventum Lugdunensem campanili, campanisque instruxisset, hortoque majore, & ædificiis auxisset, atque aliis Narbonæ Conventibus nova contulisset beneficia; demum suo Divionensi instaurando intentus, restitutis Claustro, & Capitulo, auctâque luculenter bibliotheca, sacrisque plurimorum Sanctorum lipsanis ditato insigniter Sacrario, & à fundamentis extruere cœpit insignem conventûs ejusdem Ecclesiam: at non perfecit, cùm manum maturiùs amovisset Laurentio suprema dies, quinta scilicet Julij anno 1504. In istius Ecclesiæ Divionensis choro cor ejus conditum est, sub lapide sepulchrali, cui inciſum legitur hoc breve epitaphium: *Cy giſt le cœur de Monſieur Laurens Bureau, Provincial de Narbonne, puis Confeſſeur du Roy Charles VIII. & Loïs XII. Eveſque de Ciſteron, Religieux de ceans: qui trepaſſa à Blays 5. de Iulet 1504. le corps giſt à Orleans, aux Carmes.* Ex his emendari debent auctores nonnulli de loco, & anno obitûs.

3304. Fr. Laurentius Ducis, *aliàs* Hertoche, *Prior Conventûs Antuerpienſis, Ordinis Carmelitarum, ſacræ Theologiæ Profeſſor, electus eſt Epiſcopus Ebronenſis, in partibus Infidelium, & inſtitutus Suffraganeus Trajectenſis, ut poſſit exercere Pontificalia in diœceſi Trajectenſi, die* 12. Januarij

(a) in alio opere impreſ. an. 1616. ſcribitur *electus an.* 1494. ſed error eſt in numero.

(b) *ubi de* Jacobo Maiſtret,

natione Burgundus,

adoleſcentulus prima literarum fundamenta ſine magiſtro aſſecutus:

Carmelitano Ordini aggregatur.

ſcientia, & pietate cumulatur:

concionator eximius:

Confeſſarius Regum 2. & Regina Franciæ.

Nuncius Apoſtolicus ad Maximilianum Imp.

Ordini ſuo munificus:

obitus:

epitaphium.

Laurentius Ducis,

Epiſc. Ebronenſis, Suffragan. Trajectenſis.

Digitized by Google

Ianuarij anno 1530. ex *Actis Consistorialibus Clementis VII.* Obiisse Laurentium Ducis nostrum ad annum circiter 1538. ex eo maximè constat, quia vergente hoc anno, sub die 30. Octobris provisa est Ecclesia Ebronensis, vacans per obitum ipsius. Professione fuit Carmeli Mechlinien sis: post studia, Parisiis, & alibi completa, Philosophiam, & Theologiam docuit Mechliniæ, ibi etiam diversis functus officiis, usque ad annum Christi 1523. Tunc Prior fuit electus, & institutus Lector principalis Antuerpiæ: indè tandem assumptus fuit in Episcopum, & Suffraganeum: & in Prioratu illi suffectus fuit Martinus Cupërus, postmodùm etiam assumptus in Episcopum: de quo hîc infrà.

3305. LAURENTIUS ENCINAS, & Bartholomæus, gemelli, ex honoratæ familiæ conjugibus, Bartholomæo Diaz, & Franciscæ de Encinas (hinc & ipsi cognominati *Diaz de Enfinas*) Toleti nati sunt, exeunte Mense Martio, anno 1599. Ambo se se dicârunt Deo, & B. Virgini de monte Carmeli, in ejus Ordine, in quo non vulgarem acquisierunt eruditionem. Bartholomæus inter Scriptores suæ nationis recensetur in Bibliotheca Hispanica, Romæ edita (a) ubi etiam memoria est Laurentij, qui Sacræ Theologiæ Magister, & publicus ejusdem Facultatis Professor primarius, in Academia Toletana, Prior patrij cœnobij, in quo professionem emisit die XI. Augusti 1616. & Provinciæ Castellæ Provincialis: nec non S. Inquisitionis Qualificator. Institutus est Episcopus Ugentinus, in Regno Neapolitano, die 28. Julij 1659. consecratus Romæ die 17. Augusti ejusdem anni, per manus Marci Antonij Cardinalis Francioti. Non diu superstes obiit die 23. Novembris 1660. ibique jacet in Ecclesia Cathedrali, simul cum Augustino Barbosa celeberrimo Jurisconsulto, Prædecessore suo: cui pridem amicitiæ vinculo junctus fuit.

(a) To. 1. pag. 151.

Laurentius Enfinas, Hispanus,

Episc. Ugentinus.

3306. LAURENTIUS LAURETUS, Italus, Venetus, natus Venetiis die 27. Septembris anno 1534. in patria professionem emisit: Sacræ Theologiæ Magister, ac pluribus in locis, Cremonæ scilicet, Patavij, ac Romæ Professor, nec non in ejusdem urbis gymnasio publicus Lector: patrium cœnobium Prior, Venetam Provinciam bis, semelque Romanam Provincialis rexit: nec non Procurator Generalis totius Ordinis extitit. Affuit Theologus Sacro Concilio Tridentino, ibique ad Patres bis oravit, primùm Dominicâ 4. Adventûs anno 1561. iterùm Dominicâ 4. Adventûs anno 1562. excusis non semel prædictis orationibus. Item concionem in eodem Concilio habuit Dominicâ XII. post Pentheccosten anno 1562. Institutus est Episcopus Adrien sis, in statu Veneto, die 13. Februarij anno 1591. consecratus fuit in Ecclesiâ Transpontina de Urbe. Tandem Venetiis moritur 29. Januarij 1598. ibique jacet in templo Carmelitarum. cum sequenti epitaphio: *Laurentius Lauretus, Venetus, Carmelitâ, Episcopus Adria: sanctimoniâ, sapientiâ, omni laudis excellentiâ præclarus: Orator, Philosophus, Theologus summus: in Concilio Tridentino admirabilis: apud Gregorium XIV. Pontificem Maximum, qui eum Episcopum fecit, singularis: apud omnes summis honoribus dignus existimatus: multis bonis hôc templo, & monasteriô aucto, pòst annum ætatis LXIII. Episcopatûs VII. sua hîc ossa sepeliri mandavit. Obiit IV. Kalendas Februarij MDIIC.* * Laudatus est in funere ab Antonio Ricco bono 4. Nonas Februarij eodem anno 1598. editâ Oratione funebri Patavij eodem anno. Hieronymus autem Rubeus, in *historia Ravennate*, (a) vocat Laurentium nostrum *præstantissimum Theologum*: aliique Nomenclatores in suis Catalogis eum recensent. Ughellus in opere suo *Italia sacra* (b) hæc de eo scribit: *Laurentius Laurettus, Venetus, ex Ordine Carmelitarum, insignis Theologus in Tridentino Concilio ob insignem, spectatamque doctrinam inclaruit; quamobrem à Gregorio XIV. est creatus Episcopus anno* 1591. *die* 13. *m. Februarij. Septem omninò annos Adriensem administravit Ecclesiam, decessitque Venetiis* 1598. *sepulturam habuit apud suos Carmelitas.* Consequenter refert ejus epitaphium, quod jam præcessit. * Eruditionis ejus monumenta Possevinus, & alij recensent.

ejus epitaphium:

*id est 1598.

(a) lib. 10. ad an. 1564.

(b) tom. 1. sub tit. *Adrienses Episcopi.*

* *Sed loco:* Obiit Kal. Jan. *leg.* IV. Kal. Jan.

Laurentius Lauretus, Venetus,

variis functus muniis,

clarus in Concilio Tridentino,

Episc. Adrienfis.

3307. LEONARDUS LERIA, Patritius Vercellensis, professionem emisit die 2. Iunij 1626. in Conventu Canepinæ Provinciæ Romanæ. In eadem Conventum Sulmonensem rexit Prior: missus deindè in Bohemiam Commissarius Generalis, per sexennium, & ampliùs ibi mansit. Institutus est Episcopus Minorensis anno 1649. die 22. Martij (non 22. Iunij sicut *tomo 7. Italiæ sacræ* scribitur.) Consecratus fuit in Ecclesia Transpontina sui Ordinis die sextâ Aprilis, ejusdem anni, per manus Ciriaci Cardinalis Roccij. Anno 1670. ultrò renuntiavit Episcopatui, & recessit Neapolim, ubi ad diem sextam Augusti 1671. mortuus, sepultus est ibidem in templo S. Mariæ de Concordia, Ordinis Carmelitarum. Est autem Episcopatus ille in regno Neapolitano.

Leonardus Leria,

Commissar. Gen. in Bohemia,

Episc. Minorensis.

3308. LUCAS MATTHÆUS CARACCIOLUS, Italus, Patritius Neapolitanus, ex illustris. familia Caracciolorum, Sacræ Theologiæ Magister: institutus est Episcopus Lesinensis, in regno Neapolitano, die 4. Augusti 1507. mortuus Neapoli anno 1526. ibique in Ecclesia amplissimi Hospitalis S. Mariæ Annuntiatæ sepultus, sub hoc epitaphio: *Lucas Matthæus* * *Caracciolus Ord. Carm. ac S. Theologiæ professor, Episcopusque Lesinensis, hôc Sacello suos custodiri cineres C. An. MDXXVI.* Laudatur à Cæsare Caracciolo in *Neapoli Sacra* (c) relato ejusdem epitaphio (d). Agit de eodem Ughellus illum referens inter *Lesinenses Episcopos.*

Lucas Matthæus Caracciolus,

Episc. Lesinensis.

* *al.* Caracciolus.

(c) pag. 401

(d) pag. 414

3309. LUDOVICUS MALASPINA, Italus, alterius Ludovici Malaspina ex Eleonora Diana conjuge, filius, natus est Carrariæ in Diœcesi Sarzanensi die 14. Julij 1626. fuit autem

Ludovicus Malaspina, filius Marchionis,

Digitized by Google

autem prædictus Ludovicus parens (sicut & hodie ejus posteri) Marchio Pontis, aliorumque oppidorum Dynasta, atque unus ex Proceribus antiquæ juxtà & nobilis familiæ Malaspinæ, quam unam ex primariis totius Italiæ vocat cum aliis, diligentissimus Abbas Michaël Justinianus, *Tomo* 3. *epistolarum memorabilium* (a). Noster verò Ludovicus habitum Carmelitanum induit Florentiæ die 6. Novembris 1639. ibique, absoluto tyrocinio, in legitima ætate constitutus, professionem emisit die 20. Julij 1642. Postmodùm litteris operam dedit, & Sacræ Theologiæ Magister institutus, Genuæ, Florentiæ, & Romæ Regens eamdem Facultatem diu docuit. Adhæc Consultor S. Inquisitionis in universo Dominio Florentino assumitur, cœnobium Prati in Provincia Tusciæ rexit, atque hujus Provinciæ electus est Provincialis in conventu Emporij, die 8. Junij 1656. Præses item fuit Comitiorum Provincialium, cùm anno 1665. in Provincia sua Tusciæ, tùm anno 1670. in Provinciis Calabriæ, Neapolis, & S. Mariæ à Vita, nec non sequenti anno 1671. Taurini in Provincia Pedemontij. Fuit pariter Assistens Generalis totius Ordinis Carmelitarum pro Italiæ Provinciis, institutus in Capitulo Generali Romæ 1666. Dùm in Urbe moram trahit, Sacræ Congregationis Indicis Consultor destinatus est. Pòsthæc creatus fuit Episcopus Burgi-sancti-Sepulchri in Tusciæ, die 8. Februarij anno 1672. XV. in ordine Antistes ejusdem Ecclesiæ à sua erectione. Romæ item consecrationis munus suscepit die 25. ejusdem mensis, & anni (pariter cum Sebastiano ab Alexandro etiam Carmelita) per manus Benedicti Cardinalis Odescalchi, Assistentibus Jacobo de Angelis Archiepiscopo Urbinate, & Friderico Baldeschо Archiepiscopo Cæsareæ. Possessionem Sedis, & Ecclesiæ accepit in die S. Marci 25. Aprilis prædicti anni 1672. Vivit adhuc: * Diu vivat.

(a) epist. 128.

à prima juventute Carmeli habitum suscepit,

variis functus muniis,

eligitur Episcopus.

* sub initium anni 1676.

3310. Ludovicus * à Vinea, Ordinis Carmelitarum, Gallus, Avenione, ex Jacobo Vigne, & Bartholomæa Ponsonia parentibus ortus est, atque ibidem in Ecclesia Collegiata & Parochiali S. Symphoriani, die 30. Octobris, anno 1558. sacro baptismate ablutus fuit. In patrio Conventu habitum religiosum suscepit, & professionem emisit, exeunte anno 1574. Item in patriæ Academia, sub die 30. Junij anno 1586. Lauream Doctoralem obtinuit, & Theologorum Collegio aggregatus est. Interea cœnobium idem Avenionense Prior rexit, ac totius provinciæ Provinciæ Præfectus Provincialis institutus est anno 1593. celebratis Comitiis Arelate. Insignis extitit Concionator, magnamque famam sibi comparavit, in pluribus, iisque nobilioribus Templis Galliæ, verba è Suggestis faciens. Hinc apud Henricum IV. Regem Christianissimum notus, & in pretio habitus, nominatus est Antistes Utiensis in Gallia. Igitur die 18. Septembris 1598. electus est Episcopus Uticensis, in Occitania, sub Metropoli Narbonensi, quinquagesimus quintus in serie Antistitum illius Ecclesiæ. Posteà sub mense Decembris munus consecrationis suscepit in Ecclesia sui Ordinis, & patriæ. Episcopus jam institutus, & Uzeciæ residens, plura Pastoralis sollicitudinis opera, per annos fermè viginti duos, tàm in urbe, quàm in Diœcesi, continenter egit. Affuit interim Synodo Provinciali Narbonensi, celebratæ anno 1609. ipseque non semel diœcesanam Synodum congregavit. Tandem in patria, die 20. Novembris, anno 1620. ætatis suæ 62. spiritum Deo reddidit, sepultus in Ecclesia Carmelitarum, intrà Sacellum B. V. Mariæ de monte Carmelo.

Episc. Vicensis.

ædepta Laureâ Doctorali, Provinciali, concionator percelebris,

** seu Vigne.*

Ludovicus à Vinea, Gallus, Aven.

M

3311. Marcus Contareno, Venetus, clarissimâ familiâ procreatus, Archiepiscopus Corphiensis, in Insula ejusdem nominis, hodiè Corfu, quiescit in templo Veneto sui Ordinis Carmelitarum, prostante ibi hoc epitaphio: *Hic jacet F. Marcus Contareno, Ordinis Carmelitarum, Archiepiscopus Corphiensis, qui obiit MCCCX. die XIV. Novembris, nona Indictione.*

Marcus Contareno, Venetus, Archiepisc. Corphiensis.

3312. Marcus Morelio, Ordinis Carmelitarum Conventûs Venetiarum Prior, Episcopus Democensis, in Sclavonia, sub Metropoli Spalatensi, aderat Venetiis die 6. Aprilis, anno 1348. quâ ipsâ die Ecclesiam sui Ordinis ibi solemni ritu consecravit. Prostat facti memoria in lapide, hodieque extante in eadem Ecclesia, sequenti inscriptione ibi exarata: *An. Domini MCCCXLVIII. die VI. Aprilis, consecrata fuit ista Ecclesia, per Reverendissimum P. Fr. Marcum Morello, Episcopum Democensem, Ordinis Carmelitarum, & sex alios Episcopos: tempore Prioratûs Fratris Catharini de Venetiis.* Obiit die III. Junij, an. MCCCXLIX. uti legitur in Necrologio Conventûs Venetiarum.

Marcus Morello, Episc. Democensis, seu Domocensis.

3313. Martinus de Acuña Hispanus, ex Hispalensi Diœcesi, alumnus Conventûs Escazeni, in eadem Diœcesi, Theologus Petri Gironij Ducis Osunæ, & Neapolitani Pro-Regis: institutus est Episcopus Liparensis, seu Liparitanus (Lipara Insula est Siciliæ adjacens) die 11. Decembris 1585. Mortuus est Hispali in Hispania ad annum 1591. Advertit Ughellus tomo 7. *Italiæ Sacræ*, (a) Martinum nostrum, à se tom. 2. Italiæ sacræ in Appendice, columnâ 1059. inter Episcopos Liparenses relatum; fuisse Ordinis Carmelitarum: fallitur autem in die electionis.

Martinus de Acuña, Hispanus,

Episc. Liparensis.

(a) in Append. col. 1406.

3314. Martinus * Cuper, *Ordinis Carmelitarum, Magister in Theologia, electus est Episcopus Chalcedonensis, die 14. Novembris 1541. ex Actis Consistorialibus Pauli III.* In antiquis monumentis Carmeli Mechlinensis, in catalogo Fratrum Professorum legitur: *Fr. Martinus Cupèrus, Mechlinensis, professus est anno*

** al. Cupèrus.*

Martinus Cupèrus Episcopus Chalced. Brabantin. Mechlin.

Digitized by Google

Doctor. Lovan.

anno 1520. 7. *Octobris*. In Fastis Lovanienſibus, auctore Valerio Andreâ, ſub titulo: *Doctores S. Theologiæ, qui ſupremum hunc titulum adepti Lovanij*, annotatur: PROMOTIO ANNO MDXXXIV. DIE XXV. AUGUSTI. *Martinus Cupêrus Carmelita*. In libro Provinciæ Alemaniæ Inferioris (ſub qua tunc erant Conventus Antuerpienſis, & Mechlinienſis, ac alij in Brabantia &c.) hæc de illo memorantur: [Anno 1567. quo Sereniſſima Princeps Margarita, Hiſpaniarum Regis ſoror, venit in Belgium, Calviniſtæ ex civitatibus proſcribuntur, divina in templis reſtituuntur: Religioſi ſua monaſteria recipiunt: eoque

Antuerpiæ altaria prophanata conſecrat.

anno D. Martinus Eccleſiam Cathedralem B. Mariæ Virginis Antuerpienſem, ab hæreticis profanatam, cum omnibus altaribus, novâ conſecratione reconciliavit die 19. Maji: quod idem in Regularium Eccleſiis præſtitit. Die quoque 24. Maji Sabbato Quatuor-temporum Pentecoſtes, ſacros Ordines in choro dictæ Cathedralis Eccleſiæ contulit: ubi poſteà in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti, in gratiarum actionem, ordinatâ, & inſtituta fuit ſolemniſſima totius Cleri, & populi proceſſio, in qua Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dom. D. Maximilianus de Bergis Archiepiſcopus Cameracenſis Venerabile portavit, totuſque Clerus Secularis, & Regularis, cum candidis cereis præcedebant, ipsâ Sereniſſimâ Principe comitante. Obiit autem in Abbatiâ * Van der Vorſt, juxtà Bruxellas, cujus eſt tale epitaphium: *Anno 1572. obiit in bona ſenectute Reverendiſſimus Pater & Dom. Martinus Cuperus Epiſcopus Chalcedonenſis, Archiepiſcopi Cameracenſis Suffraganeus, & Abbas Monaſterij, Ordinis S. Benedicti, S. Landelini, inter Montes-Hannoniæ, & Valencenas ſiti, ex Ordine Carmelitarum poſtulatus, & aſſumptus, qui multas Eccleſias, & altaria ab hæreticis prophanata denuò reconciliavit, & conſecravit.*] Ferè eadem de geſtis ejus Antuerpiæ commemorantur in libro MS. *de memorabilibus, quæ Antuerpiæ contigerunt.*

* *al.* Foreſti.

Inter monumenta præfati Conventûs Mechlinienſis extant litteræ datæ, & ſignatæ anno Domini MDLV. die VIII. Julij, quarum hoc eſt initium: *Martinus Cupêrus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Chalcedonenſis, S. Theologiæ Profeſſor, ex Carmelitarum Ordine aſſumptus, nec non Abbas S. Landelini in Criſpino, univerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam:* in quibus Chriſti-fidelibus viſitantibus Sacellum *Fuſcæ crucis*, ſitum extrà, & propè Mechliniam, *Feſtis S. Crucis, & Sanctorum Iacobi Apoſtoli, Martini, Servatij, & Avertani, in quorum etiam honorem illud eſt dedicatum*, concedit *Indulgentias XL. dierum, perpetuis temporibus duraturas*. In Synodo Provinciali Cameracenſi, edita Antuerpiæ anno 1566. ſemel, & iterum ejus memoria fit. Item commemoratur in vita Venerabilis Ludovici Bloſij, apud Bollandum, die 7. Januarij, ubi iſta: [Mortuo Bloſio juſtis funebribus parentatum eſt eâ pietatis pompâ, quæ virum natalibus clarum, ſed virtutum nobilitate clariorem, & jam publicam ſanctitatis famam adeptum decebat. Officium, exequiarum die, peregit Reverendiſſimus Dom. Martinus Cuperus, ex Abbate Criſpinienſi, Chalcedonenſis Epiſcopus, & Cameracenſis Suffraganeus, qui ut vivum Bloſium ſemper amantiſſimè coluit, ita lubentiſſimè ſupremum mortuo honorem impendit.] Antonius Sanderus in *Chorographia Sacra Brabantiæ*, ſub titulo: *Chorographia Sacra Carmeli Mechlinienſis*, hæc, inter alia, de eo tradit: [Reverend. P. Martinus Cuperus S. Theologiæ Doctor, ſextus Prior Antuerpienſis, deindè Conventûs ſui Mechlinienſis Prior, & ſucceſſivè Allemaniæ inferioris Provincialis, demùm Epiſcopus Chalcedonenſis, Suffraganeus Cameracenſis, ac Abbas Criſpinienſis, Ordinis S. Benedicti, tertio à Vallencenis lapide: fuit verò Benedictinis ſuis * XX. illis annis, quibus illis præfuit, chariſſimus, tantumque, moriens, ſui illis deſiderium reliquit, ut ejus oſſa, Foreſtrâ propè Bruxellam, ubi mortem obiit, pòſt octodecim ab illa annos ad ſe deferri curaverint: neſcio majorine ipſorum laude, qui hominem alterius inſtituti, alteriuſque linguæ, ſibi præfectum ità amaverint; an illius, qui ſic ſe amabilem præbuerit.] Hactenùs Sanderus: ibi aliud, & aliquantò prolixius habet ejuſdem Epitaphium: in quo præfata pleniùs enarrantur: in eo etiam notatur obitus ejus in monaſterio de Foreſti prope Bruxellas, an. 1572. & præfata tranſlatio an. 1590. pridie Idus Martij.

Lud. Bloſium amanter coluit juſta funeralia ejus peregit.

* *leg.* XXXI. ſcil. ab an. 1541. ad 1572.

PP. Benedictinus perchorus fuit.

obiit an. 1572. tranſfertur corpus an. 1590.

3315. FR. MARTINUS DE SOTO MAIORI, *Ordinis Carmelit. electus eſt Epiſcopus * Tripolitanus, ſeu Tripolenſis, titularis, in Provincia Philippenſi, ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano, nono Kalendas Octobris anno 1440.* ex *Actis Conſiſtorialibus Eugenij IV.* Fuit autem Martinus noſter Luſitanus, Sacræ Theologiæ Doctor, inſignis eâ tempeſtate Concionator, atque apud Alphonſum V. Regem Portugaliæ munus iſtud cum plauſu exercuit.

Martinus de Sotomaiori Luſitanus Epiſc. Tripol.

* *ſeu* Tripolenſis,

Alphonſo V. Regi Portug. à concionibus.

3316. MATTHÆUS ORLANDUS, Siculus, ex Luca Orlando, & Vincentia de Alberto parentibus natus eſt die 10. Februarij, anno 1610. in oppido Carinis, diœceſis Mazzarenſis. Profeſſionem emiſit Panormi in majori cœnobio die 20. Octobris 1628. Poſtquàm verò ſtudiis Romæ operam dedit, Magiſterij Lauream obtinuit: atque Sacræ Theologiæ Regens inſtitutus, cùm Neapoli in cœnobio Divæ Mariæ à Vita, tùm Florentiæ, & demùm in Urbe, ubi diu moram traxit, eandem Facultatem Fratres ſuos docuit. Adhæc, titulum Provincialis Daciæ primùm, deindè Hiberniæ geſſit: item Procurator Generalis totius Ordinis per annum extitit, aſſumptus in id munus die 7. Aprilis 1659. per mortem eximij viri Joannis Baptiſtæ de Lezana. Celebratis poſtmodùm anno 1660. Comitiis Generalibus, creatus fuit Provinciæ Romanæ Provincialis, eamque per quinquennium moderatus eſt. Tandem

Matthæus Orlandus Siculus.

variis functus muniis.

Digitized by Google

Tandem Prior Generalis,

dem in Capitulo Generali, Romæ die 12. Junij, anno 1666. celebrato, in Priorem Generalem Religionis Carmelitanæ assumitur. In Gallias, tamquam Visitator Apostolicus, missus à Clemente IX. profectus est anno 1668. Plures sui Ordinis Provincias visitavit in Italia, & in Gallia, regulàri observantiæ, & paci conservandæ, aut reparandæ in toto Ordine singulariter intentus. Præses apud Turones affuit Comitiis illius Provinciæ *Turonica* item nuncupatæ: in Italiam reversus, Urbem ingressus est die 27. Aprilis 1670. Pòst hæc à Clemente X. (Noni successore) confirmationem officij Generalatûs in aliud sexennium adeptus, per biennium, & quod excurrit, in Præfectura, usque ad annum 1674. perseveravit. Interea, ex nominatione Regis Catholici, assumptus est in Episcopum Cephaludensem in Sicilia (Cephaludum enim, seu potiùs Cephalædum, vel Cephalædis, Sede Episcopali, sub Metropoli Messanensi, insignis urbs, & vulgò placentissima nuncupata, suum Antistitem Cephaludensem, vel potiùs Cephalæditanum consuevit denominare, uti scribunt Historici Siculi) Præmissis autem, de more inaugurandorum, examine, ac Ecclesiæ præconizatione, creatus est Matthæus noster Episcopus, die 25. Junij, anno 1674. Subindè ad diem primam Julij, in Basilica S. Mariæ Majoris de Urbe, munus consecrationis suscepit per manus Camilli Cardinalis de Maximis, Assistentibus Jacobo de Angelis Archiepiscopo quondam Urbinate, & Francisco Marino Archiepiscopo Amasense. Pòst inaugurationem mansit Romæ noster Matthæus, usque ad diem 4. Maji 1675. eâque die Urbe egressus, Neapolim concessit, indè navi Panormum devectus fuit, ac demùm Cephaludum intravit, cùm jam pridem, sub die videlicèt 15. Augusti 1674. per Procuratorem, Sedis possessionem iniisset. Meminit ejus Petrus de Alva, Ordinis Minorum, in *Militia Conceptionis*, (a) Quæ typis edidit, alibi referentur. Vivit Matthæus noster: * diu vivat.

denique Ep. Cephaludensis,

(a) col. 1027

* dum hæc scrib. initio anni 1676.

3317. MATTHÆUS SCALRATA *Episcopus Lavellensis ex Ordine Carmelitarum assumptus, ad Squillacensem Ecclesiam translatus est ab Vrbano V. anno 1370. die 16. Kal. Ianuarij ex Regestis Vatic. an. 8. ejusdem Pontificis. Vario eventu vixit Matthæus ferè annis 22. obiitque sub Bonifacio IX. an. 1392.* Ita Ughellus in Italia sacra (b). Agit de eodem etiam tomo 7. sub titulo: *Lavellenses Episcopi.* Ubi inter alia hæc: *Hanc Sedem assecutus est ab Vrbano V. anno 1364. Id. Novemb. quam cùm sex omninò annos administrasset, ab eodem ad Squillacensem translatus est anno 1370. ex Reg. Vatic.* Lavellum mediterranea est Apuliæ civitas.

Matthæus Scalrata, Italus Episc. Lavell. dein Squillac.

(b) tom. 9. sub titulo *Scyllacenses* seu *Squillacenses Episcopi.*

3318. MATTHIAS DE COLONIA, *Parisiensis Doctor, & ignotæ Sedis Episcopus, scriptis eruditè libris clarus obiit Bruxellis 1359.* Ita Ægidius Gelenius, agens de Episcopis assumptis ex Carmelo Colonienſi. De scriptis ejus agunt Possevinus in Apparatu, Franciscus Swertius in Athenis Belgicis & antè eos Auctores bibliothecæ Tigurinæ. In antiquis Provinciæ Allemaniæ Inferioris libris hæc de illo memorantur: [Anno 1317. redux ex studio Parisiensi, factus est Lector Coloniæ. Anno 1321. interfuit Capitulo Generali in Monte-pessulano Socius Provincialis; deindè rursùs mittitur Parisios, ubi acceptis Baccalaureatûs insignibus, sacra Biblia interpretatus est, ac annuè à Provincia accepit 300. grossos. Anno 1325. rursùs Lector Coloniæ: anno 1326. & sequentibus Prior, & Lector Bruxellensis, & secundùs Provinciæ Definitor. Circà annum 1330. iterùm vadit Parisios, & sumptâ Laureâ Doctorali, redux in Provinciam, ab anno 1333. usque 1344. est Regens in Conventu Bruxellensi, & iteratò Provinciæ Definitor: nec ultrà ipsius fit mentio; undè tunc præsumitur ad Pontificalem dignitatem assumptus. Obiit anno 1359. Bruxellæ sepultus. In tumultu Belgico circa annum 1578. tam hujus Episcopi Matthiæ, quam plurium aliorum virorum illustrium lapides sepulchrales, & epitaphia sublata, confracta, & diruta fuere] & ista ex præfatis antiquis libris.

Matthias de Colonia, Germanus Episc.

3319. MATTHIAS EMICH, Germanus, Andernacensis, professione Boppardiensis, Doctor Theologus: doctrinam ejus testantur scripta, de quibus Joannes Molanus in *Natalibus Sanctorum Belgij*, ad diem 2. Aprilis, & Aubertus Miræus in *Fastis Belgicis*, ad eumdem diem, ac in *Bibliotheca Tigurina*, & *Apparatu sacro* Possevini, ubi scribitur *Episcopus Cirensis* (rectiùs *Cyrenensis*). In antiquis monumentis Provinciæ Allemaniæ Inferioris hæc de illo commemorantur: [Matthias Emich dictus, de Andernaco, Carmelita Boppardiensis S. T. Doctor: Conventuum Boppardiensis, Wormatiensis, & Trevirensis successivè Prior, & Regens ab anno 1456. usque 1475. deinde assumptus fuit in Episcopum *Cyrenensem* ac Suffraganeum Moguntinum, anno 1477. Dominicâ primâ pòst Trinitatem Moguntiæ in Ecclesia sui Ordinis, consecratus. Fuit unus ex primis & primariis Auctoribus & professoribus Academiæ Moguntinensis, quam Dietherus Archiepiscopus anno 1476. in civitate Moguntina instituit, & à Pontifice confirmari, & consuetis privilegiis ac gratiis cumulari fecit. Moritur an. 1480. die 24. Maji Boppardiæ in Choro ad cornu Epistolæ summi altaris ante Presbyterium sepultus, cum hoc epitaphio: *An. Dom. MCCCCLXXX. die XXIV. Maji obiit Reverendus in Christò Pater, & Dominus Matthias Episcopus Cyrenensis, S. S. Theologiæ Doctor: cujus anima requiescat in pace. Amen.*

Matthias Emich, Germanus, eruditione clarus,

Episcopus Cyrenensis,

Suffragan. Moguntin.

Auctor (cum aliis) Academiæ Moguntinæ.

3320. MICHAEL DE CARDENAS, Hispanus, Cordubensis origine, ex Ferdinando Arias, & Anna de Caiçedo, primariæ Bæticæ nobilitatis conjugibus, Matriti natus est, dùm parens, unus ex Viginti-quatuor-Viris urbis Cordubæ à patria Civitate in Curiam Regiam, pro Comitiis Regni deputatus veniſſet;

Michael de Cardenas, illustri genere ortus.

Digitized by Google

veniſſet; Procurator Comitiorum Monarchiæ dicitur ab Hiſpanis. Michaël verò Cordubæ in primario cœnobio habitum Religionis induit die 9. Martij 1610. ibique profeſſionem emiſit, exeunte anno 1611. die 25. Decembris. Poſtquàm ſtudiis operam dedit, Philoſophiam, ac Theologiam intra Clauſtra docuit, Magiſterij gradum obtinuit, & S. Officij Inquiſitionis Qualificator, cùm in patria, tùm Hiſpali, atque etiam in ſupremo Tribunali Curiæ Hiſpanicæ fuit inſtitutus. Item Procurator Generalis Provinciarum Hiſpaniæ ſui Ordinis in eadem Regia Curia extitit. Cùm verò indoles, ſpecies corporis, latera, & ingenium ad concionandi munus eum nativo pondere impuliſſent, à juventute, uſque ad extremam ſenectam, verba ex Suggeſtu, per quadraginta fermè annos continenter, cum approbatione dixit. Sub eo laborioſo miniſterio Matriti, non minùs triginta annis, moram traxit, Regius Concionator ex munere ibi aſſumptus. Tandem ſub die 18. Julij 1667. creatus eſt ex nominatione Regis Catholici, Epiſcopus Rodericopolitanus, qui frequenter vocatur Civitatenſis, in Hiſpania, ſub Metropoli Compoſtellana. Conſecratus fuit Matriti in Eccleſia ſui Ordinis Carmelitani, univerſâ Curiâ præſente, ac plaudente, Dominicâ infrà Octavam Aſcenſionis Domini, quæ fuit dies 13. Maji 1668. per manus Vitaliani Vicecomitis Borromæi, S.R.E. Cardinalis, & in eadem Regis Catholici Curia Nuntij Apoſtolici, Aſſiſtentibus Ægidio Columna Archiepiſcopo Amaſeæ, & Franciſco de Roxas, Abulenſi. Verùm triennio nondùm in Sede exacto, obiit Michaël apud * Rodericopolim die primâ Martij 1671. Conciones ipſius, & maximè illa, quâ Philippo IV. Regi Hiſpaniarum, nuper demortuo, in conſpectu Caroli II. Regis Catholici minorennis, & * Mariæ-Annæ Reginæ Matris, Matriti parentavit, editæ ſunt Cæſarauguſtæ anno 1672.

S. Officij Inquiſit. Qualificator,

Procurator Gen. pro Provinciis Hiſpaniæ,

Concionator Regius,

Epiſc. Rodericopolit.

** olim Mirobriga.*

moritur.

** al. Marianæ.*

3321. MICHAEL MATTHIÆ, vel *Mattè*, Ordinis Carmelitarum, electus eſt Epiſcopus Signinus, Nonis Novembris anno 7. Clementis VI. qui eſt 1348. non autem 9. Novembris 1349. ut habet Ughellus; cùm in Regeſto Pontificio clarè habeatur ejuſdem electio *Nonis Novembris anni 7. Clementis VI.* quæ dies eſt 5. Novembris anni 1348.

Michael Matthia. Italus, Epiſc. Signinus,

N

3322. NATALIS DE VENETIIS, Ordinis Carmelitarum, Conventûs Veneti alumnus, Sacræ Theologiæ Magiſter, ejuſdemque Facultatis Regens in ſtudio Romano, nec non Procurator Generalis totius Ordinis, inſtitutus primùm in Comitiis Generalibus Nannetis anno 1430. celebratis, iterùm in Comitiis Ravenſpurgi peractis anno 1434. cùm muneri prædicto inſervi-

Natalis de Venetiis, Italus, Venetus,

Proc. Generalis,

ret, *electus eſt Epiſcopus Nonenſis*, (vel Novenſis) *in Dalmatia*, ſub Metropoli Jadrenſi, *octavo Idus Februarij*, *anno* 1436. ex *Actis Conſiſtorialibus Eugenij IV.* Ejus mentio etiam eſt in *libro obligationum, ſub Calixto III. fol.* 141. *anni* 1457. Annus, & dies obitus ejus ſignatur in Necrologio Veneti Conventûs, his verbis: *Die VII. Ianuarij* 1462. *obiit Rev. Sacræ Theologiæ Profeſſor Magiſter Natalis, Epiſcopus Nonenſis, & Sedis Apoſtolicæ Legatus.* Conſonat Regeſtum Pontificium; nam tertio Nonas Martij 1462. proviſa eſt Eccleſia Nonenſis, vacans per obitum Natalis.

Epiſc. Nonenſis.

3323. NICOLAUS DE ARLUNO (veriſimiliter ſic dictus ab urbe, in qua natus) S. Theologiæ Doctor Pariſienſis, ex Priore Trevirenſi Epiſcopus Acconenſis, & Reverendiſſimorum DD. * Cunonis & Werneri Archiepiſcoporum Trevirenſium Suffraganeus, in ſpiritualibus, & Pontificalibus Vicarius Generalis. Ejus meminit R. P. Bruerius è Societate Jeſu, in ſuis Annalibus Trevirenſibus, ad annum 1367. ſic ſcribens: *Cuno Trevirenſis (Nicolao Aralunio Acconenſi Præſule eximio viro, ex Carmelitarum Ordine, Pontificium pro eo obeunte) mox animum vertit ad Eccleſiæ Agrippinenſis labentem ſtatum erigendum, ejus non minùs commodis, quàm ſuæ perquàm ſtudiosè inſerviens.* Et infra ad annum 1392. *Hoc anno diem ſuum morte clauſit Nicolaus de Arluno Epiſcopus Acconenſis, Cononi, & Wernero in ſacrorum functione Suffragatus. Hic Deo ſeſe obſtrinxerat in familia Beatæ Mariæ Virg. de monte Carmelo, & ob virtutis, doctrinæque ſingularem laudem, ad Pontificij muneris provocationem aſcenderat: monumentum in æde ſodalitij ſui nactus eſt Epiſcopo dignum. Altarium, quæ conſecravit ipſe, non uno loco viget memoria. Porrò Cœnobium Carmeli montis, quòd in Treviris perelegans eſt, multis & beneficiorum commodis ornavit, & eruditionis ſimul laudibus illuſtravit.* Hæc ille. In libris Provinciæ Germaniæ Inferioris nuncupatur *Epiſcopus Acconenſis*: in nonnullis monumentis legitur *Azotenſis.*

Nicolaus de Arluno,

** al.* Cononis.

Epiſc. Acconenſis (forte Azotenſis) Suffragan. Trevirenſis.

3324. FR. NICOLAUS SICULUS, *Meſſanenſis, Ordinis Carmelitani, Epiſcopus electus eſt* 1342. *die decimò quartò Kalendas Auguſti, ex Regeſto Vaticano* 34. *epiſtola* 135. *obiit anno* 1362. Ita Ughellus ſcribens de *Epiſcopis Suanenſibus*: ubi inter cætera, iſta: *Suana ſita in Hetruria eſt ad Albim fluvium.* Et infrà: *Porrò Suana Epiſcopi olim Summo Pontifici immediatè ſubjecti erant, à Pio verò ſecundo Metropolitanæ Senenſis ſuffraganei ſunt declarati.*

Nicolaus Siculus, Meſſanenſis, Epiſc. Suanenſis.

3325. NICOLAUS SORBOLUS, Venetus, Ordinis Carmelitarum, Epiſcopus Scarpatenſis, creditur obiiſſe in patria, ubi & ſepultus eſt in Eccleſia ejuſdem Religionis, proſtante hodiè ſequenti epitaphio: *Hic eſt ſepultus Venerabilis Pater Dominus D. Fr. Nicolaus Sorbolus de Venetiis, Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, Epiſcopus Scarpatenſis, qui obiit anno Domini MCCCLXVIII. die XXV. menſis Septembris.*

Nicolaus Sorbolo, Venetus, Epiſc. Scarpatenſis.

Digitized by Google

3326. Fr. Nicolaus, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus * Sudensis quartò Idus Ianuarij, 1419. Ex Actis Consistorialibus Martini V.*

* *vel* Sindensis.

P

Paulus de Biscontis Siculus Episc. Mazarensis,

3327. Paulus de Biscontis, seu *Vicecomes, & de Viscente*, electus est Episcopus Mazarensis anno Domini 1467. & exindè Archiepiscopus Panormitanus anno 1469. sicut indubitatum reddunt *Acta Consistorialia Pauli II.* in quibus ista: *Fr. Paulus de Biscontis, Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Professor, electus est Episcopus Mazarensis, in Sicilia, sub Metropoli Panormitana, decimo sexto Kalendas Decembris, anno 1467. per translationem Ioannis ad Archiepiscopatum Panormitanum.* Ex *Actis Consistorialibus Pauli II.* & infra in *Actis Consistorialibus* ejusdem Pontificis: *Fr. Paulus de Biscontis, Episcopus Mazarensis, transfertur ad Ecclesiam Panormitanam, octavo Idus Septembris, anno 1469. per obitum Ioannis*: Rocchus Pirrus in *Notitiis Siculiensium Ecclesiarum, in Notitia prima Ecclesiæ Panormitanæ*, hæc de Paulo tradit: *Paulus Vicecomes, seu de Viscente, Panormitanus, Ordinis Carmelitarum, è Mazarensi Episcopatu ad Panormitanam ascendit Ecclesiam.* Consequenter adducit verba Trithemij relata hîc suprà (a) & Possevini ista: *Paulus Biscontus, Siculus Carmelita, Nicolai V. & Pauli II. Summorum Pontificum à confessionibus, Episcopus Mazarensis, ac deinceps Archiepiscopus Panormitanus, ac Siciliæ Primas, trecenta volumina cœnobio sui Ordinis Panormitano reliquit, è quibus plura edidit*: istis addit Roceus: *Orator cum Nicolao Leofante, Regni Thesaurario, pro Sicilia ad Regem Ioannem adiit: sua familiæ insignia, scilicet leonem per scalam ascendentem habes in cœnobio S. Mariæ Carmeli Panormitano, cui anno 1445. præfuit. Panormi decessit anno 1473. 7. Indictione: ejus sepulchro in Cathedrali Panormitano hæc insculpta:*

Hæc est requies Pauli civis nostri, ac Præsulis de Visconti.

deindè Archiepisc. Panormitanus.

(a) n. 3127.

Confessarius fuerat Nicolai V. & Pauli II.

3328. Petrus Aya, *Ordinis Carmelitarum, & Sacræ paginæ Professor, electus est Episcopus Tincarensis, decimo septimo Kalendas Augusti, anno 1411. ex Actis Consistorialibus Ioannis XXIII.*

* *al.* Bereto.

Petrus de Berreto Gallus, Episcopus Grassensis.

3329. Petrus de * Berreto electus est Episcopus Grassensis, sub Metropoli Ebedrunensi, exeunte anno 1343. legitur enim in *libro Obligationum Clementis VI.* quòd ipse *electus Episcopus Grassensis, promisit die 17. Decembris*, illo anno 1343. Idem etiam commemoratur ad diem 26. Maji, anno 1345. in *libro Quietationum*, vel *Quietantiarum*, sub præfato Clemente VI. quapropter corrigenda est Gallia Christiana Sammarthanorum, in Episcopis Grassensibus, num. 33. dum Petrum ex Ordine Religioso assumptum, creatum fuisse dicit 26. Junij 1345. Translatus est ad Ecclesiam Vasionensem, per obitum Beati Petri de Casa, (itidem Carmelitæ, de quo mòx:) uti etiam prodit Gallia Christiana in Episcopis Vasionensibus, num. 38. Cæterùm paucis diebus pòst mortem antecessoris contigit promotio Petri nostri in Antistitem Vasionensem, siquidem in prælegato libro Obligationum Clementis VI. legitur: *Fr. Petrus Episcopus Vasionensis, promisit die 19. Augusti* 1348. Meminit Petri nostri Episcopi Vasionensis Joannes Columbi, Societatis Jesu, in opere *de Episcopis Vasionensibus* (a) ubi refert illum rexisse illam Ecclesiam anno 1350. & addit illa quæ Gesnerus in *sua Bibliotheca*, scribit. Narbonensem patriâ, & professione Carmelitica fuisse, memoratur in monumentis Provinciæ Narbonæ Carmelitanæ. Ludovicus Jacob à S. Carolo Borromæo, Cabillonensis, in *Compendiosa descriptione* Provinciæ istius, de eodem agit variis locis, & quidem capite 3. ubi de Episcopis ex Provincia illa assumptis: capite 4. eum refert inter claros Scriptores, & eruditionis ejus monumenta annotat: capite 6. scribit, quòd Clementi VI. Romano Pontifici à Confessionibus fuerit. Quantùm ad præfati Petri cognomen, Illustrissimus Dom. Joseph Maria Suarez, olim Episcopus Vasionensis, hodiè in Urbe degens, qui accuratissimè inspexit monumenta suæ Ecclesiæ, testatur, Petri nostri stemma gentilitium fuisse *Birretum*, seu pileum Clericale, quem Itali vocant *Berreta*: & censet, eum nuncupandum *de Berreto*. (b)

deindè Episc. Vasionensis.

(a) lib. 3. pag. 136. edit. Lugd. 1656.

(b) ex relat. R. P. Lud. Perez.

3330. Petrus * Brandanus, Lusitanus, * Olisiponensis, nobili genere procreatus, Didacum Brandaon, & Julianam Caldeira parentes habuit. Religioni mancipatus est in patrio Conventu die 26. Januarij, anno 1556. ibique vota solemnia dixit ultimâ ejusdem mensis sequenti anno 1557. Præclarus in suggestu Concionator, & in cathedra Professor, magnum locum ubique obtinuit. Bis Conventum Olisiponensem Prior rexit, ejusque Fabricam amplissimè pariter & magnificè promovit. Ad hæc Lusitanam Provinciam moderatus est Provincialis, electus ad id munus anno 1583. posteà, ex nominatione Philippi II. Regis Catholici, institutus est Episcopus Promontorij-viridis, in Insula ita nuncupata, vulgò *Cabo-verde*, die 8. Augusti, anno 1588. Consecrationis munus in eodem patrio Conventu suscepit, per manus Fratris Amatoris Arrais, itidem Carmelitæ, Episcopi Portalegrensis. Postquàm annis aliquot in Sede sua mansit, revertsus in patriam, decessit die 14. Junij anno 1608. in oppidulo Telleiras agri Olisiponensis, sepultus in cœnobio Olisiponensi. (c)

* *vernaculi* Brandaon, *Petrus Brandanus, Lusitanus,* * *al.* Olysipon. & Ulisiponens.

Provincialis Lusitaniæ,

Episc. Promontorij-viridis.

(c) ex relatione Portugalliæ,

3331. Petrus de Carrança (sic originaliter subscribebat) Hispanus, ex civica familia, Francisco de Carrança, & Eloyra, seu Eluira de Salinas parentibus, Hispali natus est, currente anno 1567. In patrio, & primario

Petrus de Carrança, Hispanus,

Digitized by Google

primario cœnobio habitum religiosum indutus, professionem emisit die 25. Novembris 1583. Postquàm verò Philosophiam, & Theologiam, utriusque Professor, Sodales suos docuit, Magisterij gradum obtinuit: item Qualificator S. officij Inquisitionis extitit. Regimini subindè domesticorum adhibitus, probatus, & fidelis inventus, cœnobium Antiquariense, Giennense, & maximè Granatense, in qua civitate plurimùm auctoritate valuit, non sine laude rexit. Provinciam suam Bæticam triennio moderatus est Provincialis, electus Utriariæ, in die S. Sebastiani anno 1613. Absolutâ Præfecturâ, venit Matritum, ibique concionibus cum approbatione (quod & alibi ipsi evenerat) operam dedit. In ea curia manebat, cùm à Rege Catholico in Antistitem nominatus est. Igitur creatus fuit Episcopus Boni-aerensis in Peruvia, sub Metropoli Rivi-platensi, die 6. Aprilis, anno 1620. Pastor ipse primus illius Ecclesiæ, quæ sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis in urbe, vulgò Hispanicè *Buenos-aires* nuncupata, tunc erecta fuit, sicuti legitur in *Actis Consistorialibus Pauli V.* Ex Hispania in Americam delatus, munus consecrationis suscepit apud urbem S. Jacobi de Estèro. Affuit posteà Concilio Provinciali, à Ferdinando Arias Metropolitano Provinciæ Chiarcarum celebrato, in quo non pauca doctrinæ dedit exempla. Dùm vixit, subsidium pecuniæ, in subventionem Conventuum, Hispalensis, & Granatensis, sui Ordinis, & Provinciæ, liberaliter transmisit. Obiit tandem in sua Sede anno 163;. & in Ecclesia Cathedrali sub Ara maxima sepultus jacet. Meminit Petri nostri insignis Jure-consultus Joannes de Solorçano, in *Politica Indiana* (a). Item Ægidius Gonçales tomo 1. in *Theatro Ecclesiastico Hispaniæ*, (b).

post varia officia Provincialis Bæticæ,

deindè Episc. in Peruvia.

(a) lib. 4. c. 7

(b) pag. 21.

3332. PETRUS DE CASA, *Patriarcha Ierosolymitanus, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis XIV. natus Lemovicæ in Aquitania, cùm sese addixisset Ordini Carmelitarum, post Ioannem de Alerio, Valencenis in Belgio Comitiorum generalium suffragiis ad præfecturam Ordinis evectus est: deindè per Clementem VI. Pontificem Maximum creatur Episcopus hujus Sedis* (Vasionensis). *Fit postea Patriarcha Hierosol. decessit anno* 1348. *Vasione 3. Nonas Augusti, ut miraculis inclytus, ita & libris doctissimus.* Ita in *Gallia Christiana* sub titulo: *Episcopi Vasionenses*: ibidem recensentur eruditionis ejus monumenta quæ reliquit. *De Casa* cognominant in universum Gallici Historici, quibus concinunt Arnoldus Bostius, & Trithemius hîc suprà (c). Atque ita expresè legitur nuncupatus in Regesto generali Ordinis, cùm in Actis Capituli Generalis Burdegalensis, anno 1318. tùm in Actis Capituli Generalis Barchinonensis, anno 1324. in quo ipse institutus est Provincialis Aquitaniæ: nec non in ipsissimis Actis Comitiorum Valencenensium, anno 1330. ubi Petrus noster electus est Prior Generalis totius Ordinis Carmelitarum. Neque omittendum duximus, quòd d'Outremanus in sua *historia Valencenensi*, (a) meminit hujus Capituli Generalis, in ipsa urbe Valencenensi celebrato, & Petrum nostrum ibi in Priorem Generalem assumptum, magnis laudibus, propter pietatem, & doctrinam, à se commendatum, pariter *de Casa* litteraliter vocat. Igitur fuit Petrus Doctor S. Theologiæ Parisiensis, Aquitanicæ patriæ Provinciæ Provincialis, ac in festo Pentecostês, loco, & tempore relatis, assumptus Prior Generalis. In ea dignitate constitutus, ter Comitia Generalia indixit, & celebravit: primùm anno 1333. Nemausi in Occitania: iterùm Bruxellis, in Belgio, anno 1336. & tertiò in patria, Lemovicis in Aquitania, ad annum 1339. ut videmus in prædicto Regesto commu:i. Eo tempore, dùm Petrus noster Præfecturam Ordinis gereret, affuit solemni Congregationi Prælatorum, ac Doctorum Parisiensium, in regio Palatio Nemoris Vincennarum, propè Parisios habitæ 2. die Januarij, anno 1333. ubi unanimi omnium calculo assertum fuit, animas perfectè purgatas, pòst mortem Christi, statim Deum videre, esseque beatas. Casus refertur latè *tomo* 4. *Historiæ Universitatis Parisiensis*, (b) ibique inter Magistros S. Theologiæ Parisienses, qui præsentes subscripserunt præfato Decreto, commemoratur noster Antistes iis disertis verbis: *Petrus de Casa, Prior Generalis Fratrum B. Mariæ de Carmelo.*

(a) parte 3. c. 10. pag. 460.

electus Valencenis, in Belgio,

ter Comitia Generalia indixit.

(b) à pag. 236.

3333. Post hæc, elapso biennio, cum semestri, circà Adventum Domini an. 1341. (ut legimus in originali scriptura illius ævi) assumptus est Petrus noster in Episcopum Vasionensem, modò sub Metropoli Avenionensi. Habetur etiam temporis prædictæ promotionis testimonium in *libro Obligationum, sub Benedicto XII.* in quo legitur: *Ft. Petrus electus Episcopus Vasionensis, promisit die 19. Decembris* 1341. Nondùm verò absolvit primum annum in dignitate Episcopali Petrus noster, cùm ad Patriarchalem Hierosolymitanam evectus est, translatus ineunte mense Novembri, anni proximè sequentis, ut planè colligitur ex *libro Obligationum, sub Clemente VI.* illis verbis: *F. Petrus Patriarcha Hierosolymitanus recognovit die 15. Novembris, anno* 1342. Paulo pòst, exeunte eodem anno, ad diem 17. Decembris iterùm præficitur Ecclesiæ Vasionensi, ut Administrator, juxtà morem illius temporis, qui etiamnùm observatur. Nonnulla Petri nostri gesta, in urbe, & Diœcesi Vasionensi refert sparsim Joannes Columbi, in opere, *de Episcopis Vasionensibus*, (c) Tandem anno 1348. die 3. Augusti, Vasione piissimè, uti vixerat, obiit, sepultus in veteri Ecclesia Cathedrali, quæ modò visitur extrà urbem. Ejus tumulum, appositò paucis verbis condigno epitaphio, refecit, & ornavit Illustrissimus Dom. Joseph Maria Suarez, quondam Episcopus Vasionensis, & nunc in Urbe Vicarius Basilicæ Principis Apostolorum: qui nobis factum retulit, constanter asserendo

Episc. Vasionensis,

Patriarcha Hierosolym.

(c) pag 109. 127. & 134.

piissimè moritur,

Petrum de Casa, Gallus, Lemovicensis,

(c) n. 3019. & 3129.

Provincialis Aquitaniæ,

Generalis,

Digitized by Google

Petrum noſtrum cognominatum verè fuiſſe *de Caſa*, atque pro ſtemmate gentilitio habuiſſe Caſam, ſeu Domunculam. Nuper Petri noſtri (de Cæſis cognominati) meminit Ludovicus Jacobillus, pius ſanè Scriptor, in *Bibliotheca Umbriæ* (Fulginei anno 1658.) (a) ubi eum *Beatum* de plano vocat, & ſubjungit: *Titulum Beati Petro noſtro tribuunt, non ſolùm Genealogiæ Caſierum, Romæ editæ an. 1628. Bzovius in vita Sylveſtri II. ſed etiam Kalendarium Mechlinienſe Ordinis Carmelitarum &c.* Sed de ſanctimoniæ, ac miraculorum ejus fama peculiariter ſermo erit in ſequentibus, quam etiam confirmat hoc ejus epitaphium: *Venerabili Petro de Caſa Priori Generali Ordinis Carmelitarum, Patriarchæ Hieroſolymitano, hujus Epiſcopatûs Adminiſtratori, qui obiit 1348. die 3. Non. Auguſti, & miraculis claruit.* JOSEPHUS MARIA EPISCOPUS VASIONENSIS P. C.

(a) pag. 222.

titulum Beati à variis ipſi tribuitur.

Petrus Clemens, Luſitanus.

3334. PETRUS CLEMENS, Luſitanus, Oliſſipponenſis, parentibus Ludovico Clemente, & Franciſca de Souſa, ex civica familia, natus: religioſum habitum ſuſcepit in patrio Conventu, ineunte anno 1554. die 3. Januarij, atque die 5. ejuſdem menſis anni proximi 1555. profeſſionem ibidem emiſit. Abſolutis litterarum ſtudiis, Sacram Theologiam, cùm Conimbricæ, tùm Oliſſipone docuit, Sacræ Theologiæ Magiſter & præclarus Concionator: Miſſus eſt deindè in Sardiniam Vicarius Generalis: quod munus dùm exercet, inſtituitur Epiſcopus Uſſelenſis, in eadem Inſula, ſicut in *Actis Conſiſtorialibus Gregorij XIII.* annotatur: *Die 23. Januarij 1585. Fr. Petrus Clemens, Luſitanus Ordinis Carmelitarum, inſtitutus eſt Epiſcopus Vſſelenſis in Sardinia, ſub Metropoli Arborenſi.* Urbs illa vocatur *Ales*. Mortuus eſt ad annum circiter 1601.

Vicar. Gen. in Sardinia.

Epiſc. Vſſelenſis.

Petrus de Franckfordia, Germanus,

3335. PETRUS DE FRANCKFORDIA, Doctor Colonienſis, ex Carmelita, & Priore Franckfordienſi factus Epiſcopus Myrrenſis, & Suffraganeus Spirenſis, ſucceſſor Henrici Bock. Ex libris antiquis Provinciæ Alemaniæ Inferioris hæc de illo nobis communicavit R. P. Jacobus Milendunck: Petrus de Franckfordia, dictus Spitznagel: anno 1424. & 1425. Lector Boppardiæ: annis 1426. 1427. Lector Coloniæ, ubi Univerſitati incorporatus, Sacra biblia publicè interpretatus eſt: & expoſuit libros Sententiarum; anno 1430. ſumpſit Lauream Doctoralem Coloniæ: variis in Ordine functus fuit officiis: interfuit etiam unà cum Reverendo Magiſtro Petro de Nova Eccleſia Provinciali, & Ven. P. Gobelino de Heimertzheim Priore Crucenacenſi, ex parte Ordinis deſtinatus Theologus Concilio Baſilienſi, quamdiu Eugenio legitimo Papæ illud adhæſit. Ab anno 1435. uſque 1443. inclusivè fuit continuus Prior, & Regens Carmeli Franckfordienſis. Deinceps verò ipſius inter Ordinationes Capitulares non fit mentio, undè ex tunc in Epiſcopum * Myrrenſem, & Suffraganeum Spirenſem, in locum præfati Dom. Henrici Bock (quondam ex eodem Carmelitano Ordine ad eandem Inſulam, & dignitatem Pontificalem aſſumpti, & anno 1443. defuncti) creatus, & ſublimatus creditur. An. 1463. in Capitulo Provinciali celebrato Bruxellæ, Præſide Reverendiſſimo Patre Generali Joanne Soreth, hujus Petri Epiſcopi, Suffraganei Spirenſis, atque etiam alterius ex Ordine Epiſcopi, & Suffraganei Wormatienſis, Simonis de Duren, laudabilis fit recommendatio, quòd ambo ſimul largas dederint eleëmoſynas, & ſubſidia, pro inſtaurando Depoſito communi Provinciæ. * An. 1464. idem Petrus Epiſcopus Coloniæ extitiſſe comperitur, dum B. P. Joannes Soreth Generalis iſtum Conventum viſitaret, atque Confraternitatem laudatiſſimam S. Dorotheæ, teſte libro ejuſdem Fraternitatis, in quo poſt Reverendiſſimum P. Generalem Soreth, etiam notatur R. D. Petrus Epiſcopus Myrenſis, Suffraganeus Dom. Spirenſis, & Fr. Theobaldus Capellanus Dom. Suffraganei Spirenſis. Quandò verò, & ubi hic Petrus finem vitæ fecerit, certò non conſtat: veriſimiliter obiit Spiræ, ante annum 1464. ſepultus in templo Cathedrali, ſeu ejus clauſtro, in quo eſt ſepultura Capitularium: quod etiam indicare videtur pictura quædam ſacra, in tabula lignea, per modum epitaphij, in eadem Cathedrali appenſa, in qua ſepultus cernitur Epiſcopus Carmelita, in habitu ſui Ordinis, cum mitra, & pedo.] Hactenus ex præfatis monumentis.

Epiſc. Myrrenſis, Suffr. Spirenſis.

* *vid. hic ſuprà num.* 2121.

* *al.* Myrenſem & Mirenſem.

3336. FR. PETRUS DE * GURMO, Gallus, alumnus Provinciæ Turoniæ, uti expreſsè legimus in Actis Capituli Generalis Brixienſis, anno 1478. in communi Ordinis Regeſto, (a) Sacræ Theologiæ Magiſter, electus eſt Epiſcopus Citrenſis, ſeu Cedrenſis titularis, ſub Metropoli Theſſalonicenſi, & inſtitutus Suffraganeus in civitate, & diœceſi Venetenſi, per obitum Henrici, die 23. Januarij 1497. Ex *Actis Conſiſtorialibus Alexandri VI.*

Petrus de Guymo, Gallus,

* *al.* de Guymis.

(a) fol. 60. *Epiſc. Citrenſis.*

3337. PETRUS ISIMBARDI, Italus, Papienſis, ex Petro alio Iſimbardi (qui Meſſanæ Strategus obiit) & Anna Franciſca Beccaria, Marchionibus Plebis Cairi, antiquiſſimæ nobilitatis, & ſplendoris conjugibus, in oppido prædicto Plebis paternæ ditionis, natus eſt die 9. Septembris, anno 1630. Franciſci nomen, in Baptiſmate ſibi impoſitum, ingreſſus poſteà Religionem, in illud paternum Petri commutavit. Puer adhuc decennis, in Curiam Imperatoris miſſus, ibi per triennium, inter Ephêbos Cæſareæ Majeſtatis annumeratus, moram traxit. In Italiam indè reverſus, Mediolanum, ubi pater Regius Quæſtor poſteà fuit, venit, ibique habitum Carmelitanum induit, ipſo die Purificationis B. Virginis 2. Februarij 1643. abſoluto anno ætatis 16. profeſſionem emiſit in eodem conventu Mediolanenſi, ipſo die Nativitatis Beatæ Virginis 8. Septembris 1646. Emenſus poſteà Philoſophiæ, ac Theologiæ curſum, Neapoli docuit ipſe Philo-

Petrus Iſimbardi, illuſtri genere ortus,

in aula Imperatoris manſit,

in Carmeli Ordine profeſſus:

Digitized by Google

post varia munia,

Philosophiam, Regens ibi institutus. Ad hæc suscepto Magisterij gradu, Lector publicus Metaphysicæ in Archigymnasio Romano diu hic docuit. Interea Provincialis Titularis Scotiæ: item & Prior Transpontini cœnobij extitit: affuitque Præses Comitiorum Lombardiæ, Novis anno 1669. celebratorum. Postmodùm institutus est Episcopus Cremonensis in Ducatu Mediolanensi die 6. Octobris anno 1670. Consecratus fuit die 19. ejusdem mensis & anni, in Ecclesia Transpontina de Urbe, sui Ordinis, per manus Benedicti Cardinalis Odescalchi, Assistentibus Francisco Marino Episcopo Molphetensi, & Thoma de Aquino Episcopo Suessano. Româ Cremonam profectus, hanc urbem ingressus est die 13. Januarij anno 1671. & sequenti die possessionem solemniter iniit. Tandem nondum quinquennio in Sede expleto, in ea obiit die 27. Septembris 1675.

Episcopus Cremonensis.

3338. S. Petrus Thomæ, Gallus, patriâ Aquitanus electus fuit Procurator Generalis in Comitiis Generalibus Mediolani anno 1345. festo Pentecostes celebratis, sicut legitur in Regesto generali Ordinis (a) ubi nuncupatur *F. Petrus Thomæ*: (à nonnullis cognominatur *Thomasius*, ab aliis *Thomas*: Et sic: *Petrus Thomas* legitur in officio Divino ad Matutinum Lectione 4. in Breviariis antiquis (b) & recentioribus, nec non in Officiis propriis Carmelitarum Discalceatorum, & in Officio proprio Episcopatûs Sarlatensis, & apud Trithemium libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, Stephanum Lusignanum, & alios: & ita passim in antecedentibus à nobis agnominatus est: Veruntamen præfato Ordinis Regesto originali etiam merito inhæreri potest, & sic quoque scribunt Philippus Mazzerius, ac Joannes Carnessonius in ejus vitâ, & alij) Episcopus Pactensis, & Lipparensis (post obitum Petri Theutonici Ordinis Minorum) electus fuit an. Christi 1354. & institutus per Bullam, cujus initium est: *Pastoralis officij*, quæ integra habetur hic suprà (c) Ad Ecclesiam Coronensem deindè translatus est: Bulla institutionis etiam præcessit (d). Postea translatus est ad Archiepiscopatum Cretensem, die 6. Martij anno 1363. uti constat ex *libro tertio Provisionum Prælatorum Urbani V. anno primo* iis verbis expressis: *Cretensis Ecclesia vacat . . . providetur ei de persona Petri Episcopi Coronensis. secundo nonas Martij.* Denique ad Constantinopolitanum Patriarchatum sublimatus fuit anno 1364. die 5. Julij, sicut constat ex *libro primo Provisionis Prælatorum ejusdem Urbani V. anno secundo*, ubi sic legitur expressè. *Constantinopolitana Ecclesia vacat . . . providetur ei de personâ Petri Archiepiscopi Cretensis Tertio nonas Julij.* concessis etiam in magnorum, quos subire oportebat, sumptuum subsidium redditibus Ecclesiæ Coronensis, & Nigropontis; & quidem Coronensis eodem die tertio nonas Julij anno 1364. ut in præfato libro legitur: atque rursùm in *libro Obligationum sub eodem Urbano V.* in quo legitur: *P. Petrus Patriarcha Constantinopolitanus recognovit 13. Julij 1364. pro Georgio Prælatesse, & pro Ecclesiâ Coronensi.* Bullas aliquot ad ipsum Patriarchum Constantinopolitanum directas habet Lector hic suprà (a). De Legationibus ejus satis dictum in ejus vitâ (b) & de illis hic aliquantò post memoria recurret.

S. *Petrus Thomæ, Gallus, Aquitanus,*

(a) Fol. 4. pag. 1.

(b) an. 1573 Venetiis, apud Petrum Deuchinum.

Episc. Pactensis,

(c) n. 761. *dein Coronensis,*

(d) hic sup. n. 776. *postea Archiepiscopo Cretensis:*

ac denique Patriarcha Constantin.

(a) n. 783. & 785.

(b) n. 588. & seq.

3339. Petrus Tris, Hispanus, Bilbili (hodiè Calatajubium) ex Joanne Michaele Tris, & Esperanza Là-cal, nobilibus parentibus, die 26. Junij anno 1623. natus est. In patria religiosam habitum induit die 20. Februarij anno 1637. ibique tyrocinium posuit, & recurrente anno 1639. ad diem 2. Julij, professionem emisit. Instructus posteà literis, & monasticâ disciplinâ, Philosophiam docuit in conventu Sangossæ, item & Theologiam Cæsaraugustæ, ubi in publica Academia lauream Doctoralem suscepit die 28. Octobris anno 1652. Adhæc patrium Calatajubij cœnobium, nec non & illud Cæsaraugustanum Prior rexit, atque Provinciam Aragoniæ per quadriennium Provincialis moderatus est, electus ad id munus Valentiæ die 14. Aprilis 1663. Præfuit ipse Comitiis ejusdem Provinciæ, Valentiæ item celebratis die 16. Aprilis 1670. Post triennium à Rege Catholico nominatur Antistes, & electus est Episcopus Albarracinensis (qui frequenter Episcopus S. Mariæ de Albarracino nuncupatur in Hispania) die 18. Decembris, anno 1673. Consecratus fuit Valentiæ in Ecclesia sui Ordinis, die 22. Aprilis 1674. per manus Anastasij Vives, Religiosi itidem Carmelitani, quondam Episcopi Segobricensis, Assistentibus Joanne Baptistâ Sorribas pariter Carmelitâ Episcopo Ampuriensi, & Josepho Barbera Episcopo Maronensi, præsente, & plaudente primariâ urbis Valentiæ Nobilitate. Possessionem suæ Sedis inierat per Procuratorem die 7. Martij ejusdem anni: ac postea die 11. Junij Albarracinum solemniter ingressus est. Ineunte verò anno 1675. deputatus Generalis totius Aragoniæ, nomine, & vice Cleri, ejusque Regni, Cæsaraugustam Metropolim venit, ubi & modò manet.

Petrus Tris,

probatus in variis officiis,

Episc. Albarracinensis.

Deputatus Generalis totius Aragoniæ.

3340. Petrus Vespa, Italus, Vicentinus, Prior patrij cœnobij, institutus est Episcopus Paphensis, in Insula Cypri die 16. Julij anno 1629. cumque inter Christianos ibi degentes manssisset, Venetias reversus, obiit anno 1653.

Petrus Vespa Episc. Paphensis in Cypro.

3341. Fr. Petrus, *Ordinis Carmelitarum, in Sacra pagina Magister*, institutus est Episcopus Nelensis, *duodecimo Kalendas Augusti, an. 1363. ex libro 1. de Provisionibus Prælatorum, sub Urbano V. anno 1.*

Petrus, Episc. Nelensis.

3342. Philippus de Ferrario, *Sacræ Theologiæ Magister, & Regens in Curiâ Romanâ, diu Provinciam Siciliæ, cujus alumnus extitit, moderatus est Provincialis, atque talis vocatus, & in officio confirmatus, interfuit Comitiis Generalibus Francofurti*

* *seu Ferrariis, & subinde de Sicilia, Philippus de Ferrariis.*

Digitized by Google

Episc. Pactensis.

anno 1393. deindè Placentiæ 1396. & anno 1399. in conventu Sylvarum celebratis. Creatus ad hæc Episcopus Pactensis in Sicilia, sub Metropoli Messanensi, à Bonifacio IX. legitimo tunc Pontifice, Bullas suæ institutionis accepit, ut expresè habetur in Regestis ejusdem Pontificis. Legitur enim expresè in libro Obligationum Prælatorum, sub eodem Bonifacio IX. anno 13. fol. 36. *Fr. Philippus electus Episcopus Pactensis, promisit Camera die 8. Julij, anno 1402.* Posteà translatus fuit ad Ecclesiam Agrigentinam. Plura, eaque insignia opera, item & dignitates Philippi nostri recensèt accuratè Rocchus Pirrus, in *Notitijs Ecclesiarum Siciliæ, Notitiâ 4. de Ecclesia Pactensi, à pagina 407.* (unde mox quædam sequuntur) & priùs *Notitiâ 3. Ecclesiæ Agrigentinæ, à pagina 301.* Item & in *Chronologia Regum Siciliæ pag. 89.* atque in *Disquisitione prima de Patriarcha Siciliæ* (edita Panormi anno 1643.) *pag. 18.* Quantùm ad ea quæ de ipso variis locis citatis scripsit præfatus Rocchus Pirrus in *Sicilia sacra* seu *Notitijs Ecclesiarum Siciliæ* satis erit ex *notitia quarta Ecclesiæ Episcopalis Pactensis* vitæ ejus compendium hoc loco intexere: illud traditur his verbis. [Fr. Philippus de Ferrario Siculus, Salataniscettensis S. T. M. Ordinis Carmelitarum ex Patre Simone de Ferrario viro honesto: cui, ob filij promerita annuos 500. aureos dedit Martinus Rex: eximius fuit verbi Dei Ecclesiastes, post obitum F. Nicolai de Marino Catanensis, totius Siciliæ sui Ordinis Prior Provincialis, atque Vicarius in Regnis Siciliæ & Cypri: vir quidem magnæ æstimationis, ac nominis: quare Martinus Rex datis litteris Catanæ 8. Aprilis, 3. Indictione 1396. Bonifacio IX. atque Cardinalibus . . . commendat ut Philippus ob ejus promerita primùm, vacaturæ Ecclesiæ in Sicilia præficiatur. Fr. vero Joannes de Raude Prior Generalis Ordinis S. Mariæ de Carmelo, scriptis litteris in cœnobio Sylvarum Provinciæ Tusciæ 18. Maji 1399. ad eundem Pontificem ipsum transmisit ad canonizationem (ut vocamus) B. Alberti de Drepano Carmelitæ promovendam. Tunc idem Rex gravissima negotia sui Regni, peragenda demandavit apud Bonifacium: à quo, ob promotionem præcessoris Francisci, consecratur Episcopus Pactensis, ut ex litteris Apostolicis, executioni datis mandato Regio Catanæ 8. Septembris XI. Indictione, 1402. satis liquet. Mox fit aulæ Regiæ Sacellanus major, obitu Archiepiscopi Messanensis, ac eleëmosynarius, datis litteris Catanæ 12. Januarij: 1402. datur ei hospitium, seu castellum Pactarum ab eodem Rege, scriptis litteris Catanæ 3. Apr. anno 1403.] Hactenùs ibi in *Sicilia sacra*: & paulo infra: [Anno 1412. Philippo & Ubertino Archiepiscopo Panormitano, totius Regni nomine legatione fungentibus apud Regem Ferdinandum: munus Capellani Majoris Regij extorsit Thomas Chrysaphi Archiepiscopus Messanensis; quare sic præscribit Rex datis litteris Cæsaraugustæ 12. Maji an. 1414. *Per Ven. in Christo Patrem, Oratorem, & Consiliarium nostrum dilectum Episcopum Pactensem fuit Majestati nostræ nuper humili expositione narratum, ipso tenente, & possidente pacificè & quietè ab annis duodecim citra, vigore Regiæ provisionis illustrissimi Principis Domini Regis Siciliæ Martini, nostri Consobrini, celebris memoriæ, officium Cappellanatûs Regni Siciliæ ad vitæ ipsius exponentis cursum . . . Ideò pro supplicante prædicto declaramus, & vobis dicimus quod nostræ intentionis nunquam fuit, de dicto officio alicui providere cum juris alieni præjudicio, &c.* Eodem anno ad Sedem Agregentinam translatus est Philippus: in qua dum sedebat multis honorum gradibus est cohonestatus: tandem anno 1421. ad aliam nobiliorem evehitur.] Hactenùs ex Rocchio Pirro ad quam autem *aliam nobiliorem Ecclesiam evocatus* sit non exprimit, sicut nec tempus, nec locum obitus. Joannes Grossi, (qui eodem tempore cum Philippo vixit) in *Viridario Carmeli* (a) & quidam alij, scribunt, eum fuisse S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem; (b) Cæterum nunquam fuit Episcopus Pacensis in Hispania, ut constabit legenti Regesta Pontificum, de promotionibus Episcoporum Pacensium, sub eo tempore: errore igitur typi, seu aliter, apud nonnullos loco *Pactensis* legitur *Pacensis*.

epitoma vitæ ejus:

Provincialis, & Vicarius Generalis:

Canonizationem S. Alberti causa ipsi, committitur:

& regni Siciliæ negotia gravissima demandantur:

Regis Siciliæ Eleemosynar. & Sacellanus major.

Legatus ad Ferdinandum Regem.

Consiliarius Regis:

(a) vide to. præced. num. 619.

(b) ad hoc propositũ vide hic suprà num. 3184.

R

3343. RADULPHUS KELLÆUS, seu * *Kelleius*, multiplici eruditione, & spectata virtute celebris, annis multis Procurator Generalis Ordinis, ac tandem Archiepiscopus Casselensis in Hibernia, de quo Jacobus Waræus. *De Scriptoribus Hiberniæ* (c) hæc tradit: *Radulphus Kellæus, Pontanæ (sive Drogheda) natus, educatus autem Kildariæ, in Cœnobio Carmelitarum, ubi Carmelita factus est. Avenione postea an. 1336 ordinatus est pro toto suo Ordine prolocutor, & sub Petro de Casa Generali Magistro, generalis Advocatus. Anno deindè 1345. à Papa Casselensis constitutus est Archiepiscopus, & cùm annos sedisset fermè 16. ab hac luce migravit Novemb. 20. anni Domini 1361.* Ibidem refert scripta ejus. Plura de eo videri poterunt in Annalibus Ordinis hujus (d) ubi ex libro generali Ordinis, in quo acta Capitulorum descripta sunt, ista traduntur: Fuit Ordinis nostri Procurator Generalis designatus in Capitulo Generali Albiensi anno 1327. sub Joanne de Alerio Generali, & in Valencenensi sub Petro de Casa anno 1330. ac in Lemovicensi an. 1339. & in Lugdunensi anno 1342. denique ad prædictum Archiepiscopatum evectus fuit. Ista ignorasse videtur Pitseus.

* non *Kullæus*, ut perperam scribunt aliqui.

(c) lib. 1. cap. 10.

Procurator Generalis Ordinis, deindè Archiepiscop. Casselensis,

(d) Lezana ad an. 1347.

3344. RAPHAEL LLINAS, Hispanus, alumnus (ut creditur) Conventûs Majoricensis, in eoque Sacræ Theologiæ Regens, Prior extitit Conventûs Gerundensis: item & Provinciæ Cataloniæ Definitor. Idem *electus est Episcopus Chrysopolitanus titularis in Mace-*

Digitized by Google

Majoricensis Diœcesis rector,

Macedonia, sub Metropoli Philippensi, die 27. Junij 1537. ex *Actis Consistorialibus Pauli III.* Suffraganeus pariter institutus in Diœceli Majoricensi; per aliquot annos Sedem illam gubernavit, absente proprio Episcopo. Mortuus tandem in patria, sepulturam accepit in Ecclesia sui Ordinis Carmelitarum, ubi tale legitur Epitaphium: *Epitaphium.* *Reverendissimus Dominus D. Fr. Raphaël Llinas, Majoricensis, Ordinis Carmelitarum, Episcopus Chrysopolitanus, divini verbi strenuus declamator, & sacrarum litterarum Doctor præstantissimus, hoc tumulo clauditur. Obiit die 4. Junij* 1558. Meminit nostri Raphaëlis Vincentius Mut, in *historia Majoricarum.* (a)

(a) lib. XI. c. 2.

Richardus Myssin Episc. Dromorensis.

3345. Fr. Richardus Myssin, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Dromorensis, in Provincia Armachana, per obitum Nicolai, die 29. Julij, anno* 1457. ex *Actis Consistorialibus Calixti III.* Illius his meminit verbis Pitseus (b) [Richardus Mesinus Ordinis Carmelitani Theologus, Anglus, Vir pietatis & eruditionis laudibus insignis. Horum intuitu factus est Episcopus Dromorensis in Hibernia, uti scribit Lelandus.] Ita ille.

(b) de viris illust. Angliæ in Append. cent. 3. n. 89.

Richardus Northalis, Anglus,

3346. Richardus Northalis, Anglus, filius Prætoris Londinensis, Londini (propè quam civitatem natus fertur) Carmelita factus, ob conciones, eruditionem, cæteraque animi virtutes, ubique celebris evasit. Hinc Richardo II. Regi Angliæ innotuit, à quo Ossorienſis Episcopus in Hibernia, sub Metropoli Dublinienſi, nominatus, munus consecrationis accepit anno 1387. Subindè annis 1391. & 1394. ab eodem Richardo Rege ad Bonifacium IX. Pontificem missus est Legatus. Pòst annos fermè decem in hac Sede exactos, id est, currente anno 1396. Dublinium transfertur, XVII. Archiepiscopus Dublinienſis renunciatus: eo tamen honore exiguo tempore potitus, obiit Dublinij in sua Sede, anno 1397. die * 20. Julij. Fuit pariter Richardus noster, ad tempus, Hiberniæ Cancellarius. Extat Hymnus de S. Canico, ab eo factus, in festo illius Sancti olim decantari solitus. Quæ de Richardo Northali, Carmelitarum Ordinem expresè professo, hîc referimus, sparsim, ad litteram ferè, legimus apud Jacobum Waræum, cùm in *Archiepiscopis Dublinienſibus,* (c) & inferiùs *de Episcopis Ossorienſibus,* (d) tùm etiam *lib. 2. de Scriptoribus Hiberniæ* (e) quibus in locis, eodem verborum tenore, vocat *Richardum Northalem Carmelitam.* Habemus testimonium de tempore mortis Richardi nostri, in *Annalibus Hiberniæ,* editis à Guilielmo Camdeno, ad calcem descriptionis Britanniæ (Londini 1607.) ibi namque (f) disertis verbis scribitur. *Anno MCCCXCVII. translatio, & obitus Fratris Richardi de Northalis Archiepiscopi Dubliniæ, Ordinis Carmelitarum.*

Epiſcopus Ossorensis,

Legatus ad Pontif. Bonifac. IX.

Archiepisc. Dublinensis,

* *al.* 10. Jul.

Hiberniæ Cancellar.

(c) Dublinij 1628. pag. 26.

(d) pag. 80.

(e) Dublinij 1639. pag. 129.

(f) pag. 822

Robertus Berthelot Episc. Damascenus:

3347. Robertus Berthelot *Ordinis Carmelitarum, creatus est Episcopus Damascenus, in partibus Infidelium, & institutus Suffraganeus Lugdunensis, per cessionem Iacobi, die 26. Novembris* 1601. Ex *Actis Consistorialibus Clementis VIII.* Laudantur Jacobus, & Robertus ut-ter à Jacobo Severtio, in *Chronologia historica Antistitum Lugdunensium,* (a) In *Gallia Christiana* (b) his commemoratur verbis: *Robertus Barthelotus Præsul Damascenus, & Propositus Lugdunensis, Ordinis sui Carmelitani non postremum decus, dicavit Ecclesiam Minimorum Avalone, Dominicâ 5. Aprilis* 1615. *&c.* Eadem leguntur in opere ejusdem tituli, impress. Paris. auctore Claudio Roberto: sub titulo: *Episcopi Gratianopolitani:* scribitur, ab eodem consecratus Alphonsus 62. Episcopus Gratianopolitanus. Ex monumentis Provinciæ Carmelitanæ Narbonæ, in relatione de Episcopis ex illa Provincia assumptis (de qua hîc suprà c) hæc de eo traduntur: [Robertus Berthelot Jacobi Maist. ex sorore nepos, patriâ fuit Burgundus, Lugdunensis verò professione Carmelita: emisit vota Lugduni 20. die Augusti anno 1579. Parisios, studiorum causâ missus, in Magistrorum Parisiensium collegium solemni ritu cooptatus est die 9. Maji 1594. Provincialis electus est anno 1598. Institutus fuerat Procurator Generalis in Galliis à Reverendissimo Chizzola Generali, litteris suis Cremonæ datis 16. Junij 1593. Posteà verò Vicarius fuit Generalis in Provinciis Aquitaniæ, Provinciæ, & Tolosæ, quarum Capitulis Provincialibus præfuit ante annum 1601, quo assumitur ad Episcopatum Damascenum, & Suffraganeatum Lugdunensem, diplomate Pontificio Clementis VIII. dato Romæ apud S. Petrum 6. Kalendas Decembris, anno Christi 1601. Præfuit Capitulo Provinciali Provinciæ Narbonæ Lugdunensi, jam Episcopus anno 1602. eoque dictante, & suggerente, plurima statuta sunt, pro bono regimine Provinciæ. Verbi Dei Facundus fuit concionator, & eruditis sui temporis scriptoribus carus, & ab iis laudatus. Specialibus Ludovici XIII. litteris assumitur Robertus Episcopus, ut sit illi à Consiliis & eleëmosynis die 6. Aprilis 1620. Conventûs sui Lugdunensis ædificia, & bibliothecam luculenter auxit. Argenteâ supellectile magnificâ, sacrisque vestibus Sacrarium ditavit & Ecclesiam. Familiari amicitiâ junctus fuit S. Francisco Salesio, cui in agone piam operam præstitit Lugduni die 28. Decembris anno 1622. sacrumque posteà illius cadaver Pontificalibus suis indumentis, mutuo traditis & commodatis, in funebri pompa, indui curavit, quæ jam reliquiarum loco in Conventu nostro Lugdunensi habentur. Ipse autem anno 1630. die 23. Novembris in vivis esse desiit, ac in Ecclesia Carmelitarum Lugdunensium, in ipso Sacelli S. Catharinæ limine conditus est, ex speciali ejus mandato. Scripta ejus refert Ludovicus Jacob (d)] Hactenus ex præfata relatione.

(a) parte 1. pag. 135.

(b) edit. an. 1656. to. 2. sub tit. *Episc. Eduenses.*

(c) *ubi de* Jacobo Maistret,

patriâ fuit Burgundus, professione Lugdunensis:

S. Francisco Salesio piam præstitit operam in agone, & funere.

(d) in Descript. Provinc. Narb. Carm. c. 4.

3348. Fr. Robertus * Mascall, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Herefordiensis, sub Metropoli Cantuariensi, sexto Nonas Julij, an.* 1404. ex *libro 1. de diversis formis, sub Bonifacio IX. incipiente ab an. ejus XII. fol.* 287.

* seu Mascoll

Robertus Mascall,

Fuit

Digitized by Google

Fuit autem Robertus institutus Bachalarius Studij Romanæ Curiæ, in Comitiis Generalibus, Veronæ anno 1381. celebratis: ut legitur in *Regesto communi Ordinis, fol.* 13. Recenset Robertum nostrum inter Episcopos Herefordienses Franciscus Godwin, in suo Commentario de *Præsulibus Angliæ* (a). Insigne ejusdem elogium ex Lelando, ibi transcribit, & addit [Scripsit Robertus, inter alia, libellum de suis Legationibus. Chorum, Presbyterium, & Campanile extruxit in Ecclesia Albatorum Fratrum (ij sunt Carmelitani, ut Anglis compertum est) Londinis cui etiam multa ornamenta contulit: & inter Fratres prædictos, vitâ functus die 22. Decembris, anno 1416. tumulo conditus est alabastrino, egregij operis ibidem. Inter cæteras Legationes, quas obivit, non tacendum, ad Concilium Constantiense, cum duobus aliis Episcopis, missum] Joannes Pitseus hæc inter alia, de illo refert: (b) [Robertus Mascallus, Ordinis Carmelitani, ... Adolescens hanc regulam sanctè amplexus est, eamque constanter secutus, ad magnam tum virtutis, tum eruditionis perfectionem ascendit, ut optimus testis est Lelandus ... ut ad summum in utrisque gradum pervenerit. Regi Henrico quarto mirè charus, à cujus intimis erat secretis in iis quæ ad Deum sunt, & conscientiæ moderamen concernunt. Nec minorem gratiam, quasi jure hæreditario, apud hæredem Regis & regni Regem Henricum quintum habuit. Utriusque Regis in eum singularem, benevolentiam ipsa facta satis ostendunt. Prior enim, præterquam quod eum, ut dictum est, adhibuit in confessionibus, ejus etiam opera non rarò usus est in gravibus regni negotiis, & in legationibus apud exteros Reges.] Hactenus Pitseus.

Episc. Herefordiensis.

(a) pag. 540.

Legationes variæ obiit:

(b) lib. de Script. illustr. Angliæ ad an. 1417.

magna fuit virtutis, & eruditionis:

Confessarius Regum Angliæ.

Ecclesiarum suarum jura tuetur, & ablata vindicat,

ut tandem sit restaurator.

3350. Tandem Sancius noster gloriosâ morte Avenione, tanquàm in stadio, in quo feliciter victor cucurrerat, anno 1356. obiit, cùm per annos septem, & triginta Episcopalem insulam tenuisset. Paucis pòst obitum elapsis annis, ejus corpus Segobricam, ad instantiam Capituli Ædis Cathedralis, translatum fuit, atque in summo templo, intrà Sacellum 11000. Virginum, ab ipso vivente extructum, & dotatum, honorificè conditum est. Ejus autem sepulchrum, sicuti & præfatum Sacellum, ab Illustrissimo Fr. Anastasio Vives, item Carmelita, & Segobricense Antistite, ante paucos annos, splendidum, ac magnificum ornamentum suscepêre. Quæ de nostro Sancio scripsimus, ad litteram ferè leguntur, cùm in *Historia Ecclesiastica nevissima urbis Segobricensis*, auctore Francisco de Villagrassa, Barone de Marsà, ejusdem Ecclesiæ Canonico, capite 27. Episcopo 23. tùm etiam, & priùs in *Historia*, seu *Catalogo Episcoporum Regni Aragoniæ*, Auctore Martino Carillo, Abbate Montaragonensi, paginâ 365. Unum tantùm in præcitatis Auctoribus corrigendum putavimus; nimirùm patriam nostri Sancij, quæ ab eis (sicuti & frequenter à nostris Historicis) adstruitur fuisse oppidum quoddam, non ita antiquum Regni Aragoniæ, etsi sub Pampelonensi Diœcesi constitutum, quod *Regium*, vulgò Hispanicè *el Real*, hodieque nuncupatur. Igitur pro comperto debet esse, nondùm fuisse facta fundamenta hujus oppidi, neque prædictum nomen in Aragonia auditum, cùm Sancius noster natus, intrò & in adulta ætate jam Religiosus professus vivebat. Sufficiet in comprobationem hujus veritatis, irrefragabile testimonium Hieronymi Zuritæ, celeberrimi Aragonum Historio-

Avenione moritur:

corpus Segobricæ transfertur.

circa patriam ejus.

error corrigitur.

S

Sancius Dull,

3349. Sancius Dull, vel De Ul, Hispanus, Aragonius, Ordinis Carmelitarum, verosimillimè oriundus ex oppido, cognomine Ul, quod antiquum fortalitium fuisse Regni Aragoniæ, ejusque incolas, simul & jura in oppidum Regium, vulgò *el Real*, ad annum 1301. ædificatum, transmigrasse, scribit Hieronymus Zurita (c). Cùm diu Pœnitentiarium Apostolicum in Curia Avenionensi, sub Clemente V. & Joanne XXII. egisset, atque muneri isti inserviret, à Capitulo Ecclesiæ Segobricensis (cui Sedes Albarracinensis tunc erat unita) electus est Episcopus, vigesimus tertius in ordine eorum, qui Sedem Segobricæ tenuerunt. Confirmatus postmodùm à Romano Pontifice, uti mos eâ tempestate erat, munus Consecrationis accepit in mense Martio, Dominicâ 4. Quadragesimæ, quæ vulgò dicitur *Dominica Lætare*, anno 1319. Assumpto utriusque Ecclesiæ regimine, Synodum Diœcesanam primùm celebravit Albarracini, Idibus Aprilis, anno 1320. quò etiam currente, Comitiis Generalibus Regni Aragoniæ, à Jacobo II. Rege Cæsaraugustæ celebratis, personaliter interfuit. Iterum Synodus Diœcesana ab eo congregata est Segobricæ, quinto decimo Kalendas Novembris, anno 1323. Cùmque statum spiritualem suæ Diœcesis in hunc modum congruenter stabilitum arbitraretur, Avenionem, ad Curiam Pontificiam se contulit, ut Sedis suæ jura, annuosque redditus, jam pridem usurpata, vel injustè detenta, recuperaret. Ibi tribus superstes Pontificibus non minori sollicitudine, quàm constantiâ, adversùs plures, eosque potentes adversarios, causas prædictarum Ecclesiarum egit. In eo temporis decursu repetitas sententias favorabiles obtinuit, quibus insignia oppida juri suo asseruit: itemque decimas vindicavit: & quidem tàm faustè, ac utiliter operâ nostri Sancij cessit utrique Ecclesiæ, quòd si non Auctor, glorioſus tamen Restaurator earum, pleno ore, ibi deprædicetur. Ejus namque sollicitudini planè Pastorali, constantiæ, ac industriæ Segobricenses, juxtà & Albarracinenses debita referunt, nedum ampliſſima jura, verùm & decimas copiosas, quæ usque ad ista tempora pacificè possident, & capiunt.

Sancius Dull,

(c) loco infrà citandò.

Pœnitentiarius Apostolicus,

electus Episcop. Segobr. & Albarracin.

& consecratus,

Synodum Diœcesi. iteratis vicibus celebrat:

Digitized by Google

Regium seu El Real in Hispania inchoatum an. 1301.

Historiographi, qui *tomo* 1. *Annalium ejusdem Regni*, libro 5. cap. 49. scribit, ex ordinatione Jacobi II. Regis initium habuisse, sub anno 1301. oppidum præfatum *el Real*, in confinio Navarræ, versùs Sangosam, ædificatum. Cùm autem noster Sanctius an. 1319. pòst novennium muneris Pœnitentiarij (ut expresè ait Carillus citatus) electus fuerit Episcopus, proculdubio nedùm natus, verùm & habitum religiosum indutus, vitam agebat, cùm oppidum illud *el Real* originem habuit. Sanctio epitaphium à præfato Reverendissimo Anastasio Vives Episcopo Segobricensi (de quo hìc suprà) positum, est hujusmodi. *Subsiste as, quæso, quisquis es, attende viator: inclytum agnosce virum, hôc marmore clausum. Hic Illustrissimus ille ac Reverendissimus Dom. D. Fr. Sanctius de Vll, sacræ & Prophetica familiæ Carmelitarum alumnus, Celtiberia, in oppido del Real* * *Pampilonensis diœcesis feliciter ortus: vir planè omni doctrinâ imbutus, quo in sacris libris evolvendis, Theologicis quæstionibus, & utriusque Iuris difficultatibus enodandis, nullus major, excellentior nullus, vigesimus tertius Episcopus Segobricensis, & Albarracinensis, anno* MCCCIX. *Dominicâ* LÆTARE *consecratus: cùm antèà Summorum Pontificum Clementis V. & Ioannis XXII.* Pœnitentiarius extitisset: *Cæsaraugustæ in Curiis generalibus Serenissimi Regis Iacobi II. interfuit*: 38. *annos Ecclesiam suam strenuè rexit, ex quibus; Christi vestigia insequendo, tribus suprà triginta, Avenione persistens, Sponsæ decorem à litium umbagibus, quibus innodabatur, mirâ aviditate solvit, quousque illam in perpetuam tranquillitatem firmavit. Pro Synodo celebranda, semel atque iterùm sedit: Ecclesiam hanc, cum Albarracinensi, & legibus, & moribus honorando. Librum reliquit* DE PERFECTIONE VITÆ CATHOLICÆ, *suæ professionis exemplar. Tandem (proh dolor!) terra tantum virum cœlo exoptatum restituit ex Avenione, Fortunarum ejus triumphali palæstra, Anno* MCCCLVI. *In tanta virtutis memoriam, tantique viri reverentiam, Illustrissimus ac Reverendissimus Dom. D. Fr. Anastasius Vives de Roccamora* (alter ille) *hæc pauca temporibus obtulit, Anno* MDCLXXII.

Epitaphium.

* error est, patefactus jam statim.

Sebastianus ab Alexandro.

3351. SEBASTIANUS AB ALEXANDRO, Italus, ex Sanctoro ab Alexandro, & Angela à Tropea parentibus, ortus, lucem vidit die 28. Octobris anno 1603. in oppido Mottæ-S. Joannis, diœcesis, & agri Urbis-Rhegij in Calabria: undè ipse Rheginum se dicebat. In prima juventute habitum religiosum susceptit Consentiæ: & absoluto tyrocinio, emisit professionem in Conventu Cathanzari, ejusdem Provinciæ Calabriæ, die primâ Novembris, vergente anno 1619. In eadem urbe, & Patavij studuit, atque Magisterij gradum posteà obtinuit. Institutus ad hæc Sacræ Theologiæ Regens, Messanæ item, & Neapoli, ubi primarij Conventus studiorum Præfectus extitit. Diu docuit: Fuit pariter S. Inquisitionis Consultor, in regno Neapolitano, ad id munus destinatus die 15. Februarij 1650. Similiter in Urbe Consultorem Sacræ Congregationis ab Indice nuncupatæ, egit, institutus die 29. Augusti, anno 1667. Ad hæc Theologus fuit duorum S. R. E. Cardinalium, nempè Julij Sabelli, & Cyriaci Roccij. Interèà Sebastianus noster bis Provinciam suam Calabriæ, in munere Provincialis, rexit: majus cœnobium Neapolitanum integro quadriennio Prior moderatus est: nec non in Assistentem Generalem totius Ordinis Carmelitarum, pro Italiæ Provinciis assumptus fuit, dùm die 10. Maji 1660. Comitia Generalia in Urbe celebrarentur. Tot, iisque præclaris muneribus functus noster Sebastianus, ad Insulam tandem promotus est, ex nominatione Cl. mentis X. Pontificis Maximi. Igitur ineunte anno 1672. ad diem 15. Januarij, eligitur Episcopus Rubensis, sub Metropoli Barensi, in regno Neapolitano. Munus verò consecrationis die 25. sequentis Februarij, suscepit Romæ, (una cum Ludovico Malaspina, itidem Carmelita*) per manus Benedicti Cardinalis Odeschalchi, Assistentibus Jacobo de Angelis, olim Archiepiscopo Urbinate, & Friderico Baldesco Archiepiscopo Cæsareæ, in Ecclesia nostra S. Mariæ Transpontinæ. Româ posteà egressus, die 12. Martij, Neapolim accessit: indè venit Rubos die 14. Maji, cùm priùs ad diem 10. Aprilis possessionem dignitatis cepisset. Verùm paucis mensibus in Sede expletis, obiit Rubis die 29. Decembris exeuntis anni 1672. morbo in Visitatione suorum subditorum infirmorum (quorum tunc magnus numerus erat) contracto: in quo charitatis officio assiduus erat. Sepultus, ut antè mortem præscripserat, in Ecclesia Confraternitatis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, Divo Vito sacra. Opera, quæ publicè typis edidit, alibi recensentur.

Episcopus Rubensis eligitur.

* de quo hìc suprà.

assiduus in visitatione subditorum infirmorum, infirmitate contractâ moritur.

3352. S. SERAPION, ex vita ascetica veteris instituti (de quo hìc suprà) Episcopus octavus Antiochenæ Ecclesiæ, magnâ sanctitate, & eximiâ eruditione effulsit. Colitur sub ritu duplicis officij in toto Carmeli Ordine ad diem XXX. Octobris: ad quem pleniùs de eo actum est hìc suprà in parte IV.

S. Serapion ex asceta Eliani Instituti Episc. Antiochen.

3353. SYBERTUS * DE BOPPARDIA dictus de Troistorp Episcopus Malvasiensis, mortuus Boppardiæ, & ibidem sepultus in choro sub insigni lapide ipsius effigiem in Episcopali ornatu exhibente, cum hac inscriptione: *Anno Domini* MCCCLIX. XI. *Kalendas Octobris obiit Ven. P. & Dom. D. Syberius, Dei gratiâ Episcopus Malvasiensis, cujus anima requiescat in pace, Amen.* De eodem legitur in antiquo libro Anniversariorum Conventûs Boppardiensis, ad diem S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ: ANNO 1359. *Anniversarium Domini piæ memoriæ Syberti Episcopi Maluasiensis Ordinis nostri peragetur in festo Matthæi Apostoli & Euangelistæ, de quo Fratres receperunt testamentum bonum, tàm in libris, quàm in pecuniis:*

* seu Sibertus.

Sibertus de Boppardia.

Episcopus Malvasiensis.

varijs functus muneribus,

Digitized by Google

sic ibi: Cujus verò Episcopi, sive loci, fuerit Suffraganeus, non exprimitur; credibile tamen, fuisse Trevirensem, cui successerit Nicolaus de Arluno. De Commentario ab ipso scripto in Sententias, quidam fide dignus ex nostris retulit, tale Commentarium in nostra Bibliotheca Boppardiensi extitisse, seque illo usum fuisse. (a)

(a) Hactenùs de *Siberto* ex relatione R. P. Jacobi Milendunck Prioris Bopp. &c.

Simon de Duren, Episc. Magionensis:

3354. Fr. Simon de Duren, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Magionensis, pridiè Idus Augusti, an.* 1457. *Institutus pariter Suffraganeus Reinhardi Episcopi Wormatiensis.* Ex *Actis Consistorialibus Calixti III.* In antiquis Provinciæ Allemaniæ Inferioris hæc de illo exarata leguntur: Simon de Duren: Anno 1429. & 1430. studet in Tolosa, expensis Provinciæ. Anno 1433. Informator Coloniæ. An. 1434. Cursor Crucenaci. Anno 1436. 1437. 1438. Cursor in conventu suo nativo Durensi: ab anno 1439. usque 1442. inclusivè Prior Aquisgrani, quo anno in Capitulo Thenis celebrato in Dominica *Lætare*, Præside R.mo Patre Magistro Joanne facio Generali, ordinatur, quòd Fr. Simon de Duren legat Biblia in Carmelo Colonienſi, & continuet omnes actus ibidem, juxtà consuetudinem illius Universitatis, usque ad gradum Magisterij inclusivè. Ab anno 1444. usque ad 1448. inclusivè est Prior Coloniæ, & primus Provinciæ Definitor: quo Prioratu absoluto, ab anno 1449. usque 1457. est Pœnitentiarius Archiepiscopalis Coloniæ. Deinceps assumptus est à R.mo Dom. & Principe Wormatiensi, & consecratus Episcopus Magionensis. Ejus adhuc superstitis sit honorifica mentio in Actis Capituli Provincialis an. 1463. celebrati Bruxellis, Præside R.mo Patre Soreth Generali: item in libro Confraternitatis S. Dorotheæ Coloniæ numeratur inter alios viros illustres, qui anno 1464. unà cum Reverendissimo Patre Generali Soreth Coloniæ existentes, nomina sua dederunt Confraternitati S. Dorotheæ. Istius Confraternitatis, & liberalis donationis ipsius Simonis, nec non Petri de Franckfordia (de quo hîc suprà) mentio fuit, in vita B. Joannis Soreth (a) In libro Anniversariorum pervetusto Carmeli Wormatiensis, de anno obitûs, & sepulturæ loco, ista leguntur: *Anno* 1470. *ipso die S. Augustini obiit Reverendissimus in Christo Pater & Dominus Simon, Dei gratiâ, Episcopus Magionensis, Ordinis nostri, sepultus in choro, in introitu.*

quibus gradibus ad doctrinam pervenit:

varia ejus munia.

(a) n. 2121.

obiit an. 1470. die 28. Aug.

3355. Fr. Simon * Utin *Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister, electus est Archiepiscopus titularis Arcadensis, die* 5. *Julij anno* 1501. ex *Actis Consistorialibus Alexandri VI.* Gallus fuit natione, Prior Conventûs Parisiensis, institutus in Comitiis Generalibus Avenionensibus, anno 1482. prout legitur in communi Ordinis Regesto, (b) electus est Archiepiscopus Arcadensis titularis, ad exercenda Pontificalia in civitate, & diœcesi Cathalaunensi, die 5. Julij anno 1501. sicut Ex *Actis Consistorialibus* præfatis habetur.

*seu Hutin.

(b) fol. 65.

3356. S. Spiridion, in Ordine Prophetico vitam religiosam monasticam ducens, electus Episcopus Trimithuntinus; sicut S. Eliæ virtutum imitator, ita quoque similium admirandorum miraculorum patrator fuit. Sub ritu duplicis officij colitur in toto Carmeli Ordine, ad diem X. Decembris, ad quem tradita sunt admiranda ejus gesta hîc suprà in parte IV. (a).

S. Spiridion Episc. Trimithunt.

(a) n. 2640. & seq.

3357. Fr. Stephanus Broun, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Rossensis, in Hibernia, sub Metropoli Cassiensi, decimo Kalendas Maji, anno* 1399. ex *libro primo de Provisionibus Prælatorum, sub Bonifacio IX. anno X. folio* 81. Pitseus (b) Possevinus, & alij (immemores nuncupare Carmelitam) commemorant quæ scripsit: tradunt eum vixisse anno 1340. sed aliquantò posterior claruit.

Stephanus Broun, Episc. Ross.

(b) De Script. Angliæ ad an. 1340.

3358. Stephanus de Gabanrario, Ordinis Carmelitarum, electus Episcopus Philadelphiensis, anno 1488. adhuc in vivis erat anno 1490. & verisimiliter decessit anno 1492. nam in *Regestis Alexandri VI. sub finem anni* 1492. refertur *Henricus Episcopus Philadelphiensis.* Is verisimiliter est *Henricus de Gournay*, de quo in sequentibus.

3359. Fr. Stephanus Guilielmi, *de Neapoli, Pœnitentiarius Apostolicus, electus est Archiepiscopus Duracensis, Metropolitanus in Dalmatia, tertio Nonas Junij, anno* 1394. Ex *libro Provisionum Bonifacij IX. anno* 5. *folio* 84. Idem promotus est ad Ecclesiam Potentinam, in regno Neapolitano; ab eodem Bonifacio IX. sed quia neglexit litteras suæ translationis infrà tempus expedire, in ejus locum alter institutus est Episcopus Potentinus, septimo Idus Februarij anno 1399. ex *libro Provisionum Bonifacij IX. anno X. folio* 16.

Stephanus Guilielmi Archiep. Duracensis.

3360. Stephanus Patrington, Ordinis Carmelitarum S. Theologiæ in Academia Oxoniensi Doctor, Henrici V. Regis Angliæ & aliorum Principum Confessarius, maternam Provinciam Anglicanam per quindecim continenter annos Præfectus Provincialis moderatus fuit. Porrò eum in prædicto munere Provincialis confirmatum primò invenimus in Comitiis Generalibus, Bononiæ, anno 1405. celebratis: & rursùs in Comitiis subsequentibus, Bononiæ item anno 1411. coactis. Quæ sanè confirmationes disertis verbis exaratæ leguntur in Regesto communi Ordinis, fol. 25. & 27. in quo ultimo legimus scriptum: *Ordinatur Prior Provincialis Angliæ, Fr. Stephanus Patrington, Magister in Theologia.* Ad hæc noster Stephanus electus est Episcopus Menevensis, sub Metropoli Cantuariensi, Kalendis Februarij, anno 1415. per litteras Joannis XXIII. datas Constantiæ, illâ die: ex *libro de Provisionibus Prælatorum, anno* 5. *ejusdem Ioannis, fol.* 217. eodem anno, ad diem 19. Junij, consecratus fuit Maidstonæ. Subinde Constantiam, ad Concilium Generale profectus, illi interfuit: & paulò pòst electionem Martini V. exeunte anno 1417. ad decimum octavum Kalend. Januarij, translatus

Stephanus Patrington, Provincialis per Angliam annis 15.

Episc. Menevensis,

Concilio Constantiensi interfuit

Digitized by Google

Episc. Cicestrensis.

translatus est ad Ecclesiam Cicestrensem, sub prætata Metropoli Cantuariensi. Ex *libro de Provisionibus Prælatorum, sub Martino V. anno* 1. *fol.* 122. Meminit hujus translationis Stephani nostri, tunc Episcopi Menevensis, Franciscus Godwin, pag. 621. ubi eum Episcopum 67. Menevensem recenset; & subjungit: [Concilio interfuit Constantiensi, anno 1417. ibique Decembri mense (homo, secundùm Walsinghamum doctissimus) Cicestriam translatus est.] Ita Godwin. Quo teste, Episcopus 25. Cicestriæ sedit noster Stephanus, etsi parvo tempore in hac dignitate superstes. Ex Lelando Joannes Pitseus de nostro Stephano hæc, inter alia, narrat: [Stephanus Patringtonus, natione Anglus, patriâ Eboracensis, & in eadem regione Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli, S. Theologiæ Doctor Oxonienſis, totius Ordinis sui per Angliam Provincialis Magister vigesimus tertius, ad annos quindecim præfuit in universum Monachis Carmelitanis plus quàm mille quingentis. Vir omnibus præstantioribus animi dotibus, omnibus virtutibus præditus, & multiplici doctrinæ varietate instructus .... Ad aulam regiam vocatus, in summo apud ipsum Regem Henricum quartum pretio, factus est ipsi Reginæ, & primogenito Regis filio, Principi Walliæ, aliisque primariis regni viris à secretis confessionum. Quàm primùm autem Henricus quintus regale solium conscendisset, anno videlicet Domini 1414. suum hunc Stephanum Oxonium destinavit commissarium contra Wicleffitas, & Lolhardos, ut de illorum & aliorum erroribus inquireret, & judicaret. Quâ legatione dum fungeretur, à Rege designatus est Episcopus Meneuensis, id est, ad S. Davidem in Wallia, nec multò post tempore Cicestrensis electus Præsul ... Londini sanctissimè diem suum obiit, decimo Kalendas Octobris, anno salutis reparatæ 1417. & ibidem inter suos Carmelitas sepultus est:] Hæc Lelandus, & ex eo Pitseus texens catalogum Scriptorum, quæ posteritati reliquit. Quoad tempus obitûs, etiam in Catalogo majori Scriptorum Britanniæ (a) notatur X. *Kalendas Octobris.* Verùm cùm ex ante dictis constet, illum Cicestriam translatum in Decembri anno 1417. verisimilius est, eum decessisse sub initium anni 1418. Id constat, quòd octavo Idus Aprilis an. 1418. provisa sit Ecclesia Cicestrensis, vacans per obitum Stephani.

Provincialis existens habebat Religiosos ultra 1500.

Confessarius Regina, & Henrici Regis:

sanctè moritur.

(a) centur. 7. pag. 517.

Stephanus, Episc. Calvensis.

3361. STEPHANUS *Ordinis Carmelitarum Episcopus Caluensis in Campania eligitur à Clemente VI. an.* 1343. 5. *Idus Febr. excessit an.* 1345. Ità Ughellus *Tomo* 6. *Italiæ Sacræ*, de *Episcopis Caluensibus.*

Suuatoslanus Episc. Lucensis.

FR. SUUATOSLANUS JAROSLAI, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus* * *Lucensis quarto Idus Maji, anno* 1404. ex *libro primo de dignitatibus vacantibus sub Bonifacio IX. anno XV.* Lucensis Episcopatus olim sub Metropoli Bracharensi erat, nunc sub Compostellana est. Cæterùm Suuatoslanum titulum Sedis Lucensis, occasione schismatis tunc vigentis, sine re accepisse, verisimile; cùm eo tempore Hispani, sicut & Galli proprios Antistites à Clemente VI. & Benedicto XIII. Antipapis electos, vel confirmatos, non verò alios, per Urbanum VI. Bonifacium IX. & successores institutos, habuerint.

* *seu* Lugensis in Hispania.

T

3362. S. TELESPHORUS, ex anachoreticæ Elianæ vitæ exercitatore, post dura eremi certamina, Romanus Pontifex electus anno Christi CXLII. die VIII. Aprilis, Ecclesiam clarissimis virtutum, & præclarè gestorum radiis illustravit: illustri martyrio consummatus est anno centesimo quinquagesimo quarto, die V. Januarij. Officio sub ritu duplici colitur in toto Carmeli Ordine die XXX. Januarij: ad quem ejus vita tradita est hîc suprà, parte IV.

S. Telesphorus ex Eliana anachoresis cultore Summus Pontifex.

3363. FR. THOMAS, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Dromorensis in Hibernia, sub Metropoli Ardmachana, per obitum Ioannis, quinto Idus Ianuarij, anno* 1450. ex *Actis Consistorialibus Nicolai V.* Thomas hic noster ille ipse est *Thomas Bradley:* ita seipsum nuncupat in binis Tractatibus, quos scripsit: videatur Tomo præcedenti (a): passim etiam cognominatur *Scropus.* Ejus meminit Jacobus Waræus, *libro* 2. *de Scriptoribus Hiberniæ* (b). Cæterùm præclarum Thomæ nostro elogium inscripsit in Annalibus rerum Hibernicarum, sub Henrico VII. Rege Angliæ (c) quod & nos, uti dignitas nostri Thomæ jure merito exigit, hîc integrum damus. *Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, Ianuarij XV. è vita migravit Thomas Scropus, aliàs de Bradley, fermè centenarius, vir genere ortus nobili, sed virtutibus nobilior: qui dùm Carmelita esset Norwicensis, ab Eugenio IV. Papa* (lege, Nicolao V.) *designatus est Episcopus Dromorensis, in Hibernia. Post acceptam verò Episcopalem dignitatem* (verba sunt Joannis Lelandi, Antiquarij hactenùs inediti: scribit idem Waræus) *Rhodianis militibus carissimus fuit, nam apud illos Legati functione usus est. Praterea Roma in pretio erat, magnamque cum Eugenio IV. cui libros aliquot historicos, de rebus Carmeliticis, dedicavit, gratiam iniverat. Vixit ad decrepitam usque ætatem: mortuus est anno* 1491. *sepulchrum ejus ostenditur Lovetofti, oppido maritimo, & limitaneo Sudolvogiæ. Sic Lelandus. Scropi liber,* (prosequitur immediatè Waræus) *quem de Carmelitani Ordinis institutione scripsit, etiamnum extat Cantabrigiæ, in Bibliotheca publica. Is diu ante obitum Episcopatu se sponte abdicavit, & Carmelitarum disciplinæ se denuò submisit, in cœnobio ejusdem Ordinis* * *Lestofti ubi à mundanis occupationibus segregatus, vixit. Successit ei in Episcopatu Thomas Radeliffus, qui, sicut prædecessor, in Anglia vixit. Extrema Scropi senectus confirmare videtur eorum opinionem, qui animi tranquillitatem, & victum monasticum, secundùm regulas*

Thomas Bradley, seù Scropus, Episc. Dromorensis

(a) n. 817. & 827.

(b) pag. 133.

(c) pag. 31. edit. Londini 1658.

centum circiter annis vixit:

Legatus in Rhodum destinatus:

Episcopatui se abdicat:

* Pitseus scribit Leistoft verosimiliter Lavetofti.

Digitized by Google

strictiores, ad valetudinem, & longævitatem plurimùm conferre putant. Hucusque litteraliter Waræus. Quòd exiguo tempore Dromorensem Cathedram tenuerit, sed paucis post assumptionem annis se abdicaverit, ex eo colligitur, quòd anno 1457. Dromorensis Episcopus electus fuerit Richardus Myssin, & hunc præcesserat alius, sicut constat ex Actis Consistorialibus Calixti III. hîc paulò ante (a). De ejus eruditione & scriptis sermo fuit Tomo præcedenti, in notatione prævia ante ejus Chronicon, quod ibi impressum est (b): de singulari ejus pietate, & sanctitatis opinione quædam dicentur libro sequenti.

(a) ubi de Richardo Myssin.

(b) vide num. 787.

Thomas Colbius, Anglus, Episc. Elphinensis,

3364. FR. THOMAS COLBIUS, *Ordinis Carmelitarum, & S. Theologiæ Professor, electus est Episcopus Elphinensis, in Hibernia, sub Metropoli Tuamensi, die 11. Martij, anno 1412. ex libro de Provisionibus Prælatorum, sub Ioanne XXIII. anno 2. fol. 142.* Nondùm exacto biennio, Thomas noster Episcopus Elphinensis translatus fuit ad Ecclesiam Lismorensem sub Metropoli Cassellensi. (Quæ jam pridem Waterfordiensi unita, suos Antistites Lismorenses, simul & Waterfordienses denominare consuevit) die 9. Februarij anno 1414. *ex eodem libro.* Meminit Thomæ nostri Jacobus Waræus, libro 2. de Scriptoribus Hiberniæ, (c) ubi de eo scribit: *Thomas Colbius Carmelita Norvvicensis, S. Theologiæ Doctor, & Concionator facundus, Lismorensis, & Waterfordiensis Episcopus extitit.*

deindè Lismorensis, & Waterfordiensis.

(c) pag. 128.

Thomas de Faria Lusitanus,

3365. THOMAS DE FARIA, Lusitanus, Olissipponensis, Antonij Martinez, & Annæ de Figuereido Filius, constitutus in anno suprà vigesimum ætatis suæ, Religionem intravit die 23. Martij, anno 1580. Professionem verò emisit sequenti anno 1581. in Conventu patrio. Diu Sacram Theologiam docuit in Collegio Conimbricensi, susceptâ Doctorali laureâ in Universitate ejusdem urbis. Bis totius Provinciæ Lusitanæ Præfectus extitit: item & Prior sui cœnobij Olissipponensis. Electus posteà Episcopus Targensis, in Africa, & Suffraganeus Archiepiscopi Olissipponensis, die 22. Augusti anno 1616. sicut habetur in *Actis Consistorialibus Pauli V.* Consecrationis munus suscepit in patrio Conventu, die 16. Januarij 1617. per manus F. Hieronymi de Govea Episcopi Funchalensis. Tandem in patria obiit die 23. Octobris 1628. sepultus cum Fratribus suis.

Provincialis Portugal.

Episc. Targensis Suffr. Olissip.

Thomas Peverelle, Anglus,

3366. FR. THOMAS PEVERELLE, *Peverellus*, seu *Pierevillus*, Ordinis Carmelitarum, Alumnus Provinciæ Angliæ, institutus est Socius Joannis de Raude, Prioris Generalis suæ familiæ, in Comitiis Generalibus, Francofurti anno 1393. celebratis, ut habetur in *Regesto communi Ordinis, folio 20.* Pòst biennium, & quod excurrit, exeunte mense Octobri, anno 1395. electus fuit Episcopus Ossoriensis in Hibernia, sub Metropoli Dublinensi, ut apertè colligitur ex *libro Obligationum, sub Bonifacio IX. anno 7. folio 65.* ubi legitur: *Fr. Thomas electus Episcopus Ossoriensis, promisit die 3. Novembris anno 1395.* Idem, exacto nondum triennio, translatus est ad Ecclesiam Leglinensem, vel Lechlinensem, pariter in Hibernia, sub eadem Metropoli Dublinensi, die vigesima tertiâ Januarij, anno 1398. sicuti expressè legitur in *libro de Regularibus, sub Bonifacio IX. anno item IX. fol. 291.* illis verbis: *Ioannes Episcopus Leglinensis transfertur ad Ecclesiam Ossoriensem: & Fr. Thomas Episcopus Ossoriensis, ad prædictam Ecclesiam Leglinensem, decimo Kalendas Februarij anno IX. Bonifacij IX.* Eodem anno Thomas noster, Episcopus Leglinensis, promotus fuit ad Ecclesiam Landavensem in Anglia, sub Metropoli Cantuariensi, sexto Nonas Julij anno 1398. ex *libro de Regularibus fructibus percipiendis, anno IX. Bonifacij IX. fol. 247.* Et ista ex Regestis Pontificiis certissimâ: quæ ad patriam, stirpem, & alias dignitates, & mortem Thomæ nostri spectant, ex historiis cùm Angliæ, cùm Hiberniæ, apud Scriptores cum approbatione receptis, etiam hîc commemoranda sunt; id unum tantummodò præmonendò, quòd Episcopatus Leglinensis, Thomæ prædicto collati, in illis memoria non extat, atque subindè mansio ejusdem in Sede Ossoriensi nimium, ultrà legitimum tempus, producitur. Igitur Franciscus Godwin, in *Commentario de Præsulibus Angliæ* (Londini, anno 1619.) in *Episcopis Wigornienfibus,* (a) hæc habet. *Thomas Peverellus Carmelita, in Comitatu Suffolcienfi, nobili ortus familiâ, Oxoniæ educatus, Doctor ibi Theologiæ creatus est: deinde Ossoriensis, in Hibernia, constitutus Episcopus à Richardo Rege II. anno 1398. Indè ad Landavensem Ecclesiam primùm translatus est anno 1399. ac posteà Wigorniam, anno 1407. cùm hîc loci sedisset annos X. diem clausit extremum 1. Martij 1417. & in Ecclesia suâ sepultus est.* Godwinum excepit, ac fermè transcripsit Jacobus Waræus, in *Archiepiscopis Dublinienfibus, hujusque Metropolis Suffraganeis* (Dublini 1628.) dùm agit de Episcopis Ossoriensibus. Verùm, quia plùs vidit, quàm Godwin, nonnulla ejus scriptis adjungit, & interdùm propiùs ad veritatem accedit. Itaque ex Waræi relatione, pag. 80. operis citati, unum, vel aliud verbum excerpimus. *Thomas Peverell* (inquit) *vel Pierevill, ut in Archiviis Regiis nominatur, Carmelita, vir suo sæculo celebris, factus est Episcopus Ossoriensis, Successor Richardi Northalis, itidem Carmelitæ .... in Mense Majo, an. 1398. ad Sedem Landavensem in VVallia translatus est. Deindè VVigorniam, ubi & obiit die 1. Martij, anno 1417. vel, ut alij, (qui * initium anni ducunt à Kalendis Ianuarij) anno 1418.*

dein Leglinensis,

postea Landavensis.

(a) pag. 518. *nobili ortus genere, fuit Oxoniensis Doctor.*

* De diverso anni initio variis in locis vid. hîc suprà n. 3153.

3367. TIMOTHEUS BERARDUS, Italus, Genuensis, Sacræ Theologiæ Magister, ac publicus Professor in Academia Papiensi, Prior Genuæ, Commissarius, & Visitator Generalis Siciliæ: atque totius Ordinis Carmelitarum Procurator Generalis, institutus est Episcopus Naulensis (Naulum, vulgò Noli, urbs est oræ Liguscicæ, sub Genuensi dominio & metropoli) die 12. Octobris 1587.

Timotheus Berardus, Italus, Genuens.

Procurator Generalis.

Episcopus Naulensis.

Diu

Digitized by Google

Diu laudabiliter Ecclesiam suam rexit, & in bona senectute obiit Genuæ, die 18. Aprilis anno 1616. & sepultus est in Ecclesia S. Annæ PP. Carmelitarum Discalceatorum. Fallitur auctor *Italiæ Sacræ*, dum facit (a) nostrum Thimotheum publicum Professorem Academiæ Patavinæ, & electum Episcopum dicit Anno 1588. Legendus est de eodem Timotheo Raphaël Sopranus, in *Bibliotheca Scriptorum Ligur.*(b).

(a) To. 4.

(b) pag. 266

Thimotheus Perez, Hispanus,

3368. TIMOTHEUS PEREZ, origine Hispanus, nobili familia ex urbe Malaca, natus est Panormi in Sicilia, anno 1595. parentibus Didaco Perez de Vargas, & Joanna Sarmiento. Religiosum habitum sumpsit in Conventu B. Virginis Annuntiatæ, propè Drepanum celeberrimo, ibique professionem emisit die 18. Junij 1612. Postquam verò studiis vacavit, in diversis conventibus sui Ordinis Sacram Theologiam docuit, Regens hujus Facultatis Lycij in Apulia, Neapoli, & Romæ, ad Transpontinam. Ad hæc Prior sui Conventûs Drepanensis extitit, nec non Provincialis suæ Provinciæ S. Angeli, electus anno 1628. Institutus est Episcopus titularis antiquæ Babylonis, modò Bagdat nuncupatæ die 2. Augusti 1632. simulque destinatus Coadjutor, cum futura successione Præsulis Aspanensis, in Regia Persarum: quocircà à nonnullis vocatur interdum Episcopus Aspanensis (c): Postmodùm titulum Ecclesiæ Lystrensis in Lycaonia obtinuit, sub quo & obiit. Currente autem anno 1634. in Hispaniam venit, & Suffraganeus fuit Episcopi Seguntini, Diœcesimque istam visitavit. Hinc ad munus Suffraganei Primatis Archiepiscopi Toletani assumptus, territoria nonnulla illius amplissimæ Diœcesis item visitavit. Tandem obiit Toleti die 5. Aprilis anno 1651. & in Conventu sui Ordinis Carmelitarum sepultus jacet. In ejus lapide sepulchrali hoc legitur epitaphium:

varijs in Ordine functus Officijs,

Episc. Babylonus,

deindè Lystrensis:

(c) ita Rocchus Pirrus in *Sicilia sacra* Notit. 6 Eccles. Mazar pag. 550. & 554.

Epitaphium Illustriss. Domini
Episcopi Perez, Episcopi Lystrensis.

Epitaphium ejus.

Quem Carmelus genuit filium, Lystrensis insula decoravit Episcopum, Senatus Regius consuluit magnum, Doctoralis Laurea cinxit sapientissimum, Illustrissimum, ac Reverendissimum Dominum, Magistrum D. Fr. Timotheum Perez de Vargas, ætatis suæ LIV. die V. Aprilis, An. Dom. MDCLI. hæc possessio, major spes: & mors hæc omnia Lapide premit uno HEU.

* al. Castellanus.

Tussanus Castellani Episc. Dionysiensis, Suffragan. Rem. & Laudunensis.

3369. FR. TUSSANUS * CASTELLANI, *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Dionysiensis titularis, in sexta Sede Patriarchatûs Antiochiæ, die 17. Octobris anno 1455.* ex *Actis Consistorialibus Calixti III.* Institutus pariter Suffraganeus in Diœcesibus Remensi, & Laudunensi: pensionem annuam accepit super iisdem mensis. Ex *libro 3. de diversis formis, sub Paulo II. anno 2. fol. 274.* Memoratur etiam Tussanus noster in Bullis Sixti IV. & mortuus creditur ad annum circiter 1483. quò labente, sub undecimo Kalendas Novembris, provisa est Ecclesia Dionysiensis, vacans per obitum Tussani.

* al. Tossanus, *Tussanus de Villanova, Gallus,*

Provincialis Narbonæ,

Episc. Cavallicensis,

& Archiep. Avenion. locumtenens.

3370. TUSSANUS * DE VILLANOVA, natione Gallus, filius Ludovici à Villanova, Archiatri Ducissæ Borbonij, Avenione oriundus, & Conventûs Carmelitarum hujus urbis alumnus, cooptatus posteà in Conventu Molinensi Provinciæ Narbonæ, Sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis; sub anno 1458. Provinciam eamdem Narbonensem per triennium rexit Provincialis, assumptus in Capitulo Chalmeraci celebrato: Electus est Episcopus Cavallicensis, seu Cabellicensis, sub Metropoli Avenionensi, quinto Idus Februarij, anno 1466. ex *Actis Consistorialibus Pauli II.* Idem à Carolo Cardinali de Borbonio, Legato Avenionensi, Locumtenens institutus fuit in urbe Avenionis, & Comitatu Venasino, litteris datis Molinis 8. Aprilis, anno 1473. Imago nostri Tussani, cum Gentilitio stemmate subjecto, prostat, cum aliis aliorum Præsulum, in Aula primaria Palatij Episcopalis Cavallicensis. Est autem præsens notitia de nostro Tussano, ex relatione, scripta à R.P. Priore Avenionensi, die 29. Novembris, anni proximè elapsi 1675. Refertur idem Tussanus inter Ecclesiasticos Scriptores, in Bibliotheca Gesneriana (a) Ludovicus Jacob in Compendiosa descriptione Provinciæ Narbonæ Carmelitanæ agit de Tussano de Villanova, cap. 2. de Provincialibus, scribens quòd Provincialis electus sit anno 1464. cap. 3. de Episcopis, quòd fuerit Episcopus Cabellicensis, seu Cavallionensis, cap. 4. de Claris Scriptoribus recenset eruditionis ejus monumenta, ac inter alia, *Directorium conscientiæ, Lugduni* 1488. *Gallicè*; addit, illum, naturæ debitum solvisse anno 1492. Cabellione: cap. 5. recenset eum inter Doctores Parisienses: cap. 6. scribit, Tussanum fuisse Principi Joanni Duci Borbonij &c. à Consiliis, & confessionibus; insignia, vel stemmata ipsius hodieque prostant in vitreis cancellis majoris nostri Conventûs Parisiensis, atque in aula palatij Episcopalis Cavallicensis. In *Gallia Christiana* (b) etiam agitur de eodem, nuncupato *Tossano de Villanova, Carmelita.*

(a) edit. Tiguriæ 1574. pag. 670.

(b) Tomo 2. de Episc. Cavallionens. seu Cabellicensibus, Episc. XXXXI.

V

Vincentius de Leone, Siculus,

3371. VINCENTIUS DE LEONE, Siculus, Panormitanus, Sacræ Theologiæ Magister, Conventûs patrij Prior, & Provinciæ Romanæ Provincialis: electus est Episcopus Bosanensis, in Insula Sardiniæ, die 16. Novembris 1548. mortuus ibidem anno circiter 1556. Bis affuit Concilio Tridentino, primùm, ut Theologus ad annum 1546. teste Sfortiâ Pallavicino Cardinali in sua Historia novissima lib. 8. cap. XI. Rursùs Episcopus jam consecratus, ad annum 1551. uti scribit in 3. Indice Patrum ejusdem Concilij Abbas Michaël Justinianus. Laudatur, & summoperè commendatur Vincentius noster à Francisco de Barone, in *Majestate Panormitana*, (c).

Episcopus Bosanensis:

Concilio Tridentino bis interfuit.

(c) lib. 2. cap. 6.

Digitized by Google

Electi ad Episcopatus, ante consecrationem defuncti; aut nominati, recusantes.

Desiderius Placa fundator Provinciæ Montis-sancti,

3372. DESIDERIUS PLACA, auctor, & fundator Provinciæ, nuncupatæ *Montis-sancti* (regulæ primitivæ Carmelitanæ, sicut ab Innocentio IV. approbatæ, arctam observantiam profitentis, inchoatæ in Sicilia, & indè traductæ Neapolim, Romam, ac ad alia Italiæ loca) Siculus natione, patriâ Catanensis, patrij Carmelitani Conventus alumnus, in eo Sacræ Theologiæ Regens, & diu Prior: item Provinciæ S. Alberti in Sicilia tertium Provincialis, ad annum 1592. primùm electus: iterùm anno 1601. & tertiâ vice, currente anno 1608. Adhæc publicum Sacræ Theologiæ Professorem annis non paucis, nec parvo Reipublicæ litterariæ fructu, in Academia patria egit: Assumptus intereà in Vicarium Generalem diœcesis Catanensis, sub Vincentio Cultellio, insignis probitatis Antistite. Tot præclaris muneribus perfunctus Desiderius, Dux planè emeritus existens, tyrocinium pro suæ Religionis arctiori disciplina ponere non recusavit. Igitur in patria, ad veteris instituti normam, novo erecto domicilio, & alibi fœcundâ sobole propagatâ, ad mortem usque, constantissimâ sui abnegatione, alacriter jugum Domini portavit. Iis curis distentus erat Desiderius, nihil minùs, quàm curiam cogitabat, cùm ex nominatione Regis Catholici, Episcopus Agrigentinus in Sicilia, sub Metropoli Panormitana, destinatus fuit. Cæterùm, priusquam onus Episcopale susciperet, felici morte sublatus est die III. Augusti, anno MDCXXIV. ætatis LXX. Religiosæ vitæ LVI. Insignia ejus merita multi celebrârunt: Rocchus Pirrus, in sua *Sicilia Sacra* (Panormi 1639.) (a) pag. 67. *Notitiâ primâ Ecclesiæ Catanensis*, (a) dùm agit de Vincentio Cultellio Episcopo Catanensi, scribit: *Vicarium Generalem Magistrum Desiderium de Placa, Carmelitam Catanensem, virum, prudentiâ, ac doctrinâ præclarum elegit.* Inferiùs (b) pag. 85. (b) inter viros illustres Carmeli Catanensis alumnos Desiderium recenset. *Magister Desiderius Placa* (inquit) *Catanensis, Theologicâ scientiâ insignis, quàm in alma Academia Catanensi multos annos docuit, magno omnium plausu. Sub eo Magistro, ac Promotore ego anno 1601. Februarij 4. lauream Doctoralem Sacræ Theologiæ assecutus sum. Fuit is Vicarius Generalis diœcesis Catanensis, sub Episcopo Vincentio Cultellio, suique verò Ordinis in Provincia S. Alberti 25. annos Prioris & Vicarij generalis munere perfunctus est. De eo præclara mòx.* Demùm statim subjungit Pirrus: *Carmelitarum Reformatorum Ordo juxtà candorem strictioris disciplinæ ab iisdem Magistris Desiderio Placa, & Alphio Licandro, Vitæ integritate, ac morum exemplo illustribus fuit restitutus.* Et tandem concludit: *Placa tanti nominis fama à Rege Philippo IV. Episcopus Agrigentinus eligitur reluctans; sed ante inaugurationem, sanctam obivit mortem, & in suo novo cœnobio sepultus est.*

doctrina præstantiâ, insignis:

Vicarius Gen. Diœces. Catan.

strictioris vitæ exemplo venerandus,

Episcopus Agrigentinus electus.

3373. Pirrum, supradicta scribentem, excepit Joannes Baptista de Grossis, in *Decachordo*, sive *novissima Catanensis Ecclesiæ notitia* (Catanæ 1642.) qui sanè *chordâ 2. modulo 10.* in laudem Desiderij nostri, accuratiùs se diffudit. Itaque pagina 160. scribit: *Sed claudat jam Catanensium Carmelitarum, eruditione præstantium, gloriosum cœtum Magister Desiderius Placa, cujus profunda eruditio, in muneribus obeundis prudentia, in rebus agendis dexteritas, in sui-ipsius cognitione humilitas, ferventissimus tandem Religionis zelus emendicata orationis verba nec exigunt, nec admittunt. Nè tamen muneri defim meo, carptim nonnulla subjiciam. Desiderius igitur in patria Academia, continuatâ gymnasiorum frequentatione, duplici annorum enneade, Sacram Theologiam professus est. De Religione, si quis alius, optimè meritus, plurimis in ea honestatus muneribus in pratacta S. Alberti Provincia septiès, & ultrà, faustis Patrum acclamationibus Provincialis electus;* (ter quidem Provincialis munus gessit, etsi aliàs Vicarius Provincialis extiterit, nec non Vicarius Generalis, Regens, & Prior, sicut jam ante relatum est) *in universa Catanensi diœcesi Generalis Vicarij munere, dùm in cathedra sederet D. Vincentius Cultelli, egregiè functus. Reformatorum Ordinis Carmelitarum, juxtà candorem primævi instituti, ad præscriptum Innocentij IV. in Conventu S. Mariæ dell' Indrizzo, tùm Catanæ, tùm Iacis institutor, & restitutor. Ob doctrinæ opinionem, morumque integritatem, Prælatis omnibus, Regnique Proceribus gratissimus: quorum meritis à Philippo IV. tanti nominis famâ permoto, Agrigentinus Episcopus absens designatur; ante tamen inaugurationem, sanctam obivit mortem 3. Augusti 1624.* (eodem die, quo Panormi Philibertus Sabaudiæ Ducis filius, Regni Prorex, tabe confectus, è vivis excessit) *& in eodem Catanensi cœnobio S. Mariæ dell' Indrizzo terræ mandatus sepelitur.* De præfatæ Provinciæ Montis-sancti initiis, & incrementis, ac arctiori disciplina videri poterit in Vinea Carmeli (a).

gratissimus fuit Prælatis, & Proceribus:

(a) parte 4. c. 4. n. 654. & part. 7. cap. 5. nu. 1039.

3374. EVERHARDUS * BILLICUS, *patriâ, & Ordinis professione Agrippinas, Consiliarius Ecclesiasticus, & designatus Suffraganeus Colonienſis, vigesimo ante consecrationem die obiit anno 1557. die 11. Ianuarij. Ejus laus integrum potiùs commentarium requirit, quàm ut possit hoc loco breviter perstringi. Vide Syntagma de Suffraganeis Colonienſibus, & vitam ejus editam à Gasparo Gennepæo.* Hæc Ægidius Gelenius, de *Colonia Agrippina*, libro 3. Syntagmate 43. §. 3. Ut ex præclari viri istius gestis aliqua attingamus; ex præfato Gaspare Gennepæo, Cornelio Callidio, in *Catalogo illustrium Germaniæ Scriptorum*, & aliis, ista de illo referuntur: Everhardus Bilck, sive Billicus Carmelita fuit Colonienſis, Sacræ Theologiæ Doctor, Allemanniæ inferioris Provincialis, à Carolo V. Imperatore in diversis Comitiis & Colloquiis in Germania contrà hæreticos institutis, & habitis Disputator Theologus specialiter

* al. Everardus.

Everhardus Billicus, ante consecrationem moritur:

præclara ejus gesta nonnulla.

Episcopus electus reluctans, ante consecrationem obiit.

Digitized by Google

cialiter deputatus, nec non apud Sacram ejusdem Cæsaream Majestatem Cleri, & Universitatis Colonienſis destinatus Orator: ad Sacrum Concilium Tridentinum tùm ab Ordine suo electus, tùm ab Illustrissimo & Reverendissimo S. Romani Imperij Principe Electore * Adolpho, ex Comitibus de Schawenberg Archiepiscopo Colonienſi assumptus & missus Theologus, & tandem ab Antonio, præfati Adolphi Archiepiscopi germano Fratre, & in Archiepiscopali dignitate succeſſore denominatus Suffraganeus Colonienſis, & Episcopus Cyrenenſis Romæ pronuntiatus invitus tamen, & reluctans, ut in ejus vita tradit Jaſpar Gennepæus. Etiam commemorari meretur, quòd Carmeli Colonienſis Clauſtrum, seu ambitum hiſtoriis ſacris Euangelicis, exquiſitâ arte pictis decoraverit. Moritur Coloniæ anno 1557. die XI. Januarij, ætatis ſuæ 58. in choro honorificè ſepultus. Epitaphia ipſius habet Gelenius in Syntagmate. Alia quædam de ipſo adferentur in ſequentibus.

* *al.* Adulpho.

3375. FRANCISCUS A JESU, & JODAR, Hiſpanus, Beacienſis origine, natus eſt Hiſpali, currente anno 1569. parentibus Joanne de Jodar, * Decurione Beacienſi, & Maria Gallegos, antiquæ nobilitatis conjugibus. Cooptatus fuit Franciſcus noſter Conventui Matritenſi anno 1611. in quo manſit uſque ad obitum, Magiſterij laude inſignitus, procul à domeſticis Præfecturis. Vocatus à Philippo III. Hiſpaniarum Rege, in extremis laborante, egregiam operam ei navavit, ultimam Confeſſionem Sacramentalem ipſius, per tres horæ quadrantes immoratus, audivit, atque ſubindè ultimum pietatis officium Catholico Monarchæ impendit. Teſtatur id Ægidius Gonçalez Davila, Regius Hiſtoriographus, in Theatro Magnalium Matritenſium (Matriti an. 1623.) pag. 130. Poſt mortem Philippi III. evecto ad ſolium Philippo IV. in Monarchiæ Hiſpanicæ motibus, Franciſcus noſter immotus talis fuit eò tempore ut verbis Sidonij Apollinaris, (a) potiùs ipſe, quàm alter, deſcriptus appareat: *Vir inter ingentes Principum motus, atque inæqualem Reipublicæ ſtatum, gratia ſemper æqualis.* Igitur utrique Regi Philippo, Parenti, & Filio, carus æquè, atque probatus, penſionibus annuis ab utroque remuneratus, ex utriuſque nominatione, ad Infulas iterùm atque iterùm defectus fuit. Porrò ſibi oblata eſt Eccleſia Metropolitana Mexicana in Ameriea Septentrionali: rursùs Guadicenſis, ſub Granatenſi Metropoli: item * Segobienſis, ſub Primate Toletano: nec non Calagurritana, ſub Metropoli Burgenſi: uti fide digniſſimi teſtes, nedùm domeſtici, verùm extranei, ſcriptis conteſtati ſunt. Manſit tamen Franciſcus noſter intrà Clauſtra, mortuus tandem Matriti, diuturnâ, & prolixâ infirmitate, patientiſſimè toleratâ, implicitus. Sepultus eſt in eodem conventu, cum Fratribus ſuis, inſcripto ſuper lapide hôc epitaphio: *His ſitus eſt Reverendus P. Magiſter Fr. Franciſcus à Jeſu Iodar, Concionator Regius, primæ eruditionis vir: qui inter quatuor primos Theologos Hiſpaniæ, à Rege Philippo III. ad res graves vocatos, anteſignanus fuit. Obiit tantus vir XXIII. Septembris anno ætatis ſuæ LXVI. Verbi incarnati MDCXXXIV.* Laudatur præcipuè Franciſcus noſter à Roderico Caro, (a) & in Bibliotheca Hiſpana (b) Romæ edita: & quidem Tomo 1. hæc, inter alia, de illo memorantur: *Regibus Hiſpaniarum Catholicis Philippo III. quem paulò pòſt morituum præſenti conſilio atque eloquentiâ egregiè juvit, confirmavitque: nec non & Philippo IV. hujus Filio charus in paucis, atque intimus:* quodque *res graviſſimas, magnâ eruditionis, prudentiæ, & pietatis laude exercuerit: Epiſcopalem dignitatem, ſæpiùs ſibi oblatam, conſtanter recuſaverit.*

(a) lib. 1. Epiſt. 11.

(a) in Chr. Dextri (Hiſpali 1627.) pag. 13. (b) Tom. 1. pag. 332. & tom. 2. in Append. pag. 291.

3376. GERARDUS * DE TRAPANO, Siculus, ipsâ urbe, æque antiqua & nobili Drepano oriundus, S. Theologiæ Magiſter, patriæ Provinciæ Siciliæ diu Provincialis, inſtitutus primùm in Comitiis Generalibus, Bononiæ anno 1411. ut legimus in Regeſto communi Ordinis, (c) Item aſſumptus anno 1430. celebratis Comitiis in Conventu Nannetenſi: ex eodem Regeſto, & confirmatus anno 1434. in Capitulo Generali Ravenſpurgenſi, ut in prædicto Regeſto. Interea Gerardus noſter electus eſt Epiſcopus Pactenſis in Sicilia, ſub Metropoli Meſſanenſi, ab ipſo Canonicorum Capitulo. Factum refert Rocchus Pirrus, in ſua SICILIA SACRA, *Notitiâ 6. Eccleſiæ Mazarenſis,* (d) illis verbis: *Fr. Gerardus de Drepano Carmelita electus eſt anno 1431. Epiſcopus Pactenſis:* & *Notitiâ 4. Eccleſiæ Pactenſis, pag.* 409. ubi diſertè ſcribit: *Poſt obitum Matthæi Epiſcopi Pactenſis, in menſe Majo 1431. Canonicorum Capitulum poſtulavit Epiſcopum Fratrem Gerardum de Drepano, Ordinis Carmelitarum: ſed id non admiſit Rex, ſcripſitque ſui juris patronatûs eſſe electionem.* Ex *libro Prothonotarij, anno* 1431. (e) Ita Pirrus. Neque alia memoria de Gerardo noſtro ulteriùs ſuppetit.

* *al.* Drepano. *Gerardus de Trapano, Sicilia Provincialis,*

(c) fol. 27. vid. etiam fol. 34. & 36.

Epiſcopus Pactenſis electus.

(d) pag. 554.

(e) fol. 101.

3377. FR. HENRICUS * SILVIUS DE MUZOVICO, *Comenſis Diœceſis, Aſtenſis civis, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis, vir eruditione, doctrinâ & pietate venerabilis, Pontificibus, Principibuſque charus, à Paulo V. Eporedienſis Epiſcopus deſtinatus anno* 1612. *Romæ mortalitatem explevit antequam inauguraretur die* 14. *Septembris ejuſdem anni; ſepultuſque eſt apud ſuos Fratres: cujus vitam ſcripſit Franciſcus Vorſius.* Ita Ughellus *Tomo* 4. *Italiæ Sacræ*, de Epiſcopis Eporedienſibus, ſub Archiepiſcopatu Taurinenſi. Porrò HENRICUS SYLVIUS (quandoque etiam *Henricus* agnominatus) Italus, ex oppido *Medio-vico*, vulgò Mezzovico, agri, & diœceſis Comenſis, currente anno 1556. Franciſco, & Jacobinâ, infimæ ſortis parentibus natus eſt. Infans adhuc à parente conſtitutus Aſtæ, ibi anno ætatis decimo octavo Religioſum habitum Carmelitanum induit, & profeſſionem emiſit: hinc civis Aſtenſis cooptatus, Aſtenſis nuncupatur. Indè ſtudiis formatus, Philoſophiam & Theologiam

* *al.* Sylvius. *Henricus Sylvius,*

Epiſcopus Eporedienſis deſtinatus, ante conſecrationem moritur.

Henricus Sylvius, Italus, Aſtenſis,

ſuos

Digitized by Google

variis in Ordine functus muniis,

suos Fratres docuit, publicum in Papiensi Academia, nec non in Sapientia Romana Præceptorem egit, datâ interim concionibus faciendis operâ. Ad hæc, Papiæ, Astæ, & Romæ, ad Transpontinam, ubi etiam Regens Theologiæ extitit, Prioris munus obivit. Dùm autem in Urbe moram trahebat, institutus fuit Vicarius Generalis pro Italiæ Provinciis, profecto in Hispaniam Joanne Stephano Chizzola, sui Ordinis Generali: quo sublato, in Vicarium Generalem totius Religionis assumitur Henricus noster à Clemente VIII. Pontifice Maximo, litteris datis die 17. Augusti, an. 1596. atque adeò ex illa die regimen universæ familiæ suscepit. Celebratis postmodùm Romæ Comitiis Generalibus ad diem 10. Maji, anno 1598. Prior Generalis electus est. Statim ad visitationem Provinciarum cœtùs sibi commissi, accinctus, Româ egressus, usque ad annum 1607. huc, illucque discurrens, Italiam primùm, indè Gallias, Belgium, Germaniam, & Poloniam perlustravit: ac demùm Provinciarum Hispaniæ Visitationem absolvit, impressis ubique non paucis, nec levibus observantiæ regularis vestigiis: iis peractis, iterùm ad dignitatem Prioris Generalis assumptus est in Comitiis, Romæ ad Transpontinam congregatis die 7. Junij anno 1609. elapso triennio, promovetur Henricus ad Episcopatum Eporediensem (Eporedia aliàs *Iurea* est urbs Pedemontij) sub Metropoli Taurinensi, ex nominatione Ducis Sabaudiæ: cujus & litteris patentibus, datis die 25. Julij 1612. Orator apud Sedem Apostolicam pariter destinatus est. Subierat die 22. ejusdem mensis examen, ab inaugurandis in Antistites de more præmissum. Cæterùm dùm hæc agebat Sylvius, gravi infirmitate oppressus, eam per mensem pati necesse habuit, & tandem in sua cella Transpontina spiritum Creatori reddidit, die 14. Septembris anni labentis 1612. ætatis suæ 56. ab inita Præfectura Religionis 16. sepultus est in templo S. Mariæ Transpontinæ, ad Sacellum S. Angeli, quòd vivus altari, picturis, & dote ornaverat. Elapsis ab ejus obitu tribus suprà quinquaginta annis, epitaphium istud in marmore exaratum est ibi:

Generalis eligitur:

Ordinem visitat,

regularem disciplinam instaurat:

Episc. Eporediensis assumitur:

ante consecrationem moritur:

Epitaphium:

HENRICUS SYLVIUS, *Astensis, Generalis Carmelitarum: Disciplinæ regularis, ac litterarum apud suos Instaurator: Ordinem universum perlustravit, rexitque Annos novem, & decem* A Clemente VIII. inter Theologos S. Congregationis de Auxiliis adlectus: A Sede Apostolica plura in gratiam Religionis obtinuit: Quadraginta quatuor Conventibus Carmelum auxit: Sacellum hoc extruxit tumulandis Generalibus, Sacrumque quotidianum instituit, tùm pro mortuorum levamine, tùm pro viventium prospero regimine. Tandem ad Insulas Eporedienses, & Oratoris munus à Serenissimo Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce nominatus: Obiit Romæ XIV. Sepembris MDCII. ætatis suæ LVI. Æterna viri de Ordine optimè meriti memoria, F. Hieronymus Ari Astensis Generalis Carmelitarum anno Dom. MDCLXV.* G. P.

* Prior Generalis fuit annis XIV. & aliquot mens. & ante, annis aliquot Vicar. Gen.

3378. Visitur hodieque Imago Henrici nostri in ædibus Episcopalibus urbis Eporediensis, suo loco, inter Antistites illius Ecclesiæ collocata. Item Sylvius ipse recensetur in Catalogo Episcoporum Eporediensium, quem in Chronologica historia Pedemontanæ regionis (Taurini 1645.) pag. 88. edidit Franciscus Augustinus ab Ecclesia, Episcopus Salutiensis; qui elogium Sylvij nostri paucis, sed condignis verbis, absolvit. Præcæteris autem in ejusdem Sylvij nostri laudes diffusus est Henricus Farnesius, Regius artis Oratoriæ interpres, in gymnasio Ticinensi, dùm ad librum de perfecto Principe (Ticini, seu Papiæ, anno 1600.) epistolam præliminarem scribit. Porrò, inter alia, inquit: *Testis est optimus ille Carmelitarum Antistes, qui priscam familiæ consuetudinem collapsam, non solum Deo immortali omni sanctimoniâ restituit; sed etiam tantâ pietate honestavit, ut illius familiæ virtute & doctrinâ jam compleantur quasi urbes universæ.* Et pòst pauca: *Is enim ille est Henricus Sylvius, Carmelitarum Antistes, tantâ prudentiâ, pietate, & religione, tamque singulari sapientiâ, ut nemo ab ejus voluntate, & consilio possit sine culpæ recedere.* Prætermittere non debemus, destinatum fuisse Sylvium nostrum, auctoritate Clementis VIII. Censorem in Congregatione, nuncupata *De Auxiliis*, atque sub eo munere interfuisse solemni disputationi, super illam controversiam habitæ die 2. Junij anno 1598. teste, cum aliis, Gabriele de Henao, Societatis Jesu, in *Eventilatione de scientia media*, historicè propugnata (a) ubi & doctrinam Sylvij nostri commendat. De ejus pietate, & zelo observantiæ regularis quædam subsequuntur hîc infrà (b).

encomiis à variis celebratus.

(a) éventilat. 3. edit. Lugd. an. 1655.

(b) libro seq.

3379. FR. JOANNES BLOPWICH, (seu *Blopvorch*) *Ordinis Carmelitarum, electus est Episcopus Rossensis in Hibernia, sub Metropoli Cassellensi, die 24. Septembris anno 1423. ex Actis Consistorialibus Martini V.* Cæterùm Joannes noster aliquandè impeditus expedire litteras Pontificias suæ promotionis, vel de negotio isto non adeò sollicitus, mansit in sua humilitate, & statu Religioso, neque Sedem Episcopalem Rossensem adeptus fuit: subrogato in ejus locum die 19. Augusti 1426. F. Cornelio Mac-elchade, Ordinis Minorum, prout legitur *Tomo 5. Annal. Ordinis Minorum*, (c) Litteræ autem Martini V. in quibus promotio nostri Joannis, Religiosi expressè professi, Ordinis Carmelitarum ibi nuncupati, ac pro illo subrogatio Cornelij, distinctè narrantur, & per extensum inseruntur ad calcem illius *Tomi 5. Annalium*, (d) in *Regesto Bullarum, pag. 134.* Simile quid eveniſse F. Joanni Riskbery, Ordinis S. Augustini, electo Episcopo Imelicensi in Hibernia, refertur in eodem *Tomo 5. Annalium Ordinis Minorum*, ad annum 1423. num. 5.

Joannes Blopwich, Episcopus Rossensis in Hibernia electus.

(c) ad an. 1426. n. 8.

(d) in Regesto Bullarum pag. 134.

3380. NICOLAUS BAPTISTA, Hispanus, ex Jacobo Nicolao, & Barbara Bernart, nobilibus parentibus Belgis, Hispali natus est.

Digitized by Google

eſt. In patria, & majori Conventu Carmelitarum Religioni addictus, votis ibi ſe obſtrinxit, die 28. Octobris, anno 1617. Litteris, & virtutibus pariter excultus, Philoſophiam, atque Theologiam, intra clauſtra profeſſus eſt Lector primarius in Collegio patrio S. Alberti. Magiſterij lauream pro meritis obtinuit. Patrium cœnobium Hiſpalenſe Prior rexit, nec non Bæticæ Provinciæ electus eſt Provincialis, die 10. Maji, anno 1642. munuſque ad triennium obivit. Adhæc Qualificator S. Inquiſitionis in Tribunali Hiſpalenſi extitit, cooptatus poſteà ad idem officium ſuſtinendum in ſupremo Curiæ Catholicæ ſenatu. Haud diu, pòſt abſolutam Præfecturam, Matritum evocatus, eam Curiam intravit, menſe Febr. 1647. in eaque moram uſque ad obitum traxit. Ex nominatione Regis Catholici, deſtinatus eſt primùm Epiſcopus Carthaginis in America Meridionali, ſub Metropoli Sanctæ Fidei de Bogotà: indè Majoricenſis, tertium Zamorenſis, & tandem Calaguritanus. Quid amplius? ſi Philippi IV. Catholici Regis, ergà Nicolaum optimè affecti, piiſſimam munificentiam ſpectes: plùs ultrà. Cæterùm longè aliter, Nicolai noſtri conſtantiſſimâ abnegatione ſui, ad pondus religioſiſſimæ, & planè euangelicæ depretiationis libratâ. Obiit Nicolaus noſter in ſua cella Matriti, & cum ſuis Fratribus ſepultus jacet, adſcripto in lapide hoc epitaphio: *Venerabilis, ac Reverendiſſimus Pater Magiſter Fr. Nicolaus Baptiſta, Eccleſiaſtes Regius, in ſupremo generalu Inquiſitionis Senatu Cenſor: virtutibus, ac litteris, etſi ulli numquàm inferior, omnibus ſui ſeculi, communi aſſenſu, par: Epiſcopatuum ter quaterque refuga. Raptus obiit Matriti, die XIV. Auguſti, anno MDCLXIII. ætatis ſuæ LXII. & tamquàm ſingulis, publica utilitati & Eccleſiæ ſublatum, ingenti dolore, Hiſpana Monarchia lacrymatur.*

Provincialis Bæticæ:

Matritum ad Curiam evocatus,

quater ad varios Epiſcopatus nominatus conſtanter renuit:

3381. De Nicolao noſtro plura plures ſcripsêre, quæ longum eſſet recenſere: ex tribus dumtaxat aliqua, paucis verbis abſoluta, ſed magnis laudibus referta, in medium adducere libet. Joannes à S. Maria, Vicarius Generalis Ordinis Diſcalceatorum B. Mariæ de Mercede, in Hiſpanica relatione infirmitatis, & mortis Philippi IV. Hiſpaniarum Regis (Matriti priùs anno 1667. & nuper Neapoli anno 1675.) ſcribit (a): *Conſului ſuper hoc Reverendiſſimum & Venerabilem Patrem Magiſtrum F. Nicolaum Baptiſtam, Ordinis B. Mariæ Virginis de Carmelo, Concionatorem Catholicæ Majeſtatis, & hujus Curiæ Oraculum.* Atque ſubindè: *Viſumque fuit huic Venerabili viro.* Ita litteraliter, idiomate Hiſpanico, præfatus Auctor. Libris editis in Hiſpania, ſatis notus Scriptor Antonius Gonçalez de Roſende, Clericus Regularis Minor, & Regis Hiſpaniarum Concionator, in vita Illuſtriſſimi Domini Joannis de Palafox, Epiſcopi Angelo-politani, & Oxomenſis (Matriti anno 1671.) in hæc verba prorumpit Hiſpanicè: (b) *Reverendiſſimus Pater Magiſter Fr. Nicolaus Baptiſta, vir planè Apoſtolicus, Concionator Euangelicus, quod plus eſt, titulo Prædicatoris Regij, & quacumque confidentiâ, atque acceptatione in dicenda ſententia: virtutibus pariter, ac ſcientiis inſignitus, comprimis commendatur.* In Bibliotheca Hiſpana, Romæ edita (a) vitæ, & virtutum ejus compendium traditur: ibi autem, hæc, inter alia: *Extinctus decimâ quartâ die Auguſti pervigilio ipſo Aſſumptæ Virginis, an. MDCLXIII. fuit Matriti religioſiſſimus, doctiſſimus, eloquentiſſimus, prudentiſſimus Pater Fr. Nicolaus Baptiſta, Carmelitarum ſodalis S. Theologiæ Magiſter, Regius Eccleſiaſtes, quatuor Eccleſiis deſtinatus à Philippo IV. Rege noſtro, Carthaginenſi nempè Americæ, Majoricenſi in Balearibus, Zamorenſi, & Calaguritanæ Regnorum Caſtellæ; nulli tamen earum, cùm recuſaſſet, datus Epiſcopus.* Conſequenter velut in imagine repræſentantur lineamenta quædam eximiæ illius prudentiæ, zeli, modeſtiæ, & aliarum virtutum, quarum aliquæ, pro legentium ædificatione, commemorabuntur, libro ſequenti.

(a) To. 2. pag. 688. & ſeq.

3382. PETRUS OLGINAT DE MEDICIS, Hiſpanus, Valentinus, in ipſa urbe Valentiæ nobili genere natus: habitum Religioſum in patriæ Conventu regio induit, ibique profeſſionem ſolemniter emiſit ipſo die Præſentationis B. Virginis, 21. Novembris, anno 1613. Poſtquàm verò liberales artes, & S. Theologiam intra clauſtra docuit, utriuſque facultatis lauream in publica Valentina Academia ſuſcepit: bis integrum curſum Philoſophicum in ea publicè legit, diutiuſque Profeſſor publicus Theologiæ, nec ſine plauſu, ibi extitit. Inſtitutus pariter Synodalis examinator ejuſdem Valentinæ Archidiœceſis, longo tempore munus iſtud obivit. Præfectus item pro examine Candidatorum, in artibus, & Theologia, apud Patres Academicos. Intereà regimini ſodalium adhibitus, repetitis vicibus Prioris, atque Provincialis officium egregiè ſuſtinuit: bis patrium cœnobium gubernavit: ſemel, & iterùm Aragonicam Provinciam moderatus eſt, electus primùm Provincialis Calatajubij anno 1634. & poſteà Alcanicij, ſub anno 1646. Adhæc, tribus Comitiis Provincialibus Aragonum præſes interfuit. Qui domui ſuæ præeſſe ſcivit, magnâ prudentiæ famâ apud exteros probatus, & acceptus, ſæpè in publicis negotiis, cùm civicis, tùm eccleſiaſticis, conſultus, in pretio habitus fuit: ad infulas tandem, & Epiſcopalem Sedem promotus eſt, ex nominatione Regis Catholici. Igitur die X. Martij anno 1659. electus eſt Epiſcopus Oriolenſis, non longè à patria, & ſub ipſa patriæ urbis Metropoli. Cæterùm, antè inaugurationem, extremâ infirmitate præoccupatus, in ſua cella Valentina ſpiritum Deo reddidit, ſepultus ibi apud ſuos Fratres, in Sacrario templi Carmelitarum, ubi tale legitur epitaphium: *Iacet hîc Perilluſtris, & R.mus Dom. D. F. Petrus Olginat de Medicis, Oriolenſis Antiſtes, Catholicæ Majeſtatis à Concilio, quem priùs Carmeli cœtus Præſulem, Patrem Valentia, ſchola*

Petrus Olginat de Medicis Hiſpanus, Valentinus,

in variis probatus muniis,

Epiſcopus Oriolenſis electus,

aliquantò poſt moritur:

ejus epitaphium,

encomiis magnis celebratus à pluribus,

(a) tol. 4.

in Curia Hiſpanica habitus fuit velut Oraculum.

(b) lib. 4. cap. 17. pag. 535.

Digitized by Google

Magistrum, urbs tota Catonem coluit. Obiit die XXVI. Aprilis 1659. ætatis suæ LXIII.

Pompeius Rausius, Siculus,

3383. POMPEIUS RAGUSIUS, de quo ista Pirrus Rocchus in *Sicilia sacra* sub titulo notitia sexta Ecclesiæ Mazarensis Episcopalis, hæc tradit: *Magister Pompeius Ragusius, Bartholomæi frater, ac litterarum, & prudentiæ eminentia æqualis, fuit is doctissimus Philosophus, Theologus, ac Ecclesiastes, multa volumina Philosophiæ, ac Theologiæ summo studio, ac labore scripsit, Ioannem Bacchonem commentariis illustravit. Fuit omnibus Italiæ Principibus charus, in academiis celebrioribus sui Ordinis Romæ, Neapolis, Paduæ, Papiæ Regens, & publicus Lector etiam in illâ Ticinij metaphysicam docuit, in Curia Romana Procurator Generalis, & in totâ Italiâ subinde Generali Ioanne Baptistâ de Rubeis Vicario Generalis: Episcopatum Tropiæ, atque sui Ordinis munus Generalatûs non sine Sum. Pontificis, & Romanæ Curiæ admiratione renuit, tandem in patrio cœnobio obiit an. Dom. 1600. Sexagesimum quartum agens annum die XX. Iunij.*

eruditione clarus,

Procurator Gener.

Episcopatum renuit.

Valerius Ximenez de Embun, Hispanus,

3384. VALERIUS XIMENEZ DE EMBUN, Hispanus, ex Alagonio, nobili & antiquo oppido diœcesis Cæsaraugustanæ, in hac urbe, Aragoniæ Metropoli, habitum Religionis Carmelitanæ suscepit, & vota solemniter dixit die 14. Aprilis an. 1593. studiis statim operam dedit, Philosophiam, & Theologiam suos sodales docuit, & Magisterij gradum pro meritis obtinuit. Maturus jam judicio, etsi non annis, regimini monastico, cùm in patria Provincia, tùm in aliis Hispaniarum, publicis gubernandi officiis adhibitus, magnam moderationis, & prudentiæ laudem reportavit. Rexit itaque nonnullos suæ Provinciæ Conventus Prior, ac inter eos, Cæsaraugustanum: item & totius Aragoniæ Provinciæ electus est Provincialis, peractis Comitiis Valentiæ, die 11. Maji, anno 1631. Adhæc Sardiniam Vicarius Generalis lustravit: Comitiorum Provinciæ Bæticæ, Hispali die 28. Aprilis, anno 1624. Præses fuit. Hoc eodem anno labente, Visitator Generalis venit in Portugalliam, & absolutâ visitatione, Præses affuit Capitulo Provinciali, die 1. Februarij ineuntis anni 1625. Olissippone celebrato. Sub initium mensis Junij 1634. destinatus est à Rege Catholico Episcopus Algarensis in Sardinia, sub Metropoli Turritana. Verùm, Deo aliter destinante, priusquàm inauguraretur, mortem obiit in sua cella Cæsaraugustana, eodem anno 1634. die 17. Septembris, ibique jacet, prostante hoc epitaphio: *D. Fr. Valerius Ximenez de Embun, Cæsaraugustani Carmeli filius, & parens Sadavensis, Iaccensis, Bilbilitani, totius & Provinciæ Prior: Sardiniæ Generalis Reformator, Portugalliæ Visitator Regius, Baticorum Comitiorum Præses, Castellæ Commissarius Apostolicus: Algarensis Ecclesiæ designatus Episcopus. Vixit annos in Religione XLI. atque an. natus LVII. cùm de Carmeli gloria elucidabat multa & luci dabat, venit ad occasum die XVII. Sept. an. MDCXXXIV.* Plura de ejus doctrina, & quæ typis edi curavit, videri poterunt in *Bibliotheca Hispana*, (a) pariter commendatur à Vincentio Blasco de Lanuza, *in Historia Ecclesiastica Aragoniæ*, (a) sed præ cæteris aliis, insignes Valerij virtutes, opera egregia, & munera eximiè obita, præclaris encomiis recensèt clarissimus Eques D. Michaël Baptista de Lanuza, Prothonotarius Regni Aragonum, in Vita Ven. Matris Isabellæ à S. Dominico, Excalceatæ Carmelitanæ (b).

Provincialis Aragoniæ,

Vicarius Gener. in Sardinia, & aliis functus officiis,

designatus Epus. Algarensis,

paulo post à vita decedit.

(a) tom. 2. pag. 259.

(a) to. 2. l. 5. c. 44.

(b) lib. 1. c. 25. n. 14. edit. Matrit. 1638.

3385. Quantum ad eos, qui Episcopatum recusarunt, S. ANDREAS CORSINUS Episcopus electus fugit, & latuit apud Carthusianos: sed divinâ revelatione inventus, Dei mandato Episcopatum suscepit, sicut plenius traditur in historiâ vitæ ejus (c). S. CYRILLUS, natione Græcus, Prior Generalis, Episcopatum, atq; etiam Patriarchatum Hierosolymitanû humiliter recusavit, sicut etiam refertur in ejus vitâ (d). B. Joannes Soreth Episcopatum à Calixto III. oblatum, ac deindè Cardinalis purpuram, ab eodem ipsi destinatam, humiliter & constanter abnuere perstitit, sicut plenius traditur in ejus vita (e). Idem de Ven. P. Dominico à Jesu Maria (professo in antiquæ observantiæ Carmelo, postèa Teresiana institutâ amplexo) refert R.mus D. Joannes Caramuel in ipsius vitâ (f) quòd cùm Dominicus ex ipso Pont. Gregorio XV. intellexisset se denominandum Cardinalem, *precatur instantissimè, ut Pauli V. Antecessoris sui clementia & vestigiis insistens, se in paupertate & humilitate vivere & devivere sinat. Obtinet quod desiderat: & jussus in palatio manere, Pontificem in ultimo agone confortat, & ad anhelitum ultimum adjuvat.* De Ven. P. Petro à Matre Dei, à Clemente VIII. & de Ven. Joan. Baptista à Jesu Maria, Ducis Bracciani filio, ab Urbano VIII oblatam Cardinalatûs dignitatem deprecantibus & exorantibus persistere in humilitatis statu, agetur in sequentibus. Quòd etiam istis accensendus Ven. P. Jo. Baptista de Lezana (de quo plura libro sequenti) persuadent litteræ ipsæ originales (jam nunc præ manibus existentes, dùm hæc scribuntur) à Religiosa Capuccina, eximiæ pietatis, & in odore sanctæ vitæ: cujus, & aliarum Sororum preces postulaverat P. Lezana: in quarû una, data Taurini an. 1644. die 29. Augusti, hæc (ex Italico Latinè reddita). [Ex obedientia mei Patris spiritualis significo, me accepisse litteras R. P. V. expetentes Deo commendari negotium istius Episcopatûs. In oratione, coram SS.mo Sacramento hoc percepi: Si iste servus meus accipiat gradum Episcopatûs, is ad ejus erit honorem: sed si non acceptet, maneatque in prima sua vocatione, hoc ad meam majorem gloriam cedet.] In aliis autem, Taurino 3. Julij an. 1643. [In solemnitate S. Joan. Baptistæ, cujus glorioſum geris nomen, ex obedientia Patris Commissarij, ego, & Sorores meæ pro R. V. communicavimus, & Deum precatæ sumus, ut te sancto Patrono suo persimilem, & divinæ voluntati conformem faciat] atque in aliis: [Festo S. Joannis Baptistæ, in oratione vespertina, videor à Domino intellexisse, quòd tibi debeam scribere, scilicet omnes, qui cupiunt assimiliari S. Joanni, eique placere, quòd debeant illû imitari in suis virtutibus, præser-

(c) hic sup. n. 847. & 869.

(d) n. 1062.

(e) n. 2105.

(f) lib. 6. cap. 8.

& Cardinalitiam dignitatem rehumilitate consantes.

Honoris terreni contemtu Christus, & S. Ioan. Bap. exaltati.

Digitized by Google

præſertim in contemptu, ac oblivione omnis terreni & mundani honoris, veram humilitatem in animabus ſuis occultando, qui quamvis poſſint eſſe magni in terra, tales tamen eſſe non curant, imò ſpernunt, ut ſimiles ſint ipſi Domino noſtro, qui ſeipſum in cruce opprobrium hominum fecit: propter quod poſtmodùm ſuper omnes homines fuit exaltatus ad dexteram Dei Patris ſui.] In Bibliotheca Hiſpana, Romæ edita, de Ven. PETRO CORNEJO traditur, quòd honores ampliſſimos ſibi à Paulo V. oblatos, humiliter, & conſtanter recuſaverit: quodque à Salmanticenſibus, tanti Magiſtri abſentiam deprecantibus, Regi Hiſpaniarum ſupplicatum fuerit (veriſimiliter ipſo Cornejo ſciente, & applaudente) nè ad Pontificales infulas nominaretur.

De Præſulibus prætermiſſis, & quibuſdam minùs notis, minuſvè certis.

Epiſcoporum multorum ex Carmeli Ordine cur non extet memoria.

3386. CAtalogus iſte, quamvis diligentiâ non mediocri confectus ſit, ex Regeſtis Pontificum, & aliis monumentis, ſicut in Præfatione dictum eſt; verumtamen non pauci prætermiſſi fuerunt; eò quòd Provinciæ plures omninò interierint, videlicet Terræ-ſanctæ, & Cypri, atque Angliæ (florentiſſimæ totius Ordinis) inſuper Hiberniæ, Scotiæ, Saxoniæ, Daciæ; & etiam Bohemiæ quaſi tota, quoad Conventus in Hungaria, deſtructos à Turcis, & hæreticis, per quos Conventuum omnium archiva, & Bibliothecarum ſupellex, ac vetuſta monumenta expilata, & direpta, ac veluti rapidiſſimo torrente involuta fuêre. Idem contigit ſeculo ſuperiore, in Conventibus plurimis Provinciarum aliarum, in Germania, Gallia, & Belgio, ſicut pleniùs narratum eſt in *Vinea Carmeli*; (a) atque ita virorum illuſtrium, ac Antiſtitum, & rerum memorabilium, non paucæ memoriæ obliteratæ ſunt: etiam temporibus ſchiſmatum Eccleſiæ, cùm duo, ſubindè tres, pro Pontifice ſe gerebant, accuratè fieri non potuerunt Regeſta, & Conſiſtorialia acta. Dùm etiam Pontifices Avenione reſidebant, Regeſta confecta, libri, & monumenta non pauca interiiſſe perhibentur: atque ita Antiſtitum non paucorum memoriæ abolitæ ſunt. Hinc varij, à variis, catalogi Epiſcoporum, ex hoc Ordine aſſumptorum, confecti fuerunt diminutè, & luxatè, prætermiſſis nominibus, & cognominibus variis, ſeu titulis Epiſcopatuum, non rectè deſcriptis.

(a) parte 4. cap. 1. num. 626. & ſeq.

3387. In volumine, ſeu codice vetuſto Carmeli Mechlinienſis, exarato circà annum Chriſti 1484. (quædam autem vetuſtiora ſunt, & quidem *Kalendarium*, de quo mòx) cujus ſuperſcriptio eſt: *Liber de peculiaribus geſtis Carmelitarum, cum multis aliis*, continentur præſtantiora Ordinis antiqua monumenta varia, ac inter ea duplex Kalendarium

Præſules commemorati in antiquis Ordinis Kalendariis.

Sanctorum, Beatorum, & etiam variorum, in bono odore ſanctitatis, aut præcellentis virtutis defunctorum. In utroque, præter S. Andream Corſinum, S. Petrum Thomæ, & alios, de quibus jam ante, etiam commemorantur ſequentes: *XIX. Maji* THEODORICI *Epiſcopi, Ordinis noſtri*: *IV. Junij* PETRI *Epiſcopi, Ordinis noſtri*: *XIII. Junij* JOSEPH *Epiſcopi, Ordinis noſtri*: *XII. Auguſti* ENOCH *Patriarchæ Hieroſolymitani, Ordinis noſtri*; *XXVI. Auguſti* JOANNIS *Cardinalis, Ordinis noſtri*: in ſecundo Kalendario: JOANNES *Cardinalis Alb. 26. Auguſti.* Iſti autem commemorantur hoc loco, non ut dubij, ſeu incerti, ſed quia minùs noti in Carmelitanis hiſtoriis aliis, præterquàm Enoch, auctore vitæ S. Angeli, de quo hic ſupra (a). Sic etiam de aliis pluribus non reperitur memoria in Carmelitanis monumentis (hactenùs mihi notis) qui jam nunc demùm innotuerunt ex Actis Conſiſtorialibus Summorum Pontificum: videlicet *Antonius Epiſcopus Prodromienſis* (b): *Borchardus Forbin* (c): *Conradus Franck* (d): *Franciſcus de S. Leonardo* (e), & plures alij, in Catalogo præcedenti relati, quorum memoriam ex oblivionis tenebris poſtliminio revocavit in lucem diligentia R. P. Ludovici Perez, Acta Conſiſtorialia præfata, & Regeſta Pontificia perſcrutantis, de quo hìc ſuprà (f). Hinc perſpicuè confirmatur id, quod paulò ante dicebatur (g) multos ex hoc Ordine aſſumptos Præſules ignorari.

(a) n. 1235.

(b) de quo hìc ſuprà n. 3178.

(c) de quo n. 3187.

(d) de quo n. 3192.

(e) de quo n. 3216.

(f) n. 3150.

(g) n. 3386.

3388. In *Catalogo Præſulum, ex Ordine Carmelitarum aſſumptorum*, Auctore R.P. Ludovico Jacob Carmelita Cabilonenſi, Regi Chriſtianiſſimo à Conſiliis, & eleëmoſynis, quantùm ad Epiſcopos in Gallia (præter Antonium Bienvenu, Bartholomæum Portalignum, ſeu Portenlinquium, ut ipſe Ludovicus cognominat, atque alios) nobis communicati ſunt ſequentes: CONRADUS PAYEN, *Theologus. Epiſcopus Baſilitanus, & Suffraganeus Metenſis, ſub Ioanne à Lotharingia, Epiſcopo, & S. R.E. Cardinali. Obiit anno Domini* 1529. GUIDO, *Gallus, in Sacra Theologia Magiſter, Epiſcopus Tiberiadis, & Suffraganeus Metenſis.* GUILLELMUS DE FOURBI, *Allobrox, Rupeculenſis, Epiſcopus Alexienſis, Suffraganeus Bellicenſis* ſub Archiepiſcopatu Veſontienſi, (Iſte recenſitus eſt in Catalogo noſtro, nuncupatus *Furbitius* h). JOANNES *Gallus, Epiſcopus Napronenſis, & Suffraganeus Cadurcenſis, anno* 1321. *ſub Guillelmo de Labroa, Dominicano, Epiſcopo Cadurcenſi.* SIMON DE RUBO, *Metenſis, Epiſcopus Panadienſis, vel Peneadis, in Phœnicia, & Suffraganeus Metenſis. Moritur Divoduri Mediomatricum, anno Chriſti* 1482. *die* 26. *Novembris, ſub Georgio de Baden, Epiſcopo Metenſi.* THOMAS VITECOC, *Epiſcopus Candevicenſis: migravit Pariſiis anno Chriſti* 1403. *die* 20. *Junij, ibidemque ſepultus in Choro Carmelitarum: ex monumentis ejuſdem Conventûs.* Et iſti Galli: inter Catalanos, præter Bartholomæum Peyro, Guidonem Perpinianum, & Joannem à Claravo, de quibus hìc ſuprà (i) etiam hi referuntur: ANTONIUS DE GE-

Epiſcopi Galli aliquot ex Catalogo R. P. Ludovici Iacob.

(h) vid. ſup. n. 3236.

Epiſcopi Catalani.

(i) in Catal. Ordine Alphabeti.

GERUNDA, *Catalanus, Episcopus Galtelienſis, & Coadjutor Gerundenſis. Obiit anno* 1330. HIERONYMUS OCHO, *Perpinianenſis, Episcopus Elnenſis, anno* 1420. *deest in catalogo Sammarthanorum.* Isti igitur hîc sunto sub fide istius auctoris diligentis, qui peculiari studio indagavit de Episcopis, & Scriptoribus Carmelitanis, digestis in opere, inscripto: *Bibliotheca Carmelitana*, de qua in sequentibus. (a) Inter Præsules ex hoc Ordine assumptos etiam à variis referuntur sequentes.

(a) in Præfatione ad lib. V.

Fridericus Wagner, seu Wagni,

3389. FRIDERICUS WAGNER, Germanus, Augustanus, Doctor Theologus Viennensis Austriæ. Ita Segerus Pauli, in opere, typis nondùm edito, inscripto: *Collectaneum de viris illustribus Ordinis Carmelitani.* Tradit eum fuisse Provincialem Superioris Allemaniæ anno 1385. & postea assumptum Episcopum: ab aliis *VVagny* cognominatur: *Fridericus VVagnij, Germanus, Doctor Viennensis in Austria, & per Allemaniam Superiorem Carmelitarum Provincialis, atque tandem Episcopus Patavienſis, per Robertum Bavarum, Austriæ Ducem: scripsit Sententias, Vienna lectas, libros* 4 *Reductorium in Pauli epistolas, libros* 14. *Super* 38. *Psalmos, libros* 2. *atque alia. Claruit anno Domini* 1390. Ita Bibliotheca Gesneriana: Possevinus addit: *à Roberto Bavaro, Austriæ tunc Duce propositus, atque à Pontifice Maximo confirmatus.* Ratio dubitandi de illo Episcopatu collato isti Friderico (& quòd inter incertos hîc referatur) est, quòd Wiguleus Hund ediderit Monachij anno MDCXX. *Metropolim Salisburgenſem* duobus Tomis, quibus notas adjecit, & copiosas additiones Christophorus Gewoldus. In primo autem tomo inseritur catalogus Episcoporum Patavienſium, ab origine Laureacensium, usque ad annum prædictum: inter quos recensentur illi, qui ab anno 1342. usque 1474. ibi extiterunt Episcopi: atque illorum epitaphia sepulchralia exhibentur: neque est memoria Friderici Carmelitani, in prædictâ historicâ narratione virorum diligentissimorum, ex professo statum Ecclesiæ Patavienſis, ex hujus regestis describentium. Itaque verisimilius est, Fridericum extitisse Suffraganeum Episcopi Patavienſis: cumque illis temporibus solitum fuerit, ejusmodi Suffraganeos nuncupare Pro-episcopos, cum titulo Sedis proprietarij, exindè contingere potuit, ut decursu temporum, Episcopus Patavienſis vocaretur: id quod in aliis Suffraganeis interdùm evenit. Est porrò notandum, quòd duplex apud Geographos reperiatur civitas Patavienſis; una scilicèt ad Danubij, & Oeni confluentem, sub Archiepiscopatu Salisburgenſi: altera in Italia, ditionis Venetorum, quæ vulgò *Padoua* dicitur, sub Archiepiscopatu Aquileienſi; sicut videre licet apud Aubertum Miræum, in *Notitia Episcopatuum.* Sed nec verisimile, Fridericum ad hanc fuisse assumptum Episcopum.

an Episcopus fuerit.

Henricus de Gournay, an Episcopus Philadelph.

3390. HENRICUS DE GOURNAY, Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister, Episcopus Philadelphiæ, ac Suffraganeus Vesuntionensis Archiepiscopi: legitur in publico Instrumento, de anno 1489. die 16. Maji, consecrasse duo altaria in Ecclesia Carmelitarum Claravallensium (ex relatione de Episcopis assumptis ex Provincia Carmelitana Narbonæ, de qua hîc suprà.) Verùm non potuit Henricus ille gerere dignitatem episcopalem Philadelphienſem anno 1489. cùm eo tempore superstes esset Stephanus de Gabanrario, itidem Carmelita, electus Episcopus Philadelphienſis, anno 1488. & vivus in munere anno 1490. Pòst hunc verò Stephanum verosimiliter obtinuit eumdem titulum Henricus Gournay: etenim in Regesto Bullarum Alexandri VI. sub finem anni 1492. nominatur *Henricus Episcopus Philadelphienſis.* Henricus Potin tituli ejusdem, *Episcopus Philadelphienſis*, electus fuit anno 1480. & scribitur obiisse an. 1502. Sed quoad annum obitus, aut error est, cum anno 1488. electus fuerit præfatus Stephanus, aut Henricum Potin resignasse, aut ad aliam Sedem translatum fuisse, censendum est. JACOBUS CORTES, seu *Cortese*, Provinciæ Thusciæ, Pratensis Conventûs alumnus, Episcopus Vasionensis, & Patriarcha Antiochenus, tempore Julij Tertij: ita ex relatione præfati Conventûs Pratensis, in Thuscia, & in nonnullis catalogis: aliundè aliam certiorem notitiam nacti non sumus.

3391. PAULUS NERI BESSI, scribitur à nonnullis (a) fuisse ex Ordine Carmelitano assumptus Episcopus Suanensis, circà ann. 1347. Ughellus (b) recensens Episcopos Suanenses, inter eos, pòst Nicolaum Ordinis Carmelitani electum anno 1342. collocat Paulum Suanæ Episcopum, anno 1362. An ille fuerit Paulus Neri Bessi, ibi non adscribitur. RIGALDUS Archiepiscopus Rhemensis, ex Carmelitano Ordine assumptus traditur à Marco Guazzo, in sua Chronica ad annum 1276. ubi de Innocentio V. & ab aliis nonnullis (c): sed cùm in Chronologia, seu serie Episcoporum nomen ejus non extet, verisimiliùs existimari posset, quòd ibi Suffraganeus fuerit.

(a) apud Lezana in Annal. ad an. 1347.
(b) Italiæ Sacræ to. 5.
(c) apud Lez. in Annal. ad an. 1276. n. 5.

3392. SIMON DE KRAIMOND,* Monachus Beatissimæ semper Virginis Mariæ de monte Carmelo, Patriarcha Antiochenus: sic à monasterio suæ professionis nominatus; cùm nomen ei gentilitium fuisset *Kethus*: Comitis hic Martialis nepos, Regi Roberto II. gratissimus. Ita Thomas Dempsterus, in Apparatu ad Historiam Scoticam. Ibidem agit de ejus ad Carolum Regem Galliæ legatione, unà cum Waltero Wardlau Cardinali, & de ejus ad Patriarchatum Antiochenum promotione. Quòd scribitur fuisse Episcopus Pictavienſis, verisimiliter in errorem duxit similitudo cognominis Simonis de Cramando, qui ibi circa id tempus Episcopus fuit. De isto Simone Kraimond aliundè certi aliquid assecuti non sumus. THOMAS CRANLEIUS, Anglus, Archiepiscopus Dublinienſis in Hibernia, Sedem illam tenuit annis 20. de quo, & aliis Carmelitis, qui

* al. Craimond.

Simon de Kraimond,

Thomas Cranleius, Archiep. Dublin.

Digitized by Google

qui circà annum Christi 1419. Anglicanam Ecclesiam illustrabant, hæc tradit Bzovius, specialiter agens de Carmelitis: *Floruerunt id temporis inter Carmelitanos, in Anglia, aliquot viri illustres: ex his unus Stephanus Patringtonius: suppar huic Thomas Cranleius: cui non inferior Robertus Mascallus: non inferior illo Thomas Peverellus: Ioannes VVanisletus, & ipse Carmelita.* De Cranleio autem: *Propter virtutis, & eruditionis nomen, Ecclesiæ Dublinensi prælatus est, & aliquando totius Hiberniæ Prorex ab Henrico Rege constitutus.* Agit de eodem, & scriptis ejus, Pitseus: sed non meminit, eum fuisse Religiosum, sicut nec de Radulpho Kelleio, de quo hîc ante.

Gilbertus Norwicensis, Episcopus Hamarensis:

3393. In variis catalogis Episcoporum, ex Carmeli Ordine assumptorum, recensentur etiam sequentes: GILBERTUS, Norwicensis, Episcopus Hamarensis, circà annum Christi 1270. Mœcenas Petri Swaningtoni, de quo Pitseus, scribens de eodem Swaningtono: Iste non immeritò referri potest in catalogo certorum; ideò hîc primus nominatur: & hunc alij, de quibus nobis minùs compertum est, ordine subsequuntur: *Antonius Gerunda*, Catalanus, Episcopus Galtelienſis (*Gedeon de Fossez*, Flander, Episcopus Castorienſis, à nonnullis externis scribitur assumptus ex Carmelitano Ordine: sed Ordinis S. Augustini fuisse, produnt Acta Consistorialia Pauli III. in quibus legitur: *Gedeon Ordinis S. Augustini, electus est Episcopus Castorienſis, & Suffraganeus Leodienſis die X. Ianuarij* 1536.) *Georgius de la Pisida*, Gallus, Episcopus Aginnensis: *Gerardus de Gistor*, Parisiensis, Episcopus Ochanensis, deindè Bethleëmitanus: *Hieronymus Cassanate* Episcopus, Suffraganeus Cæsarauguſtanus (hîc suprà (a) commemoratus est *Iacobus Casanat*, Episcopus Aladensis, qui etiam fuit Suffraganeus Cæsarauguſtanus: verisimiliter errore scribæ, seu typi, pro *Iacobo* irrepsit *Hieronymus*: nisi fortè duo fuerint ejusdem cognominis.) *Iacobus Barralius*, Catalanus Episcopus Elnensis, seu Helenensis. *Iacobus* * *Fabra* Perpinianensis, Episcopus Elnensis. *Ioannes Bonondensis*, Episcopus Montis Sinai. *Ioannes Bovius* (legendum *Ioannes Antonius Bovius*, de quo jam ante (b).) *Ioannes Bro*, Episcopus Cestrensis. *Ioannes Buisson*, (legendum *Antonius*, de quo hîc suprà in Catalogo (c).) *Ioannes de Campo-longo*, Catalanus, Episcopus Elnensis, circà annum 1331. (anno 1332. ad Ecclesiam illam translatus est Guido Terrena, seu Perpinianus, de quo hîc suprà d) *Ioannes Llinas*, Catalanus, Episcopus Majoricensis (Raphael Llinas, de quo hîc suprà, fuit Suffragan. Majoricensis). *Ioannes Michaël de Curtis*, Episcopus Sirensis, in partibus infidelium. *Ioannes Salsynghinus*, seu *Salhausen*, Gallus, Episcopus Missinensis, circà annum 1502. *Petrus Carança*, Hispanus, Episcopus in Peruvia. *Richardus Quye*, seu *Quie*, Anglus, Episcopus Clonensis. *Simon de Rubo*, Episcopus Panadiensis. *Tarbienſes* Episcopos tres ex Carmeli Ordine refert P. Joannes Cheron, in relatione de Provincia Vasconiæ (a). *Vascus Arruelis*, Lusitanus, Episcopus Egitanensis. *Zenus*, Venetus, Episcopus, anno Christi 1310. Præfati ex variis Catalogis, sub fide aliena, hîc nominati sunt, ut alij de illis ulteriùs inquirere possint.

(a) n. 3251.

* al. Patra.

(b) n. 3260.

(c) n. 3168.

(d) n. 3229.

(a) apud P. Lezan. in Annal. to. 4 ad an. 1358. num. 6.

Episcopi alij, minùs certi.

RELATIO

De Præsulibus ad alios Ordines assumptis, deque Legatis Apostolicæ Sedis, aut Regum, & qui illis fuêre à confessionibus, vel consiliis: nec non de Ecclesiæ orthodoxæ strenuis propugnatoribus: atque Vniversitatum Fundatoribus, instauratoribus, illustratoribus.

§. 1. *Præsules assumpti ex Carmeli Ordine ad alios.*

3394. VIdimus in antecedentibus Joannem Briselotum Abbatem Monasterij S. Petri Altimontensis, Ordinis S. Benedicti (b): Julium Superchium, Abbatem Ecclesiæ Ducalis Collegiatæ S. Barbaræ, Mantuæ (c) Martinum Cuperum, Abbatem Monasterij S. Crispini, Ordinis S. Benedicti. (d) Istis accensendus Gratianus de Villa-nova, Præceptor, seu Commendator Generalis Ordinis S. Spiritûs, in Saxia, de quo cum in anterioribus mentio non fuerit, peculiaris tractatio hîc intexenda est: natione fuit Hispanus, patriâ Calatajubensis (loco antiquæ Bilbilis Calatajubium, dives & amœna civitas Aragoniæ fuccessit) Ordinis Carmelitarùm, S. Theologiæ Magister, dùm esset Vicarius patriæ Aragonicæ Provinciæ, interfuit Comitiis Generalibus, Brixiæ anno 1478. celebratis, ibique Provincialis in eadem Provincia institutus est, uti legimus in Ordinis communi Regesto (e) his disertis verbis: *Ordinamus Provincialem Provinciæ Aragoniæ Magistrum Gratianum de Villa-nova, quem, desiderantes, ut Provinciis Hispaniæ provideatur peroptimè de viro probatissimo, & Ordinis zelatore, de unanimi assensu Definitorum nostri Capituli, ordinamus Vicarium Generalem, cum plenitudine potestatis in Provinciis Aragoniæ, Cathaloniæ, Castellæ, & Portugalliæ.* Subindè regimen in Aragonia tenuit Gratianus noster, illudque gerens, venit Avenionem ad Comitia Generalia anno 1482. & confirmationem muneris obtinuit. Postmodùm in Capitulo Generali Rupeculæ in Sabaudia anno 1488. celebrato, Procurator Generalis in Urbe, & Curia Romana fuit institutus. Ex eodem Regesto communi (f). Dùm laboriosum istud ministerium sustinet Gratianus, diversis, iisque gravissimis legationibus à Summis Pontificibus impositis, egregiam navavit operam.

Præsules ad alios Ordines assumpti,

Gratianus de Villa-nova, Hispanus,

Vicarius Generalis in Hispania,

Procurator Generalis:

(b) hic sup. num. 3269.

(c) n. 3301.

(d) n. 3314.

(e) fol. 58.

(f) fol. 68.

Digitized by Google

operam. De Legationibus hujusmodi videri poterit Abraham Bzovius, *tomo Annalium XVIII.* (a). Assumptus denique fuit in Præceptorem, seu Generalem Commendatorem Ordinis S. Spiritûs in Saxia: mortuus & sepultus est in Ecclesia illius tituli de Urbe. Assumptionem, obitum, & sepulturam Gratiani nostri exhibet Petrus Saunier, Ordinis S. Spiritûs Religiosus professus, in *historia*, seu *Dissertatione de Capite Sacri Ordinis S. Spiritûs* (b) ejus verba damus: *E vivis abeunte Constantio Guillelmi nono Kalendas Iulij* 1495. *Præceptor instituitur Gratianus de Villanova, gratiosus vel ipso nomine: cui grata domus epitaphium reppendit*, opportunè hôc loco describendum. Sic ergò legitur insculptum marmori: *Gratiano de Villa-nova, Bilbili orto, celeberrimo Theologiæ Magistro, Summorum Pontificum Sixti, Innocentij, & Alexandri in Galliam, & Germaniam Legato, S. Spiritûs Xenodochij generali Præceptori: Saxia domus benè merenti. Vixit annis LV. diebus XXI. obiit XII. Kalendas Ianuarij, an. MCCCCXCVII. sedente Alexandro VI. Hic cùm non ultrà duos annos, menses quinque, dies septemdecim idem Hospitale administrasset, summo multorum luctu, & desiderio de se relicto, importunâ morte sublatus est.* Hucusque Saunier. Porrò non exprimitur à præfato Auctore, Gratianum nostrum Carmelitanum Ordinem professum fuisse, quia de hoc forsan notitiam non habuit. Cæterùm scriptum id legimus, si non in sepulchrali epitaphio, in elogiis Præceptorum, seu Commendatorum Generalium Ordinis S. Spiritûs, quæ, cum singulorum stemmatibus gentilitiis exarata prostant in prædicto Hospitali, & Camera Secretariæ, seu Secretarij, contigua archivo communi illius ædis. Ergò ibi, suo loco, inter aliorum Præceptorum inscriptiones, legimus: *Gratianus de Villa-nova, Hispanus, Carmelita, Præceptor ab anno* 1495. *ad* 1497. Utitur verò Præceptor generalis hujus Ordinis indumentis Prælatorum Curiæ, eosque inter annumeratur: ut ostendit citatus Saunier (c).

(a) ad an. 1489. nu. 1. & 2. & ad an. 1492. n. 14.

Commendator Generalis Ordinis S. Spiritus:

(b) edit. Lugduni 1649. c. 6. pag. 45.

Legatus Summorum Pontificum:

(c) cap. XI. pag. 137. & cap. 12. à pag. 192.

3395. De ejus Legationibus sub Innocentio VIII. Apostolicarum litterarum copias, desumptas ex ipsis originalibus, in archivo Hospitalis S. Spiritûs in Saxia de Urbe asservatis Româ accepimus. Primæ à tergo inscriptum est: *Dilecto filio Gratiano de Villanova, S. Theologiæ Professori, ac totius Ordinis Carmelitarum Generali Procuratori, Confessori, Nuncio, & familiari nostro: Innocentius Papa VIII.* Intùs verò, initium est: *Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Volentes*, &c. finis est: *Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die* 4. *Decembris* 1487. *Pontificatûs nostri anno* 4. & subscriptum: *Hieronymus Balbanus.* Secundæ initium est: *Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilecto filio Gratiano de Villa-nova, S. Theologiæ, & Ordinis gloriosissimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo Professori, Confessori, Capellano, ac in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, minori Pœnitentiario nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem. Vt ex his, quæ de nostris commissione & mandato facta sunt, nemo possit incommodum reportare, sed debitum sortiantur effectum, & firma, ac illibata permaneant, libenter opportunum remedium adhibemus, & nostræ auctoritatis robur adjicimus. Cùm itaque superioribus annis dilectum filium Raymundum Parandi Archidiaconum Alnisiensem, in Ecclesia Xantonensi, & te Nuncios, & Oratores ad carissimos filios nostros Fridericum Imperatorem, & Maximilianum Romanorum Regem, & etiam te Gratianum solum, ad dilectum filium nobilem virum Renatum Ducem Lotharingiæ miserimus... Datum Romæ apud S. Petrum, die* 5. *Martij anno Domini* 1488. Subscriptum est: INNOCENTIUS PAPA VIII. manu propriâ. Tertiæ initium est ferè idem: Romæ anno 1488. 16. Calendas Junij. Anno sequenti 1489. cùm inter Fridericum Imperatorem, & Regem Ungariæ grave bellum gereretur, pro eorum pacificatione ad Imperatorem Legatus missus est Gratianus. Deindè bello exorto inter Maximilianum Regem Romanorum, Friderici Imperatoris filium, & Flandros, opem illis ferente Rege Galliæ, rursùs à Pontifice Gratianus Nuncius destinatus fuit ad Fridericum, & Maximilianum (ad Regem Franciæ missi sunt alij) Legatio illa optatum sortita fuit effectum, nempè pacem; Reges enim Pontificem audientes, pacis conditiones admiserunt, & confirmârunt, sicut refert Bzovius (a).

Confessarius Innocentij VIII. Sum. Pontificis.

Legatio ejus ad Imper. & ad Regem Rom. ac Ducem Lotharingiæ.

(a) ad an. 1489. n. 1, 2. & 3.

3396. Apud Scriptores nonnullos ex Carmeli Ordine assumpti referuntur quoque sequentes: HIERONYMUS CARUBA, Abbas S. Mariæ de Bordonaro, juxtà Messanam, de quo Rocchus Pirrus (b). CHRISTOPHORUS VENETUS, Abbas Ostravicensis, circà annum Christi 1417. (c) DIONYSIUS VENETUS, Abbas Ostravicensis, qui decessit 16. Octobris anno 1508. (d) VINCENTIUS CONCIUS, ex Provinciali Provinciæ Thusciæ, Abbas S. Pancratij, Ordinis Obumbrosani: obiit anno 1490. (e) & nonnulli alij.

(b) Sicilia Sacra Notit. 5. Eccl. Cephal.
(c) ex mon. num. Conv. Veneti.
(d) In Bibl. Carm. Petri Lucij.
(e) ex mon. num. Carm. Florent.

§. 2. *Legati Apostolicæ Sedis, & Regum.*

3397. *Legatorum Apostolicorum expressa, absolutissima effigies* fuit S. PETRUS THOMAS (& ideò meritò hîc primus commemoratur.) Ita disertis verbis PP. Bollandus, & Henschenius, in Actis Sanctorum (f), dùm præcipuas ejus Legationes recensent, de quibus etiam Odoricus Raynaldus, in Annalibus Ecclesiasticis (g): undè quædam adducta sunt hîc suprà ad diem XXIX. Januarij (h): ubi peculiariter agitur de ejus Legationibus, ad Imperatores, Reges, Principes in Orientali Græca, & Occidentali Latina Ecclesia, de quibus pleniùs in historia vitæ ejus utraque, hîc suprà (i): nec non in Bullis Apostolicis, ad calcem vitæ secundæ (k). Ibi paulò ante, ad XXVIII. Januarij, tradita est vita S. CYRILLI, qui Cælestini Papæ Legatus in Concilio Ephesino, triumphavit de impio hæresiarcha Nestorio, & asseclis ejus. De S. ANDREA CORSINO Legato

S. Petrus Thomas Legatorum exemplar:

(f) in Comment. prav. ad S. Petri Thomæ vitam, To. 2. ad Januar. XXIX.
(g) ad an. 1364. n. 24.
(h) n. 588.
(i) nu. 642. & seq. & 724. ac seq.
(k) nu. 761. & seq.

Digitized by Google

gato Urbani V. agitur in ejus Vita, etiam hîc suprà, ad diem IV. Februarij: & aliquantò pòst, ad diem VI. Martij. De S. CYRILLO, & ejus Legatione, nomine Emanuelis Imperatoris Græcorum, ad Alexandrum III. Romanum Pontificem. Hîc autem paulò ante commemoravimus JACOBUM WEMMERS, ab Innocentio X. institutum Legatum in Æthiopiam: LAURENTIUM BURELLUM, à Julio II. Nuncium Apostolicum delegatum, ad Maximilianum Imperatorem, & Ludovicum XII. Regem Franciæ: NATALEM DE VENETIIS, similiter Legatum Apostolicæ Sedis: PAULUM DE BISCONTIS, Archiepiscopum Panormitanum, Panormo ad Paulum II. Pontificem, pro negotiis Regis Aragoniæ, & postèà etiam pro Sicilia, ad Regem Joannem missum: PHILIPPUM DE FERRARIO, Provincialem Siciliæ, à Martino Rege Siciliæ, pro gravissimis regni negotiis, ad Bonifacium IX. Summum Pontificem destinatum anno 1396. & anno 1412. Legatum totius Siciliæ regni, unà cum Ubertino Panormitano Archiepiscopo missum ad Ferdinandum Aragoniæ, & Siciliæ Regem: RICHARDUM NORTHALIS, à Richardo Rege ad Bonifacium IX. Papam, & ROBERTUM MASCHALL, ab Angliæ Regibus Henrico IV. & V. apud exteros Reges, & ad Concilium Constantiense Legatos (Robertus *de Legationibus suis librum scripsit*, ut ex Lelando refert Pitseus (a) sicut etiam hîc suprà (b) commemoratum est) THOMAM BRADLEY, seu *Scropum*, Legatum ad Rhodios destinatum (qui etiam *de Legatione illa sua peculiarem scripsit librum*) GRATIANUM DE VILLA-NOVA functum Legationibus Summorum Pontificum Sixti IV. Innocentij VIII. & Alexandri VI. Istis accensentur sequentes.

Iacobus Wemmers Legatus in Æthiopiam:

Laurentius Burellus ad Imp. Natalis de Venetiis,

Paulus de Biscontis,

Richardus Northalis,

Robertus Maschall,

(a) De Scr. Angliæ ad an. 1417.

(b) n. 3348.

Thomas Bradley, Gratianus Villa-novanus, Legati Sum. Pont.

3398. BENEDICTUS DE S. FIDE, Anglus: quem eminens doctrina, singularis in Deum pietas, & in rebus agendis mira dexteritas Romæ sic commendârunt, ut diversis Apostolicis Legationibus functus fuerit. Ita ex Lelando Pitseus (c). Christophorus Martignonus, Italus, Brixiensis, sub Veneta ditione, Generalis Ordinis, Legatus à Summo Pontifice Sixto IV. destinatus ad Fridericum Imperatorem, sicut traditur in Speculo Ordinis, Venetiis edito, anno 1507. (d) GUALTERUS HUNTUS, seu VENANTIUS, Anglus, S. Theologiæ Doctor Oxonienſis, eminentissimæ, tàm in sacris, quàm in profanis litteris, scientiæ: quibus accessit linguarum exacta peritia. Denique tanta (nec immeritò) erat apud omnes de ejus sanctitate, & eruditione singulari, opinio, ut anno Domini 1438. in flore ætatis constitutus, communi totius regni decreto, & nomine, Ferrariam primùm, deindè Florentiam ad Synodum generalem, sub Eugenio Papa quarto, ad refutandos Græcorum, & Armenorum errores, indictam, Orator destinaretur. In qua Synodo, præsente Græcorum Imperatore Joanne Paleologo, & Patriarcha Josepho, quatuordecim mensium spatio, congressibus ferè quotidianis, contrà Græcorum Doctores, de processione Spiritûs sancti à Patre, & Filio, de consecratione in pane azymo, de primatu Romani Pontificis, & de multis aliis articulis strenuè, nervosèque disputavit, cum magno præsentium applausu. Apud Summum Pontificem magnam gratiam, apud Angliæ proceres parem benevolentiam, denique apud omnes celebrem famam in ea legatione sibi conciliavit. Oxonij senex ætatis planè decrepitæ, vivendi simul, & scribendi finem fecit, & ibidem inter suos sepultus est, die 28. Novembris, anno pòst partum Virgineum 1478. Hæc, & alia Pitseus (a) recensens plurimam litterarum supellectilem posteris communicatam, de qua etiam Possevinus. Quædam dumtaxàt commemorat Bostius hîc suprà (b), eum nuncupans *Walterum Hont.*

ita quoque Benedictus de S. Fide,

(c) De Angliæ Script. illustr. in Append. *Christoph. Martignonus*

(d) sub finem, in serie Generalium, *Gualterus Huntus,*

(*qui in Concilio Florentino fidei dogmata, & primatum Pontificis strenuè defendit*)

(a) de Scr. Angliæ ad an. 1478.

(b) n. 6062.

3399. JOANNES BLOXHAMUS, Anglus natione, Sacræ Theologiæ Doctor, & Prælector Oxonienſis. Vir pius, prudens, eruditus, & in omni, tùm divina, tùm humana Philosophia versatissimus... Per Angliam Provincialis. Deinde ad omnia monasteria suj Ordinis in Scotia, & Hibernia destinatus Visitator: Eduardo Secundo Angliæ Regi charissimus, & propter exploratam probitatem Regi Eduardo Tertio notissimus, in rebus difficillimis non semel, tùm in Scotiam, tùm in Hiberniam, honoratissimas obivit Legationes. Oxonij tandem mortuus, & sepultus est, circà annum à Virgineo partu 1334. Ita Pitseus: ibidem scripta ejus refert. JOANNES GOLEIN, Gallus, Rhotomagensis, de cujus eruditione, & libris scriptis Arnoldus Bostius, & Trithemius hîc supra (c). Ejus Epitaphium, ex Gallico, sic Latinè sonat: *Hîc jacet Frater Ioannes Golein, Magister in Theologia, natus in Caulxia, in pago Blacqueville, vestitus Rothomagi; aliàs Legatus, & Sacellanus sanctæ Sedis Apostolicæ, qui plures labores sustinuit pro bono Religionis, & totius sanctæ Ecclesiæ. Obiit anno gratiæ* 1403.

Ioan. Bloxhamus,

Ioannes Golein,

(c) num. 3038.

3400. ROBERTUS DE S. FIDE, Anglus, Legatus Apostolicus ad varia regna, de quo ista Pitseus [Robertus de S. Fide, cujus virtutem, eruditionem, & in rebus agendis dexteritatem Pontifex (Urbanus VI.) habens exploratam, eum aliquando in Angliam, aliquando in Hispaniam, de gravibus negotiis expediendis, magna cum auctoritate misit Legatum. In Hispaniis tandem in vivis esse desiit circà annum, ex quo Verbum caro factum est, 1386.] THOMAS WALDENSIS, Angliæ, Carmeli, & Ecclesiæ jubar illustre, inter alia præclara gesta, variis functus fuit legationibus ad Concilium Pisanum, Constantiense: ad Uladislaum Regem Poloniæ, atque alios Principes: de quibus ex Lelando plura Joannes Pitseus, de Angliæ *Scriptoribus illustri-*

Robertus de S. Fide,

Thomas Waldensis,

Digitized by Google

illustribus (a), & de *Apostolicis Anglica nationis viris*. WALTERUS (nonnulli scribunt *Gualterus*) DISSE, ab Urbano VI. institutus fuit, & deindè ab ejus successore Bonifacio IX. confirmatus, veluti de latere Legatus ad Regna Hispaniæ, videlicèt Castellæ, Portugalliæ, Legionis, Aragoniæ, Cataloniæ, Navarræ, & Granatæ, & ad alias Regiones. Bullæ Indulgentiarum, ei concessæ, hoc erat initium: *In principio Ecclesiæ narratur à Magistro Historiæ Ecclesiasticæ, quòd pòst Resurrectionem Christi nostri Redemptoris, Apostoli aliquos sumpserint ex his, qui morabantur in Monte Carmelo, ad prædicandum sanctum Euangelium, &c.* De ejus gloriosè gestis, & eruditè scriptis videri poterunt Pitseus, & Trithemius, hîc suprà (b).

(a) ad an. 1430. n. 796

Walterus Disse.

(b) n. 3144.

§. 3. *Confessarij Summorum Pontificum, Imperatorum, & Regum: aut qui illis fuerunt à concionibus, aut consiliis.*

3401. ARNOLDUS DE LIMONE, Pœnitentiarius Apostolicus (c). (De illo, & plerisque sequentibus, sermo fuit in antecedentibus.) GRATIANUS DE VILLANOVA, Confessor Innocentij VIII. (d) PAULUS DE BISCONTIS, seu *Vice-comes*, Confessarius Nicolai V. & Pauli II. (e) PETRUS DE BERRETO, à Confessionibus Clementi VI. (f) SANCTIUS DE UL, Pœnitentiarius Apostolicus Clementis V. & Joannis XXII. (g) BALTHAZAR LIMPUS, Confessarius Catharinæ Austriacæ Reginæ, & Regiæ prolis, in Lusitania. (h) FRANCISCUS A JESU ET JODAR, à confessionibus Philippo III. Regi Hispaniarum (i) (cujus etiam, & Philippi IV. Concionator Regius, & intimus charus Consiliarius extitit.) JOANNES BRISELOTUS Carolo V. Imperatori à confessionibus pariter & à consiliis (k). JOANNES STANBERII, Confessarius Eduwardi IV. Angliæ Regis. (l) LAURENTIUS BURELLUS, Confessor Caroli VIII. & Ludovici XII. Regum Franciæ, & Annæ Reginæ: atque etiam Ecclesiastes Regius. (m) ROBERTUS MASCALL, Henrici IV. Angliæ Regis Confessarius. (n) STEPHANUS PATRINGTON, præfati Regis Henrici, Uxori Reginæ, & filio Principi Walliæ, ac primariis regni viris à secretis confessionum (o) RICHARDUM BLITONIUM, *sacræ Theologiæ Doctorem Oxoniensem, Provincialem per Angliam Rex Eduardus Secundus sibi à confessionum secretis fecit.* Ita Pitseus (p) THOMAS WALDENSIS, *tribus Angliæ Regibus percharus erat: Henricis videlicèt quarto, quinto, & sexto. Ex quibus Henricus quintus in sinu ejus animam efflavit, cui vivens semper animæ statum commisorat. In magna etiam gratia fuit apud Henricum sextum, quinti filium, eique adhuc penè puero fuit à sacris confessionibus.* Ita Pitseus (q) Istos præcipuos (præter alios) hîc commemorasse sat esto.

(c) de quo hic suprà num. 3173.

(d) vid. n. 3395.

(e) n. 3327.

(f) n. 3329.

(g) n. 3349.

(h) n. 3174.

(i) n. 3375.

(k) n. 3269.

(l) n. 3292.

(m) n. 3302.

(n) n. 3348.

(o) n. 3360.

(p) De Scrip. illust. Angl. ad an. 1334.

(q) De illust. Angl. Script. ad an. 1430.

3402. Concionatores celebriores coram Summis Pontificibus, & Regibus, ac Consiliarios Regum de quibus etiam in antecedentibus, hîc obiter quoque recensere sufficiet: sunt autem isti: AMATOR ARRAIS Sebastiano Regi Portugalliæ à concionibus: (a) FERDINANDUS DEL BARCO Caroli V. Ecclesiastes (b): sic & FRANCISCUS SUAREZ DE VILLEGAS, Reginæ Galliarum: (c) JOANNES A CLARAVO, Summi Pontificis Joannis XXII. (Sermones coràm Papa Avenione habitos reliquit, ut referunt Conradus, Possevinus, & alij) (d) MARTINUS DE SOTO MAJORI, *Alphonsi V. Regis Portugalliæ.* (e) NICOLAUS BAPTISTA, Philippi IV. Regis Hispaniarum Concionator, & intimus Consiliarius: Petrus Olginat, eidem Regi à consiliis. (f) PHILIPPUS DE FERRARIO, Ecclesiastes, Consiliarius, & Eleëmosynarius Ferdinandi Regis Aragoniæ, & Siciliæ (g) S. PETRUS THOMAS legitur habuisse frequentes conciones coram Summo Pontifice, & Cardinalibus, *pro dignitate auditorum, gravissimas, summâ reverentiâ errata reprehendentes, & aquâ dexteritate tantos viros ad perfectiora urgentes:* (h) de quibus etiam hæc refert Philippus Mazzerius in ejus vita, apud P. Bollandum (i): *Incepit mirabiliter prædicare coràm Papa, & factus est in Theologia Regens in Curia. Visitabat Cardinales, prædicabat coràm eis: disputabat, & solvebat quæstiones. Prædicabat aliquandò populo, & pluriès faciendo duos, vel tres sermones Clero, & populo, in uno die, collationibus Cardinalium pòst prandium exceptis.* De prudenti, & utili methodo ejus concionandi utiliter, legatur, quod hîc suprà (k) memoratum est. WALTERUS HONT, seu *Huntus* extitit Ecclesiastes Regis, & Procerum Angliæ (l).

(a) vide n. 3157.

(b) n. 3212.

(c) n. 3218.

(d) n. 3273.

(e) n. 3315.

(f) n. 3380. & seq.

(g) n. 3342.

(h) vide n. 719.

(i) ad 29. Jan. cap. 2.

(k) n. 720.

(l) vid. n. 3002.

3403. Et isti inter præcipuos, coràm Summis Pontificibus, & Regibus Concionatores, plerique in antecedentibus commemorati: quibus addendi THOMAS BEAUXAMIS Ecclesiastes Regius in Francia (inter alias conciones, *homilias XXVIII. in Abacuc habuit Parisiis, in Regia, typis editas Parisiis anno* 1578. Ita Possevinus in *Apparatu sacro*) ÆGIDIUS FABER, Ecclesiastes sui seculi disertissimus, Maximiliano Imperatori à consiliis: BAPTISTA FERRARIENSIS, à secretis, & intimus Consiliarius Herculis primi, Ferrariæ Ducis: JOANNES ANDREAS SECABOS, Orator Pontificius disertissimus, quorum mentio recurret infrà: & alij complures, qui olim, & nuper singulari cum laude, simili munere perfuncti sunt, adjungi possent (de quibus alibi) Satis est, hîc meminisse P. LEONIS A S. JOANNE (de quo, & eruditione ejus, subindè tomo præcedenti) qui Regum Franciæ Ludovici XIII. & XIV. Concionator ordinarius extitit: & P. JOANNIS SORRIBAS, de quo in Bibliotheca Hispana, anno 1672. Romæ edita, ista: (m) *Fr. Ioannes de Sorribas, Valentinus, Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister, ejusdemque Doctor Valentinus . . . Degit nunc Matriti Concionator Regius, verè hoc munere dignus.*

(m) to. 1. pag. 599. & 600.

Digitized by Google

§. 4 *Ecclesiæ orthodoxæ, & dogmatum fidei propugnatores.*

Ecclesiæ defensores SS. Elias, & Eliseus.

3404. POst SS. Patres nostros *Eliam*, & *Eliseum*, idololatriæ, & Baalitarum eversores: pòst primitias Ecclesiæ Christianæ, perfectos milites Christi, Apostolorum coadjutores strenuissimos, de quibus hîc suprà (a) & plenius Tomo præcedenti (b): post *S. Telesphorum* Papam, Valentinum, & Marcionem hæresiarchas conterentem: & *S. Dionysium*, etiam Pontificem, Sabellij, & Arij hæreses voluminibus scriptis reprimentem, & inter eas viam mediam, regiam sternentē: Pauli etiam Samosateni errores profligantem (plura de utroque hîc suprà (c) videri poterunt) postque *S. Cyrillum Alexandrinum*, exauctorantem impium Nestorium: *S. Cyrillum Constantinopolitanum*, Armeniam ad Christianam fidem perducentem, atque alios veteres, in Europa primitias tulit S. *Angelus*, qui *velut nubes imbrifera prædicando circumquaque discurrens, innumeras Christo lucrifecit animas.* Ita Wernerus Carthusiensis, in *Fasciculo temporum* (d). Quàm uberes fructus suâ prædicatione Hierosolymis, in Sicilia, & alibi protulerit, videre licet in ejus vita, hîc suprà. Quid pro conversione Judæorum, atque aliorum fecerit *S. Albertus Siculus*, etiam propatulum est in ejus vita. Sed pro Ecclesiæ catholicæ ab hæreticis, schismaticis, & infidelibus defensione, & ejusdem propagatione, quàm multa, quàm mira præstiterit *S. Petrus Thomas*, jam ante sæpiùs nominatus, luculenter traditur in utraque Vita, hîc suprà exhibita, & luculentiùs in historia Vitæ, per Philippum Mazzerium, apud P. Joannem Bollandum: compendiosiùs autem in succulenta epitome, per Arnoldum Bostium, hîc suprà (e).

(a) pag. 504. col. 2.
(b) n. 207. & seq. *S. Telesphor. S. Dionysius,*
(c) n. 425. & seq. & n. 811.
& alij,
(d) ad an. 1220. *in Sicilia,*
(e) n. 3023.

3405. Scriptis autem voluminibus Ecclesiam adversùs hæreses propugnarunt IN ANGLIA *Thomas Waldensis, sui temporis hæresum expugnator, ac deinceps exortarum eversor*, in *Doctrinali fidei*, de quo in antecedentibus (f). *Alanus de Linna*, & alij plures in Anglia, de quibus ista Bzovius (g): *Ad errores VVicclephistarum extirpandos, plurimùm in Anglia contulêre viri aliquot illustres ex Ordine Carmelitano: ex his primas tulit Alanus de Linna.* Talis etiam fuit *Humfredus Nectonus*; nec non *Petrus de Fide, invincibilis spiritùs contra hæreses, & hæreticos, hæretica pravitatis Inquisitor, & Iudex:* (ita Pitseus) *Richardus Lavinghanus*, & alij, de quibus in sequentibus. Tales complures etiam in Germania, Francia, Hispania, & Italia extiterunt Ecclesiæ strenui pugiles, de quibus in Ordinis Annalibus: satis erit, hîc obiter præcipuos aliquot nominasse. IN BELGIO: *Nicolaus de Egmunda, cognomento Baccham, Carmelitani Ordinis, primus in Schola artium, anno* CIↃ. CCCC. XCI. *Vir fuit acri ingenio, hæreséque tunc pullulantes, & novas Erasmi Doctrinas, cùm in scholis, tùm in templis, publicè insectatus fuit vehementiùs. Vndè in Epistolis Erasmianis tot passim quærimoniæ.* Ita Valerius Andreas, in Fastis Academicis Lovanienſibus (a). Obiit Lovanij anno 1526. die 24. Augusti. *Adrianus Hecquetius* edidit *Revocationem hæreticorum à Lutheranismo, ad Euangelicam, & verè Catholicam Ecclesiæ fidem, Antuerpiæ 1557. apud Bellerum, & Gravium.* Ita Franciscus Swertius, in *Athenis Belgicis*; & Valerius Andreas, ac alij. *Petrus Lupus*, qui hæreticis se opponens, & Mechlinienses in orthodoxa fide, potens in verbo, & opere, confirmans, quod è suggestu docuerat, trucidatus ab hæreticis, sanguine effuso confirmavit: & iisdem temporibus alij alibi.

in Anglia,
(f) hic suprà num. 3054. & seq.
(g) ad an. Chr. 1422.
in Belgio,
(a) cap. 9. sub titulo *Doctores S. Theol.* &c.

3406. IN GERMANIA, *Everardus Billicus*, orthodoxæ fidei contrà Lutheranos hæreticos acerrimus vindex, cùm Generali Concilio Tridentino cum laude interfuisset, plurimos pro Clero, ac civitate Colonienſi in avita fide conservanda, labores, ad mortem usque subiit: scripsit quoque librum, qui prænotatur: *Iudicij Vniversitatis, & Collegij, ac Cleri Colonienſis, adversùs calumnias Philippi Melanchtonis, Martini Buceri, Oldendorpij, & eorum asseclarum, Defensio, cum diligenti explicatione materiarum.* Extat excusus variis in locis. Alia quædam de ipso jam ante præcesserunt (b). IN DITIONE LEODIENSI, *Andreas Stragnart, & Hubertus Leonardi*, Suffraganei Leodienses, de quibus in antecedentibus.

in Germania,
(b) n. 3374. *in Leodiensi ditione,*
(c) n. 3163. & 3250. *in Gallia,*
(d) n. 3303. & 3255.
(e) parte 2. cap. 26.
in Hispania,
(f) n. 3015.
in Italia.
(g) n. 3260.

3407. IN GALLIA, *Laurentius Burellus*, & *Iacobus Maistret*, de quibus hîc suprà (d), atque alij, de quibus hæc Dominicus Gravina, in opere, inscripto: *Vox turturis* (e), ubi ista: *Longior essem, quàm par est, & præter institutum, si cunctos Prælatos, Doctores, qui eamdem vineam* (Carmelitanam) *tutati sunt hoc tempore, vellem percurrere. Satis sit, recolere insignem illum Magistrum Parisiensem Patrem Fr. Thomam Beaulxamis, Regis Galliæ Concionatorem: Patrem Fr. Ioannem Mariam Verratum: Patrem Fr. Desiderium Bufet, Doctorem Parisiensem (ut alios innumeros omittam, qui varia opuscula contrà Novatores ediderunt, eosdemque cominùs, & eminùs expugnârunt) modernum Scriptorem Patrem Fr. Anastasium Cochletium, de Polyandro Calvinista triumphantem.* IN HISPANIA, *Guido Terreni* (passim cognominatus *Perpinianus*) librum scripsit contrà omnes hæreses, ab Incarnatione Christi, usque ad tempora sua: de quo plura hic suprà (f). *Ioannes Consobrinus*, Lusitanus, *contra inimicos fidei, primùm in Anglia, ac deindè Portugalia, magnos, & efficaces latratus dedit. Hæreses, & errores quamplurimos disputando, prædicando, scribendoque reprobavit, & confutavit... Pro fide intoxicatus moritur.* Ita Trithemius, libro *de Scriptoribus Ecclesiasticis.* IN ITALIA, *Ioannes Maria Varratus* edidit disputationes adversùs falsa Lutheri dogmata, de quibus Sixtus Senensis, & alij. *Ioannes Antonius Bovius*, auctoritatis Ecclesiæ Romanæ vindex acerrimus, de quo plura hîc suprà (g).

Digitized by Google

§. 5. *Vniversitatum, seu Academiarum Theologicæ facultatis Fundatores, instauratores, illustratores.*

Bononiensis Academiæ Theol. fundator primarius S. Petrus Thomas.

3408. BONONIENSIS THEOLOGICÆ FACULTATIS primarius Institutor, & Fundator celebratur *S. Petrus Thomas*; ideò in libris istius Universitatis nominatur primus, inter omnes, *ad fundandum, & inchoandum Bononiense studium Theologicæ facultatis . . . Primus Magister Petrus Thomas:* postque recensitos alios, denique repetitur: *Quorum omnium antesignanus est Dominus Petrus Thomas, Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo:* atque una cum illo, *Magister Thomas de Padua, Textualis eximius, & eloquentiâ clarus, Ordinis Carmelitarum.* Plura circa fundationem illam videri poterunt hic suprà (a). COLONIÆ quid præstiterint *Ioannes Brammart, & Simon de Spira,* circà Universitatis, seu Theologicæ facultatis institutionem ibidem, habetur ex libris Universitatis istius, & ex libris Provinciæ Carmelitanæ Allemaniæ inferioris, in quibus ista: *Ioannes Brammart, Doctor Parisiensis, Allemaniæ inferioris Prior Provincialis, fuit unus ex primis auctoribus novæ Academiæ, seu Vniversitatis Colonienſis, circà annum 1388. instituta per tredecim Doctores Sorbonicos: inter quos fuêre quinque ex Regularibus, scilicèt ex Ordine Carmelitano Magister Ioannes Brammart, actu Provincialis, & Magister Simon de Spira, Regens studij Carmeli Colonienſis: ex Ordine Eremitarum S. Augustini, Magister Gison de Colonia, & M. Nicolaus de Nussia. Ex familia Dominicana Magister Alexander de Kempena: qui petitâ, & obtentâ Bullâ ab Vrbano VI. datâ Pontificatûs sui anno undecimo, qui erat annus Christi 1388. an. sequente 1389. die 5. Ianuarij in Vigilia Epiphaniæ Domini, hujusmodi Vniversitatis solemne fecêre initium, primâ lectione Academicâ habitâ super verbis Isaiæ:* SURGE, ILLUMINARE JERUSALEM, QUIA VENIT LUMEN TUUM &c. *Cui Vniversitati anno 1391. Conventus Colonienſis, cum omnibus suis personis, præsentibus, & futuris, incorporatur in die Conceptionis immaculatæ Virginis 8. die mensis Decembris, comparentibus in refectorio Fratrum Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmeli, domûs Colonienſis, horâ Vesperarum, D. Rectore, & Vniversitate Colonienſis studij, nec non F. Ioanne de Raude, de Mediolano, Magistro Generali dicti Ord. F. Ioanne Brammart Provinciali, Simone de Spira, Magistris in Theologia, ac Priore, totoque Conventu dictæ domûs præfati Ordinis. Instat etiam apud eamdem Vniversitatem præfatus Magister Ioannes Provincialis, & Magister Simon, quatenùs de cætero omnes Sermones Latini, ad Clerum Vniversitatis faciendi in festivitatibus B. Mariæ Virginis, vel saltem in quatuor ejus festis, debeant fieri in eodem Conventu dumtaxat: quod eadem Vniversitas hîc concessit, & ordinavit, sicque per duo fermè secula hujusmodi Collationes, & Sermones habiti sunt in profestis B. Mariæ Virginis Conceptæ, Natæ, Purificatæ, & Assumptæ: ex quibus modò unicus in vigilia Assumptionis, adhuc est in usu, per quem Sermonem habitum Orator supplet unam Responsionem Theologicam in Schola, publicè, pro gradu Licentiæ adipiscendæ, faciendam.* Hæc ibi.

(a) n. 702.

Colonienſis Vniversitatis auctores Ioannes Brammart, & Simon de Spira, unà cum aliis.

De præfato Simone in iisdem Provinciæ libris ista commemorantur: *Hic Simon fuit unus ex præclaris illis viris Theologis Sorbonicis, qui petitâ, & impetratâ Bullâ Vrbani Sexti, anno 1388. instituerunt novam Academiam, & Vniversitatem Coloniæ:* fuitque præfatus Magister Simon primarius in eadem nova schola Colonienſi Professor, & Senior, de quo in libro dictæ Universitatis leguntur sequentia: *Anno 1395. mortuus D. M. Ioanne de Wasa, qui erat primus Decanus Vniversitatis Colonienſis, in facultate Theologica, recepit ad se sigillum, cum Statutis ejusdem Vniversitatis R. P. Magister Simon de Spira, Ordinis Carmelitarum, ejusdem Facultatis Senior.* Et iterùm an. 1397. *M. Reginaldus Decanus Facultatis Theologicæ, in Vniversitate Colonienſi, in Congregatione habita apud Fratres Minores, resignat officium Decanatûs sui, & sic iterùm mansit idem Decanatûs officium apud P. Magistrum Simonem de Spira, Ordinis Carmelitarum, tanquàm seniorem.* Hæc ibi.

3409. MOGUNTINÆ ACADEMIÆ ex primis Auctoribus, & Professoribus fuit *Matthias* Emich,* posteà Episcopus, de quo hic suprà. BITURIGIS, in Gallia *primus gymnasium instituit Maturinus Clemens,* de quo mox plura. LOVANII, in Belgio inter primos Facultatis Theologicæ Professores (atque ita Fundatores) fuerunt *Godefridus de Loe, & Ioannes Beets.* In *Fastis academicis studij generalis Lovanienſis,* auctore Valerio Andreâ, sub titulo: *Facultatis S. Theologiæ origo,* & immediatè pòst: *Doctores S. Theologiæ, ac Professores aliundè Lovanium acciti,* ubi recensetur *Godefridus de Loe, Carmelita, Doctor Colonienſis. Hic Collegij Carmelitani primus auctor fuit, auctoritate Apostolici eo tempore apud Belgas Legati, & Academia approbante, an.* CIↃ.CCCC.LXI. *die* X. *Februarij, primusque eidem præfuit.* Huic inter Professores Academicos successit Joannes Beets, de quo in libris Provinciæ Allemaniæ inferioris (cui tunc subserant Collegium Lovanienſe, & Conventus Brabantiæ) hæc leguntur: [*Ioannes Beets, Carmelita Thenenſis, S. T. Doctor Vniversitatis Colonienſis, Anno 1460. in Capitulo Provinciali eligitur primus Provinciæ Definitor, atque etiam Prior, & Regens Conventûs, & studij Bruxellenſis, usque ad annum 1468. Anno 1469. ordinatur Regens Collegij, & studij Carmelitani Lovanienſis, pòst mortem Magistri Godefridi de Lõe, primi ejusdem Regentis, in quo loco, & officio permanet usque ad annum 1476.* (*quo anno, obiit*) *Sacræ paginæ Professor eximius, Regens, ac ordinariè legens in Theologica Facultate Lovanij.* Igitur Doctor Colonienſis venit Lovanium: ubi iterùm Doctorali laureâ insignitum fuisse, habetur ex iisdem Fastis Lovanienſibus, sub titulo: *Doctores S. Theologiæ, ac Professores, qui supremum hunc titulum adepti Lovanij:* ubi ista: *Ioannes de Beets, Brabantus, Carmelita . . . Sacræ paginæ Professor eximius, Regens, ac ordinariè Legens in Theologica Facultate Lovanij.* Alia quædam de ipso, & eruditione ejus videantur hîc suprà (a). Academias alias pleraſque per

* *al.* de Andernaco, *Moguntinæ Academiæ auctor, & professor ex primus Matthias Emich.*

Lovanienſis Facultatis Theologicæ Godefridus de Loe, & Ioannes Beets,

(a) n. 3063. & 3095.

Digitized by Google

per Europam, & earum cathedras, singulari eruditione exornârunt, & illustrârunt ex Carmeli Ordine, publici Cathedratici, Scripturæ sacræ, Theologiæ, & Philosophiæ, ac artium Professores. Præcipui dumtaxàt, qui non tantùm verbis è cathedra præsentes instruxerunt, sed etiam posteris libros scriptos, & præclara volumina reliquerunt, hîc obiter commemorantur, ab Anglia procedendo ad Franciam, Galliam, Hispaniam, & Italiam.

In Anglia publici Professores celebres plurimi.

3410. In Anglia: Oxoniensem Academiam, in Anglia primariam, condecorârunt publici Professores, & etiam libris posteritati relictis: *David Boyfius, Guilielmus Stapilhartus, Hugo Virleius, Humbertus Nectonus, Ioannes Chelmestonus, Ioannes Clipstonus, Ioannes Eboracensis, Ioannes Goldestonus, Ioannes Hamtonus, Ioannes Milvertonus, Ioannes Tilneius, Petrus Stockius*, proximum à supremo Academiæ magistratum gerens: *Thomas Bromius, Thomas Lumbæus.* De istis Doctoribus, & Oxoniensibus Professoribus, ac illustribus Scriptoribus memoria recurret hîc infrà, libro 5. Plura de illis, & aliis videri poterunt apud Pitseum (a). Cantabrigiensis, etiam in Anglia celebris academiæ, cathedratici publici Professores, nec non illustres Scriptores fuerunt *Nicolaus Suafhamus*, Cantabrigiensis Academicus Cancellarius, *Petrus de Fide, Thomas Hilleiensis*, & alij.

(a) libro de illustr. Angliæ Script.

Ita & in Gallia,

3411. In Gallia: Parisiensem, Europæ celeberrimam Universitatem condecorârunt *Gerardus Bononiensis*, (seu de Bononia) *Professor, & Doctor, Parisijs publico munere docendi magnum eruditionis nomen sibi vendicavit.* Ita, & alia, Bergomensis, *in Supplemento Chronicorum* ad an. Christi 1313. & 1334. *Ioannes Bacho, Theologorum sui temporis princeps* (ita Sixtus Senensis, & alij) *in gymnasio Parisiensi non minùs conversatione, quàm scientiâ clarus effulsit* (ita Trithemius libro *de Scriptor. Eccl.*) *Ioannes Walsigram in Gymnasio Parisiensi magistrali insulâ decoratus, legendo, & disputando celeberrimus effulsit.* Ita Trithemius eodem libro: *Paulus de Perusio* Parisiis etiam claruit Professor insignis, de quo Bostius hic suprà. *Maturinus Clemens, alias Courtoys, Gallus natione Provincialis Carmelitarum Franciæ, ac Parisiis Theologorum Decanus, Gymnasium Biturigis in ea facultate primus posuit: vir, sermone disertus. Hic scripsit Lecturam in sententiarum libros quatuor, Commentarios in Mattheum, librum unum &c.* Ita Bibliotheca Tigurina, & Possevinus in Apparatu: utrobique alia plurima eruditionis ejus monumenta recensentur: *Henricus de Boyo*, natione Brito, Parisiis sacrarum litterarum interpres, in jure Canonico eruditissimus, de quo Trithemius hic suprà: *Ioannes Goldestonus, Anglus, sacræ Theologiæ primum Doctor Parisiensis, deindè tùm ibi, tùm etiam aliquandò Oxoniæ publicus Professor, utrobique cum magno auditorum applausu, nec minore cum fructu docuit: claruit anno* 1320. Ita Pitseus libro de Scriptoribus illustribus Angliæ. Qui similiter refert, *Ioannem Bestonum* Parisiis Theologiæ Professorem extitisse, nec non *Osbertum Pickenghamum*, atque etiam alios. Quinimò olim Parisiis Lectores Theologiæ, & Biblici designati fuerunt plerique præstantiores Ordinis viri (sicut legitur in communi regesto, seu libro Ordinis, in quo Acta Capitulorum Generalium descripta sunt) *Andreas de Florentia* (verisimiliter S. Andreas Corsinus) *Michael de Bononia*, *Bernardus de Roma*: & isti Itali, præter complures alios: *Ioannes Baptista*, Hispanus: *Ioannes de Chimineto*, *Ioannes de Vineta*, Galli: *Gosuinus Hex*, Belga (posteà Episcopus, de quo hîc suprà) *Henricus Dolandorpius*, Germanus: & ita plerique alij, cujusvis ferè nationis, in Europa Latina. Burdigalæ docuerunt *Petrus Swaningtonus*, natione Anglus, *sacræ Theologiæ Doctor, & Professor Oxoniensis*: posteà *etiam Burdigali* in Vasconia sacras litteras publicè professus est. Ita Pitseus: alia quædam de ipso dicentur in sequentibus. *Franciscus Suarez de Villegas* (posteà Episcopus Cairi) de quo hîc suprà, ibidem publicus Professor extitit: de scriptis ejus agitur in Bibliotheca Hispana. Tolosam publicè docendo, & eruditè scribendo illustravit Matthæus Chantonis, de quo ista Possevinus: *Matthæus Chantonis, Aquitanus, Albiensis (sive Albigensis) Carmelita, & Doctor Tolosæ, ubi publicè docuit, scripsit Lectiones in divinam Scripturam, libro uno.* Consequenter alia plura recensentur. Ita quoque Gualhardus de Rupe, de quo in sequentibus. Borboniæ, Aquensis Universitatis decus habetur *Philibertus Fesayus*, Professor Regius, ac ejusdem Facultatis Decanus: Avenione claruit Ludovicus à Vinea, posteà Episcopus: Monspelii *Ioannes de Claravo*, deindè etiam Episcopus, de quibus hic supra (a).

(a) n. 3273. & 3310.

& in Hispania.

3412. In Hispania: Salmanticensis Academia celeberrima habetur: quam peculiariter illustrârunt publici Professores *Alphonsus de Villalobos*, & *Petrus Cornejo de Pedrosa*: hic autem deprædicatur *Antesignanus & primus Theologorum sui temporis: & Lumen Salmanticense . . . quem in arce hac, & sapientiæ veluti principatu* (Salmanticensi Universitate) *undique homines doctissimi, & ante alios, Philippus Rex Catholicus, super difficillimis, & gravissimis rebus quærentes, datis litteris, adinstar oraculi, consuluerunt.* Ita *Bibliotheca Hispana*. Cæsaraugustæ: *Laurentius Espin, Sacræ Theologiæ Doctor Cæsaraugustanus, cujus Academiæ Decanus hoc tempore est.* Ita *Bibliotheca Hispana*. Ibidem *Michael Ripol*, primarius Theologiæ Professor extitit: de quo plura in eadem *Bibliotheca*. Valentinæ Academiæ publicus, & primarius Professor, *Iosephus Blanch*, & *Petrus Olginat* &c. Complutum celebrârunt *Didacus de Turegano*, *Benavides* in majori cathedra Theologicæ facultatis, ac sacrorum Bibliorum Professor: nec non PP. *Carmelitæ Discalceati*, editis quatuor voluminibus Complutensis artium Cursus, de quibus peculiariter in *Bibliotheca Hispana*. Toleti Professor publicus primarius *Paulus Encinas*. In Granatensi gymnasio, Sacræ Scripturæ pri-

Digitized by Google

marius interpres *Benedictus Henricus*. Barcinone publicus Professor *Michaël Pedrol*. De quo in eadem *Bibliotheca Hispana*. OLISSIPONE * primariam Theologicam cathedram diu tenuit *Balthazar Limpus*, deindè Archiepiscopus. CONIMBRICAM eruditione illustravit *Angelus Pereira*, posteà Episcopus, de quibus in antecedentibus (a).

* al. Ulyssipone.

(a) n. 3166. & 3174.

ae in Italia,

3413. IN ITALIA: ROMÆ, in archigymnasio, seu Sapientia Romana publici Professores extiterunt (memorati in antecedentibus, in serie Episcoporum) *Antonius Marinarius, Dominicus Campanella, Ioannes Antonius Bovius, Ioannes Baptista Surianus, Petrus Isembardus*: & præter istos *Alphius Matthiolus, Basilius Angussola, Ioannes Baptista de Lezana*, Procuratores Generales Ordinis (de quibus etiam posteà) ac alij. FERRARIAM illustravit *Ioannes Maria Verratus, Ferrariensis Vniversitatis Doctor Theologus, & Theologorum Decanus*. Ita Bibliotheca Tigurina, Possevinus, & alij. NEAPOLIS, PADUÆ, PAPIÆ, publicus Professor *Pompeius Ragusius*, de quo hîc suprà. Catanensem Academiam decoravit *Desiderius Placa*, de quo etiam hic ante (b). In præfatis, & aliis Italiæ, ac Siciliæ Academiis etiam alij magno cum fructu, & applausu, cathedras publicas tenuerunt: quorumdam memoria erit hîc infrà libro 5.

(b) n. 3372. & seq.

ANNOTATIO.

circà assumptos ex Ordinibus Religiosis ad Præsulatus, aliaque munia honorata.

3414. QUÆRITUR: *An Ordinibus Religiosis honorificum, ex illis assumi ad dignitates præfatas Episcopatûs, Legati Apostolici, Confessarij, Concionatoris, Consiliarij Regum &c.* Iste quidem communis est sensus; verumtamen noverint Religiosi studiosi juniores, ac quivis alij, & firmiter sibi persuadeant, credant, & ut primò verum teneant, *Ordinum Religiosorum primariam fundamentalem felicitatem, & honorem esse, persistere in primo continuato, aut* (si relaxatus fuerit) *instaurato vigore proprij instituti, videlicèt Regulæ, & Constitutionum observantia, quæ forma, seu anima est Religionum.* Felix ille, & verè honorabilis est Ordo, tali animâ informatus; licèt ex eo assumpti ad Episcopatus, aut dignitates alias nullæ: ibi enim est vera felicitas, ubi est vera & solida pietas (c *ad omnia utilis*) sita in primævi vigoris observantia. Illa tamen si sociam habeat doctrinam, erit velut (d) *gemmula carbunculi in ornamento auri*: assumptique ex talibus Ordinibus, & (e) *vocati à Deo tamquàm Aaron*, qui verbo, & exemplo docent, apud Deum, & homines gratiosi, ac venerabiles: per quos etiam Ordines eorum duplici honore digni censendi sunt. Quantùm ad ipsos assumptos ad dignitates, Cardinalatum, Episcopatum, Abbatiam, manent veri Religiosi, nec absolvuntur à votis essentialibus. Hinc S. Thomas (a), cùm proposuisset hanc quæstionem: *Vtrùm Religiosi, qui promoventur in Episcopos, teneantur ad observantias regulares*: Respondet: *Dicendum est, quòd si quæ sunt in Regularibus observantiis quæ non impediant Pontificale officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiam, sicut est continentia, paupertas, & alia hujusmodi, ad hæc remanet Religiosus, etiam factus Episcopus, obligatus: & per consequens, ad portandum habitum suæ Religionis, qui est hujus obligationis signum.*

Ordinum Religiosorum vera felicitas, & honor, in quo:

(c) 1. Timot. 4.

(d) Eccli. 32.

(e) ad Hebr. 5.

(a) 2. 2. q. 185. art. 8.

Episcopi Religiosi ad quid teneantur:

3415. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, inquit Apostolus (b): quæ sic explicat, idem S. Doctor (c) ex S. Chrysostomo: *Opus quidem desiderare bonum, bonum est: primatum autem honoris concupiscere, vanitas est. Primatus enim fugientem se desiderat. desiderantem se, odit.* Etenim, ut docet Concilium Tridentinum; Episcopatus est *onus Angelicis humeris formidandum*: nam non tantum pro sua, sed & pro omnium sibi subditorum animabus ab Episcopo rationem exiget Deus. Quis nisi temerarius, hoc munus & onus ambiat? Inter tria S. Thomæ Aquinatis vota, à Deo humiliter, & instanter postulata, erat, ad nullos honores, vel prælaturas promoveri. Undè Archiepiscopatum Neapolitanum, sibi à Clemente IV. oblatum, recusavit, atque in morte sibi gratulatus est. Sic quoque viri sancti fugerunt regimen, tùm Ecclesiasticum, tùm civile. Sic Episcopatus fugêre S. Clemens, S. Gregorius Thaumaturgus, S. Athanasius, S. Basilius, S. Chrysostomus, S. Nazianzenus, S. Gregorius Magnus, S. Ephrem, S. Augustinus, S. Ambrosius, S. Fulgentius, S. Andreas Corsinus, & plurimi alij: qui tamen Episcopatu fuêre dignissimi, eumque præclarissimè gesserunt. Felices Episcopi, & veraciter *duplici honore digni*, qui ex Ordinibus Religiosis assumpti, vitam monasticam, & observantias Episcopali officio compatibiles sociare satagunt: sicut illi; de quibus Cardinalis Baronius, verbis suprà relatis, Basilij, Gregorij, Chrysostomi, & alij, tàm in Occidente, quàm in Oriente, viri spectatissimi, qui ex monachismo, velut seminario prodiêre, & vitam in monasterio actam, jam Episcopi effecti, non deserentes, illam Episcopalibus functionibus intexere noverunt: ita quoque S. Eusebius Vercellensis, *in civitate positus, instituta monachorum tenebat, & Ecclesiam regebat jejunij sobrietate*: & S. Martinus Turonensis Episcopus, *constantissimè perseverabat, qui priùs fuerat. Eadem in corde ejus humilitas: eadem in vestitu ejus vilitas erat. Atque ita plenus auctoritatis, & gratiæ, implebat Episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi, virtutemque desereret*, inquit Severus Sulpitius in ejus vita. De utroque (Eusebio, & Martino,) plura habet lector hîc suprà (d). (Nonne istis similis fuit S. Carolus Borromæus? videatur hîc suprà (e). Ita quoque S. Andreas Corsinus, sicut videre licet in ejus vita, hîc suprà, ad diem IV. Februarij, præsertim capite 5. (f): & S. Petrus Thomas, cujus vita tradita est ad XXIX. Januarij, in quo in Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali dignitate, resplendebant ad finem usque vitæ, humilitas, paupertas, sobrietas, mortificatio, oratio, & monasticæ virtutes aliæ, peculiariter meditatio, & contemplatio (g). Et ista hîc obiter.

(b) 1. Timoth. 3.

(c) 2. 2. quæst. 185. art. 1.

Episcopatus, onus Angelicis humeris formidandum;

ideo recusavit S. Thom. Aquinas,

& alij plures.

Episcopi Religiosi felices, qui:

(d) n. 2950. & 2965.

(e) n. 2600. & seq.

(f) n. 871.

(g) videatur hîc suprà num. 730. & præsertim n. 637.

SERTA

Digitized by Google

SERTA ALIQVOT PIETATIS,

conserta ex Flosculis, lectis in variis CARMELI AREOLIS:

SEU

COMMEMORATIO *Religiosorum piorum, qui in variis Orbis regionibus, in odore præstantioris virtutis, aut etiam sanctitatis decesserunt, virtutum exempla posteris relinquentes.*

SPECVLI CARMELIT. PARTIS V. LIBER IV.

PRÆFATIO.

3416. *SAnctos in Ordine Carmeli coram Deo magnos, licèt mundo ignotos, plures alios extitisse præter eos, de quibus hìc suprà parte IV. constat ex dictis in eadem parte IV. ad diem XIV Novembris* (a). *Multi quoque noti, & à magnis virtutibus commendati,* Sancti, *aut* Beati *titulum ab Ecclesia, aut præscripta consuetudine nondum adepti,* Christi *tamen* bonus odor *sunt:* bonus odor *sanctitatis, aut celsarum virtutum, quæ nos ad imitationem movere possunt: ut* in odorem unguentorum, *quem efflant, etiam* currentes, *easdem virtutes in ipsis relucentes, exercere satagamus. Cùm autem omnibus temporibus, & locis, quibus Ordo viget, aut floruit, tales fuerint quàm plurimi, prætermissis illis, qui in Lege veteri: nec non illis, qui ab exordio Ecclesiæ per duodecim secula claruerunt, dumtaxàt (nè hoc opus nimium excrescat) succinctè tractabitur de illis, qui in Carmelo, & in Europa, pòst generalem Ordinis translationem ad illam, virtutibus insigniores claruerunt in variis regionibus, & Ordinis Provinciis, ceu distinctis areolis.*

(a) num. 2 & 3. & seq.

3417. *Quòd autem fas sit, & è re, etiam tales in exemplum proponi, hæc persuasit ratio. Si selecta virtutum exempla apud Ethnicos congesta sint à Valerio maximo (qui censebat* etiam honestos actus ab infimis editos, dignos qui memoriâ non intercidant) *atque ab aliis: & illa haud indigna censeantur, ut a Christianis Scriptoribus, imò & à Concionatoribus quandoque proponantur; quantò æquius in sacrarum laudum consortium asserere, & ipsorum præcellentes virtutes, seu virtuosos actus memorare par est, qui vera pietatis in Christo fundata exempla nobis reliquerunt. Ita in* Vitis Patrum *S. Hieronymus, Ruffinus, Palladius, Theodoretus, Ioannes Moschus, & alij, non tantùm Sanctorum, & Beatorum, sed & aliorum piorum Monachorum. Eremitarum, & Anachoretarum, exempla pietatis, & virtuosorum actuum scriptis tradita ad posteros transmiserunt: quod & pòst ipsos alij plures practicârunt usque in præsens: sic nuper Ioannes Nadasi, Soc. Iesu, in opere:* Annus dierum memorabilium Societatis Jesu, *non modò SS. Ignatij, Francisci Xaverij, Francisci Borgiæ. BB. Aloysij. Stanislai, sed & cæterorum vitâ functorum, virtute quâpiam insignium, per singulos anni dies memoriam complexus est. Ita quoque laudabiliter passim in Ordinibus aliis. Exordiemur autem à Carmelo, è quo tamquam originali fonte, purissima Carmelitici Instituti ratio, & observantia, ac Religiosæ Monasticæ vitæ omnigena exempla semper profluxerunt, ab Ordinis per Protho-patrem Eliam institutione, usque ad totalem Terræ-sanctæ, & Carmeli per Barbaros factam devastationem circà annum Christi 1291. En autem observantiæ istis temporibus in Carmelo vigentis imaginem, quam inspicientes, si nos illi conformare satagamus, ad Carmeliticæ perfectionis culmen securè properabimus.*

Exempla pietatis Christianorum dignè in memoriam revocantur.

id nos docent Patres,

& praxis,

SERTVM PRIMVM.

In Carmelo Carmeliticæ perfectionis odor mirificus.

3418. IN Carmelo, & aliis Terræ-sanctæ eremis qualem olim vitam duxerint successores sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei, tradit vetustus Pater Joannes XLIV. Jerosolymitanus in libro de institutione primorum monachorum, in quo cap. 21. ista: *Ad exemplum, & imitationem illius Sancti viri, & solitarij* ELIÆ *Prophetæ, prædicti Religiosi secundùm formam, per Deum Eliæ traditam, in justitia Prophetica vita monastica, Domino Deo Israel devotâ mente jugiter servierunt: ubi religiosam vitam solitariam sigillatim in modicis tabernaculis, & speluncis, ac cavernis, atque cellis continuè & incessanter duxerunt,* psallentes, orantes, meditantes: & erat *cultus justitiæ silentium: & in silentio levabant se suprà se,* per alas contemplationis. Conformiter scribit Acconensis Episcopus Carmelo vicinus Jacobus de Vitriaco in historia Jerosolymitana, cap. 52. ubi ista de Carmelicolis: *In Carmelo . . . vitam solitariam agebant, in alveariibus modicarum cellularum, tamquam apes Domini, dulcedinem spiritualem mellificantes.* Quàm autem numerosi ibi fuerint in Carmelo, & aliis eremis, & qualem ibi vitam duxerint, refert ibidem, & capite præcedenti. (a) Eadem tradit

Carmeliticæ perfectionis exemplaria in Carmelo:

(a) vid. Tom. præced. n. 403. & 406.

Digitized by Google

exercitia erant, orare, in lege Dei meditari, in silentij custodia.

tradit quoque alius oculatus testis Guilielmus de Sanvico in Chronico, capite 1. ubi ista: *Cùm ita multiplicati fuissent, ut in monte Carmeli omnes commodè recipi non possent, repleverunt desertas Terræ-sanctæ solitudines, in quibus prædecessores eorum antiquitùs habitaverant ... Qui omnes, quamvis essent locis sejuncti, eandem tamen vitam solitariam servare satagebant, quam servabant Eremitæ montis Carmeli.* Istis concinit Abbas Trithemius (a). *Erant isti viri multarum virtutum, charitate maximi, devotione, & integritate summi, qui in contemplatione Dei suspensi, mundum cum suis voluptatibus contempserunt:* & infrà, agens peculiariter de statu Ordinis post recuperatam per inclytum Godefridum Bullonium Jerosolymam, & consequenter Terram-sanctam: *O si tunc Ordinis Carmelitici decorem in sua majestate vidisses! nunquàm fuisse similem alium, exclamares. Erat videre delectabile, Fratres innumerabiles circà montem Carmelum habitantes in cellulis & cavernis petrarum, idipsum omninò sapere, Deo maximo die noctuque quàm devotissimè servire, mundum cum suis voluptatibus pro Christi amore contemnere.* Conformiter scribit igniti eloquij Pater Nicolaus Gallicus (b) *Carmeli Religio sanctissima de altitudine sanctæ & eminentis scientiæ circumcisionis spiritalis olim meritò nuncupata est, quæ in statu pristino, propter devotionis excellentiam auro jure fuit comparata ... Filij Carmeli tunc meritò vocabantur lapides sanctuarij ... Hi in cellis suis permanentes, in lege Domini meditari, & in orationibus vigilare, prout Spiritus sanctus in Regula nostra constituit, ex motu spiritalis gaudij hilariter satagebant.* Et Arnoldus Bostius (c): *Videre in monte Carmeli cunctis licuit, velut in forma, decore, specie, & pulchritudine, fontalique principio totius Religionis, velut in divini cultûs familiari secreto (cùm & dulciùs in ipso fonte bibantur aquæ) castitatem in dormitorio, temperantiam in refectorio, justitiam in capitulo, prudentiam in auditorio, in infirmatorio patientiam, in claustro silentium, in coquina parcimoniam, & in choro, ac in ecclesia cujuslibet devotionis exercitia.*

(a) lib. de ortu & laud. Ord. Carm.

(b) in libro Sagitta ignea.

(c) lib. de Patron. B. Virg.

3419. Talem, atque etiam arctiorem conversationem in Carmelo tunc fuisse S. Angeli, & ejus Fratris Joannis, habetur ex vita S. Angeli hîc suprà cap. 5. (quod est sublimioris perfectionis Carmeliticæ velut compendium). Vixerunt autem duo isti in Carmelo ab anno circiter 1204. quo ibi professionis solemnis vota emiserunt, usque ad 1214. (d). Carmelum iisdem temporibus sanctimoniæ radiis illustrabant SS. Bertholdus, Brocardus, & Cyrillus successivè cæterorum duces & Patres, ac rectores, Ordinis Generales: Eusebius, quoque cujus mentio fuit hîc suprà in vita S. Cyrilli, (e) cujus socius fuit in prædicatione, & Armeniæ conversione ad fidem, deinde Prior montis Neroi, propè Antiochiam; à nonnullis *Sancti*, aut *Beati* titulo cognominatus: Hieremias, de quo in vita Angeli (f) cujus sanctitatis testimonium, id est, *quod meditationi vacans, raptus in spiritu, viderit S. Angelum patrantem primum miraculum.* Vocatur *Prior*, verisimiliter Vicarius S. Brocardi tunc absentis: Enoch, postmodum Patriarcha Hierosolymitanus, & Hibrasimus deinde Archiepiscopus Nazareth, Joseph posteà Episcopus Emmaus: qui tres socij S. Angeli, inter *Sanctos*, seu *Beatos* Ordinis hujus recensentur, sicut etiam Joannes Archiepiscopus Cæsarienſis, & Petrus Episcopus Hastilonensis, seu Bethleëmitanus, quorum omnium etiam mentio est in dicta S. Angeli vita cap. 1. 9. & 30. (a) Inter cæteras jam ante expressas exercitationes, in Carmelo *præcipuum Dei Genitricis cultum* semper viguisse, habetur ex eadem S. Angeli vita (b) & ex Guilielmo de Sanvico Priore Carmeli, & Diffinitore Terræ-sanctæ, testificante (c) quòd in suis adversitatibus ad ipsam, velut Ordinis Matrem, precibus, & filiali affectu recurrerent, & ab ipsa apparente, solamine recreati sint (d) & quòd in ultimo Terræsanctæ excidio, & Monasterij in Carmelo destructione per Saracenos, Religiosi ab iisdem *fuerint trucidati* (in cantu cygneo) Salve Regina *cantantes* (e). Istis etiam temporibus Europæi plures, magnæ perfectionis possessores degebant in Carmelo, quos inter præcipui nobis noti sunt Bertholdus, Lombardus natione, & Alanus Brito, pòst S. Cyrillum Priorem Generalem, immediati ejus successores (de quibus in sequentibus) ibidem etiam annis aliquot solitariè vixit S. Simon Anglicus. In Hierosolymitano autem monasterio Prior Hieronymus, vitæ integritate, & innocentia singulari, sicut testatur Enoch Patriarcha Jerosolymitanus in Vita S. Angeli (f), qui sub ejus disciplina, prima tyrocinij monastici fundamenta jecit. Aliquantò posterior Hilarion Martyr, Provincialis Terræ-sanctæ, de quo in Viridario Joannis Grossi, ubi titulo *Sancti* nuncupatur. Plura de eo videri poterunt in Annalibus Ordinis, ad annum Christi 1256.

(d) vid. hîc sup. n. 1267 & seq.

(e) n. 1054. & 1055.

(f) hîc sup. num. 1273. & 1274.

pietate, & virtutibus insignes in Carmelo, & Terra-sancta.

(a) per Lezan. To. 4. ad an. 1223.

(b) hîc sup. n. 1262.

(c) in Chronic. Ord. cap. 8.

(d) vide To. præced. num. 417. & 442 & 445.

(e) vide To. præced. num. 448.

(f) cap. 4. vide hîc supra num. 1262.

SERTVM II.

In Italia magnis virtutibus insigniores aliquot.

3420. EX Carmelo, & Terra-sancta transîneantes ad Siciliam, & Italiam, indè (sine præjudicio ordinis, seu præcedentiæ cuilibet Provinciæ competentis) ad Hispaniam, Galliam, Germaniam, Belgium ac denique Angliam progrediendo, commemorabimus succinctè præcipuos nobis notos, qui in illis regionibus celsarum virtutum exempla posteris reliquerunt. Siciliam quidem, & Italiam præcipuâ sanctimoniâ illustrârunt S. Angelus, Siciliæ à Deo destinatus Apostolus (cujus, quia natione Hierosolymitanus, memoria fuit capite præcedenti) & S. Albertus, Siculus natione, ac S. Andreas Corsinus, Florentinus, nec non B. Francus Senensis. Historia

In Italia, & Sicilia Carmelitica perfectionis exemplaria, Sancti.

Digitized by Google

ſtoria vitæ cujuſlibet iſtorùm tradita eſt in antecedentibus, ad dies, quibus coluntur. Complures ſunt alij, qui inſigni virtute, aut etiam ſanctimoniâ conſpicui, in Sicilia, & reliqua Italia uſque in præſens refulſerunt. In Sicilia, ſicut litterarum, ita & virtutum germina plura pullulârunt: de variis agit Rocchus Pirrus, in opere, cui titulus: *Sicilia ſacra*: ubi de B. ALOYSIO RABBATA, cujus vitæ epitomen tradit, & variis locis indicat, ubi in veneratione ſint ejus reliquiæ. Miracula ex authenticis informationibus, diverſis temporibus factis, auctoritate Archiepiſcoporum Meſſanenſium, dedimus hîc ſuprà, ad diem XI. Maji. Ex aliis inter præſtantiores ſunt iſti: Magiſter PAULUS PILUFFUS, vir doctiſſimus, Siciliæ totius Provincialis, & vitæ candore conſpicuus. Magiſter PACIFICUS MARINGUS, vir haud abſimilis, in Provincia S. Angeli Provincialis annos 4. & Commiſſarius generalis in Terra-ſancta. Ita in dicto opere SICILIA SACRA, *libro* 3. *Notitia* 6. ſub titulo *Drepanum*. Magiſter VITUS SALERNUS Eccleſiaſtes præcipuus, Cathedraticus, virtutibus, & vitæ candore ſpectabilis. De eo præclara ſcripſit Joſeph Falconius. (a) Magiſter CATALDUS DE ANSELMO poſt D. Alberti obitum Siciliæ Provincialis de quibus eodem *libro* 3. *Notitia* 6. ſub titulo *Mons Drepani*. SERAPHINUS CARUSIUS, qui interfuit Concilio Tridentino, & MARTINUS LAVACCARA, munere Provincialis magno honore perfunctus tertiùm, litterarum peritiâ, ac vitæ integritate illuſtres viri. (b)

& plures pietate, ac virtutibus magnis inſignes,

& quidem in Sicilia:

(a) in Chron. Carm.

(b) eod. lib. 3. Not. 2. Eccleſ. Syracuſ.

3421. SEBASTIANUS DE CALATABILLOTTA, Prior Conventûs Leocatæ, pietate, prudentiâque inſignis, & munus Vicarij Generalis, ac Viſitatoris Monialium apud Epiſcopum Mazarenſem Gaſcum exercuit religioſiſſimè. Obiit anno 1605. (c) BARTHOLOMÆUS DE CREMONA, virtutibus, & doctrinâ clarus, priùs Canonicus, ac Vicarius Generalis Mazarenſis, ſed regularis obſervantiæ ſtudio allectus, Carmelitano Ordini aggregatus, magnæ pietatis reliquit monumenta, obiens anno ſalutis 1546. (d) BARTHOLOMÆUS RAGUSIUS, & POMPEIUS RAGUSIUS, Fratres, virtute prudentiæ, & litterarum eminentiâ æquales: Bartholomæus Regi Philippo II. charus anno 1573. Siculæ Provinciæ Prior, ſub Epiſcopo Mazarenſi Antonio Lombardo Vicarius Generalis in tota Diœceſi Mazaræ, & præcepto Pij V. in Diœceſi Agrigentina Viſitator Generalis. Joannis Baptiſtæ Rubei Ravennatis Prioris Generalis Ordinis Carmel. in Viſitatione Hiſpaniarum, Portugalliæ, & Galiciæ Socius. Item & M. Hieronymo Toſtato (nationis Hiſpanicæ ſingulari ornamento) aliquot Provinciarum Viſitatori comes; indè ipſe ſex Provinciarum, Italiæ ſcilicet, Neapolis, Etruriæ, Lombardiæ, Venetiarum, Romandiolæ, & Calabriæ Viſitator Generalis: denique decem annos Provinciæ Siculæ Reformator, & Prior; dum Romam iviſſet ad electionem novi Generalis, Romæ obiit anno 1581. ætatis ſuæ 57. Pompeius autem primariis in Ordine functus officiis, Epiſcopatum Tropiæ, atque ſui Ordinis munus Generalatûs renuit. Alia quædâ dè ipſo jam ante præceſſerunt (a) ANDREAS GALLECTI, ob doctrinæ, & vitæ ſplendorem Principibus, & Præſulibus percharus, Provinciam S. Angeli ſumma cum integritate quadriennio rexit: obiit Mazatæ anno ſalutis 1638. De Deſiderio Placa, Catanenſis cœnobij ſidere illuſtri, ex eodem Rocchо Pirro ſermo fuit in anterioribus (b) & recurret ſub finem capitis hujus.

(c) Rocchus lib. 3. Notir. 3. ſub titulo *Leocatæ*.

(d) Notir. 6. de Conv. Carm. Mazaræ.

Siculi alij pari eruditione, & pietate inſignes.

(a) n. 3383.

(b) n. 3372.

3422. Ex Sicilia ulteriùs procedentibus in Italiam, primus ordine temporis occurrit BERTHOLDUS, Lombardus natione, qui ad Terram-ſanctam profectus, majoris perfectionis deſiderio, ad Carmelum ſe conferens, eo tempore, quo ibidem clarebant S. Cyrillus, atque alij (de quibus cap. præcedenti) tamquàm apes, in alvearibus modicarum cellularum, Domini ſpiritualem dulcedinem mellificantes, ſicut jam ante audivimus ex Jacobo de Vitriaco. Inter illos autem tantùm profecit, ut præfati S. Cyrilli ſucceſſor, in officio Prioris Carmeli, & Generalis totius Ordinis fuerit electus in Capitulo Generali, in monte Carmelo congregato: de quo Arnoldus Boſtius in *Speculo hiſtoriali*, *lib.* 7. *cap.* 10. ita ſcribit: *Quia ergò vacabat, propter mortem S. Cyrilli, Generalatûs officium, eodem tempore ad electionem novi Prioris Generalis acceſſerunt: & quia dicta Religio in Europæ regionibus tranſplantanda erat, mox invocato Spiritu ſancto, religioſum & devotum virum, nomine Bertholdum, natione Longobardum, in quartum Priorem Generalem ejuſdem Ordinis elegerunt, virum utique ſcientiâ, & probitate præclarum.* De ejus geſtis plura videri poterunt in Annalibus Ordinis, ad annos, quibus præfuit: in illis obitus ipſius refertur ad annum Chriſti 1231. ubi & iſta: *Commendatur à noſtris Bertholdus, ut vir eximiæ ſanctitatis, & eruditionis, divinæ Scripturæ ſtudioſiſſimus, morumque honeſtate conſpicuus, & quòd præclara ſequacibus ſuæ pietatis exempla præbuerit.*

Bertholdus Lombardus;

Prior Generalis IV.

ſcientia, & probitate præclarus;

pietatis exemplar.

3423. Ad tempus idem, aut aliquantò poſterius, refertur BLASIUS, natione Senenſis, Epiſcopus, de quo hîc ſuprà (c) de quo in Annal. Ord. (d) ex Dominico Guilielmo Dominicano, iſta: *Blaſius vir Religioſiſſimus, & ſanctitate vitæ præfulgens, ex Ordine Carmelitarum floruit, qui poſt multa ſanctitatis opera hinc ad annos multos Senæ moriens, in Carmelitanorum æde ſepultus eſt, clarens miraculis.* Anno Chriſti 1362. quidam graviter infirmus, à medicis derelictus, ejus ſe meritis commendans, ſanitati reſtitutus fuit. Ita refertur in iiſdem Annalibus (e). Ejuſdem etiam meminit Gregorius Lombardellus, in vita B. Franci (f). PETRUS DE JANUA, ſeu DE GAVIO, Provincialis Lombardiæ, eruditione, & vitæ ſanctimoniâ illuſtris, *Genuæ colitur tumulatus, Venerabilis ab anno* 1338. Ita Michaël Muñoz. Plura de eo videri poterunt in Annalibus Carmelitanis, ad an. 1333. ubi refertur, quòd

Blaſius ſanctitate illuſtris,

(c) n. 3185.

(d) Lezana tom. 4. ad an. 1229.

ſepultus Senis,

(e) ad an. 1362. n. 5.

(f) n. 2853.

Petrus de Ianua vitæ ſanctimoniâ illuſtris.

quòd ejus corpus in choro in tumba marmorea requiescat. Eodem tempore Florentiam illustrabat HIERONYMUS MELIORATUS *spectatæ sanctimoniæ*, pater spiritualis S. Andreæ Corsini, quem ad Ordinem acceptavit sicut traditur in ejus vita (a). Proximè pòst Carmelo, & Ecclesiæ illuxit MICHAEL DE AYGUANIS, *totius Christianitatis luminare*; ita Carthusiensis auctor Fasciculi temporum (b) qui, Prior Generalis *Ordinem suum justè, sanctèque rexit.* Decessit Bononiæ anno Christi MCCCC. die XVI. Novembris. Plura de eo hìc suprà ex Bostio, & aliis (c).

(a) hìc supra num. 857. & 858.

(b) ad an. 1414.

(c) n. 3052. & seq.

Albizus Azolinus,

3424. ALBIZUS AZOLINUS, Florentini Conventus alumnus, aliquantò posterior, eruditione, prudentiâ in monastico regimine, & vitæ austeritate conspicuus fuit, jejuniis, atque vigiliis singulariter deditus: in pluribus Capitulis Generalibus Diffinitor, & Provincialis Thusciæ, de quo in Annalibus Ordinis variis locis (d). Decessit anno Christi 1428. ad quem in Annalibus jisdem ista annotantur: *Obiit eodem anno, Thusciæ, & Florentiæ gravissimus Pater, probitatis quoque opinione præclarus, Magister Albizus Azolinus, qui nedum litteris, & totius Provinciæ regimine per multos annos claruit; sed, quod præcipuum est, vitæ quoque sanctimoniâ. Iejuniis enim, atque vigiliis perpetuò vacans, bonæ opinionis posteris exemplum dedit.*

(d) ad an. Christi 742 n. 7. (ubi de Conventu Florentino) ad an. 1418.

vitæ austeritate conspicuus,

3425. Sub idem tempus in Neapolitano Conventu degebat Religiosus, pietate, & sanctimoniæ opinione clarus, spiritu Prophetico illustratus, de quo ista Lucius Marinæus, Siculus (e) *Neapoli die quo natus est puer* (Ferdinandus) *vir quidam Religiosus Ordinis Carmelitarum, homo litteris, & moribus insignis, ad Alphonsum Regem in Castellum novum veniens; Hodie, inquit, Rex, in Hispania citeriori puer tui generis natus est, qui maximus olim inter Christianos Principes nominabitur; quippe, qui res magnas, multas, & sanctas, domi, forisque geret, quibus fidem nostram, Religionem Christianam, & Hispaniæ nomen altiùs attollet.* Joannes Mariana eadem tradit his verbis (f): *Quo die natus est Ferdinandus (sic affirmatum invenio) Neapoli quidam è Carmelitano Ordine, vir sanctus, Alfonso Regi: Hodie, inquit, in Hispania citeriore puer tui generis est natus: cui cœlum nova imperia pollicetur, ingentes opes, felicitatemque, pio præ cæteris, religionisque cultori, & amplificatori præclaro.* Is est S. Ferdinandus, *Rex Catholicus* cognominatus. Ita Sanctorum illustrium aliorum nativitas, seu præclara gesta, à viris sanctis persæpè prænuntiata fuisse leguntur. De nato illâ die filio lætissimum nuntium aliquantò pòst accepit pater. Vaticinium quoque istud de Ferdinando adimpletum noscitur an. 1492. quo ille Granatæ urbem, & regnum gloriosè eripuit è potestate Maurorum, seu Saracenorum, postquàm ibi dominati fuissent annis 780. eodemque anno 171. familiarum millia Judaici generis (quæ ad octies centum millium capitum à quibusdam dicuntur fuisse) ex Hispaniæ finibus expulit; ac propterea *Catholici Regis* cognomen ei, utpote Catholicæ fidei strenuo defensori, & insigni amplificatori, ab Innocentio VIII. & ab Alexandro VI. ac Julio II. confirmatum fuit: confirmatum, inquam, quia etiam olim Reges Hispaniæ isto titulo quandoque cognominati fuere. (a)

(e) lib. 19. histor. Hisp. cap. 3. apud Lezana to. 4. Annal. ad an. 1450.

S. Ferdinandi Regis Hispaniæ nativitatem prophetico spiritu nuntiavit Carmelita Neapoli.

(f) de Rebus Hispan. lib. 25. cap. 18. impress. Mogontiæ an. 1605.

Catholici Regis *titulus Regi Hispan. concessus* (*seu potius confirmatus*) *cur?*

(a) Spondan. in Annal. ad an. 1492. & pl. alij.

3426. Tunc etiam virtutum exemplis micabant Mantuanæ Congregationis (primitùs *Observantiæ Sylvarum* nuncupatæ) quatuor primi auctores, zelo instaurandæ strictioris veteris observantiæ illustres, JACOBUS ALBERTUS, seu ALBERTI, sacræ Theologiæ Lector, apprimè doctus, primus instaurator, seu institutor *Observantiæ Sylvarum* anno Christi 1413. (sic nuncupatæ à Conventu, in quo inchoata fuit, ubi S. Andreæ Corsino primam Missam celebranti B. Virgo Maria apparuit) postquàm plures verbo, & exemplo instituisset, plenus dierum, & meritorum, obiit anno 1426. die 25. Junij. ANGELUS AUGUSTINI, communiter nuncupatus *Beatus Angelinus*, magnæ sanctitatis vir (cujus vitæ epitome tradita est hìc suprà (b). FRANCISCUS THOMAS DE FRANCIA, qui in Annalibus Ordinis ad annum Christi 1425. dicitur *in bono conceptu sanctitatis vixisse.* Primus fuit dictæ Congregationis Mantuanæ Superior, sub nomine *Præsidentis.* Pòst Pontificiam verò ejusdem Congregationis approbationem anno 1442. per Eugenium Quartum, proximo pòst (nempe 1443.) in primum Vicarium Generalem electus fuit PETRUS STEPHANUS, natione Gallus, patriâ Tholosanus, *doctrinâ, pietatis, ac prudentiæ talentis excellenter decoratus.* Ita P. Lezana in Annalibus (c) ubi etiam declarat, cur illa Congregatio *Mantuana* nuncupetur, nempè à Conventu primario Mantuano. *Illa quàm plures egregios viros, & inter eos Baptistam Mantuanum, & Bartholomæum Sanctì, inter Beatos commemeratos, produxit,* inquit Lezana, agens de Mantuano cœnobio (d).

Mantuanæ Congregationis primi auctores, & promotores.

(b) ad diem 16. Augusti n. 2247.

(c) Tom. 4. ad an. Chr. 1443.

(d) in Annal. ad an. 1367.

3427. BAPTISTA MANTUANUS, Congregationis præfatæ, & totius Ordinis Carmelitici illustre sidus deprædicatur à variis. Petrus Canisius in Mariano suo opere frequenter honorificam ejus mentionem faciens, & utens testimoniis, illum nuncupat *Poetam Christianum, pium, & disertum, non nimis verè, quàm eleganter canentem.* Ita quoque Cardinalis Baronius (e) *Baptista Mantuanus Carmelita, præclarus poeta S. Margaritæ agonem heroico poemate pulcherrimo decantavit.* Eadem ferè scribit etiam alibi: *Præclarus poeta S. Luciæ agonem heroico carmine egregiè decantavit, sicut & SS. Virginum Apolloniæ, & Margaritæ.* Antonius Possevinus paucis sic plura complectitur: *Baptista Mantuanus, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ semper Virginis de monte Carmelo, vir in divinis scripturis eruditissimus: & in sæcularium litterarum scientia nulli secundus, sacræ Theologiæ Doctor, Philosophus insignis, Poeta, & Orator celeberrimus, ingenio excellens, sermone disertus, vitâ, & conversatione præclarus... Porrò natus est Baptista Mantuanus Nicolao V. Pontifice Max.*

Baptista Mantuanus jubar illustre,

(e) in Not. ad Martyr. Rom. ad 31. Decemb. & ad 20. Julij, ubi de S. Margarita.

variâ eruditione resplendens:

Digitized by Google

Max. anno 1448. ut ipse testatur in epitome suæ vitæ: obiit anno 1516. Cessit sponte Generalatui Carmelitanorum. Ejus integrum corpus extat Mantuæ apud Carmelitanos.

Lauretanam Ædem sacram Ordini Carmelit. restitus procuravit.

3428. Anno Christi 1489. id præstitit notabile: quòd Lauretana sacra ædes, quæ per plusquàm annos mille fuerat sub cura Carmelitarum in Terra-sancta, eidem Ordini reddita fuerit, sicut in Annalibus Carmelitanis his narrarur verbis: *Electus est hôc anno, jam secundò, Mutinæ, in Mantuanorum Patrum Congregationis Generalem Vicarium clarissimus illius ævi Pater Magister Baptista Hispaniolus, de Mantua, propterea Mantuanus nuncupatus. Hac porrò felicitate pius hic, & gravissimus Pater à Deo tunc est decoratus, ut hoc eodem anno, eoque Vicariatum gerente, sacrosancta Lauretana Domus Religioni nostræ, Congregationi ipsi Mantuanæ præsertim, & eidem Baptistæ, à Cardinali Ruvero, Sixti Quarti Nepote, ac Episcopo Recanatensi, ipsius sacræ Domûs, & nostri Ordinis Protectore, donaretur.* Id ipsum etiam ipse testatur in Historia Lauretana, quam illo anno scripsit, in qua ista, inter alia: *Hoc anno, me Vicario ex Mantuana Congregatione (quæ, Deo aspirante, de negligentiæ sordibus, quibus penè totus Ordo noster obruebatur, emergens, instar antiquorum Patrum vitam, & mores nititur instituere) triginta viros approbatissimos in ipsa Ecclesia constituisse, qui in cordis munditia Deo servientes, audiendis fidelium confessionibus, & divinis officiis vacent, ac omnium, quæ ad divinum cultum pertinent, curam gerant.* Successu temporis, sævissimâ peste Italiam depopulante, sublati fuerunt plerique isti Patres.

ibi constituens 30. Religiosos probatissimos:

eodem tempore Ferrariæ Vicarius Gen. Mantuanæ Congreg. & Romæ totius Ord. Generalis electus:

3429. Anno Christi 1513. Romæ in Capitulo Generali, absens, electus fuit Generalis totius Ordinis. *Ferrariæ, eodem tempore, jam pro sexta vice in Vicarium Generalem Congregationis Mantuanorum Patrum eligebatur.* Ita Lezana in Annalibus, ad istum annum. Supremum in Ordine officium, quod invitus suscepit, quomodò solicitè, & sanctè administraverit, sic ibi consequenter refertur: *Iam quæ pius, & gravissimus Generalis Mantuanus hoc anno pro commissi sibi gregis conservatione gesserit, quis enarrare poterit? Verbo, & exemplo, quibus præerat, proficere curabat, cunctos, aut Fratres, aut Filios, eos præsertim, quos per reformatæ vitæ tramitem incedere conspexerat, diligebat.* Sicut autem invitus ad summum, in Ordine fastigium conscendit; ita & ultroneus triennio pòst descendit, abdicans se Generalatu, ut liberiùs Deo vacaret. Ad laborum præmia evolavit anno 1516. die 20. Martij in Cæna Domini, ut scribit Petrus Lucius, *in Bibliotheca Carmelitana*: ubi etiam de corpore ejus pòst multos annos in sepulchro reperto integro, suavem odorem spirante: *quæ res maximè movit populum, ut communi ære, nitidiori (ut hodiè piè conspicitur) sepulchro extructo clauderetur.* Corpus autem sic etiam deinceps incorruptum perstitisse, testatur Philippus à SS.ma Trinitate, Præpositus Generalis Carmelitarum Discalceatorum (a) *Ipsum* (inquit) *& frequentatio piorum, & appensio votorum in obsequium sanctitatis ejus celebriorem reddunt. Certum est, Venerabilem hunc Ordinis Patrem, tùm exemplo, tùm verbo, regularem observantiam totis viribus procurasse, & cum opinione sanctitatis decessisse. Nunc venerabile corpus magna cum pietate in primo Ecclesiæ Mantuanæ sacello ad lævam ingredientium asservatur, & colitur, quod in sua perseverans incorruptique vidi ipse anno Domini 1656.* Ita ille. De præfatis venerandis Patribus, R.mo *Generali Baptista Mantuano, Ven. P. Petro Stephano, Ven. P. Francisco Thoma* & ceteris, plura videri poterunt in Annalibus, aliisque historiis Carmelitanis: in quibus etiam pleniùs de plerisque, de quibus hîc consequenter compendiosiùs.

sponte dimisit:

corpus ejus integrum cum veneratione servatur.

(a) in opere, cui tit. *Decor Carmeli* parte 1 pag. 168. impress. Lugduni an. 1655.

Iacobus de Cravacorio sanctitatis opinione claruit.

3430. B. Jacobus de Cravacorio, Conversus (id est, Frater Laicus) in Conventu Vercellensi vixit, sanctitatis opinione, & miraculorum gloriâ illustris; cujus propterea corpus S. Carolus Borromæus apud se habere desideravit, etsi non obtinuerit, manet enim in hujus Cœnobij Ecclesia conditum. Ita in *Annalibus Carmelitanis* (a). P. Joannes Maria Varratus: Theologus *piè, sanctèq; doctus*, ut scribit Sixtus Senensis, *in Bibliotheca sancta* Lucubrationes ejus, cum eruditione pietatem spirant, de quibus in sequentibus: ad Concilium Tridentinum vocatus, haud ire potuit, ætate, & infirmitate præpeditus. Moritur tandem an. 1563. Mense Julio, sepultus Ferrariæ. Vitam ejus scripsit D. Bernardinus Insularis Urbinas. Ita Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana*. De ejus zelo pro defensione fidei orthodoxæ adversus hæreticos quædam audivimus in antecedentibus.

(a) Lezana tom. 4. ad an. 1275. num. 2.

Ioan. M. Varratus pari pietate, & eruditione illustris.

3431. Eodem tempore, & aliquantò posteriùs, claruit R.mus P. Joan. Baptista Rubeus, Ordinis Generalis, *insignis Dei famulus: vir valdè illustris in Ordine*: ita eum nuncupat S. Teresia (b): de quo istud (zeli observantiæ districtioris indicium) audivimus hîc suprà (c), eum desideràsse, *tot à S. Teresia erigi monasteria, quot in capite haberet capillos.* De illo plura habet lector hîc suprà (d). S. Teresia cœpit observare Regulam primitivam; imò illam ipsam Regulam ab ipso accepit, sicut ipsa testatur in formula voti, & professionis, quam an. 1571. fecit (e). Hinc Reformationis à S. Teresia, ut primaria causa efficiente, institutæ, etiam ipse R.mus Pater, quâdam ratione, velut causa moralis, cooperator fuit, qui etiam consilio, auxilio, & defensionis præsidio novellam S. Teresiæ reformationem fovit: atque ita fructus uberrimi indè procedentes, quodammodò in ipsum quoq; redundant. De ejus obitu hæc tradit Petrus Lucius (f): [Tandem pòst ingentes perpessos labores, & ad exteras nationes peregrinationes, aliquot habitis Comitiis Generalibus, Romæ vitâ functus est die 5. Septembris, Anno Domini 1578.] Ita ille.

(b) vide hîc suprà num. 2326.
(c) n. 2331.
(d) n. 2326. & seq.
(e) n. 2313.
(f) in Bibloth. Carm.

3432. P. Joannes Stephanus * Facinus, Cremonensis, vario scientiarum genere excultus, virtutum splendore illustris, vitæ sanctimoniâ non solùm Lombardiæ Provinciæ

** al. Fazinus. Ioannes Stephanus Facinus.*

Digitized by Google

(cujus Provincialatum per complures annos sanctè gessit) verùm & toti ferè Religioni notus. In eo, tamquàm limpidissimo virtutum, speculo, elucebat prisca illa monasticæ vitæ observantia, morum integritas, ac perfectionis exemplar. Ad Concilium Tridentinum sub Pio Quarto vocatus, Magistri Generalis munus & vices strenuè obivit. Tandem plenus dierum, & post plurimos terrâ marique exanthlatos labores, spiritum Deo reddidit anno * 1570. sepultus Cremonæ. Hæc de illo idem Petrus in eadem Bibliotheca, ubi etiam annotat, non rectè à nonnullis nuncupatum *Stephanum Fazinum Cremensem*: Ita etiam cognominatur in Catalogo eorum, qui interfuerunt Concilio Tridentino, sub titulo: *Generales*.

Monastica observantia, & perfectionis exemplar,

*ant 1551.

3433. VEN. PETRUS CERNOVICHIUS Princeps Macedoniæ, ortus de Barleta Apuliæ Regni Neapolitani, ex stirpe Imperatoris Constantini Magni, anno 1581. venit in Hispaniam: infirmus in oppido de Torrente, Regni Valentiæ moritur 8. Octobris: corpus ejus delatum fuit ad Conventum Carmelitarum Valentiam, & traditum sepulturæ, inter alios Religiosos, quod pòst biennium repertum fuit incorruptum, suavissimi odoris fragrantiam emittens, & translatum fuit ad Capellam nostræ Dominæ Consolatricis, ubi adhuc hodiè requiescit, & Deus per illud mirabilia operatur. Ita Ven. P. Michaël à Fonte, *in Compendio historiali Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmelo* (a). Ferè eadem scribit Michaël Muñoz, *in Propugnaculo Eliæ* (b), & addit: *Multis coruscat miraculis, ut scribit Petrus Calvus Dominicanus, & Doctor Iaime Conchillos, Rector oppidi de Torrente. Vitam ejus scripsit Christophorus Sylvestranus.* Vincentius Saborit, Ordinis Prædicatorum, *in Vita* * *B. Ludovici Bertrandi, libro 2. cap. 20.* agit de eodem Ven. Petro Cernovichio (seu Petro Angelo Cernovichio).

Petrus Cernovichius, seu Petrus Angelus Cernov.

Princeps nobiliss. miraculis illustris in Conventu Carmelit. Valentiæ.

(a) sub finem, in tit. *Insignes in Sanctitate & miraculis.*

(b) lib. 1 tit. 3. cap. 1. art. 2. n. 19.

* nunc *Sancti.*

3434. P. Dominicus à Jesu (de quo agetur capite sequenti) ex præcepto formali, à suo P. Generali (qui erat Ven. P. Joannes à Jesu Maria, de quo etiam in sequentibus) scripsit *Tractatum*, seu *Declarationem de gratiis, seu beneficiis specialiter sibi à Deo præstitis*, in quo occasionaliter hæc, inter alia, de Ven. P. Cernovichio & de Religioso Carmelita, cui manifestata fuit sanctitas ipsius Ven. Cernovichij: & is erat ipse Dominicus, de se, tamquam de altero, scribens, hæc inter alia: [Venit in Hispaniam Princeps Macedoniæ D. Petrus (aliàs Angelus) Cernovichius, clarus virtutibus, & miraculis, ex prosapia S. Helenæ, & Constantini, Sanctissimæ Virgini Dominæ nostræ Carmelitanæ devotissimus, gestans super tunicam suam Scapulare nostræ dictæ Dominæ, ac in pectoris medio crucem holosericam, ejusdem formæ, quam habet Magnus Magister Ordinis Equitum S. Joannis. Sanctus ille Princeps ob quædam negotia ex Italia veniens in Hispaniam, accessit ad aulàm Regis Hispaniarum: eo tempore, quo ibi morabatur, varia edidit virtutum exempla, sic ut pro sancto viro reputaretur. Inter cæteras virtutes, magnâ præditus erat charitate, præsertim in subventione pauperum, amore Dei, & Matris ejus. Contigit Matriti quâdam die, ut in platea ei occurreret pauper prægnans mulier, ab eo aliquid petens; cui largam præbuit eleëmosynam, dicens: Accipe pro tuis necessitatibus, quoniam cras tali horâ paries filium: idipsum à præsentibus evenisse verè, notatum fuit. Peractis cum Rege negotiis, discessit versùs Barcinonam. Divina providentia illum videtur elegisse pro particulari instrumento, ad manifestandam magnam sanctitatem B. Patris * Ludovici Bertrandi, quem tamen ante non cognoverat. Valentiam venit infirmus eo tempore, quò ibidem degebat dictus B. Ludovicus Bertrandus; augescente infirmitate Principis Macedoniæ, ex ordinatione Medicorum, deductus fuit in oppidum Torrentis: ubi dùm consisteret, crescente infirmitate, voluit muniri SS. Sacramentis. Contigit autem, quòd à duobus Religiosis Valentianis inviseretur, eo tempore, quò illi deferebatur SS. Sacramentum pro viatico: & isti sacro ministerio magna cum ædificatione interfuerunt: deindè magnam viderunt lucem egredientem, è cubiculo, in quo demorabatur Princeps, intranteque, ac transeuntes luminosum locum, pervenerunt ad oscula pedum illius, à quo cum magna charitate, & humilitate recepti fuerunt. Causâ sui adventûs indicatâ, rogârunt, quandoquidem Deus dignatus fuerit ostendere illis lucem illam magnam à se visam, dignaretur quoque illius edicere ipsis mysterium, ad suum solamen, & ædificationem. Respondit, se in spiritu invisisse S. Monachum (is erat B. Pater Ludovicus Bertrandus) in comitatu Sanctorum: & quòd ab eo sui obitûs diem didicerit, & etiam ipse S. Monacho (Ludovico) mortis diem prænunciaverit; & ita evenit.

Matriti habetur ut vir sanctus:

* reciprocè S. Ludovicus ipsius Cernovichij sanctitatem manifestavit.

Valentiam venit infirmus: deducitur ad oppidum vicinum:

in spiritu invisit S. Ludovicum Bertrandi, à quo obitûs sui diem intelligit: & reciprocè ipsi prædicit:

3435. Corpus sancti Principis delatum fuit Valentiam ad Conventum Dominæ nostræ Carmelitanæ, & inclusum sacrophago, depositum fuit cum aliis corporibus defunctorum: & ibi mansit in tenebris oblivionis. Religiosus * autem aliquis Carmelita istius Conventûs, dolebat, corpus istud in isto communi loco existere, desiderans, illud in decentiori asservari: illum in finem sæpè instituit apud Superiores, eò quòd nosset illius sanctitatem: majori autem incensus fuit desiderio transferendi corporis, eò quòd sæpiùs pluribus noctibus videret radium luminosum magnæ claritatis, procedentem è loco, ubi corpus illud erat: hinc magis sibi persuasit, Deum velle corpus illud honorari. Insuper in loco illo communis sepulturæ, non fœtor, sed suavis odoris fragrantia emanabat. Hinc permotus P. Provincialis, permisit isti Religioso corpus illud extrahere, & ad Capellam quamdam transferre.

* ipse Ven. P. Dominicus.

corpus ejus depositum inter cadavera alia, illustratur radio luminoso: locum communis sepultura replet suavi odore:

Igitur

Digitized by Google

qui desinit, & succedit fœtor, corpore illo aliò translato

Igitur cum duobus sociis, faculas ardentes habentibus, loculum, in quo Principis corpus jacebat, extraxerunt: & ecce, eo elato, mòx tantus ibi fuit fœtor, è corporibus aliis exhalans, ut alter sociorum, adhuc ibi existens, penè animi deliquium pateretur: ac celeriter extractus fuit, & clausum ostiù. Undè evidens est, præsentiam corporis ejus malos odores repressisse; corpus autem non tantùm incorruptum repertum fuit, sed & ejus omnes propriæ vestes, reliquis alienis appositis nutrefactis: sanctæque ejus Reliquiæ cœperunt miraculis coruscare. Mox à morte apparuit matri, & fratri (sicut attestati sunt) primùm quidem matri, in palatio suo quiescenti, circà horam sextam: & sic illam alloquebatur: Mater, vado sepeliri apud Carmelitas Valentiæ; mater autem ad eam vocem illicò experrecta, & turbata, surgens, accessit ad cubiculum filij, retulitque, quod contigerat: qui ei replicuit, dicens: Domina, nè æstimes somnia; nam Frater meus sanus est: quod autem audiisse existimas, provenit ex imaginatione, & sollicitudine. Alterâ autem die, eâdem horâ, idem contigit, quod præcedenti, non solùm illi, sed & suo filio: qui tùm dixit matri: Domina, nunc credo, verum esse totum, quod mihi dixisti, quoniam idem planè mihi dormienti, eâdem sextâ horâ repræsentatum fuit. Undè convenientem de omnibus authenticam fecerunt scripturam, de circumstantiis apparitionis, temporis, diei, & horæ, in quibus contigerant: & discessit Frater in Hispanias: mox ut appulit Valentiam, certò cognovit Fratris mortem, & accedens ad Conventum Carmelitarum, occurrit * Religioso, inter alios, cui magnò animi sensu apparitionem sibi, & matri factam, retulit, undè accuratè perpensis, & collatis tempore, die, & horâ expirationis, & apparitionis, eamdem esse, deprehenderunt. Desideravit frater videre corpus, quod curavit includi pulchræ arcæ cypressinæ, cooperta panno, cum familiæ suæ Imperialibus insignibus. Et ista hactenùs ex præfato Tractatu, seu relatione Ven. P. Dominici. Plerique scribentes de præfato Ven. Principe, tradunt, aut supponunt, eum fuisse in Carmeli Ordine professum tribus votis solemnibus: nonnemo dubitat. Veritatem amicam præoculis habens, nec pro alterutra parte convincentia argumenta cũ non nunc occurrant, resolutioni supersedeo: confido autem id discutiendum in Ordinis Annalibus; an scilicèt professus votis solemnibus, an autem Ordinis Tertiarius (sicut S. Rosa Ordinis Prædicatorum) aut dumtaxàt Confrater sacri Scapularis B. Virginis, Mariæ de monte Carmeli, cui devotissimum fuisse, jam audivimus. Illa autem jam adducta ex Ven. P. Dominico, omnimodà morali certitudine amplexanda esse, nemo dubitabit, qui noverit, qualis ille fuerit, & quòd referat plæraque, quæ ipse præsens vidit, aut ab iis, qui viderant, acceperat.

mox à morte matri, & fratri apparuit.

* Ven. P. Dominico.

1436. Meritò etiam hîc commemorandi sunt quatuor Reverendissimi Episcopi, qui ponè invicem subsequentes, in Italia, sub finem seculi XVI. & initium XVII. insigni pietate, & pari eruditione, Ecclesiam, & Carmeli Ordinem exornarunt. Laurentius Lauretus, seculo præcedenti effulsit à medio ferè ad finem (anno 1598. decessit) *sanctimoniâ, sapientiâ, & omni laudis excellentiâ præclarus* (ut loquitur Ughellus a) de quo subinde in anterioribus (b). Sub finem etiam ejusdem, & initium hujus seculi, lumina bina in Italia, & Sicilia, eodem ferè tempore exorta, Carmeli Ordinem pietate, & zelo regularis observantiæ singulariter instaurarunt, Henricus Sylvius, & Desiderius Placa: de utróque sermo etiam fuit libro præcedenti, ubi de Episcopis. Quantùm ad *Sylvium*, Priorem Generalem Ordinis, inter ea, quæ dicto loco de eo retulimus, apud Deum, & homines præcipuâ laude dignum est, quod Ordinem visitando, regularem disciplinam, occasione hæresum labefactatam, instauraverit; cùm enim seculo præcedenti (universæ Ecclesiæ per hæreses funesto) Ordo Carmelitanus aliquot Provinciarum, & plurimorum Conventuum in Gallia, Germania, & Belgio jacturam sustinuisset, hinc in istis regionibus etiam regularis observantia non modicam passa est relaxationem; sed, mirâ Dei providentiâ, tempore maximè opportuno, providit de zeloso Pastore, qui personaliter totum fetè Ordinem visitans, quadraginta quatuor novos Conventus acquisivit, atque ea jecit strictioris observantiæ semina, quæ mòx pullulantia, copiosissimum produxèrunt fructum, sicut videre licet in libro, inscripto; *Delineatio observantiæ Carmelitarum Rhedonensis*, cap. 6. ubi traditur, quòd cùm Carmelum Rhedonensem pro strictioris observantiæ cunabulis nominasset, etiam sanciverit pro ea *Constitutiones*: quæ auctæ postmodùm ab Urbano VIII. & Innocentio X. confirmatæ fuerunt. Plura circà hæc pariter sunt in Vinea Carmeli, parte 1. cap. 37. (c) & parte 4. cap. 2. (d): alia de ipso videri poterunt hîc antè libro præcedenti (e). Alter Desiderius Placa, auctor est Reformationis, & Provinciæ novæ, nuncupatæ *Montis-sancti*: Dicitur quoque *primi instituti*, eò quòd in illa observetur Regula primitiva (non quidem prout à B. Alberto scripta, sed sicut ab Innocentio IV. moderata, & approbata fuit) renuntiatâ scilicet mitigatione, per Eugenium IV. facta, circà esum carnium, quibus perpetuò abstinent ejus alumni, sicuti PP. Discalceati. Constitutiones habet easdem, quas cæteri in Ordine Carmelitano Reformati, concinnatas primùm à præfato Henrico Sylvio, deindè auctas ex ipsis antiquis Ordinis Constitutionibus, ac denique confirmatas à Summis Pontificibus Urbano VIII. & Innocentio X. Desiderius, primus arctiorem illam vivendi normam incipiens facere ipse, & practicare, suo exemplo præivit,

Episcopi Italiæ 4 sub finem seculi XVI. & initium XVII. virtutum fulgore (pariter & eruditionis laude) illustres.

(a) vide hîc supra num. 3306.
(b) n. 3306.
(c) n. 581. & seq.
(d) n. 647. & 650
(e) n. 3377. & seq.

Digitized by Google

præivit, incitavit, & confirmavit alios. Stabilitâ prædictâ observantiâ, cùm Episcopatûs Catanensis Vicarium Generalem egisset, & primariis in Ordine suo officiis in Sicilia perfunctus esset, electus Episcopus Agrigentinus, invitus, aliquot ante inaugurationem diebus, *anno 1627. sanctam obivit mortem*, inquit idem Rocchus & Joannes Baptista de Grossis: undè alia quædam de eo adducta sunt hîc paulò ante loco jam indicato (a). JOANNES ANTONIUS BOVIUS præfatis tribus fuit compar in exemplis virtutum, quarum aliquæ exprimuntur in ejus epitaphio, hîc suprà (b). Quô anno, & die isti terram liquerint, habetur ex ipsorum epitaphiis, seu elogiis, in anterioribus adductis (c).

(a) sub finem lib. præced. n. 3373.

(b) n. 3260.

(c) locis jam ante indicatis.

Paulinus Zabatta, frater laicus, pietate eximius.

3437. FR. PAULINUS ZABATTA, Frater Laicus, Ordinis Carmelitarum, *strictæ observantiæ Sanctæ Mariæ à Vita*, obiit Neapoli, in istius Observantiæ Conventu, die 25. Junij 1656. relictis humilitatis, paupertatis, peculiaris erga Dominicam Passionem devotionis, ac aliarum virtutum præclaris exemplis. Jure merito etiam hîc locum habere posset VEN. P. JOANNES BAPTISTA DE LEZANA; quippe qui per annos XXXIV. continuos posteriores (atque ita potiores) vitæ suæ, in Italia, Romæ, pietatis, & virtutum insignibus claruit, & ibi decessit anno 1659. die 29. Martij: de quo tunc Româ Antuerpiam ad RR. Patres Bollandum, & Henschenium alius è Societate Jesu scribebat: *Eximium Patrem Lezanam, habitum hactenus Romæ inter primarios viros, ingenio, & doctrinâ conspicuos, nec minori æstimatione Religiosæ virtutis, vitâ functum esse.* Sed cùm potiore jure illum, patriâ Matritensem, sibi vindicet Hispania, aliquantò prolixiùs de eo agetur capite sequenti.

SERTVM III.

In Hispania, & Lusitania Christi bonum odorem virtutiferum spirantes.

Hispania ferax Sanctorum, & virtutifero odore fragrantium in Carmeli Ordine:

3438. HIspaniam eximiâ sanctitate decoravit S. TERESIA, & consors laborum B. JOANNES A CRUCE, antiqui Carmelitani Ordinis alumni, Veterem disciplinam severiorem instaurantes. Lusitaniam autem hæroicis gestis, ac deindè præclaris virtutum exemplis celebravit B. NONIUS ALVARUS PERERIRA. Cujuslibet istorum vitæ historia, & acta, tradita sunt in antecedentibus. Temporibus iisdem, & anterioribus, ac subsequentibus, complures alios magnis decoratos virtutibus, qui & sanctimoniæ odorem bonum efflant, Carmeli Ordo dedit Hispaniæ. Inter tales non immeritò recensendus REVERENDISSIMUS PATER, DOM. GUIDO DE PERPINIANO, *ex Priore Generali Carmelitanæ Religionis, primùm Majoricensis, ac demùm Elnensis Pontifex, Doctor inter præcipuos commendatus, & ut alter Elias, pro domo Domini zelosus . . . multorum illustrium suorum clarissimè gestorum, magnitudine, Christianum orbem celebri rumore clarificavit.* Ita Wernerus Carthusiensis in suo Fasciculo temporum. In vetusto Kalendario Mechlinienſi inter Beatos Ordinis adscriptus legitur ad diem 21. Augusti. De ejus zelo, & insigni eruditione, ac libris ad posteros transmissis agunt Arnoldus Bostius, & Trithemius, in libris hîc suprà (a) & complures alij: prolixior autem sermo de eo fuit in *Catalogo Antistitum* (b) ubi merito nuncupatur: Censor fidei acerrimus. P. PHILIPPUS RIBOTI, Cathalanus, à Trithemio, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis deprædicatur: *Vitâ, & conversatione Venerabilis, Ordinisque Carmelitani amator, & custos egregius*: ab Eisingrenio, *in Catalogo testium veritatis*, nuncupatur *Sanctus*. De ejus eruditione, & insigni volumine, de Carmelitani Ordinis prima institutione, ac successione, aliquoties sermo fuit in antecedentibus (c).

(a) n. 3015, & 3083.

(b) vid. n. 3229. & seq.

Philippus Riboti à conversatione exemplari commendatus:

(c) n. 3029. & 3134.

3439. P. JOANNES CONSOBRINUS, Provinciæ Lusitaniæ (cujus Provincialis fuit) singulare decus, vitæ sanctitate, & eruditione clarus, Deiparæ Virginis devotioni singulariter deditus, ipsius immaculatam Conceptionem egregiè propugnavit. Sic acris, subtilis, & resoluti ingenij in disputationibus apparebat, ut propterea *magni Magistri* nomen consecutus, in actibus scholasticis, magna in reverentia ab omnibus haberetur. Id rarum in hoc venerando Patre humilitatis, & devotionis erga sacra mysteria exemplum, ut numquàm Missam celebraret, quam non primùm privatim prælegisset: quod vel humilitatis ergò, vel contemplandorum mysteriorum causâ fecisse absdubiè credendum. Charus valdè fuit Alphonso Quinto Portugalliæ Regi, à quo aliquandò in Conventu visitatus, ipsius animæ negotia pertractabat: nec propterea aulam sectari, aut ab ipso dignitatem aliquam accipere voluit. Cùm pro Ecclesia Catholica piissimos latratus ederet, à lupis, circà caulas gregis Christiani frementibus (hæreticis) introxicatus Olissipone spiritum emisit, anno circiter 1475. Plura de eo habet Lector hîc suprà apud Trithemium (d). Inter Ordinis Beatos à nonnullis refertur; tum propter virtutum, quibus claruit, excellentiam; tum potissimè, quòd *pro fide intoxicatus mortuus*, ut habet præfatus Trithemius (e). Insigne ejus elogium legitur in Agiologio Lusitano, per Dom. Georgium Cardosum Presbyterum, ad diem XI. Januarij: ubi, Lusitano eloquio, sic Latinè tradito, ista: [Olissippone in Conventu Carmelitarum, pretiosa mors magni illius Magistri F. Joannis Sobrinho, sui temporis viri doctissimi, qui propter raram suam doctrinam, eminentiam in concionibus, excellentemque virtutem à Rege Alphonso quinto, magno in pretio fuit habitus. Apostolico zelo succensus, transivit in Angliam,

Joannes Consobrinus in Lusitania Carmeli decus singulare:

Missam celebraturus prævie privatim prælegebat:

aulam, & dignitates declinavit.

Inquisitor fidei, ab hæreticis intoxicatus, vitam pro fide tradidit.

(d) hîc sup. n. 3100.

(e) libro de Script. Eccles.

doctrinâ & vitæ sanctimoniâ celebratus:

Guido Perpinianus clarissimè gestorum magnitudine clarus:

Angliam, tunc temporis hæresi infectam, ubi suâ doctrinâ multum fructum retulit. In hoc Regno totum se dedit concionibus, & animarum saluti. Tantus erat ad conciones illius populi concursus, ut dùm concionaturus esset, necesse fuerit collocare suggestum in porta, quia major erat populi frequentia extrà, quàm intrà Ecclesiam. Tempus, quod illi à concionibus, & aliis obedientiæ exercitiis restabat, orationi impendebat, quâ inflammabatur in zelum convertendi animas. Eâ fuit humilitate, ut sæpè Episcoparus, à Rege sibi oblatos, recusaverit. Numquàm ad Missæ Sacrificium accedebat, quin priùs præmeditaretur secreto, magnâ animi teneritudine sacrosancta illius mysteria. Ad talem denique pervenit vitæ terminum, ut non immeritò martyrij palmam obtinuisse credatur, utpote veneno sublatus, in odium suæ prædicationis. Antequàm exspiraret, doctam fecit protestationem fidei, (quæ reperitur in diversis partibus, licèt in nonnullis vitiata) postulans à circumstantibus veniam, roganstque pro eis, qui mortem suam fuerant machinati: quievit in pace, recepturus à supremo Judice præmium tantis meritis debitum, suæ sanctitatis constantem relinquens opinionem.] Hactenùs ex præfato Agiologio. In Commentario subsequente annotatur, fuisse ex nobili Sobrinhorum, & Coelhos stirpe, in Lusitania, & Carmeli habitum sumpsisse in Carmelo Olisipponensi, & in eodem decessisse anno 1475. quodque in tanta fuerit æstimatione, ut communiter nuncuparetur *Magnus Magister*, aut *ter maximus Magister*.

concionator eximius.

Episcopatus recusat:

ad Missam præparatio singularis:

veneno sublatus in odium fidei.

Novitiorum duorum pia simplicitas devotio erga puerulum Jesum quàm grata ipsi, & matri sua.

3440. Dùm in Lusitania versamur, opportunè occurrit commemoratio inferenda duorum Novitiorum, qui in conventu Illerdensi ætate tenelli, puerili, sed piâ simplicitate moti, crebrò portionem cibi sui offerebant puerulo Jesu, qui erat inter brachia Imaginis B. Virginis Mariæ in claustro. Quàm grata fuerit & Filio, & Matri devota illa simplicitas, bini eventus valdè notabiles testantur: prior quidem, in vita, quòd aliquandò, cùm ob defectum commissum, Superioris veriti disciplinam, puerili ducti timore, fugissent è Monasterio, mirabiliter fuerint reducti per ipsam piissimam Matrem: posterior verò post obitum; quædam enim apiculæ cærulei coloris, lucidæ, pulcherrimæ, mirabilem spirantes odorem, ex eorum sepulchro quotannis prodire cernantur. Plenius illud videri potest relatum in Annalibus Ordinis (a).

(a) apud Lezan. to. 4 ad an. 1278 n. 4.

3441. P. Didacus de Mathia exactæ observantiæ regularis exemplar, natione Hispanus, conventûs Abulensis, & ibi in claustro conditus. Ille est (ut notat Lezana to. 4. Annal. *b*) de quo S. Teresia scribit cap. 38. vitæ suæ: *Quòd, quia exactè servasset Regulam, & vota sua, ac ratione Bullarum Ordinis eum, dùm exspiraret, rectà cœlum petere vidit, ne quidem transeundo Purgatorium.* O quanti faciendo professionis Religiosæ accurata observantia!

(b) ad an. 1378. *Didacus de Mathia, Regulæ observantissimus, moriens rectà cælum petit.*

Qui sese à nullis Ordinis muntis umquam fecerat immunem, immunis à Purgatorij pœnis, purus, & innocens transvolat ad munera cœlorum. P. Joannes Bannegas, anno Domini 1588. & sub idem tempus Bartholomæus Carrancius, & P. Bartholomæus Graius, in confessione fidei apud Turcas per ferrum & ignem educti sunt in refrigerium: sicut traditum est hic suprà (a).

(a) ad XII. Novemb. num. 2619.

3442. Cyrillus Magrinianus, Cathalanus, sub hoc idem tempus insigni pietate, & vitæ austeritate emicuit; orationi, & meditationi sic erat deditus, ut etiam in eis quandoque pernoctaret; sensus suos firmiter comprimebat, jejuniis, ciliciis, ac flagellis corpus affligebat: hâcque ratione tempore triennij, & aliquot mensium, quo in Ordine vixit, consummatus in brevi, explevit tempora multa: sic enim fuit Deo placita anima illius, ut & corpori incorruptionem quandam communicaverit. Obiit anno 1594. die 25. Januarij, ætatis novemdecim annorum. Decimo septimo post sepulturam anno, repertum est corpus ejus integrum, ac omninò tractabile, ut refert P. Philippus à SS. Trinitate, Generalis Carmelitarum Discalceatorum (b).

Cyrillus Magriniacus.

in paucis explevit tempora multa.

(b) in Carmelit. hist. lib. 6. cap. 7.

3443. P. Joannes * Sanzius finem seculi præcedentis (XVI.) & initium hujus (XVII.) præclaris virtutibus, & sanctimoniæ fama, ac etiam eruditione decoravit. In Bibliotheca Hispana (c) his commemoratur verbis: *Ioannes Sanz, gente Valentinus, patriâ ex oppido Ontinente, anno MDLVII. ortus, Carmelita, Sacræ Theologiæ Valentinus Doctor, quam, & Philosophiam, Bilbili in Aragonia, Valentiaque docuit, ejusque Provinciæ semel Præfectus, Vir sanctitate morum, zeloque Dei eximius, miraculis etiam, ut dicitur, à morte clarus . . . Denatus est vir sanctus Valentiæ XXV. Iulij anno MDCVIII. ætatis LVII. jacetque sub honorifica inscriptione, virtutes, ac vita illius sanctitatem eleganter significante, quam posuit ei Michael Ioannes Vimbodinus, loco suo à nobis laudatus.*

* al. Sanz.

Ioannes Sanzius,

(c) To. 1. pag. 596. impres. Rom. an. 1672.

sanctitate morum præclarus.

3444. P. Hieronymus Gratianus suæ illustris virtutis, pietatis, doctrinæ, atque prudentiæ singularis, encomiasten, & vitæ narratricem à pueritia ad usque ferè dùm primus Carmelitarum Discalceatorum Provincialis electus fuit, sortitus est, S. Teresiam: cujus opera, in quibus ipsius præconia inseruit, passim obvia sunt, sicut etiam litteræ ejus ad P. Gratianum, & de Patre Gratiano ad alios; ideò pauca ex istis hic sufficient. In libro *de Fundationibus monasteriorum cap. 22.* scribit: *Pater Hieronymus Gratianus, de Matre Dei, vocatus, qui non ita pridem Compluti cùm ageret, in Ordinem nostrum cooptatus erat. Vir erat egregiè doctus, & summi ingenij, & cumprimis modestus, & toto vitæ suæ tempore tàm continuus virtutum omnium cultor, & amator, ut in renovata primigenia Carmelitarum Regula & Ordinis hujus bonum B. Virgo eum elegisse videatur . . . Videbat Dominus, quantopere ejus hoc, quod Majestas ejus inchoaverat, hujus-*

Hieronymus Gratianus encomiastes, & vitæ suæ scriptricem habet S. Teresiam:

qua testatur, ipsum fuisse virtutum omnium cultorem,

Digitized by Google

modi viro opus haberet. Equidem frequenter ob gratiam, & beneficium in hoc nobis datum, eum laudo, ac celebro: etenim si summa cum contentione, & enixè Majestatem ejus rogare voluissem, talem ut Ordini virum daret, qui sub hac primordia, omnia quæ ad eum spectarent, disponeret, ac dirigeret; tantum ab eo petere virum nesciviſſem, quantum in iſthoc nobis dedit. Sit ipſe propterea in æternum benedictus . . . Madriti puer cùm ageret, ſæpè quamdam B. Virginis imaginem, ergà quam peculiari quodam affectu ferebatur (quæ ubinam eſſet, non recordor) ſalutatum abibat, eamque Dominam, & amicam ſuam nuncupare ſolebat: eamque quàm frequentiſſimè viſitabat. Munditiem illam & caſtitatem, quam ſemper uſque dùm vixit, is coluit, ipſa haud dubiè illi à Filio impetravit. Dixit, viſam ſibi ſubindè imaginem illam oculos lacrymis ſuffuſos ob plurimas, quæ adversùs filium ſuum committuntur offenſas, habuiſſe. Hinc magnus quidam in eo impetus, & deſiderium animarum juvandarum, nec non intenſus ac vehemens, cùm in Deum videret peccari, animi dolor & ſenſus naſcebatur. Itaque ergà proximi animarum bonum propendet, ut omnis ei labor, ſi aliquid per eam ſeſe proficere poſſe ſperet, illarum causâ ſuſceptus, perexiguus eſſe videatur; hoc ipſâ per experientiam & reipsâ in multis laboribus, quos ſubiit, perſpexi.

magnopere gratulans de tali viro in adjutorium ſibi à Deo dato:

refert ejus erga Deiparam devotionem ſingularem & caſtitatem,

zelum ſalutis animarum,

3445. Hactenùs S. Teresia de P. Gratiano, cujus etiam ſingularem vocationem ad Religionem, precibus ſuarum filiarum à Deo impetratam, & varias ipſius virtutes ibi commemorat, præſertim humilem robuſtam obedientiam, ſub Priore juvene, inexperto, indiſcreto, quam ipſe Novitius exercuit, & qualiter meritis B. Virginis, graves ad habitum dimittendum tentationes ſuperaverit. Refert quoque inter cætera, quòd ipſe Conſtitutiones Carmelitarum Diſcalceatorum compoſuerit: *Neque etiam Conſtitutiones à Reverendiſſimo Patre noſtro Generali datas ſtabiliaſque habebant. Nam in ſingulis Conventibus Fratres agebant, quod ipſis bonum, & expediens videbatur . . . Hoc enim huic, illud illi placebat, & ſequendum videbatur, quod certè me non raro mirum in modum cruciabat. Cui rei, & inconvenientiæ Dominus per P. F. & Doctorem Hieronymum de Matre Dei ſuccurrendum putavit: hic namque Commiſſarius Apoſtolicus mòx eſt creatus, plenamque, & abſolutam auctoritatem, & poteſtatem ſuper omnes Diſcalceatos & Diſcalceatas accepit; quin & in illorum uſum Conſtitutiones condidit.* Alia, quæ eodem capite & ſequenti de eodem teſtatur, in ipſo ejus opere videri poterunt, & in variis etiam literis, ad Regem Hiſpaniarum Philippum II. ad Dominam Teutonium Brigantinum Antiſtitem Ebornenſem, ad P. Joannem Baptiſtam Rubeum Ordinis Generalem: complures etiam ad ipſum ſcripſit literas: quinque inſertæ ſunt tomo primo litterarum, cum Illuſtriſſimi Dom. Joannis de Palafox notationibus, & viginti quinque in Tomo altero, à P. Generali Carmelitarum Diſcalceatorum Reginæ Hiſpaniarum dedicato, cum notationibus P. Petri ab Annuntiatione,

similem, robuſtam ejus obedientiam,

& quod Conſtitutiones Carmelit. Diſcalceatorum ipſe compoſuerit,

exiſtens Commiſſarius Apoſtolicus,

S. Teresia ad Hieronym. Gratianum plures ſcripſit litteras,

Carmelitæ Diſcalceati (a) Bruxellis impreſſo anno 1674. In iſtis autem 5. & 25. (id eſt 30.) litteris S. Teresiæ ad P. Gratianum reſplendent ſingularioris amicitiæ, benevolentiæ, confidentiæ, ac reverentiæ ipſius ergà illum inſignia: in omnibus penè illis ita ſubſcribit: *Reverentia veſtræ*: aut, *Veſtræ Paternitatis Indigna famula & filia* aut *famula, & ſubdita.*

(a) en Bruſelas por Francisco Foppens ao. MDC. LXXIV.

in quibus relucet ejus erga Gratianum reverentia.

3446. In una ex litteris ad P. Gratianum (ſecunda, quam habet dictus Epiſcopus Palafox) ipſa S. Teresia occaſionaliter tradit circa orationis exercitium, ſublimem, utiliſſimam doctrinam, *auro inſculpi dignißimam*, ut in notis ſcribit iſte Epiſcopus. Doctrina autem illa S. Teresiæ hæc eſt: [Oratio optima, Deoque gratiſſima ea eſt, quæ meliores in anima producit effectus: effectus autem meliores ſunt, bona deſideria; deſideria videlicet non inania, ſed efficacia, confirmata operibus. Itaque quando in oratione concipitur deſiderium Deo placendi, & quæ in ejus honorem tendunt, ſollicitè quærendi, & exequendi, & ſingulari diligentiâ evitandi illa, quæ Deo diſplicent, nempè illas, aut illas imperfectiones: atque ad hoc deindè memoria, & intellectus, ac voluntas applicantur, ut deſideria illa in opus exeant: illa eſt optima oratio. Et licèt anima in oratione magnas patiatur ariditates, & afflictiones, illas Deo offerat, & indè ſe humiliet, & humilior, magiſque patiens evadat, illa eſt veraciter bona oratio, incomparabiliter excellentior eâ, quâ quis guſtus percipit, & propriam ſatisfactionem; ſed pòſt orationem, anima in ſua permanens tepiditate, non prodit in opus, & bona deſideria evanida fiunt. Itaque oratio illius animæ, quæ licèt ſiccitates, & ariditates patitur, ſed illas Deo offert, & bona deſideria concipiens, illa in opus educit, multò eminentior eſt, quàm ea, in qua quis in angulo cellulæ ſibi quaſi vim inferens, ut ad lacrymas ſe provocet, poſteà effectus veraciter Deo placendi, & quæ ei diſplicent, evitandi, & has, illaſque virtutes exercendi, in opus non producit.]

S. Teresiæ ad P. Gratianum utiliſſ. documentum, de optimo modo orandi,

Illa ſunt, quæ *aureis ſcribi litteris digna* meritò cenſet ille Epiſcopus, qui proindè addit: *Rogo lectorem, ut iſta attentè legat, relegat, & memoriæ imprimat; quia iſtud S. Teresiæ documentum unicum majoris eſt pretij, quàm plures litteræ ſcriptæ ad Reges, & majoris utilitatis, quàm contineant libri plures in Eccleſia Dei elucubrati.* Et iſta: quia à S. Teresia occaſionaliter ſcripta ad P. Gratianum, idcircò etiam occaſionaliter (cõfido quòd non inutiliter) hîc intexuntur.

dignum aureis ſculpi litteris.

3447. Magnus Præſul, virtute, & ingenio valdè ſpectabilis in Hiſpania, præfatus Joannes de Palafox, Oſmenſis Epiſcopus, in notationibus ad Epiſtolam antecedentem (quæ prima eſt ipſius ſanctæ Teresiæ ad P. Hieronymum, *circà negotium erigendæ Provinciæ primæ Carmelitarum Diſcalceatorum*) vitæ ipſius P. Hieronymi epitomen contexuit, in qua, inter alia, iſta: *Pater Hieronymus Gratianus fuit unum ex præcipuis inſtrumentis, à Deo, &*

Hieronymi Gratiani vitæ epitome.

primus fuit Provincialis Carmelit. Diſcalc.

S. Teresia

S. Teresia electis pro fundanda, & stabilienda sancta Reformatione Carmelitarum Discalceatorum, cujus primus fuit Provincialis, & Visitator: portavitque pondus laborum, & persecutionum contrà istud sanctum institutum, dissectus, & probatus ictibus persecutionum, ac adversitatum, quæ eum admirabilem reddiderunt, sicut videre licet in ejus vita sapienter in lucem data per Dom. Franciscum Gratianum Barruguete, Secretarium, & interpretem linguarum Catholicæ suæ Majestatis, virtute, & ingenio præcellentem. Ut indè pauca delibem, fuit P. Magister Hieronymus Gratianus spectaculum mirabile adversitatum, & afflictionum, quas multifariè sustinuit à sanctis, à bonis, à perversis: theatrum extitit adversitatum: *à sanctis, ut eô modô ad perfectionem perveniret: à bonis, qui eum hab tu Ordinis, pro quo stabiliendo, tanta fecit, & sustinuit, per sententiam privârunt, & extrà ejecerunt: ut in qualitate Sacerdotis secularis in mundo viveret: quod ipsi ingentis fuit causa mortificationis, & afflictionis. Persecutionem passus fuit à virtuosis: magnoperè enim anhelans ad sui sancti instituti habitum recuperandum, ab omnibus tribunalibus in Hispania & Italia repulsam patiens, nusquàm reperit remedium, aut consolationem: omnes illi occlusæ fuerunt audientiæ, & consolationis portæ in terris, ut ei magis pateret janua ad cælum. Illa omnia devoravit, sustinuit mirabili cum patientia, & resignatione in providentiam Dei, permittentis famulum istum suum tantis agitari adversitatum fluctibus, ut appareret,* Mancipium fit Turcarum, ferreis catenis constringitur. *quousque ejus patientia, & virtus ascenderet. Afflictus quoque fuit à malis: prosequens enim causam suam, ut sancto suo restitueretur instituto, captus fuit à Turcis, Tunetum ductus, & ibi gravissimi ponderis constrictus catenis ferreis, factus mancipium, & Christianorum aliorum ibidem socius, consolator, & instructor: indè tandem redemptus, cum facultate Summi Pontificis, Carmelitarum antiquorum sumpto habitu, profectus in Belgium, admirabili fulsit exemplo: à confessionibus Serenissimæ Principissæ Belgij Infanti Isabellæ, charus Archiduci Alberto. Pòst tantos labores, &* (a) in notationibus ad litteras S. Teresiæ ad P. Gratianum, *afflictiones, Bruxellis in singularis sanctitatis opinione decessit.* Et ista ac alia plura Illustriss. ille Episcopus. (a)

3448. Complures etiam alij P. Gratiani virtutes, ac pietatem commendant. Franciscus Ribera, *in Vita S. Teresiæ, libro 3. cap. 4.* eum nuncupat *sanctimoniâ illustrem*, & hæc de illo tradit: *Hunc nempè in rudia illa sanctæ illius renovationis primigenia Carmelitarum Regulæ primordia Deus Optimus Maximus reservârat, ipsam ut stabiliret, adaugeret, congruo ordine digereret, ac perficeret, quod ipse pro ea, quâ valebat, & cœlitùs acceperat, vita sanctitate, prudentiâ, ac doctrinâ, egregiè præstitit.* Et cap. 5. *Cum Excalceati Patres, æquè ac Moniales, privato à Provinciali non regerentur, sed Carmelitis mitigatis simul omnes parerent; illorum in Bætica Commissarius & Visitator, Apostolicæ Sedis auctoritate, constitutus est Hieronymus Gratianus. Etsi enim à paucis hoc ille institutum esset amplexus annis, ea tamen in ipso religio, probitas, prudentia, aliarumque virtutum decora relucebant, ea ingenij navitas & industria, hâc ut provinciâ, aliisque honoribus etiam amplioribus dignus omnium calculo sit judicatus.* A Reverendissimo D. Caramuele, *in Vita Ven. P. Dominici*, scribente de Ven. Anna à Jesu (de qua hîc infrà) nuncupatur *Atlas Carmelitanæ Religionis.* De ejus scriptis ascetieis peculiariter agitur in *Bibliotheca Hispana*, Romæ edita anno Domini 1672. auctore Dom. Nicolao Antonio, Hispalensi, Ordinis S. Jacobi Equite, Canonico, Regiorum negotiorum in Urbe, & Romana Curia Procuratore Generali; ubi etiam de ejus parentela ista traduntur: *F. Hieronymus Gracian, à Matre Dei cognominatus, anno quadragesimo quinto suprà sesquimillesimum Pinciæ editus est, dum ibi parens Didacus Gratianus, Carolo Imperatori à secretis, in Comitatu Regio versaretur, Ioannâ Dantiscià matre, quæ ipsa Ioannem Dantiscium Equitem Polonum Regis sui, ad eumdem Cæsarem Legatum, habuit parentem.* Parentes ejus illustres. Consequenter agitur de ipsius adolescentia, & studiis, ingressu in familiam Carmelitarum Discalceatorum, muniis variis honoratis, quæ obiit, tandemque ejus dimissione, ac maximarum calamitatum mole mox permanante in ipsum, deque miris, summæ adversitatis casibus, imperterritè, & patientiùs toleratis, eo quòd sibi cum Deo, & conscientia benè esset, & confideret, mala illa sibi in lucrum cessura: ac denique ista: *Vir corporis, & animæ dotibus, doctrinâque multiplici, sedato, & perspicuo, nec minùs alacri ingenio, ac singulari memoriâ præcellens perque omnia aspera jactatus, ut Socratem alterum (de quo hæc Lucius Seneca) sed Christianum, & veræ sapientiæ sectatorem redderet, in cujus commendationem, etiamsi aliis deficeremus, abundè erat testimonium Sodalis Teresiæ Virginis, sanctimoniæ inclytæ gravissimum, non semel, aut bis tantùm, nec perfunctoriè, sed exaggerativè, ac sapiùs redditum vitæ ad normam instituti nascentis, atque profectum miris modis attemperata, pia multa scripsit, & varia:* Quæ ibi consequenter (longum texens catalogum) recenset: *Scripserunt*, addit, *de nostro Hieronymo plures... Omni commendatione majora sunt S. Teresiæ testimonia, variis in locis suorum operum.* varia ejus encomia:

3449. Inter alios, qui de ipso scripserunt, recensetur Antonius Sanderus: in *Cœnobiographia Brabantiæ*, agens de cœnobio Bruxellensi Carmelitarum scribit inter alia, ista: *Clarissimum P. M. Hieronymum Gratianum à Matre Dei, genere licèt Hispanum, Bruxellensium tamen Patrum, qui aliquando pietate, & doctrinâ floruerunt, meritò inferimus numero; quòd hic Carmelum Bruxellensem magno rei litterariæ fructu non paucis annis inhabitaverit, ibique multis attritus laboribus, gloriâ, & honore coronandus, ad Superos fuerit evocatus, ejusque ossa in præsens usque tempus cum veneratione asserventur.... Palmes novus Carmeliticus (Congregationem Excalceatorum volo) ex antiqua Carmeli vite pullulans, quàm maximè & Rectore, & fautore egebat, unum sibi cœlitùs concedi beata Virgo Teresia quàm ferventissimè postulabat. Annuit piis Teresiæ Omnipotens votis.* Ista ibi prolixius prosequitur Sanderus: deindè quæ post decessum S. Teresiæ perpessus fuit, sic paucis complectitur: Bruxellensem Carmelum singulariter illustravit.

Carmelitarum Disc. primordia stabilivit.

Commotio gravis adversus P. Gratianum,

plectitur: *E vivis Superos ascenderat Teresia Virgo, cui Hieronymus à confessionibus, & in arduis à consilio fuerat, quem illa tanti fecerat, ut eum non modò virum probum, sed & sanctum, &* SUUM ELISEUM *dictitârit:* (*uti scribit Joannes à Jesu Maria in Vita S. Teresiæ cap. 15. lib. 4.*) *cujusque suadam non semel, postpositâ Dei revelatione, fuerit amplexa. Et ecce Satban, tranquillitatis humanæ, & felicitatis hostis invidus, animadvertens felicia istius novellæ plantationis incrementa, & damna, quæ exindè passurus esset, præsentiscens, discordiarum zizania superseminare aggressus est. . . . Gratianus illud Prophetæ dictum usurpavit: Si propter me commota est ista tempestas, dejicite me in mare, ut vos jactati definatis. Quare ex Congregatione Discalceatorum dimissus, habitu clericali induitur. Quid ageret inter hæc Gratianus noster, toti Iberiæ notus, Ludibrio, & somnis expositus? quod solet in adversis patientiæ virtus; meminerat enim istius:*

ex Congregatione Carm. Discalc. dimittitur:

Nobile vincendi genus est patientia: vincit
Qui patitur: si vis vincere, disce pati.

habitu peregrini, seu eremitico Romam tendit:

3450. *Ad proprios reversus lares, sumptoque peregrini habitu, navim conscendit, & post magnam inediam, algorem, navis pædorem, Romam pervenit: indè Neapolim se contulit. Post paucos dies, dum iterum Romam revertitur, vix à portu Cajetano duabus leucis, propè montem Larcoli, triremis, in qua ipse erat, undecimâ Octobris anni 1593. in Turcorum sævitiam devenit. Captus igitur, denudatusque, Tunetum deducitur. Sed quis enarret gesta, quæ vel ipsi Barbari demirabantur, intervallo ferè duorum annorum captivitatis? Quàm plurimos Saracenos, & perversos Catholicos, vi precum suarum, & non intermissâ divini verbi prædicatione, ad fidem Christi reduxit? Post gravia tormenta, vincenti, & invincibili corde tolerata, ob fidei Catholicæ defensionem, vivus tremari lento igne jubetur. Paratâ pyrâ in media Algeriæ platea, se gratissimum Deo hostiam offerendum disponebat. Sed à tam acerbo mortis genere, Deo sic disponente, & ad majora illum servante, præter opinionem liberatus fuit; nam cujusdam eleemosynis pristinæ libertati restituitur, nimirùm anno 1595. Romam reversus, ex singulari Summi Pontificis privilegio, in Conventu S. Martini in Montibus habitu Eliæ sacro, sub observantia antiqua Carmeli induitur. Ibi aliquamdiu demoratus, clara suæ sanctimoniæ testimonia dedit: deindè in Hispaniam revertitur, eaque peragratâ, & ubivis locorum Dei semine cordibus fidelium mandato, vigilias suas, assiduasque lucubrationes imprimendi ergò, cum Legato Regis Hispaniarum in Belgium proficiscitur.*

capitur à Turcis:

Saracenos, & alios convertit:

post gravia tormenta igni adjudicatur:

Deo disponente liberatur.

Roma Carmeli habitu denique donatur:

Proficiscitur in Belgium:

3451. *Vix limites Belgij attigerat, cùm fama tanti viri ad aures Serenissimæ Isabellæ Hispaniarum Infantis delata est, quæ Hieronymum ad se accersitum, in Patrem spiritualem, & Confessarium assumpsit. Tanto in honore apud Magnates Curiæ Bruxellensis fuit, ut magnum sanctitatis nomen obtinuerit. Anno 1611. Archiduces Albertus, & Isabella S. Scapulare in templo Carmelitarum, ex manu Hieronymi Gratiani devotè receperunt, quod & imitatus cum Conjuge sua Dux Arschotanus . . . Obiit in Carmelo Bruxellensi, non sine magna opinione sanctitatis anno Christi 1614. 21. Septembris, ætatis suæ 69 ejus exequiis interfuit ferè tota Curia Bruxellensis: habuitque funebrem orationem Rev. r. quidam Pater, è familia Dominicanorum. Peracto Sacro, quod devotissimè fecit Carmelitarum Provincialis, sepultus est in domo Capitulari; anno verò 1631. ad instantiam Dom. ac Patris Hieronymi Domin. Hispani Carmelitæ, Commissarij Generalis, nec non Episcopi Cathanensis electi, translata fuerunt ossa, juxtà Sacellum S. Annæ, & anno 1639. tempore Prioratûs R. A. P. Livini Turf honestè cistæ impositæ inter summum altare, & sacristiam collocata sunt.*

post moritur Bruxellis:

sepelitur in Capitulo Carmel. Bruxell.

transfertur ad Sacellum S. Annæ.

3452. Vitam Ven. Patris Gratiani edidit Dom. Franciscus Gratianus Barruguete, Secretarius Catholicæ suæ Majestatis, sicut jam ante ex Reverendissimo D. Joanne de Palafox audivimus. Scripsit quoque Christophorus Marquez Ordinis Dominæ nostræ de Carmelo, antiquæ regularis observantiæ, quinquennio ab obitu ipsius P. Gratiani, (a) Pinciæ typis editam, distributam in duas partes: quam cùm nostri propositi ratio non sinat integram hic dare, capitum dumtaxat summaria delibantur.

Scriptores vitæ ejus:

(a) impress. en Valladolid por Francisco de Cordova anno 1619.

3453. PARTE I. CAPITE I. traditur, undè vita illa conscripta sit, nimirùm ex testimoniis testium de visu, ex illis, quæ S. Teresia in libro Fundationum, & in plurimis litteris, ac memorialibus de ipso scripsit, quorum originalia asservantur penès Thomam Gratianum, nec non ex ipsius P. Gratiani dialogis, de sua vita, & illis, quæ gessit, & sustinuit, dialogis ad suam matrem, Fratres, & amicos, atque etiam ex Brevibus Summorum Pontificum, in favorem ipsius P. Gratiani. Consequenter tractatur de illustri ejus familia, pietate, & eruditione patris, ac virtutibus matris: nomen, & cognomen utriusque jam ante ex *Bibliotheca Hispana*, expressa sunt. Ex illis Hieronymus natus est anno salutis 1545. die 6. Junij, in Hispania, Pinciæ *. CAPITE II. agitur de ejus Fratribus, & sororibus, virtute claris. Primogenitus Antonius, Secretarius Catholicæ Majestatis Philippi II. moriens, inter cæteras virtutes, memoratur in virginali puritate, ad usque finem vitæ perseveraſſe. Matriti decessit. S. Teresia tunc Hispali existens, dicebat monialibus suis: *Secretarius Antonius obiit: vidi eum in cœlum ascendere.*

ea unde digesta:

* al. Valladolid seu Vallisoletum.

3454. CAP. III. IV. ET V. describitur ejus pueritia, adolescentia, & studia, ac vitæ ratio, usque ad Religionis ingressum. Varia à primis ætatis annis, in illo resplenduerunt indicia futuræ pietatis, excellentis virtutis, & vitæ innocentiæ. Adhuc infans, peculiariter delectabatur Crucifixo, & imaginibus Sanctorum, maximè B. Virginis Mariæ. Hinc permoti parentes, singulariori curâ ipsum ad exercitia pietatis manuducebant. Aliquantò provectior, construebat altariola, coràm quibus quandoque repertus est genuflexus, orans. Studiis applicatus, tam feliciter in illis profecit, ut ante annum ætatis

puerítia ejus pietati addicta:

Digitized by Google

ætatis Grammaticâ, Rhetoricâ, & Græcâ linguâ competenter instructus, Alcalam missus fuerit, ad studia Philosophica: quibus absolutis, lacrymis à patentibus impetravit licentiam transeundi ad Theologiam scholasticam, cui sociam adjunxit mysticam, se exercens in oratione, præsertim mentali: ad illam etiam alios exhortans, persuadens lectionem libri Ludovici Granatensis, de oratione. Sic pari passu proficiebat in virtute, & in scientia. Sæpè, & instanter à Deo postulabat, duci per viam contumeliæ, per cruces, angustias, & sui contemptum: in hoc à Deo exauditus, mòx experiri cœpit, & sequentibus temporibus de calice amaritudinis superabundè bibit, in angustiis, post suam ex Ordine dimissionem. In competenti constitutus ætate, Subdiaconatûs suscepit Ordinem, & consequenter Diaconatûs, ac Presbyteratûs. Sacerdos ordinatus, potissimè prædicationis munere functus fuit: confessionibus etiam audiendis se occupavit, magno cum animarum fructu.

petit à Deo duci per viâ crucis:

Sacerdos ordinatur.

3455. Cap. VI. et VII. narratur ejus in Carmeli Ordinem, novellam à S. Teresia inchoatam Reformationem ingressus: *funiculo triplici* ad hunc Ordinem attractus fuit: *primò* quidem, speciali instinctu Deiparæ Virginis, cujus imaginem quamdam, quam penès se habebat, frequenter piè aspiciens, quasi visibiliter ab ea moliebatur, & movebatur, ut in suo Ordine illi serviret: *secundò* S. Teresiæ frequenti, diuturnâ, perseverante oratione ad Deum: *tertiò* piæ cujusdam personæ, fulticæ, pœnitentiæ, & mortificationi studiosissimæ ratiocinatione; cùm enim Gratianus in magna constitutus esset interioris hominis lucta, hinc motiva bina jam dicta attrahebant ad capessendum religiosum statum; isthinc retrahebant & corporis sui debilis complexio, ac Religionis austeritas, allæque humanæ rationes; hæc ex ejus ore accepit verba (quæ illi fuerunt veluti sagittæ acutæ, cor penetrantia) *O quæ est ista dæmonis techna, à statu religioso, & ab exercitiis mortificationis, ac pœnitentiæ retrahentis, sub prætextu debilitatis corporis. Sed quâ ratione maledictum istud corpus propediem perferre poterit vermes, per os, & oculos intrantes, exeuntes, rodentes, quod modò refugit aliquantus mortificationes, & pœnitentias, à Deo maximis præmiis coronandas? Vtinam dulcis Iesus nos abscondat in suis benedictis vulneribus, ut per discretas mortificationes, & pœnitentias promereamur in die judicij, non ad sinistram, inter reprobos, in corpore, & anima, in æternum cruciandos, sed inter sibi retentos electos!* Funiculo igitur illo triplici diffractæ fuerunt tendiculæ, ipsum in mundo detinentes. Veste itaque Carmelitanâ donatus fuit Pastranæ anno Domini 1572.

Motiva trina quibus attractus fuit ad statum Religiosum.

Rustica cujusdam doctrina salubberrima.

dæmonis techna ad retrahendâ ab exercitio pœnitentiæ.

3456. Mox à vestitione applicatus fuit audiendis confessionibus, & habendis concionibus Pastranæ, & ruri, quò etiam in asperrima hyeme tendebat nudis pedibus; nam tùm nondum utebantur sandaliis, quæ aliquantò post consultò assumpta fuerunt. Etiam ipsi commissa fuit cura 30. Novitiorum, qui postmodùm fuêre flos istius novellæ Carmelitanæ plantæ, nec non quorumdam Professorum: atque etiam ipsius directioni à S. Teresia commissæ moniales Discalceatæ Pastranæ. Capite VII. Vita ipsius P. Gratiani, à sua pueritia, usque ad obitum S. Teresiæ, compendiosè traditur verbis ipsius S. Teresiæ, Deum laudantis, & magnificantis, talem à Deo virum, concessum suæ novellæ observantiæ: cui ipse P. Gratianus primus scripsit Constitutiones, pro Carmelitis Discalceatis: pro Monialibus autem, jam ante dederat Reverendissimus Pater Generalis Joannes Baptista Rubeus. Ita S. Teresia, cujus quædam alia ad hoc propositum adducta sunt hic supra. Professionem fecit. P. Gratianus, nuncupatus *Hieronymus Gratianus à Matre Dei*, anno Domini 1573. * sub Reverendissimo P. Joanne Baptista Rubeo Generali Carmelitarum utriusque observantiæ, antiquæ, & novellæ Discalceatorum: valdè exactus fuit in observantia primitivæ Regulæ, paupertatis, & obedientiæ, cæterisque exemplar. Præcipuum ejus studium erat oratio: peculiariter in ipso resplendebat zelus honoris divini, ac salutis animarum sicut traditur in vita ejus, capite 8. sub initium.

P. Gratianus adhuc novitius quibus muniis applicatus.

* die 27. April. (al. notatur 28. Martij.

3457. Capite VIII. (pòst initium) & sequentibus, usque ad XVI. inclusivè agitur de officiis, quibus functus fuit, de Conventibus quos novellæ Reformationi acquisivit, & de laboribus, quos pro ea stabilienda, & propaganda subivit, & de periculis vitæ in quibus sæpè fuit, in executione officiorum, & commissionum à Rege Hispaniarum illi injunctarum, & pro dirigenda, propaganda, ac in gravissimis difficultatibus, & adversitatibus defendenda Congregatione Carmelitarum Discalceatorum. Imprimis haud diu post professionem institutus fuit Visitator Apostolicus Carmelitarum: & mòx fundavit Hispali Conventum novum, nuncupatum *De Remediis*, pro Congregatione Carmelitarum Discalceatorum. In illa fundatione contradictiones graves, & inopiam magnam passus fuit. Interea familiariter subindè ipse P. Gratianus, & socius P. Marianus, conversantes cum Nicolao Doriâ, Genuensi, illustrissimæ familiæ, illum suarum virtutum exemplis tantoperè moverunt, ut mundo nuntium mittens, nomen dederit Ordini Carmeli, in Congregatione novella, habitum illi dante P. Gratiano. Is deindè primus fuit Generalis Congregationis Carmelitarum Discalceatorum. Anno autem 1578. gravis procella exorta est adversùs novellam Congregationem Carmelitarum Discalceatorum, quæ maximoperè periclitabatur, nè omninò everteretur: & contrà P. Gratianum, qui eâ occasione, *mathema factus pro Pratribus*, (a) fulmine excommunicationis percussus, & ad carcerem condemnatus, se, & nutantem,

quanta fecerit & passus fuerit pro novella Congreg. Carmel. Discalc.

(a) Rom. 3.

Digitized by Google

Congregationem, singulari prudentiâ, patientiâ, & fortitudine, jejuniis, & orationibus Dei misericordiam implorantibus ex istis angustiis se exsolvit: ad id verò maximè etiam operâ, & precibus contulit S. Teresia. Non parùm etiam profuit auctoritas, & favor P. Angeli de Salazar Provincialis Carmelitarum antiquæ observantiæ, S. Teresiæ, & P. Gratiano singulariter addicti. Atque ita tandem cessavit illa tempestas. Anno 1581. in primo Capitulo Provinciali novæ istius Congregationis primus electus fuit Provincialis: mox in pluribus, & primariis Hispaniæ, ac Lusitaniæ urbibus, Conventus Religiosorum fundavit, & fundationibus Conventuum monialium etiam auxilio, & consilio fuit S. Teresiæ, usque ad ejus obitum. Anno 1585. absoluto sui officij termino, convocavit Capitulum Provinciale Olisipponem (aliàs Olysipponem, & Ulixbonam, seu Lisboam) primariam Lusitaniæ urbem, & totius regni caput: ibi electus fuit Vicarius Provincialis. Religiosos etiam destinavit ad Indias, pro fundandis Conventibus, & Missionarios ad Regnum Congo, in Angolam, qui processerunt ad alias vastissimas regiones ad convertendos infideles: & ex illis innumeros ad Christi fidem perduxerunt, ac baptizârunt: & quidem unus ex eis, Franciscus à Jesu, cognomento, Indignus (ex Fratre Laico, per obedientiam, ordinatus sacerdos) traditur solus plusquàm centum millia baptizasse. CAPITE XVII. ex scripto manu S. Teresiæ, refertur visio, seu apparitio Christi Domini facta 1575. in qua ipsi injungebat, ut deinceps pro suo Confessario principali haberet P. Gratianum, & ipsi obediret; tamquàm sibi: quodque illa visio, in extasi, contigerit ter. Hinc ipsa P. Gratianum nuncupans *Eliseum*, peculiari promissione se adstrinxit, nihil umquàm de secretis sui cordis, & conscientiæ, ipsi celare, & exactè exequi ejus jussa, & consilia: pandit etiam varias gratias singulares à Deo P. Gratiano collatas, & conferendas. Et ista pauculà ex vita Ven. P. Gratiani, usque ad tempus sævissimæ, & diuturnæ tempestatis, in ipsum irruentis.

primus fuit illius Provincialis:

Confessar. & consiliarius S. Teresiæ,

3458. CAP. XVII. præfato, & PARTE II. CAP. I. usque ad XIII. inclusivè, describitur diluvium calamitatum, in quibus per triennium, ab an. 1592. usque ad 1595. P. Gratianus immersus (non submersus) jactatus (non invincibilis ejus animus fractus) fuit. Historia sanè est, licèt ratione subjecti lamentabilis, varietate tamen eventuum notabilium, valdè delectabilis. Ex ea, veluti fonte, nonnisi aliquot guttas, seu rivulum perexiguum huc derivare finit institutio hoc loco ratio. Igitur an. 1592. id intercessit inter P. Gratianum, & alios Superiores, quod subindè (salvâ charitate) inter Sanctos: quod inter S. Paulum, & S. Barnabam (a): quod inter B. Joannem à Cruce, & quosdam alios, bono zelo ductos, de quibus hic suprà, in Appendice ad vitam ipsius B. Joannis à Cruce (b). Post fa-

diluvium calamitatum in P. Gratianum:

(a) Act. Ap. c. 15. in fine.

(b) n. 2703. & 2704. pag. 789. præsertim col. 2.

ctas varias contra P. Gratianum informationes ex sinu suæ charæ matris, cujus amore tantos labores, & pericula sustinuerat, quam stabiliverat, protexerat, propagârat, ejectus fuit, & habitu spoliatus religioso, indutus sacerdotis secularis. Assumpsit autem ipse habitum eremiticũ, in quo Madritô discedens, post varios casus, & miserias, venit Romam, ubi, sicut & alibi, permissu Dei, ad ejus patientiam magis exercendam, & probandâ, tribunalium fores, pro sua causa, & audientia, occlusas deprehendit. Roma Neapolim, & indè in Siciliâ navigavit, nec uspiam aliquid solatij invenit. Itaque rursùs ex Sicilia pervenit Cajetam, ubi sub initium Octob. an. 1593. ingressus triremem, navigantem Romam, in mari occurrit navis Turcica. Barbari aggressi triremem, illam superarunt, & mox ibi P. Gratianus vestibus suis, & (quod singulariter eum affligebat) opere, in Portugallia elucubrato magno cum labore, *Harmonia mystica*, & aliis nonnullis, ad prælum paratis, spoliatus fuit: candenti ferro pedibus ejus inustæ cruces, & tum injectæ compedes. Tunetum ductus, ibi binis constrictus catenis, introductus fuit in carcerem, locum subterraneũ, valdè amplum, habentem unicam aperturam pro lumine. Isthic detinebantur Christiani, mancipia, sexcenti, qui partim illius infortunio condolebant, partim lætabantur de solamine, ab eo sperato: nec spes illos fefellit; constructo enim ibi in loco commodo, altari, omni die (uno excepto) licèt constrictus catenis, Missam celebravit in aurora: summo enim manè Christiani educebantur ad opus. Se etiam impendebat confessionibus audiendis, concionibus, & exhortationibus habendis, quibus Christianos nonnullos, qui fidem abjurarant, reduxit, & etiam infideles illuc accedentes, convertit. In istis exercitiis, in pædore & ærumnis carceris, perstitit usq; ad vigiliam nativitatis Christi, in qua contrà P. Gratianum lata sententia mortis, ut vivus combureretur die sequenti & ad istud martyriũ P. Gratianus se mox præparavit: at die illa executio suspensa fuit, & rursùs subsequenti, atq; ita per longum tempus: sicque, benè animatus ad mortem, moriebatur quotidie; nam *mors expectata non minùs cruciat, quàm mors illata.* Tandem verò, mediante lytro, redemptus fuit anno 1595. & navigio vectus fuit Genuam, ac indè Romam. Ibi decreto Summi Pontificis, donatus habitu Carmelitano, in monasterio S. Martini in Montibus, quinquennio Romæ mansit, Theologus Cardinalis Petri Deza, Protectoris Hispaniæ, qui magni momenti negotia commisit P. Gratiano, qui interea horis subcisivis opera sua ad prælum limabat.

candenti ferro cruces pedibus inusti:

catenis gravatus in carcerem truditur,

ipsi adjudicatur

3459. Anno Christi 1600. Clemens Papa P. Gratianum ablegavit, in Africam, ut Christianis ibi degentibus Jubilæum annuntiaret, per Breve, seu Bullam, cujus initium est: DILECTO FILIO HIERONYMO GRATIANO, *Fratri Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo*, CLEMENS PAPA VIII. *Dilecte fili*,

A Clem. VIII. delegatur in Africam,

Digitized by Google

fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Pastoralis officij nobis divinâ providentiâ commissi ratio exigit, ut de salute Dominici gregis soliciti, ad eos Christi fideles nostræ mentis aciem, & paternæ charitatis affectum præcipuè dirigamus, quos dura Infidelium, & Barbarorum servitute mancipatos, non corporalibus modò, sed etiam spiritualibus commodis, & gratiis carere cognoscimus. Super eorum igitur infelici statu intimis animi nostri, & misericordiæ visceribus commoti, eosque sacri Iubilæi tempore, quo apertis Ecclesiæ thesauris, omnia gratiarum dona, in omnes Christi fideles, in hac Alma Vrbe copiosè distribuuntur, cum ipsi ob eam, quâ detinentur, servitutem, huc accedere non possint, spirituali Indulgentiarum, & Iubilæi munere consolari, & recreare volentes. Te, cujus pietatem, & animarum zelum, & in proximos charitatem, aliasque religiosæ Vitæ virtutes exploratas habemus, in Africam, & alias finitimas Turcarum Tyranno subjectas regiones, duximus esse destinandum. Tibique hanc ob causam injungimus, ut quamprimùm cum nostra benedictione procedens, eò te conferas, omnibus utriusque sexûs Christi Fidelibus in illis regionibus existentibus, ac præsertim captivis, spiritualem animæ consolationem, nostramque & Apostolicam benedictionem impertiaris, ut plenissimum Iubilæum, quod per te illis transmittimus, annunties, &c. amplas illi Facultates concedens. P. Gratianus profectus in Africam ibi in Christianorum solamen, & institutionem perstitit ferè usque ad obitum Clementis Papæ: ad quem reversurus, rationem redditurus, intellectâ morte ejus, profectus est in Hispaniam. Desiderans autem libros, quos elucubraverat, typis dare, ratus ad hoc opportunitatem se habiturum in Belgio, eò se contulit. Bruxellis honorificè receptus & habitus fuit à Serenissimis Principibus Alberto, & Isabella. Bruxellensi in Carmelo annis novem habitavit, se occupans in libris scribendis, typis committendis, concionibus habendis, confessionibus audiendis, orationi, & piis exercitiis pariter insistebat, & operibus charitatis se occupabat.

ad imperticandum Iubilæum:

proficiscitur in Belgium:

3460. CAPITE XV. accuratè, & prolixè recensentur ejus afflictiones exteriores, & interiores, & quæ, ac quanta passus fuit in tota vitæ suæ periodo. Varia hactenùs audivimus, prolixum nimis esset cætera prosequi. CAPITE XVI. agitur de ejus oratione, & piis exercitiis: plerumque à media nocte ferè adusque auroram, orationi vacabat: per diem frequentissimè se exercebat in orationibus jaculatoriis. Satagebat, ut oratio, & meditatio sua non inanis, non sterilis, sed fructuosa esset. Hinc pervenit ad istam mentis interiorem quietem, & fortitudinem, ut in quibusvis casibus, & eventibus adversis, licèt ad primum nuntium nonnihil moveretur, mox in se introversus, Deo negotium committens, interiùs pace rursùs frueretur. Cæterùm, scripta ejus testimonium perhibent, ipsum imbutum fuisse spiritu S. Teresiæ. CAPITE XVIII. & XIX. agitur de aliis ejus virtutibus, donis, & vitæ sanctitate, ac libris plurimis ab eo editis.

Orationi plurimùm deditus:

indè obtinuit pacem cordis:

3461. CAPITE XX. describitur pius ejus obitus, qui sic contigit. Anno 1614. sub medium Septembris, P. Gratianus, cum socio Fratre Judoco Vrindt, Laico, ad opus aliquod charitatis profectus est Alostum, distans Bruxellis quatuor leucis: die 20. ejusdem mensis, cum socio in caruca, rediens Bruxellas, vesperi perveniens ad portas, eas reperit clausas: itaque coactus divertit ad aliquod hospitium in Parochia S. Joannis. Pòst mediam noctem gravi correptus fuit infirmitate, quæ duravit usque manè. Tunc auriga missus ad Conventum, ut significaret infirmitatem Patris, occurrit cuidam Patri Ordinis Prædicatorum, viro valdè pio, cui supplicavit, accelerare ad domum, ubi P. Gratianus decumbebat; quem conspicatus P. Gratianus, gaudens quasi de adventu Angeli cujuspiam, illi confessus fuit. Tum discessit ille pater ad concionem, quam habere debebat. Mox divulgatâ ejus infirmitate, alter Pater Ordinis Prædicatorum, acceptâ è domo Legati Hispaniarum, suo conventui vicina, parvâ rhedâ, quâ frequenter usus fuerat P. Gratianus, Legato illi à confessionibus, rogavit, sibi deferri SS. Eucharistiæ Sacramentum, pro viatico, ex vicina Ecclesia S. Joannis. Cùm illud eò delatum esset, magnâ devotionis teneritudine fecit protestationem Fidei, veniam generaliter ab omnibus postulavit, & dedit. Memoriam fecit S. Teresiæ, atque alias preces recitavit. Tandem Deo gratias agendo, quòd realiter ipsum in SS. Sacramento visitaret, & hora transitûs sui appropinquaret, alternatim cum Patre recitavit *Te Deum Laudamus.* Tum singulari cum devotione recepit sacrum viaticum. Postulavit quoque sibi administrari extremam Unctionem: deindè sæpiùs legit, & reciprocavit *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.* Interea R. P. Provincialis Carmelitarum advenit, cum Doctore Medico, & Apothecario: qui aliqua ipsi exhibuerunt remedia, parùm proficientia: mox supervenit præfatus Legatus, eum visitaturus, & deindè R. P. Prior Carmelitarum Discalceatorum, Doctor Medicus suæ Celsitudinis, & alij, ipsi addicti, quos magna cum illorum consolatione alloquebatur, & gaudio perfusus, recitabat versus aliquot Canticl, à S. Teresia compositi: rogavitque, sibi è sinu suo extrahi, & exhiberi binas suas Magistras: eæ erant Imagines Beatissimæ Virginis Mariæ, & S. Teresiæ, & hujus reliquiæ, digitus nempè manus illius, quem, cum istis Imaginibus, pluribus annis gestaverat, easque, cùm à Turcis inhumaniter vestibus spoliatus esset, quasi miraculosè recuperaverat. Tandem resolutum fuit, ut deferretur ad Conventum suum: ipsum plures præcipui Aulæ Bruxellensis in Rhedis comitabantur (qui deindè, & alij de Aula, etiam sepulturæ interfuerunt). Illatus intrà Conventum, valdè debilitatus, absque loquela, qui in vita tàm multa passus fuerat, absque signo ferè

obitus ejus.

Digitized by Google

doloris, animam Deo reddidit illâ die 21. Septembris, vesperi, circà solis occasum. Impositus tumbæ funerali, solemniter sepulturæ traditus fuit in Capitulo, cum magno Nobilitatis, & populi concursu. Orationem funebrem habuit Ecclesiastes suæ Celsitudinis, ex Ordine Prædicatorum.

apparitiones facta V. P. Gratiano.

3462. Et ista hactenùs ex historia illa vitæ, scriptæ per Christophorum Marquez. In præfato CAPITE XX. memoratur apparitio S. Teresiæ, ipsum, ante suum obitum, consolantis, quòd *venturus esset in cœlum, celebraturus suam Beatificationem.* CAPITE autem XVII. referuntur favores plures, à S. Teresia, in vita, & post obitum, præstiti V. P. Gratiano. In vita Ven. Matris Isabellæ à S. Dominico Sociæ S. Teresiæ, refert vir illustris Joannes Baptista de Lanuza notabilem apparitionem B. Virginis, cum S. Josepho, factam P. Gratiano, cùm Tuneti captivus detineretur, & immaniter tractaretur, ac torqueretur verberibus: ipsum autem confortabat, & solabatur Consolatrix afflictorum. Id in spiritu cognovit præfata Mater Isabella, sub illud tempus pro ipso preces effundens: & postmodùm per epistolam P. Gratianus ipsam de hoc certiorem reddidit. Quoad ea quæ ex dicto *Cap. XX.* vitæ ejus relata sunt de ipsius obitu, sic etiam à teste oculato præfato Fr. Judoco, ipsius V. P. Hieronymi Alostum euntis, & inde redeuntis socio (qui à paucis annis Jubilarius, decrepitæ ætatis obiit Bruxellis) subindè audivi: & ante annos 26. Prior in Conventu Bruxellensi cistam illam de qua Sanderus hìc suprà (a) dicto loco clausam, & sigillatam cum superscriptione vidi. Postea ære aliquot annos in Ecclesiæ præfatæ nbbro.rovum constructum, fuit altare majus: & inter illud, ac murum Sacristiæ, cista ista decenter collocata fuit, à parte australi, seu epistolæ: quam non ita pridem, ibidem sigillis munitam, cum eadem superscriptione, vidi, & veneratus sui.

(a) num. 3451.

FR. DANIA V. M.

Stephanus à Purificatione.

3463. P. STEPHANUS A PURIFICATIONE, Lusitanus, in Conventu devoto S. Annæ de Collares, seculi hujus initium insigni vitæ sanctimoniâ decoravit: pro quo in Sanctorum, vel Beatorum numero adscribendo, Acta extant Romæ apud S. Congregationem Rituum, sicut testatur Lezana (b). Vitam ejus, & præclaras virtutes scripsit Ludovicus Mertola. In processu, auctoritate Ordinarij fabricato, juratis plurimorum testimoniis confirmato, in ordine ad Beatificationem, Romam transmisso ad Sacr. Rituum Congregationem, imprimis referuntur locus nativitatis (*in oppido Maura, Elborensis Diœcesis, & quòd ab ipsa pueritia multa signa fuerint sanctitatis dederit, & quòd decoraverit hunc servum suum Omnipotens magnitudine fidei, atque spei, & excellentissimâ charitate in Deum, & proximum.* Post relatos varios casus particulares, infertur: *Concludendum venit in hac virtute amoris Dei, & proximi maximè excelluisse, ut dicunt testes &c. Ex tali ardenti charitate ergà proximum oriebatur maxima humilitas, & mansuetudo, se omnibus inferiorem, & viliorem existimando, sua peccata publicè enarrando, terram deosculando, & ad magis se humiliandum, humi se sternendo; ut alij super dorsum ejus transirent, ut probant testes &c.* Ibi consequenter juratis testimoniis commendantur ejusdem profunda humilitas, mansuetudo singularis, & virtutes religiosæ, paupertas Euangelica, virginalis castitas, prompta obedientia. Inter omnes autem maximè in eo enituit assiduitas orationis, & meditationis; in illis enim plerumque duodecim horas per diem insumebat, indè genua habuit maximè callosa. Orationi sociabat studium pœnitentiæ & mortificationis, flagellis, æneis filis, ferreis punctis corpus affligens, & frequenter solo pane & aquâ se reficiens. Ibidem variæ referuntur gratiæ, & miranda, ad ejus sepulchrum præstita, similibusque testimoniis comprobata. Ad aliam transiit vitam anno reparatæ salutis MDCXVII. die XVII. Novembris.

(b) in Annal. ad an. Chr. 1457. n. 6.

virtutibus præclarus,

præsertim orationi,

& mortificationi.

Michael à Fonte,

3464. P. MICHAEL A FONTE, eodem die, novennio post, ab hoc seculo migravit, suavi virtutum præcellentium odore nobis relicto, de quo in Bibliotheca Hispanica Romæ typis edita anno Christi 1672. ista traduntur: *Michaël de la Fuente, natus in quodam oppido Toletanæ Diœcesis Val de Laguna appellato, Carmelitarum adscriptus Ordini, doctrinâ, & innocentiâ vitæ illuxit familiæ huic religiosissimæ, atque sibi æqualibus: nam & mirabilia patrâsse dicitur. De cujus rebus piè, atque supra vires naturæ gestis sacra Rituum Congregatio probationes solemniter acceptas in tabulario suo adservat. Professus est in schola Toletana urbis, Theologiam, Censoremque apud Judices exercuit, quorum munus est, fidem inviolatam tueri:* ibidem referuntur scripta ejus pietatem spirantia, cum designatione locorum, ubi typis prodierunt. *Obiit Toleti XVII. Novembris anno MDCXXVI. ætatis LII. ut in sepulchro legitur.* Magister, seu Pater spiritualis fuit P. Joannis Baptistæ de Lezana, ut infrà audiemus.

vita innocentiâ vè splendens.

Dordanus Magister Ven. P. Dominici à Jesu Maria,

3465. P. DORDANUS Magister celebratissimi nominis VENERAB. DOMINICI A JESU MARIA, etiam meritò hìc commemorandus venit; utpotè cujus rara pietas, & prudentia ipsum P. Dominicum efformavit, & ad eximiam perfectionem evexit, sicut Reverendissimus Caramuel (a) his tradit verbis: [Erat Novitiorum Magister P. Dordanus, Theologiæ Doctor: qui ob virtutem, & litteras, ad alta evectus, tandem apud Aragones fuit Provincialis. Erat jam senior, & qui summo exemplo vixerat, & multos sanctissimè instituerat. Hic, ut vidit, sibi aptissimam exhiberi materiam, cui virtutes induceret, speciales egit Auctori gratias, & omni curâ, studioque animæ sibi commissæ colendæ, & perficiendæ incubuit. Non parcebat Dominicus labori, non diligentiæ, & vigilantiæ, ut Regulæ, & Superiorum imperio responderet exactè: at

(a) in vita Ven. P. Dominici lib. 2. c. 1.

pietate, & eruditione præclarus multos sanctissimè instituit, V. P. Dominicus ad virtutis perfectionem evexit.

Dordano

Digitized by Google

Dordano non satisfaciebat: semper enim providus & pius senex quærebat, quid carpere posset in puero, ut eum attereret, & humiliaret, & per securiorem viam, ad majorem virtutis perfectionem eveheret.] Ven. P. Dominicus à Jesu Maria, quantùm sub eo Magistro profecerit, patescet ex jam dicendis, de ejus in Carmelo antiquæ regularis observantiæ receptione, efformatione, & conversatione: sed volupe erit, prævie quædam de ejus natalibus, & pueritia audivisse, ex eodem Reverendissimo Dom. Caramuele.

Dominici patria, & parentes:

3466. In Hispania Bilbilis, Celtiberorum oppidum, locus est natalis ipsius DOMINICI: parentes sunt Michaël Ruzzola, & Hieronyma Lopez, honestate, & pietate spectabiles. Mater, tempore, quo gravida fuit, gravamen nullum sensit; se in utero rete maximum gerere à somno didicit, quod in lucem emissum, myriades hominum, qui solutè, aut etiam dissolutè viverent, intercideret, ex undis peccatorum eriperet, & in virtutis littora vel invitos, pertraheret. Primam aspexit lucem Dominicus anno MD. LIX. XVI. Maji, qui sacer est S. Simoni Anglico, qui, velut Atlas, doctrinæ, & exempli humeris Orbem Carmelitanum succollavit. Nec credam, carere mysterio, quòd terris ortus fuerit illâ eâdem die Dominicus, quâ Simon fuit Empyreo natus. Dominicus à pueritia, religiosâ devotione, diligentiâ scholasticâ, & ingeniosâ pietate, promeruit corporeis oculis Christum prospectare: simili pietatis affectu in Reginam cœlorum, etiam illa ipsum suâ est dignata apparitione. Agebat septimum ætatis annum, cùm Michaël ejus pater, ad vitam meliorem translatus est. Erat tunc Bilbili, Monasterij Carmelitani Prior, P. Magister Franciscus Lopez, Frater Hieronymæ: vir verè pius, & doctus, & puero charus. Timet, ne Directore carens Dominicus, nimis benignè educetur à matre; & ut ejus pietatem, ac modestiam foveret, ad cœnobium traducit, ut à maternis blanditiis remotior, & abstractior, securiùs virtuti studeret. Ibi à pueritia in pœnitentiis, in mortificationibus, in oratione & meditatione se exercuit. Quia Deus, & ad homines per Mariam venit, & vult, ut per Mariam homines veniant ad se; per Mariam Dominicus ad Christum recurrebat. Inibat sacellum Parthenium, & ad pedes Marianæ statuæ provolutus, dotes, prærogativas, gratiasque, quibus hanc sublimem Deus ditavit creaturam, venerabundo animo contemplabatur. O quot à Virgine favores puer! O quot à Deo per Virginem quotidiè adeptus!

nascitur 16. Maji,

quâ obiit S. Simon Anglicus:

Dominici pietas in pueritia:

anno ætatis septimo in Carmelitano cœnobio constituitur:

exercitia ejus ibi,

per Mariam ad Christum recurrit:

Carmeli Ordinem ingredi monetur à Christo:

3467. Quâdam nocte Crucifixum hâc voce se alloquentem audiit: *Dominice, cur me non sequeris? Veni tandem ad me: & si viam ignoras, illam monstrabo. Ingredere Matris meæ Religionem: & si Carmelum ineas, ad me tandem, & ad cœlum pervenies.* Abit à se Dominicus, & Deo præsens, subdubitat, an instruatur ab Angelo, an verò illudatur à dæmone? at omnes retundit scrupulos divina vox, has dulces periodos articulans: *Si vis venire ad Patrem, ego sum via: si vis non illudi à dæmonibus, ego sum veritas.* Solamine, & instructione confirmatus Dominicus, se totum Mariæ Carmeli summæ Protectrici: & per hanc se totum Christo, Carmeli summo Protectori devovit: & post dies paucos, redeunti Provinciali animum suum expandit: admittitur, & Cæsaraugustam mittitur novus miles, anno ætatis duodecimo, ut in Ordinis communi probationis loco Carmelitanæ Regulæ severitatem & rigorem probaret. Vestitur Cæsaraugustæ in Carmelo Dominicus: cognati id ægrè ferunt. Ut rapiant, veniunt manu armatâ: revertuntur, re infectâ. Mortificatur à Magistro, & carpitur, etiam quando benè procedit. Relaxationem suadet dæmon, sub honestæ recreationis specie: non persuadet. Crebrò Missis, & libenter adsistit: & Christum videt in Sacerdotum manibus. Quidam Nobilis, intentione sinistrâ, illum conatur decipere, & extrahere. A Deiparâ monitus, eumdem repellit, reprehenditque, imò etiam convertit ad Deum. Divinitùs præservatur à Fulmine. Priorem filiali pietate reprehendit. Ille à subdito monitus, quamdam corrigit imperfectionem levem. Quatuor solidis annis probatus, ubi tandem complevit sextum decimum, solennem professionem distinxit, magno omnium jubilo: nam & cives, & Clerus, & præcipuè Religiosi domestici, ut tàm longo tyrocinio imponeretur clausula, desiderabant; qualiter vota emiserit, insinuat vitæ anteactæ puritas, & adolescentis sinceritas: & qualiter ea emittant alij, vitæ tepor, & mundana prudentia. Est professio solennis holocaustum potiùs, quàm sacrificium: nam nisi te totum amoris incendio comburas, non profiteris bene. Converte ad Dominicum oculos, & illum linguâ, illum exprimas animo. Distinxit vota: quia promisit distinctè, sciens, quid voveret, & volens satisfacere exactè. Professionem emisit propter Deum, perfectè, & puré.

admittitur:

anno ætatis 12. vestitur:

à magistro insignitèr exercetur:

sollicitatur ad egressum.

post quatuor annos integros probationis profitetur.

Professio ut benè fiat, debet esse non sacrificium, sed holocaustum:

3468. Post professionem prima ejus crosis, prima auditio, prima lectio, prima exercitatio, Paupertas humilis, humilitas pauper, quibus, velut alis, anima sursum sublevatur. Mira dicturus sum. Cor humanum, corporis non magna particula, Deum totum, quem cœli capere non possunt, capit; videlicèt, si nudum sit, & nihil terrenum possideat. At si terram admittat, cœlum pellit: &, si caduca possideat, possidetur, & in servitutem redactum, ineptum redditur, ut possit Deum recipere. Castitate autem se Angelorum cognatum reddidit: in Regularum observantia exactissimus: in obedientiæ exercitiis claudens oculos, & obediens. Sed amor Dominici qualis? Ars est difficilis, bene amare. Objectum primarium amoris humani Deus est, secundarium, homines. Amat Deum super omnia

Paupertatis religiosa perfecta summa commendatio.

talis paupertas, & virtutes aliæ, in Dominico:

Digitized by Google

ex intenso amore copiosè sanguinem effundit:

Dominicus. Compatitur animabus gravi peccato infectis, tanto affectu, ut solutis venis, copiosum effunderet sanguinem. In extasi illum copiosiùs emittit, sed leniùs. Pro peccatorum remedio corpus macerat. Peccata occultissima, & mentis cogitationes noscit. Animam aliàs æternùm perituram, monitus cœlitùs, orationis vi à faucibus stygis eripit. Moribundum in hæresim lapsum, oratione convertit. Ejus curæ committuntur ægroti, etiam infecti peste. Castitas Dominici, astu dæmonis, impetita fuit; sed invictâ fortitudine ab ipso propugnata. Potest dæmon per feminas, quæ solus non audet. Senatoriam adolescentem incendit amore Dominici. Rapitur ejus jussu Dominicus: pellicitur favoribus, sed frustrà: adduntur minæ, manet constans. Exemplo, & eloquio Dominicus eam tandem ad Christum convertit.

castitas Dominici gravissimè impetitur:

glorioso triumpho duplicato illibata servatur.

invisitur à Rege Hisp. & ab Isab. Clara eg.

magno cum plausu concionatur.

3469. Cæsaraugustâ Dominicus missus Valentiam, ibi curam Ecclesiæ, & Sacristiæ habere jubetur: semper habet Deum præsentem. Ut illum terreat dæmon, horribiles formas assumit: Crucis signo fugatur. Quidam homo miserrimus obsidetur à dæmone pertinacissimo. Adducitur ad P. Nicolaum Factorem, virum eximæ perfectionis, & orationis. Jubetur à Deo Factor advocare Dominicum. Venit ad Carmelum; orantem reperit: ex facie, & nomine, cœlitùs monitus, meliùs illum agnoscit, quàm ipsi Religiosi domestici, & quem prece non potest, extrahit obedientiæ virtute. Veniunt ad obsessum, & paucis Dominicus verbis corpus, & animam obsessi, à dæmonis jurisdictione liberat. Stupuit tota civitas: fuitque tantus populi, & tàm importunus concursus, ut fuerit in periculo juvenis, nè suffocaretur. Aliquantò post ex duabus personis duos dæmones pertinacissimos expellit. Sed qualis Dominici conversatio Valentiæ? Ante ætatem ad officium Sacristæ majoris promovetur Dominicus: nomine est major, sed re minimus. Dormit parcè, & ut oret, ab Angelo Custode excitatur: non utitur lecto, sed asserè, aut etiam nodosis, & ferreis cancellis. Revelat illi Deus suam sanctissimam Nativitatem, suam etiam Passionem, summam paupertatem Deiparæ, & cæteras omnes circumstantias. Dæmones excipiunt flagellis Dominicum: Tectum cellæ auferunt: illud frangunt, & in eumdem præcipitant: muro cellæ portam obducunt. Eum pendent multis horis. Extinguunt lampadem: & nè illam incendat Dominicus, impedire conantur. Frangunt lampadem, eamdem, jubente Dominico, perfectè, & curiosè reficiunt: jussi fugiunt.

Dominicus Valentiæ Sacristia instituitur:

Deus ejus magna merita manifestat V. P. Nicolao Factori,

& toti civitati Valentiæ,

conversatio ejus sanctat:

à dæmonibus infestatur:

ex invidia S. Inquisitioni denunciatur:

stupenda opera ejus innocentiam depradicant.

3470. Præfatus Ven. P. Nicolaus Factor, magnæ austeritati, & altæ contemplationis vir, Ordinis Morum: & exemplar omnigenæ perfectionis S. Ludovicus Bertrandus, Ordinis Prædicatorum, charitatis strictissimo vinculo devincti inter se, & interdum, dùm corpore nequeunt, se mente, & spiritu invisunt. Valentiam, Comitia Generalia celebraturus, & filium suum (nempè Philippum III.) coronaturus venerat Philippus Prudens, potentissimus Hispaniarum Rex. Habebat apud se Isabellam Claram Eugeniam filiam suam. Carmelum visitant. Abscondit se Dominicus, nec ab Aulicis quæsitus, comparet: jussus à Superioribus suis venire, venit. Regi nihil respondet: & hæc tacita eloquentia prudentissimo Monarchæ perplacet: displicet pedissequis Reginæ, sed illas severâ suavitate compescit. A Rege, ab Infante consulitur, & devotè auscultatur. Convertit ad Deum plurimos: sanat corporum, animarumque morbos. Habebat conciones Quadragesimales magno spiritu; magno audientium profectu. Confluebat tota civitas: singuli enim Auditores se divinæ assistentiæ efficaciam in verbis Dominici experiri quotidiè fatebantur. Et hinc fuit in summo populorum plausu: sed in illo summa eluxit humilitas Dominici, qui humanam fugit gloriam: ast hæc illum sequitur semper. Sed quia applausus, & honos numquàm carent invidiâ, Dominici spiritus accusatur, atque etiam sanctæ Inquisitionis tribunali denuntiatur, examinatur. Interea præfato Ven. Nicolao Factori, in Domino morienti ac ad cælos tendenti, valedicit: pro Christo, & veritate multa sustinet. Ejus æmuli convicti stupendis gestis, transeunt in fideles amicos. Dominicus autem indiès pluribus à Deo revelationibus, & signis honoratur.

Cum S. Ludovico Bertrando, & Ven. Nicolao Factore sancta illi familiaritas:

3471. Dominicus plausum hominum relinquere cupiens, & charismata meliora semper æmulans, audiens de severiori Carmelitico instituto, per S. Teresiam inchoato, ad illud transire desideravit, si per Superiores liceret. Ad orationem, ut solebat, confugit: Christum consulit: & licentiam postulare jubetur: &, si negetur, non despondere animo, sed solicitare, & sperare. Et hîc obiter Dei Clementiam admiror, & spirituum discretionem, quæ difficilis esse solet. Hierarchiæ Ecclesiasticæ subordinationem, & successionem Christus nunquàm interrumpere voluit: ut discamus mortales, spiritum, in quo subordinationis vel minima intercisio reluceat, à Deo non esse. Et hîc iterùm doceor, quô debeamus modo & diligentiâ Superiorum manutenere dignitatem. Si enim Christus invitis Ordinum Superioribus, nullam subdito legitur concessisse licentiam, rarò, aut nunquàm expediet, ut negatam à Provinciali, Generalis; aut negatam à Priore, Provincialis Facultatem concedat. Hoc igitur monito cœlesti institutus Dominicus, P. Magistro Michaëli Alphonso de Carranza, sub illud tempus Provinciali, scribit humillimas, & fortissimas litteras: orat licentiam; & quia utrique (Calceati & Excalceati) sub eodem Generali adhuc erant, hâc viâ omnia facilitat; transitus enim ad aliam Provinciam, aut

Dominicus plausum vitare cupiens cogitat de transitu ad S. Teresiæ institutum;

consulit Christum

jubetur postulare licentiam;

Congre-

Digitized by Google

Congregationem, nec omnibus, nec semper negatur. Inter spei, & metûs undas, se totum Christo, se totum Superioris voluntati resignans, expectabat literas, definitivamque in causa dubia & implexa, sententiam. Sed quia Deus non trahit moras, ut hominibus faveat, post dies pauculos obtinuit optatam licentiam, & amicam epistolam. Atque ita Dominicus interceptus est reti Teresiæ; TERESIA (etenim verè illi à Christo dictum reputare licet) SIA RETE: Teresiæ fulgentissimæ virtutes (explicatæ hîc suprà) sunt *expansum rete*. Extendit igitur Teresia brachia sua, & Dominicum ulnis charitatis amplexa, multos alios post ipsum, ad vitam sublimiorem allexit: quoniam Dominicus erat etiam potentissimum rete: & sicut Teresia Dominicum, sic plurimos alios Dominicus ad littora altiora provexit. Et ista (pleraque ex opere, cui titulus est: *Caramuelis Dominicus*) compendiario discursu de Ven. Dominico Carmelita, sub antiquæ regularis observantiæ institutis: reliqua admirandæ vitæ ejus in novo-antiquo Carmelo prosequemur hîc infrà, SERTO VIII. ubi annotatur, obiisse anno Christi 16.... die ... Memoratu digna historia, præcedenti capite commemorata est, de Corpore Ven. Petri Cernovichij, suavissimi odoris fragrantiâ, & radiantis luminis fulgore revelata ipsi Ven. P. Dominico, & hujus operâ, ad locum honoratum translato (a).

TERESIA enim EXPANSUM RETE est.

(a) vide hîc suprà num. 3435.

Ex Hispan. in Latin traduxit R. P. Gerard. à P. L.

3472. FR. FRANCISCUS A CRUCE, natione Hispanus, patriâ Toletanus, parentibus legitimo conjugio junctis Bartholomæo Sanchez Lusitano, & Maria Hernandez, Mauræ (oppidum est virorum illustrium multorum parens, distans Toleto quinque circiter milliaribus) natus est anno Christi 1585. die 28. Decembris: deindè professione Carmeliticâ Frater Laicus tàm admirabilem mundo exhibuit vitam, ut ejus occasione sic eam auspicari liceat: *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis &c.* Verè *mirabilis Deus* sicut in veteri, ita & in novo Testamento, *multifariam, multisque modis*, de tempore in tempus, jugiter in Ecclesia sua, nova & admiranda virtutum multiplicium exempla instaurat: sic novo vitæ, & virtutum genere coruscum, sub finem præcedentis seculi, & ab hujus currentis XVII. initio, usq; ad ann. MDCXLVII. mundo spectandum præbuit præfatum Franciscum, qui primus cum ponderosa Cruce peregrinationem ex Hispania Jerosolymam, & ad alia loca sancta, peregit; de cujus admiranda vita, & auctore ejus, hæc leguntur in BIBLIOTHECA HISPANA (b) Romæ anno 1672. typis edita: D. SEBASTIANUS MUÑOZ SUAREZ *Presbyter, & S. Officij, ut nuncupari amat, Commissarius, scripsit Vitam* VENERABILIS SERVI DEI FRATRIS FRANCISCI DE CRUCE, *Religiosi vitæ activæ, Ordinis Dominæ nostræ Carmelitarum, primi Filij Ecclesiæ, qui fecit peregrinationem ad loca sancta Ierosolymorum, Romæ & S. Iacobi in Galicia, cum Cruce super humeros,*

Ord. Carm. Laicus,

mirabilem duxit vitam

(b) Tom. 2. pag. 228.

scriptam, & typis editam Madriti.

MADRITI APUD DIDACUM DIAZ DE LA CARRERA, 1667. Ex illa Vita admiranda nonnisi aliqua dumtaxat (sicuti etiam ex aliis antecedentibus, & sequentibus nè hoc opus in nimiam molem excrescat) hîc delibantur.

Franciſci pueritia:

3473. Divina Sapientia in Fabricam sublimis perfectionis efformatura nonnullos suos specialiter electos, quandoque præmittit quædam veluti præsagia futurorum: (ejusmodi fuit examen apum circà os S. Ambrosij infantis, visio catuli, ore facem præferentis, ante nativitatem S. Dominici: visio lupi in agnum mutati, de S. Andrea Corsino.) Quantùm ad Franciscum à Cruce, quâdam die matre ejus & ipso puero existentibus ad fores domûs, accessit peregrinus quidam ignotus, qui serió, & cum admiratione Franciscum intuens, monuit matrem, ut ejus diligentem & sollicitam curam gereret; quodque iste ejus filius, inter varia pericula, & multiplices eventus, magna ad Dei obsequium, & gloriam patraturus esset. Mater magna Dei Famula, à tenera ætate puerulum docebat orationes, & præcipua fidei mysteria, & illi peculiariter instillabat pietatem ac devotionem ad Jesum, & Mariam: eum in finem hoc pio utebatur stratagemate: quando Franciscus cibum postulabat, illum statuebat coram imagine B. Virginis puerulum Jesum in brachiis gestantis, & humi genua figere jubebat, ac panem à Jesu, & Matre ejus postulare: illa autem retrò imaginem sese retrahebat, illique sic panem porrigebat, tamquàm eum Jesus, & Maria tradidissent. Hinc solebat dicere, in Religione existens: *quod in innocentia didici, postmodùm in necessitate exercui.* Dæmon præsagiens uberes pietatis fructus, à Francisco cum tempore proventuros, illum adhuc puerum variis terruit, & infestavit visionibus & spectris: sed à puerilia dæmonem fugare noverat, instructus armis pietatis, invocatione videlicet opis B. Virginis MARIÆ *de monte Carmeli.* Quâdam vice felis, seu catus inusitatæ magnitudinis, valdeque terribilis, nocte multotiès in puerum insiliit: circuibat, rictu immani impetum faciens, & subindè unguibus collum stringens, suffocare nitebatur: sed puer Franciscus, invocatione sancti nominis MARIÆ, victor extitit: nec alio fuste ad abigendum opus fuit; nam continuò victa, exiliit, fugit, evanuit. Sub idem tempus, puer quinquennis variis aliis infestatus fuit visionibus nocturnis horridis, sed pari ratione illas abegit, sicut eum instruxerat pia mater (quæ tunc obierat, post se relinquens singularem suarum virtutum, & in adversa Fortuna patientiæ singularis opinionem) nempè devotionem ergà Beatam Virginem de monte Carmelo, in qua invocanda fuerat mirè devota: & sic fœdæ illæ, & abominabiles visiones illum affligentes, simul & timores, quos causabant, illum deserebant: non aliter, quàm cùm post tempestatem cœlum subitò serenatur, & adeò quietus, ac si hujusmodi visiones

præsagia, & præambula quædam eximia ejus pietatis.

illius

illius oculis non occurrissent: de quibus solebat dicere R. Patri Joanni de Herrera, Confessario suo, quòd subindè forent corporeæ, subindè imaginariæ; quarum distinctè recordabatur, etiam cùm provectæ ætatis esset: & continuò gratias agebat Deo. Confessarius dicebat, hujusmodi phantasias, ac apparitiones imaginarias, ex Dei dispositione provenire, tamquàm instrumenta, quibus dæmonum declararetur audacia, & imbecillitas, cùm illis resistitur: & quòd hujusmodi visionibus, & infestationibus pugiles Christi in militia Christiana fortiores, validioresque evaderent. Hinc elucet mirabilis œconomia æternæ Sapientiæ, quæ ad fructum uberiorem electas animas sic mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit. In Francisco adhuc puero hoc contigit quoque admirandum: nocte quadam pater filium dormiturum reclinavit in cubiculo undique benè clauso, & janua obserata clave, quam ipse sub cervicali suo deposuit: interim nocte illâ puer, patre non advertente, indè extractus, translatus ad puteum, domui vicinum, sub dio, ibi collocatus fuit super os putei, in medio duorum lignorum, per modum crucis, in transverso positorum. Manè autem dilucescente die, operarius quidam illâc transiens, vidit puerum in illo tam periculoso situ jacentem, & dormientem: quem alloquens: Quid hîc agis, puer? expergefactum inter brachia excipiens, detulit ad patrem, qui, & cæteri attoniti, & admirabundi, casum considerantes, quid mysterij prognosticaret illa super crucem constitutio, ignorabant, dumtaxat judicantes, naturaliter id sic fieri non potuisse.

3474. Franciscus cùm adolesceret, exercitia pietatis, quæ à pia matre didicerat, per intervalla obibat: cùm autem desiderio teneretur studiorum, obstitit pater, tùm quòd ob ingenij ruditatem ad ea videretur minus aptus; tùm quòd cùm ipse pater in gravem incidisset inopiam, Franciscus, & fibi, & patri, labore manuum, victum comparare deberet. Respondit itaque patri Franciscus: Diem totam impendam laboribus, ut tuæ succurram necessitati; nocte autem vacabo studiis litterarum, ut discam legere, & scribere: & id præstitit. Itaque non obstantibus ingenij tarditate, patris contradictione, temporis, & magistri defectu; brevi artem legendi, & scribendi, computandique didicit, Dei, ad majora ipsum disponentis præveniente, & adjuvante gratiâ. Interea ad Religiosum statum capessendum permotus, interno instinctu, eum neglexit. Hinc in varias incidit calamitates, & multis dæmonum insidiis impetitus fuit; sed Dei misericordiâ, à periculis præservatus. Hic cadit in puteum altissimum, & illæsus eripitur, illic in fluvium ferratis vehibus; at corde invocans opem B. V. Mariæ Carmelitarum, invenit se liberum, & ereptum. Rebus patris ad egestatem summam redactis, pro ejus, & sua sustentatione, laboriosam egit vectoris vitam, transvehendo merces de una in alteram civitatem: & cùm pater, annis gravis, ad laborem inidoneus esset, solus Franciscus laborem duplicare cogitur. Adversâ fortunâ omnibus suis deperditis, vectoris conditionem deserere, & se militiæ adscribere resolvit: nec ad illam ipsum elegit Deus. Eadem nocte, cùm sanus in illa deliberatione decubuisset, manè inventus fuit, quasi statua immobilis, sine brachij, cruris, oculi, vel manus, aut corporis omni motu, etiam loquelâ destitutus: erat tamen sine ullo dolore, habens potentiam cognoscitivam liberam, nec tamen ulli ad interrogata respondere posset, cum grandi omnium id videntium admiratione. Postmodùm potentiæ motivæ, & sanitati restitutus, cùm patrem in quodam hospitali constituere voluisset, nec id succederet, patrem in sua inopia dereliquit, & postmodùm in quadam occasione, ipsum patrem suum esse, negavit: qui aliquantò post obiit. Franciscus, stimulante conscientiâ, de patris neglectu, & contemptu, post varios casus, culpam illam humili confessione, & pœnitentiis expiavit, & SS. Sacramento magna cum reverentia susceptο, ardenti amore Dei incensus fuit. Hinc variis in locis, & occupationibus inquietus, quietem quæsivit, & nusquam invenit. Madriti in hospitali Regio infirmis magnâ charitate aliquamdiu servivit: nec ibi locus vocationis ejus erat: deindè se addixit latomorum obsequio, in quo etiam parùm perstitit; interea obvium nudum pauperem ex pauculis sibi relictis nummis, ob Christi amorem, vestivit: Quâ charitate, & alterâ simili, mox referenda, promeruit pro veste data pauperi, recuperare gratiam neglectæ vocationis religiosæ, ac tandem vestiri ipse habitu in Ordine B. Mariæ dicato Carmelitano.

à militia prodigio vocatur:

patrem suum in necessitate deserit, & abnegat:

culpam illam confessione & pœnitentiis deluit:

3475. Anno salutis MDCXIII. Franciscus in somnio, seu visu, existimabat se stare in Ecclesia Carmelitana Madritensi, coràm Sanctissimo Sacramento: visum istud tàm firmiter memi ejus impressum fuit, ut nusquàm quietus persisteret, donec ad dictam Carmelitanam Ecclesiam accederet. Itaque profectus Madritum, Conventum adiit Carmelitanum, & Dei dispositione, tractare cœpit cum P. Magistro Maëllo, viro planè religioso, primario perfectæ conversionis ejus instrumento: qui ipsum in suum, & Conventûs accepit obsequium. Interea quâdam nocte, in visu conspexit Angelum tenentem manu epistolam, ut sibi videbatur, à B. V. Maria, hæc sola verba continentem: DIE VENERIS ILLUC IBIS. In dicto Conventu Franciscus perstitit aliquamdiu, donec ob proprij judicij tenacitatem, & voluntatis suæ ductum, dimissus, rursùs ad vectoris conditionem rediit: sed variis occurrentibus casibus, invocans B. Virginem Mariam, ejus instinctu, reversus ad præfatum Patrem, ejus confidens benignitati,

Madriti in Carmelitano Conventu admittitur pro famulatu:

legere, & scribere discit fere sine Magistro:

vectorem agit:

Digitized by Google

benignitati, emendationem promittens, iterùm fuit admissus pro obsequio, & famulatu Conventûs; ibi tum fuit, instructus in exercitiis pœnitentiæ, mortificationis propriæ voluntatis, ac sensuum, & orationis, ac de Religiosæ vitæ perfectione: è contrà dæmon majoribus eum insultibus aggreditur, & gravissimis carnis tentationibus exagitat, sic ut diabolicæ suggestioni locum præbens, occasionem quæreret explendæ pravæ cupiditatis: at Dei providentiâ, obviam conspiciens imaginem purissimæ Dei Matris Mariæ, interioris piæ motionis fræno, passionem cohibuit. Non cessat equidem generis humani inimicus: die subsequenti gravioribus eum stimulis exagitat: cumque rursùs ad culpam, eosdem relegeret gressus, objecta rursus oculis ejus imagine Beatæ Virg. Mariæ, Franciscus in se reversus, confusus, & dolens, perpendit culpæ committendæ pondus, ac ejus circumstantias: tandem vertit tergum culpæ, revertitur ad conventum, prosternens se ante imaginem Christi crucem portantis, considerans, pondus illius esse culpam suam, uberes effudit lacrymas, actus veri doloris, amoris, & pœnitentiæ exercuit, intuens istum bonum Dominum, illuminato intellectu divina gratia, erupit in suspiria, & gemitus: nunc se convertens ad Christum, nunc ad ejus Matrem, refugium peccatorum, promittens perpetuam castitatem, & per omnem vitam suam jejunare feriis quartis sextis & Sabbatis. Sub idem tempus contigit ipsum audire concionem cujusdam Patris Societatis Jesu, graviter peccatum carnis perstringentem, concludentemque, vitæ emendandæ efficacissimum esse medium Confessionem generalem: illicò ad eam se resolvit, quam & apud eumdem Patrem peregit. Præfatus autem Pater Maëllo magister ejus, animadvertens animi illius mobilitatem, consuluit, fugere occasiones peccatorum, & eum in finem, statum vitæ arripere; inire matrimonium, aut Religionem aliquam ingredi.

gravi carnis tentatione impetitur:

aspectu imaginis Deiparæ superat:

Omninò, ad Deum convertitur:

3476. Franciscus tandem statuit firmiter, ingredi Religiosum aliquem Ordinem: dixitque magistro suo: *Sponsam spero habere numquàm morituram: cui ex nunc fidem meam addixi.* Institit apud varios Ordines; sed identidem audivit vocem: *Non est hic.* Tandem in Carmeli Ordine receptus, & Compluti investitus, decimo Novitiatûs mense dimittitur, Dei providentiâ singulari, ut sic magis humiliaretur, probaretur, exerceretur, & ipse nobilis planta, ex fertili agro eradicata, deindè in eodem replantata, firmiores ageret radices, ac fructus proferret uberiores. Franciscus dimissus, relicto Compluto, tendit Madritum, totus desolatus, & animo, præ tristitiâ, dejectus: astutus diabolus, intendens hac occasione penè desperandum superare, proponit illi præterita peccata gravia, neglectas divinas gratias, ubertim receptas, indignitatem vitæ transactæ, & condignam de Religione ejectionem, suadet, ut finem imponat opprobriorum deinceps subeundorum, seque in obvium flumen submergat, ut tandem tàm infelicis hominis pereat memoria. Omnia illa satis efficacia erant, ad superandum ingenium, & resolutionem Franciscí, & sufficientia, ad eum dejiciendum, si voluntatis consensum apposuisset. Verùm uti Dominus Deus ei eam permisit supervenire tentationem, ita in ea illi succurrit, illum illuminando, ut divina gratia perfringeret diaboli insultus: dicendo, Omnes istæ culpæ sunt meæ, verùm adjuvet me sanguis Christi Jesu, & intercessio suæ Matris. Fiduciâ itaque in Deum, & ejus Matrem stabilitus, multiplices dæmonis astus, & tentationes superavit. Messorem agere cœpit: pecuniæ summam aliquam congregaverat: contigit autem, ipsum audire quemdam, multa prole gravatum, miserè conquerentem, & lamentantem, & quasi ad desperationem redactum, eò quòd à quodam suo creditore, per justitiam ageretur ad solutionem, nec haberet, undè solveret. Franciscus commiseratione motus, accessit creditorem, & omnem pecuniam suam illi consignando, & pro restante debito spondendo, afflictum istum debitorem ex angustiis eripuit. Id quàm Deo gratum fuerit, haud diu pòst patuit: cùm post varios eventus, multiplices preces, instantias, & certa veræ conversionis exhibita indicia, ac testimonia, à Provinciali Carmelitarum iterùm exaudiri promeruit, & rursùs admissus fuit. Nè investitio illius diu differretur, peculiariter illi denique opitulata fuit charitas Magistri sui P. Maëllo.

in Carmeli Ordine admittitur:

dimittitur:

à dæmone ad desperationem tentatur:

quâ ratione superaverit:

miseræ, inopi largam largitur eleëmosynam:

id quam Deo gratum fuerit:

3477. Destinatus ad Conventum S. Annæ de Alberca, eique appropinquans, ibi Crucem magno pietatis affectu amplexatus, vocem audivit: *Francisce, hic est.* (videlicèt locus à Deo, Deiparæ intercessione, destinatus) hinc indicibili gaudio interiore perfusus fuit. Dies autem vestitionis decreta fuit feria sexta Parascevês: tunc intellexit, adimpletum mysterium visionis, aliàs sibi exhibitæ: *Die Veneris illuc ibis.* Cum religiosæ vestis assumptione, verè etiam novum hominem induit. Fervore plenus, ad quævis opera manualia Fratrum Laicorum, ac ad omnia mandata expeditissimus: ubivis, in operibus, & in oratione primus. Singulariter autem in eo resplenduit devotio ad Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum; hinc quantùm per obedientiam, aliasque occupationes licebat, assistebat missis omnibus, quæ in Conventu celebrabantur: diebus, quibus sacræ

propterea promeruit stabilitatem in vocatione ad Religionem:

perfecta ejus conversatio in novitiatu,

Digitized by Google

Communi recipienda erat, pridiè totam noctem in vigiliis, & orationibus transigebat: disciplinam adjungebat, in Adventu, & Quadragesima eam duplicans, humillimèque Deo, & Beatæ Virgini Reginæ cœlorum supplicans, quatenùs dignè posset communicare: atque ejus supplicatio ad eum non rediit vacua; nam reflexerunt Religiosi, quòd post receptam S. Communionem, in se remanserit quietus, ad instar statuæ. Toto Novitiatûs tempore, diebus Mercurij, Veneris, & Sabbati nil comedit, nisi scutellam leguminum, robustæ naturæ suæ haud dubiè magnam vim inferens: vilioribus Conventûs delectabatur exercitiis. Pauperibus, ubi poterat, cordialissimè succurrebat: atque in omnibus obedientiæ, humilitatis, ac mortificationis exemplis decurrebat Novitiatûs annus. Advenit Professionis dies XXIX. Maji anno MDCXX. Tunc tantis lacrymis immaduit, ut adstantes dubitarent, an sibi sufficienter præsens esset: undè à Magistro spirituali sciscitatâ causâ tantarum lacrymarum, respondit: Quomodò in lacrymas profusus non essem, conspiciens ad latus meum Reginam Angelorum, in habitu Religionis Carmelitanæ, cinctam Angelorum coronâ, me in filium recipientem, quæ me confortabat ad emittenda vota: Hinc licèt haberem oculos lacrymis perfusos, intùs in corde mihi erat, quasi mare plenum gaudiorum. Emissâ professione, memor diei sanctæ Parascevês, quâ susceperat habitum, consecratæ sanctæ Crucis ligno: memor quoque Crucis, quæ illi in aëre apparuerat aliquando, quæque illi in tribulationis remedium fuit: & recogitans, quid sibi in pueritia acciderat, dum suprà puteum, in lignis transversis, per modum crucis, collocatus fuit: & quod amplexatus crucem, antè Conventum collocatam, audire meruisset: *Francisce, hic est*; rogavit Rev. Patrem Priorem, deinceps denominari *à Cruce*: atque ita impositerum nuncupatus fuit FRANCISCUS A CRUCE.

tempore professionis conspicua illi adest Deipara Virgo:

cognomen A CRUCE cur assumpserit:

3478. Franciscus à Cruce, ne vacuum in ipso venerabile illud *à Cruce* agnomen esset, mox à professione, hoc primum sibi proposuit, Christum crucifixum imitari, potissimè in istis (a): *Exinanivit semetipsum ... Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Imprimis ædificij spiritualis Fundamentum, humilitatem, firmiter in anima sua stabilivit, humilitatem exercens, non tantùm verbis, asserens, se indignum Confratrum suorum consortio; sed, ut talis haberetur, totam antè actam peccaminosam suam vitam iis humillimè exposuit: quâ humiliatione plurimùm eosdem ædificavit. Annis quatuor primis, à professione, nonnisi vocaliter orare noverat.

(a) Philipp. 2.

Christo crucifixo satagit se conformare:

Anno 1624. à Rev. Patre Joanne de Herrera, mysticarum rerum Magistro insigni instructus fuit in praxi orationis mentalis, examinis conscientiæ, & exercitij divinæ præsentiæ, & qualiter vitæ, ac passionis Christi mysteria, pauperem nativitatem, crucifixionem dolorosam, cæteraque perpendere deberet, jussus in fine adjicere Symbolum fidei *Credo*, ac ad quemlibet articulum elicere fidei actum cum protestatione quòd in ea vivere, & mori vellet. Lectionem illam primam difficulter capere, & difficilius practicare potuit ad notabile temporis spatium: interea fideliter perseveravit, prout in exercitiis sibi à magistro suo traditis, humili, fideli, & constanti perseverantiâ promeruit divinis demulceri consolationibus, & ad sublimem sublevari orationis statum: id animadvertens pius ejus magister plus illi temporis concessit ad orationem, in qua subindè magnam noctis partem transigebat, interea frequentioribus etiam à dæmone impetitus insultibus, ut ab orationis studio averteretur: sed ab experto magistro suo edoctus, ob nullas dæmonis tentationes, aut technas ab oratione desistens, nominis Jesu invocatione victor extitit.

meditandi praxim quo modò assecutus fuerit:

3479. Ut autem in omnium virtutum exercitio magis proficeret, hanc illi methodum præscripsit magister, ut ad tempus in aliqua præcipua virtute se exerceret studiosè, & in examinibus conscientiæ seriò animadverteret, an, & qualiter in ea proficeret: ac deindè pergeret similiter in virtute alia. Per ejusmodi exercitium mirificè profecit in virtutibus, & pariter per pias meditationes in Dei cognitione. Inter cætera beneficia homini collata quinque principaliora dignoscens, nimirum creationis, redemptionis, vocationis, justificationis, ac glorificationis; de licentia magistri in aliqualem gratitudinis recognitionem, instituit jejunium in pane & aqua per quinque quarantenas continuas, & non interpolatas: quam piam institutionem sequentibus annis in sanctam duxit consuetudinem, absque intermissione aliorum operum piorum. Memor erat omni horâ diei peccatorum commissorum, ideò jugiter uberrimas fundebat lacrymas. Mortificationibus, & pœnitentiis ità deditus erat, quòd ex industria modos novos excogitaret, quibus illa secretiori modo posset peragere, plurimasque, & magnas egit. Occultè cinctus incedebat ponderosâ catenâ ferreâ super carnem nudam, duplici ductu corpus circumplectente, non modicam pœnam, & etiam læsionem illi causante: id cùm casu animadvertisset alius quispiam Frater Laicus, Superiorem de hoc monuit; jussusque fuit Franciscus deponere catenam: cujus loco, de veniâ superioris, deinceps usus fuit cilicio ferreo. Pari passu ibat de

praxis utilissimi proficiendi in virtutibus.

Francisci jejunia.

virtute

Digitized by Google

virtute in virtutem aliam quamcumque, & paupertatis religiosæ amator, & cultor vestes novas respuebat, pro iis affectans veteres aliorum. Obedientia ejus cæca & promptissima erat: quadam vice ut eum exerceret P. Prior, manè jussit, ut ad stabulum equorum iret, & seipsum ibi loro ad præsepe alligaret: loro igitur ad collum circumdato sic se composuit, ut nec sedere, nec genuflectere posset: sic perstitit ad medium diem, Priore ex aliis occupationibus immemore mandati præfati: cujus demùm recordatus, misit fratrem qui eum solveret: Franciscus rogavit an P. Prior nil aliud ordinasset? quo respondente, quod non: ibidem remansit in seram vesperam: tum Prior advertens ejus à communitate absentiam, misit fratrem ad stabulum, ut eum quæreret: reperitque genuflexum in oratione sic absorptum & raptum, ut non nisi vocibus magnis ad se rediret.

Obedientia cæca:

3480. Singulariter in eo resplenduit amor, & candor castitatis, hinc vitavit etiam colloquium cum mulieribus: cùm autem necessitas, aut occasio id requireret, sollicitâ cum circumspectione, in visu, & verbis se observabat. Inter cæteras virtutes admiranda fuit ejus fides viva: per plures annos, & ferè omni die, & horâ insonabat servo Dei Francisco hæc vox *Fides, fides, fides*: quâ de causâ pro tesserâ suâ hæc habuit verba, quæ frequentissime reciprocabat: *exaltata sit sancta fides Catholica*: in illiusque finem omnia opera pœnitentialia ac orationes suas Deo offerebat quotidiè. Hinc de licentiâ Superiorum locorum & Ecclesiarum constituit passim in locis publicis sacræ fidei nostræ signa, qualia hodie adhuc existant cum magnâ populi ædificatione, & fructu per totum districtum Regionis illius. Fundabat insuper, annuentibus Prælatis, Congregationes pias sub titulo *sanctæ fidei Catholicæ*, præscribendo illis devotas constitutiones, quæ licet à simplici Laico Religioso inventæ & institutæ sint, ità placuerunt Prælatis Ecclesiæ, ut à variis Episcopis Regnorum Hispaniæ examinatæ, & cum applausu approbatæ fuerint sub titulo *nostræ S. fidei Catholicæ*: atque in illo pietatis opere specialiter apparuit divina assistentia, in erectione altarium plurium sumptuosorum in variis & pluribus locis Hispaniæ sub titulo *nostræ S. fidei Catholicæ*: etiam fuit translata illa devotio in novum orbem Americam. Sicque Religiosus pauperrimus præstitit solus, quod plures divites junctim exequi non valerent. In istum finem, approbatam etiam effinxit omnium præcipuorum mysteriorum S. fidei imaginem, in quâ fideles uno quasi intuitu fidei suæ professionem, cum magno animarum suarum fructu, intueantur, & contemplentur.

Fides viva in illo maximè enituit:

sub titulo sanctæ fidei Catholicæ congregationes pias instituit,

& altaria plurima erigi procuravit:

3481. Franciscus per præfatarum, & cæterarum virtutum, præsertim orationis, meditationis, contemplationis exercitia à Deo promeruit illustrari sublimi cognitione mysteriorum fidei, peculiariter passionis, bajulationis crucis, & crucifixionis Christi pro salute hominum; hinc resultabat ponderatio beneficij inæstimabilis præstiti hominibus, & è contra magnæ ingratitudinis Christianorum, peccatis gravissimis Deum offendentium. Noverat quoque pericula Christianitati impendentia, & quidem à Turcis, cum numerosissimo exercitu, tunc in Hungariâ existentibus, & eam devastantibus. Malorum autem istorum omnium causam unam ex primis censebat esse peccata sua propria. Hinc satis illi non fuit arctis jejuniis, mortificationibus, & pœnitentiis seipsum affligere, sed longo tempore consideravit, & suppliciter Deum rogavit, ac cum suo Confessario Magistro Joanne de Heredia consultavit, quo medio, quo opere pœnitentiali posset ipse pro suis, & etiam aliorum peccatis satisfacere, ac imminentia Christianitati pericula, ac Dei indignationem avertere, ac alios à peccatis abstrahere, & ad amorem, & venerationem Crucis movere, atque ità *Exaltare fidem Catholicam.* Perpendens, quòd Christus pro redemptione humanâ bajulaverit crucem, postea plantatam in monte Calvariæ, ubi ipse crucifixus redemptionis nostræ mysteria complevit, judicavit Deo gratissimum, sibi, & aliis utilissimum, in satisfactionem reatuum propriorum, & aliorum, & pro exaltatione fidei Catholicæ fore, Crucem ponderosam assumere in humeros, & cum eâ peregrinari ad Sanctissima orbis loca, Romam ad limina Apostolorum, fidei Catholicæ petram, Lauretum, ad sacram ædem, in quâ Verbum caro factum est, ad Terram-sanctam, quam Deus homo pedibus calcavit, & sanctificavit, Jerosolymam ad montem Calvariæ, ubi Christus pro hominibus mortuus est, & ad sepulchrum, in quo conditum fuit corpus ejus.

sublimi mysteriorum fidei notitia à Deo donatus:

ad avertenda Christianitati imminentia pericula,

& ad fidem catholicam exaltandam,

proponit cum ponderosa cruce peregrinari Jerosolymam:

3482. Id proposuit suo Confessario, & aliis doctis, ac piis, qui ad rem hactenùs non practicatam obstupuerunt, quòd homo provectæ ætatis, cum cruce ponderosâ in arctissimo jejunio, pedes, tam longa itinera inter tam varias nationes, etiam Barbaras aggredi proponeret: sed, perpensis rationibus, approbarunt. Hinc licentiam postulavit à Provinciæ suæ Capitulo Provinciali Vallisoleti celebrato: post maturam deliberationem de istâ peregrinatione, tandem concessa fuit: & accessit etiam licentia, & benedictio Legati Apostolici. Tunc magno animi jubilo curavit fieri crucem, juxta formam, in visu antè sibi repræsentatam, ponderantem libras quindecim. Præmonuit ipsum suus P. Prior, ut in istâ peregrinatione primùm semper rectà tenderet ad Ecclesiam loci cujusvis, ac ad SS. Sacramentum. Præmissis precibus, & salutatione SS. Sacramenti, ac B. Virginis Mariæ *de Bono Successu*, ac valedictione fratribus, assumptâ in humeros

id à Superioribus approbatur:

Iter aggreditur,

meros cruce iter aggressus est anno humanæ salutis MDCXLIII. die XVI. Martij, ætatis quinquagesimo septimo completo, duorum mensium, & viginti dierum: occupabat se per viam orationibus, & piis meditationibus. Ex Hispaniâ profectus est in regnum Navarræ, Pampilonam, & Bajonam, & indè ingressus est in Franciam: ubi variis in locis, variè tentatus, & carceribus inclusus fuit: sed ejus sanctum propositum Deus manifestis declaravit signis. Ex Franciâ progressus est in Sabaudiam, & indè processit Genuam, Mediolanum, Parmam, Florentiam; & denique Romam ingressus est præfato anno MDCXLIII. festo exaltationis S. Crucis die XIV. Septembris. Romæ existens omnigenæ virtutis exemplo micabat: visitabat loca sancta, se exercebat in arcto jejunio, & pœnitentiis, seque occupabat cum fratribus Laicis in humilioribus operibus manualibus: sic ibi perstitit per septem ferè menses: interea circa istam peregrinationem cum Cruce, ad montem Calvariæ, variæ motæ fuerunt difficultates, & superatæ.

per Navarram, Franciam, Italiam:

3483. Tandem postulatis, & gratiosè obtentis à SS. Domino Urbano VIII. licentiâ, & Brevi Apostolico, & plurimis reliquiis, jussu Pontificis illi traditis ab Eminentiss. Cardinalibus Francisco Barberino, & Martio Genetto XII. Aprilis anni sequentis MDCXLIV. Roma, cum cruce suâ in humeris progressus est Lauretum, ubi, magno teneræ pietatis sensu veneratus sacerrimam ædem, perrexit Venetias: indeque navi pervenit Alexandriam; posteà in Joppen portum Terræ-sanctæ, quam ingrediens, & magno gaudio, ac spiritus exultatione exosculans, cum cruce suâ in humeris profectus est versùs Jerosolymam: ubi illi occurrit P. Prosper à Spiritu sancto Carmelita Discalceatus, incola Carmeli, & ibi Vicarius: qui deinceps illum comitatus fuit Jerosolymam, & ad omnia loca sacra: Incedentes pariter post aliquod viæ spatium Sanctam à longè prospicientes Civitatem multis gemitibus, lacrymis & cordium suspiriis oculos & mentes ad illam dirigebant, ac pedibus properabant. Cùm ad portam civitatis sanctæ pervenissent devotè *Te Deum Laudamus* legerunt, tum ingressi sunt, & singula loca magno cum pietatis sensu visitaverunt: altera die processerunt ad montem Calvariæ, in quo crucem suam Franciscus plantavit eodem loco ubi Christi crux fuit: ibi autem perstiterunt tribus horis integris: interea quales, quamque ferventes pietatis actus Franciscus exercuerit, haud facile quis explicare posset. Ex monte Calvariæ ad sanctum sepulchrum progressi sunt, atque ad alia loca sacra: acceptisque litteris testimonialibus à Patre Commissario Apostolico Terræ-sanctæ Ordinis Minorum (à quo perbenignè & charitativè recepti & tractati fuerunt) deindè perrexerunt ad Jordanem, ad Bethlehem, ad desertum S. Joannis, ad Nazareth, ad montem Thabor, indèque ad montem Carmelum, ubi religiosissimè recipitur, & paululum à laboribus recreatus, proximam navigationis ansam præstolatur cum quodam Rabbino Judæo mirabiliter ad Christianam fidem per F. Franciscum converso, prout latius dicetur hic paulò infrà. Ex Carmelo cum suâ cruce descendens unà cum præfato Rabbino, repertâ opportunitate navis sereno cælo illam ingressi sunt, & feliciter navigarunt: tandem obortâ gravissimâ tempestate fractis velis & malis ac clavo, seu gubernaculo, cæterisque navis instrumentis, omnes certo certius se perire arbitrabantur: solus F. Franciscus fiduciâ in Deum plenus, deficiente omni humano remedio, recurrit ad divinum: crucem suam tenerrimè amplexus adhortatur connavigantes, ut ex corde ad Deum confugiant; & ille mediante cruce Christi misericordiam Dei inclamare incæpit, & statuit crucem suam in loco diffracti mali: tum, absoluta oratione, mox albescit aer, tranquillatur cælum & ventorum vehementia cessat. Istud contigit in mari Adriatico: cum appulissent in maris Adriatici portu urbis *Triest* (olim *Tergestum*) è navi egressi processionaliter adierunt magnam Ecclesiam, præcedente & processionem ordinante F. Francisco: & pro liberatione Deo gratias egerunt. Rabbinus autem, de quo hic antè, instructus in mysteriis fidei Christianæ, baptizatus in gratitudinis signum erga F. Franciscum, assumpsit nomen Francisci.

Venetiis navi in Ægyptum, inde in Terram S. & Jerosolymam pervenit.

in Calvariæ monte Crucem suam figit:

visitat loca alia, & Carmelum:

indè cum Rabbino, quem ad fidem convertérat, navigat in Italiam:

cruce suâ tempestatem sedat:

Rabbinus baptizatur, Francisci nomen assumit,

3484. Deindè F. Franciscus iter suum prosecutus est. (*Quòd S. Franciscus per Apuliam Neapolim tenderit, & indè Romam, hic infrà in Annotationibus declarabitur*). Romam adveniens exceptus fuit magno populi concursu, & applausu, ac Religiosorum gaudio & congratulatione. Summus Pontifex Innocentius, qui adhuc Cardinalis ipsum, & virtutes ejus noverat, illum jussit venire ad se: cui itineris sui rationem, & Terræ sanctæ statum Franciscus exposuit. Pontifex suas commisit vices Hieronymo Domin Episcopo Cajetano, tunc Romæ existenti, ut Crucem, quam F. Franciscus Jerosolymam tulerat, & in monte Calvariæ collocarat; solemniter benediceret: benedictio illa solemnis, & adoratio Crucis magnâ cum devotione peracta fuit feriâ 2. Pentecostes die 5. Junij in Ecclesia Transpontina, & in ejus altari majori crux collocata fuit, & relicta ad dies aliquot pro populi devotione. Franciscus Romæ visitatis locis sanctis, & relictis pietatis, humilitatis, ac aliarum virtutum præclaris exemplis, habitâque benedictione à Summo Pontifice, Româ discessit Lucam ad visitandam devotissimam Christi Domini imaginem: indè progressus est Genuam, ubi visitatis locis præcipuæ devotionis, processit Nizzam, & indè in Franciam, in Provinciam Provinciæ, & Occitaniam, vulgò Languedoc:

ibi ablutis tate Summi Pontificis Crux ejus solemniter benedicitur:

iter suum prosequitur per Franciam, Biscaiam &c. usque Madritum.

Digitized by Google

Languedoc: & variis in locis plures ad gremium Ecclesiæ adduxit. Ex Francia tempore incommodissimo, mediâ hyeme ivit crucem bajulando versùs Biscaiam, ad S. Jacobum in Galicia, per vias difficillimas, per montes nive coopertos, cum magnâ hominum admiratione, & stupore. Visitato devotissimè sepulchro S. Jacobi, indè ad ultimas suas progressus est stationes, Vallisoletum, ac denique Matritum: ubi innumerâ hominum multitudine concurrente exceptus, primùm ingressus fuit Ecclesiam sui Conventûs Carmelitani, ubi coram SS. Sacramento, factâ oratione; & peractis Deo gratiis, similiterque in Capellâ B. Virginis Carmelitanæ, Crux cum solemnitate collocata fuit in altari majori.

F. Franciscus in peregrinatione carceres, & difficultates graves perpessus,

3485. Quantas in peregrinatione illa sustinuerit molestias, & difficultates haud facilè paucis exprimi potest: à principio itineris, & deinceps illi adversarius diabolus, variis ipsum terruit spectris, ut ab illo itinere retraheret: Bajonæ in Regno Navarræ delatus ad Episcopum, & traductus tamquam seductor, carceri mancipatur, triduo sine cibo relictus. Irâ quoque in carcerem conjectus fuit Carcassone: graviorem perpessus est tribulationem in Montepessulo, & carcerem diuturniorem ad bimestre. Pericula subiit à Mahumetanis, & Judæis, à dæmonibus sanctam ejus peregrinationem impedire molientibus. Romæ etiam & Venetiis graves motæ fuerunt difficultates circa modum illum peregrinandi, numquam hactenus à nemine attentatum, cum Cruce ad Terram sanctam, inter infideles Crucis Christi hostes. Sed & pericula illa, & adversa, ac difficultates omnes, Divinâ fretus misericordiâ, & singulari protectione, nec non invictâ patientiâ, humilitate, & mansuetudine, superavit. Quemadmodum autem Deus interiori instinctu, & tractu ac variis etiam visis, Cruce ipsi in aëre apparente, incitarat ad istam peregrinationem suscipiendam, sic etiam indiciis, & signis manifestavit, quàm ea illi grata esset. Imprimis obtentâ licentiâ, cum pro Cruce facienda conductus esset faber, is infirmus, in primo ictu circa lignum, è quo fabricanda erat Crux, sensit se ab omni languore immunem. Sub idem tempus socius Patris cujusdam Concionatoris ad prandium à viro nobili invitati, antequam cibi mensæ apponerentur monuit, advigilandum cuidam ollæ, veneno infectæ: depositâ illâ, intra caules repertus fuit bufo. Variis in locis ubi carceri traditus fuit, ejus meritis etiam variis infirmis instantaneè sanitas reddita est, sicut luculenter refertur in ejus vitâ: De tempestate ejus precibus, & per Crucem ipsius, sedata, jam quædam dicta sunt. Cum loca Sancta circa Jerosolymam visitaret, existens in loco ubi S. Stephanus lapidatus fuit, ex pietate se inclinans à quodam Judæo Rabbino lapide graviter percussus fuit: Franciscus se convertens corde ad Deum, & facie ad Rabbinum, dixit: Pro isto mihi præstito beneficio spero tibi à Deo concedendam gratiam veræ fidei, & te recipiendum intra gremium veræ Ecclesiæ: & ita evenit; Rabbinus enim verbis illis, velut sagittis acutis, in animo transfixus, mirabiliter conversus fuit, & se illi socium adjunxit, ac sanctâ ejus conversatione magis roboratus, Christianam fidem amplexatus, deinceps assumpsit nomen Francisci, sicut jam ante commemoratum est. In Francia adolescens cæcus ex pia fiducia de ejus apud Deum meritis supplicavit, ut signum Crucis super oculos suos efformaret: Franciscus humiliter abnuit: hinc cæcus institit apud P. Priorem ut per obedientiam id ipsi præciperet: constrictus mandato P. Prioris pollice oculos juvenis cruce signavit: qui mox visum recepit: atque ita obedientia ejus cæca cæco visum dedit: is die sequenti ad Ecclesiam gratias acturus venit. Neapoli existens Franciscus, instanter requisitus, ut pro felici statu Conventûs majoris Deum specialiter rogaret, excusavit se humiliter, dicens, se indignum peccatorem: cumque ulteriùs urgeretur, quæ prædixerit, & qualiter aliquantò post ea adimpleta fuerint, audietur hic infrà in Annotationibus. Alia plura signa, & prædictiones referuntur in ejus vita prolixiùs scripta.

peregrinationem illam Deo gratam signa manifestarunt.

obitus ejus.

3486. Franciscus post peregrinationem, humilibus operibus manualibus Fratrum Laicorum diligenter se occupans, & constanter insistens exercitiis virtutum, præsertim zelo exaltandæ fidei catholicæ, tandem sub medium anni 1647. missus ad eleëmosynas lanæ colligendas, prædixit instare tempus suæ resolutionis: paulò post incidit in infirmitatem, è qua secuta est mors: quam pretiosam in conspectu Domini fuisse, persuadet mirabilis ejus vita, heroicis virtutum actibus, & variis signis illustrata: & etiam testantur, quæ posteà acciderunt. Madriti quemdam Maurum Mahometanum, aliquoties hortatus fuerat, ad fidem Christianam amplexandam; sed frustra. Cùm autem ille in febrem malignam incidisset, nocte post obitum suum Franciscus illi ad mortem infirmo, à medicis desperato, apparuit, & sanitatem addixit, eâ conditione, ut Christianam fidem susciperet. Maurus (ab obsequiis erat D. Antonij de la Mota, Equitis Ordinis de Alcantara, & Dominæ Isabellæ de Sylva, suæ uxoris) sic subitò sanus effectus, curavit dici Dominæ suæ Isabellæ, quòd illicò cuperet Christianus fieri, eo quòd ipsâ nocte ei apparuisset Fr. Franciscus Carmelita, splendoribus circumcinctus, qui illi conversionem à Deo ad Christianam fidem impetravit. Itaque in fide instructus fuit, & baptizatus: ac in grati animi testimonium, assumpsit nomen Francisci. Et ista sic deposuerunt oculati testes jurati, & de istius baptismo testimonium etiam perhibet liber baptismalis, Frater Ludovicus Muñoz, Francisci amicus,

apparet Mauro, & illum ad fidem convertit.

Digitized by Google

qui Febricitans, ipsius litteras, quas servârat, capiti applicans, doloribus illico liberatus fuit. Gratias similes retulerunt alij, relatas in vita Madriti impressa (a) ubi etiam refertur, quod anno obitûs ejus (1647.) in vigilia Nativitatis Christi, cùm Religiosi inchoarent Vesperas, & candelæ non essent accensæ, ob absentiam ejus, cui id incumbebat, visus fuerit Fr. Franciscus illas accendere. Nocte sacratissimâ sequenti, in Matutinis, inchoato cantico *Te Deum Laudamus*, & à choro terminato primo versu, clara vox insonuit ex sepulchro Fratris Francisci concinens versum sequentem, atque ita alternatim usquead finem. Hinc Religiosi gaudio & admiratione perfusi, de tantis gratiis & mirabilibus meritis sui sodalis, & fratris, Deo gratias refuderunt.

(a) lib. 3. cap. 17.

post obitum, nocte Nativit. Christi, canit cum aliis Te Deum Laudamus.

ANNOTATIONES.

ad vitam Ven. Fr. Francisci (b).

(b) Madriti impress. an. 1667.

3487. Animadversiones aliquas in vitam Ven. Fratris Francisci scripserunt anno 1671. R. P. Ludovicus Perez, Regens Sacræ Theologiæ Romæ, in Conventu S. Mariæ Transpontinæ, & R. P. Magister Vincentius Justus, Confessarius ipsius F. Francisci, eo tempore, quo Romæ moratus fuit. Et quidem P. Regens ex testibus de visu Reverendissimo Patre & Dom. Sebastiano ab Alexandro (post Prioris in magno Conventu Neapoli, aliaque officia, Episcopo Rubensi, de quo plura hîc suprà c) & R. P. Magistro Laurentio Carraccino, annotat, F. Franciscum Neapoli fuisse in reditu Ierosolymâ anno 1645. non autem eundo Româ Hierosolymam: atque ita ad hoc tempus referenda esse, quæ in ejus vita habentur libro 2. cap. 16. & conformiter emendanda, quæ ibi referuntur: hæc autem sunt præfati P. Regentis verba: Animadversiones supra vitam Ven. Fr. Francisci a Cruce. *Libro 2. cap. 16. scribitur, F. Franciscum egressum Româ, concessisse Neapolim, indeque venisse Lauretum. Verùm dum Româ egressus est, ut Hierosolymam proficisceretur, Neapolim non adiit, sed recta Lauretum. Dùm verò Hierosolymâ reverteretur, Romam repetebat, venit Neapolim, ut testis oculatus A. R. P. Magister Sebastianus ab Alexandro ex-Assistens Generalis Ordinis, pro Italiæ Provincia, asserit. Ad hoc ergò regressus tempus referenda sunt, quæ in hoc Capite 16. dicit Auctor vitæ evenisse Neapoli.*

(c) n. 3351.

Fr. Franciscum Roma ivit recta Lauretum:

3488. *Libro 3. cap. 2.* (d) *habetur Fr. Franciscum ex urbe Imperiali nuncupata Trieste, Romam accessisse, sub finem Iunij. Verùm navim ascendit in aliquo portu maris Adriatici, per quod in Apuliam transfretavit, ac propè oppidum* (e) *Tricatam navi egressus, indè contendit* (f) *Lytium ut testis oculatus R. P. Magister Laurentius Caraccinus Carmelitanus, litteris 13. Februarij 1669. datis refert. Hîc ergò adjungenda sunt, quæ prædictus Pater commemorat evenisse Lytij, & leguntur in ejus epistola. Ex Lytio processit Missaniam, Sanvitam,* (g) *Hostunum, tandemque venit Neapolim, ubi, quæ lib. 2. cap. 16. referuntur, evenerunt, simulque vaticinium ab A. R. P. M. Sebastiano relatum, ex ore ejusdem F. Francisci auditum est. Ex Neapoli venit Romam, intravitque urbem sub finem Maji, ut minimum aut ineunte Iunio anni 1645. Hinc emendandum, quòd Auctor vitæ scribit* (a) *advenisse Romam sub finem Iunij. Constat enim, solemnem S. Crucis benedictionem (de qua in fine illius 2. capitis* b) *peractam fuisse Romæ in Transpontina Ecclesia, feriâ 2. Pentecostês, quæ fuit dies 5. Iunij, illo eodem mane, quo Reverendiss. Dom. Fr. Iacobus Wemmers munus consecrationis accepit, ut A. R. P. M. Iacobus Emans Assistens Generalis, de visu refert.*

(d) §. Concluida la celebridad.

(e) al. Trecata.

(f) al. Alecium & Aleutium & Lecce.

(g) al. Ostunum.

(a) §. citato Concluida &c.

(b) §. ultimo Su Santidad.

3489. Idem R. P. Jacobus Emans (c) de Ven. Fratre Francisco hæc scripto tradidit: *Breviter hisce referam, quid de Ven. F. Francisco à S. Cruce sciam. Imprimis igitur illum anno 1645. viventem vidi, cum ipso conversatus sum. Sanctæ vitæ, quam coràm omnibus Capituli illius Generalis Gremialibus ducebat, testis sum oculatus: qualiter scilicet summus fuerit silentiarius: non aliâ, quàm panis, & aquæ quotidiana vixerit alimoniâ, solis exceptis diebus Dominicis, quibus,* (d) *pulmentum coctum & quantum vitro minori continebatur, vinum sumebat. Toto tempore matutino Missis deserviebat: binâ saltem ad minùs vice Missæ mihi ministravit: quo tempore, dum vel è sacristia cum Sacerdote ad altare procedebat, vel ab eo ad Sacristiam revertebatur, vix sæcularium, petias ex habitu ejus præcidentium, manus evadere poterat. Mihi ostendit testimoniales R. P. Prosperi Carmelitæ Discalceati, Montem Carmelum pro illo tempore incolentis, quibus de F. Francisci proposito, vita, quam ad tres septimanas cum illo duxerat &c. testificabatur. Cæterum, quia tantus erat silentij custos, vix illum ad colloquium aliquod ineundum movere potui.* Ita ille.

(c) de quo hic suprà n. 2163.

Testimonia, de sancta vita Fr. Francisci.

(d) jusculum in quo coctæ carnes.

3490. P. Magistri Vincentij Justi Annotationes sunt istæ. *Imprimis, præter jejunia, de quibus in Vita Venerabilis Fr. Servi Dei Francisci à Cruce, ab eodem etiam observatum fuit jejunium quoddam extraordinarium, de licentia sui Confessarij, in Hispania, antequàm se peregrinationi Ierosolymitanæ accingeret, observatum spatio biennij continui, quo tempore hunc jejunandi modum servavit, scilicet in sex singularum septimanarum ferialibus diebus non manducavit nisi tertiò panem & aquam, scilicet feriis quartâ, quintis, & Sabbatis, hocque jejunium (ultra suum ordinarium in pane & aqua, quod 30. amplius annis continuavit) fecit de mea licentia, per aliquot septimanas, in Transpontina, ad opportunum à Deo impetrandum auxilium, pro regno Hungariæ, quod tunc temporis graviter à Turcis afflictum erat, sicut dicto Fratri, me interprete, retulerat Illustriss. Dom. Archiepiscopus Strigoniæ, qui Romæ incognitus degens, à Sanctæ memoriæ Papa Vrbano VIII. contrà Mahumetanorum tyrannidem, pro dicto regno subsidia expostulabat. Cùm dictus Prælatus in palatio Excellentissimi Domini Ducis Savelli, Oratoris suæ Cæsareæ Majestatis, hospitaretur, ibi notitiam Sanctitatis servi Dei hausit: probè enim in ea domo notus erat, tum ex Gallicis relationibus, tum per suæ personæ præsentiam.*

Fr. Francisci jejunium extraordinar. duorum annorum:

3491. *Pagina 89.* (e) *generaliter referuntur difficultates Romæ factæ, coram S. mem. Vrbano VIII. nè Fr. Franciscus iret in Ierusalem, cum cruce in humeris: ad quas oppositiones dicendum est, quòd illæ factæ fuerint à Patribus Recollectis, qui verebantur, si dictus Frater in istis partibus compareret*

(e) lib. 2. c. 15. §. Offrecier Onit

Digitized by Google

Roma cur facta oppositiones peregrinatoribus in Ierusalem:

compareret cum cruce in humeris (cùm simile quid ibi numquàm visum fuisset) quòd ipse servus Dei, ac Patres Minores malè à Barbaris, ibi commorantibus, tractarentur. Sed totum, Dei gratiâ, superatum fuit: quod movit Dom. Deodatum, tunc Camerarium Secretum dicti Papæ Vrbani, ad efficaciter patrocinandum dicto servo Dei, fecitque expediri Breve licentiæ.

(a) lib. 2. c. 16. §. Passò à Venecia.

3492. Paginâ 90. à tergo, (a) Addendum, quod dum vellent nostri ibi Patres dicto Fratri Francisco consignare pecunias necessarias pro solvendis tributis, datas à devotis personis, & nominatim ab Oratore Hispano apud dictam Serenissimam Rempublicam tunc residente, numquam induci potuit, ut illas pecunias acceptaret; cumque illi diceretur, esse impossibile, sine illis pergere in Ierusalem. Respondit, quòd in solo Deo confidens eò perveniret: ex quo eruitur, quàm exactè Euangelicam, (quam voverat) paupertatem observarat: nullo modo volendo pecunias apud se tenere, vel eas acceptare, etiamsi à devotis personis sibi essent sponte oblatæ: sicut illi, inter alias vices, contigerat in Civitate Aquensi (vulgò AIX EN PROVENCE) cum Comite de Ales, tunc temporis istius civitatis Gubernatore, qui servum Dei, ist hâc Romam tendentem, in suo palatio hospitio receperat: cumque hâc occasione quadam illi domestica sua negotia, suosque precibus ejus commendasset, illum introduxit in cameram plenam pecuniis; eum invitando, imò urgendo, ut acciperet, quantum vellet; sed Servus Dei, peractis illi humiliter gratiis, sanctè, & generosè totum recusavit, dicens se nullas pecunias accipere: Idem Romæ cum quodam Prælato Hispano Auditore Rotæ accidit, qui servo Dei propè S. Mariam Majorem, septem Ecclesias cum cruce in humeris visitanti obvius factus, illum detinuit, & postquàm de variis eum interrogasset, bonam quantitatem pecuniæ illi in eleëmosynam porrexit, quam reverenter, & humiliter recusavit dicens, se nullas pecunias accipere: quod Prælatum in tantum ædificavit, ut sequenti manè servum Dei in Transpontina personaliter visitarit. (Istud, inter cætera, peculiariter admirandum, quòd inter nationes tàm varias, etiam barbaras, inter Turcas, & Judæos, absque ulla pecunia, solius divinæ providentiæ subsidio, peregrinationem adeò longam, & difficilem peregerit.)

pecunias pro viatico aut tributo, recusas recipere,

confidens in Dei solius providentia:

aliis locis similiter pecunias sponte oblatas constanter recusavit.

(b) lib. 2. c. 16. initio §. Deide.

3493. Pag. 89. in dorso (b). Quòd F. Franciscus Româ discedens versus Ierusalem, primò iverit Neapolim, & indè Lauretum, emendandum est; nam Româ rectà ivit Lauretum, relinquendo pro illa vice Neapolim. In isto itinere hoc mirum accidit: Quidam Banditus explodens bombardam in quemdam hospitem, qui Fratrem Franciscum defendebat, globus explosus ferivit Banditum, & non hospitem, ut latiùs refertur in quadam epistola Bononiâ Romam scripta, per Fr. Dominicum Carmelitam Discalceatum, quæ nuper Madritum transmissa fuit. Veniendo Romam, dùm se accinxerat, ut è Galliis transiret in Italiam, cernens, quòd populus (c) Niceæ sibi obviam veniret; ut hos applausus effugeret, relicta Nicea ad dexteram, sinistram viam Alpium tenuit; sed eo non obstante, magna populi multitudo eum insectabatur, sic ut invicem arctarent, & conculcarent, ut servum Dei videre & alloqui possent: qui sentiens, sibi halitum deficere, seque vix respirare posse, ad facilitandam respirationem, ce-

miraculosè ipse, & alius servantur à trajectu:

(c) al. Nice & Nizza.

plausum hominum fugit;

actus fuit humeris incumbere cuidam colli, seu monticulo: ibi ex turba illa quædam mulier prodiit ante ipsum, in medium, cum filio suo gibboso in pectore, & humeris, signis (non enim linguam callebat) servo Dei Filij defectum indicans, illumque invitans, ut pro sanitate filij Deum rogare dignaretur, quod & fecit. Cumque iter suum prosequeretur, per viam breviorem, ipsi obviârunt duo nostri Patres, quorum unus Supprior erat nostri Conventûs Niceæ, qui testatus est, quòd dictus filius fuisset sanatus, & liberatus ab illa monstruositate: quod totum Servus Dei pressus præcepto (quod ego ejus Confessarius illi feceram) mihi in Transpontina narravit.

gibbosum in pectore, & humeris, precè sanat.

3494. Circà istud registratum in relatione impressa in Galliis, fol. 82. in dorso, idiomate Hispanico, de transitu, quem fecit servus Dei Franciscus per fluvium (seu torrentem) Guarduck (a): Notandum quod à me Romæ super veritate hujus casus interrogatus, mihi responderit, quòd nudis pedibus intraverit, eumque feliciter pertransiverit: sed quòd incolæ loci illi dixerant, quòd ita profundus esset, ut nullus hominum eum unquam potuerit pedibus transire: & circà hoc aliud ab eo non intellexi. Pariter notandum est circà cæcum, qui folio 83. dicitur à servo Dei fuisse illuminatus, quòd iste non fuerit à nativitate aliter cæcus, quàm quod ejus oculi pertinaci defluxione humorum ita gravati essent, ut nullo modo lumen videre posset. super quibus F. Franciscus pollice suo coactus crucem facere, de mandato R. P. Magistri Prioris Stephani Lobeth (qui mihi Romæ anno 1648. hunc casum retulit) juvenem ab ista infirmitate sanavit; qui sequenti mane ad istam nostram Ecclesiam venit, Deo actum gratias, pro recuperata sanitate.

(a) al. Gardouch.

(b) §. Conclude.

(c) al. Lezze & Leche, & Lecce.

(d) seu Lecce.

3495. Pag. 109. (b) Dicendum quòd Ven Fr. Franciscus, ex Trieste, seu Tergesto, descenderit è navi in quòddam littus regni Neapolis, regionis Hydruntinæ, vulgò Terra de Trecata, & hinc rectà perrexerit Aletium, (c) residentiam Præsidis istius Provinciæ, quo in prævigilia S. Andreæ anno 1644. pervenit, associatus multo populo: cumque per 4. dies ibi in nostro Conventu moratus fuisset, discessit versùs Campie, cujus universus populus ante suum adventum, in campis conventui dicti loci vicinis congregatus reperiebatur: indeque etiam discedens, viam maritimam ingressus est, scilicet per Missagne, S. Vito, Ostuni, &c. Dùm morabatur in Conventu nostro Carmelitarum Aletij, (d) quodam manè descenderat in Ecclesiam, ad confitendum, & communicandum, clauso prius ostio cameræ sibi assignatæ; interèà accidit, quòd quidam istius Conventûs Religiosus, transiens per dictam cameram, eam videret apertam: quod statim servo Deo indicavit: qui respondit, quod hoc esse non poterat, quia illam clauserat; at dictus Religiosus cùm illi replicaret, quod suis oculis illam apertam vidisset, respondit Fr. Franciscus: Inimicus noster devotionem nostram vult interrumpere, sed ipsi hoc non succedet: quò accepto responso, dictus Pater rediit ad dormitorium, cum intentione claudendi ejus cameram, meliori quo poterat modo: cùm hoc tentare volebat, dictam cameram clave obseratam invenit.

dæmon ejus devotionem interrumpere nititur: sed frustrà:

3496. Accidit in eodem Conventu, quòd quidam

oratione sanitatem obtinet infirmo:

quem frater verbo corripit.

quidam noster Pater, nominatus P. *Simon de Bomo, qui pluribus mensibus in crure, pleno liveribus, extremos patiebatur dolores, spem conciperet obtinendi à Deo sanitatem, precibus* Fr. *Francisci, cui proindè unicè se commendabat; & quamquam servus Dei illi diceret, quòd illum sanare non posset; nihilominùs, post factam illi correctionem Fraternam, eumque ut se bonum Religiosum exhiberet, Deique servitio intenderet, exhortatus fuisset, super infirmum crus S. Crucis signum efformavit, statimque dictus Pater se sanum invenit, à dictisque doloribus, & liveribus liberum.*

3497. *Tempore quo servus Dei in nostro Conventu Aletij, morabatur, tam Conventus, quàm Ecclesia populo redundabant; sed præsertim quadam vespera, quando servus Dei sanctam Crucem monstravit, ita ut vix aliquis in dicta urbe crucem illam veneratus non fuerit: omnesque sanctam Crucem, habitumque F. Francisci osculari voluerunt. Quæ in istis tribus ultimis §§. dicuntur, mihi P. Magister Caraccini Religiosus noster, qui isto tempore Aletij habitabat, in quadam sua epistola, in eadem urbe data 13. Februarij 1669. testatus est.*

(a) §. Fu recebido &c.

3498. *Pagina 83.* (a) *dicitur, quod Papa Vrbanus præceperat, ut Fr. Franciscus veniret ad suam Sanctitatem, id sic verum, est, non quod Fr. Franciscus immediatè dicto Pontifici sit locutus, sed Eminentissimo Cardinali Francisco Barberino, dicti Pontificis nepoti, qui longum, & humanissimam ipsi impertiebatur audientiam, & omnia, quæ à Fratre Francisco audierat, posteà Papæ retulit, ultimumque jubilæum pro pace inter Principes Christianos à Deo impetranda ad instantiam F. Francisci à Papa obtinuit. Capite 6. ubi tractatur de pœnitentia, adjungi debet, quòd quando dictus Fr. Franciscus sibi dabat disciplinam, quod illam continuabat, quamdiu durabant septem psalmi pœnitentiales, quos ipse tunc recitabat.* Subscriptum erat: Ego Fr. Vincentius Giusti Carmelita affirmo quantum ad supradicta, manu propria, die 2. Januarii 1671. Postea sequitur.

Neapoli quæ prædixit,

3499. *Cùm Fr. Franciscus à Cruce de Ierusalem redux, morabatur Neapoli, rogatus fuit à P. Magistro Athanasio Acitelli, quatenùs in orationibus suis Deo commendare vellet conservationem, & prosperitatem istius S. Domûs, majoris scilicèt Conventus Carmelitarum Neapolis. Prius usus est multis actibus humilitatis, ut se excusaret, tamquàm indignus peccator: tandem instantiùs dicti P. Acitelli victus, Deo preces suas effudit; post duos vel tres dies, cum amaritudine cordis sui, dicto Patri retulit, quòd inter orandum videbatur videre in dicto Conventu turbam numerosi & armati populi, effundentis sanguinem, cum aliquorum homicidiis, quodque posteà videbatur videre dictum Conventum plenum militibus, & armis. Istius visionis tunc dictus Pater Acitelli nullam habuit rationem, existimans potiùs, esse imaginationem, quàm veram visionem. Sed paucis post annis, in rebellione Neapolis, sub* Mas Aniello, *visit ista verificata, ut cunctis innotuit.* Consequenter ex variorum testimoniis, seu relationibus hæc traduntur: *Quòd anno 1645. cùm Ven. Fr. Franciscus Româ regrediens versus Hispaniam, Genuæ esset, ibi ob ejus sanctam vitam admirationi fuerit, multique, per devotionem, ejus vestes tangerent. Quòd ibidem existens, morsus à cane, cùm chirurgus, pro curatione facienda, illi præscriberet cibum magis nutritivum, recusaverit: sed præcepto R. P. Magistri Iacobi Spinolæ Provincialis, dumtaxat sumpsit jusculum, ex decoctis in eo carnibus. Quòd cum à personis præcipuæ dignitatis, & auctoritatis ibi inviseretur, humiliter excusaverit, nec visitationem admiserit, nisi duorum dumtaxat Senatorum, constrictus mandato præfati Magistri Provincialis. Sit quoque pluribus monialibus, ob sanctam ejus conversationem, ipsum videre, & alloqui expetentibus, recusaverit. Quod discedenti Genuâ, à populo illi oblatæ fuerit copiosa pecunia: quam non solùm recusavit, sed, cùm urgeretur acceptare, projecit in terram. Quod in Episcopatu Sarzanensi varia ejus gesta religiosa, sancta, admiranda, dùm in ista diœcesi existeret, registrata fuerint:* Istis Romæ anno 1671. die 2. Januarij, subscriptum est: Fr. Paulus Antonius Pecchius Subprior Sanctæ Mariæ Transpontinæ, Mediolanensis.

Ioan. Bap. de Lezana.

3500. P. Joannes Baptista de Lezana in non paucis S Petro Thomæ assimilatur à R. P. Godefrido Henschenio, Societatis Jesu (a) factâ insigni inter utrumque comparatione, inserta Tomo præcedenti (b) ubi etiam aliorum de ejus præstanti pietate & doctrina adducta sunt testimonia. In *Bibliotheca Hispana* variorum illustrium Scriptorum inseruntur elogia, hæc, & similia: *Vir, pietate, & doctrinâ clarissimus ... pius, sapientissimus, & eruditissimus.* Eruditionis ejus monimenta Theologica, juridica, historica, regularia, & ascetica, & in quibus locis typis edita, ibidem accuratè recensentur, & ubi Philosophiam, Metaphysicam, & Theologiam docuerit, ac quibus primariis in Ordine officiis functus, ac à Summis Pontificibus adhibitus. De ejus autem virtutibus (quæ potissimè hujus Tractatûs sunt objectum) hæc, inter cætera, adferuntur: *Editus fuit Matriti XXIII. Novembris anni MD. LXXXVI. ... Toleti quidem nactus eximium sanctitate virum Michaëlem Fontanum, cujus ad exemplum visus fuit mores religiosos, & sapientiæ doctrinam componere ... In hoc certè homine sapientia, & pietas, doctrinæ excellentia, & modestiæ ac prudentiæ dotes sic æqualiter maximèque floruerunt, ut neutra harum virtutum alteri concedente ad formandum omnes, veluti datâ operâ, virum undique clarissimum, conspiraverint. Castissimus, abstinentissimus fuit, quod macies corporis satis prodebat, ossibus tantùm, pelleque veluti constantis. Quod tamen frequenti flagellatione, atque aliis asperitatibus castigare numquam destitit: choro, cellæ, ac studiis domi suæ, foris autem exercitio munerum suorum assiduus, & intentus ... Obiit vir magnus Romæ, ingenti bonorum omnium ac litteratorum dispendio, & mœrore, nec sine egregia quadam laudatione virtutum exemplar posteris futurum vita piissima, ac religiosissimæ transacta, die XXIX. Martij an. MDCLIX. ætatis suæ LXXIII.* Et ista hactenùs ex *Bibliotheca Hispana*. Peculiariter in illo inter cæteras virtutes enituit zelus Regularis observantiæ exactæ, præsertim

(a) in Dedicatoria vitæ S. Petri Thomæ Antuerpiæ seorsim editæ an. 1659.

(b) n. 1716.

à variis celebratus encomiis:

Vita, & virtutum ejus epitome:

Digitized by Google

peculiariter resplenduit exacta observantia regularis.

præsertim in frequentatione divini officij. Ad illam regularem observantiam ut etiam alios incitaret, edidit perutilem librum Religiosis omnibus, præsertim Superioribus (pro exhortationibus monasticis) perutilem, & ideò sæpiùs recusum, sub titulo: *De Regularium reformatione, ex variis Patrum sententiis*, Romæ 1627. in 4. apud Andream Phæum, atque iterum apud eundem 1641. Coloniæ autem *de Disciplina Monastica* inscriptum anno 1629. in 12. Quartò Romæ, typis ejusdem Phæi 1646. in 4. Quinto Lugduni 1655. insertum Quæstionibus Regularibus volumine primo.

P. Nicolaus Baptista,

3501. NICOLAUS BAPTISTA, Hispalensis, ex parentibus Belgis, nobilitate claris, natus, testimonio clarissimarum virtutum celebratur à pluribus, & quidem in præfata *Bibliotheca Hispanica*, in qua hæc, inter cætera: *Matritum evocatus fuit, ad Regij Concionatoris munus exercendum, verè ad ostendendam in hoc negotiorum undique concursantium atque ferventium theatro insignem aulæ virtutem, quâ majorem aut eidem curiæ conspectiorem, & fructuosiorem vix ulla potest imaginatio concipere, vix ulla verborum vis exprimere. Religiosissimus quidem fuit, ac viri Deo in professione regularis vitæ sacri verè normæ, & speculum. Paupertatem strictissimè coluit, indumentis fere laceris utebatur, cameræ supellex pauca sella, tres aut quatuor papyraceæ imagines Christi crucifixi, ac Deiparæ Virginis, aliquot libri (quidquid enim librorum emebat, in publica repenebat illius, quam habitabat, domûs bibliotheca) & nihil ultrà . . . Censendi libertatem prudentiæ freno sic attemperabat, eâque urbanitate & facundiâ sententiam suam pronuntiabat, confirmabat, aliorumque impugnabat, ut veluti alter Gallicus Hercules in hujusmodi congressibus, aureis eloquentiæ catenis usus, collegarum animos sibi obnoxios redderet, sapiusque ad secum consentiendum pertraheret. Eâ autem virtutis suæ, doctrinæque persuasione imbuerat Philippi IV. Illustrissimi Regis mentem, ut nil ferè, cui non acquievisset nostri suffragium, executioni mandandum existimaret, plura etiam ex solo illius suffragio decerneret . . . Hic unicus omnium ejus actionum scopus, omnium dictorum finis, ut virtutis amorem, peccati odium, summam Dei, ac divinæ voluntatis, sacrorumque venerationem audientibus imprimeret. Id quod eâ pronuntiandi efficaciâ, verborum pondere, miraque, etiam interpositi silentij, ac nutuum energiâ exequebatur, ut sine ulla Rhetoricæ artis observatione, summum eloquentiæ Rhetorem, naturamque præ omni, ac pro omni arte esse liquidò commonstraret . . . Vir verè Apostolicus verbo & opere, vitis sibi, despectusque, omnibus aliis fructuosus, Evangelicæ doctrinæ tuba, fidelissimus Regis sui Ecclesiastes, & Consiliarius.* Et ista hactenus ex præfata Bibliotheca Hispana: in qua alia videri poterunt: indè, & ex aliis nonnullis, etiam quædam adducta sunt libro præcedenti, specialiter de humilitate illius, quatuor Episcopatus oblatos constanter recusante, & quòd habitus fuerit veluti *Hispanicæ Curiæ Oraculum.* (a)

sapientiâ, virtute, eloquentia valdè eximius:

regularis vitæ, & paupertatis speculum:

quanto fuerit in pretio apud Philip. IV. Regem Hispan.

scopus actionum ejus:

Episcopatus quatuor recusavit.

(a) plura de eo vid. sup. n. 3380. & seq.

3502. Virtute, pietate, aut etiam sanctimoniæ opinione venerabiles, in Lusitania, & Brasilia, plures commemorantur in AGIOLOGIO Lusitano, cujus mentio subindè fuit in antecedentibus (a) indè epitome vitæ B. Nonij Alvarez Pereira tradita est in parte IV. (b) indè etiam insigne elogium adductum est hic paulò ante, de Ven. Joanne Consobrino, seu Sobrinho (c). De reliquis, prolixitatis vitandæ ratio suadet hic paucis absolvere. *Ad diem I. Januarij* commemoratur P. HIERONYMUS DE BRITTO, Ulyssipponensis, nobilis genere, sed clarior virtutum splendore. Singulariter, inter alias, in eo emicuit eximia devotio erga SS. Virginem Mariam: cujus præconiis piè, & strenuè publicandis, præmoriens, ut post obitum lingua ejus conservata, & reperta fuerit integra, & incorrupta: quæ ex pietatis motu posita fuit in Sacrario. Floruit anno 1593. *Ad diem II. Januarij* FR. BARTHOLOMÆUS BACIAS, Ulyssippone, inter alias virtutes, refulsit humilitate, Clericus existens, supplicans, & obtinens, non fieri sacerdos: solitudinis amore, annis 40. portarius, nunquàm egressus ex Conventu. Morbos gravissimos non tantùm patienter, sed & hilariter pertulit: vilus subindè noctu luce perfusus. Post obitum, aperto occasionaliter sepulchro, ex ejus corpore, odor suavis emanabat. Obiit plissimè anno 1579. *Ad diem XIV. Januarij* P. CONSTANTINUS PEREIRA, præfati B. Nonij affinis, qui in Conventu solitario S. Annæ de Collares, ab ipso (seu ejus sollicitudine) fundato, anno Christi 1457. in exercitiis orationis, meditationis, solitariæ vitæ, & humilitatis exemplis, toti suæ Provinciæ præluxit, usque ad annum 1490. quò ad alteram vitam evocatus fuit. *Ad XIII. Maji*: Simon Coëlhus, Provincialis Portugalliæ: singulare exemplar pietatis, in assidua frequentatione divini officij, diù, noctuque, admirabilis silentij tenax, submissâ religiosâ voce loquens: magnæ auctoritatis apud exteros, & suis venerabilis, ac dilectus. Cœlesti revelatione præscius horæ mortis suæ, piè ad eam se præparavit. Decessit anno 1606. die 13. Maji, ætatis 92. In *Bibliotheca Hispana*, Romæ, edita, hoc de illo extat elogium: *Simon Coëlho . . . vir multæ eruditione, ac pietate, eâque conversandi modestiâ & morum gravitate, ut laudaturi sodales perfectum aliquem cœtûs sui virum, Simoni Coëlho huic veluti proverbialiter comparent . . . Natus anno MDXIV. denatus fuit XIII. Maji die anni MDC. VI. ætatis suæ XCII. religiosæ vitæ LXX.* Ex ista in Lusitania.

(a) n. 1456. & 2439.
(b) ad XII. Maii num. 1460.
(c) n. 3439.

virtute & pietate singulariter conspicuus in Lusitania.

3503. In Brasilia: *Ad diem XXX. Januarij* P. HIERONYMUS PESSOA, Vicarius Provincialis, in Brasilia, cultor insignis virtutum, peculiariter humilitatis, paupertatis, orationis, mortificationis, corpus suum spiritui servire cogens, ciliciis, disciplinis, dormitione super asseres. Obiit in Carmelo * Fernambuci in Brasilia anno 1629. *Ad diem VII. Martij* P. LUDOVICUS DE ROSARIO, qui an. 1619. propè Brasiliam in mari piam impendens

in Brasilia,

* al. Pernambuco,

Digitized by Google

operam, Catholicorum Lusitanorum ab hæreticis Hollandis vulneratorum confessionibus audiendis, in odium Sacramenti Pœnitentiæ, & sacræ imaginis, quam gestabat, ab iisdem hæreticis vitâ privatus fuit, anno 1619. *Ad diem XXX. Maij*, P. ANTONIUS AB INCARNATIONE, in Brasilia, virtutibus insignis vixit, in variis Conventibus Prior: in præfato Conventu Pernambuci decessit anno 1619. De istis, & aliis pluribus in Portugallia, seu Lusitania, nec non in Brasilia, virtutum splendore claris, plura videri poterunt in dicto *Agiologio*, variis locis, nec non in Chronico Carmelitano per præfatum Simonem Coëlhum, & Ludovicum de Mertola, in vita Ven. Stephani à Purificatione, & alibi.

ANNOTATIO.

Circà sanctos in Hispania, à nonnullis Carmelitano Ordini adscriptos.

3504. R. P. Josephus Andres, Societatis Jesu, librum scripsit hujus tituli: DECOR CARMELI, de quo & auctore ejus, in *Bibliotheca Hispana*, Romæ edita (cujus aliquoties jam ante (a) mentio fuit) hæc leguntur (b): *Iosephus Andreas Aragonensis, presbyter Societatis Iesu, Theologiæ scientiæ professor primarius in Cæsaraugustano sodalium Collegio, scripsit Decorem Carmeli, sive inclyti Ordinis Carmelitani prærogativas, in Synopsim reductas &c. Cæsaraugustæ, apud Ioannem de Ybar 1669. in 12.* In illo libro, veluti Fasciculo, paucis multa complectente, concinnè, perspicuè, ac sententiosè collectæ & digestæ sunt multiplices Carmelitani Ordinis prærogativæ. Sub titulo, seu *Decore XXXVIII.* hæc inseruntur: *Ejusdem prærogativæ Carmeli ex Gregorio Episcopo Granatensi, & ex Haudberto Benedictino nova, & uberior comprobatio.* Et infrà: *Ex sancti Gregorij Episcopi Granatensis scriptionibus tomo primo, primâ parte contentis.* Sequitur: *Secura in Batica Sancta* BIENNA VIRGO, S. FEBRONIÆ, *socia, utraque Carmelita. Carthagine in mari Oceano* S. BASSA *Abbatissa: subdit Auctor ex Haudberto, & cum ea* PAULA, & AGATHONICA, *Martyres Carmelitæ. Banjanæ propè Cordubam* S. TERESA *Abbatissa, quæ cum 78. sociis virginibus patitur. Adjiciat primam hanc secundæ Teresiæ antiqua Carmelitarum Religio. Rhodæ circà Oceanum* S. PAULUS *Abbas, Ordinis nempè Carmelitani, qui in ea tempestate unicus erat. Ocelli SS. Theodorus, & Stephanus, Monachi Carmelitani. Toleti* S. LEOCADIA *virgo, instituti scilicet Carmelitani, ex Dextro, & Luitprando. Id ex scriptionibus S. Gregorij Granatensis Antistitis. Ex Ecclesiarum Hispaniæ serie, earumque Præsulum laudabili numero, à tempore D. Iacobi, Hispaniarum primi Magistri, usque ad annum 919. per Haudbertum Monachum Benedictinum congestis, aliquos, qui ad Carmelum pertinent, recensèt.*

(a) hîc sup. n. 2263.

(b) Tomo 2. pag. 331. edit. Rom. an. 1672.

3505. Ibidem, paulò infrà, sequitur: ELIODORUS *Græcus, Hereinita Carmelitanus, Cauca monasterium construxit, tempore scilicèt Apostolorum Petri & Pauli.* S. EULOGIUS *Abbas Carmelitæ: Toleti obiit, in Conventu scilicet Agallensi, à S. Elpidio, Monacho quoque Carmelitano, erecto. Cauca* 200. MONACHI *Carmelitani combusti pro fide, intrà Heremitorium, quod construxerant, 15. die Iulij. In civitate Capræ, circà Eburam passi sunt* FELIX, CARILIPPUS, ATHANASIUS, *& quadraginta Monachi solitarij, omnesque Ordinis Carmelitani; quandoquidem per id temporis nullus alius, qui suis adscriberet, vigebat. Caracæ in Carpentaneis, memoria sanctæ* CELERINÆ *virginis, Monialis Carmelitæ. Per idem tempus florebat Secoviæ* S. EUTRIDES *Abbatissa, Carmelitana. Veroviscæ passus est* S. ANTONINUS *Abbas. Bletissæ circà Tritium* S. HONORATA *Abbatissa, & socia ejus. Ceæ in Galletia Sancti Christi fortissimi Martyres* FACUNDUS, & PRIMITIVUS, *omnesque ex Ordine Carmelitano. Coiancæ floret memoria* S. TYEDÆ *Abbatissæ, quæ in persecutione Neronis patitur pro fide. Nata, quàm propè ad exordium Ecclesiæ erectum ibi fuerit pro Carmelitis cœnobium. Bracharæ* S. CELINA *Abbatissa Monialium Carmelitarum floret magnâ opinione sanctitatis: earumque Conventûs Fundatorem credideris Brachaarensis Ecclesiæ primorum Antistitum aliquem. Libiæ in Ceretanis fortissimæ Martyres* CATHARINA *Abbatissa, & socia ejus, omnesque Carmelitanæ. Borundæ in Cantabris memoria sanctæ* GEREDDIS *Abbatissæ & Martyris, quæ in persecutione Neronis in fluvio, per medium civitatis transeunte, suffocata est à Severino idololatra, Monialis Carmelitanæ. Pinciæ floret* THEODULUS *Abbas, qui ex Syriâ venit in societate triginta Monachorum, & hic est primus Conventus, isque Carmelitarum, quem ego Vallisoleti reperio. Eburæ in Carpentanis floret* ABUNDUS, *qui antea fuit Abbas 300. Monachorum; Isteque Præsul erexit, ut par est credere, primum ibi Carmelitarum Conventum, quandoquidem solus illuc non adventaret.* COLUMBA *virgo Carmelitana Toleti obiit, in Conventu Agallensi, à S.* ELPIDIO *erecto. Valentiæ in Edetanis sancta* ANGLINA *Abbatissa, & socia ejus, virgines, & Martyres, Ordinis Carmelitani.* MAXIMA *Abbatissa Carmelitana Gerundæ floret. Volucæ SS. Christi martyres* VICTORIA *Abbatissa, cum 53. sociis virginibus, 2. Augusti. Thermedæ in Iacetanis* S. LEODATUS *monachus solitarius, martyr, 1. Iulij. In Lusitania, in eremo Metillensi passi sunt SS. Christi monachi* THEODORUS *& socij, omnesque Carmelitæ, subiicit Auctor, annectitque fol. 233. col. 2. Dei famulum, cui nomen Vincentius. Toleti* S. LEOCADIA *virgo, post multa tempora in carceribus detenta, animam Deo reddidit, Instituti Carmelitani, in Conventu Agallensi. In monasterio Titulciensi Sancti Christi Monachi* FABRICIANUS, & PHILIBERTUS *Martyres, Carmelitæ. Carthagine Spartariæ* BASSA *Abbatissa, & cum ea* PAULA, & AGATHONICA, *virgines, & martyres die 2. Martij, ex Instituto Carmelitano. Tudæ in Galletia* S. AUDOTA *Abbatissa floruit, in Conventu scilicet Carmelitarum Monialium.* COLUMBA *Abbatissa multarum Monialium, in tractu Vivariensi moritur 3. Novembris: Instituti Carmelitani. Toleti obiit* LIBICIOSA *Abbatissa, Conventûs nempè Agallensis, tunc Carmelitarum. Sancta* MAXIMA *Monialis, in monasterio Cauriensi, Romæ, pro confessione*

confessione fidei patitur. Carmelita, aut Antoniana. Hæc subjicit Auctor; quia per id tempus ad Institutum Magni Antonij, aliqui erigebantur Conventus, qui quidem per imitationem saltem, ad Carmeliticum quoque pertinebant, sicut & ipsemet Antonius. Et ista hactenùs præfato P. Josepho.

3506. Quantùm ad præfatos Sanctos, & Sanctas, ratio de plerisque habita non est in parte IV. Speculi hujus; tum quòd in Carmelitanis historiis de illis specifica mentio non fiat; tùm, & potissimè, quia de præfatorum Auctorum libris, undè ista desumpta sunt, in Hispania, inter viros eruditos magna est contentio; nonnullis eos præfatorum Auctorum fœtus legitimos non esse, contendentibus; aliis autem è contrà id adstruentibus. Causa fertur esse sub Hispanicæ Inquisitionis supremæ tribunali. Si ità, istius Tribunalis decisio expectanda, ac suscipienda: nec ante eam isti plerique in gremium Carmelitanæ historiæ suscipiendi. Et ista hôc loco monenda videbantur, nè quispiam præpropere præfatos, ut certos, ad seriem Carmelitarum aliorum Sanctorum accersat. Porro, quòd temporibus Apostolorum *viri solitarij, contemplationique dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei sequaces, de monte Carmeli descendentes, per Galilæam, Samariam, & Iudæam fidem Christi constantissimè sparserint*, luculenter traditum est *Tomo præcedenti, parte 1. lib. 5. cap. 8.* Ex illis, in persecutione facta per Judæos, quando S. Stephanus lapidatus fuit, varios transmigrasse in Hispaniam, & ibi etiam dogma fidei dilatantes, monasticâ conversatione Ecclesiam illustrasse, refertur in Annalibus Ordinis, tomo secundo ad annos Christi 35. 36. & sequentibus.

SERTVM IV.

In Gallia, & Burgundia Christianâ & religiosâ sublimiori perfectione conspicui.

Gallia fœcunda Sanctorum Carm. parens:

3507. GAllia etiam fœcundâ extitit parens Sanctorum, & perfectorum Religiosorum Ordinis hujus; produxit enim S. BERTHOLDUM, primum ex Latinis Superiorem in Carmelo, sub nomine *Prioris Generalis* (cùm anteà *Abbas* esset nomenclatura, sicut pleniùs dictum est alibi *a*) & splendiferum illud lumen S. PETRUM THOMAM Patriarcham Constantinopolitanum, & S. AVERTANUM Lemovicensem: nec non B. JOANNEM SORETHIUM, Priorem Generalem: de quibus copiosè actum est in antecedentibus: atque etiam alios insigni virtute decoratos, & sanctimoniæ opinione celebratos: talis imprimis fuit.

(a) hic suprà num. 1162. & seq.

Post S. Bertholdum, Priores Generales Galli, vita perfecta,

Alanum,

3508. Venerab. ALANUS Prior Generalis V. Brito natione, sapientiâ, & morum honestate præditus deprædicatur à Bostio, & aliis. Id maximè notabile contigit sub ejus regimine, translatio generalis Ordinis è Terra sancta in Europam; licèt enim ante variis temporibus alij aliqui transmigrassent in Europam, & ibi Monasteria fundassent; generalis tamen, & percelebris traductio contigit anno 1238. idque jussu Deiparæ Virginis, Ordinis Patronæ, apparentis Priori Carmeli, qui verisimiliter erat ipse Alanus. De istâ apparitione, & consequenter Ordinis transmigratione, peculiariter agitur tomo præcedenti parte 1. lib. 9. cap. 3. & 4. nec non in Annalibus Carmelitanis ad an. 1237. & 1238. Coloniæ Agrippinæ sancto fine quievisse, & in choro Fratrum, ante summum Altare sepulchrum obtinuisse, & miraculis coruscasse, traditur in iisdem Annalibus (a). Isti (post S. Simonem Anglicum) successit, zelo regularis observantiæ, ac solitariæ perfectionis vitæ flagrantissimus Pater NICOLAUS cognomento GALLICUS, Prior Generalis VII. à nonnullis *Beatus*, & *Sanctus* nuncupatus, & ut talis insertus quibusdam Kalendariis, & Catalogis Sanctorum, sicut pleniùs traditum est hìc suprà, ad diem II. Aprilis & apud Bostium, ac Trithemium. Isti compar deprædicatur JOANNES DE ALERIO, Tolosanus, non minùs religionis fervore, quàm eruditione venerabilis, XIII. Prior Generalis, in Capitulo Generali Montispessulani anno MCCCXXII. electus absens, curam gregis sibi commissi acceptans, corpus suum sub onere Domini constituit, regularis disciplinæ conservator insignis: qui propterea suo tempore ter Comitia Generalia coëgit, anno 1324. Barcinone, anno 1327. Albiæ, & anno 1330. Valencénis: ubi sponte cessit officio Generalatûs, electoque Petro de Casa (de quo mox) ad Conventum Tolosanum secessit, ubi annis aliquot superstes, vitâ, & conversatione insignis, in pace quievit anno 1342. die 23. Novembris, sicut in Annalibus Ordinis traditur, ad istum annum.

(a) ad an. 1245. n. 2.

Nicolaum,

Ioannes de Alerio,

3509. PETRUS DE CASA, *Lemovicensis, Provinciæ Aquitaniæ Carmelita, ex Priore Generali Carmelitarum, Episcopus Vasionensis, ac Hierosolymitanus Patriarcha: cujus cum doctrina, vitæ sanctitas, atque miraculorum patratio perhibetur.* Ita Possevinus in *Apparatu sacro.* Prior Generalis electus, in Capitulo Generali, Valencenis anno Dominicæ Incarnationis 1330. Pro regularis observantiæ conservatione, & augmento, celebravit Capitulum Generale Bruxellis anno 1336. & aliud Lemovicis anno 1339. Titulus Beati à variis illi tribuitur, & miraculis coruscasse traditur. Wernerus Carthusiensis, in *Fusciculo temporum*, hæc de eo scribit: *Petrus de Casa, ex Priore Generali Carmelitarum, Episcopus Vasionensis, ac Hierosolymitanus Patriarcha, virtutis forma, doctrinæque speculum, clarus habetur: quem complura miracula Deo conregnare, prædicant.* A Trithemio hìc suprà (b) dicitur *miraculis coruscans*, & in *Gallia Christianâ*, *miraculis inclytus.* Plura ad hoc propositum, & de ejus ad Episcopatum, ac deinde ad Patriarchatum assumptione tradita sunt libro præcedenti (c) Biscarretus refert, ex ejus sepulchro, seu statua populum radere solitum fuisse pulveres, pro ægritudinibus medendis. Ita Annales Ordinis (d). In ejus epitaphio hìc suprà (e).

Petrus de Casa, ex Priore Gen. Patriarcha Hierosolym.

(b) n. 3119.

(c) n. 3332. & seq.

(d) ad an. 1348. n. 13.

(e) n. 3333.

Digitized by Google

Dicitur *obiisse anno* 1348. *tertio* (id est, *pridiè*) *Nonas Augusti, & miraculis claruisse.* In alio ejusdem epitaphio legitur, *plurima signa dedisse*, estque hujus tenoris: (a)

(a) in Annal. Ord. ad an. 1348.

Epitaphium ejus.

Dicitur à Casa Petrus Geconius ille est,
Divi Carmeli qui Generalis apex.
Hunc sibi Doctorem in studiis pietatis amavit
Clemens, cui series nomine sexta fuit.
Et tandem Antistes Solyma moderatus habenas,
Conditur in tumulo, plurima signa dedit.

3510. Aliorum non paucorum veterum memoria interiit, sub finem seculi præcedentis, in turbis excitatis in Francia, per hæreticos, quorum erat studium, sacra diripere, ædes Deo dicatas, & monasteria expilare, convellere, in Sacerdotes, & Religiosos furere, & debacchari; ita quidem, ut Conventus omnes Provinciæ Vasconiæ, eorumdem hæreticorum immanitate, aut incendio conflagrarint, aut planè diruti, aut spoliati fuêrint: prout de singulis refertur in Annalibus Ordinis, ad annum Christi 1358. Easdem calamitates sensêrunt quoque pleræque aliæ Galliarum Provinciæ, & Conventus Ordinis nostri: atque ita oblivioni involuta fuerunt vetera monumenta, & plures viri illustres: Sed ad præsens propositum, istis temporibus peculiariter enituit fides, & constantia Prioris, et Religiosorum Conventûs Lunellensis, quorum memoria fuit hîc suprà, parte IV. ad diem XIV. Novembris §. 4. de illis plura videri poterunt apud Dominicum Gravina, in opere, cui titulus est: Vox turturis (b): ubi hæc, inter alia: *Dux* (Hugenottorum) *Carmelitarum cœnobium, multorum stipatum agminibus, ad aggrediendum, & trucidandum, variis armis instructorum, aggreditur, contrà Regis* (quem contemnebat) *auctoritatem, contrà patriæ pietatem, quam proculcabat, contrà Dei legem, quam cum aliis sacrilegis discerpebat. Vix fixerant impietatis tentoria hostes perduelles, cùm Prior Conventûs, accitis Fratribus, illos adhortatus est, non arma movere, non clypeos usurpare, non lanceam vibrare, non arcum tendere, vel jacula contorquere, sed forti animo accingi ad quæque pericula subeunda, etiamsi mortis pro Christo sustinendæ daretur occasio; vultuque in cœlum verso, tales Christo porrigebat preces: Trahe me pòst te, quia omnia per crucis mortem ad te traxisti. Curremus ergo, & pueri mei, quos dedisti mihi, in odorem unguentorum tuorum, nè passionum tormenta solus sustineam, dicendo: Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum. Mori pro te, divitias existimamus, quando pro nobis summas delicias, sanguinem tuum fundere, existimasti. Age, Domine, & fac, excita nos, provoca, & accende: expeditiores curremus gemina substantia gigas, si pòst te nos vinciendo, usque ad crucis vexillum facias avolare. . . . In singulos cohors furens insiliit. Quid illi? steterunt, orârunt, cervices inflexerunt. Cerneres milites illos armatos trepidare, tremere percussorum dexteram, ictus jaciendo, pallere ora alieno periculo, cùm victima illa innocentium non timeret suo. Sic enituit in una hostia duplex oblatio, religionis, & fidei.* Eadem fuit sors, fides, & exitus Religiosorum Conventûs S. Antonij, in Aquitania, quorum commemoratio fuit hîc suprà (a). Tunc pro fide, pro religione, pro pietate, se murum impiis hæreticorum machinationibus opposuerunt hujus Ordinis viri eruditione præclari, zelo divini honoris, ac virtutibus insignes, Thomas Beauxamis, & Anastasius Cochelet, Doctores Parisienses, de quibus libro præcedenti sermo fuit (b) & redibit in sequentibus (c).

(b) parte 2. cap. 26.

Lunellensis Conventus Prior, & Religiosi, ab hæreticis, in odium fidei, trucidati.

(a) n. 2611.

(b) n. 3407.

(c) lib. seq. manip. 4.

3511. P. Philippus Theobaldus præcipuus fuit in Gallia instaurator disciplinæ monasticæ Carmelitanæ; cùm enim sub finem seculi præcedentis, antè, & circà annum Christi 1600. Bellorum, hæresumque procellis afflictæ jacêrent res tam Ecclesiæ, quàm Imperij; utrisque reparandis paternas curas impendit Dei Optimi Maximi providentia. Etenim in Gallia (pariter in Germania, & Belgio) Conventibus aut dirutis, aut ad magnam inopiam redactis, lata reserata erat janua ad proprietatem, omnium malorum in Religionibus radicem. Instauranda itaque, & erigenda fuêre ea, quæ dilapsa erant, & qui à recto tramite deflectebant reducendi: vitia evellenda, virtutes implantandæ. Ad illud præclarum sanè opus, necessariumque Ecclesiæ, strenuos in variis Ordinibus religiosis providit divina clementia restauratores. Et quantùm ad P. Philippum Theobaldum, segregatus in id operis erat à Deo, *vir per omnia magnus*, inquit P. Leo, *in delineatione Observantiæ Rhedonensis cap.* 7. quem Deus gratiis, donis, & virtutibus congruis instruxit, & Superioribus, ac peculiariter Reformatoribus, velut exemplar proposuit, sicut videre licet in opere, hac de re edito, per P. Hugonem à S. Francisco (d) undè pauca hîc delibantur. Imprimis fortitus fuit animam bonam, & spiritum, quo *omnibus omnia factus, ut omnes faceret salvos* (e) miris modis, & industriis se attemperabat variis hominum conditionibus: junioribus, & simplicioribus gratâ interlocutione proponebat exempla SS. Patrum in desertis: cum senioribus, & eruditis sermocinando, intermiscebat historias ex Scripturis sanctis, & Ecclesiasticis historiis. Ergà infirmos autem, velut charitativus medicus, & spiritûs, & corporis, utrique solicitè medelam impendebat: idque piâ hilaritate, memor Apostolici moniti (f) *Hilarem datorem diligit Deus:* imò & homo quilibet.

P. Philippus Theobaldus præcipuus instaurator Ord. Carm. in Francia:

(d) *Titulus libri est*: La conduite spirituel.

(e) 1. Cor. 9.

omnibus omnia factus,

(f) 2. Cor. 9.

3512. Cùm autem fundamentum spiritualis ædificij sit, & esse debeat in omnibus, præsertim Superioribus, exercitium juge Theologicarum virtutum fidei, spei, & charitatis, & illæ sint radices, undè in animam derivantur virtutes cæteræ, omneque bonum: & illæ perficiant intellectum, ac dirigant appetitum ad regulam, & mensuram rectam, nempe increatam, præcipuum, & summum ejus studium fuit in illis. In negotio Reformationis, tali fide vivâ, & constanti,

Theologicarum virtutum exercitator præcipuè:

Digitized by Google

constanti, ac firmâ fiduciâ procedebat, velut certus de successu, non obstantibus validis obstaculis: ita quidem, ut meritò de eo dici posset: *Invisibilem quasi videns sustinuit* (a) & in ipso adimpleta conspiceretur ista Dei promissio: *Spera in Domino, & fac bonitatem, & pascêris in divitiis ejus* (b) Fidei autem ac Spei effectus vivificabat charitas bipartita, suam dirigens intentionem ad Dei gloriam majorem, & proximorum salutem. Nec in solis desideriis, aut affectionibus sistebat charitas ejus; sed constanter ad actus excellentes prodibat, sic, ut juxtà istud S. Thomæ (c) *Amor operatur magna, & reputat parva: operatur multa, & reputat pauca: operatur diu, & reputat breve.* Charitatis autem effectus, & signa, patientia in adversis, benignitas ergà omnes, denudatio à sui ipsius quæsitione in suis actionibus.

(a) ad Heb. 11.
(b) Psal. 36.
(c) Opusc. 60.

istis cæteras adjunxit,

3513. Theologicis virtutibus cæteras superstruxit: quantùm quidem ad prudentiam in arduis negotiis, & in directione subditorum suorum, licèt à Deo virtute illâ singulariter decoratus esset, haud quaquàm sapiens in propriis oculis, pro diversitate temporis, locorum, & personarum, adhibuit scientiam Sanctorum prudentiam (d) Dei implorando auxilium, consiliumque: ac per circumspectionis studium, oculos mentis pervigiles habendo, atque maturè circumstantias omnes expendendo, & tùm, adhibitâ solicitudine, tùm fiducia successum divinæ dispositioni committendo. Vigor justitiæ in eo fervidus erat, sed non præceps: charitas, & zelus observantiam districtam urgebant: prudentia severitatem temperabat, in judicio, & virtute, ac fortitudine Spiritûs Domini. Virtutum præfatarum comites erant quoque temperantia, sobrietas, abstinentia, jejunium. Corpus suum severiori disciplinâ castigabat. Ex magna animi attentione, & reverentia, in sacrosanctæ Missæ Sacrificio ejus velut liquefactâ animâ, quandoque tantam lacrymarum vim profudit, ut eas vix temperare valens, sudariola madidaret. Venerabili P. Theobaldo Deus coadjutores in observantiæ instaurandæ zelo succensos providit Ven. P. Petrum Behourtium, qui inter varias tentationes, & contradictiones, Observantiæ strictioris in variis Conventibus fundamenta jecit. Inter cæteras ejus virtutes, singulariter resplendebat religio, & solicitudo ergà divinum Officium: quod ne ultimâ quidem vitæ nocte recitandum in diem transtulit, sicut de eo commemoratur in *Menologio Provinciæ Turonensis.* Adjutores in sancto illo instaurandæ strictioris observantiæ studio, fuerunt quoque V. P. Matthæus Pinaltus, Theobaldo veluti alter Eliseus, atque alij, de quibus in *Delineatione Observantiæ Carmelitarum Rhedonensis in Provincia Turonensi* (e) & potissimè V. Fr. Joannes a S. Samsone, de quo mox. In Aquitania sub idem tempus V. P. Joannes Tuaut, doctrinæ ac virtutis laude cumulatus, Provincialis Aquitaniæ, inibi præstitit idipsum, quod V. P. Theobaldus in Turonensi Provincia: qui quæ fecerit, & passus fuerit pro stabilienda Reformatione, commemoratur paucis à R. P. Leone à S. Joanne, in libro *Typus vestis religiosæ* (a). Iisdem, & sequentibus temporibus, etiam in ceteris Galliæ Provinciis, charismatum eorumdem meliorum æmulatores Divina providentia suscitavit.

(d) Prov. 9.
(e) cap. 7. & 8.
(a) Rat. 2. sect. 6.

3514. Fr. Joannes a S. Samsone veraciter unus ex eis, *parvulis*, de quibus Christus Dominus (b) *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis*: & ex istis, de quibus S. Apostolus (c). *Infirma mundi eligit Deus, ut confundat fortia, &c.* nam cœcus corpore, animo illuminatissimus, professione Laicus, mysticâ scientiâ princeps Theologus, & interiori lumine mirificè illustratus, præfato Ven. P. Theobaldo, & cæteris, ad instaurationem, & renovationem disciplinæ veteris Carmelitanæ director fuit, cujus consiliis, & institutionibus felicem habuit progressum pium & heroicum opus Reformationis, seu strictioris veteris observantiæ Carmelitanæ postliminio restauratæ: de cujus relaxatione, & causis, quædam jam paulò ante dicta, ubi de Ven. P. Theobaldo. Insuper, attestante vitæ ejus auctore, in Præfatione, *plus quàm centum tractatus de eminentiori vita spiritûs, mysticaque Theologia, doctissimè conscripsit: in quibus cùm mirabiles nobis arcanorum hujusmodi suas experientias, & altitudinem sui status aperuit: tùm multiformes Dei in animam suam emanationes, & eminentiora Spiritûs sancti charismata, vel invitus, vel certè suprà modum simplex (divinâ planè providentia) nec modicum suprà se reflexus, expressit.* Ista autem ejus de vita mystica sublimia opuscula, variis in locis typis edita, & nuper recusa, in duobus tomis, digna profectò, ut cum veneratione legantur à cunctis, qui meliorum charismatum æmulatores, ad internæ vitæ perfectionem aspirant.

(b) Matth. 25.
(c) 1. Cor. 1.

Ven. Fr. Ioannes à S. Samsone, Laicus, Theologus mysticus eximius:

libros plures sublimes, arcana doctrina dicta vit.

3515. Id confirmant testimonia omni exceptione majora, ante aliquot annos ad nos transmissa à R. P. Licinio à S. Scholastica, tunc Provinciali Turoniæ, ita scribente: *Quæ sequuntur elogia, & approbationes librorum dicti Ven. Fratris, Gallico idiomate conscribuntur: ea autem in Latinum transtuli, ut vos ab illo labore sublevarem: multa sunt alia; sed ista sunt illustriora, propter Episcopalem dignitatem*: sunt autem ista: Henricus de la Mothe-Houdancourt, Dei, et sanctæ Sedis Apostolicæ Gratia Episcopus Rhedonensis, *Regi ab omnibus Consiliis, Reginæque Augustissimæ supremus largitionum Præfectus, nec non Theologicæ Facultatis Doctor Parisiensis, Certiores facimus omnes, ad quos spectat, nos legisse, & examinasse librum, qui inscribitur:* Contemplationes, et soliloquia divina Ven. Fratris Joannis a S. Samsone, *quem planè conformem reperimus catholicæ Apostolicæ &*

Episcoporum testimonia de illis,

Digitized by Google

Romanæ fidei dogmatibus, plenum eximiis vitæ spiritualis sensibus, ac nobilissimis facinoribus. Has in materia vitæ adeò recondita & mystica quisque loquitur, ut experitur divini amoris iniculos; unde hoc opus plus admirationis sibi ex Auctoris optimis dotibus, & mentis excessibus, quam ex verbis sibi conciliat. Datum Rhedonis die 29. Decembris 1653. ROBERTUS, DEI, ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA EPISCOPUS DOLENSIS, *Regis Christianissimi ab omnibus Consiliis, declaramus præsentium tenore, nos legisse, non sine magna animi nostri admiratione, & lætitia, gratiæ, & virtutis prodigia, contenta in libris* VITÆ, ET CONTEMPLATIONUM VEN. FR. JOANNIS A S. SAMSONE: *nec non in alio, cui titulus est:* VERUS CARMELI GENIUS: & EPISTOLARUM SYNOPSI, *quibus in omnibus nihil rectæ fidei, & doctrinæ Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ non conforme reperimus. Cùm autem probus ille Religiosus fuerit Conventûs nostri Dolensis, Ordinis Carmelitarum alumnus, in quo & habitum suscepit, & Regulam professus est, tenerè nos existimamus, ob singularem honorem, quem ejus conversatione, ac familiari convictu nostra hac Dolensis urbs suscepit, ad reddendum hoc publicum testimonium beatæ ejus memoriæ: quòd videlicet per septem aut octo annos, quos hic transegit, tam feliciter animarum conversioni allaboravit, ut Illustriss. Prædecessor noster Antonius de Rivol, eximiæ pietatis Præsul, summa in veneratione eum haberet, sæpiùs visitaret, ac directionis spiritualis animæ suæ leges ab eo acciperet. Insuper attestamur hujus Religiosi Laici opinionem sanctitatis ab ejus obitu, in hoc Dolensi territorio adeò percrebuisse, ut à benè multis invocetur, ob eximias virtutes, ac Dei dona, quæ in eo claruerunt: quorum omnium hic liber testis est idoneus, aliaque ejus opera, quæ propterea luce digna reputamus.* FRANCISCUS, *Episcopus de Killalla in Hibernia,* pro fide catholica exul à patria, Rhedonis in minore Britannia degens consimile dedit testimonium, videlicet: *Opera spiritualia, & mystica divini contemplativi Ven. Fratris Ioannis à S. Samsone, Religiosi Carmelitæ, Laici, plena esse cœlestis sapientiæ, & mysticæ Theologiæ documentis, quorum lectio opinionem de ejus sanctitate olim conceptam confirmat.*

& fama sanctitatis ejus,

Doctorum Theologorum judicia:

3516. Hinc meritò Doctores in approbatione opusculorum ejus, sic de illis suum exprimunt judicium: *Idem sentiendum de Venerabili Fratre à S. Samsone, Laico, cæco ab incunabilis, quod S. Hieronymus de Didimo Alexandrino cæco ab infantia, suum videntem appellans... Vitæ sanctissimæ exemplo, & mystici hujus libri ductu animas evehit, ut in illo Iesu Christi eminenti scientiâ instruantur, & in altero divinæ sapientiæ & amoris splendoribus, & ignibus illustrentur, & ardeant: hunc enim in illa crucis palæstra cum Apostolis, & primis eremi ascetis, & in hoc gloriæ transeuntis theatro, imò in empyreo inter Cherubim & Seraphim edoctum, & quæ gessit, & quæ scripsit, certissimè suadent. ... Liber, qui de abnegatione, de morte mystica, quâ nobis ipsis morimur, de heroica praxi virtutum in theorematis: & de flammis divini amoris: de aspiratione, & de consummatione animæ amantis in opusculis, adeò sublimia enunciat, facilem, & compendiosum ad geminum illum & crucis & gloriæ statum, aditum indicant & pandunt.* Sed quæ mystagogi istius & verè Theodocti sunt ascetica Theologiæ mysticæ opuscula? Primum est, *Tractatus* 1. *Speculum & flammæ divini amoris: quibus disponitur anima ad Deum in se ipso amandum... Ad postulationem Illustrissimi Domini Antonij de Revol, olim Episcopi & Comitis Dolensis, in Britannia minori. Tractatus mysticus de alta Sacerdotum dignitate. De infinita Dei excellentia, & quanti eam homines facere debent. Causa spiritualis hominum ruinæ: & quomodò dignoscere quis possit suum ad perfectionem profectum. Directoria eorum, qui ægrotantibus assistunt. De studiis scientiarum. Directorium perfecti Confessarij. Tractatus de frequenti Communione. Directorium Superiorum Religiosorum. Directio spiritualis Novitiorum, & Professorum Carmelitarum Provinciæ Turoniæ. Regula conversationis religiosæ. Praxis spiritualis, dirigens animas usque ad perfectam cum Deo unionem.* Tractatus similes alios dictavit plurimos & ex illis primùm in lucem prodierunt Theoremata, Effata, & Documenta spiritualia, de exercitiis præcipuarum virtutum, & pro instructione Superiorum, Sacerdotum, & quorumvis aliorum.

Tractatus aliquot, quos dictavit,

3517. Piæ, & Sanctæ vitæ ejus testimonium publicum, conformè prædictis etiam hoc à se pariter è Gallico Latinè redditum, tunc transmisit præfatus R. P. Provincialis: *Nos Marcus Le Duc, Regi à Consiliis: nec non supremæ Curiæ Iudiciariæ Britannicæ Præses infulatus, Notum facimus omnibus, quorum interest, quòd ad majorem Dei gloriam, nec non populi Christiani ædificationem cedat: Nos, dum Regij Cognitoris officio in eodem Parlamento fungeremur, vidisse Venerabilem Fratrem Ioannem à S. Samsone, cœcum Laicum professum, Conventûs Carmelitarum Rhedonensis, ejusque familiari convictu potitos diu fuisse. Vir erat, communi populariorum suffragio, vitæ sanctimoniâ præclarus, virtutis spectatæ, austeritatis indefessæ, orationis, & contemplationis singularis, & sublimioris. Personarum fide dignissimarum testimonio didicimus, ipsum suis orationibus plurimos à febrium ardoribus, aliorumque morborum vexatione liberasse. Vix ullus est in toto Dolensi Territorio, qui non singularis ejus pietatis, ac beneficentiæ fructus, dum in eo degeret, non sit consecutus: ac postmodum, cùm in hac totius Britanniæ minoris principe urbe, Deo duce advenit, testes sumus oculati, cum aliis plurimis illustrioris notæ civibus, rarâ ejus admodùm modestiæ, silentij exactissimi, ac profundæ humilitatis. Illustrissimi Domini Episcopi Nannetenses, Rhedonenses, Dolenses, Maclonienses, Briocenses, pro sancto illum habuêre, ac ejus consuetudine, ceu hominis verè divini, utebantur, sublimiores ejus spirituales intuitus demirantes, nec non ejus virtutum exemplis proficientes. Nostros animos piis suis colloquiis, ac divinis affectibus, sed longè efficaciùs suâ modestiâ, & humilitate delinivit. Pòst felicem & pretiosum ante Deum ejus obitum, multi ad ejus tumulũ ægri sanitatem recuperârunt, quam inutiliter naturalibus*

Testimonium Præsidis Curiæ supremæ judiciariæ, Britannicæ,

de ejus spectata virtute, & vitæ sanctimonia:

Episcopi plures eum vel tus hominem divinum admirantes:

ad ejus tumulum ægri sanitatem recuperarunt

hinc Præses præfata Curia tumbam marmoream fieri curavit.

naturalibus remediis sibi procurare studuerant. Hujus rei monumentum locuples est marmorea tumba, quam voto nuncupato Præses unus supremæ hujus Curiæ, sepulchrali ejus loculo apponi jussit anno 1637. Quorum omnium Fide, præsentes manûs nostræ signo, & gentilitio insigni munivimus Rhedonis 6. Augusti anni 1650. Signatum erat: *Marcus le Duc.*

3518. In conversatione, & praxi vitæ ejus relucent peculiariter zelus ardens divini honoris, temperatus magnâ prudentiâ, & discretione: exercitia ejus erant jugis Dei præsentia, oratio, & contemplatio sublimis, mortificatio sui, & austeritas: in illis omnibus resplendebant virginalis castitas, obedientia exacta, generosa paupertas, viva fides, spes firma, charitas perfecta erga Deum, & salutem animarum, & quidquid Carmelitam perfectum reddere potest in vero & duplici spiritu Eliæ, consistente in mortificatione, ac denudatione ab omni eo, quod Deus non est, aut ad Deum non manuducit, atque in jugi oratione. Ista quasi in speculo perspicere licet, tùm in ejus operibus, illo spiritu animatis, & sic ab eo dictatis; tùm in historia vitæ ejus, conscripta Gallicè à P. Donatiano à S. Nicolao, & Latinitate donata à P. Mathurino à S. Anna.

3519. Cùm ratio compendij non sinat de singulis ejus virtutibus singulatim sermonem diffundere, duæ tamen, quæ eminenter in eo refulserunt, haud prætermittendæ, videlicèt religio, pietas, fervor, & ardor devotionis erga sacerrimum Sacramentum Eucharistiæ; etenim expertus ipse in se fuit, id ab ipsa incarnata veritate nobis traditum: *Ignem veni mittere in terram*, maximè compleri in hoc augustissimo Sacramento, utique hujus ignis centro, ex quo dignè & fervenţer illud recipientes, fervores, ardores, & divinæ conflagrationis æstus concipiunt. Undè & ejus tanto tenebatur desiderio, tam ardenti studio, sensu, & affectu ferebatur, ut in has, & similes erumperet voces: *O bone Iesu, tuus est ignis, qui accensus est in terra, & cujus flamma super omnes cœlos ascendit, rapiens omnes beatos, & homines intimos tuos amicos; siquidem hi tum tua persona, & Majestate accipiunt omnem tuum ignem, ut ita loquar, omnem tuum amorem, omne tuum bonum, & omnia tua dona. Ideò quò magis te comedimus, ô amor meus, & vita mea, eò majorem tui famem, & sitim patimur! hosque abundantiùs reples, & satias infinitis tuis deliciis.* Dicebat, se unicam sacram communionem, fervenţer factam, præferre omnibus Dei gratiis, & donis, extrà eam receptis. Ex hac sacra mensa ardens amore, & quasi amorem spirans, cum mira sensuum, affectuum, & luminum copia, spiritualia documenta, & mysticos tractatus dictare solebat. Hinc etiam velut fidelissimus Christi æmulator, in omnibus ejus virtutibus se illi conformare satagebat, & quidem peculiariter in cruce ferenda, dicere solebat, tria se habere in hoc mundo, in quibus ultrò requiesceret, & jugiter commoraretur, crucem scilicet, amorem, & mortem: afferens tamen amanti animæ, tria hæc, esse unum; utique intelligens crucem, & mortem, suum esse amorem: crucem, & amorem, suam esse mortem, & amorem ac mortem, suam esse crucem. Itaque præ omnibus mundi hujus delectabilibus, crucem dilexit: nec est concipere, quàm tenerè, & amabiliter de manu Dei, & numquàm de alia, susciperet, quæcumque illi à quacumque creatura pati conveniebat. *Invitamur*, inquit in suo de tribulatione tractatu, *suademur, & vehementer excitamur, ad prosequendas cruces, & amabiles crucifixiones, acerrimâ, & efficacissimâ Salvatoris nostri instantiâ, qui non solùm nos ad id, in, quæ pro nobis passus est, accendit: sed etiam potenter, & necessariò cogit, tam suavi (tamen amabili, & internâ) libertate, ut nil desideremus, amemus, & acceptemus tam amorosè, & suaviter, quam crucem*, & passiones. Hujus ergò veritatis altissimè cordi ipsius infixæ luce collustratus, crucem anteponebat eminentioribus luminibus, & sublimioribus emanationibus, quæ ipsi à Deo in contemplationibus suis possent infundi. Tanta fuit animi ejus constantia, & in doloribus patientia adusque vitæ finem, ut in ultima infirmitate, in ipsis ardoribus febris, cum intùs vehementer exurentis, & acerrimis cùm in capite, tùm in toto corpore, doloribus affligentis, nunquàm visus sit, in hanc, aut illam partem se vertere, ut levamentum aliquod quæreret, aut requiem: sed omnem omnis generis, ex tanta ægritudine molestiam, & omne manus Dei pondus, inconcussâ corporis & spiritûs fortitudine sustinuisse. Propterea ipse se habebat apud omnes, quasi omninò nihil pateretur, ut scilicet doloribus suis nemo compateretur: naturaque omni orbata solatio, prius in se (& quidem crudeliùs, quàm ipse) moreretur. In hac omnimodâ desertione dixit cùidam è nostris, mirabilius nihil esse animâ, ad divini sui Solis radios se paulatim consumente, & omne creaturarum subsidium, auxiliumque respuente. Talis fuit hic ipse Venerabilis Frater Joannes à S. Sampsone, quem veluti *Christo confixum cruci*, festo exaltationis S. Crucis, à Cruce exaltatum fuisse ad gloriam, persuadent hactenùs dicta, & quæ sequuntur.

Vita ejus extat in opere de Sanctis Britanniæ.

3520. Vita ejus extat in opere, Gallico idiomate conscripto, *De vita, gestis, obitu, & miraculis Sanctorum Britanniæ Armoricæ, per P. Albertum Le Grand, Ordinis Prædicatorum, Conventûs Rhedonensis*: habetur autem paginâ 676. & sequentibus, secundæ editionis factæ Rhedonis anno MDCLIX. Titulus Vitæ iste est: *Vita Venerabilis Fratris Ioannis à S. Sampsone, cæci ab incunabilis, Religiosi Carmelitæ, observantiæ Rhedonensis: qui decessit in odore sanctitatis die XIV. Septembris, anno MDC. XXXVI.* Initium vitæ hoc est. *Venerabilis Frater Ioannes à S. Sampsone natus est mundo, in urbe Archiepiscopali Senonensi, die 29. Decembris anni 1571. ast secunda, & potior nativitas fuit in Conventu Delensi, Ordinis Carmelitarum. Vitam*

Obiit an. 1636. die 14. Sept.

duxit

duxit tàm admirabilem, & sanctam, ut confidenter dixerimus, haud prætermittendam vitam tam illustris Carmelitæ, ex præstantioribus ornamentis hujus sæculi, in hac Provincia. Inter beneficia varia relata ab illis, qui ejus confisi meritis, se Deo commendârunt, in Vita ejus hæc referuntur: Dominus des Loges Præsidens supremi Armoricæ tribunalis, postea à statu laico ad Clericalem Sacerdotij evectus, ibique insignis virtute, & singularis meritis, anno 1637. gravi morbo correptus, in summa senectute, à Medicis derelictus est, & ab omnibus desperatus, facto voto, de Missa novem diebus celebranda in Sacello, ubi corpus F. Joannis quiescit, & de sepulchro illius tumbâ marmoreâ exornando, ex tempore melius habere cœpit, & brevi perfectam adeptus est sanitatem, ac voto satisfecit. Puer balbus à parentibus sepulchro Fratris addictus, post novem celebratas in ædicula sacra, in qua quiescit, Missas, expeditum linguæ usum accepit. Nobilis Domina, filia Equitis Petri de Caradeu Domini de la Chalotaye primi Comitis Rabuli Rhedonensis, febre laborans, appendit ad collum suum numisma, quod perfunctus F. Joannes vivens semper deferebat, confidens, se meritis ejus, ex Dei misericordia, sanitatem consecuturam: quo facto, nullo deinceps febris æstu correpta, prorsùs sanata est.

3521. EPITAPHIUM. *Hac sub marmore quiescit Venerabilis Frater Ioannes à S. Samsone, Carmelita Reformatus, Laicus: observantiæ Rhedonensis, verè cœcus illuminatissimus, quâ sapientiùs, aut fusiùs hoc sæculo scripsit nemo de rebus mysticis, & vera contemplatione.*

Vitam duxit
Austeritate, & laboribus asperam,
Cœlestium contemplatione suavem:
Dæmonum continuo conflictu horribilem,
Angelorum consortio jucundissimam,
Humilitate ad ima depressum,
Ardore Seraphico in Deum transformatum.
Quotidianâ Synaxi refectus, pabulum cœleste casto pectore fovebat etiam ad sex horas inconsumptum, nativo calore in amorem conversò.

Quid plura?
In vita sua fecit monstra: in morte mirabilia operatus est: quæ si lingua mortalium fileant, istius saxa sepulchri perpetuò loquentur.

Siste itaque, viator:
Et, si me amas, hic Deum adora in suis gloriosum.
Obiit in Carmelo Rhedonensi vir verè mundo crucifixus, in festo Exaltationis S. Crucis 14. Septembris 1636.

3522. P. DOMINICUS A S. ALBERTO, præfati Ven. Fr. Joannis à S. Samsone discipulus, doctrinam sui magistri studuit perfectè assequi, & exempla virtutum æmulari, in eodem spiritu abnegationis sui, & mortificationis, orationis, meditationis, & sublimis contemplationis. Vitæ ejus epitome inserta est historiæ Vitæ ipsius Ven. Fratris Joannis à S. Samsone, atque etiam præfixa insigni opusculo, cui titulus est: *Exercitia spiritualia Fratrum, tam Novitiorum, quam Professorum, in nostro Carmeli Rhedonensis Novitiatu degentium.* Auctore R. P. Dominico à S. Alberto, *Observantiæ Rhedonensis quondàm Vicario Provinciali.* Ubi, inter alia, ista: [Armoricus fuit natione, patriâ Filgerienſis: humanioribus studiis confectis, vix annum ætatis decimum quintum supergressus, Beatissimæ Virgini Mariæ in ejus Carmeli Ordine se dicavit. Nonnihil puerilis ætatis eo adhuc retinente, per aliquot menses de illius perseverantia dubitatum fuit. Patienter tunc egit sapientissimus Novitiorum Magister R. P. Matthæus Pinaldus, rarum nescio quid & eximium in adolescentia præsentiens, ac præsagiens. Quâdam die acri Superioris correptione stimulatus, ad altare B. Virginis lacrymabundus pergit, coram sanctissima ejus, ac S. Josephi imagine, in fletus cum punctionis largè, abundanterque effusus, verè, & ex animo se puerilia omninò depositurum spopondit: Dixi, inquit, Domine, nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi. Nec deinceps vel tantillum deflexit à proposito, anteactam vitam, veteremque hominem sic efficaciter, veluti sepulchro æternæ oblivionis tradens, ut ad præscriptum Apostoli, nullo usquàm modo carni acquieverit, aut sanguini. Nihil in gestu incompositum, in verbo leve nihil, in omni conversatione sua de repente omnium Fratrum exemplar effectus est. Cellæ, & solitudinis amantissimus, lectioni librorum spiritualium, sed magis orationi incumbebat. Sacræ Scripturæ, ac præcipuè D. Pauli Epistolarum erat studiosissimus, utpotè quas ex abundantia cordis, semper habebat in ore. Illam verò sic reverebatur, ut nonnisi genuflexus, ac detecto capite, perlegeret. Aliquot annos circa Novitios in ceremoniis, officiisque edocendos fuit occupatus: vixque est credibile, quantùm spiritualis emolumenti ex piis ac familiaribus colloquiis Fratres eo tempore perceperint. Rhedonas è Conventu Dolensi circà hæc tempora, vocatus fuit ex obedientia cœcus illuminatissimus Ven. Frater Joannes à S. Samsone: è cujus ore, velut ab inexhausto sapientiæ fonte manantia, cùm primum sacra verba audivit, totum se commisit ejus disciplinæ: ac tantum eo doctore profecit, quantùm mysticæ illius elucubrationes postea demonstrârunt.

ipse acrè correptus fuit mutatio dexteræ Excelsi.

3523. Importunis contra castitatem tentationibus aliquando vexatus, adeò intùs affligebatur (quippè istam, præ omnibus, virtutem tenerrimè diligebat, fovebatque sollicitè) ut ad pravos ejusmodi motus edomandos, variè corpusculum exrucuiaret, ac nisi aliter juberet Deus, credo, morti libentissimè tradidisset. Indicium esto, quòd alimentum ei subtrahens, fame penè consumptus, & præ nimia abstinentia, compressis dentibus, etiam stomachus cibum non admitteret. Cæterùm non mysticâ solùm Theologiâ, sed & scholasticâ deinceps enituit, utpotè quam, ex officio, in publicis scholis ad Fratres fuerit professus: licèt multùm

Virtutes ad quas ejus præcipuæ:

P. Dominicus à S. Alberto præfati V. Ioan. discipulus, & æmulator.

multum conqueretur, de illatis sacræ contemplationis quieti, per phantasmata, variasque species, impedimentis. Interim magnam noctis partem in oratione transigebat. Quoties de nocte evigilabat, protinùs de strato exiliens in genua, Deum pronus adorabat. Divini honoris zelantissimus, charitate ad Fratres mellifluus, juniorum maximè educationi assiduam impendens operam; cùm probè nosset, ad tuendam, augendam, roborandamque Reformationem, in Novitiatu, & Seminariis, tamquàm in radice totius boni, vel mali, præcipuas Superiorum curas esse collocandas. Mortificationi sic erat addictus, ut hoc verbum in ore semper haberet, servaretque in opere: *Quotidiè morior.* Quippè in nullo sibi indulgebat, ita ut ad oscitantiam si fortè aliquando provocatus, eam sibi non permitteret, satagens acediam vel in hoc propellere. Vultus illi semper modestissimè hilaris, ac subridens, nec ullo umquàm tristitiæ nubilo offuscatus. Tandem Prior Conventûs Nannetensis, quamvis renitens, creatus, circà triennij medium, in morbum incidit, quo & mortuus est. Ea porrò mortis præmaturæ causa fuit, quòd ulcus in hæmorrhoidalibus venis lethale, præ castissimo pudore, subaperire noluerit. Paulò ante obitum, porrectam sibi, ex insciția fratris ei advigilantis, amarissimam de absynthio, & camomilla confectam potionem, loco ptisanæ, totam usquè ad fæces epotavit. Cumque posteà de hoc reprehenderetur ab Infirmario (qui tunc aliquantulum quiescebat, & expergefactus, rem advertit) *Mi Frater*, inquit, *calicem, quem dedit mihi Deus, non volebas, ut biberem illum? Nisi id Deus à me voluisset, offerri non permisisset.* Additque, si unquam Religioso debet esse mortificatio in commendatione, maximè in morte; utpotè qui sit rationi Deo reddendæ de tota sua vita propinquior, judicemque suum tunc æquum sit, sibi propitium facere. Obiit vir Dei, æternâ memoriâ dignus, anno ætatis suæ 38. post Christum natum 1634. die 24. Januarij. Post ejus obitum, spiritualis ejus Magister Ven. Fr. Joannes à S. Samsone hoc enuntiavit testimonium: *Se vix credere, puriorem fuisse in Ecclesiâ sanctitatem, quam in defuncto Patre Dominico agnoverat.* In Menologio Provinciæ Carmelitanæ Turonensis, hæc de ipso leguntur: *Ven. P. Dominicus à S. Alberto, nativi geny Carmelitici strenuus æmulator, doctrinâ pietatem exornavit, & pietate doctrinam vivificavit. Moribus, pietate, eruditione, indole eximius, nondum quadragenarius, evolavit, cum odore sanctitatis, Prior in Carmelo Nannetensi.* Epitaphij loco, sequitur:

in ultima infirmitate loco ptisanæ potionem amarissimam oblatam sumsit, & ebibit:

obiit an. 1634 24. Jan.

elogia quædam ejus.

Integer hôc tumulo clausus si corpore mansit,
Integrum servat virginitatis honos.
Si cinis est, nil mirum; qui fuit ignis amore
Divino exustus, debuit esse cinis.

3524. In aliis Galliæ Provinciis, etiam præfatis, in decore virtutum compares, aut supparas, claruisse, hôc, & anterioribus sæculis, haud dubium; licèt eorum ad nos notitia non devenerit, ut ipsorum memoria, virtutumque exempla hîc intexantur: neque, ut subindè reciprocatum est, hujus loci intentum est, omnia omnium Provinciarum splendifera astra, virtutibus singulariter micantia, proponere, sed præcipua dumtaxat, & notiora. Quemadmodum autem Gallia plures protulit Carmelitici Ordinis, sanctimoniâ, & doctrinâ insignes; ita etiam Burgundia fœcunda extitit parens, nutrix, & altrix præstantioris pietatis, & eruditionis. De præclaris viris, Doctoribus Parisiensibus, Episcopis, Laurentio Burello, nato in Burgundiæ vículo *Liénais*, & Divione Ordini Carmeli aggregato, Jacobo Maistret, orto *Iuliaci* (Burgundiæ pagus est) & ipsius, ex sorore, nepote Roberto Berthelot, videri poterit libro præcedenti, in Catalogo Episcoporum, suo ordine, in serie Alphabetica (a). De Desiderio Buffeto, Divionensi professione, Doctore Theologo Parisiensi, iteratis vicibus Provinciali Narbonæ, & Vicario Generali per Galliam, insigni Ecclesiæ pugile contra hæreticos, quos cominùs, & eminùs expugnavit (ut scribit Dominicus Gravina) sermo etiam fuit hîc suprà (b): de quibus, & aliis Burgundis luculentior tractatus paratur à R. P. Andrea à S. Nicolao, Provinciæ Narbonæ itidem Doctore Theologo, de quo aliquoties in antecedentibus (c).

in Burgundia virtute splendore conspicui.

(a) n. 3255. & 3302. & 3347.

(b) n. 3407.

(c) n. 2074. & 3255.

SERTVM V.

In Germania, Polonia, & Leodiensi Principatu, exemplaris pietatis laude præcellentes.

3525. Germaniæ, seu Allemaniæ Provincia olim complectebatur Conventus omnes sitos in Germania, & vicinis regionibus: deinde divisa fuit in duas, Allemaniæ inferioris, & Germaniæ Superioris. Posteà ex Conventibus sitis in Saxonia, erecta est Provincia Saxoniæ: & ex Conventibus ulterioribus erectæ fuerunt Provinciæ Daciæ, Bohemiæ, & Poloniæ. Seculo superiore Provinciæ illæ omnes, partim per Turcas, partim per hæreticos ingentem cladem passæ sunt: & quidem Provinciæ Daciæ, & Saxoniæ omninò interierunt; sic ut earum nullum supersit vestigium, sed dumtaxat memoria in libro generali Ordinis, in Actis Capitulorum Generalium, & in Annalibus, ac in monumentis aliquibus perpaucis. In Hungaria Conventus Budensis, Præbidiensis, Epperiensis, Quinque-Ecclesiensis, & alij à Turcis occupati sunt: Conventus plures etiam in utraque Germaniæ Provincia, aut diruti, aut expilati fuerunt: atque ita monumenta antiqua, & memoriæ virorum illustrium interierunt; hinc paucorum dumtaxat, apud varios Scriptores, aut in monumentis nonnullis conservata memoria hîc traditur.

Germaniæ Provincia olim latissima,

deindè divisa in plures,

cladem magnam postea passa.

Digitized by Google

S. Theodoricus,

3526. De sancto, seu beato THEODORICO actum est hîc suprà, ad diem 15. Octobris, quô à Joanne Molano commemoratur in Additionibus ad Usuardi Martyrologium. Vitam ejus compendiosè tradidit Joannes Palæonydorus in *Fasciculo tripartito*, & prolixius Joannes Grossi, in *Viridario* de sanctis Ordinis hujus: ubi hoc est initium: *S. Theodoricus, natione Allemanus: Hic demans carnem suam quotidiè suprà nudum ferream portavit loricam. Vndè,*

corpus suum ferreâ loricâ

Carnetenùs ferrum portans diu, vanaque sprevit,
Cordetenùs sanctum tandem lux cœlica plevit.

Miracula plura, per eum patrata in vita, & pòst obitum, ad ejus invocationem, ibi consequenter referuntur. Venerandæ memoriæ RADULPHUS (nonnullis Rudolphus) ALLEMANUS, in Annalibus, & historiis Ordinis vocatus *vir religiosissimus, & per omnia venerandus*, orationi, contemplationi, & vitæ solitariæ singulariter addictus, Prior Generalis VIII. electus Parisiis in Capitulo Generali, festo Penthecostes, an. Chr. 1270. Religioni amplificandæ, & fovendæ regulari observantiæ, pro viribus studuit. At vitæ contemplativæ amore attractus, exemplo sui prædecessoris Nicolai, officio Generalatûs se abdicavit tertio anno, & ad Eremiticum Conventum, propè Alnewicum, in Anglia, secessit: ubi reliquum vitæ exegit, & ibidem in Domino quievit. Sub initium seculi sequentis, sicut Doctrinæ, ita & pietatis exemplis claruit SIBERTUS DE BEKE, natione Gelriensis, sed habitatione Colonienſis, & alibi in Germania: *conversatione præclarus, & cultor sui Ordinis devotissimus: rerum cœlestium contemplationi impensè deditus*, deprædicatur à Trithemio, & aliis. Provincialis utriusque Allemaniæ electus fuit an. 1317. Provincialatûs anno 15. obiit Coloniæ anno salutis 1332. ibidem sepultus ante aram majorem. De ejus eruditione, & scriptis quædam dicta sunt hîc suprà (a).

Radulphus Generalis VIII. vir religiosissimus.

Sibertus de Beke pietate præclarus.

(a) n. 3012.

Conradus ab Arnsbergh virtute insignis,

3527. CONRADUS DE ARNSBERGH, filius Comitis de Arnsbergh, ob doctrinam, & prudentiam pariter, & pietatem, assumptus Episcopus Venecoponensis, & Vicarius Generalis Archiepiscopatûs Colonienſis. Inter cæteras virtutes, peculiariter effulsit in devotione ergà Beatissimam Virginem Mariam, & ejus immaculatam Conceptionem, prout latius hîc suprà (b). Ad alteram vitam transiit an. 1433. die 31. Julij. THEODORICUS AB AQUIS, ex nobili stirpe Baronum de Lutzenrath, Carmeli Ordinem eodem ferè tempore, & aliquantò post, illustrâvit doctrinâ, & virtutibus; hinc evocatus fuit ad regimen Provinciæ Narbonæ, electus in Capitulo Generali Avenionensi anno 1451. & deindè consequenter quarto reelectus, præfuitque Provinciæ isti usque ad annum 1463. quô pro quinta vice electus, aliquamdiu post animam Deo reddidit, sicut traditur in *Historia*, seu *Descriptione Provinciæ Narbonæ Ordinis Carmelitarum*, per P. Ludovicum Jacob à sancto Carolo, Burgundum, ejusdem Provinciæ alumnum.

(b) n. 3191.

Ioannes de Hildesheim,

3528. P. JOANNES DE HILDESHEIM, *Beati Petri Thomæ, viri sanctissimi familiaris, & devotus minister*, ut scribit Trithemius (a) ejus quoque virtutum æmulator fuit: & quidem sicut S. Petrus Thomas Pacificator fuit Regum, ac Principum, ita quoque hic Joannes: inter Episcopum Hildesiensem, & Duces Brunswicenses dissidentes, sicut refert Reverendissimus Dom. Gaspar Munsterus, in libro, quem vocat *Saxonia*, ubi agens de Conventu Mariænawensi, & de viris, pietate, ac doctrinâ conspicuis, qui in eo claruerunt, hæc de Joanne scribit: [Quòd Beato Petro Thomæ Patriarchæ Constantinopolitano Fraternâ, ac spirituali societate conjunctus fuerit. Quòd anno 1366. Romam profectus fuerit, indè redux, in Conventu suo nativo Mariænawensi Prioratûs officio laudabiliter functus fuerit, concionibus popularibus operam dederit, multos libros conscripserit, & ediderit. Inter Episcopum Hildesiensem, & Duces Brunswicenses dissidentes, pacis reconciliator fuerit, eamque inter eosdem firmam conservaverit: tandem anno 1375. piè in Domino obierit, sepultus in choro, ad dexteram Dom. Comitis de Gleihem, Fundatoris Conventûs, cum hoc epitaphio, & inscriptione, in lapide sepulchrali: *Hoc sub saxo requiescunt ossa, in cœlo autem spiritus, Ven. P. Fr. Ioannis de Hildesheim, tertij hujus Conventûs vigilantissimi Prioris, defuncti anno 1375. die 5. Maji*:] quod epitaphium se vidisse, & lapide à sordibus, & pulveribus expurgato, legisse, & descripsisse fatetur propriâ suâ manu præfatus Dom. Gasparus Munsterus in dicto libro, paginâ 29.

(a) libro de Scrip. Eccl.

pietate & doctrinâ conspicuus,

magno in pretio apud Principes.

3529. In pretio, & auctoritate fuit apud Principes, & magnos Prælatos, quos etiam quandoque magna cum libertate, ex zelo, discretione, & urbanitate condito, de defectibus monuit, sicut habetur ex libro Epistolarum ipsius ad alios, aliorumque ad ipsum. Liber ille extat in Carmelo Colonienſi: ut indè aliqua delibentur, *Epistola* prima & plures aliæ, sunt ad Dom. Joannem Olomucensem Episcopum, Imperatoris Caroli V. Cancellarium: & hujus ad Joannem nostrum, quem Antistes ille nuncupat *Decus orbis, & Lumen Ecclesiæ, in quem facundia Romana spem peculiarem reposuit* (b). Ita quoque vir illustris Dom. Stephanus de Columna miram Joannis facundiam, eloquentiam, & pietatem commendans, sic suas ad eum litteras concludit (c): *Vale, vir sancte, decusque Religionis professe.* EPISTOLA XIII. & tres sequentes sunt ad Dom. Lucam de Penna, Summi Pontificis Secretarium. EPISTOLA XVI. insinuat, se ab eodem Luca de Penna, ad Summi Pontificis Urbani V. notitiam fuisse perductum. EPISTOLA XXVII. est ad Dom. Godefridum Comitem in Ciegenheim, quem instruit: *Quis meritò debeat dominari populis.*

(b) epist. 1.

(c) epist. 6. & 8.

EPISTOLA

Epistola XXII. est ad Dom. Henricum Comitem de Harlemont, quem de variis instruit. Epistola XXVIII. graviter Superiorem quemdam hortatur, de erroribus quibusdam corrigendis. Epistola XXIX. Albertum Episcopum Halberstadiensem confidenter monet de nonnullis defectibus. Epistola XXX. et XXXIV. sunt ad D. Martinum de Praga, Vicarium Generalem Episcopi Argentinensis: quem gravi rationum, & sententiarum pondere reprehendit, quòd *magis invigilet exagitandis Religiosis Mendicantibus, jurisdictioni suæ minimè subjectis, quam Clericorum secularium pravis moribus reformandis.* Aliquot etiam alias scripsit epistolas luculentas, in defensionem Ordinum Mendicantium, impetitorum ab Armachanistis, cavillantibus Paupertatem Ordinum Mendicantium: in una earum, hæc scribit: *Pernitiosum dogma, quamdiu vixero, persequi non cessabo. Constat enim mihi, quanta discrimina indè sequuntur. Non oporteret Religiones, præcipuè pauperes, & voluntariam paupertatem plus in cordibus hominum vilipendere; nimis enim omnia sunt exosa. Olim, testibus chronicis, mihi, præ cæteris, notis, allegatum fuit in Senatu Romano quòd Jesus Christus Deificari non deberet, quia paupertatem docuit, quam quilibet, ut aiebant, exhortes. Si tale dogma radicaretur in cordibus omnium, nullus amodò Religiones utriusque sexûs intraret. Imò de his, qui de facto sunt, plures apostatarent. Hoc sapit apostaticum dogma . . . & hæc esset optima dispositio pro Antichristo veniente: vellet enim, quòd non inveniret tales, quales sunt in Ordinibus, quia tunc haberet paucos resistentes.*

Ordinum Mendicantium paupertatem impugnatam strenuè defendit.

3530. Epistola XXXI. est ad D. Joannem Corvum Decanum Hildesheimensem, omnia relinquere, & se totaliter Deo consecrare desiderantem in Carmeli Ordine: quem (inter alias) his animat rationibus. *Eximium est, & omni perfectione plenissimum, facere divinissimam eleemosynam de se toto, suisque pariter universis. Sic enim primùm Creatori digne solvitur quod debetur, juxtà modum loquendi cujusdam, sic dicentis:*

Christe, tuus, tua, te, gratis percepimus à te,
Ergo meos, mea, me, meritò nunc exigis à me.

exhortatio ad strictam religionem.

Et ne propositum istud diu differat, sic eum exstimulat:

Me non subsannes, ego, tu, sumus ambo Joannes:
Corvum te novi cognomine; denique vovi
Protinùs altivolam, niveam, sine felle columbam
Cernere, cras corvi fuge, da mihi cum sua cor vi:
Nec sibi det cor va, fuge noxia singula, Corve.

vocatio ad eum non diu differendo.

XXXII. est ad D. Hernberg, Camerarium Moguntinum, quem utpote Fabricis illustribus erigendis deditum, de hoc quidem magnificè deprædicat; hortatur tamen, *ut non obliviscatur sibi congruam in cœlis fabricare mansionem.* XXXV. Romæ scripta est ad Dom. Olomucensem Episcopum, Caroli IV. Commissarium, cui, inter alia, scribit, se à Summo Pontifice invitatum ad prandium, & diversis dotatum opusculis, quorum occasione, longam coram Pontifice habuit disputationem. XXXVI. est hortatoria ad Gregorium XI. Summum Pontificem. XXXVIII. ad Carolum IV. Imperatorem, *contra stelliferos, qui erant seditiosi, & sub Duce quodam conjurati, milites, qui sine miseratione, miseros insanos excruciabant, combustis, cœmeteria, templa simul, & altaria violabant.* LXII. & LXXVII. sunt ad D. Joannem Culmensem Episcopum, quem in gravi persecutione adversariorum, & calumniantium constitutum, hortatur (pro remedio) ad Deo in tribulatione laudes canendas, & consolatur ex eo, quòd plerumque.

Summa petit livor, perflant altissima venti.

3531. Meritò etiam hic commemorandi sunt Dogmatum Ecclesiæ Defensores, & pugiles, Conventûs Pragensis in Bohemia, quorum mentio fit *in Concilio Constantiensi, sessione 24. & sess. 21.* in sermone Episcopi Laudensis, habito anno 1416. die 30. Maji, ubi ista adversùs Hieronymum illum proclamata fuerunt: *Quid in sanctorum virorum de Praga Carmelitarum innocentia, quorum Prædicatorem cepisti, & monasterium expoliasti, culpæ reperisti?* Causa cur specialiter in Ordinem Carmelitarum furor eorum desæverit, fuisse videtur, quòd Thomas Waldensis, Alanus de Linna, aliique ex eo viri doctissimi, falsis illorum dogmatibus antagonistas fortissimos se opponerent. Præcipuus inter eos fuit Ven. P. Nicolaus Concionator, quem hæreticus ille Hieronymus, quia damnationem articulorum Joannis Wicleff comprobasset, manu violentâ extrahi fecit, simul cum duobus aliis è monasterio fratribus, & captivos abduci ad Judicem novæ civitatis Pragensis, qui duos illos haud secus, ac fures, in publico detinuit carcere; Nicolaum verò domi in privato carcere retinens, diversis tormentis excruciavit. De istis turbis Pragensibus, per hæreticos, plura videri poterunt apud Bzovium, in Annalibus, ad annum Chr. 1415. & 1416. & apud Naucleram, in Chronico, ad annum 1417.

Pragenses Carmelitæ pro veritate quæ passi.

3532. P. Theodoricus de Gouda, Doctor Theologus Carmeli Ordinem multum decoravit, contra hæreticorum insultus defendit, & conservavit. Ab anno 1503. usque ad annum 1529. singulariter enituit zelo observantiæ regularis conservandæ, & propagandæ; Hinc Reverendissimi Patres Generales Petrus Terrasse, & Nicolaus Audeth, ejus operâ usi sunt, pro instaurando Parisiensi magno Conventu anno 1503. & postmodum, post varia officia, Provincialis Allemaniæ Inferioris, & Commissarius Generalis in Provinciis Daciæ, Saxoniæ, & aliis; pro manu tenenda Observantia: illum in finem etiam in Turoniam anno 1530. & in Scotiam destinavit Jacobum Colckman Antuerpiensem, S. T. Doctorem, & alios. Post magnos exanthlatos gloriosè labores, vitæ suæ terminum fecit Harlemij in Hollandia, anno 1539. die primâ mensis Septembris, ibique terræ mandatus, cui nihilominùs pro gratitudine, & beneficiorum memoria, Epitaphij loco, in

Theodoricus de Gouda zelo observantiæ insignis.

Digitized by Google

Ecclesia Carmeli Colonienſis, in choro poſitus fuit lapis ſepulchralis, cum quatuor laminis orbicularibus cupreis, quatuor Euangeliſtas exhibentibus, in lapidis extremitatibus affixis: in medio verò ſchedula ex ære fuſa, per lapidem in tranſverſum extenſa, annum, & diem obitûs ſignificans.

Balthazar Romaya,

3533. P. BALTHAZAR ROMAYA, Doctor Theologus, Colonienſis Prior, & Allemaniæ Inferioris Provincialis, poſt turbulentiſſima tempora, de quibus ſub initium hujus Serti, magno animo, & pietatis zelo præfatum Conventum, ingenti gravatum ære alieno, ab eo ſuâ induſtria exemit. Monaſterij fabricam multùm amplificavit, & ad formam pro Religioſa juventute, in ſtudiis, & Novitiatu, juxtà Ordinis ſtatuta, & Pontificum Decreta inſtituenda, educanda, & conſervanda, aptiorem redigere cœpit; quamvis aliundè impeditus, opus ad ſuam completam perfectionem perdùcere nequiverit. Plurimos, pro Fratrum ſtudentium uſu, ad Bibliothecam Colonienſem libros procuravit. Litterarum ſtudia, quæ temporum injuriâ, & bellorum adverſitatibus, in Provincia languebant, ſeu potius quaſi in ſemine extincta erant, inſigni prudentiâ, & dexteritate reſuſcitavit, & inſtauravit. Hinc meritò, ut Inſtaurator iſtius Conventûs, & Provinciæ, venerabilis eſt. Poſt multos labores, Boppardiæ morbo correptus, anno 1620. die 6. Octobris piè in Domino obiit, in choro ſepultus.

Colonia, & in Provincia illa quæ præfuerit.

Guilielmus Scultingius:

3534. P. GUILIELMUS (ſeu WILHELMUS) SCULTINGIUS, patriâ, & profeſſione Colonienſis, S. Theologiæ Magiſter, Prior Coloniæ, & in aliis Conventibus, inter cæteras virtutes, zelo erga Matrem ſuam Religionem, & ſalutis animarum, ac eximiâ erga Ordinis Patronam pietate, reſplenduit. Conventum Crucenacenſem ab anno 1564. poſſeſſum ab hæreticis, in poteſtatem Ordinis reduxit, ejus tum primus Prior inſtitutus: ſic & Conventum Hirſchornenſem, iteratis vicibus, è manibus hæreticorum vindicavit, & Hirſchornij catholicæ religionis exercitia invexit anno 1634. & ibi Prior, indigenas ad orthodoxæ fidei exercitia reduxit, etiam curam Paſtoralem oppidi gerens, ex ſpeciali inſtitutione Eminentiſſimi Anſelmi Caſimiri, Archiepiſcopi Moguntini, Electoris, cui pergratus fuit: qui Coloniæ exiſtens an. 1636. die ſancto Paſchæ, in Eccleſia Carmelitana, publicè, frequenti populo ſpectante, & unà cum ipſo Illuſtriſſ. Princeps Antonius, Epiſcopus Wormatienſis, ab ipſo Guilielmo Sacrum B. Virginis Mariæ de monte Carmelo Scapulare ſuſceperunt, & ejus inſcripti ſunt Confraternitati: cui promovendæ ipſe Guilielmus, ſtudioſiſſimus fuit, magno cum pietatis fructu, & incremento. Ad inſtantiam præfati Archiepiſcopi Moguntini, Moguntiæ conſtitutus, ibi Prior piè obiit anno 1637. die 22. Martij, ſepultus in choro.

pia ejus geſta.

Joannes Weiſs.

3535. P. JOANNES WEISS, Colonienſis nuncupatus quoque *Ioannes à Cruce*, inſigni præditus pietate, cùm eſſet præclari ingenij, optimæ indolis, magnæque ſpei, mittitur ex decreto Provinciæ, cum obedientia Reverendiſſ. Patris Generalis anno 1633. in Provinciam Turonenſem Galliarum, ut ibidem Reformationis, & ſtrictioris obſervantiæ tyrocinia poneret, ejuſdem methodum ſuis aliquando traditurus: quem in finem 1638. redux in Provinciam ſuam, præficitur in Novitiatu, & Seminario, in Conventu Colonienſi Magiſter, qui Fratres Novitios, juxta normam ſtrictioris obſervantiæ Turonenſis inſtrueret. Undè ſpes magna erat, hujuſmodi Reformationem in Provinciam, ſuaviter, abſque ullo externo ſubſidio, in Provinciam aliquando introductum iri. Quam eamdem ſpem de ipſo conceperant PP. Turonenſes, dum in Delineatione obſervantiæ ſuæ Rhedonenſis, capite 8. ſic ſcribunt: *Ex Germania P. Ioannes à Cruce: magna indoles in Reformationis opus, ſi Parca non invidiſſet*; etenim conſummatus in brevi, anno 1642. die 20. menſis Auguſti, ætatis ſuæ 32. febri correptus, Coloniæ moritur, magno totius Provinciæ luctu. De monumentis eruditionis ejus, & præcedentium, agetur libro ſequenti. Et iſta, ac alia antecedentia pleraque, ex monumentis Provinciæ, & Conventuum Allemaniæ Inferioris, nobis communicatis per R. P. Jacobum Milendunck, nuper Priorem Boppardiæ, & anteà alibi, variis in locis, Provinciæ iſtius Hiſtoriographum. Qualiter autem poſtmodùm in illa Provincia ſtrictior obſervantia, per R. P. Gabrielem ab Annuntiatione (de quo mox) & alios ejus ſocios, introducta ſit, & deindè ſtabilita per R. P. Jacobum Emans, ibidem ſæpius Provincialem, alioſque iſtius Provinciæ zeloſos Religioſos, commemoratur ſuccinctè in *Vinea Carmeli* (a). Porrò quâdam ratione nationi Germanicæ accenſeri poſſunt venerandi PP. *Martinus Cupérus*, *Petrus Lupus*, *Laurentius Cupérus* (ſucceſſive Provinciales Allemaniæ Inferioris) & alij plures, qui in Brabantia, Hollandia, Friſia, &c. vixerunt in Conventibus, tunc Provinciæ Allemaniæ: ſed quia iſti omnes natione ſunt Belgæ, ideo innectentur Serto ſequenti.

præclara indoles, & multa pietas,

magno multorum luctu obiit.

(a) parte 4. c. 5. n. 657.

3536. P. JUDOCUS A CIRCUMCISIONE, natione Flander, natus an. 1617. 19. Februarij, potiori vitæ parte incola Provinciæ Germaniæ Superioris, ad eam aſſumptus à R. P. Gabriele Commiſſario Generali utriuſque Provinciæ Germaniæ, per bella, temporumque calamitates (de quibus ſub initium Serti hujus) in regularitate, ac ſtudiis non parum relaxatæ, & Conventibus diminutæ, pro introducenda Reformatione, & ſtrictiori obſervantia, plurimum, & zelosè collaboravit, primus Magiſter Novitiorum, iteratò Definitor, & in primariis Conventibus Prior, & quidem per annos XVII. diſtinctis vicibus Bambergæ ibidem, prænun-

P. Judocus à Circumciſione,

Digitized by Google

prænuntiatâ, longè ante, infirmitate, & mortis horâ, relicto vitæ religiosæ, patientiæ in gravi apostematis morbo, aliarumque virtutum, insigni exemplo, piè animam Creatori reddidit anno 1673. die 14. Aprilis.

B. Stanislaus sanctitatis laude conspicuus.

3537. Poloniæ Provinciam sanctitate illustravit B. Stanislaus, de quo sic paucis Philippus Metius Germanus, in libro, seu Tractatu de Vitis illustrium Sanctorum aliquot, Ordinis Carmelitarum, in quo, capite 8. ista: *S. Stanislaus Polonus, vir, religionis, & animarum zelo comprimis clarus, virtutum, & sanctitatis laude, inter præcipua Polonici Regni luminaria conspicuus habetur. Qui pro fide, nomine, & gloria Christi, ab immanissimis, & inhumanissimis Scythis, Christi inimicis, crudelissimè interfectus est.* Causâ bellorum, in Polonia, per Moscovitas, & Turcas, annis multis continuatorum usque modò, de viris illustribus istius Provinciæ, notitias paucas adepti sumus: de quibusdam, eruditione præcipuis, agetur libro sequenti. Pietate, sub initium hujus seculi, effulsit, præsertim observantiæ regularis, & officij divini zelo, P. Bernardus: magno hic erat à Deo donatus imperio in dæmones. Id patuit, cùm esset Magister Novitiorum: quos inter unus à spiritu acediæ sæpiùs tentatus, & licèt sæpè monitus, haud emendatus, negligens surgere noctu ad Matutinum; excitatus enim, cùm pulvinari, & lecto quasi pugnans, nunc quasi surgens, dein rursùs caput reclinans, à tentatore se superari sinebat. Quâdam vice zelosus Magister spiritibus acediæ imperavit, ut Novitium, sine læsione, unà cum lecto, deferrent ad chorum: & ecce, Religiosi attoniti spectant invisibili potestate illum sic cum lecto collocari in medio chori. Deinde iidem jussi sunt, pari ratione, illæsum referre. Sic elusus est astus dæmonis, emendatus Novitius, & alij ad diligentiam magis animati.

Novitius acediosus lepido remedio emendatus, & ejus tentator.

Leodium plures produxit pietate spectabiles.

3538. Leodium, Germaniæ adjacens, & inclavatum, plures produxit, sicuti eruditione, ita & pietate, & regularis disciplinæ districtioris zelo insignes: propterea B. Pater Joannes Soreth specialiter dilexit, & fovit, ac suâ præsentiâ, sæpius decoravit, sicut perspicere licet in ejus vita, hîc suprà (a). Inter præstantiores celebrantur Reverendissimi PP. ANDREAS STREGNART, & HUBERTUS LEONARDI, Theologi Parisienses, qui post exempla virtutum, & observantiæ monasticæ, assumpti ad Episcopales infulas, zelo fidei catholicæ propugnandæ singulariter claruerunt, sicut in antecedentibus videre licet (b): Meritò etiam hîc introducenda memoria P. ALBERTI DE SAULCII, Doctoris Theologi Parisiensis, qui iteratis vicibus Provincialis Franciæ, anno 1632. Reformationem, strictioremque observantiam, à PP. Turonensibus inchoatam, in Leodiensi Conventu introduxit, & stabilivit; undè Conventui illi in spiritualibus, & temporalibus, ac studiorum exercitiis, magnoperè profuit. Idem præstitit in Conventu Cadomensi. Tandem in paucis expleto tempore multo, anno ætatis 42. post multos labores, & diuturnos languores, Leodij piè ab hac vita migravit. Nec prætermittendus P. MATTHIAS A CORONA, Leodiensis, pari eruditione, & pietate præstans, Sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis: quondam Commissarius Generalis sui Ordinis, per Belgium, sæpius Prior sui Conventûs, quem maximè promovit in temporalibus, ac spiritualibus, in strictiori observantia præfata, quam quoad vixit, sustinuit auctoritate, & efficaci exemplo, faciens, & docens: in Regularis vitæ actibus ita assiduus, ac si negotia magnum ipsi fecissent otium. Piè, ut vixit, ita & obiit hoc anno 1676. die 18. Februarij, ætatis suæ 78. professionis 62. De eruditionis ejus fructibus agetur in sequentibus. Isti etiam meritò accenseri possunt Provinciæ Franciæ, sub quo est Conventus Leodiensis.

(a) num. 2124.

(b) num. 3164. & 3250.

SERTVM VI.

In Belgio vitæ piæ, ac religiosæ exemplis conspicui.

Ordinis hujus Monasteria in Belgio plura antiqua:

3539. BElgium situm est inter Germaniam, Galliam, & Oceanum, versus Occidentem. Conventus in eo siti, plures fundati fuerunt proximè post transmigrationem Ordinis in Europam: Bruxellensis quidem, & Harlemensis, an. Christi 1249. aliqui verisimiliter ante; & quidem Valencenensis initium refertur ad annum Christi 1235. plures autem haud diù post. Olim partim annexi erant Provinciæ Ordinis, nuncupatæ Franciæ (VI. in serie Provinciarum) videlicèt siti in Flandria, Hannonia, & Artesia: partim Provinciæ Germaniæ, seu Allemaniæ Inferioris, scilicèt siti in Brabantia, Hollandia, Frisia, Gelria. Deinde Conventus, qui annexi erant Provinciæ Franciæ, auctoritate Summi Pontificis, indè separati fuerunt, & indè erecta Provincia Belgica: cui accesserunt etiam Conventus, qui fuerant sub Provincia Germaniæ. Anno autem 1665. Provincia Belgica divisa fuit in binas, Flandro-Belgicam, & Gallo-Belgicam. Seculo præcedenti, in turbis Belgicis monasteria pleraque in Belgio ab hæreticis, & iconoclastis occupata, diruta, aut expilata fuerunt, & direpta, aut incensa antiqua monumenta, epitaphia, & ferè omnia antiquitatis memorialia. Hinc de plurimis viris, eruditione, aut pietate claris memoria omninò intercidit: quorumdam dumtaxat conservata fuit in libris Scriptorum veterum, qui illorum meminerunt. Quantùm quidem ad eos, qui in Belgio eximiæ virtutis fulgore emicuerunt, inter vetustiores ille est, de quo Balduinus Leersius (a) & Arnoldus Bostius (b) tradunt, quòd in monasterio Ordinis hujus in Brabantia, in festo B. Virginis ad Nives, inter Missarum

cur de eorum viris illustr. pauca sint nota.

(a) In Collectan. exempl. c. 10.
(b) in Spec. hist. lib. 7. cap. 30.

Digitized by Google

Religiosus magna virtutis vidit B. V. Mariam fratribus spiritualia munuscula largientem.

solemnia, ferventis devotionis spiritu, & humilibus precibus supplicavit B. Virgini Mariæ, Ordinis Patronæ, ut suis servis spirituale intersigniun pro munere tribueret. Factâ autem oratione, Virginem gloriosam gestantem filium in brachiis vidit benignè Fratres respicientem, & procedentem per medium chori, singulis Fratribus spiritualia munuscula, cujusvis devotioni conveniencia, largientem. P. Lezana *in Annalibus Carmelitanis*, illud refert ad annum Chr. 1288. quò tempore in Brabantia, ubi Religiosus ille habitabat, dumtaxat erant Conventus Bruxellensis, & Mechlinienſis: atque ita in alterutro id contigit. Inter vetustiores etiam merito commemorandus SIBERTUS DE BEKE, patriâ Gelriensis (atque ita Belga) sed quia potiori vitæ tempore vixit in Germania, memoria ejus intexta est Sexto præcedenti. GOSWINUS HEX, Episcopus Hierapolitanus, Suffraganeus Ultrajecti, ibi in Conventu *cum Fratribus suis vixit Episcopus, quasi unus ex eis, virtutibus suis se sanctitatis exemplar exhibens*, & in suis muniis Episcopalibus, ac prædicationibus, *velut Apostolorum unus habitus*, ut testatur Arnoldus Bostius, hîc suprà (a). JOANNES AB ARUNDINE, Goswini successor in Suffraganeatu Ultrajectensi, similiter *vitâ, & conversatione præclarus* deprædicatur. Plura de utroque jam ante præcesserunt (b).

(a) n. 3061.

(b) n. 3227 & 3262.

Arnoldus Bostius.

3540. P. ARNOLDUS BOSTIUS, *vitâ & conversatione denotus, multosque suo exemplo & scriptis ad sancta studia provocans.* Ita Trithemius libro *de Scriptoribus Ecclesiasticis*: in alio, eum nuncupat *regularis disciplinæ amatorem, & custodem præcipuum* (c). Antonius Sanderus in libro de *Gandensibus eruditionis famâ claris*, atque alij, optimam ejus, & irreprehensam conversationem, conjunctam insigni eruditioni commemorant. Fuit autem inter primitias Reformationis B. Sorethij, in cujus vita à Waltero de Terra-nova, Parisiis edita anno 1625. cap. 16. hæc de ipso leguntur: *Cælesti rore Carmeli vinetum subindè copiosiùs irriganse, brevi exorti sunt homines non pauci, quibus Religionis nomine, & famâ eruditionis plurimum insignitis, nostræ Religionis gloria longè lateque propagata. Verùm palmam in utroque tulisse perhibetur Frater Arnoldus Bostius, qui cum ab oratoria dicendi facultate posset plurimum, vel in primo juventutis flore non quotidiane virtutis, ac scientiæ specimina præclarissima edidit.* Propter eruditionem, & pietatem in tanta fuit æstimatione etiam apud exteros, ut Hermolaus Barbarus, Patriarcha Aquileæ, & S. R. E. Cardinalis, ac Robertus Gaguinus, Generalis Ordinis SS. Trinitatis Opera ipsi dedicaverint: sicut videre licet apud Trithemium, dicto libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, verbo *Hermolaus Barbarus*, & *Robertus Gaguinus*. Quin & hæretici ipsum suspexerunt: ita quidem ex eis homo aliàs morday (d): *Arnoldus Bostius dulcissimis scriptis egit, ut sui ad veram sapientiam, quæ in sacris litteris continetur, converterentur.* Inter virtutes ejus peculiariter emicuit pietas ergà SS. Virginem Mariam: cujus immaculatam Conceptionem peculiari libro propugnavit. Scripsit præterea *dulcissimum opus de Patronatu Mariæ* ita Lezana (a) Asserti ejus veritatem probare poterit quivis, legendo librum illum, insertum Tomo præcedenti (b).

(c) hîc sup. n. 3073.

(d) Balæus in Catal. Scriptor. Britan. sub Leone X.

(a) in Annal. ad an. 1499.

(b) n. 1524. & seq.

P. ANTONIUS RAPE, *Blander, miraculis enitens, excessit è vita anno* 1508. Ita Michaël Muñoz in *Propugnaculo Eliæ* Romæ edito anno Domini 1656. Existens Prior Conventûs Angiensis, decessit Antuerpiæ, sicut in primario libro archivi Carmeli Antuerpiensis, sub titulo *Memoria Fratrum, & Patrum defunctorum*, annotatur his verbis: *Obiit, & sepultus hoc in Conventu honorabilis Pater Fr. Antonius Rape, tunc Prior Conventûs nostri Angiensis, velut alter Simeon, annosus, vir bonus. Debitum persolvit naturæ anno Domini* 1508. *tertiâ Iulij.*

Antonius Rape, velut alter Simeon.

3541. P. PETRUS LUPUS, cujus memoria hîc suprà (c) fuit, ex *Fastis academicis Lovaniensibus*, animi magnitudine, zelo orthodoxæ fidei, & observantiæ regularis singulariter conspicuus fuit, Carmeli Mechlinienſis insigne decus, Provincialis Allemaniæ Inferioris. In iisdem *Fastis Lovaniensibus* ex Petro Nonnio, oratione *de obsidione Lovaniensi* refertur, hoc generosi animi facinus, quòd cùm anno 1542. à Martino Rossemio potenti exercitu Lovanium obsessum esset, ipse Petrus Lupus, unà & Damianus Goes, ac Severinus Feyta studiosorum duces se præbuerint pro defensione Lovanij, & suâ strenuitate, ac insigni militari astu totum hostilem exercitum eluserint, ac in fugam converterint, atque ita à ferocientis turbæ invasione urbem, & universitatem liberaverint. Doctoralem Lauream Lovanij susscepit anno 1569. sicut in dictis Fastis ad illum annum annotatur. In lamentabili illo seculo, Ecclesiæ, & non paucis Religiosis Ordinibus funesto, sicuti Germania, Gallia, & Anglia, ita etiam Belgium magnis fuit involutum calamitatibus; tunc enim in plerisque Belgij locis, hæreticorum, & perduellium debacchante furore disiecta, exusta, atque spoliata fuere templa, ac monasteria, atque ad extremas miserias redacti Religiosi: regularis quoque periclitabatur, & deficiebat observantia: quam collabentem ipse suo exemplo, pietate, doctrinâ, & eloquentiâ sustentabat. Propterea in Capitulo Generali Placentiæ celebrato anno 1575. institutus fuit Commissarius, ac Visitator Generalis, undè in Actis Definitorij Generalis scriptis in libro Ordinis fol. 154. ista leguntur: *Ob causas rationabiles moventes animum RR. Magistrorum Definitorum, maturè considerant expedire, ut Conventus Mechlinienſis, Bruxellensis, Antuerpiensis, Thenensis, Angiensis, Gerardimontensis, &c. habentes reformati in Provincia Allemaniæ inferioris, vivant sub Reformatione introducta à R. Magistro Petro Lupo, & semper predicta Reformatio conservetur sub auctoritate ipsius R. P. Magistri Petri Lupi.* Inter

Petrus Lupus animi, zeli, & virtutis magnitudine commendatus à variis.

(c) ad XII. Novemb. n. 2619.

cæteras

Digitized by Google

cæteras virtutes singulariter in eo enituit studium divini officij ritè persolvendi: nec etiam graves, & multiplices curæ ab assidua chori frequentatione eum avocabant. Idem ipse turbulentissimis temporibus verbo, & opere potens, Mechlinienses diu in Religionis orthodoxæ exercitio continuit, *An.* 1579. *intercurrente operâ Domini Petri Lupi, Carmelitarum Ordinis Provincialis, Mechlinia in fidem Regis Hispaniarum recepta est*, ut scribit Franciscus Haræus (a). Istud quoque, & alia ejus, pro Mechlinienſibus gesta, cum Matthia Archiduce, Gubernatore Belgij, Domino de Licques, Lovanienſium Præfecto, atque aliis, refert etiam Michaël Artzingerus Austriacus, in opere *Leo Belgicus*. Tandem an. 1580. occupatâ ab hæreticis Mechliniâ, dùm sese omnibus ejusdem civitatis incolis pro Deo, & Rege suo exhibet antesignanum, trucidatus fuit. De MARTINO CUPERO, Petri Lupi prædecessore in officio Provincialis Allemaniæ Inferioris, indeque Episcopo Chalcedonensi, & Suffraganeo Cameracensi, qui Antuerpiæ anno 1567. in summa æde, atque in aliis nonnullis Ecclesiis Altaria, quædam, hæreticorum impietate prophanata, nova consecratione restauravit, annotatum est hîc suprà (b).

(a) in Annal. Belg. tom. 3 ad an. 1579. pag. 303. impress. Antuerp. an. 1623.

(b) n. 3341.

3542. LAURENTIUS CUPERUS, Gerardimontensis Conventûs alumnus, Petro Lupo in eruditione, eloquentia, ac zelo compar, aut suppar, exemplo, & verbo similiter observantiam regularem sustentavit, & Religiosos zelosè animavit Bruxellis, sicut refert Antonius Sanderus, in *Chorographia Brabantiæ*, scribens de Carmelo Bruxellensi. Tandem anno 1580. per Calvinistas in exilium pulsus fuit: anno 1581. à Reverendissimo P. Generali Joanne Baptista Cafardo ipsius Petri Lupi successor institutus Provincialis Allemaniæ Inferioris. Decessit Bruxellis anno 1594. die 29. Martij, relictis præclaris suæ eruditionis monumentis, partim editis, partim ineditis, de quibus sermo recurret in sequentibus. Dominicus Gravina, Ordinis Prædicatorum (c) scribens de calamitosis temporibus istis, hæc refert: *Eadem secta* (hæreticorum) *anno* 1581. *innumeris excursionibus, pluriminsque tumultibus discurrens, Bruxellensem civitatem tandem ingressa, Conventum Carmelitarum adit, sacram supellectilem expilare festinat: quod cùm obtinere non daretur, templum impij profanârunt, vi extorquent omnia, Religiosos, quos à fide catholica abducere non potuerunt, partim exulare coegerunt, partim verò durissimis cruciatibus torti, digni Confessores fidei habiti sunt. Inter eos clarus habitus est Magister Fr. Laurentius Cuperus Provincialis Belgij: qui septuagenarius pro Christo exulare coactus, domum non manufactam in cœlesti patria, qui se peregrinum putabat in terris, sibi Fabricavit. O sortes Apostolorum coadjutores! ô ardentem & inflammatam Eliæ prolem! ó impavidos Nabothes, pro Vineæ Ecclesiæ tuendæ, usque ad sanguinem resistentes!*

Laurentius Cuperus exempto verbo, & scriptis Gratiam illustravit:

(c) Vox Turt. parte 2. cap. 26.

ipse, & Religiosi Carm. Bruxell. qua ab hæreticis perpessi.

3543. P. HENRICUS TURCH Concionator, & Fr. BASILIUS Diaconus, Carmeli Iprensis alumni, circà annum 1578. vitam, ab hæreticis interempti, gloriosè exposuerunt. Quorum etiam fidem imitatus est alius Cœnobij ejusdem Concionator ÆGIDIUS COUSAERT, qui magnâ solicitudine, & continuis exhortationibus id effecit, ut Civitas Burburgensis ad finem usque in fide Catholica, & obedientia Catholici Regis constans perstiterit. P. LEO DE LAY, Carmeli Gandensis alumnus, *vir piissimus, & sanctitatis opinione clarus* (ita Annales Carmelitarum *a*). Is Conventûs sui Prior, post turbulentissima tempora monasticam disciplinam instaurare studuit, singulari cum zelo observantiæ regularis, exemplo suo cæteros provocans. Cùm ob paucitatem Religiosorum, non mediâ nocte (ut ante consuetum erat) sed demum manè horâ quartâ surgeretur ad preces Matutinas; ipse equidem horâ solitâ surgens, magnam noctis partem transigebat orando: neque tamen à Matutinis aberat horâ quartâ. Corpore, orantis gestu, scabello innitens, obiisse repertus fuit anno 1600. ipso die S. Francisci.

P. Henricus & Fr. Basilius ab hæreticis occisi.

P. Leo de Lay.

(a) ad an. 1287. *vir piissimus.*

3544. P. GEORGIUS PETRI singulari pietatis exemplo effulsit in Carmelo Mechlinienſi: de cujus Conventûs fundatione tractans P. Lezana, (b) & eâ occasione de illis, qui virtutibus, aut eruditione præcellentes in eo habitarunt, sic ejus meminit: *Sanctitatis etiam opinione claruerunt Petrus Lupus, & Georgius Pettus*: De P. Petro Lupo jam quædam præcesserunt: P. Georgij vitæ epitome, ex testimonio eorum, qui illi convixerunt, & ex monumentis præfati Conventus, hæc est. Carmeliticum habitum suscepit anno Christi 1576. ætatis 25. Superioribus suis deindè supplicavit, ut abrasâ clericali tonsurâ Laicus fieret, honore sacrorum Ordinum, maximè Presbyteratus, indignum se existimans: quo tamen, ità urgente obedientiâ, decoratur. Diversis officiis laudabiliter perfunctus magno pietatis exemplo vixit: inter cætera virtutum exercitia Sanctissimæ Virgini Mariæ singulariter fuit devotus: nam ultra horas Canonicas, quas semper magno spiritus fervore in choro cum aliis Religiosis recitabat, quotidiè flexis genibus officium Divæ Virginis persolvebat. Animabus Christi fidelium in purgatorio detentis piè semper addictus fuit: ac pro earum refrigerio indies totum Officium defunctorum, semper ferè genuflexus, legebat. Vesperi antequam quieti se daret, obambulando Monasterij ambitum, Psalmos *Miserere*, & *De profundis*, cum generali collectâ pro defunctis, devotè, & multis suspiriis, semper legebat. Rosarium ferè semper manu gestans, illud quotidiè aliquoties recitabat. Tempus divinis officiis persolvendis destinatum semper præveniebat, præcipuè ad Matutinum hora una ante alios, meditationibus, & aliis pietatis exercitiis, piè intentus. In meditationibus tanto devotionis spiritu rapiebatur, ut sæpius, & tempore etiam

P. Georgius Petri in odore sanctitatis obiit:

(b) in Annal. ad ann. 1254.

virtutes ejus aliquot præcipua:

Digitized by Google

etiam notabili, veluti suprà se, manuum, pedumque plausu strepitum excitaret, sanctaq; *Iesu, & Mariæ* nomina sæpè, ac ferventissimè inclamando, audientiũ animos in admirationem pariter & devotionẽ inflammaret. Charitatem erga omnes habuit singularem & æqualem: etiã detractis sibi ad usum concessis vestibus, suorum confratrum indigentium inopiæ sæpè succurrit. Humilitatis & paupertatis amantissimus fuit in cella, in habitu in conversatione: Regulæ & Constitutionum sui Ordinis observator ipse zelosus, quoties etiam aliquem è suis confratribus observantiæ metam excedere videret, eumdem ex charitatis abundantiâ, sine simulatione, & personarum exceptione, monebat: Cùm Reverendissimus Pater Henricus Sylvius, totius Ordinis Carmelitarum Prior Generalis, Carmelum Mechlinienſem visitaret, ab eodem sollicitat, ut ab omni officio liber imposterùm solitariam vitam agere in suâ cellulâ posset. Voti compos factus, juxta Regulæ suæ tenorem, jugi legis Dei meditationi, & orationibus invigilabat, tantummodò chorum (à quo sese numquam absentabat) & commune refectorium frequentans. Singulis annis à cænâ Domini usque ad meridiem Dominicæ Resurrectionis modico solo potu contentus jejunabat. Triennio circiter ante mortem laboravit infra oculum dextrum pessimo, & insanabili cancro, quem mirâ patientiâ sustinuit, ita ut numquam queri de illo auditus fuerit. Tandem bonis operibus plenus sub medium Octobris in infirmitatem incidit, in quâ singulis diebus (duobus tantum exceptis, quibus præ nimiâ morbi vi non potuit) pasci voluit sacrosancto Christi Corpore Eucharistico. Quindenâ antè (initio scilicet suæ infirmitatis) mortis suæ diem prædixit, & rursùs Kalendis Novembris (qui dies est omnibus Sanctis sacer) se postridiè circa horam nonam moriturum: & ità evenit; etenim die illa fidelium defunctorum (quibus sublevandis studiosissimus fuerat) paulò post horam nonam animam cælo dedit, faciem viventis magis quam mortui referens, placidam ac jucundam. Sepultus fuit in clausiro, haud longè à majori portâ Ecclesiæ retrò altare B. Virginis Mariæ: & ibi appensa fuit depicta ejus effigies, atque hoc Epitaphium: *Venerabilis Pater Georgius Petri in hoc Carmelo diligentissimus Sacrista, Œconomus, Subprior, Vicarius, atque Iubilarius, postquam præluxit omnibus exemplo devotissimo, ex umbrâ rerum migravit ad lucem die defunctorum fidelium anno 1633. ætatis 82. professionis 57. Sacerdotij 51.* Anno 1662. die 22. Martij, cùm circà locum illum, pro sepultura alicujus Religiosi, foderetur, in præsentia P. Andreæ Le Piper (qui cum præfato P. Georgio vixit, & illum sepeliri vidit) ex loco sepulturæ P. Georgij odor suavis emanabat, similis violarum: & inquisitum, nec quidquam repertum, odorem illum aliundè provenire, quàm ex sepulchro ipsius P. Georgij: cujus tunc ossa coram R. P. Mario à S. Francisco Priore, & præfato P. Andrea, P. Jacobo à Passione Domini, & aliis, extracta, posita fuerunt in capsa lignea, quæ collocata fuit in loco, ubi primò fuerat sepultus. In lapide albo, duorum pedum latitudinis, & aliquantò plus longitudinis, superpolito, inscriptio est: *Hic reposita jacent ossa V. P. Georgij Petri, hujus Carmeli Vicarij devotissimi. Obiit 1633. ipso (uti prædixerat) die animarum.*

Vitam solitariam egit:

diem obitus sui prædixit:

epitaphium:

3545. P. MARTINUS DE HOOGHE, Instaurator, & Reformator Provinciæ Carmelitanæ Flandro-Belgicæ: cujus Conventus in summa temporum varietate, & rerum omnium confusione, sub finem infelicis seculi XVI. partim diruti fuerant, partim expilati ab hæreticis, & expulsi Religiosi, ad annos aliquot exules: hinc diminuto valdè numero Religiosorum, & illis ad magnam paupertatem redactis, atque ita destructâ quodammodò maceriâ Carmelitanæ Vineæ istius, ejus repastinationem magno animo aggressus, felici successu, inter non modicas difficultates perfecit; tamquam bonus vinitor labruscas evellens, destruens quod nocivum increverat, plantans quod sanctum: & sepem circumdedit ei salutarium sanctionum, & rigavit sanctis exhortationibus, ac præclaræ vitæ exemplis. Compendium vitæ ejus habet Antonius Sanderus in *Chorographia sacra Brabantiæ* (a) ubi, inter cætera, ista: [*Memoria justi cum laudibus*, ait in Proverbiis sapiens: legimus, & obsequentes benè meritorum memoriam taciti non transimus. Hinc est, quòd memoriam Venerabilis P. Martini de Hooghe, apud suos religiosè hactenùs habitam, foràs educere, & hanc virtutibus ejus placeat laudem dare. Sequens itaque vitæ ejus compendium, ut ab oculato socio accepit, in ordine digestum, amicus mihi Carmelita dedit, hîc pono. Venerabilis Martinus de Hooghe Flandriæ pagum Berleer dictum, secundo à Teneramunda lapide situm, patriam habuit: parentes nactus mediocres; nisi quòd ipse nominis paterni etymon, Latinè *Altum* sonans, seu *Excelsum*, magnâ animi altitudine & excellentiâ, virtutum ibique petens fastigia, ac

Tanti mensuram nominis implens,

opere comprobârit. Quàm celsus futurus esset, mirum in adhuc parvulo docuit prodigium. Lapsus erat in aquas; hominum nullus, qui juvaret, aut tantùm clamaret, erat in vicinia: vacca aderat, & ipsa clamavit. Cœpit enim ita mirum in modum mugire, ut insolito mugitu exciti domestici, accurrerint, parvulum aquis immersum invenerint, & per pedes, qui soli aquis extabant, extrahentes, mortuo, quàm vivo magis similem detulerint domum. Dolorem inter & stuporem Deo mixtas precibus gratias parentes offerre, opem ejus & opus agnoscere, filiumque pluris indè æstimare cœperunt. Amorem & curam periculum auxit. Hinc studiis Arschoti admotus, animo, studio,

P. *Martinus de Hooghe instaurator Provinciæ Carm. Flandro-Belg.*

(a) sub titulo *Chorographiæ Carmeli Brunsvil.*

natus in Flandria:

prodigio post à submersione liberatus:

Digitized by Google

pietas ejus erga Dei Matrem,

ipsum traxit ad Carmeli Ordinem:

studio, pietate, & suis condiscipulis *Altior*, & magistris charior fuit. Hic menti ejus illa Marianæ devotionis radix inserta fuit, quæ in tam magnam posteà arborem excrevit. Indè namque, cùm se totum Mariæ dicare vellet, Carmelitici Ordinis, quem ex asse Marianum esse comperiebat, habitum Gandavi lætus assumpsit: ubi assiduo pietatis officio tenellam rigans plantam, fructus reliquit, qui etiamnum durantes, omnium sapiunt palato. Vix professus erat, & acriores ad perfectionem stimulos sensit, cœpitque ex tunc strictioris vitæ agi desiderio.]

conversatio ejus Duaci in studiis,

Consequenter agitur de ejus studiis Duaci, & ipsius ibi conversatione. [Emeruit hic candore animi, bonoque exemplo, omnium animos, & amorem: erat namque in incessu gravis, in gestibus modestus, in alloquio dulcis, in conversatione sincerus, omnis fuci expers, omnis adulationis ignarus. Illicium hæc amoris consodalibus erant, qui se putabant felices, dum Martini interesse consortio, vel etiam poterant frui colloquio. Mansit etiam hic affectus dissipatis, dum alij facti pastores, aliis in officiis alij, semper laudare perstiterunt Martinum, semper desiderare. Qui verò sic moribus aliorum amorem meruerat, studio, diligentiaque publicam etiam lauream S. Theologiæ, factus Licentiatus, obtinuit, illoque cùm thesauro, thesaurus ipse, Gandavum est reversus. Thesaurus, ut qui ad Theologicam scientiam, Græcæ, ac Hebraicæ linguæ magnam peritiam adjecerat. Hoc verò non omiserò, dùm communes à studiis erant feriæ, perfectionis illum studio tum maximè fuisse intentum, & non alios tum, quàm de inchoanda semel Reformatione ejus fuisse cogitatus.] Hactenùs Sanderus.

3546. Quoad Græcæ, & Hebraïcæ linguæ peritiam, eam comparârat Parisiis, ubi etiam studia peregit, in illis ulteriùs immorari intendens: ast Gandavum revocatus fuit: ibi in eum omnium conspirant vota, & unanimi consensu, suo in Conventu eligitur Prior. Tunc latens in cordis angustiis igniculus desiderij instaurandæ veteris strictioris que observantiæ, in flammas cœpit erumpere: imprimis conatus est alios accendere, & acquirere socios: inter paucos ei à Deo submissus fuit, paris zeli, & pietatis R. P. Livinus, (de quo mox) ast complures expertus est adversarios: tempestas insurgit: turbatæ pacis arguitur: à Prioratu deponitur: aliisque non paucis injuriarum modis affligitur, ad usque carcerem. [Non perdidit *Altos* animos Martinus, gaudebat potiùs, pro Dei, Deiparæque nomine, pro Ordinis restauratione contumeliam pati. Quod oleum igni, hoc illi ea fuit afflictio: non dejecit, firmavit magis, provexitque hic turbo. Abiit brevi tempestas, cessêre nubila, & optata mox serenitas est reversa ... Nova lux oriri visa est, quæ ut bonorum recreavit, & animavit, ita plurium, non tantum Reformationi addictorum, animos consternavit. Secuta statim, non sine difficultatum victoria, Conventûs Gandensis reformatio, curarum, ac laborum Martino præmium ac pretium fuit. Præmium, quo uno suis optimè laboribus satisfactum rebatur; pretium, quo ad illius imitationem alios Conventus lucratus fuit. ... Quot ille labores subiit, sudores pertulit, ut tenellam hanc plantulam, donec radices ageret, rigaret! Rigavit lacrymis, rigavit sudoribus; suo paratus, si necessitas exegisset, rigare sanguine. Sed non poterat tenera sanctæ Reformationis hæc planta arescere, quam magis divina rigabat gratia, forti ac suavi magnarum tanti Patris virtutum illicio provocata. Non requirebatur alia ad virtutes hortatio; visu exhortabatur Martinus: hujus præsentia erat aliis vivendi norma.]

Conventus Gandensis, deindè alij, ad strictiorem observantiam reducuntur.

3547. Singulari autem ejus prudentiâ, zelo, ac pietate, imò Dei, pio operi faventis, & afflantis motu, excîti Primores Gandenses, atque etiam Principes viri, & Præsules per Belgium, opem spondebant, ferebant; peculiariter autem Reverendissimus & Illustrissimus D. Jacobus Boonen, ex Episcopo Gandavensi tum translatus ad Archiepiscopatum Mechlinienseme qui quanto zelo in id opus ferretur, testantur plures ejus litteræ, ac inter eas, istæ: *Rev. Pater, tandem ergò Deus respicit Ordinem Matris suæ in Belgio, ut eum ad pristinum nitorem paulatim revocet. Inter cæteras publicas, & privatas maximi gaudij causas, ingens mihi est illa: quòd si Reformatio hæc (ut confido) succedat, absolvat unà cum Reverendiss. Cœpiscopis meis ab infinitis molestiis, odiisque, quæ alioquin nobis subeunda fuissent; ad mortem enim potiùs laborare destinati eramus, & nihil non movere in cœlo, & in terra; etiamsi me etiam pedibus, & genibus Romam usque reptare opus fuisset, donec successisset id, quod, Deo dante, jam inchoarî video. De cætero, si quâ re opem ferre queo, non parcat mihi R.T. quam Deus confortet. Mechliniæ 24. Septembris MDCXXIII.* & signatum erat: *R.V. addictissimus Iacobus Archiepiscopus Mechlinienſis.* Superscriptio erat: *Rev. Patri Martino de Hooghe Presbytero Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, Gandavi.* In aliis litteris scribebat: *Rev. Pater, &c. Etiam Domina Infans juvabit totis viribus, &c.* Domina illa Infans erat Serenissima Isabella Clara Eugenia, dicta *Infans Hispaniarum*, tum Belgij moderatrix. Utque opus istud firmiùs subsisteret, innixum auctoritati supremi in Ordine Præsulis, pedes Gandavo Bruxellas, Namurcum, Arlunum, & inde per Lotharingiam, rectà Romam profectus est, de misero perque hæreses, & bella deformato Belgicæ Provinciæ statu, deque necessitate, & modo restaurandi, acturus coram cum Reverendissimo P. Generali Gregorio Canalio, tum recenter in Capitulo Generali electo: qui omnem favorem, & subsidium addixit, & præstitit, atque ita in Conventu Gandavensi stricta regularis observantia fundata perstitit, crevit,

favore, & operâ Illustriss. D. Iacobi Archiep. Mechl.

Servatis. Princip. Isabellæ.

& Reverendissimi P. Generalis Carm. Gregorij Canalij.

à studiis revocatur, Gandavi Prior eligitur:

Reformationem opus aggreditur: tempestas in eum:

sedatur.

ac deindè Theodori Stratij.

& longè germina misit. Favorem eumdem continuavit ejusdem successor Reverendissimus Pater Theodorus Stratius, qui in Belgium destinavit Commissarium Generalem Reverendissimum P. Hieronymum Domin, tum electum Episcopum Catharinensem, postèà assumptum, & consecratum Cajetanum (de quo plura libro præced.) tunc à Conventu Gandensi strictior observantia traducta fuit ad Lovanienſem, anno Christi 1631. & triennio post, in Comitiis Provincialibus habitis Bruxellis, electus P. Martinus totius Provinciæ Præfectus, mox eamdem Reformationem in primarium illum Provinciæ Conventum introduxit: indeque paulatim per temporum intervalla (crescente numero juniorum, in illo spiritu Ordinis instructorum, & hinc indè accedentibus bonæ voluntatis Religiosis ex antiquioribus) ad omnia istius Provinciæ monasteria propagata fuit: & successu temporis etiam in Germaniam, præsertim Superiorem, traduces misit.

Bruxellensis Conventus, primarius Provinciæ reformatur.

Virtutes ejus:

3548. Inter virtutes præcipuè in illo relucentes fuêre, exacta regularis observantia, etiam in minimis, peculiariter in silentio, dum campanæ signo itur ad actus regularitatis, aut ab illis reditur. Orationis, meditationis, internæ recollectionis exercitium: dicere solebat: *Meditationem Religioso Carmelitæ esse quasi essentialem: ita quidem, ut licèt illam semel, & iterùm, atque aliquotiès negligat, fieri possit sine gravi offensa; attamen supinam, aut magnam negligentiam in ea esse valdè periculosam; cùm sic negligatur Carmelitici instituti pars essentialis.* Abstinentiâ effulsit singulari, ita ut panem quasi ad lancem exigens, comedendi necessitati indignari videretur... Iter, etiam Provincialis existens, ferè semper faciebat pedes: numquam aut de aëris intemperie, aut de viæ molestiis conqueri fuit auditus. Ex laboribus pridem fractâ venâ; nec non vitæ rigore extenuatus, cùm pedes iter facere non posset, Provinciæ visitationes facturus, non vehiculo, non equo, sed asinâ vehebatur. Dùm subindè à spectatoribus, ut stultus, derideretur, aut scurrilitate illuderetur, à nonnullis ut sanctus exciperetur, non movebatur Martinus: audiebat hinc sibilos, indè risus, indè applausus, non tangebatur Martinus. In ejus verbis, & gestis ita elucebat humilitas, ut nedùm mundi contemptor, sed & sui victor clarè omnibus appareret. Humilis erat, non tamen tetricus, aut morosus: habet namque pietas lepôres suos, ac honestos sales. Indicto Brugas, Ipras, itinere, lepidum, sed pium, damus Martini dictum. In quodam *Torhout*, Brugas inter & Ipras pago noctem unam manere ingruentes tenebræ coëgerunt. Duo erant hospitia, unum *Inferni*, *Paradisi* alterum notum nomine. Petentibus sociis, ad quod diverterent, & paradisum, ob multas causas, præferentibus; *Non*, inquiebat, *sed quod Infernus dicitur, adeamus: non legistis: Descendant in infernum viventes? Introeamus viventes infernum, ut mortuis contingat paradisus.* Subridentibus sociis, & domum jam ingressis, adjunxit: *Fratres mei, mihi suspectus est omnis in hac vita paradisus.* Cumque, nec quod daretur in cœnam, nec quo quietem caperent, haberet hic *Infernus*, sociique non abs re *infernum* vocari dicerent, respondit: *Malle se nonnihil in isto Inferno pati incommodi, quam incondìtos potantium* (qui è vicino *Paradisi* hospitio personabant) *clamores audire.* Sic religiosa Martini modestia *Infernum* fecit esse *Paradisum.*

sententia ejus de necessitate meditationis,

lepida historia:

3549. Fiducia ejus in Deum, in quibusvis difficultatibus, & angustiis, magna erat. Hæc autem illi in negotiis praxis erat (& Superioribus omnibus esse debet) divinum implorabat lumen, & auxilium: statum rei, & circumstantias, ac media perpendebat, ponderabat: tum concludens, procedebat ad executionem. Hinc rem totam, & successum Divinæ committebat providentiæ; isthinc nullum humani officij, curæ, industriæ munus prætermittebat: atque ita Divinæ & humanæ prudentiæ subsidio, quasi duplici anchorâ firmatus, quod inchoaverat, non obstantibus difficultatibus, fortiter, & constanter ad finem usque prosequebatur. Cùm Priorem ageret Lovanij, in conventu recenter reformato, & valdè paupere, quâdam die, cùm circà prandij tempus refectorij curam habens, qui idem etiam portarium agebat, indicaret, non esse panem, nisi pro paucis Religiosis; respondit, ut suo tempore signum daretur ad prandium. Aliquantò pòst ad portam pulsat Venerabili specie vir, ignotus, afferens in sacco panes: dictus portarius Priorem accedens, ipsum in oratione invenit: vir autem ille deindè non comparuit. Inter cæteras virtutes, singulariter etiam in eo relucebat, & ab eo commendabatur, mundities, non tantùm in illis, quæ divinum cultum concernunt, in illis quidem potissimè, sed & in cæteris omnibus: dicebatque, *Reformationem in Ordinibus Religiosis vel ob solam munditiem amabilem esse.*

Fiducia ejus in Deo:

obitus, & sepultura.

3550. Tandem, dum secundò Provincialem ageret, diuturnâ infirmitate deficiens, Bruxellis, ibi alterâ sui parte relictâ, anima ad laborum & virtutum præmia (uti planè confidere licet) à Deo evocata, decessit anno 1637. die 12. Junij. Sepultus fuit in Capitulo, ante altare, cui quadriennio post appositus fuit Ven. P. Livinus (de quo mox) Anno 1665. cum ibi novum construeretur ædificium, & infrà illud, locus pro sepultura Religiosorum, utriusque ossa extracta, collocata fuerunt in loculo ligneo, bipartito, ac postmodum in plumbeo, utriusque seorsim, & deposita loco convenienti, intra murum, in principio sepulturæ Fratrum, appositusque idem lapis, cum epigraphe, hîc infrà.

Media ad introducendam Reformationem,

3551. Media, quibus Ven. P. Martinus desideratum opus Reformationis inchoavit, & perfecit, fuerunt ista: 1. fiducia in Deo & ejus

& ejus frequens humilis invocatio: 2. Matris amantissimæ, Ordinis Patronæ, filiali affectu, imploratum auxilium, & subsidium: 3. Divini Officij devotè, graviter, cum convenienti pausa persolvendi, conformiter Cæremoniali, præcipua cura, pro obtinenda, & continuanda divini Numinis benedictione; Etenim dùm ut *fumus aromatum*, oratio nostra, & laudes divinæ ritè peractæ, *ascendunt ad Dominum*: vicissim ab ipso *super nos descendet misericordia ejus*, (a). 4. Solicitudo, & frequens exhortatio ad Religiosos, ut, conformiter monito Christi: sic luceat lux vestra coràm hominibus, ut videant opera vestra bona, &c. in conspectu secularium, magna cum ædificatione se gererent. Hunc in finem districtè, & sub graviori pœna, decretum, nè quis in loco, ubi Ordinis Conventus est, quispiam extrà eum bibat: quô & externi ædificantur, & non levia incommoda, ac pericula evitantur. 5. Honor, observantia, reverentia ergà Prælatos, nec non Principes, ac in politico regimine superiores; tum quòd eorum dignitas id à nobis exigat; tum ut introducendæ Reformationi formandæ, stabiliendæ, conservandæ, favorem suum præstent, aut certe, nè obsint. 6. velut fundamentum totius Reformationis, Novitiorum, & juniorum solicita institutio in spiritu Ordinis, in mortificationis, Orationis, cæteratumque virtutum exercitiis: deinde etiam in studiis scientiarum: facta, quantũ fieri potest, in conversatione, & colloquiis ordinariis post refectionem. Separatione à Senioribus. 7. Cura summa, ut Religiosis sanis, & infirmis, de necessariis provideatur, ne quis aditus sit ad detestabile, ac pernicioſissimum vitium proprietatis; sed omnia, quæcumque Religiosi accipiunt aut acquirunt, pro communi Conventûs, & omnium usu, & necessitate, tradant Superiori, qui singulis de necessariorum provisione invigilet per se, & subordinatos Officiarios, sic ut cæteri de istis nequaquam debeant esse soliciti: & illis sic in commune collatis, cum aliis Conventuum receptis, Deus singulariter benedicit. 8. denique magnoperè profuit ad conformitatem cum Turonensi observantia (cui etiam in cæteris Ven. P. Martinus Reformationem suam conformare studuit) resumptio Carmelitici genuini habitûs, scilicèt ex lana naturali grisei coloris, ad nigredinem tendentis: cujus loco in Belgio (sicut & in aliis nonnullis locis) irrepserat nigri coloris habitus. Plura circà hæc videri poterunt in Vinea Carmeli, parte IV. cap. 7. num. 665, & ante, ac post.

(a) Psal. 140.

3552. Hisce mediis effectum, ut Provincia tota in alium omnino restituta fuerit statum: Conventus omnes instaurati, & nonnulli à Fundamentis, totaliter restaurati: atque etiam novi accesserunt: Religiosorum numerus non tantùm auctus, sed iterùm iterumque duplicatus: ita quidem, ut nunc triplò plures, & ultrà, sint in Provincia, quàm ante, aut sub initium Reformationis. Et isti omnes, *cogitantes quæ Domini sunt*, rerum temporalium, de victu, & amictu non habentes curam aut solicitudinem (utpote quæ est penes Superiorem, & Procuratorem) soli Deo, Regulari observantiæ, & animarum suarum profectui, ac muniis, seu exercitiis ab obedientia injunctis, intenti, quàm quietissimè vivere possunt, Deo grati, pace internâ fruentes (non remordente conscientiâ de aliqua proprietate; nec ullus etiam depositum habeat) ac apud externos honorati, cum magna populi ædificatione, ac pietatis publicæ incremento. Et fructus isti (post Deum) promanant à Ven. P. Martino, Ordinis, in Flandria, instaurationem inchoante in Conventu Gandavensi, Flandriæ metropoli, & capite, ac indè successivè pedetentim ad alia monasteria derivante.

3553. De præfatis, aliquot testimonia publica hìc audire juvabit. ANTONIUS TRIEST, *Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Gandavensis &c. Omnibus, & singulis præsentes litteras visuris, lecturis, aut legi audituris, salutem in Domino sempiternam. Cum ad nostram notitiam pervenerit, ac summo cum gaudio intellexerimus, Reverendissimum Patrem Ioannem Anthonium Philippini Ordinis Carmelitarum Regularis observantiæ Electum Generalem, intendere Religionem suam ad primarium Eliani Instituti vigorem reducere, idque ad normam Belgicæ & aliarum Provinciarum, atque in illum finem, ex nunc in varias Provincias Vicarios suos Generales præmisisse, inter quos evocatus è Carmelo Gandavensi R. P. Gabriel ab Annuntiatione dicti Conventus Prior: quem ut nobis apprimè notum, à singulari pietate, zelo suæ Religionis, ac vitæ & doctrinæ integritate summoperè commendamus, in Commissarium Generalem sui Ordinis per Germaniæ Provincias institutus est, desiderantes ut illud ad majorem Sanctissimæ Trinitatis, Beatissimæ Virginis Mariæ, Romanæ Ecclesiæ, & prædicti Ordinis honorem, splendorem, & augmentum omnibus, ac præsertim dictarum Provinciarum Serenissimis Principibus, Illustrissimis Prælatis, Ceterisque Nobilitatis virtute Clarissimis viris innotescat. Fidem facimus, & testamur dictam Carmelitarum Religionem, quæ in hac Civitate Gandavensi ante annos circiter vigintiquinquè quasi penitus collapsa, ac hominum, temporumque injuriis eversa erat, brevi illo temporis intervallo (licèt cum variis difficultatibus) pristinæ suæ integritati, & splendori, non sine magno Inventutis tam pietate quam litteris insignitæ, ac Deiparæ cultus augmento particulariter addictæ incremento, ad omnium stuporem restitutam esse. Cum vero similes missiones (utpotè Diabolis odiosæ) ac earum missionarij, & executores, plerumque à malevolis remoram pati soleant. Has testimoniales litteras nostras libentissimè prætacto Patri Gabrieli transmisimus, omnes & singulos ad quos ipsum divertere contigerit, & quorum operâ, & consilio pro introducenda, ac stabilienda præfata reformatione indiguerit, obnixè in Domino rogantes ut ejusdem Patris vota secundent, conatus promoveant, cum ope & auxilio juvent; ac*

Testimonia publica de Reformationis felici progressu, & magnus pietatis fructibus.

omni gratiâ & favore prosequantur, Centuplum à Deo omnium bonorum Retributore mercedem recepturi: in quorum omnium fidem, & robur, præsentibus propriâ nostrâ manu signatis, parvum nostrum sigillum imprimi mandavimus, Gandavi in Palatio nostro Episcopali, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo nono mensis Iulij die vigesimâ nonâ. Erat subsignatum: ANTONIUS EPISCOPUS GANDAVENSIS, & erat sub impressum sigillum in hostia rubea, super charta alba, & inferiùs scriptum erat: *De mandato Perillustris ac Reverendißimi Domini præfati, Simon Secretarius.*

3554. NOS, PRÆSES ET CONSILIARII REGIÆ MAIESTATIS HISPANIARUM &c. *in Consilio Flandriæ. Omnibus & Vniversis has litteras visuris lecturis, aut inspecturis salutem. Notum facimus quòd requisiti fuerimus à dilectis nobis Fratribus Reverendis Patribus Carmelitis hujus Civitatis Gandavensis, ut super felicißima Ordinis sui hisce in Flandriæ partibus Reformatione, progressu mirabili, juventutis incremento, Populi devotione, divinorum celebratione, denique Religiosißima eorum vita aliquod publicum exhiberemus testimonium, manifestantibus idipsum non parvum auctoritatis & valoris pondus habiturum apud Serenißimum Vtriusque Bavariæ Ducem, aliosque Germaniæ Proceres ubi, eos intelligimus summo nostro cum gaudio, de jussu & auctoritate Reverendißimi eorum Generalis moliri omni studio & sedulitate eam vitæ perfectionem instaurare, quæ & injuriis temporum & perversa hominum naturâ ad malum propensâ oblivionis tenebris jacuit involuta, quamque olim in primævo Ordinis sui vigore tenuêre, & quam defacto hic variisque in Civitatibus Flandriæ ad omnium ædificationem, non exiguum animarum fructum, totiusque Ecclesiæ Romanæ ornatum & incrementum servant. Quamobrem postulationem ut æquam habentes & admittentes meritis ejusdem Religionis ac præsertim hujus Conventus Gandavensis in conspectu Concilij nostri siti, noluimus denegare, quod iis debitum cognoscimus ad tam laudabile & salutare opus propagandum. Proinde omnibus & singulis notum facimus & declaramus prædicta Carmelitanæ Religionis Reformationem, cujus in hac Vrbe ante annos circiter 25. felicia jacta sunt fundamenta maximâ Concilij nostri satisfactione, & totius populi ædificatione existere quæ innumera juventutis flore collecto adeo in virtutum omnium exercitiis doctrinæque studiis profecit, ut in primævo Ordinis statu tam quoad mutationem habitûs, quàm morum, communi omnium assensu constituta comprobetur. Quare gaudemus quòd tam antiqua Religio exsurgat, & præsertim quod etiam in terris hæresi infectis propagetur, ubi poterit in virtute & doctrina fructus copiosissimos (quos nos & sensimus & sentimus indies) ad augmentum divini honoris & summam omnium utilitatem producere. Itaque commendamus eos Sereniss. & Illustriss. Principum protectioni & favori, Magistratuum tutelæ & patrocinio, omniumque auxilio quorum ope & Consilio in dicta Reformatione plantanda indiguerint. In quorum fidem præsentes sigillo Ordinario hujus Concilij muniendas & per Grapheum nostrum jussimus signari. Gandavi hac 11. Augusti an. 1649.* Inferiùs scriptum erat: *De mandato Clarissimorum Dominorum dicti Consilij*, signatum: *A. Hane*: & sub impendebat magnum sigillum impressum in cera rubea, capsulæ æneæ inclusum, duplici caudâ pergameneâ appensum. Et ista concordare cum originalibus, attestor FR. DANIEL A V. M.

3555. Ita isti ad Prælatos, & Principes Germaniæ, eo tempore, quô in utraque Provincia Reformatio, seu strictior observantia introduci cœpit, ut favorem præstarent. Testimonia omninò similia dederunt Prælati, & Primores alij, tum in Flandria, tum in Brabantia. Idem omninò contigit in Provincia Turoniæ (ubi primò sunt jacta fundamenta Reformationis, seu strictioris observantiæ, derivata indè ad alias). De qua Turoniæ Provincia testatur is, qui vidit, R. P. Leo à S. Joanne, Provinciæ istius quondam Provincialis, in Delineatione observantiæ Rhedonensis, cap. 27. his verbis: *Mirum, quàm parvâ manu revocatus initio hic cœtus, quàm subitaneâ fœcunditate excreverit in copiosam turbam nam sola hæc familia, quæ ante vix, ac nè vix quidem sex Ascetis sufficiebat, modo, rara civium liberalitate, centum plerumque fovet, ac nutrit.* Ita quoque numerus auctus in Conventibus aliis ejusdem Provinciæ Turoniæ: ipsaque monasteria diruta, instaurata, & nova acquisita. Benedictionis similis largitas effusa est in cæteras Galliæ, Belgij, & Germaniæ Provincias Ordinis hujus: in quibus omnibus eadem illa strictior observantia pari ratione viget. Eumdem in finem è Belgio in Poloniam (Christianitatis propugnaculum) transmissi sunt traduces, Religiosi, natione Poloni, in Flandro-Belgica, in studiis, & pariter in spiritu, & praxi ejusdem Reformationis instituti; ut in sua Provincia Polonica eamdem introducant, & stabiliant. Atque ita in eodem spiritu observantiæ genuinæ Carmeliticæ, conformiter Constitutionibus strictioris observantiæ, à Summis Pontificibus Urbano VIII. & Innocentio X. confirmatis, nunc Ordo viget, & floret in Gallia, Belgio, Germania, effloresciteque in Polonia. Sed cur non in cæteris omnibus Italiæ, Hispaniæ &c. Provinciis? Profectò si Reformationis bona, jucunditatem internam, & externam experti essent alibi, eamdem avidè expeterent, & amplecterentur. Quòd si quæ videantur obstacula, sicut in prætatis Provinciis, sic & alibi, haud deerit, si fideliter invocetur, adjutorium Dei, tribuentis *pacem hominibus bonæ voluntatis.* Si gravia aliqua, aut molestia in Reformatione cuipiam videantur, laneis uti vestibus, disciplinæ frequentiores, & aliæ austeritates, is audiat, & perpendat hæc S. Bernardi ad Eugenium Papam: *Primùm tibi importabile videbitur aliquid, processu temporis, si assuescas, judicabis non adeò grave: paulò post & leve senties: paulò post nec senties: paulò post etiam delectabit.* Et ista hîc obiter: in utili subjecto isto luberet quidem aliquanto plus exspatiari; ast retrahendus

Reformationis in Provinciis aliis fructus idem:

quos si ibi passens, & perspectos haberent Provincia alia, etiam amplecterentur.

hendus calamus, nè extrà convenientes limites longius evagari videatur.

P. Livinus à SS. Trinit.

3556. PATER LIVINUS A SS. TRINITATE, ad Carmeli Ordinem cooptatus in sorte Fratrum Conversorum, seu Laicorum, legere gnarus dumtaxat, absque ullo studio, ob relucentem in eo pietatem, morum præstantiam, & docilitatem, Dei singulari, ut videtur, nutu, à superioribus ad statum Clericalem evocatus, & ab operibus manualibus translatus ad studia, in illis tantùm profecit (diligentiâ, & oratione) ut deindè delectus fuerit ad officia Concionatoris, Confessarij, Supprioris, Magistri Novitiorum, Prioris in primariis Conventibus, Definitoris, Vicarij Provincialis, fueritque columna Reformationis, & præfati Ven. P. Martini fidelis, ac strenuus socius in Ordinis instauratione, & consors laborum, ac tribulationum (veluti olim S. P. Eliæ, S. Eliseus, in ejusdem Ordinis fundatione) vir vitæ mysticæ, internæ, ac verè Carmeliticæ cultor, atque Magister insignis. Reverendus Pater D. Joannes Vernimmen, Congregationis Oratorij Presbyter, Juris utriusque Licentiatus, in S. Gudulæ Ecclesia Bruxellis Canonicus, ipsi P. Livino singulariter familiaris, ex testibus oculatis vitæ ejus seriem probè indagaverat, & dixit publicè in oratione funebri, quam habuit in ipsius P. Livini sepultura: quædam hîc opportunè indè libanda videntur. Sic igitur ibi.

Frater Laicus jussu Superiorum transfertur ad statum Clericorum:

columna sit Reformationis in Belgio:

3557. *Pater mi, Pater mi, Currus Israel, & auriga ejus* (a). Præteribo dicere, quæ ante ingressum Religionis (hæc enim reverà nativitatis genus est divinioris, seculo defunctæ, Deo verè vivisecentis, ac regeneratæ animæ) ab illo præstita recenseri possent. Neque enim ista S. Bernardi de D. Nicolao, pro modulo adhibere ambigerem: *Electus fuit ab utero, magnus à puero, juvenum reverentia, senum gloria.* Deus, qui fabricam jam tunc in eo construere celsitudinis disponebat, priùs de fundamento profundæ humilitatis jaciendo cogitavit. Itaque hanc ei ab initio singulariter indidit, infuditque, ac deindè auxit, perfecitque, ut cætera sua dona tamquàm basi benè stabilitæ, securè ipsi tutoque super extrueret. Mira, sed vera referam. *Vilis, abjectusque elegerat esse in domo Domini* & Matris ejus Mariæ, in Ordine Carmelitanuariis, contemptisque operibus deservire, mancipium verum esse, haberique contenderet. Deerant quidem ei litterarum studia; sed eâ ætate, eâ ingenij docilis felicitate erat, ut eas citò facileque perdiscere, & assequi posset. Sed hoc consilium fuit, & manus Dei cum illo. Primum in hoc sacræ Institutionis tyrocinio jugiter mortificatione sensuum, rerum terrenarum odio, propriæque voluntatis abnegationi operam navans, vitæ illius internæ, quâ lucerna ardens factus est, priùs & ampliùs semper quam lucens primordia suscepit: omnis siquidem ejus vita fuit interior, vix exterior: magis in spiritu, quàm in littera: plus in animi habitu, & affectu cordis cælitùs infuso, impressoque, quàm in effectibus externis, elicitisque actibus erat constituta. Non debuit, neque diutius potuit lampas accensa sub modio delitescere. Itaque, cùm, sicut jam dici cœptum, ad nuptiale Religionis convivium vocatus à Deo, invitatusque vitæ diluculo, novissimum ad discumbendum locum delegisset, laicalem, seu monasticum tantummodo ordinem adeptus. A Superioribus vice ac voce Dei statim inaudiit: *Amice, ascende superius*: In Clerum invitus magis, reluctansque cooptatur, ob spem, quam suæ faceret, specimenque ederet virtutis. Hic alter gradus est divinæ circa eum curæ, providentiæque; quæ *dicit de tenebris lucem splendescere, & quæ stulta mundi, & ea quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destruat*, solet *eligere*.

(a) 4. Reg. 2.

tyrocinium in Carmeli Ordine,

mortificationis & vitæ internæ desiderium:

ad Clericalem statum evehitur:

3558. Ad litterarum studia applicatur. Illa brevi ingenij bonitate, & labore assiduo pervolans, etiam ad sacras litteras se contulit, in quibus non inflantis scientiæ fumosos titulos sectatus, sed Charitatis, quæ ædificat, ignitos carbones in sinum suum congerens, ipsam reverà Scripturarum medullam decerpsisse visus est, ut dicere cum quibusdam posset: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dùm loqueretur nobis in via, & aperiret nobis Scripturas?* (a) Hic autem compendio mores ejus in litteris, quâ profanis, quâ divinis perdiscendis ex vero commemoro. Ac imprimis animo, cogitationeque recolite magnum illum Ignatium de Loyola, ætate jam provectâ, Grammaticæ regulas edisecentem, ac scholarum plus paulò quàm trivialium subsellia, ex Dei certo consilio usitantem: officia Magistris, sodalibus exempla, monitaque impensa memoriâ agitat: neque cætera id genus prosequar. Dico, cùm hic esset Juvenis, nihil tamen juvenile gessit in opere: non studiorum causâ liberiori vitæ indulsit, non conceptum pietatis spiritum quasi vestem exuit, aut sepositi; verùm neque relaxationibus animi licitis permissisque, ne tantisper, quod minus serium, & à gravitate ascetica abhorrens esset, admitteret, utendum sibi arbitratus: omne illud tempus consuetudine cum Deo, & Angelis transigebat, solitudinem tunc impensè, diligenterque sectans, quo minus aliquid fortassis sanctum illud commercium impediret: hoeque modo studia, quæ plerisque (quasi frigida affusa) primum arrepti propositi fervorem aut minuunt, vel etiam extinguunt, in hoc quasi gagatem intimè accensum vehementiùs inflammârunt.

studia ejus;

(a) Luc. 24.

& pius studendi modus:

3559. Jam satis doctrinæ & eruditionis ex profanis, satis etiam virtutis & unctionis ex divinis hauserat litteris: revocatur à Superioribus, ut quod didicerat & fecerat, alios plures doceret: quod biberat de scatebris aquæ vivæ, eructaret, inclinaretque paululùm hydriam suam. Invitus tamen neque tam labores oneraque subfugiens, quàm dignitates, & primatum recusans; ex iis vanitatem metuens, ad munia diversa

Digitized by Google

instituitur Supprior, & Magister Novitiorum,

Suppriorís, Novitiorum Magistri, ac alia assumitur. Tempus intereà advenerat, quo ex divina miseratione, Carmelus iste dudùm sterilior, ob aquarum cœlestium penuriam, exortâ ab Occidente nubeculâ, quæ simul per totum Israël Dei, graviorum nubium ac imbrium procellam attraheret, irrigari debebat, irrigatus revirescere, fœcundari in omne genus florum, fructuumque exuberare. Adorsus est omnium primus in Carmelo (Flandro-Belgico) Reformationis molem arduam R. A. P. Martinus de Hooghe, Provinciæ Belgicæ Præfectus, cujus memoria non derelinquetur, sed in benedictione permanebit æterna: Ipse Eliæ afflatus spiritu, etiam officium corrigendi, in pristinum ordinem, gradumque restituendi omnia, corda patrum in filios conciliandi, fortiter, & suaviter aggressus est: qui certè S. Eliæ multis titulis expressit imaginem; ausim nec temerè R. P. Livinum à Sanctissima Trinitate Eliseo fidissimo magni vatis famulo, Achati alumno comparere; sive quia coadjutor totius Reformationis negotij strenuissimus, sive, quia spiritûs paterni hæres, & quòd ille abiens in locum sibi à Domino præparatum, huic diutiùs supervicturo habenas præcipuè regiminis moderandas commendasse & commisisse visus est. *Gratias Deo, qui dedit eandem sollicitudinem in corde Titi pro vobis* (a) RR.PP. Carmeli reflorescentis alumni: Restituit, & plantavit ille, hic rigavit: delineavit ille, depinxitque hic, manum & quodammodò ultimam admovit: ille à fundamentis Jerusalem renovavit, hic colophonem coronidemque fastigio imposuit.

V.P. Martino de Hooghe socius in Reformatione Ordinis:

(a) 2. Corinth. 8.

quanti in hoc opere labores, & difficultates;

3560. At, Deus bone! qui labores in hoc opere exanthlati, quæ ad Deum preces, qui gemitus fusi! quantum illi patientiâ & longanimitate ad hoc arduum negotium opus fuit! Quanta sit difficultas, quantæ molis opus, sapientes nôrunt, neque pluribus amplifico. Scio à magno viro Jacobo Jansonio piæ record. Doctore Lovaniensi, quâ scientiâ Scripturarum libriſque editis, quâ virtute eximio, pro concione cùm S. Teresiam Cœlitum catalogo tunc primùm ascriptam laudaret, acutâ, vehementique voce identidemque exclamasse: Pluris se facere atque laboriosiùs scire esse Ordinem collapsum ad pristinam virtutem, moresque primitivos reducere, quàm aliquot Ordines de novo condere. In novis siquidem Institutis nihil remoræ ac impedimenti ex corruptelis occurrere: in restituendis verò Ordinibus, geminato labore, & antiqua destruenda, & nova ædificanda esse. At Livino nostro pars maxima tantorum laborum incubuit, quibus planè nisi constantiâ, ac divino robore fulciretur, prosterni deiicique potuit. Verùm in illo omnia poterat, qui eum confortabat, Ipse *destruit, ædificat, mutat quadrata rotundis*, quâ Novitiorum Magister, quâ Gandavi, & Bruxellis iteratis vicibus, & annis duodecim Prior, Provinciæ Definitor, & Vicarius Provincialis: neque id tantum sermonibus quantum exemplis fecit. Modestia singularis, pœnitentiæ spiritus, mortificationem etiam in corpore circumferens, abstinentia cibi, potûsque certa cum mensura, & pondere, humilitasque, animique demissio profunda, cura suorum, maximèque pusillorum atque infirmorum, abnegatio sui ipsius, perpetua juxtà Regulam Ordinis oratio, patientia in adversis: omnium denique virtutum chorus in ejus pectore domicilium sibi fixerat; indè in alumnos, quasi canalibus aquæ juges derivatæ, promanabant.

virtutes ejus:

mortificationem, & orationem firmo nexu in se copulavit:

3561. Duo quidem antè omnia, ac perpetuò, sibi sociisque exercenda, mortificationem, atque orationem, quæ omnium instar essent, ut ad cæteras, monasticasque virtutes aditum præberent, semper cogitatione agitabat, verbo asserebat, praxi, studioque exercebat. *Vadam*, dicebat, *ad montem myrrhæ, & ad collem thuris* (a). In oratione, quâ cum Deo loquimur, terrena transgressi, divinis inserti, quâ, inquam, ad Dei unionem pervenitur, & charismatum meliorum consortes reddimur, ipse tanquàm aquila, pullos ad solis jubar, sicque novellam, asceticamque sobolem in ea exercitatione excolebat, commendabatque cæteris omnibus, ut nihil antiquius haberent, ducerentque præstantiùs. Et ipse quidem in oculis Dei versâns assiduò, Patrum Eliæ, atque Elisei non degener filius, quibus in ore, in mente perpetuum erat: *Vivit Dominus, in cujus conspectu sto*; etiam si parva, si humilia faceret, ea cum tanta erectione spiritûs, & unione ad Deum, cum tanta unctione, fervoreque peragebat, ut appareret gratia diffusa in vultu ejus, & divina unctio ab eo in alios difflueret; utque lutea, aurea, humilia sublimia, vilia pretiosa, & communia quæque elevata, sanctaque redderet: imò intuentibus sanctificationis odorem quendam adspirarent. Ex illo consortio sermonis Dei, & facies, & mens ejus quasi quosdam radios conceperant, evibrabantque; ut jam frustrà quæreretur veterum non nemo, suam conspicuam virtuti deesse claritudinem, quæ visa oculis, mirabiles in hominum animis excitaret amores sapientiæ. Indè pariter in ejus intellectu, veritatum fidei orthodoxæ, luminumque comprehensio, reverentia, approbatio, testimonium. Indè tandem divina quædam in eo, non dicam ingenij perspicacitas, quamquàm & Theodidactus revera fuerit, sed facultatis animi sublimioris, intellectivæque in tantùm illustratio, ut ad prophetiæ spiritum pertingeret proximè, imò & ejusdem esse cum eo naturæ videretur.

(a) Cant. 4.

Præsentia divinæ excitatum,

resplendens in ejus vultu.

Præscius mortis, ad eam se præparat.

3562. Perindè ac si revelatione mortem præsciisset suam: perindè atque si Dominum jam ad ostium pulsantem, & educere de carcere & custodia corporis dilectam ejus animam parantem sensisset, audissetque monentem, velocem esse depositionem

t aber-

Digitized by Google

tabernaculi sui, ad exercitia spiritualia (sic solitudinem dierum aliquot, pietate præcipuè, ac virtutum officiis traducendam vocamus) se contulit, incepturus, quandò jam consummaverat. *Sacramentum regis abscondere bonum; opera autem Dei revelare, & confiteri, honorificum*, (a) Angelico testimonio prædicetur: veritatem non mysteriis, ambagibusque obvolvam, sed dicam apertiùs: dignatus est ei Dominus tempus resolutionis instantis pandere. Illud rursùs ipse quibusdam fidissimis, Confessarioque in primis suo, aperuit, asserens, se exercitia aggressum, in iis immoriturum. Solitudinem igitur ingressus, ut rationem villicationis suæ Domino paratus esset in promptu reddere, debilitate corripitur. Obtulit tamen Sacrosanctum Missæ sacrificium, etiam pridiè quam moreretur: infirmum quoque ascetam visere, solarique voluit jam tumulo, imò cœlo proximus: sed inter discipulorum manus collapsus, vix ad lectum, vitâ superstite, relatus est.

(a) Tob. 12.

3563. Hic extractus est ille dies, at nocte mediâ, cùm morbus ex crebra sanguinis ejectione ingravesceret, convocantur alumni disciplinæ, quos ad Religiosas virtutes, charitatemque in primis mutuam cohortatus, verbis dilecti Apostoli aliquoties repetitis: *Filioli, diligite alterutrum* (b): nullo edito impatientiæ in tam vehementi ægritudine signo, omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitus, inter Fratrum preces, quinquagenarius, horâ ferè tertiâ matutinâ in Domino obdormivit. *Beati* prorsùs, *qui sic in Domino moriuntur* (c). *Beati* etiam, *qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt: nam nos vitâ vivimus tantùm, post mortem autem non erit tale nomen nostrum* (d). *Et quis potest similiter sic gloriari*: proximè enim imitari studuit maximos hujus lumina & Thaumaturgos seculi. Hoc enim modo S. Carolus, Pontificum gloria, & Religionis orthodoxæ jubar fulgentissimũ, cujus cultum celeberrimum, erecto etiam altari Reliquiis ejus locuplete, promoverat, per exercitia, solitudinemque, in qua recogitaret omnes vitæ suæ annos in amaritudine, ad mortem sese præparaverat: in iis, febre correptus mortiferâ, ad cœli gaudia evolavit. Sic plerique Conditores Ordinum assecla ad virtutum studium novissimis verbis accenderunt. Habes & tu, B. Philippe Neri, munerum, privilegiorumque consortem, qui virtutum tuarum priùs cultorem habueras. Præcedenti obitum die, Sacrum fecit: tu feceras, nisi & eodem forsan, quo mortuus die. Diem & horam tui ad Deum transitûs alumnis prædixeras: hic tempus amicis fidissimis. Tu repentino, vehementique sanguinis defluxu atque ejectione, deliquium nactus vitæ, relictis terris, cœlum conscendisti: hunc consimillimo morbo extinctum, quia vitam similem vixit, ac devixit, ad eadem sempiterna cœli gaudia translatum piè confidimus. Quid porrò superest, Religiosi Patres, nisi ut obeuntem

pius obitus.

(b) S. Joan. apud S. Hieron. lib. de Scrip. Eccl.

(c) Apoc. 14.

(d) Eccli. 49.

S. Caroli, & S. Philippi Nerei virtutum amulator V. P. Livinus.

næniâ, quam in lamenti thema, jacturæ communis tactus internè dispendio, præcinui, mecum prosequamini: *Pater mi, Pater mi, currus Israël, & auriga ejus*: tùm petitionem, etsi difficultatis plenam (quis enim facilè vel tantum accipiat?) spirituum datori Domino per eum exhibeatis, *Ut fiat in* Vobis *duplex spiritus* ejus: quo cum Patribus vestris zelo zelati pro domo Domini Dei exercituum, æmulatique, quæ ab initio præclarè sancitæ sunt, leges paternas, idem præmium justarum animarum reportetis, securèque tandem, ac sacratiùs Majorum gloriâ incensis, curruque non tantùm triumphales adepturis inclamare liceat? Da, da per auras curribus patriis vehi. Planxi.] Hactenùs ex præfato Rev. P. Joanne Vernimmen.

3564. Quantùm ad S. Carolum Borromæum, ipse P. Livinus, virtutum ipsius pius æmulator, ejusdem cultum quàm maximè promovit Bruxellis: ac tùm Bruxella pestilentiæ facibus magnâ ex parte exusta, sicut etiam Belgij civitates aliæ; meritis S. Caroli, à diro illo flagello liberatæ fuerunt: cujus beneficij occasio fuit ipse P. Livinus: qui in tristissimo spectaculo illo firmâ spe animatus, de S. Caroli Borromæi meritis, & efficaci intercessione, ad profligandam pestem, fidenter adiit suprà nominatum Illustrissimum Dom. Jacobum Boonen Archiepiscopum Mechlinienſem: illi suam in S. Caroli merita fiduciam declaravit, supplicavitque, & impetravit, illum in finem Confraternitatem ad honorem S. Caroli: idque optato, & felicissimo successu, sicut habetur ex dictis hîc suprà ad diem IV. Novembris, ubi de S. Carolo. (a) Indè autem Confraternitas illa derivata est per totum Belgium, cum magno pietatis fructu, primordialiter promanante ab ipso V. P. Livino, primo auctore. Quòd jam ante dictum est, præscium fuisse sui ex hoc mundo instantis recessûs, illud tunc publicum fuit, & adhuc superstites sunt testes, & qui ab illis acceperunt. Inter eos est R. P. Seraphinus à Jesu Maria, nunc Romæ degens, Provincialis Scotiæ, qui mihi, & aliis quandoque retulit, se fuisse socium V. P. Livini, quandò proposuerat ire Gandavum, & quòd, dum venissent ad currus Gandenses, & V. P. Livinus elevasset pedem, ut ascenderet, mox pedem retraxit, dicens: *Ego in Deo, quòd debeam redire ad Conventum*, & sic redierunt: & deindè visitans aliquos specialiter devotos, valedixit eis, tamquam non amplius faciem, ejus viventis visuris: tum incæpit sua exercitia decem dierum, & ante finem illorum ex hoc mundo decessit.

S. Caroli Borromæi cultum plurimùm promovit P. Livinus.

(a) n. 1594.

3565. Cùm autem virtutes ejus eximiè refulserint, è re erit, præter hactenùs dicta, etiam alia nonnulla, quæ ego ipse sub ipsius Magistri Novitiorum, & Prioris disciplina, vidi, & ab aliis testibus, primariis Patribus, qui similiter cum, & sub eo habitârunt, accepi, commemorare, ad instructionem, & ædificationem.

virtutes ejus alia,

zelus exactæ observantiæ,

ædificationem. Regularis exactæ observantiæ erat zelantissimus, in se, & etiam in aliis suæ curæ commissis, quos ad eam miro benignitatis, & rigoris contemperamento cogebat. Minimarum etiam rerum, præsertim silentij, prævarications vix immunem à pœnitentia, aut paterna monitione, severioreve aspectu, sinebat, dictitans: *Vbi vigor, ubi vigor.* Etsi humilitatem, & paupertatem summo in pretio haberet, illis comitem volebat munditiem, suis inculcans sæpiùs: *In immunditia non latere sanctimoniam.* Frequentissimè inter ejus scripta id reperitur: *Domine, hîc ure, hîc seca, ut in æternum parcas.* Erat ita patiens in doloribus, quos ei causabat corrupta tibia, & duplex hernia, ut non notaretur aliquos dolores pati, semper rectè, & læto vultu se habendo; ita ut, dum pòst mortem à Religiosis videretur tibia ex parte quasi putrefacta, cum duplici cingulo pro hernia, stuperent, quomodò ista ita potuisset dissimulare, & occultare, ut vix quispiam potuisset advertere. Quandò, ut tempestivâ studiorum, & laboris intermissione Religiosi fierent ad opus Dei vegetiores, eis concedebatur, ut se possent recreare, ipsè majori tempore vacabat orationi, ut Deus speciali gratiâ Religiosos contineret in religiosa frugalitate, & modestia. Ipse verò erat ita abstemius, ut multo tempore, etiam in ultimis exercitiis, cibum sumeret & potum in pondere, & mensura. Pòst celebrationem Missæ solebat ut minùs per horam ab alimento abstinere, propter reverentiam sacrarum specierum, etiam in itinere. Erat diligentissimus, & Deo attentissimus in divinis Officiis, etiam nocturnis, etsi laboraret corruptâ tibiâ, & herniâ, ratione cujus debebat quadrante citiùs excitari. In divino officio aderat cum tanta reverentia & attentione, ut videretur esse in extasi, totus immotus. Cùm videret aliquos absentes à Matutinis, qui debebant interesse, statim curabat eos per aliquem vocari. Exhortationes ejus ad Religiosos erant valdè spirituales, & compunctivæ, ita ut verba ejus viderentur esse *spiritus, & vita.*

munditia cultus,

patientia:

quid tempore recreationis Religiosorum:

silentij cura singularis,

3566. Erat singulariter solicitus, ut servaretur silentium, maximè in Claustro, Dormitorio, & Hypocausto; undè quandò reperiebat aliquos extra tempus loquentes, digito ante os indicebat silentium, modestè dicendo: *est tempus, & locus silentij*: & sic, eo viso vel de longè, statim silebant. Specialissimè autem invigilabat, ut silentium quàm exactè servaretur in hyeme, in communi calefactorio; dicebat enim: Silentium ad finem Reformationis Carmeliticæ graviter conducere; & quidem in communi calefactorio, cæteros impediri à religiosa occupatione, vel studio, dùm ab aliquibus ibi frangitur silentium. Ut servaretur silentium, & modestia debita in secunda mensa, sæpè illo tempore obambulabat refectorium, & per vices lavabat etiam scutellas. Adeò sibi, & Deo intentus, ut fateretur, se numquàm esse extra fidem divinæ præsentiæ; & quòd, etsi essent negotia valdè prægnantia, & casus adversi pro manutenentia Reformationis; per illa tamen non amitteret internam quietem in Deo, eo quòd adoraret in omnibus providentiam Dei, & in omnibus se ejus dispositioni conformaret; hinc erat semper (sicut jam dictum) facie serenâ, & quasi subridente, respirante quasi aliquid divinum. De optima, interna, mystica oratione, & interna cum Deo unione, quoad fieri potest in hac vita, dicebat: Sicuti est bonum signum, aliquem benè dormivisse, quandò pòst somnum non meminit eorum, quæ somniavit; & econtrà, indicium, quòd quis non benè dormiverit, quandò potest narrare somnia sua; ita est signum, quòd aliquis benè vacaverit intimæ orationi, seu orationi intimæ quietis in Deo, & somni mystici, dùm pòst orationem quidem scit, se intimè vacasse Deo, sed in particulari non potest dicere, quomodò, vel quid viderit. E contrà verò, dum scit multa referre de cogitatis, & factis in oratione, est indicium non intimæ orationis. Signum bonæ & fructuosæ meditationis assignabat & illud: quandò indè quispiam redit humilior, ferventior, modestior, &. ad exercitia virtutum aliarum promptior, atque ad ferenda adversa quævis robustior. Cùm aliquis Concionator mysticus in suis concionibus aliqua non ita benè sonantia dixisset, & ob id periclitaretur suspendi à Concionibus & confessionibus, Illustrissimus Dom. Archiepiscopus Mechlinienſis vocavit R. P. Livinum, ipsum æstimans ut expertissimum in vita mystica; ut ejus judicium audiret de doctrina istius Concionatoris. Ipse autem P. Livinus doctrinæ istius Concionatoris rationes tam solidas, & perspicuas adduxit, ut fuerit justificatus.

præsertim in loco calefactionis,

Meditatio optima qua,

in vita mystica exercitatissimus.

TESTIMONIUM *de Sepultura, & translatione præfatorum Ven. PP. Martini, & Livini, ex originali Instrumento, asservato in archivo Carmeli Bruxellensis.*

Locus sepulturæ.

3567. IN nomine Domini Amen. Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, die sextâ Novembris, ratione novi ædificij faciendi, effodi debuit Capitulum, in quo sepulturæ traditi erant Venerabiles Patres Martinus de Hooghe & Livinus à Sanctissima Trinitate, Auctores Reformationis in Provincia Flandro-Belgica prope invicem, & superpositus erat lapis sepulchralis cum hac inscriptione:

Quomodo in vita sua dilexerunt se, ità & in morte non sunt separati RR. PP. MARTINUS DE HOOGHE, & LIVINUS A SS. TRINITATE, *qui multis pro reformatione exantlatis laboribus, pro eadem vitam Deo & B. V. M. Carmelitanæ immolarunt; Primus 12. Iunij 1637. dum Provincialem 2.° Secundus 23. Sept. 1641. dum hic Priorem ageret: quorum Reliquias hoc marmore mœstissimi Filij contexêre. Requiescant in pace.*

HIC JACET R. P. LIVINUS. ✠ HIC R. P. MARTINUS.

Depositâ

Depositâ autem terrâ reperta sunt ossa utriusque, suis locis disposita: quæ abluta fuêre, & imposita sigillatim in duabus capsulis ligneis, donec ædificium absolveretur. Hodie autem, die 28. Aprilis 1667. extracta fuere ex ligneis capsulis, & imposita plumbeis: & utraque collocata sunt in ingressu loci sepulchralis Fratrum, & appositus fuit idem lapis ex Capitulo translatus. In quorum fidem &c. Datum & actum 28. Aprilis 1667. Ità est & testamur. *Et signatum erat.* F. Daniel à Virg. Maria Provincialis, F. Stephanus a S. Paulo Prior, F. Ignatius de monte Carmelo Suppriot, F. Germanus à S. Carolo, F. Joannes Damascenus Clavarius, F. Ludovicus à S. Michaële Lector, F. Leonardus à S. Gudula, F. Leander à S. Teresia, F. Josephus à S. Elia Procurator.

P. Petrus Wastelius,

3568. P. PETRUS WASTELIUS, eruditione (de cujus fructibus libro sequenti) ac pietate insignis, sicut ad extrà habitu, ita intrà animo candidus, singularem humilitatem, & modestiam præ se tulit: magnæ vir devotionis ergà SS. Virginem Mariam: cujus officium, ex sola devotione, non obligatione, totâ vitâ, quantumvis occupatus (Prior autem fuit in diversis conventibus, deindè Provincialis per Belgium, denique Commissarius Generalis Provinciæ Hiberniæ) non prætermisit, nisi infirmitate gravissimâ impediente: cumque recitare non amplius posset, socium adhibebat, qui, se audiente, illud legeret. Obiit Alosti anno 1658. die 3. Maji, ætatis 75. Is etiam in hac Reformatione operam contulit præfatis PP. Martino, & Livino: qui itidem collaborârunt in stabilienda strictiori observantia in Conventibus Gallo-Belgicis; sed præcipuè P. Martinus, iteratis vicibus Provincialis Belgicæ, tunc complectentis Conventus omnes Ordinis hujus in Belgio sitos (qui jam separati, constituunt Provincias Flandro-Belgicam, & Gallo-Belgicam.) Reciprocè Patres Conventuum Gallo-Belgicæ, à P. Martino evocati Bruxellas, & ad alios Conventus Flandro-Belgicos, operam subsidiariam in illis sedulò præstiterunt. Qui autem fuerint primi, devoti, zelosi auctores Reformationis in istis Conventibus Gallo-Belgicis, etiam hic consequenter declarandum est.

Devotiss. B. V. Maria,

Reformationis introducendæ cooperator.

P. Richard. à S. Basilio, P. Ioannes Bap. Bavay quid præstiterint.

3569. P. RICHARDUS A S. BASILIO, Prior Valencenis (postmodùm Provincialis Belgicæ) & P. JOANNES BAPTISTA BAVAY, percelebris concionator; meritò hîc commemorandi, qui zelo zelantes pro Ordine suo, & strictiori observantia in eo instauranda, cum aliis aliquot compromiserunt, in Valencenensi primario Provinciæ Gallo-Belgicæ Conventu (in quo aliquando Prior fuit, virtute, doctrinâ, & dignitate illustrissimus JOANNES BRISELOT, de quo libro præcedenti actum fuit: & in eodem claruerunt alij plures, eruditione pariter, & pietate conspicui: De Ven. PETRO BONNERIO pro defensione SS. Eucharistiæ, ac cultu sacrarum Imaginum ab hæreticis gladio interempto an. 1570. fuit hîc suprà, ad diem XIV. Novembris (a). Istis temporibus etiam V.P. JOANNES CORDEAU, V. P. JACOBUS VATTEAU, anno 1566. & V.P. AMANDUS CLEMENS, anno 1567. concionando, & catechizando, populum in orthodoxa fide conservare satagebant, & similiter ab hæreticis trucidati sunt Valencenis). Ibi igitur primùm quidem V. P. Richardus anno 1621. auspicatus fuit: ast variorum oppositiones successum pij moliminis tunc interruperunt, seu suspenderunt. Haud diu post V.P. Joannes Prior ibi electus, ipse, & alij rursùs jurejurando pariter se obstrinxerunt, se collaboraturos, pro introducenda Observantia simili, quæ in Provincia Turonensi tunc floreſcebat, imò vigebat. Instantiis apud Reverendissimum Patrem Generalem, variorum Primorum interpositâ auctoritate, obtinuerunt, ut illuc è Turonia advocarentur Venerab. P. Philippus Theobaldus (de quo hîc suprà a) & bini alij, pietate, ac doctrinâ Venerandi, qui Valencenas advenerunt anno 1624. mense Augusto, & omnem Reformationis rationem, ac praxim ibi tradiderunt: atque ita Reformatio ibi stabilita, radices egit, & inerevit in dicto Conventu, indeque derivata fuit ad alios, quàm maximè cooperante Venerab. P. Carolo à sancto Gisleno, ratâ pietate illustri, post varia officia, Vicario Provinciali (Atrebatenses etiam aliquot pio eodem zelo moti, eamdem Reformationem acceptantes, strenuè collaborârunt, & eum in finem Religiosos duos Romam miserunt). Per istos præfatos tres primariò atque alios deinceps, Reformatio mirabili divinæ benedictionis redundantiâ continuata fuit, usque in præsentem annum 1676. ita ut jam plùs quàm triplò plures sint Religiosi Conventuum istius Provinciæ, quàm fuerint sub initium Reformationis, ante annos quinquaginta: Conventus omnes antiqui instaurati, ac adjecti novi: & quidem percelebris *Domina nostra Bonæ Spei* nuncupatus, ab Imagine istius nominis, miraculis multis coruſca, ad mediam leucam ab urbe Valencenensi, in Sylva, nec non alij in primariis Gallo-Belgici tractûs urbibus, Montibus Hannoniæ (Hannoniæ totius urbe capitali) in Universitate Duaci, & hoc anno Insulis (emporio insigni) atque in aliis civitatibus, & oppidis: ita quidem, ut numerus Conventuum jam nunc excreverit ultrà duplum, quàm ante fuerit: & quidem hôc, & anterioribus annis, inter media grassantia bella, vastationes, & calamitates magnas causantia, Conventus omnes in bono sunt statu, sicut in spiritualibus, ita & quoad temporalia, sufficientia, nè Conventus debitis graventur, & ut Religiosis omnibus, nil proprium, nil depositi habentibus, sanis, & infirmis, de necessariis omnibus competenter provideatur, ac studia vigeant, atque etiam ædificia adhuc non fiant: sic ut medios inter bellicos tumultus, opulentâ requie perfrui videatur

(a) num. 2619.

(a) num. 3511. & seq.

P. Carolus à S. Gisleno,

Reformatio in Gallo-Belgica Divina benedictionis largitate vigens.

videatur Provincia illa Gallo-Belgica; ita ut id, quod olim Euangelicus Propheta Isaias (a) præconizavit de Carmelo, & ejus incolis, sancti Eliæ posteris, à captivitatibus Judæorum, & miseriis eas comitantibus, præservatis: *Et habitabit in solitudine judicium, & justitia in Charmel sedebit. Et opus justitiæ erit pax, & cultus justitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta*; Jam nunc non immeritò illi Carmelitanæ Provinciæ competere videatur. En vitæ regularis, & strictioris observantiæ, seu Reformationis fructus uberrimi: qui meritò etiam Provincias alias, in quibus Reformatio illa non viget, movere, & allicere deberent, ad eamdem expetendam & susciendam, prout aliquantò uberiùs prætactum est hîc suprà, ubi de Venerab. P. Martino de Hooghe. Et ista hôc loco, occasione præfatorum Ven. PP. Joannis Bavay (qui meritò primus istius Provinciæ auctor Reformationis habendus) Richardi à S. Basilio, & Caroli à sancto Gisleno, auctoribus, & promotoribus Observantiæ strictioris in illis partibus.

(a) Isaiæ 32.

P. Philippus à S. Iosepho,

3570. P. PHILIPPUS A SANCTO JOSEPHO, aliàs PHILIPPUS EUGENIUS DE CROY, Dux Havræus, Marchio Rentiacus &c. in flore ætatis; sub medium hujus seculi XVII. exemplum præbuit singulare contemptûs omnium, quæ in hoc sæculo magna videntur. Domesticus ejus consiliarius vir ingenio præstans, libello typis edito genus, & vitam in sæculo usque ad Religionis ingressum, edidit, unde quædam hic delibanda videntur. *Habe præsens ætas, quo glorieris, antiquitas, quod mireris, posteritas, quod stupeas, & quod sequaris: unde orbi proponantur miracula, nobilitati quarantur exempla. Philippus Eugenius de Croy, è Regum & plurium sanguine sanguis regius, Patre Philippi IV. delicio in celsissima fortuna spem genitus: & ne quid ad natalitiorum dignitatem deesset, natus Dux Havrei in Hannoniâ, Dux Croyaci in Galliâ, Sacri Imperij Princeps, & hereditarius Marescallus in Germaniâ, Marchio Rentiaci in Artesiâ, Comes Fontenoya in Lotharingiâ, Gravelingæ & Burburgi Vice-Comes in Flandriâ, futurus Magnas in Hispaniâ, & ut regio majorum fastigio accederet, supremus & liber Baro Fenestrangij. Plura recensebo? Vrbium Cervia, Bayonij, Thieconttij & pagorum, vicorumque supra quadraginta cum tempore Dominus, Regius Tournehania, & Andrewicquij Gubernator, quid tandem? Cuncta solo affixit, Deo soli dicavit. Credent posteri, Principem avitâ gloriâ inclytum, propriâ splendidum, Regis omnium maximi liberalitate ditatum, eodem duce ad summa promovendum, pro dignitate submissionem, pro immenso stipantium comitatu solitudinem, pro aulâ claustrum, pro palæstrâ elegisse Carmelum? opimam hereditatem Ducatuum amborum expectatione superbam, omnibus infra regium titulis insignem, cum privatâ, eâque tenui vitâ commutasse? Stirpis Croyaca (& quanta hæc!) luculentissimum heredem, Percharum Regi maximo, proceribus Hispanis, Belgisque ex æquo gratissimum muniis bellicis, dignitatibus aulicis, & Provinciarum regimine velut hereditario jure cumulandum, non modò à justâ cupiditate abstinuisse, sed eam pompam, id decus, Dei ergò spreviss?*

ætas Dux Marchio &c. Carmelita.

prosapia,

ampla ejus Dominia,

Consequenter describitur series vitæ ejus ante Religionis ingressum. *Dubiam Excellentissima Matri Ducissa fœcunditatem voto nuncupato dedit Virgo Deipara Bruxellis apud Discalceatos Carmelitas in effigie ad columnam conspicuâ: hinc ortus Philippus septimo Kal. Octob. MDCXXIX. è lustrali fonte susceperunt* PHILIPPUS IV. REX HISPANIARUM (per Procuratorem) & ISABELLA, CLARA, EUGENIA, BELGII AC BURGUNDIÆ PRINCIPISSA: *Et nomina dederunt* PHILIPPUS, EUGENIUS. *Pueri verba formare insipientis, lepores, blanditia, astus fuêre dicta Serenissima Principissa delicium, Belgica Curia oblectamentum. Vt verò juventus infantiæ, judicium ingenio, pietas successit ludo, nil juvene moderatius, nil rudimenta ediscente doctius, nil vitam piis moribus imbuente mirabilius. Societatis Patres habuit didascalos. Tandem in eâ palæstrâ emeritus, quod avitæ nobilitatis erat, exercitiis quæ ætatem principum decent, Mathematices præceptis vacavit. Sex omninò idiomata calluit. Conversis studiis ætas, animusque virilis, qui in Philippo maturè adolescentiam sequutus est, quibus potissimùm rebus impensus sit, habe. Bruxellæ aulam penitus noverat omnibus notus, & amicus, cum consilium itineris in Hispaniam capessendi per ministros iniit & suscepit, per se implevit, & confecit.* Deindè referuntur, ejus per varios Bellorum, & discriminum casus, iter in Hispaniam: & ibi qualiter à Rege Patrino suo Philippo IV. comiter, & regiè exceptus fuerit, pro benevolentiæ monumento, manu regiâ Marchioni deosculandâ porrectâ, & quater mille coronatorum ab illo annuo reditu auctus fuerit. Cætera in Hispania, & cum Rege transacta, & qualiter tandem à Rege Kalendis Februarij anni MDCLIII. data discedendi facultate, & per Galliam à variis proceribus peramicè, honorificè, lautè exceptus, indè tandem Bruxellas redierit Idibus Aprilis, ac tandem anno sequenti MDCLIV. relicta militia terreni Regis sibi addictissimi, in sanctiorem, Summi Regis, serventiori ejus amore trahente, adscriptus fuerit, sic ibi consequenter pandit.

nativitas,

pueritia,

adolescentia, studia,

iter in Hispaniam,

3571. *Superest quæ sanctiori in arenâ facta sunt, cum motivis causisque edicere. Non novus erat in Marchione pietatis amor; hunc origo* CROYACA, *educatio, indoles, exercitia, propensus in res sacras animus, peperierant, foverant, auxerant. Altius pupugerat animum Divâ Virgine dante se procreatum, atque adeò filium matri*

ingressus in Carmeli Ordinem.

pignus

pignus restituendum deponenti. Subibat fluxus rerum ordo, inanes aularum pompa, momentanea & sæpius noxia bonorum possessio, dubia felicitas, necessaria vicissitudo, lubricus aulicorum status, omnia volubilitas. Occurrebat hæreditatis quamvis opulentæ quamvis illustrissimæ iniquissima cum cælesti comparatio. Sciscitabatur quonam abiissent tandem Haurechij, Arschotani, Solrij, Rentiaci, Chymaij, Cervij, Reusij, Porciani, Falcesij, cuncti è Croyacis Duces, Principes, Marchiones, Comites tam stirpis nobilissimæ decora? omnia mortalitas. Considerabat quid è Croyacis supereſſet, qui à Sex sæculis Hungariæ fuêre Reges, indeinde hunc usque diem, Cæsarum, Regum, Principum Belgij Assessores, Legati, exercituum duces, Provinciarum moderatores, toties aureo vellere & à tot annis magnatum in Hispaniâ dignitate conspicui? omnia vanitas. Illa nempè æterna cogitantem vicêre, firmavêre vacillantem, prostravêre luctantem. Placuit igitur pro curriculo legi palæstram. Ea fuit Sacer Carmelitarum reformatorum Ordo, quondam Virgini paritura, nunc Deipara consecratus. UNDE HABEAT PRÆSENS ÆTAS QUO GLORIETUR, ANTIQUITAS QUOD MIRETUR, POSTERITAS QUOD STUPEAT, ET QUOD SEQUATUR.

3572. Itaque maturæ jam ætatis (annorum XXV) fugacem rerum omnium sæculi hujus fortunam, quodque *vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, altâ mente perpendens, ex peculiari erga Deiparam amore, in ejus Ordine se dicare firmiter decrevit. In eo admitti postulavit: impetravit: sed ne animi sui consilium à præpotentibus amicis impediretur, hoc pio strategemate celavit. Feriâ tertia Hebdomadæ sanctæ an. MDCLIV. se contulit ad Conventum Ordinis hujus ruri, in vico nuncupato *Brugeletum* (in Hannoniâ leuca una ab Atho) ad dies aliquot piæ recollectioni vacaturus, dimissis ad varia loca ephæbis, & famulis suis. Sequenti die depositis vestibus suis, habitu Ordinis se induit, ut eo se celaret; equo humili impositus, cum socio Religioso profectus est ad Conventum Novitiatus, nuncupatum DOMINÆ NOSTRÆ BONÆ SPEI, situm in sylvâ, distantem à dicto Conventu Brugeletano septem leucis unius horæ. Cum perveniſſet ad civitatem *Condatum*, ubi palatium erat Domini Comitis Solrij, ejus consanguinei, ne ab occurrentibus fortè aliquibus de familiâ agnosceretur, descendens ex equo, socium rogavit, ut ascenderet, & ipse tamquam laicus fræno duxit equum per urbem: atque ita sub vesperam pervenit ad dictum Conventum DOMINÆ NOSTRÆ BONÆ SPEI, dissitum ad mediam leucam à Valencenis (a). Conventum ingressus, ex humilitate, & mentis gaudio in genua procidens, portarij (b) Scapulare exosculabatur. Postridiè (die Jovis Sancto) rogati Senatores urbis Valencenensis, venerunt ad Conventum Bonæ Spei, coram quibus, tanquam testibus, solemni ritu investitus fuit habitu Ordinis. E famulis domesticis ad ipsum quærendum emissis unus ad illum Conventum perveniens, Dominum suum in tali conspiciens veste, ità attonitus perstitit, ut ne verbum efferre, nec cibum aut potum sumere potuerit: ad quem Philippus: Ne ulterius me ut Ducem, aut Marchionem respicias, sed ut Fratrem Carmelitam. Domina Mater Ducissa d'Havrè nuntio illo vehementer perculsa unà cum filia sua (nunc Comitissa Egmundana &c.) profecta est ad dictum Conventum, petens loqui filio extra septa Monasterij: ille, veritus nè fortè ad deferendum arreptum statum vis adhiberetur, humiliter renuit, supplicans id fieri ad portam in collocutorio. Tandem acquiescens matri, se humiliter excusavit, de non indicato proposito suo illo; nè verisimiliter illud impeditum fuisset. Post diuturnum colloquium animæquior discessit à à filio mater: verumtamen effecit, ut Illustrissimus Dominus Gaspar Nemius Archiepiscopus Cameracensis ejus vocationem probaret, sicut mox dicetur: sed animi ejus constantia posteà singulariter enituit; cum enim ipsi primogeniti jure competerent Ducatus d'Havræus, Marchionatus Rentiacus, & cætera jam antè enumerata, & variæ moverentur difficultates, quæ elapso probationis anno, finem non habebant, hoc duplici proposito firmavit animum; hinc, non procedere ad professionem statuit nisi prævie omnibus difficultatibus sopitis; isthinc neutiquam recedere à Religionis proposito, licèt ad finem usque vitæ continuantibus difficultatibus, Novitium permanere oportuisset. Denique negotiis omnibus peractis, anno MDCLV. festo S. Joannis Baptistæ, in Ecclesiâ præfati Conventûs DOMINÆ NOSTRÆ BONÆ-SPEI in præsentiâ Serenissimi Principis Archiducis Leopoldi, tunc Belgij Gubernatoris (qui illâ die cum ipso, & Religiosis in refectorio prandium sumpsit) ac Dominæ Matris suæ Ducissæ, & præcipuorum Belgij Principum, inter manus ejus, qui hæc scribit (tunc Provincialis Provinciæ Belgicæ) solemni professione Deo, & Sanctissimæ Virgini Mariæ in ejus Ordine se consecravit: insigni piâ oratione, in honoratissimo illo consessu, pietatem inflammavit R. P. Seraphinus à Jesu Maria, nunc Romæ degens, Provincialis Scotiæ, Ordinis hujus.

pium strategema, ne à Religionis proposito impediretur:

animi constantia in sua vocatione:

3573. Quantùm ad ejus in religioso statu conversationem, ac virtutes in eo peculiariter relucentes: de constantia in sua vocatione jam audivimus, patuitque in eo, quòd matris, & aliorum consanguineorum sollicitationibus fortiter restiterit; ita ut etiam præfatus Illustriss. Dom. Archiepiscopus Cameracensis à Serenissimo Principe Leopoldo, ad instantiam matris, ad illius examen missus, pòst eum spatio alterius horæ interrogatum, auditumque; tandem capiti ejus ambas manus imponens, & illi benedicens, diceret: *Deus te in bono proposito arrepto confirmet*: egitque apud propinquos, nè quisquam illi ulteriùs molestus esset. Animæ puritas; cùm ad sacram Synaxim,

Conversatio, & virtutes in Religione:

(a) *seu* Valencenis.

(b) is erat P. Joan. à S. Antonio.

Digitized by Google

& jam Sacerdos, ad altare accessurus esset, si conscientia vel levissimæ culpæ remorderet, priùs illam Sacramentis Pœnitentiæ emundabat. Devotio ergà B. Virginem Mariam in recitatione Rosarij: cùm esset de Congregatione, quam vocant *Rosarij perpetui*, intempestâ nocte surgebat, ut horâ sibi assignatâ Rosarium quindecim decadum exolveret. Contemptus honorum, & quorumcumque, quæ in mundo magna videntur, sicut ex dictis constat: de natalibus vix loqui auditus fuit: paulò ante Religionis ingressum acceperat à suo patrino Philippo IV. Hispaniarum Rege præfecturam legionis; sed humiliter recusans, elegit magis abjectus esse in domo Dei, & Matris ejus: & litteras patentes, Novitiatum ingrediens, Magistro lacerandas tradidit. Mortificationis, & pœnitentiæ desiderium, & exercitium, ab ipso vestitionis die, quò, & sequentibus, Matutinis tenebrosis, disciplinis, & aliis actibus pœnitentiæ, istis diebus peculiariter fieri solitis, interfuit cum magna ædificatione, & admiratione aliorum. In ista divini Officij nocturni, & diurni, ac cæterorum actuum vitæ religiosæ frequentatione deinceps perstitit.

3574. Abstinentiæ exemplum præbebat, communi aliorum cibo contentus, vix subindè ob debilitatem aliud quidpiam admittens, cibos communes, & grossiores sibi sufficere aiebat: dicebatquè cibos pauperes (quales antè ne quidem gustaverat umquam) majoris sibi esse satisfactionis, quàm omnes aulæ delicias; & quod plus satisfactionis, & interioris gaudij perciperet uno die in Religione, quàm pluribus in mundi honoribus. Humilis, & comis familiaritas in eo relucebat, etiam cum minimis. Sacerdos consecratus, exemplo S. Andreæ Corsini, apparatum omnem declinans, nec Mechliniæ (ubi tunc studiis Philosophicis, deindè Theologicis vacans, habitabat, cum eo qui hæc scribit) nec Bruxellis (ubi Domina Mater, & consanguinei degebant) sed in eremitico Conventu B. Virginis ad Mulum nuncupato, sito in sylvâ Liedekercanâ, primitias sui Sacrificij Deo obtulit. Zelum salutis proximorum, perfectis studijs Philosophicis, & Theologicis, exercuit in ferventibus concionibus, variis in locis habitis. Ob negotia ad suum Patrinum Philippum IV. Hispaniarum Regem destinatus in Hispaniam, contractâ ibi infirmitate, Madriti, consummatus in brevi, decessit anno salutis MDCLXV. Post ejus obitum, die quarta, vigesima tertia Decembris, solemnes exequiæ in Ecclesiâ Carmelitanâ factæ sunt, assistentibus Magnatibus, & Principibus istius aulæ, & Ordinibus Religiosis, orationem funebrem habente Reverendissimo Patre M. Lozano, Ordinis Carmelitarum, Qualificatore S. Officij Inquisitionis, Catholicæ Majestati à concionibus. Orationis funebris insignis, deindè typis editæ Madriti, hoc est initium:

Obitus.

Por el R.mo Padre Maestro Diego Lozano, Calificador del Santo Oficio de la Inquisicion y Predicador de su Magestad.

In requie mortui requiescere fac memoriam ejus &c. (a)

(a) Eccli. 38

3575. F. Basilius a Spiritu sancto, Laicus, merito videtur accensendus illis de quibus Sapiens loquitur (b) *Cum simplicibus sermocinatio ejus.* Historiam vitæ ejus scripsit R. P. Cœlestinus à S. Simone, Provincialis Gallo-Belgicæ, Duaci, à Theologis approbatam, & typis editam; indè, pro ædificatione Lectorum, & audientium, paucula hic producuntur. Natus est in Belgio anno 1604. mense Julio, parentibus valdè piis Bartholomæo Gaigneur, & Catharina Remij (quorum domus *Sanctæ familiæ* nuncupatione audiebat) in pago Sereni-Campi, haud longè à Marchia, oppido in Ardenna, patriæ Luxemburgensis, diœcesis Leodiensis. Ab ineunte ætate singulare pietatis specimen dedit; tanta extunc fuit ejus in pauperes propensio, ut videretur ab utero cum eo misericordia creviſſe. Quandoque subtracto sibi, Fratribusque, ruri laborantibus, prandio, cujus parandi gratiâ domi degebat, pauperes (quos *Fratres* vocitabat) misericorditer sustentabat. Domum redeuntibus Fratribus, abblandiens dicebat: *Fratres nostri pauperes huc advenerunt, magis indigi quam nos*: & sic illos, licèt ex opere fessos, verborum suavitate deliniebat, & permovebat, ut bene contenti solo ferè pane cum pauco obsonio se reficerent.

(b) Prov. 3.

à puerilis specimen probatis pietatis singularis:

3576. Anno Christi 1630. die 2. Junij, ætatis circiter 26. Marchiæ inter Fratres Conversos, seu Laicos Carmelitico habitu donatus fuit. Sui ipsius perfectissimæ abnegationi ita strenuè vacavit, ut à tempore novitiatûs nil nisi humiliationes, labores, mortificationes, in esu, potu, vestitumque redoleret. Tam sincerâ, profundâque semper enituit humilitate, ut ne vel leve umquam propriæ excellentiæ desiderium in ejus actionibus, sermonibusque potuerit annotari: quinimò proprij contemptûs, vilisque sui æstimationis semper in eo visa fuerint indicia. Nihil ipsi communius, quàm se fatuum appellare, talisque ut à Fratribus & Sæcularibus haberetur, satagebat. Dum culpam de Religionis more diceret, levissimos defectus tanto compunctionis ardore, tantâque exaggerantiâ fatebatur, ut & compunctionis affectum in corde Fratrum videretur transfundere. Conversari cum Fratribus, immò & inter homines vitam agere, sese indignum reputabat. Numquam jucundior, quàm ubi à Superioribus objurgaretur, qui idipsum consultò faciebant, virtutis ejus soliditatem sapienter probaturi. Ex hac humilitate, velut ex cæterarum virtutum radice hujus fratris simplicissima, ac perfectissima obedientia pullulavit, sic, ut omnia Superiorum mandata cæco modo perficeret; tantâque solertiâ exequeretur, ut etiam gravi pressus infirmitate ab eorum executione non desisteret; adeò ut necesse foret superiores cessationem ab opere injungere, dum eum malè

Carmeli Ordinem ingreditur.

virtutes ejus,

humilitas,

obedientiæ causa,

paupertatis amor,

malè habere dignoscerent. Admirabilis etiam fuit in eo paupertatis amor, malebatque ubi oppidatim mendicaret, ad pauperum casas, quàm ad Nobilium domicilia pro transigendâ nocte divertere: ad horrea (pauperum ordinarium diversorium) aut etiam subindè haras porcorum, eo libentiori animo sese conferebat, quò, nullius obstante consortio, in eis orationi liberiùs vacaret.

Orationis studium,

Per totam noctem aliquoties in eis deprehensus est orasse; maximè verò à viro quodam honesto, qui famulum, quid F. Basilius noctu ageret in horreo, jusserat attendere; rediens enim ad Herum famulus, nimis protractâ Fratris oratione lassatus, eum orare renuntiabat: primâque aurorâ iterum ad horreum, ejusdem rei gratiâ, remissus, Basilium, non sine stupore, adhuc orantem invenit.

3577. Ab emissa professione animadversum est novas numquam vestes induisse, togas centonibus consutas faciens pluris, quam Regum purpuram. Satagebat quoque ut habitus brevis esset. Cùm autem ex mandato Superioris sartoriæ præfectus ei togam veterem reconcinnare pararet, veritus humilis Frater ne ad nimiam longitudinem diffluereret, humili prorsus dexteritate poplitem flectens, corpusque submittens, effecit, ut ità piè eluso opifice, ad mediam quasi dumtaxat tibiam absoluta vestis pertingeret; rei vero rationem inquirenti Superiori respondit ingeniosus virtutis occultor, togas nimis longas sibi magno esse incommodo: eâ autem usque ad mortem usus fuisset, nisi Superioris mandato suæ staturæ esset reddita conformis.

ingeniosus paupertatis cultus,

Rara fuit ejus abstinentia, quippè qui toto vitæ tempore vix aliud gustavit, præter frustula quæ ex Confratrum residuis, ut culinæ præfectus, colligebat; ubi verò cum aliis mensæ (in quâ omnium æquale est obsonium) assidebat, magnâ ex parte à suo abstinebat, reliquumque à se sumendum cerevisiæ mixturâ prius insipidum reddebat. In deliciis illi erant ova vetera ad putredinem tendentia. Media in hyeme ad focum accedebat rarissimè: manus ejus frigoris rigor tumefaciebat frequentissimè. Nudis in nive pedibus deprehensum aliquando fuisse, juridicè testati sunt homines fide digni. Disciplinis sanguinolentis mirè in corpus sæviebat. Quadam vice post factam in parasceve Domini cum Communitate disciplinam, vulnerum Christi atrocitate, quam meditabatur, perculsus, ad culinam, cujus curam gerebat, accessit, sequè rursus crudeliter clavium manipulo diu flagellavit. Excellentis adeò fuit in corpore & animo puritatis, ut mulieres in facie, quantum janitorem pro munere decet, vel obiter verecundaretur intueri. Declararunt Confessarij post ejus obitum, nihil umquam de impuritatis materiâ habuisse confitendum. Eximiâ charitate infirmis necessaria ministrabat, cæteraque in eorum sublevamen obeunda, etiam naturæ repugnantia, mirâ

abstinentia singularis,

devotio erga Christi vulnera,

puritas,

alacritate & patientiâ persolvebat. Pauperum miseriis in corde graviter tactus, eis summâ cum jucunditate eleëmosynas elargiebatur, quas illis eo gratiores faciebat, quo semper aliquo spirituali documento piè condiebat.

3578. Divinæ voluntati conformis quam maxime fuit; cùm gravi morbo laboraret, Superiori proponenti se jussurum pro recuperandâ ejus valetudine missam decantari coram icone miraculosâ Deiparæ Virginis, respondit: *Sinamus Reverende Pater, voluntatem Dei adimpleri.* Cum aliquando ruri ageret pro colligendis eleëmosynis, fulmine ad ejus pedes collapso, immotus mansit, sociique præ timore nimis stupefacto, *quid metuis,* ait, *Frater, num felices essemus, si nos jam vitâ fungi vellet Deus?* constanti, uniformique semper erat animo, nihil inquieti, nihil non sereni præ se ferebat vultus ejus velut Angelicus. Quamvis triginta annis culinæ sæpius & œconomiæ, aliisque officiis fuerit applicatus, Fratribus numquam non officiose inservivit, nullique ansam querimoniæ dedit. Verus fuit Eliæ, quia verus orationis, filius. Quòd ruri agens, in horreis orationi vacans pernoctavit jam audivimus: in Conventu existens, eidem Angelico exercitio incumbens, annotante excitatore nocturno, quandoque magnâ ex parte noctes insomnes duxit: animadversum sæpius, vix duarum, aut trium horarum requiem corpusculo laboribus diurnis fatigato concedere, residuum noctis adorando Deo impendentem semper, primus & ultimus in meditatione, assiduè audiebatur devotis affectionibus, piisque suspiriis ad Deum aspirare, hæc & alia hujusmodi ex corde identidem repetendo: *Faxit nobis Deus, & Maria Virgo misericordiam, cunctisque fidelibus defunctis requiem.* Dum in pagis Missionariorum comes, socios dormire credebat, exiliebat oraturus: brevique dein somno se tantisper relaxans, summo mane ad cæmeteria convolabat. Obedientiâ ductus, fassus est aliquando nullam se, ut credebat, actionem facere, quin eam ad merita Christi actuali & formali relatione dirigeret. Ardentis non minus, quam teneræ erga SS. Eucharistiam, & Deiparam fuit pietatis. Vix breviculum horulæ diurnæ interstitium dilabi sinebat, quin ad Ecclesiam accederet, Salvatorem adoraturus, cujus in præsentiâ sæpè gestu, formâque extaticâ visus est. Quoties propè sacras ædes transibat, toties ad terram usque genuflectebat, cumque ab aliquâ iter faciens aliquot passus distaret, modicum à socio declinans, in terram, etiam ad unius pedis altitudinem nive coopertam sese humiliter prosternebat. Sacerdotes ità reveritus est, ut eorum vestigia frequenter, immò & subindè gradus, quibus à celebratione ad cellas conscendebant, singulatim, genuflexus ascendendo, deoscularetur. Singulari erga Cruces pietate afficiebatur, eisque, ubicumque reperiret, affectuosam reverentiam &

conformitas cum divina voluntate,

orationis assiduitas,

erga SS. Eucharistiæ Sacramentum tenera pietas,

Digitized by Google

devotio ad aquam lustralem: res mira in eo,

oſculum exhibebat. Aquâ luſtrali frontem tingere ſolitus eſt, ubicumquè eam reperit. Certum habetur ex atteſtatione juridicâ. cum hujuſmodi aquam in vaſe ad pedem alto gelu ex omni parte concretam manu tetigiſſet, eam fuiſſe ad inum uſque inſtantaneè reſolutam, ſicque ad quindecim dies etiam æquali frigore algente, permanſiſſe. Plurimum Animabus Purgatorij compatiens, erat in adinvenien dis pro earum ſublevamine patiendi occaſionibus váldè ingenioſus. Fratrum defunctorum ſepulchris accumbens, ferè integras aliquando noctes tranſegit pro eis orando: pagos vix ingreſſus, cæmeteria inviſebat, adoratoque Venerabili Sacramento pro animabus illis aliquandiu precabatur. Hunc in finem ſe ſæpius, etiam ardente caniculâ, in cujuſdam muri concavo quatuor pedes lato & alto coanguſtabat, tantum paſſus calorem, ut ſudor abundans ex fronte diffluereț, utpote quod à camini foco laminâ tantum ferreâ diſtaret. Animarum ſalutem mirè ſitiebat; ideo Concionatores, quippè ſalutis miniſtros, tanti faciebat, ut ab eis à miſſione revertentibus enixè peteret benedici, terramque, quam calcarant, & ubi commodè poterat, eorum pedes, etiam luto ſordidatos, oſcularetur humillimè.

zelus pro defunctis,

& ſalute animarum,

3579. Mira dexteritate occultabat, ea quæ Deus mirabilia per ipſum operatus eſt, ut vix detegi potuerint. Ejus tactu aquam luſtralem gelu rigido concretam ſupra vidimus reſolutam: mirati plures, ſubindè carbones accenſos, ubi prius viſi non fuerant, pro benedictione V. Sacramenti, quaſi confeſtim ab ipſo fuiſſe repertos. Horto cujuſdam Nobilis Domini, multis coactus precibus, benedixit: & is, præ cæteris, omnium fructuum abundantia redundavit. In muniis aliquandò vix compatibilibus coci, æconomi, janitoris, aliiſque Angelico miniſterio adjutum fuiſſe, Religioſi omnes arbitrati ſunt, ciboſque & alia ad eſum neceſſaria in manibus ejus quandoque adaucta, & multiplicata fuiſſe, Fratres autumarunt, quippè qui ſcirent Procuratorem non tam multa comparaſſe, quam neceſſe erat ad ſuppeditandum extraneis ex improviſo adventantibus, quibus interim V. Frater abundè neceſſaria, ſtupendâ ſanè induſtriâ ſubminiſtrabat. Sæcularis cujuſdam teſtimonio notum eſt F. Baſilium humi in Clauſtro orantem paruiſſe, & eodem ferè momento Monaſterij fores adaperientem, abſque eo quod ad eas accedere viſus fuiſſet. Multis occupatus (dum pro refectione horâ undecimâ fieri ſolitâ nihil ad medium paraverat) Fratribus abundè omnia neceſſaria non ſemel diſtribuit. Ejus veſtimenta anteà imbre madida, dum in horreo de more pernoctaret, fuêre exſiccata, cum tamen ſocij, qui ad focum totâ nocte quieverant, mediâ ex parte veſtes exſiccatæ forent. De miris aliis, & fama virtutum præceſſentium, ac ſanctimoniæ odore agitur in ejus vita. Mortis ſuæ tempus prænuntiavit, & cuidam prudenti Patri, ſe non amplius medio anno victurum (quod comprobavit eventus) aſſeruit. Mirâ animi reſignatione lethalem ægritudinem paſſus, animam Creatori reddidit in præfato Conventu Marchienſi die quarta Januarij anni 1670. Lapidi ejus ſepulchrali inſcriptum hoc Epitaphium: *Hic jacet beatæ memoriæ V. F. Baſilius à S. Spiritu, Carmelita, Laicus, Pietate inſignis, humilitate ſublimis, obedientiâ Religioſus, Converſatione exemplaris, Charitate in pauperes & infirmos conſpicuus, Operum univerſitate irreprehenſibilis, dilectus Deo, & hominibus, in odore non vulgaris ſanctitatis obiit die 4. Januarij anno 1670. Requieſcat in pace.*

Mira per unum geſta.

obitum prænuntiat.

epitaphium.

3580. Auctoritate, ſeu permiſſu Reverendiſſimi D. Erneſti Baronis de Surlet Vicarij Generalis in ſpiritualibus Sereniſſimi Principis Epiſcopi Leodienſis, anno 1674. die 13. Auguſti, in præſentiâ variorum Eccleſiaſticorum, & ſecularium, ex præcipuis in illis partibus, corpus è clauſtro tranſlatum fuit ad Eccleſiam, & in terrâ depoſitum ante altare majus, à parte Euangelij: & è regione in muro appoſita eſt iſta epigraphe, præcipuas ejus virtutes exprimens.

corpus tranſlatum;

SISTE VIATOR

Exuvias V. F. Baſilij à S. Spiritu, inter Carmelitas Laici, hunc tranſlatas venerare.

virtutum præcipuarum compendium.

Is virtutem cum lacte imbibit, cum ætate corroboravit, cum obitu conſummavit.

Multis Deum, homines paucis allocutus, illum amare ſcivit, ab his neſciri amavit. Se unum habuit cui non parceret, omnes quibus parêret.

Infrà ſe omnia poſuit, ſe infrà omnia. Imò filere: & fileri avidus, ſe totum intra nihilum, & ſe nihilum intra totum clauſit.

Egenorum, ac infirmorum ærumnis ſemper indoluit, numquam ſuis.

Inter diſſimiles curas ſemper ſui ſimilis: Lætari cautus, iraſci neſcius, triſtari difficilis; Niſi de Deo offenſo vel non defenſo.

Denique vitam in vitâ nunquam mutatam, in morte verius mutavit, quàm amiſit.

Hæc mirare, Lector, & plaude.

F. Arnoldus à S. Carolo,

3581. F. ARNOLDUS A S. CAROLO, Clericus, natus eſt anno 1650. die 30. Octobris: in Carmeli Ordine profeſſus 1671. die 17. Maji: obiitque 1672. die 5. Septembris, anno ætatis 22. nondum completo: ſepultus in Carmeli Mechlinienſis Clauſtro, ad partem Auſtralem: ſepulchro ejus, in parvo lapide albo, hæc appoſita eſt Epigraphe: *Hic jacet Ven. Fr. Arnoldus à S. Carolo, aliàs Hanſenius, Belliolanus, Clericus, qui in odore ſanctitatis vixit, & obiit in hoc Carmelo, die 5. Septembris anno 1672.* Conſummatæ perfectionis exempla non pauca commemorantur, & confirmantur teſtimonijs Magiſtrorum, & eorum, quos inter vixit. Ex ejus converſatione varius odor, ac ſuaveolentia ſpiritualium aromatum diffunditur; nempè candor veluti innocentiæ, animi puritas, morum ſuavitas, ſenſuum cuſtodia, victûs parcimonia, mortificationis ſtudium,

consummatæ virtutis exempla plura dedit;

in

in oratione, & meditatione assiduitas, regularis disciplinæ exactissima observantia, cæteræque religiosæ virtutes, ut perfecti Religiosi norma dici possit: & (velut alter Dositheus, Aloysius Gonzaga, Stanislaus Kostka, & non ita pridem Cæsar Caetanus, Societatis Jesu, quibus in non paucis persimilis aut suppar fuisse apparet) *in brevi* exiguo temporis spatio, perfectionis stadium sic percurrit, ut pervolasse videatur; ideoque meritò ipsi (sicut istis quatuor prænominatis) congruat istud Sapientis (a) *Consummatus in brevi explevit tempora multa.* Vitæ ejus seriem, & virtutum in ea resplendentium exempla, pro ædificatione & instructione Novitiorum, & juniorum Professorum, imò & quorumvis aliorum, digessit R. P. Michaël à S. Augustino, quondam Provincialis Belgicæ, iteratoque Flandro-Belgicæ, ac deindè Prior Mechliniæ, in Conventu Novitiatûs totius Provinciæ, pariter & Professorij: in quo tùm habitavit & obiit ipse F. Arnoldus. Idem ipse ex vitæ istius historia, luculenter scripta, hunc præferente titulum: *Speculum religiosæ perfectionis, in vita, & virtutibus famuli Dei Fratris Arnoldi à S. Carolo, Clerici professi, Ordinis Fratrum Beatissimæ Mariæ Virginis de monte Carmelo, strictioris observantiæ, Provinciæ Flandro-Belgicæ, in Carmelo Mechlinienſi defuncti die 5. Septembris 1672 propositum omnibus vitæ perfectioris, & præsertim Religiosæ professoribus:* confecit quoque compendium, seu Synopsin, quæ hîc sequitur.

(a) Sap. 4.

in brevi explevit tempora multa.

vita ejus velut speculum religiosæ perfectionis.

Fr. Arnoldi Patria,

3582. Fidelis Dei famulus, Frater Arnoldus à S. Carolo, natus Bellioli in Flandriâ occidentali ex honestis, catholicisque parentibus, Petro Hans & Maria Lavix, die 27. Octobris 1650, ab infantiâ timere Deum edoctus, & abstinere ab omni peccato, studiis humanioribus applicatus, initio quidem ludis puerilibus deditus erat, sed à Matre moribundâ, seriò admonitus, ut magis se daret studiis pietatis & doctrinæ, sibi dictum putavit, (b) *nè dimittas legem Matris tuæ*; quare valedicens ludis, cœpit magis sibi, ac Deo vacare, altariola struere, illis ornandis peculium sibi ad lusum concessum impendere, candelas accendere, coram illis cum sociis litanias canere, orationem Angelicam singulis mediis horis recitare, idque, quomodocumque in lusu, vel aliter impeditus, etiam aliis præsentibus, vel etiam ob id eum deridentibus. In quadam concione de quatuor novissimis mirabilitèr à Deo tactus & compunctus, exuto simul & semel vetere homine, adeò perfectè induit novum hominem, qui secundùm Deum creatus est, ut verè appareret in eo *mutatio dextræ Excelsi*, nec videretur esse idem homo, ad stuporem omnium, qui priùs eum noverant; jam fastidiebat omnia terrena, fugiebat petulantium consodalium consortia, totus abstractus, modestus, in divinis officiis assiduus, in orationibus attentissimus, totus docibilis Dei.

pietatis initia.

(b) Prov. 6.

Ejus in concione de 4. novissimis totalis conversio.

3583. Ergà Jesum in Sanctissimo Altaris Sacramento absconditum præcipuo quodam fervore incalescebat; nunquam egrediebatur vel intrabat cubiculum, quin diceret, *laudetur SS. Sacramentum*, quæ verba majusculis expressérat in ostio cubiculi: In templis coram Sacrario plures sæpè horas orationi impendebat genuflexus, vultu, manibusque immotis, & oculis, nisi quà lacrymæ veræ devotionis effluerent, ferè clausis, vel modestè dimissis; si quandò inter ambulandum, cum sociis templum ingrederetur, aliis picturas, vel alia inspicientibus, ipse se recolligens, Deum humili planè gestu, genuflexus, veluti qui eum præsentem vivacitèr crederet, adorabat & venerabatur. A Deo etiam amorem in Mariam Matrem amabilem edoctus, se totum ejus cultui in se & aliis promovendo impendebat; Imagines, & statuas D. Virginis mundabat, ornabat, & meliori loco venerationi exponebat: Sæpè à variis notatum est, quòd in orationibus, è modestè hilari facie, cæleste aliquid, & plusquam humanum spiraret; id tamen præcipue, dum ante imaginem D. Virginis genuflecteret, tunc enim inusitatæ hilaritatis, quâ intus exundabat, toto vultu signa dare notabatur, non aliter, ac si cum Matre suâ post longum tempus repertâ, dilata desideria expleret; sed & aliis hanc devotionem instillare satagens, illis communicabat precandi formulas, quas ipse sibi ad suum ergà Dei Matrem affectum inflammandum concinnaverat.

devotio erga SS. Sacramentum.

devotio erga D. Virgin.

3584. Valde in eo jam indè à puero emicuit charitas erga proximum, & ab infantiâ crevit cum eo miseratio, quæ ab utero matris egressa videbatur cum illo; erat in domo parentum pictura septem opera misericordiæ corporalia referens, ante quam quotidie, ante cubitum, nudis genibus, orabat per integram horam, & contemplabatur, quomodò ista opera misericordiæ posset opere adimplere, & cum lacrymis rogabat Deum, ut dignaretur se uti pro instrumento, quo multorum pauperum, ægrotum, & ærumnosorum necessitatibus subveniretur, utque parentum, & aliorum divitum corda ad hoc moveret, prout factum est. Nam à parentibus & aliis accipiebat pecunias, quas ipse occultè & modestè in pauperes erogabat, vel indè panes, carnes, ligna &c. emebat, & illis onustus ad pauperum casas accurrebat, illos consolans, & propriis manibus cibum ministrans; hac piissimâ intentione, ut terrestri Trinitati, Jesu, Mariæ, Josepho serviret, nam in pueris Jesum, in mulieribus Mariam, in viris Josephum contemplabatur. Aliquando per oppidum ibat onustus stramine, ut ferret ad pauperes, cum tali devotione, quasi Jesu nascenti commodius stabulum fabricaturus. Quidquid poterat, ventri subtrahebat, & dum lautiorem aliquam portionem habebat, Jesu, Mariæ, Josepho consecrabat, & ad pauperes deferebat. Diebus veniæ

charitas erga proximum.

loco

loco recreationis, adhibito fideli socio, casas pauperum circuibat, & eleëmosynas à se conquisitas, vel pecunias à parentibus ad lusum datas distribuebat, hacque occasione pauperes instruebat, & infirmos consolabatur. Nec deerat huic Adolescenti zelus animarum; undè qui commodis corporalibus pauperum adeò intendebat, multò magis saluti animarum cooperari gestiebat. Domi parvulos fratres & sorores ad omnem pietatem & honestatem, ipse veluti Magister, instituebat; quod idem famulis & ancillis præstabat, se illis laborantibus associans & collaborans, ut hac occasione monita salutis daret illis; referendo audita in concionibus, ac docendo facere bonas directiones &c. Neque domi tantum, aut inter socios hæc pietatis derivatio se continebat, sed etiam in agros & villas effundebat, ubi pueros convocabat, & Christianæ fidei rudimentis sæpiùs imbuebat, prout etiam feciſſe legitur sancta Maria Magdalena de Pazzi. Pauperibus infirmis eleëmosynas deferens dabat pias instructiones, & distribuebat Crucifixos sanguinolentè depictos, quò magis compungerentur, & ad patientiam animarentur.

ejus zelus animarum.

vocatio ad Religionem.

3585. Cùm pius hic Adolescens sic iret de virtute in virtutem, & tamen sibi timeret à nequitiâ sæculi; ut omnia hujus mundi pericula securius evaderet, cæpit cogitare de statu religioso; & cum vix alios Ordines nosset, nisi Societatem Jesu, instanter petiit ad eam admitti; præcipui Patres ei favebant, non tamen is, qui facultatem intrandi dare poterat; quare videns se in vanum laborare, & ex repulsâ colligens istam non esse suam vocationem, vota sua convertit ad Ordinem Beatissimæ V. Mariæ de monte Carmelo. Utquè negotium suum maturaret, per asperrimam viarum glaciem Brugas solus cucurrit, vota explicavit, instantias fecit; & remissus ad Capitulum Provinciale cum spe admissionis, ad statum Carmeliticum se præparavit per exercitia 24. dierum: ac tandem in Capitulo Provinciali admissus, & paulò post sacro habitu indutus, ab ipso novitiatu, incepit claresçere omnis generis virtutibus, ita ut non novitius, sed in omni perfectione consummatus videretur.

Sollicitat Ord. Carm. & admittitur.

De ejus humilitate.

3586. Imprimis excelluit in humilitate; in notitiâ propriæ vilitatis altissimè fundatus, sic sæpè orabat: *Domine Iesu, ego sum pulvis & cinis, qui ex me nihil habeo, nisi peccare, & deficere; & nisi essem tuâ gratiâ adjutus, forem omnium sceleratissimus.* In hac sui ipsius notitiâ fundatam humilitatem adeo coluit, ut neminem se viliorem & contemptibiliorem existimaret; de omnibus, etiam imperfectissimis, benè sentiebat, præterquàm de se; unde inter alios sic conversabatur, quasi fuisset maximus peccator, ac ut talem se reputabat. Hinc propriæ laudis impatiens, si quid forte in suam laudem dici audiret, illicò cùm dexteritate sermonem divertebat; Econtrà si quis eum de aliquo corrigebat, statim gestiebat agnoscere suam culpam, etiam ubi non erat, dicens, *Deo gratias Charissime frater, agnosco meam culpam, & spero me emendare.* Dùm propter invaletudinem studere non posset, offerebat coco suam operam ad lavandas scutellas, & alia abjectiora, dicens, se ad alia esse ineptum, & nihil habere agere, nisi servire Deo, & fratribus suis: sibi etiam persuasum habebat, quod nihil benè faceret, & alij secum magnam patientiam haberent, quos proindè sæpè veniam rogabat de molestiis, quas credebat se illis causare, & promittens se pro ipsis oraturum. Incredibile est, quam libenter cederet omnibus, etiam Laicis & Donatis: dum cum aliis erat, numquam cernebatur à dextris ipsorum, sed semper locum occupabat ultimum; Si in hieme ad ignem sedebat, cuicumque advenienti illicò assurgebat, etsi ipse totus frigidus recens adveniſſet. P. Magister novitiorum ejus humilitatem probaturus, duriùs illum alloquebatur, ejus devotiones & spiritum improbando, eas in speciem explodendo, quasi duceret vitam à spiritu Ordinis alienam; ideoque planè aliam incipere deberet, ac omnia sua exercitia mutare, eum increpando, quasi nihil boni faceret; sed ipse nihil indè turbatus, humilitèr se gerebat, facilè & ultrò persuasus, nihil in se boni esse, ac proindè docili animo rogabat melius instrui, paratus mutare vel omittere sua exercitia ad nutum P. Magistri, absque ullâ tenacitate proprij judicij. Magis enituit ejus humilitas in vilissimâ sui opinione, quoad interiorem hominem; nam licèt tam puræ esset conscientiæ, ut ejus Confessarij vix in eo materiam absolutionis invenirent; ipse tamen levissimas suas culpas cum tantâ humilitate & contritione confitebatur, quasi fuisset maximus peccator, & talem se reputabat.

3587. In obedientiâ erat exactissimus; Superiorem suum honorabat humiliter, Christum potius cogitans, quàm ipsum, & quia sciebat Christi ad Superiores vocem esse, *qui vos audit, me audit*, ad minimum Superioris nutum, obsequebatur, eâ promptitudine, quasi Deum loquentem audivisset; ac Dei voluntatem ex ore Superioris, velut ab oraculo discere edoctus, in omnibus, etiam minutissimis, ab obedientiâ pendere volebat, dicens, *nisi mihi præluceret obedientia, ego nihil vellem operari.* Quandò dubitabat de mente Regulæ, vel statutorum, vel in quacumque re de voluntate Dei, illico consulebat Superiorem, velut oraculum, cum magnâ humilitate, simplicitate, indifferentiâ, & resignatione, & attendebat ad singula verba & nutus Superioris, veritus, nè in aliquo insinuaret propriam voluntatem, vel Superiorem traheret ad suam inclinationem; nam obedientiam extortam odio habebat, sicut propriam voluntatem, quam ut pestem & divinæ voluntati inimicam

De ejus obedientiâ.

summoperè

summoperè abhorrebat. Fratribus sibi Flandricè loquentibus Latinè respondebat, quià superior commendaverat usum linguæ Latinæ. Quando Superior ei mittebat aliquam portionem, quam credebat illi profuturam, sumebat, etsi contra gustum, propter obedientiam, cujus condimentum ipsi sufficiebat. Semel interrogatus, quomodò, qui anteà tàm parum comedere solebat, jam tam liberè plus comederet, dicebat sibi ab obedientiâ sic injunctum, & se Jesum in suo corpore cibare ex obedientiâ, ac meminisse verbi Domini Jesu, *quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*, se autem esse ex minimis Christi Discipulis. Cùm ordinariè vexaretur internâ caligine, dicebat, quòd obedientia sibi serviret pro luce in tenebris, quæ ei divinum beneplacitum detegebat; undè licèt haberet summam devotionem ad quotidianam Communionem, & hæc ei esset permissa, ad minimum tamen Superioris nutum eam omittebat; & sic in omnibus. Adeò erat sollicitus pro Dei voluntate, maximè per obedientiam cognoscenda & adimplendâ, ut commune fratrum, qui ei convixerunt, testimonium & opinio sit, eum semper feciſſe, quidquid sciret, vel crederet divinæ voluntati conformius; sicque opere adimpleviſſe votum sanctæ Teresiæ, de faciendo semper, quod sciret esse perfectius, & Deo gratius. Quâdam vice lavans cappam, corripiebatur ab aliquo dicente, eam non indigere lotione, eo quod esset satis nitida; cui Frater Arnoldus modestè replicabat, *Charissime Frater, ignoſce mihi, ego ex obedientiâ etiam cappam novam lavare non dubitarem*; utique dicerat, obedientiam debere esse cæcam. Semel à P. Magistro jussus facere exhortationem coram toto novitiatu, & Patribus, cùm propter internas tenebras, & spiritus angustias, nequidem librum inspicere, vel minimum studere potuisset, hoc ipsum insinuabat Patri Magistro; quo equidem persistente in proposito, statim acquievit, dicens, *ſi Deo placeat me humiliare; & confundere, ut nihil poſſim proferre, erit mihi æque gratum*; quarè confusus de benedictione obedientiæ, licèt studere non potuisset, cœpit horâ indicta exhortationem Latinam cum tali connexione, gratiâ & emphasi, ut plerique ad lacrymas compungerentur, & omnes adverterent, non esse ipsum, qui loquebatur, sed spiritum Dei, in ipso; sic Deus decorabat simplicem illius obedientiam. Et reverâ in omnibus agebatur spiritu obedientiæ, & ubicumque erat impetus Spiritus illius, illuc gradiebatur, indifferens ad omnia, & quasi bilanx æquilibris expectans determinationem obedientiæ, eo quod nihil aliud quæreret, quam Dei voluntatem ab instinctu obedientiæ infallibiliter cognoscendam.

3588. Porrò Dei voluntatem non solum cognoscebat ex voce, vel nutu Superioris, sed etiam ex quibuscumque Regulis, statutis, decretis; ideò horum omnium erat studiosissimus explorator, & zelosissimus, ac exactissimus observator, eo quòd, exemplo sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi, in istis omnibus veneraretur expressum Dei beneplacitum à Spiritu sancto superioribus inspiratum, & per illos inferioribus intimatum; hinc sibi scripto præfixerat regulam olim eidem Sanctæ à Christo datam: *Tanti volo, ut faciaſ Regulam & Conſtitutiones Ordinis tui, quanti, volo, ut me ipſum faciaſ.* Hac veritate persuasus, mirum est, quam punctualis, accuratus, diligens fuerit in omnibus regularibus observantiis: communem Regularitatem die, ac nocte exemplarissimè sequebatur; nec unquam, nisi gravi infirmitate, vel aliâ obedientiâ impeditus, ab ullo actu regularitatis abfuit; & quià Religiosis, sive sanis, sive infirmis, sive itinerantibus, sive hospitibus, semper competit aliqua regularitas, utpote ipsis propria, juxta præscriptum Regulæ, statutorum vel decretorum pro sanis, infirmis, itinerantibus, hospitibus, in his omnibus Frater Arnoldus se exhibuit exemplar perfectissimum Regularitatis, semper sollicitus, ut posset dicere cum Christo, *ego, quæ placita ſunt Patri meo, facio ſemper.* Undè quam diu erat sanus, non scitur unum punctum Regulæ, statutorum, vel ceremonialis scienter transgressus fuisse; dum erat infirmus, vel valetudinarius, audito signo silentij regularis, illicò in infirmariâ optabat servari silentium, dimissis illis, qui venerant ipsum invisum: dicentibus, in infirmariâ non haberi tantam rationem silentij, respondebat: *Ego ſatis poſſum ſervare regulam in iſto puncto, ſinite me ſervare ea, quæ poſſum, quia tempus hujus vitæ breve eſt.* Rogatus, ut omitteret recitationem Horarum propter debilitatem, *Sinite*, inquit, *me legere officium per partes, & interpolatè, ut ſaltem obſervem Regulam, quantum poſſum, & ſerviet mihi pro diverticulo.* Quandò erat hospes in aliquò conventu, ante omnia invisebat Sanctissimum Sacramentum, etsi præ debilitate ferè deberet portari ad infirmariam; quia id præscribitur in statutis, & sequenti die intererat actibus regularibus; dùm ei aliqui vellent loqui, petebat, an haberent licentiam; semel uni hæsitanti respondere, dicebat: *Vade, pete prius veniam, alioqui ego non auderem tibi loqui*; alteri sibi volenti loqui in Sacristiâ, nihil respondebat, propter silentium ibi præscriptum, in his & similibus attendens ad tenorem regulæ & Constitutionum, de quibus plurimas, & rari exempli probas, brevitatis causâ, omitto; sufficiat uno verbo dictum, quod fuerit Regularitatis speculum sine maculâ.

De punctuali illius Regularitate.

De perfectâ ejus castitate;

3589. Cùm autem *obedientia sit virtus, quæ cæteras virtutes menti inserit, insertasque custodit*; non est mirum, quod obedientia produxerit in eo, & conservaverit perfectam castitatem: qui illum à puero noverunt, asserunt, eum adeò castum & Virginem fuisse, ut post annum decimum quartum ætatis, credatur numquam aspexisse aliquam mulierem, nec voluisse cum illis loqui, nisi fortè cum pauperculis infirmis, quibus præstabat opera misericordiæ. Castissimus erat in verbis; pudicissimus in moribus, in omni conversatione honestissimus; si quem aliquid minùs pudicum, minus decens, aut verecundum proferentem audiret, etiam dum adhuc erat sæcularis, gravitèr corripiebat, si poterat; sin autem, modestè talem deserebat, nec unquàm redibat ad ejus consortium; undè adhuc penè puer inter coætaneos adeò pudicus, & ab omni lasciviâ alienus reputabatur, ut quandò petulantes, lascivi aut indecentia loquentes eum de longè videbant, dicerent ad invicem, *noster novus Sanctus, noster Hans* (sic tunc vocabatur) *venit, silete*; cui omninò simile legitur de sancto Bernardino Senensi. Testantur de eo Confessarij ipsius, quod nunquam fecerit mentionem de aliquo defectu contra castitatem, non obstante, quod pro certâ materiâ absolutionis, ordinariè aliqua repeteret de ante actâ vitâ. Interrogatus aliquandò à Superiore, an eundo ad civitatem, non pateretur distractiones, vel imaginationes vanas ex conspectu mulierum, respondebat, se nihil indè pati, cum nullos videret homines, multò minus mulieres. Adeò studebat puritati cordis, ut vel solum nomen peccati exhorresceret, prout legitur de sancta Maria Magdalena de Pazzi; quem horrorem aliis inculcans dicebat aliquando (quia Deus generalem concursum præbet ad omnes actiones creaturarum quoad materiale, sed non quoad formale peccati): *Charissimi Fratres, cogitate, quàm sit horrendum, quod dum peccamus, Deum quadam ratione servire faciamus in iniquitatibus nostris.* Hinc fiebat, quod ad apprehensionem vel levissimi peccati tàm dolorosam conciperet contritionem, non solum de propriis culpis, sed etiam de alienis. Atque ut sciatur, quantum cordi haberet puritatem spiritus; ex vultu, oculis, gestu, omnique ejus agendi, & conversandi modo evidens erat, quòd cum incredibili, eaque in-interruptâ solicitudine ad hoc potissimùm intenderet, ut nihil, nisi Deiforme, cogitaret, loqueretur, aut ageret, imò nec membrum, nec oculum moveret, nisi cum actuali ad Dei beneplacitum reflexione, nè vel in minimo puritas cordis læderetur; undè puritas ejus verè fuit velut Angelica.

De Religiosâ ejus paupertate:

3590. Quantum ad paupertatem Religiosam; ea fuit in eo valdè perfecta; hinc licet opulentos haberet parentes, sprevit omnes mundi divitias, ut posset dicere: *Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi, propter amorem Domini mei Iesu Christi.* Cùm quidpiam à parentibus acciperet ad recreationem, illud pauperibus erogabat: numquam induci potuit, ut vestes seculi vanitatem redolentes gestaret: quodque juxta morem adolescentum sùæ sortis exponere poterat, egenis distribuebat. Religiosus factus, amore paupertatis, adeò parcè sumebat necessariâ, ut nisi Superior advertisset, & aliter providisset, fermè solo pane, & tenui cerevisiâ contentus vixisset, idque cum tali industriâ, ut vix potuisset notari ab assidentibus in mensâ; quandò autem id fuit detectum, subindè dicebat: *Si obedientia permisisset, omnis mea recreatio fuisset vivere in pane & aquâ.* In illis, quæ erant usus communis, id quod vilius, semitritum, vel semifractum, vel ab aliis derelictum erat, id ipse ambiebat, &, etiam flexis genibus, petere solebat, quasi id sibi competisset; quale etiam legitur de sancta Maria Magdalena de Pazzi; semel erant ei data nova stragula, sed ipse ea referebat, petens trita, quæ cum obtinuisset, cum gaudio referebat ad cubiculum; sic in usu quarumcumque rerum apparebat in eo quædam sollicitudo exercendi, & experiendi paupertatem; nec quidquam vel minimum accepisset, dedisset, consumpsisset, sine venià Superioris. Nec ibi stetit paupertas, sed noster Frater Arnoldus in vera paupertate spiritus adeò profecerat, ut cum summa resignatione careret omni consolatione divina & humana (quod ut rarissimum prædicat Devotus Thomas à Kempis) nec unquàm esset dejectus animo, nec lamentaretur de subtractione omnis sensibilis gratiæ, vel internæ illuminationis; sed longanimiter patiens, diceret, se non desiderare ullum sublevamen: rogatus aliquandò à P. Priore, ut pro sublevamine tædij, internæ desolationis, & derelictionis, se parumper diverteret, respondebat, se nulla re posse recreari. Dicebat aliquandò se esse tàm pauperem, ut non posset elicere unam bonam cogitationem; in quâ egestate spiritus tàm perfectè se gerebat, ut carentiam omnis suavis experientiæ, gustus, & perceptibilitatis Dei, & rerum cælestium, sustineret cum summâ resignatione, & indifferentiâ, nihil aliud desiderando. Adeò erat pauper spiritu, ut nihil prorsus creatum concupisceret, & abhorreret omnia, quæ in mundo sunt, & Deus, vel Deiformia non sunt; imò, Deo ità disponente, ità erat constitutus, ut nihil boni, nulla merita,

De perfectâ ejus paupertate spiritus:

nullas

nullas virtutes, aut gratias in se agnoscens, & vilissimè de se sentiens, cùm solâ Dei voluntate contentus viveret, nihil vel minimum cum adhæsione possideret, vel affectaret, nec aliquas gratias sibi competere putaret, sed optaret de solâ ejus benignitate, & benevolentiâ vivere, modo divinæ providentiæ magis placito.

De ejus spiritu pœnitentiæ.

3591. Erat etiam amantissimus vitæ pœnitentialis; ideò, etiam adhuc sæcularis, non rarò utebatur cilicio, nodatis funiculis se disciplinabat, jejuniis, abstinentiis, variisque pœnitentiis corpus affligebat, partim quò sic melius castitati conservandæ consuleret, partim, ut sic in aliquo Christum patientem imitaretur; & ideò quælibet corpori aspera & austera quærebat; in omnibus tamen de consilio sui Directoris, nè propria voluntas in suis exercitiis reperiretur: à primis novitiatûs mensibus ex amore vitæ pœnitentialis tàm sobriè sumebat necessaria, ut esset totus extenuatus, ut obedientia moderamen apponere deberet, nè succumberet. Dum æstivo tempore, musci raso capiti, vel faciei insidebant, eas numquam abigebat: rogatus, cur non abigeret, respondebat: *Christus alia passus est.* Sic, dùm vermiculis scateret, & indè marcesceret, nec sciretur, quid haberet, interrogatus, quid ei deesset, tandem cum verecundiâ aperuit; dum peteretur, quarè id non dixisset, ut remedium adhiberetur, & quomodò morsus illorum potuisset pati, absque eo, quod ex ullo gestu potuisset notari, respondit, *Deus misit mihi istas bestiolas, quarè vellem ab iis liberari? hoc nihil est, Christus pro nobis passus est plura, & graviora.* Cùm frigidissimæ esset complexionis, manus ejus in hyeme semi-congelatæ cruentabantur, & ut sanarentur, eas cum oleo, vel adipe rudissimè perfricabat, vel frigidæ aquæ per medios quadrantes imponebat, dicens, hoc emplastro manus sanandas; uno verbo, quidquid corpori molestum erat, ultrò amplectabatur.

De ejus generali studio mortificationum.

3592. Et generalitèr mortificationi totius hominis interioris & exterioris, omni studio, intendebat, puta, abnegationi omnis sensualitatis, proprij judicij, propriæ voluntatis; dum adhuc juvenis esset, delicatiores cibos, sibi datos, pauperibus distribuebat, ipse verò sibi colligebat fragmenta, quæ herbis amaris mixta ipse comedebat; semel notatus fuit, fœtidum flegma ab alio ejectum de terrâ lambere, & in ore circumvolvere, ut gustum mortificaret. Religiosus factus, dum serviverat mensæ, relictis intactis portionibus, colligebat pro se reliquias aliorum; dum dabatur optio, semper eligebat, quod erat vilius; & alios ad mortificationem animans dicebat, *abstineamus à meliori portione, quia benè possumus sustentare corpus, etsi ei non demus delicatiora:* aliàs dicebat *debemus nos mortificare in cibo & potu, quià multi pauperes egent pane, & hos debemus sic cibare, quia sunt membra Christi.* Singulariter in eo emicuit mortificatio oculorum, ita ut *fœdus pepigisse* videretur *cum oculis suis, ut nequidem cogitaret de virgine.* Semel agens portarium, & nuncians superiori, eum vocari ad portam, nesciebat dicere, an à viro, vel muliere: in choro, sub concione, coram populo, ne vel semel attollebat oculos, sed stabat immotus, in vultu quasi angelico, totus interiùs Deo intentus, & ad nihil, extrà eum, cum reflexione attendens.

Prævenitur in benedictionibus dulcedinis.

3593. Ex tam generali studio mortificationis factum est, ut mereretur raris à Deo gratiis prævenire, notanter in exercitiis 24. dierum, de quibus suo Instructori rationem reddens: *Videbar*, inquit, *aspicere Jesum dulcissimum, D. Virginem, S. Josephum, & Angelum Custodem mihi actualiter præsentes; saltem suprà modum accendebar divino amore, & illuminabar à Spiritu sancto, ita ut viderer, jam posse convertere infideles, subire martyrium, libros dictare &c.* Aliàs repertus est quasi extrà se, in contemplatione cœlestium; ad se reversus, dicebat: *O quam pulchra sunt omnia in cœlesti Jerusalem!* Sæpiùs etiam notatus fuit divina pati, & repertus à suo Patre Magistro in sua cella, tam profundè, & intimè in Deo occupatus, & introtractus, ut esset quasi absorptus, & extrà se; interrogatus, quid ageret, respondebat, se interiùs tantâ pace, & quiete frui in Deo, ut nesciret, quid ageret, quasi fuisset in somno mystico, & fatebatur, quod sine fatigatione sic posset manere per medios dies, & sic sæpè vivebat vitam quasi extaticam.

De ejus tentationibus, internis tenebris, & angustiis.

3594. Non tamen diu, nec ordinariè fuit præventus in benedictionibus dulcedinis: nam *cùm esset justus, necesse erat, ut tentatio probaret illum,* (a) prout factum est; nam Deus variis eum tentationibus permisit cribrari; sed *fecit cum* omni *tentatione proventum.* Inter alia, quibus Deus probatas voluit virtutes nostri Fratris Arnoldi, fuit quædam caligo mentis, adeò densa, ut in obscura nocte, & subtractione omnis supernæ illuminationis versari videretur: & quidem hæc caligo ei per aliquot annos, usque ad finem vitæ, ferè continuò, adhæsit, nisi quòd subindè aliqua quasi lucida intervalla haberet. Istæ tenebræ mentis conjunctæ erant magnæ ariditati, internæ desolationi, derelictioni, angustiis, & agoniis spiritûs, adeò horribilibus, ut nesciret, quò se vertere. Interrogatus aliquando à superiore, ut explicaret illas tenebras, angustias &c. respondit: *Non possum explicare,* addens, *esse morte ipsâ amariores:* rogatus, ut saltem aliquid exprimeret, dicebat: *Non audeo dicere, quòd mea ista pressura sit similis, sed tamen aliquo modo assimilanda est isti, quam Christus Dominus sensit, quando dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem:* & in cruce: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Nec tamen in his tenebris, in his pressuris vel minimum defecit; sed potiùs animo fortior evasit, unde nec petebat sublevari, sed gaudebat vel sic Christo conformari, & dicebat: *Deus vult*

(a) Tob. 12.

Gaudet conformari Christo patienti.

Digitized by Google

me sic angustiato Christo conformari. Dei voluntas est, ut patiar, & ideò libenter patior, Deus vult me pati, & ego etiam nihil aliud volo: sufficit mihi conformis fieri Christo patienti: Christus bonè duriora passus est: & similia. Rogatus, an vellet se parùm divertere, respondit: *Deus vult, ut patiar, sine mictione alicujus sublevaminis.* Aliquando dicebat: *Vado cum Christo crucifigi, & in cruce mori*: cernebatur subindè copiosas fundere lacrymas, & simul subridere: interrogatus, quomodò hoc fieret, respondit: *Lacryma fluunt ex nimia corporis, & animæ penalitate, & subrideo propter conformitatem cum voluntate Dei, qui vult, ut sic patiar, & ego etiam volo: volo totum, quod Deus vult: tantùm possum pati cum Christo Deo meo.* Scribebat in quadam epistola: *Deo gratias ago, quòd ex illo mihi bibere concedit calice, quem Sanctis, & præsertim Matri suæ superdilectissimæ sub cruce propinavit.*

Quomodò vixerit in Deo.

3595. Non obstantibus gravissimis tentationibus, & internis pressuris, non succubuit, sed scivit vivere in Deo: certo sensu vivebat in corpore, quasi non vixisset, semper habens suam spiritualem occupationem in Deo. Si ibat ad civitatem, fatebatur, se non videre homines cum reflexione: si in infirmaria, nihil sibi attrahebat, nisi vacare Deo, undè etiam decumbens, tam modestè se continebat, quasi fuisset ibi solus, ordinariè oculis clausis, in alta quiete in Deo, vel oculis ad Crucifixum conversis: & licèt plerumque, ut diximus, esset in caligine mentis, numquam tamen erat extra actualem reminiscentiam Dei, per simplicem saltem fidei intuitum ad ipsum, cum pariformi inclinatione amoris, & desiderio ipsi soli placendi, & totis viribus adhærendi: sic aliquando fassus est suo P. Magistro, quòd continuò esset in Deo, licèt sine aliquo de eo experimento, vel consolatione. Religiosi sæpè videntes, illum cum bona gratia, & interna recollectione, & ad Deum attentione, sua agere, dicebant subindè ad invicem: *Ecce iste numquam est distractus, semper est in præsentia Dei*; ita ut notorium esset, eum in Deo vivere, quamvis ipse talem de se opinionem non haberet; sed potiùs, quod nihil boni ageret, vel cogitaret, Deo impediente in eo actum reflexum ad bona, quæ faciebat, vel cogitabat.

De ejus vita in Christo patiente, & Matre condolente.
1. Cor. 2.

3596. Præter dictam praxim vivendi in Deo, in suis 24. dierum exercitiis, acceperat scientiam Jesu Crucifixi, ut posset dicere cum Apostolo: *Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*; undè nihil deinceps illi familiarius, quàm illum contemplari, de illo loqui, nihil charius, quàm ei in aliquo conformari: qui ei adferebat Crucifixum, gratissimus erat. Conscripserat sibi libellum piorum exercitiorum verè aureum, cujus cooperculi una pars referebat Christum cruci affixum, cum latere lanceâ perfosso, appositâ in orbem Syngraphâ, radiorum instar, de ejus extremis, in singulas horas, doloribus; altera verò cooperculi pars, Imaginem Matris dolorosæ, eor septem gladiis confixum habentis. Hunc libellum numquam de pectore, rarò de manibus, & oculis deponebat: & istas Imagines continuò contemplabatur & interrogatus aliquando, quomodo posset se in illarum conspectu tam diu occupare, ingenuè fatebatur, se numquam saturari earum aspectu, & copiosam ibi invenire materiam occupationis per dies integros. Ut hæc occupatio citeà Christum patientem, & Matrem compatientem non esset sterilis; suos agones, pressuras spiritûs &c. uniebat angustiis, & agoniæ Salvatoris, & Matris dolorosæ, & sic multipliciter offerebat Deo Patri in ista unione, pro animabus Purgatorij, magis derelictis, pro peccatorum conversione, pro agonizantibus &c. Dùm erat in mensa, singulos bolos, & haustus intingebat in sanguine Crucifixi: quod vel ex modo ejus agendi colligi poterat. In contemplatione dolorum Jesu & Matris condolentis erat assiduus; ideò in prædicto horologio, ad singulas horas, particulare punctum Passionis Domini pervolvebat, recolendo pœnam, quam tali horâ Salvator noster sustinuit, & in memoriam; & in unione illius omnia sua faciebat. Si quis ab eo peteret, ut pro se oraret, respondebat aliquando: *Offeram pro te unam quadrantem horæ Passionis Domini.* Quando in infirmaria ab aliquibus visitabatur, eos conabatur accendere ad hoc exercitium, talibus eos compellando: *Charissime Frater, utinam hâc horâ possemus unum peccatorem ad Deum convertere, pè pretiosum sanguinem, quem Iesus hac horâ effudit in tali, vel tali mysterio.* Imagines Crucifixi, & Matris dolorosæ ubicumque poterat, ob oculos ponebat, & in illarum contemplatione non ratò quasi absorptus cernebatur, non hærens in imaginibus, sed ad prototypa animum intendens, quasi Christum ut Deum & hominem præsentem habuisset, & Matrem Dolorosam præsens consolari voluisset, & de facto consolaretur.

Viguit in eo duplex spiritus S. P. Eliæ.

3597. Viguit in eo duplex spiritus S. P. Eliæ, scilicet vita activa, & contemplativa; siquidem non obstante suâ ad Deum ubique præsentem attentione, valdè diligenter, & exactè, suo tempore, vacabat externis operibus obedientiæ, & charitatis. Jucundum, & stupendum erat ipsum videre; eo quòd *gemini Patrum nostrorum Eliæ, & Elisei spiritus commixtaram, & unionem adeò altè menti haberet impressam*, ut appareret dubium, an sollicitudo, promptitudo, agilitas, diligentia in operando, palmam referrent, an interna cum Deo occupatio; quamquam magis notorium esset, quòd interna ad Deum, ejusque beneplacitum attentio totum exteriorem hominem condiret, & regeret, uti ex oculis, gestu, & modo operandi manifestum erat. Libentissimè distribuebat jusculum, & communes eleëmosynas pauperibus, quorum animas etiam volens cibare, eis dabat aliquam piam instructionem.

Constitut. Carm. p. 2. cap. 4 §. 11.

Fratres

Fratres etiam juniores libenter instruebat, & docebat ceremonias: aliquando dicebat: *Numquid scitis, Fratres, quod per unumquemque opus benè factum possimus mereri magnam gratiam?* Semper ad opera charitatis erat promptissimus, ut suppleret vices, vel defectum aliorum in officiis domesticis, quæ peragebat cum mira sedulitate; ita tamen, ut in omni modo agendi eluceret aliquid quasi divinum, & adverteretur sua facere in Deo. Mirum sanè fuit videre tam juvenem Religiosum adeò introversum, & spiritu recollectum, inter homines agentem, & cum Deo conversantem: qui tam perfectè imbiberat duplicem spiritum Sanctissimi Patris sui Eliæ, & tam benè sciebat combinare vitam activam cum contemplativa. Fovebat autem hunc duplicem spiritum, studendo perfectæ adimpletioni divinæ voluntatis, cognitæ præsertim per ultroneam obedientiam: item sequendo monitum Apostoli: *Omnia vestra in charitate fiant*, cui conformiter condiebat opera sua perfectissimâ charitate Dei. Hinc paulò ante mortem dixit suo Confessario, *Conscientiam suam sibi dictare, quòd omnia opera sua semper fecisset ex filiali amore Dei.* Solebat etiam opera sua offerre Deo, tali intentione, quali ipsi placeret, vel in unione meritorum Christi, cum actuali quasi intinctione in sanguine Christi, in unione angustiarum Divæ Virginis, vel per manus illius, S. Josephi, & Angeli Custodis, æterno Patri: & sic variis directionibus optimis, & ferventissimis, iisque actualibus, informabat opera sua, uti ex libello piorum exercitiorum, ejus manu conscripto, videre est.

Quomodò fovebat spiritum Elia.

1. Cor. 16. 14.

3598. Cum autem divino spiritu intùs ita ageretur, non est mirum, quòd juxtà monitum Apostoli, *modestia ejus nota fuerit omnibus hominibus*, qui eum noverant. Cùm adhuc juvenis esset, & anteà puerilibus lusibus, deditus, jamque à Deo tactus, planè, & totaliter se Deo dare intenderet, inter primas virtutes, modestiam cordi habuit, cujus ut perfectum habitum acquireret, sic sese exercebat: initio statuit penès se, ad horam se continere in schola, ad honorem, & ob amorem Beatissimæ Virginis Matris amabilis: altero die, per horam cùm media, in memoriam Passionis Christi: alio die per duas horas, in refrigerium fidelium defunctorum, & sic brevi tempore evasit modestissimus: adscivit in istum finem etiam censorem, quem rogabat, ut sibi vellet advigilare, sic cum eo paciscendo: *Si me hodiè*, inquiebat, *videris vel oculum à libro deflectentem, vel pedem moventem, vel aliud murmur excitantem, legam pro te hodie unam decadem.* Factus autem Religiosus, & interiori spiritu informatus, erat longè modestissimus, in monasterio, uti in domo Dei se componens; & gerens, sicut decet sanctos. Hinc in omni externa actione, in vultu, oculis, incessu, in usu membrorum præferebat modestissimam animi tranquillitatem, & serenitatem, ubique tanquàm in conspectu Dei, & Angeli Custodis: ubicumque erat, in choro, oratorio, refectorio, opere manuali, præ cæteris elucebat ejus modestia, & aliquid divinum in eo apparebat, adeò, ut etiam seculares eum, ut sanctum, ut Angelum indigitarent. Et quia studebat angelicæ puritati cordis, vitabat omnem otiosum membrorum motum, & inutiles sensuum operationes, omnes gestus superfluos, verba otiosa, hoc potissimum motivo, nè impediret Dei concursum ad aliquid ei displicens; didicerat enim Deum concurrere ad omnes actiones creaturarum, & ad illum concursum determinari à creaturis, & indignum sciebat, Deum ad concursum inutilem determinare.

De singulari ejus modestiâ.

3599. Nec tamen habebat *amaritudinem conversationis illius, nec tædium convictus illius* (a): quamvis enim esset adeò internus, & Deo intentus, non tamen erat in sua conversatione morosus, tetricus, vel invisus, sed suavis, mitis, benignus, charitativus, uno verbo, *dilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est*: & revera, suo tempore, erat valde affabilis, benevolus, obsequiosus, & ob id omnibus gratus: hinc fraternas monitiones cum tali discretione, gratia, & insinuatione fraternæ charitatis faciebat, ut eas nemo malè caperet: si contigerat aliquem Fratrem in aliquo deficere, vel egere instructione, eum instruebat in spiritu Christi, in spiritu lenitatis, non magistraliter, vel imperiosè, sed fraternè, & compassivè, potius excusando, quam exaggerando. Semel aliquis ægrè capiebat monitionem ejus fraternam, sed ipse statim agnoscens suam culpam, petebat veniam de data occasione offensæ. Si fortè aliqui, ipso præsente, nonnihil verbis contenderent, conabatur illicò illos componere, dicendo, *Silete, quæso, Fratres, ego orabo pro vobis*: si aliquos Fratres per aliquot dies non erat allocutus, nè vel umbra adversionis generaretur, primâ oportunitate illos adibat, & amicabiliter alloquebatur. Si fortè à Superiore rogaretur de aliquibus defectibus inter Fratres commissis, eos conabatur excusare, dicendo: *se credere, quòd Fratres in istis non essent culpabiles coram Deo: quòd ista fecissent ex inconsideratione, vel cum bona intentione*, & sic in nullo scandalizabatur, & in omnibus habebat bonum oculum; nec mirum, *charitas non cogitat malum*: & Propheta ait, *Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non est illis scandalum*; utique neque activum, nec passivum, cùm esset in omnibus exemplarissimus, nemini dans ullam offensionem, & plenus charitate. Cum autem ejus *charitas operiret multitudinem peccatorum*, nè aliorum defectus videret, sed magis etiam minimas perfectiones magni faceret, indè fiebat, ut omnes fratres summo honore, & reverentiâ præveniret, omnibus, ut se melioribus, cederet, omnibus libenter obsequeretur, se omnibus postponeret, utpote habens oculos clausos ad aliorum imperfectiones, &

De amicabili ejus conversatione.

(a) Sap. 8.

Ecclí. 45.

1. Cor. 13.

Psalm. 118.

1. Pet. 4.

suas perfectiones, apertos verò ad suas imperfectiones, & aliorum perfectiones.

De ejus consuetudine loquendi de rebus piis.

3600. Hoc etiam in eo fuit satis singulare, quòd cùm cor haberet plenum cogitationibus Sanctis, & piis desideriis, eructabat, in omni cum Fratribus conversatione, cor ejus verbum bonum; ex abundantia enim cordis os loquebatur, & habebat ad manum verba vitæ æternæ; ex omni re captabat occasionem introducendi pia colloquia; erat mutus quoad sæcularia, quia illa procul à corde abjecerat: jam indè à principio suæ conversionis, nullos, nisi de rebus piis, sermones miscebat, & ex quibuscumque obviis, materiam divinæ laudis eliciebat; imò inter pia colloquia aliquando quasi extrà se factus notabatur, leni anhelitu, oculis sursum levatis, dulcissima suspiria ingeminans: hoc notanter contigit, dùm inter pios discursus in cœlestium contemplatione absorptus, ad se reversus, in has voces erumpebat: *O quàm pulchra sunt omnia in cœlesti Ierusalem!* Satis indicans, speciali se illustratione circa illa fuisse præventum. Quavis occasione cum quibuscumque, dum loquendi tempus erat, loquebatur de piis, idque non tetricè, sed suaviter, gratiosè, & habili facilitate, quasi ex sua propensione, vel potiùs ab inhabitante spiritu Dei actus, inspiratus, & directus: undè fiebat, quòd audientes ejus dicta, non velut ab uno juvene prolata, sed ut ab altiori spiritu ingesta, audirent. Solebat Fratres Novitios amicabiliter ad se allicere, ut loqueretur cum illis de rebus spiritualibus: quandò licebat, accedebat Fratres Laicos, & Donatos, ut eos consolaretur, & instrueret, cum tàm amicabili affabilitate, ut vel sola suavitate verborum aliorum corda ad se traheret.

Variis piis exercitiis devotionem auget:

3601. Cùm ignis devotionis, & stabilis pietatis indigeat pabulo, non minùs, quàm ignis materialis, variis exercitiis, & praxibus eum fovere fuit sollicitus, & inter alia, cùm crederet, mediante Angelo Custode, multas gratias, pias inspirationes &c. posse obtineri, eidem erat summè devotus, & per ejus manus omnia opera sua offerebat Deo; hinc verosimiliter promeruit ejus sensibili visitatione recreari, in consortio Jesu, Mariæ, & Josephi, ut suprà tetigimus. Multùm etiam ei ad fovendam devotionem profuit cultus sacrarum Imaginum: quotiès reperiebat pias aliquas imagines in loco minùs decenti, vel sordibus obsitas, mundabat, ornabat, & loco decentiori reponebat: ubicumque occurrebant sacræ imagines, statim ad earum prototypum animum erigens, coram illis faciebat preces suas: sic sæpè in claustris, dormitoriis, hortis facere repertus fuit: maximè autem Imagines Crucifixi, & Matris dolorosæ venerabatur, & penès se continuò habebat, ut earum aspectu, in contemplatione Christi patientis, & Matris condolentis, esset assiduus. Etiam ab animabus Purgatorij sperabat auxilium, quibus proindè erat devotissimus, & multa faciebat pro illarum sublevamine: dùm in aliquo exercitio mortificationis, vel virtutis, sentiebat aliquam difficultatem, quò eam alacriùs superaret, pœnalitatem illam Deo offerebat, pro earum refrigerio: magis tamen erat sollicitus pro animabus derelictis, pro quibus frequenter offerebat Passionem, & sanguinem Christi, vel sua opera, in unione meritorum Christi. Alios etiam ad similia exstimulans, dicebat: *Grata sunt Christo nostra pro illis Suffragia, gratissimumque, quòd nostras tribulationes ei offeramus, pro eorum solatio, quia sunt membra ejus, eique per charitatem conjuncta.*

Devotio erga Sanctissimum Sacramentum.

Devotio ejus ad Angelum custodem:

ad Sacras Imagines:

erga animas purgatorij.

3602. In divino Officio erat diligentissimus, & attentissimus, & illi, etsi debilibus membris, interesse, summa ejus erat recreatio; credebat enim Angelorum turmas Religiosis esse permixtas: undè vix poterat choro avelli quamdiu ipsum pedes ferebant. Volebat Superior eum eximere à choro, propter nimiam debilitatem; sed ipse allegabat, quòd choro interesse, ei serviret pro diverticulo. Instante horâ divini Officij, dicebat aliquando Fratribus: *Iam instat tempus, ut salutemus Matrem amabilem, ut stemus inter Angelos, & laudemus Deum.* In choro autem vix est credibile, cum quanta reverentia, modestia, gravitate, & decentia se gereret: stabat quasi immotus præ reverentia divinæ Majestatis, apparens quasi in vultu Angelico, aliquid divinum spirans: ita ut etiam sæculares ad invicem dicerent: *Videte, quàm devotè, reverenter, & attentè ille frater se habeat:* etenim faciebat ceremonias, inclinationes, genuflexiones cum tam interno spiritu, tam vivâ fide, & devotione, ut ex modo exteriori appareret in eo aliquid Angelicum. Mirâ pietate, ac vivâ fide ferebatur ergà SS. Eucharistiæ Sacramentum, quod advertentes superiores, dederunt ei licentiam quotidie communicandi. Quantâ autem præparatione se ad eam disponere consueverit, vix paucis posset explicari: extant ejus manu-scripta ad hoc exercitia piissima. Quotidie sæpiùs visitabat Sacrarium, cum tanta pietatis insinuatione, & viva fide, ut alij id videntes, mirarentur: id quod ad extremum usque, etsi esset totus exhaustus, observavit, & etiam infirmus, per duas, vel tres horas coram SS. Sacramento orare visus fuit, cum tali attentione, & introversione, ut maneret immotus, quasi extrà se: dum debilitas nimia amplius tam longas preces non pateretur, ægrè poterat avelli, & cum dolore recedebat. Dùm jam propter nimiam debilitatem stomachi non esset capax sumere integram hostiam, & daretur ei particula, pro satisfactione devotionis, dicebat: *Credo, quòd hanc, & quamcumque minimam visibilem particulam, milleni Angeli adorent.*

Devotio illius in divino officio.

Fuit perfectus in omnibus virtutibus.

3603. Porrò omnes prætactæ virtutes fuerunt in Fratre Arnoldo solidissimæ, inconcussæ, & in gradu perfecto. Testantur de eo, quotquot illum noverunt post seriam suam

Digitized by Google

suam conversionem, quod ab illo tempore, quasi confirmatus in gratia, adeò tenax fuerit boni propositi, ut ne in minimo, à cœpto virtutis tramite defeciſſe visus fuerit, quin potiùs ab omni ſpecie mali abſtinuerit, cum tanto horrore à peccato, ut ubicumque apprehenderet umbram mali, vel periculum, etiam remotum, aſſicujus corruptionis, cum omni ſollicitudine, & conſtantia declinaverit. Verè dicere poterat cum Job: *Iuſtificationem, quam cœpi tenere, non deſeram.* Stetit itaque firmiſſimè, & profecit adeò, ut brevi in omni virtute eò ſummatus videretur. In exercitiis humilitatis, obedientiæ, paupertatis, regularitatis, abnegationis ſui-ipſius, & omnium creaturarum, præſentiæ Dei, fidei, ſpei, & charitatis Dei, & proximi, patientiæ in diuturnis & moleſtis infirmitatibus, vel internis preſſuris, ſobrietatis, diligentiæ in agendis, aliarumque virtutum, adeò conſtanter, & ferventer perſeveravit, ut nullas virtutes exercendi occaſiones negligeret, quaſi omnes virtutes in naturam verſæ fuiſſent. Uno verbo, teſtor ego, * teſtati ſunt ejus Magiſtri, & alij, quòd notaverimus ipſum perfectum in omni virtute, idque perſeveranter, ſine ulla eclypſi, vel relaxatione, ſine ulla imperfectione illas exercendo in omni occaſione, &, quòd rarum eſt, & ferè inauditum, declaro, & declarârunt iidem, quòd in ipſo numquàm deprehenderimus ullum actum, ulli virtuti contrarium: nec umquàm viſus eſt extrà Deum recreari, vel aliquali ſenſualitate abripi, aut propriæ quæſitioni indulgere, vel aliquam recreationem, vel ambulationem affectare; ſed potius omni ſollicitudine ſtudere, adimplendo in omnibus Dei beneplacito: &, cùm ut ſuprà diximus, in Deo viveret, *in Deo* etiam *faciebat virtutem, in Deo tranſgrediebatur murum* cujuſcumque difficultatis.

Job. 27. 6.

* R. P. Michael de quo hic ſuprà num. 3581.

Pſ. 59. 14. Pſ. 17. 30.

3604. Cùm itaque noſter Fr. Arnoldus in omni virtute *conſummatus in brevi, expleviſſet tempora multa*, & jam eſſet maturus cœlo, permiſit eum Deus febri hecticâ, & lentâ tabe paulatim conſumi, ita ut judicio medicorum non poſſet diù ſupervivere; ipſe tamen non ideò flaccidior, aut ſibi indulgentior, ſed potiùs ferventior, ſibique auſterior factus, cum plena in Dei voluntate reſignatione, ad mortem cœpit ſe præparare, ad quam ita erat reſignatus, ut inter familiaria de morte colloquia, ſubindè auditus ſit modeſtè cantare *Requiem æternam*: aliquando quaſi de inſtante morte gaudens, dicebat: *Ah! quomodò Fratres pòſt mortem meam cantabunt Requiem.* Idque tali modo dicebat, ut colligeretur anhelare ad mortem. Jucundum erat cum eo, & coràm eo loqui de appropinquante morte, tamquam de optato tranſitu ad portum ſalutis; cùm enim *ſecura mens ſit juge convivium*, & ipſe anhelaret ad cœleſtem patriam, cujus ipſe ſubindè præguſtum expertus erat, ſerviebat pro ſpirituali recreatione, de illis loqui, eique quaſi congratulari, & congaudere: ibi fiebant diſcurſus piè-hilares de felici tranſitu plurium bonorum Religioſorum, non ita pridem defunctorum, quomodò illi in occurſum venturi, quomodò ibi inveniret Matrem amabilem, quam per ipſum ſuo nomine rogabant ſalutari, & ut pro Ordine, & Fratribus oraret, ut apud Matrem amabilem ageret, quatenùs vocaret ad Ordinem inſignes juvenes, quorum pietate, & exemplari vitâ Religio floreret, & Chriſti, ac Sanctiſſimæ ejus Matris bonus odor eſſet in omni loco. Hi & ſimiles piè-hilares, & innocentes diſcurſus paſſim & liberè fiebant coràm Fratre Arnoldo, tamquam qui expectaret jam brevi vocari *ad cœnam nuptiarum Agni.* Tandem invaleſcente infirmitate, ſacro Viatico, & extremâ Unctione munitus fuit, quæ ſacro-ſancta Sacramenta (cùm ſibi, & Deo eſſet præſentiſſimus, fide plenus, ſpe firmus, & charitate fervens, ac amore Chriſti crucifixi flagrans) cum quali devotione, reverentia, & pietate receperit, & cum quali ædificatione Fratrum, faciliùs eſt pia conſideratione aſſequi, quàm verbis explicare. Semper in conſpectu ſuo cupiebat Imaginem Crucifixi, & Matris doloroſæ, & cum vehementiſſima & frequenti tuſſi laboraret, & cum ſumma difficultate flegmata eiiceret, quaſi ad conſpectum Crucifixi recreatus, dicebat: *Tui amore, o Ieſu.*

Infirmitas ejus, & præparatio ad mortem.

3605. Fratres viſitationis gratiâ accedentes, rogabat, ut aliquod pium punctum legerent, cumque ſemel occurreret punctum de extremo judicio, quaſi ſecurus de ſua ſalute, rogabat Fratrem, ut hoc omiſſo, legeret aliquid de Paſſione Domini. Tandem ita extenuatus eſt, ut vix oſſibus hæreret; undè in omnibus membris mirè cruciabatur: & nullatenùs quieſcere valens, quaſi Chriſto confixus cruci, & præter Jeſum crucifixum nihil ſpirans, amoroſè dicebat pro ſolatio: *Quid eſt mirum, quòd ego quieſcere non poſſim; Ieſus meus in cruce quieſcere non potuit, & non habuit, ubi caput reclinaret, & quomodo ego in lecto quieſcerem?* Sic totus ad conformitatem cum Chriſto agonizante, & tandem ſpiritum ſuum in manus Patris commendante, & finaliter emittente, anhelabat, & aſpirabat. Paucis ante obitum diebus dicebat ſuo Confeſſario cum magna humilitate, ſuam ſibi conſcientiam dictare, quòd omnia ſua ſemper feciſſet ex filiali Dei amore. Pridiè obitûs, dum * ego ejus Prior, eum viſitarem, & jam recedens, oſtium cubiculi clauderem, aliquo ſigno inſinuabat, quaſi voluiſſet mihi adhuc aliquid dicere: redivi, petens, an aliquid eſſet ad obſequium, aut ſolatium, tum ille: *Auderemne dicere?* Ad quem ego: *Quid eſt, charißime fili, quod mihi non auderes dicere? dic confidenter:* tùm ille: *Dicam ergo:* & acceptâ confidentiâ, cum magna humilitate, mixtâ verecundiâ, dicebat: *Reverende P. Prior, id quod habebam dicendum, eſt, quòd ſim certior factus, quòd Diva Virgo Mater amabilis ſuſcipiet animam meam egredientem*

fecit omnia ſua ex filiali amore Dei.

* Rev. P. Mich. à S. A.

eſt certior factus de aſſiſtentiâ D. Virginis in horâ mortis:

Digitized by Google

egredientem de corpore: addens, se optare, ut Religiosis commendarem devotionem ergà Matrem dolorosam: *quia*, inquiebat, *ego scio, quantas indè gratias & consolationes receperim*: insinuans, se istam è cœlo assecurationem accepisse in mercedem suæ ergà Matrem dolorosam pietatis. Tandem fidelis hîc Dei servus, & Matris dolorosæ filius, jam totus exhaustus, consumptis viribus, inter Fratrum, psalmos pœnitentiales recitantium, choros, obdormienti similis, in osculo Crucifixi, animam Creatori reddidit in Conventu Mechlinensi die 5. Septembris anno 1672.

Bona de eo opinio, ante, & post mortem.

3606. Hæc sunt, quæ breviter de exemplari & religiosissima vita & morte Ven. Fratris nostri Arnoldi à S. Carolo perstringere volui, ut posteris serviant ad memoriam, & exemplum: non dubitans, quin plurima majora charismata in eo latuerint, quæ ingeniosa ejus humilitas texit, nè in notitiam venirent. Quibus attentis, non est mirum, quòd excellentium ejus virtutum bonus odor pervenerit ad multos, qui illum habent in opinione sanctitatis: aliqui de ipso dicebant: *Ipse indubiè est Sanctus*; alius: *Non dubito, quin ille sit, ubi nos libenter perveniremus*; alij: *Ipse adhuc erit Sanctus Belgij*; alij: *Iste adhuc erit Sanctus Provincia nostræ*; alij dicebant: *Ille vixit ut Angelus*. Aliqui seculares, ipsum in infirmaria visitantes, auditis ab ipso monitis salutis, & visis virtutibus, dicebant: *Iste est unus Angelus*. Chyrurgus Conventûs dicebat: *debeo visitare meum Angelum*: & die sepulturæ ejus: *Iam sepelitur unus Angelus*. Sæculares transeuntes per locum sepulturæ, dicebant ad invicem: *Ecce ibi sepultus est unus Sanctus*. Reverendus P. Joannes del Cor Societatis Jesu, ejus ante Religionem instructor, altam de ejus sanctimonia conceperat opinionem, quam in quadam epistola ad* me prodens, sic scribebat, inter alia: *Deprehendi, mirabilem fuisse Fratris Arnoldi cum Deo conjunctionem, & plura reperi illustria .... certè existimo, nihil minùs de eo cum veritate scribi posse, quàm quod de nostris Beatis Aloysio de Gonzaga, vel Stanislao Kostka, aut Ioanne Berckmanno legimus.* Taceo quamdam apparitionem cuidam personæ fide dignissimæ factam, in qua totus glorioſus semel, & iterum apparens, significabat, se absque ullis Purgatorij pœnis, rectà ad sinum Divinitatis assumptum fuisse.

* R.P. Mich. à S. A.

Protestatio.

3607. Verumtamen non est mea intentio, hîc plus dicere, sed solummodò facere protestationem sequentem, conformiter Decreto Sanctissimi Domini Urbani VIII. circà venerationem personarum, quæ ex hac vita migrârunt in odore sanctitatis. Protestor itaque, cum omni submissione, & reverentia, quòd nullo modo prætendam excedere limites præscriptos in dicto Decreto, aut explicatione ejusdem, & quòd non intelligam, nec velim intelligi à quocumque super iis, quæ in hoc compendio posui, nisi quatenùs præcisè fundantur in auctoritate humana, & nullo modo, ut fundatum in auctoritate divina, aut sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui me in omnibus plenè subiicio.

ANNOTATIO.

3608. PRæfatus Ven. Frater Arnoldus pro suo usu conscripsit libellum per modum scrinioli spiritualis, in quo recondidit selectissima sublimis perfectionis exercitia, quæ ipse practicavit. Libellum illum digessit, & in flandricum traduxit præfatus Reverendus P. Michael, sub hoc titulo: SCRINIOLUM SPIRITUALE *pierum exercitiorum, & efficacium stimulorum ad vitam virtuosam, Christianam, & perfectam, manu-scriptorum, & practicatorum per V. Fratrem Arnoldum à S. Carolo &c. & ex ejus manuali extractorum, & in ordine digestorum per auctorem vitæ illius.* Illud Lovanij approbatum, unà cum Synopsi vitæ ejus, etiam flandricè, proximè typis edetur: Intentum nostrum, & finis epitomen illam hîc inferendi idem est, qui Patribus Societatis Jesu antè annos aliquot Antuerpiæ prælo dantibus vitam (anteà in Sicilia editam) Cæsaris Caetani, ex Principe Novitij in Societate Jesu: in quâ relucent Religiosarum virtutum exemplaria, & peculiarirer amor Dei, & hinc animæ puritas, & horror peccati; ut diceret *stupêre se, quomodò inveneretur, qui auderet offendere Divinam bonitatem.* In tædiosâ infirmitate octo mensium, fuit speculum patientiæ & humilitatis, etiam Religiosis veteranis cum hilaritate imperturbabili, qui è corde protuberabat in vultum: tandem anno salutis 1652. ætatis 19. Societatis secundo obiit virtutum multiplicem relinquens odorem. Motivum illorum fuit, ut in exemplum proponeretur *tyronibus tyro adolescens, juvenibus juvenis, & quod magis mirum, robustis debilis; sed in debilitate animosus, qui suo exemplo animos faciat.* Idem ille finis est traditæ in hoc loco Synopsis vitæ præfati F. Arnoldi, in non paucis Caetano similis. Utrique non immeritò appropriari possunt istâ S. Hieronymi (a). PROH PUDOR, FRAGILIOR ÆTAS VINCIT SÆCULUM, ET ROBUSTIOR SUPERATUR A SÆCULO.

Motivum ad editionem vitæ F. Arnoldi.

Cæsar Caetanus Soc. Iesu exemplar virtutum.

ita & Fr. Arnoldus.

(a) Epist. 46. ad Rusticum.

SERTVM VII.

In Britannicis Regnis, piæ, sanctæque vitæ exempla præbentes.

In Anglia Carm. Ord. maximè floruit.

3609. IN Anglia Carmeli Ordinem *magis quàm in quacumque alia Europæ regione floruisse*, asserit Joannes Pitseus, Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor, Liverduni in Lotharingia Decanus, in opere *de illustribus Angliæ Scriptoribus* (b). Ita quoque P. Lezana (c) *Anglia semper ut fertilissimus ager, plures è nostris illustrissimos protulit viros.* Illuc anno Christi MCCXII. ex Carmelo, seu Terra-sancta, nonnullos adventasse, quibus mox se junxit S. Simon Stock, & in Holnensi sylva circà Alnewicum, ac in Ailesfordiensi sylva in Cantia eremitico more habitasse usque ad annum MCCXL. habetur ex dictis Tomo præcedenti (d) (dicto anno MCCXL.) Radulpho Fresburgo Anglo, ex Oriente (ubi Carmeli instituto aggregatus fuerat) redeunte in Angliam cum aliis, in

(b) in fine sub titulo: *Index illustrium Angliæ Scriptorum qui fuerunt Carmelitæ.*

(c) in Annal. Ordinis, ad ann. 1212. & alibi.

(d) n. 807. & 810. & 831.

Digitized by Google

in dictis locis, & consequenter in aliis, monasteria formata construere cœperunt: atque ita ab illo anno MCCXL. Anglicæ Provinciæ (undè posteà processerunt Provinciæ Scotiæ, & Hiberniæ) initium definitur, sicut declaratum est ibidem, & plenius refertur in Annalibus Ordinis (a). Et iste fuit secundus Carmelitarum adventus in Angliam; etenim jam ante annorum aliquot centurias Religiosi Monachi, veteris Instituti, à S. ELIA promanantis, & deinceps in variis Orbis regionibus propagati, etiam in Angliam, Scotiam, & Hiberniam venisse, habetur ex dictis hîc suprà in XII. Fundamentis, præsertim Fundamento VI. (b) illic enim Monachos fuisse ante tempora S. Benedicti, constat ex vita S. Patritij. Isti autem post adventum S. Augustini, & sociorum, (tempore S. Gregorij Magni Papæ) in Angliam, in variis locis Regulam S. Benedicti, ac successivè in plerisque, aut ferè omnibus amplexati fuerunt: atque ita ad S. Benedicti instituta transierunt, sicut in antecedentibus declaratum est (c) & de istis hoc loco non agimus, sed dumtaxat de nonnullis, qui post ann. MCCXII. ibidem claruerunt. Quantum ad Sanctos, S. SIMON, cognominatus ANGLICUS, & STOCK non tantum in Angliâ, sed etiam in aliis Provinciis Europæ primis illis temporibus post transmigrationem fuit velut Atlas, sicut benè animadvertit Reverendissimus D. Joannes Caramuel (d): *Atlas fuit* (inquit) *Simon, qui doctrina, & exempli humeris orbem Carmelitanum succolavit. Orat Deum hodie plebs Virgini Matri dicata, ut sicut per Simonem tanta protectionis signum obtinuit, ita prædestinationis æterna munera consequatur: & quod, quæso, majus & certius æterna prædestinationis signum, quàm virorum virtute eximiorum successio?* Successio igitur & piorum & eruditorum post ejus in Europam transmigrationem in hoc Ordine, præcipuè in Anglia, fuit ab ipso S. Simone, cui propriissimè congruunt ista S. Maximi (e): *Quidquid igitur in Sanctâ plebe hac potest esse virtutis, & gratiæ, de hoc quasi de quodam lucidissimo fonte omnium rivulorum hæc puritas emanavit.* Inter cæteras autem ejus virtutes, in ipsius vitâ expressas hîc suprà, resplendet religio, pietas, & cultus erga Sanctissimam Virginem Dei Matrem, cui singulariter devotus (sicut suprà audivimus ad diem XVI. Maji) ab ea pro se, & cunctis Carmelitis, imò pro Christi-fidelibus omnibus participare volentibus, & præscriptas ab ipsa conditiones servantibus, accepit privilegium singulare, sacrum Scapulare, instrumentum veræ ac solidæ pietatis, medium salutis plurimorum, scatebram largifluam fructuum spiritualium: atque ita ex Anglicana Provincia Carmelitana in totum hunc Ordinem, & universam Ecclesiam, bona illa promanârunt. Complures etiam alij sanctitatis odorem spirantes in Britannicis istis regionibus floruerunt. Universim hoc notandum, in Provincia illa cultum Beatissimæ Virginis Mariæ Ordinis Patronæ singulariter viguisse: hinc omnia ferè monasteria ibi insignita erant titulo *Beatissimæ Virginis Mariæ*, sicut in Annalibus Ordinis tradit Pater Lezana (a).

(a) à P. Lezana to. 4. Annal. ad an. 1212 & ad an. 1240.

(b) vide num. 313.

(c) n. 2889.

(d) in vita V. P. Dominici à J. M. lib. 1. c. 2.

S. *Simon Stock Atlas Carmelitani Ord.*

(e) de S. Eusebio.

Ex Anglia in totum Carmeli Ordinem, & Ecclesiam, qua bona profluant.

(a) ad an. 1240.

3610. RADULPHUS FRESBURNUS, nobili familiâ natus, in ætatis flore profectus est ad Orientem, ut contra Saracenos, Christiani nominis & religionis juratos hostes, arma gereret. Cùm autem ad Carmelum Syriæ venisset, vidisseque sanctum institutum Fratrum, qui illam eremum incolentes, sub tutela *Beatæ Mariæ Virginis*, sese totos divinis obsequiis mancipabant, iis se adjunxit, eorum habitum & regulam suscepit, in eorum disciplinam se totum tradidit. Redeuntibus è Syria tandem in Angliam Baronibus Joanne Vescij, & Richardo Grajo, cum multis aliis militibus Anglis, Radulphus etiam, assumpto sibi socio Ivone Armorico, Britanno, in Angliam reversus est. Ita Pitseus libro de viris illustribus Angliæ (b), Consequenter tradit, eum ex suis potissimum bonis plurima Ordinis hujus cœnobia ædificasse, & annis 14. in Anglia Provincialem præfuisse, ac rexisse suos non tàm regularum severitate, quàm piis exhortationibus, & virtutum exemplis. Tandem plenus dierum, ferax meritorum, & coruscans gloriâ miraculorum, eodem anno vivendi finem fecit, quo Edwardus primus regnandi exordium habuit, hoc est anno Christi 1274. Itaque cùm ab anno Christi 1212. Carmelitæ in Anglia humiles mansiones in locis solitariis incoluissent, usque ad annum 1240. quo Radulphus in Angliam reversus, se jungens aliis qui ante advenerant, unà cum illis ipse formata monasteria cœpit construere.

Radulphus Fresburnus in Carmelo Religiosus.

redit in Angliam.

(b) ætat. 13. ad an. 1274.

ibi Ordinem propagat.

miraculis coruscus.

3611. HENRICUS DE HANNA eximius Ordinis propagator, singulariter excelluit in studio contemplationis, & zelo salutis animarum, ac propagandi, & in stricta observantia conservandi Ordinis sui. Vitæ ejus epitome ex Lelando, & Pitseo ista est. Henricus de Hanna, patriâ Norwicensis, vitæ amator solitariæ, in sylvestri Norfolcensis regionis cœnobio apud Brunhamiam habitum suscepit, professionem edidit, & inibi multos vitæ suæ dies in divinarum rerum contemplatione sanctè exegit. Sæpè apud suos, nonnumquàm apud populum doctos sermones habuit. Cùm autem spectata viri pietas, integritas, prudentia, & singularis tum in sacris, tum in profanis litteris eruditio satis manifestis innotescerent indiciis, anno Domini 1254. Londini in Capitulo Generali merito suarum virtutum electus est totius Ordinis sui per Angliam Magister Provincialis, ordine secundus. Etiam in Galliis factus Provincialis per regna Franciæ, Scotiæ, Hiberniæ, denique per totam ferè Germaniam ædificatis monasteriis, incredibili industriâ suum Ordinem longè latèque propagavit. Tandem laboribus, & annis confectus, ex hac ad

Henricus de Hanna,

vita solitaria & contemplationi deditus,

Ordinem in varias regionibus propagavit.

Digitized by Google

meliorem vitam migravit apud Stanfordiam quarto Calendas Decembris, anno post adventum Messiæ 1299.

Ioannes Folshamus,

3612. JOANNES FOLSHAMUS in Northwallia natus, Norwicensis cœnobij, in omni vita studium virtutum, & bonarum artium semper conjunxit, & pari procedens in utrisque passu, similes fecit in utrisque progressus. Aptus per doctrinam, ut alios instrueret in omni tum humanarum, tum divinarum rerum scientia: aptior per virtutem, ut suos erudiret in timore Dei, in morum integritate, omnique vitæ sanctimonia. Hac Euangelicâ, imò Angelicâ vitæ perfectione, in multis sui concitavit admirationem: non paucos allexit ad amorem, & suorum maximè conciliavit gratiam, qui eum sibi tamquàm exemplar ad imitandum proposuerunt, in cujus vita, & moribus, quasi in speculo, illum, ad quem aspirabant, contemplati sunt religiosæ perfectionis eminentem gradum. Hinc tandem communi & unanimi suorum suffragio electus fuit Ordinis sui per Angliam Minister Provincialis decimus quintus. Quem Magistratum sanctè sollicitèque gessit ad annos sex: Norwici tandem in suo Monasterio mortuus & sepultus est die decimo octavo Aprilis anno Domini 1348.

magnis laudibus celebratus,

vitæ sanctimoniâ insignis,

velut speculum perfectionis:

Ioannes Elinus,

3613. JOANNES ELINUS, vel HELINIUS, patriâ Norfolcensis, Linnensis cœnobij, sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, propter meritam sanctitatis opinionem conjunctam eruditioni, ac morum suavitati, magni per Angliam nominis fuit. Londinensis Prior electus, sanctè, prudenterque regendo, bonis exemplis prælucendo, & ad populum frequenter concionando, magnos fecit fructus, & de eo priùs conceptam opinionem meritis auxit, imò virtutibus longè superavit. Assiduus erat in meditatione mysteriorum, quæ in Apocalypsi S. Joannis habentur. Composuit quasdam imagines, meliore quo potuit modo, res illas arcanas adumbrantes, adjunxitque simul commentarios, ut illa secreta divina partim à doctis per explicationem intellectu perciperentur, partim à simplicioribus per icones, oculis subjicerentur. Londini tandem in suo conventu diem clausit extremum, & ibidem sepulturæ traditus est, anno postquam filius Dei naturam assumpsit humanam 1379.

eruditione, & pietate suos, & alios ad virtutes promovens.

Thomas Waldensis,

3614. THOMAS WALDENSIS, *Beati* à variis, à nonnullis *Sancti* titulo donatus, plurimorum Scriptorum calamis celebratur: & quidem sic à Pitseo [Thomas Waldensis, ab oppido natalicio cognomen istud accepit: nam alioquin à familia progenitorum Netterus ei cognomentum erat. Joanne, & Mathildâ parentibus in Anglia natus, Londini Fratrum Carmelitarum Institutum adolescens amplexus est, & sub illa disciplina regulari tempestivè didicit jugum Domini portare. Factâ debito tempore professione solemni, sub illis sanctionibus usque ad vitæ finem constanter perseveravit. Hîc, extra meum morem, bonâ Lectoris cum veniâ, liceat mihi in præstantissimi viri laudes & virtutes paulò liberiùs exspatiari, quas ex tribus præcipuè capitibus, & certò colligere, & meritò decantare poterimus. Primò à testimoniis hominum litteris & pietate insignium. Secundò à summis, quæ obivit, penè omnis generis in Republica muneribus. Tertiò ab eruditissimis, quos scripsit, libris. Quibus de re litteraria, de Catholica Ecclesia, & de omni posteritate eum optimè meritum esse constat.] Ita ille: Consequenter tria ista plenius prosequitur, & eum deprædicat *præstantissimum Doctorem: quod ad eruditionem spectat, inter doctissimos; quod ad vitæ sanctitatem, inter beatos*: & quòd in variis perhonorificis legationibus *verè Apostolici viri officia præstiterit, incredibilis divinæ gloriæ zeli.* Erat enim optimis quibusque naturæ dotibus imbutus, & omni genere divinarum, humanarumque disciplinarum insigniter instructus, Græcæ etiam, & Hebraicæ linguæ valdè peritus, moribus gravis, eloquio suavis, comis, mitis, modestus, acer ingenio, ad disputandum subtilis, Philosophus acutus, in scholastica Theologia multùm exercitatus, in lectione & meditatione sacrarum scripturarum assiduè versatus, firmus in fide, integer in religione, omnique vitæ sanctimoniâ conspicuus, Concionator præcellens; utpote, qui in persuadendo nervosus, in redarguendo vehemens, in exhortando potens, quæ volebat apud auditores, plerumque efficiebat. Porrò reversus in Angliam, totius Ordinis sui in patria factus est Provincialis vigesimus tertius. Quod munus ad quadriennium prudenter, fideliter, sollicitèque administravit. Cumque jam dedisset magnum specimen sui in gravibus negotiis tractandis consilij; in dirigendis prudentiæ, in expediendis dexteritatis, Rex Henricus quintus eum sibi adjunxit, ut esset in iis, quæ Rempublicam concernebant, intimus à consiliis, & in iis, quæ ad moderamen suæ conscientiæ spectabant, à Confessionum secretis. Missus à Rege pro gravi momenti negotiis, in Galliam, Rotomagi diem clausit extremum: & ibidem in Ordinis sui Monasterio sepultus dicitur tertio die Novembris, anno postquàm Verbum caro factum est, & habitavit in nobis 1430.] Quinam eum *Beatum*, & inter *Beatos* Religionis, aut etiam *Sanctum* nuncupent, refertur in Annalibus Ordinis (a). Alia quædam de eo præcesserunt in antecedentibus (b).

dotes, & virtutes ejus:

vitæ sanctimonia conspicuus:

Beati titulus à variis tribuitur.

(a) tom. 4. ad an. 1430.

(b) hîc sup. n. 3054. & seq. 3142.

Nicolaus Kenton.

3615. NICOLAUS KENTON. Ejus occasione in officio proprio S. Andreæ Corsini canitur: *Te novit Anglia*: historia miraculi meritis S. Andreæ in ipso facti, scilicet curationis subitaneæ à gravi febre, narratur in vita ipsius S. Andreæ, apud PP. Bollandū, & Henschenium (c) qui de illo hæc annotavit:

(c) in Act. SS. ad xxx. Jan. to. 2.

Egregiâ

Digitized by Google

Egregiâ hic & sanctimoniæ & doctrinæ laude floruit. Miraculum istud videatur hîc suprà, ad diem IV. Februarij (a) Pitseus (b) tradit de eo, quòd peculiariter Scripturarum sacrarum lectioni, & meditationi se dederit: & quòd per Angliam Provincialis XXV. præfuerit per annos duodecim. Interea frequentes sermones habuit, & privatos ad suos Fratres, & ad populum publicos. Vergens autem ad senectutem, contemplationis cupidus, petiit ab onere Provincialis liberari, aiens curam illâ ætati suæ nimis esse gravem. (Habuit enim plùs quàm mille quingentos in sua provincia Fratres) se jam malle precibus, & Deo liberè vacare, quàm praxi attendere; parere potiùs deinceps velle, quàm præesse. Itaque tandem ejus petitioni acquieverunt Fratres, & alium elegerunt. Londini tandem sanctissimè diem extremum obiit quarto die Septembris, anno post Virginis partum 1468. De ejus eruditione, & scriptis mentio erit in sequentibus (c).

(a) n. 901. pag. 257.
(b) de viris illust. Angl. ad an. 1468. num. 8633.
sanctimonia laude floruit,
Provincialatu se abdicat, amore vitæ solitariæ:
sanctè moritur.
(c) parte 5. lib. 4. c. 6.

3616. THOMAS BRADLEY aliàs SCROPUS, quam austeram, solitariam, & deindè Apostolicam vitam egerit, sic refert Pitseus (d) Thomas Scropus nobilissimâ familiâ in Anglia, ex oppido Bradleyo natus, claritatem generis litteris, & virtutibus plurimùm illustravit. Fuit primùm Ordinis S. Benedicti Monachus: ad majorem aspirans perfectionem, Carmelitarum disciplinæ se submisit: & in cœnobio Norwicensi, factâ professione, solemniter habitum suscepit, circà annum Domini 1430. Duxit autem vitam in austeritate penè incredibili, populo diligenter prædicans, non verbo solùm, sed etiam exemplo. Extra prædicationem ferè semper cellâ conclusus, ad annos viginti vitam ibi egit anachoreticam. Consequenter refert, quòd assumptus fuerit ad Episcopatum Dromorensem in Hibernia, & paulò post destinatus Legatus ad Rhodienses, quodque reversus in Hiberniam, Episcopatu se abdicaverit, sicut etiam habetur ex ante dictis libro præcedenti, ubi de Episcopis (e). Anno tandem ætatis suæ, plus minus centesimo in Leistoft; Suffolcensis Comitatûs oppido, vivendi finem fecit die decimo quinto Januarij, non sine sanctitatis opinione. Erat autem tum annus salutis humanæ 1491.

Thomas Bradley.
(d) de viris illustribus Angliæ n. 896.
diu vitam duxit solitariam, valdè austeram;
(e) n. 3363.
in opinione sanctitatis obiit.

3617. Præfatis compares, aut suppares fuerunt JOANNES POLESTEDUS, per Angliam Provincialis septem annis, vir integerrimæ vitæ, insignis doctrinæ, & sancti regiminis; STEPHANUS PATRINGTONUS, qui omnibus virtutibus præditus, & multiplici doctrinæ varietate instructus, per Angliam Provincialis XXIII. per annos quindecim præfuit Religiosis plùs quàm mille quingentis: deindè Episcopus Menevensis: (f) Londini sanctissimè obiit: atque alij de quibus libro sequenti. Absdubiè quòd in illa Carmelitani Ordinis Provincia olim florentissima, sub uno Provinciali ultrà mille quingentos Religiosos enumerante, complures alij excellentis virtutis extiterint; quorum nulla memoria extat, monasteriorum omnium monumentis deperditis, aut latentibus. Illa quoque est ratio, cur de pluribus, qui etiam in aliis regionibus eximiæ virtutis, ac pietatis exemplis claruerunt, pauca nota sint. Ratio alia est, à Trithemio assignata, quare de illorum, qui in Carmelo & Terra sancta claruerunt antè transmigrationem Sanctitas in Europa parum cognita fuerit, habetque etiam locum in Anglià, & Regionibus aliis, quod *olim more antiquitatis, pristinâ contenti humilitate, studuerint magis Sancti esse, quam ut tales innotescere* (cum autem etiam laudabile esse, habeatur ex suprà (a) dictis, Sanctos, & singulariter pios, in exemplum proponere; ut juxta Christi monitum, virtutum eorum *lux luceat coram hominibus*, excitans ad Dei glorificationem, & ad ædificationem ac imitationem, ideò in hoc opere commemorati sunt) Addi forsan potest tertia causa in variis locis, neglectus annotandi illos, & exempla heroicorum virtutum, quibus alij ædificari possent.

(f) vide plura de eo hîc suprà n. 13360.
sanctimonia, aut eximiis virtutibus conspicui olim, cur pauci noti.
(a) n. 3417.

SERTVM VIII.

Carmelitæ Discalceati complures virtutibus præcellentibus, ac Sanctimoniâ, Christi bonus odor.

3618. *Vineæ Florentes dederunt odorem suum* (b). Id verè competit Vineæ Carmelitanæ novellæ, ex veteri per S. Teresiam plantatæ, per B. Joannem à Cruce rigatæ: utriusque (S. Teresiæ, & B. Joannis) *Christi bonus odor* non modò Carmelum, sed & Ecclesiam universam largifluè perfundit. Vita odoratissima S. Teresiæ extat scripta à Reverendissimo Dom. Didaco de Yepes Episcopo Tirasonensi, à Francisco Ribera, celebrati nominis Doctore, à Joanne à Jesu Maria, de quo peculiariter hîc paulò post, & aliis, non paucis: ea ex Actis Canonizationis tradita est hîc suprà. Historia autem vitæ B. Joannis à Cruce literis commendata per Hieronymum à S. Josepho, præcipuæ auctoritatis habetur: eâdem etiam extat scripta per Josephum à Jesu Maria: Latinè Gretij in Styria edita est à R. P. Paulo ab omnibus Sanctis: habetur quoque suculentum compendium ipsius operibus præfixum: etiam variò idiomate alio prodiit. Vitæ istius medulla ex S. Teresiæ scriptis, & ex aliis monumentis, ac præfato Hieronymo, & aliis, tradita est hîc suprà, in parte IV. ad XIV. Decembris. Utriusque, potissimè S. Teresiæ, sanctitatem æmulantes, & præclaras virtutes imitantes, tam copioso numero ponè subsequuntur & Religiosi viri, & Moniales virgines, ut omnium, & singulorum vitæ non unum dumtaxat, sed plures Tomos implere possent; vita enim sola Ven. P. Dominici à Jesu Maria,

Carmelus novo-antiquus multifariàm Christi bonus odor.
(b) Cant. 2.
in eo utriusque sexûs multitudo copiosa, S. M. Teresiæ virtutes & sanctitatem æmulans:

Maria, conscripta à Reverendissimo Dom. Caramuele, extenditur per unum tomum: vita etiam Ven. P. Joannis à Jesu Maria Calaguritani, Vita Fr. Francisci à Puero Jesu, & aliorum, atque etiam plurium Monialium (de quibus Serto sequenti) singulæ singulis libris, aut tomis conscriptæ extant. In isto autem uberrimo subjecto haud licèt diffusiùs exspatiari (sicut nec in præcedentibus, in quo similiter calamus coarctari debuit) nè ultrà congruum excrescat hic tomus. Præterea cùm de omnibus illis copiosè tractatum sit in Historia generali per P. Franciscum à S. Maria, in Historia generali Congregationis S. Eliæ, per P. Isidorum à S. Josepho, & P. Petrum à S. Andrea, ac in opere *Decor Carmeli*, & in aliis propriis libris, prolixa eorumdem repetitio hoc loco, esset actum agere. Ecquid igitur consilij? an non in tàm luculenta materia silendum potiùs, quàm incongruè (utpotè insufficienter) pauca proferenda? Equidem ad honorem Dei (qui semper fuit, & est mirabilis in Sanctis suis, & in Sanctis ac perfectis honoratur ipse) non sine legentium aliqua utilitate, videntur saltem nonnulla delibanda, tùm in exemplum, & incitamentum; tùm, ut indè appetitus moveatur, & crescat, illa in propriis integris libris ad satietatem degustandi: & quidem de illis qui S. Teresiæ cooperatores fuerunt præcipui in plantanda, repastinanda, & propaganda novella illa Vinea, quædam hîc subsequuntur.

V. P. Antonius Heredia, seu de Jesu primi Conventûs Carm. Discalc. fundator.

3619. Imprimìs meritò hîc commemorandus VEN. P. ANTONIUS DE JESU (seu *ab Heredia*) qui tempore primus fuit, cui S. Teresia suum sanctum heroicum propositum de monasteriis virorum Carmelitarum Discalceatorum proposuit, & ab eo postulavit consilium, *qui incredibili perfundi cœpit gaudio, ac primum, qui institutum hoc auspicaretur, fore se respondit*: ita testatur ipsa S. Teresia, etiam alia ad hoc propositum scribens, verbis hîc suprà adductis (a). Ibi consequenter ex eadem refertur, quòd, & qualiter, unà cum ipsa S. Teresia, & B. Joanne à Cruce, fundando primum conventum Carmelitarum Discalceatorum, in vículo Durvelo (undè posteà Manzeram commigrarunt) fundamenta jecerint Congregationis utriusque Carmelitarum Discalceatorum (videlicèt Hispanicæ, undè posteà processit Italica) in quo heroico actu resplendent ejus eximiæ virtutes, paupertas, vitæ austeritas, jugis oratio, & meditatio, ac generosus animus, ad magna pro Dei gloria suscipienda, & perficienda, sicut etiam ipsa S. Teresia de eo testatur, his verbis:

(a) n. 2328.

heroica ejus virtutes à S. Teresia commemorata.

Cum P. Antonio locuta sum, & quid rerum ageretur, ei aperui, spopondique, si modò animum haberet, ad illic aliquousque habitandum, Deum quamprimùm auxilio, & remedio futurum: incœpto dumtaxat opus esse, in eo enim omnem difficultatem consistere ... Plus illi animi certè Deus dederat, quàm mihi; undè non solùm ibi, sed & in hara porcina paratum se ait commorari. In præfato autem primo Conventu Durvelo, unà cum B. Joanne à Cruce, quàm austeram, & sanctam vitam duxerit, narrat quoque ipsa S. Teresia, *in libro Fundationum monasteriorum cap. 12. ac 13.* undè quædam adducta sunt in antecedentibus (a). Capite illo 13. refert, quòd fide, & meritis ipsius Conventui Manzeræ aquarum penuria laboranti Deus miraculosè providerit. Crucis signum scipione efformabat, dicebatque Fratribus ibi præsentibus: Jam hic effodite: vix aliquantulum effoderant, & mox aqua prorupit in magna abundantia, sapidissima & potui convenientissima. De isto miraculo, virtutibus, officiis, & quantopere novellam Vineæ Carmeli plantam, ex veteri traducem, propagaverit, luculenter traditur *in Historia generali Carmelitarum Discalceatorum* per P. Franciscum à S. Maria, & in libro *Decor Carmeli*.

(a) n. 2329.

Balthasar à Jesu, S. Teresæ tertius socius, & cooperator.

3620. V. P. BALTHAZAR NIETO, deindè A JESU nuncupatus, (post B. Joannem à Cruce, & V. P. Antonium præfatum) provectæ ætatis, & eximius Concionator, tertius fuit, ex veteri instituto Carmelitano associatus S. Teresiæ, in fundanda, & riganda Reformatione ab illa inchoata, sicut ipsa refert dicto *libro Fundationum cap. 6.* pro cujus accessu ipsa *Domino summas gratias egit*; ita ibidem (b). De ejus perfecta vita, & officiis, agitur in eadem *Historia generali*: & quidem *quod fuerit Prior primus Pastranensis Monasterij* (primi, post Durvelum, posteà derelictum & Manzeram translatum) & *quod ejus exemplo plures antiquæ Observantiæ ad novellam transierint*. Atque ita ipse, post S. Teresiam, unà cum B. Joanne à Cruce, & V. P. Antonio, fuit quoque istius novi ædificij spiritualis quodammodò cooperator, & fundator. Hinc (obiter notandum) habetur, PP. Carmelitas Discalceatos, vero, reali, stricto, eodemque jure, tenere primam suam institutionem, ac hæreditariam successionem à S. Propheta Elia, cæteraque prærogativas participare, sicut Carmelitæ antiquæ regularis Observantiæ; utpote per hos instituti, & fundati sunt isti, sicut ex dictis habetur. Hinc quoque in propatulo est, inter hos, & istos, intercedere, arctissimæ cognationis, & mutuæ fraternitatis vinculum, tamquam Fratres, ejusdem Patris Eliæ, & Matris Mariæ filios, ejusdemque Ordinis integralis alumnos. Sed de istis plura jam ante præcesserunt (c).

(b) vide hîc suprà n. 2319.

Carmelitæ Discalceati vero, stricto quoque jure filij, seu successores S. Prophetæ Elia.

(c) hîc sup. n. 2334. & seq. nec non num. 2658. & seq.

3621. VEN. P. DOMINICUS A JESU MARIA, ex eadem veteri Vinea ad novam, seu novo-antiquam traductus fuit (pòst ipsam S. Teresiam ac præfatos tres, tamquàm Carmelitanæ Congregationis utriusque novæ Fundamentales lapides) à Deo electus & constitutus fuit insignis propagator, ac veluti firma columna, & pretiosum monile, singulare ornamentum, & fulgidum sidus, virtutibus heroicis, gestis admirandis, & plurimis prodigiis coruscans. Propterea primo loco,

V. P. Dom. à J. M. ejus ex veteri radice Pyrenum infer. tres novellas, illam nuperè propagavit, & illustravit.

Digitized by Google

ideo aliquantò luculentiùs de eo hic agitur:

loco, & aliquantò prolixiùs (licèt pro ejus meritis, ac materiæ amplitudine, & gravitate, arctè) ex ejus vita luculenter tradita, quædam velut in epitome hîc exhibentur. Vitam autem ejus scriptis tradiderunt plures, ac imprimis bini Episcopi; videlicèt Reverendissimus Dom. ac P. Hieronymus Domin, Episcopus Catharensis electus, deindè assumptus Cajetanus (de quo plura libro præcedenti (a) & mox iterùm ejus mentio erit) Vita illa, seu verius epitome, typis prodiit Genuæ, sicut notatur in Bibliotheca Hispanica: & Reverendissimus Joannes Caramuel, ex Abbate Ordinis S. Benedicti, Episcopus, Sacræ Cesareæ Majestatis Consiliarius, Theologus seculi hujus eximius, plenius hoc subjectum pertractavit, in opere, cui titulus est: CARAMUELIS DOMINICUS: *hoc est, Venerabilis P. Dominici à Iesu Maria, parthenij Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Generalis, virtutes, labores, prodigia, Extases, & revelationes.* Præcellentis virtutis, ac sanctitatis indicia, testimonia, fama publica tanta fuit de Dominico, in vita, in morte, & pòst mortem, ut haud diu post eam, auctoritate Summi Pontificis, & Episcoporum, processus juridici fieri cœpti sint, quibus initium dedit præfatus Reverendissimus Hieronymus Domin, sicut testes sunt litteræ Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, in quibus ista: *Dum sub Imperij nostri administratione Catholicam fidem, in ditionibus Nobis subjectis indies nullis non infensis ausibus impeti, ac lacessiri videmus, meritò patrocinium Sanctorum, qui verum Dei cultum in Ecclesia, virtute, & morte suâ confirmarunt, potentissimum defensionis nostræ munimentum habemus. Innumera divinæ gratiæ, & meritorum exempla recensentur de Carmelitarum Discalceatorum quondam Sacerdote Dominico à Iesu Maria, cujus summam vitæ integritatem, & ergà Deum amorem, Ecclesiaque suæ promovendæ zelum Nos ipsi non minùs primis temporibus, cùm is hisce in partibus versaretur, quàm nuper & postquàm ex Pontificia licentia, ad Nostram requisitionem concessa, ex Vrbe ad Nos redierat, ad ultimum ejus vitæ spiritum (quem in hac propria nostra Aula piissimè emisit) cum maximo nostro solatio spectavimus. Quòd verò, inter cæteras suas memorandas actiones, non minima gloriæ locum obtinet, id præsertim numeramus, quòd circà rebellionis initium, exercitus noster ad Pragensem civitatem, ubi de summa rerum agebatur, illius hortatu, & benedictione confisus, hostem tàm feliciter aggressus sit, ut insignem illam obtinuerit victoriam, velut cæterorum omnium prosperorum successuum, quos divini numinis benignitas hactenùs pro totius Religionis Catholicæ, Austriacaque Domûs nostræ beneficio Nobis concessit, scaturiginem.* Et infrà: *Expedivimus Reverendissimum, devotum, Nobis dilectum Fratrem Hieronymum Domin Sacræ Theologiæ Doctorem, Ordinis Carmelitarum Regularis Observantiæ, per Germaniam Generalem Commissarium, & electum Episcopum Catharensem, ut pro singulari Nostra fiducia, quam in spectata illius prudentia, integritate, & rei Catholicæ studio locatam habemus intentioni nostræ prosequendæ initium faciat: ac omnibus in locis legitimam super vita dicti P. Dominici à Iesu Maria actionibus, & successibus informationem conquirat, &c. Datum Vienna 15. Iunij Anno 1631.*

vita ejus scriptores duo Episcopi:

(a) n. 3248.

fama publica de sanctitate ejus testes sunt litteræ duorùm Imperatorum:

Pragensis victoria celeberrima ejus meritis attributa:

3622. Quòd similes processus deindè in variis locis facti fuerint, & Romam ad Summum Pontificem transmissi, testantur quoque litteræ Ferdinandi III. Imperatoris (præfati Ferdinandi II. filij) ad Eminentiss. Dom. Franciscum Barberinum Cardinalem, quarum hoc est initium: *Insignia quidem omnium paternarum virtutum vestigia lubentes merito sequimur, nulla verò quam pietatis consignata monumentis calcamus libentiùs. Quùm itaque Sacra Cæsarea Majestas Dominus Genitor, & prædecessor noster colendissimus, sacratissima memoria, pro eximio suo erga Deum, ac Sanctos ejus, Religionis studio, per Procuratorem suum, Vicariâ ad hoc potestate instructum, processus super vita, & moribus Ven. P. Dominici à Iesu Maria, Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, olim Præpositi Generalis, vita sanctitate ad miraculum clari, ad nomen, famamque ipsius posthumam, cœlestibus religionibus consecrandam, coram Episcopis Viennensi in Austria, Frisingensi in Bavaria, Mechlinensi in Brabantia instituì curârit, atque ij jam juridicè & canonicè concluſi, absolutique, & in formam authenticam fidei redacti; Nos quoque pro ardenti, quo in paterna pietatis exempla, ac laudem incumbimus, studio, Nostras quoque partes in pio hoc opere conficiendo diligentiùs duximus interponendas. Transmittimus igitur dictos processus ad suam Sanctitatem, ab eadem reverenter, atque enixè petentes, &c. Datum in Civitate nostra Vienna, nono decimo Kalendas Ianuarias, Anno MDCXXXIX. Regnorum nostrorum Romani* 3. *Hungarici* 14. *Bohemici verò* 12. In aliis litteris datis eodem anno, die 16. Novembris, de publica fama sanctimoniæ, & intercessionis ejus, testatur in hunc modum: *Quàm mirabilis sit in Sanctis suis sapientissimus rerum omnium gubernator Deus, & quàm minimè abbreviata sit etiam hisce calamitosis temporibus manus Domini, hoc nostrum testatur, imò gloriatur seculum. Nulli etenim dubium esse, quin pietas, vitæque sanctimonia multùm Venerabilis in Christo P. Dominici à Iesu Maria, sacri Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, paucis ab hinc annis Vienna hîc sanctissimè defuncti, non tantùm Germaniam nostram; imo totum penè terrarum Orbem pervaserit, arbitramur? & ità eam pervasisse constat, ut innumeri propè Christi fideles, eum sibi in necessitate invocatum, sæpissimè auxilio habuerint: & in primis Nobis, intercessionem ejus piè implorantibus, variè, fideliterque adfuerit.* Litteræ præfatæ, ac aliæ plures, extant in Appendice ad calcem Vitæ ipsius Ven. P. Dominici, per præfatum D. Caramuelem.

Regnum ad Sum. Pont. mittuntur.

informationes, seu processus de ejus vita fiunt, per R.m D. Hieronym. Domin:

vita ejus epitomè à transitu ad Teresianum Institutum:

3623. Historia vitæ ejus à nativitate, usque ad ejus à Carmelitico veteri instituto transitum ad novo-antiquum, quasi in brevi tabella delineata est hîc sup. Sero 3. exindè hîc pari compendiario discursu perficietur.

Digitized by Google

Itaque S. Teresiæ reti diviniſſimo tractus, & captus fuit; nempè permotus inſtitutis ejus novellis, ac virtutibus expanſis, ab antiquis Carmeliticis inſtitutis, ad nova tranſire cupiens, negotio in precibus Deo commendato, ac petitâ à Superioribus, & obtentâ veniâ, tranſitum fecit. Mox Paſtranam mittitur, ad alteram in Religione peragendam probationem, ſeu Novitiatum: quem ab incipientium exercitiis, ab obedientiæ promptitudine, ac profunda humilitate auſpicatur: in mortificando corpore, ſi leges Superiorum abſint, modum vix tenet, etiam martyrij deſiderio flagrans: totâ ferè die, totâ ferè nocte divinæ laudi vacat, & talem agit vitam, ut Eliæ ſpiritus noſtram ætatem honoraret. Sic expleto tyrocinij anno, iteratâ votorum ſolemnium profeſſione ſe obſtrinxit, anno Verbi Incarnati MDXC. & ſuæ ætatis XXXI. exindè clariſſimis virtutum exemplis, ac geſtis admirandis Hiſpaniam, tùm Italiam, Neapolim, Siciliam, poſtea Germaniam, Belgium, & Galliam, rurſuſque Italiam, ac denique Germaniam, ſpectatiſſimis virtutum exemplis, ac geſtis admirandis irradiavit: en curſim de pluribus aliqua. Paſtranâ Madritum ire juſſus, gubernandos ſuſcipit Novitios: quos undis ſapientiæ cœleſtis irroravit, ac virtutum exemplis præeuntibus, ad virtutem allexit. Caſus ibi accidit, ſummam ejus ergà SS. Euchariſtiæ Sacramentum devotionem declarans. Sacerdos quidam, ob fractam in pectore venam, mòx poſt Miſſæ celebrationem, evomuit. Supervenit Dominicus; & inter malè digeſtas ſordes, hoſtiam ſtellæ ſimilem ſplendentem reſpexit, illamque curioſâ devotione ſubtraxit, ſed & cætera omnia, quia Hoſtiam potuerunt contigiſſe, etiam in diſcum poſuit, & in Eccleſia collocavit. Ibi manſit totâ illâ nocte genuflexus, Chriſtum ſub ſpecierum myſterio veneratus, & die ſequenti celebrans, etiam illam hoſtiam ſuſcepit, poſteà omnes alias ſordes: quod ipſum vel cogitari, vel ſcribi vix poteſt ſine nauſea. Aliàs in ſimili caſu ſimiliter fecit. Hinc promeruit à Deo ſublimibus, & cœleſtibus cumulari contemplationis delitiis. Erat, ut crebrò ſolebat, genuflexus ante ſummum altare: & in extaſim raptus, mentis oculis vidit Trinum & unum Deum, & novem Angelorum Choros, quales pingi ſolent in Eccleſia. Sub illud tempus, octo miſeri homines, convicti de furto, ultimâ ſententiâ condemnati, æquè animâ, ac corpore periclitabantur. Unus erat Chriſtianus, Mauri ſeptem Saracenicæ Mahumetanæ infidelitatis. Dominicus rogatus, ad carceres vadit, ingreditur, & Chriſtianum ritè diſpoſitum, Mauros omnes mori potiùs millies, quàm Mahumetum abjurare paratos & obduratos reperit: aſt mirâ ratione Dominicus in carcere quinque lucretur Deo, inſtituit, baptizat, & ſextum, contumacem uſque ad patibulum, ſimiliter ibi convertit. Tumultuat præ lætitia populus, & obſtupeſcit prædeſtinationis myſteria, & quia ſeptimus ſolus obiit pertinax, egit Deo gratias, quòd die illâ è ſeptem, qui fuerant ad fidem, & gloriam vocati, ſex ſint electi: & iſta Madriti.

vitam agit in ſpiritu Eliæ:

De SS. Euchariſtiæ Sacramento caſus ſummam Dominici devotionem teſtificans:

in Mahumetana ſecta profeſſione obduratos ſex mira ratione convertit ad fidem:

3624. Madrito mittitur Complutum: graſſante lue peſtiferâ, Barcinonem progreditur: & utrobique prodigia mirabilia operatur. En paucis plura, velut in Faſciculum congeſta. Quodam poſtulante Deum conſulit, & reſponſum definitivum in quæſtione obſcuriſſima recipit. Videt oculis mentis miſerabilem ſtatum animæ cujuſdam Plebani: illum fortiſſimo eloquio convertit. Mortem minatur, ſi iterùm ad vomitum redeat. Relabitur Plebanus, & punitur à Deo. Dæmon, etiam coram Dominico, Dominici ſpeciem aſſumit, ut Dominicum dæmonem eſſe perſuadeat: fugatur tamen, & confunditur. Graſſatur in Catalaunia peſtis. Vadit voluntarius Barcinonem, ut moribundis ſerviat. Ejus adventus & aëri, & populo eſt ſaluber. Turcam agentem animam, deſertum à domino in via reperit: recurat, & ad fidem convertit. Tres nobiles perditiſſimæ vitæ, ad Chriſtum, & mores modeſtos reducit. Moribundum è manibus dæmonis & pellicis eripit, ſenſui reſtituit, ſacris myſteriis munit, & cœlo accenſet. Nobilem, qui ſe dæmoni obſtrinxerat, & torquebatur miſerè, ab obſeſſore liberat, & Deo reſtituit. Apparitionibus, & revelationibus crebris à Deo decoratur: & nè revelationum frequentia eum extollat, permiſſus fuit dæmonum infeſtationibus: ecce enim dum affectu pleno orationem Dominicus intexit, & ſoliloquia ſoliloquiis immiſcet, interpellatur immenſo ſpirituum ſtygiorum ſtrepitu, permiſſorum apparere, comminari, percutere. Quia Bacchanalium tempore multa committuntur peccata, ut ea impediat, invigilat. Hanc ob rem in eum dæmones conjurant, eum percutiunt, & ligant. Clauſa Dominici porta à dæmonibus, aquâ benedictâ aperitur. Apparet illi Angelorum Regina: agonis difficilis miſerias, finem, & victoriam prædicit: confirmat prædictionem eventus.

prodigia al. miranda operatur:

dæmonum infeſtationes.

3625. Invidiam paſſus, apud Tribunal S. Inquiſitionis traducitur. Examinatur: & declaratur innocens. Juſſu Deiparæ, init Tarraconem Dominicus. Convertit duos hæreticos, ad occidendum Regem Hiſpaniæ miſſos. A naufragio miraculoſè præſervatur. Videt Matris Catharinæ de Chriſto animam ab Angelis in cœlum adſumi. Duos curat ægrotos, alterum corpore, alterum animo. Vadit Montem ſerratum: operibus pietatis ſe præparat, ut placeat Divæ. In reditu moribundum impœnitentem, orationis efficaciâ convertit. Valentiam profectus, illam inter urbem, alteramque vicinum Alicantem, gravem, & periculoſam diſſentionem tollens, illas & precibus, & minis conciliat. Ædes magnificæ à dæmone obſidentur

mira per Dominicum geſta in Hiſpania.

Digitized by Google

obſidentur Valentiæ: deſertas ab hominibus, à pernicioſo hoſpite purgat, & liberat. Ibi quamdam Purgatorij animam patientem reperit, & orationis efficaciâ Empyreo accenſet. Iterùm, iterumque per calumniam traducitur: ejus fama cœlitùs propugnatur. Valentiâ Madritum revocatur Dominicus: ibi obſeſſum à dæmone liberat: conjuges diffidentes, ſeſeque odio veſano perſequentes conciliat. Regreſſus Valentiam, infantem mortuum, aut moribundum, ſaluti, & valetudini reſtituit. Graſſante ibi febre contagioſâ, aut etiam peſtiferâ, in Xenodochio publico, cum venia Superiorum, ægris aſſiſtit, & ſervit: impœnitentem, morti proximum convertit, & ad piam mortem diſponit. Toletani Carmeli Prior inſtitutus, tranſiens Bilbilim, ibi locum pro nova fundatione adſciſcit. Erat nomine Prior, obſequio, & humilitate poſterior: inter filios, ut pater, & inter ſubditos, ut ſervus. Erant aliqui, quibus hæc ipſa diſplicebat humilitas, quos ipſos, voti reus (nam favere inimicis juraverat) tanto fuit honore proſecutus, ut confunderet, & cogeret ſe venerari. Hiſpaniæ Regi, & Reginæ notus, gratus in amore, & veneratione, ſolaminis gratiâ adnocatus Madritum, ibi mirabilia multa præſtat: inter ea Margaritæ Reginæ precibus filium à Deo impetrat Philippum IV. quem ipſa *Orationis filium* nuncupabat. Et iſta de plurimis aliqua Dominici in Hiſpania: indè nunc eum in Italiam proſequamur.

adverſarios ſuos obſequio vincit:

iter in Italiam,

3626. Dominici fama celebris Romam pervolârat; hinc jubetur venire in Italiam. Philippo, & Margaritæ Regibus Hiſpaniæ valedicit: licentiamque (nam pietas urbanitati non repugnat) exorat: illi, acceptâ benedictione, dimiſerunt, orantes, nè Hiſpaniæ apud Deum eſſet immemor. Navi Barcinonem tendens, exortam tempeſtatem horrendam oratione ſedat. Barcinonæ, & deindè Genuæ, magno Religioſorum, & ſecularium jubilo ſuſceptus eſt: intereà juſſus tendere Romam, promptiſſimè obedit. Romæ in Comitiis Generalibus inſtituitur Supprior, & Magiſter Novitiorum: Ordini, & Orbi excellentes efformat diſcipulos. In Capitulo Generali Romæ Definitor Generalis eligitur, & conſtituitur Prior Scalæ Romæ: quem Conventum ita promovit, ut ejus non tantum amplificator, ſed fundator vocari poſſit. Marchio de Villeno illum in Siciliam ad ſe mitti poſtulat: mittitur, & eâ occaſione Panormi Monaſterium fundat: admiranda patrat prodigia, in reditu, & plura Romæ: ubi eum Paulus V. Summus Pontifex peculiaribus favoribus proſequitur, & ipſi nepotem ſuum Principem Sulmonæ inſtituendum committit. Tandem fulgidum iſtud Carmeli ſidus in eminentiori candelabro conſtituitur anno MDCXVII. die XIII. Maji, omnium voto, & applauſu electus in Generalem. Sua Sanctitas ſequenti die, in communi Cardinalium conſeſſu eam approbat, & dilaudat tanto affectu, ut neminem latere potuerit, quanti Dominici merita faceret. Primâ illi die Cardinalis Burgeſius, & Sulmonenſis Princeps, ſuæ Sanctitatis nomine ſunt gratulati. Anno ſequenti Româ egreſſus, Viſitationem monaſteriorum incipit. Venit Viterbium, indè Faliſcum, &c. Senas: ibi loca ſanctiora viſit. Rem ſacram apud Carmelitanos egit, & nobilem quamdam feminam à dæmone circumſedente liberavit: ibi tantus fuit accurſus populi, ut vix redire ad Sacriſtiam, & egredi ex Eccleſia potuerit. Senis venit Florentiam, & à Magno totius Hetruriæ Duce hoſpitio excipitur. Periculosè laborans Dux, juſſu Dominici dimittit Medicos, & Deo ſuam curam credens, reſtituitur ſaluti. Novum erigit monaſterium Florentiæ. Ægros multos recurat, Epiſcopum Lucenſem gratiæ Ducis Hetruriæ prius, & poſteà ſuæ Sedi reſtituit. Florentiâ egreſſus, Ambrogianæ poſſeſſam à dæmonibus liberat. Genuam profectus, haud longè inde Eremiticum cœnobium erigit: indè progrediens, ubique ægros curat, & ſtygios ſpiritus fugat. Viſitatione abſolutâ, Romam redit: ubi convocato Capitulo Generali, defungens Generalatu, ſe ad iter Germanicum diſponit.

viſitans monaſteria,

varios à dæmone, & infirmitatibus liberat.

Definitor Generalis:

in Siciliam mittitur:

Generalis eligitur:

3627. Româ diſceſſit anno MDCXX. die XVII. Junij: in itinere variis locis ægros, & circumſeſſos à dæmone liberat: tandem in Bavariam Monachium venit, à pientiſſimis Ducibus colitur, amatur, honoratur. Friderico Comite Palatino in Regnum Bohemiæ intruſo, & illi adhærentibus hæreticis quàm plurimis, & numeroſo exercitu, res Eccleſiæ & Imperij nutabant, vacillabant, ad interitum periclitabantur: quid facto opus? conſilium anceps. Auctore Dominico, congregantur Imperij, & Imperatoris exercitus, ſub Generoſiſſimo Maximiliano Duce Bavariæ. Dominicus ſigna expeditionis magna ſolemnitate benedicit: Imaginem B. V. Mariæ genuflexæ, Jeſum puerum adorantis, ſordibus, & pulvere infectam invenit in exercitu in Bohemia exiſtens, ante conflictum Pragenſem: Divæ oculos ſacrilegâ manu effoderant. Ut vidit conatum ſceleratum Dominicus, votum emiſit, agendi pro illius Imaginis honore & gloria, quidquid eſſet poſſibile. Vix emiſerat votum, & novâ luce victoriam futuram prævidit, & ſuo Confeſſario: *Scio*, inquit, *hanc Imaginem à toto mundo eſſe colendam, & multa patraturam prodigia.* Oſtendit illam Duci, & militiæ Principibus, & ſummo honore coluit, ut vel ſic ſacrilegæ ignominiæ ſe opponeret, deleretque illatam ab hæretico injuriam. Ita evenit; nam mox cœpit clarere miraculis: & illa in pugna fuit prælata: cui victoria Pragenſis debetur, ut mox dicetur: illa poſtmodùm Romam delata, ibi in Eccleſia Carmelitarum Diſcalceatorum magnifico apparatu, & triumpho collocata, magnis donariis, à ſummis Europæ Principibus decorata fuit.

Proficiſcitur in Germaniam:

conſulit conflictum cum intruſo Bohemiæ rege, ac hæreticis:

Imaginem B. V. Mariæ ab hæreticis ignominioſè tractatam invenit, ex altari,

ob mediatæ victoriam obtinet:

Expe-

3628. Expeditionis initium fuit in Austriam, hæreticorum fraudibus perturbatam: illa autem sine sanguine recipitur, & Cæsari restituitur: in progressu ulteriori adversus Palatinum præfatum, multæ se oggerunt difficultates: conflictum generalem dissuadent multi: suadet, & persuadet Dominicus, divinum auxilium, & Mariæ subsidium prædicit: atque ita decretorius initur conflictus: tessera militaris erat MARIA: & à Dominico Imago præfata præfertur. Sub initium conflictûs, in æquilibrio cuncta: posteà fortuna stetit ab hæreticis, victoriam partam sibi acclamantibus. Dominicus corde ad Deum, vocibus ad milites se convertit, illos animando, Crucifixum in manu, Deiparæ Imaginem in pectore gestans, magno spiritu exclamavit: *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine? Exurge*, (hoc est, nos prostratos corpore, & animo dejectos erige, eleva, exalta) *& judica causam tuam: & tua quidem* (*Deus exercituum*) *illa est, quæ Matris tuæ.* His se verbis in hostes dirigit: his confortat militiæ Cæsareanæ Primates. Jubet omnibus invocare MARIAM. Mox mutatâ belli aleâ, Cæsareanus exercitus munimenta quædam hæreticorum occupat, & aliquanto pòst exercitus totus in hæreticos irruit, eos fugat, cædit, fundit. Pugnatum igitur est à Cæsareanis dimidiatâ horâ æquo Marte: dimidiata, periculoso, vel etiam adverso, si velis: dimidiatâ, secundo: victore, integrâ: ita ut conflictus totus vix, aut nè vix quidem, horam tertiam tetigerit. Victi sunt hoc decretorio prælio, si absentes numerem, homines sine numero: tota videlicet Bohemia, tota Saxonia, Ditiones Brandenburgicæ, & præcipuè totus Palatinatus. Contigit victoria illa anno MDCXX. die IX. Novembris, Dominicâ, cujus Euangelium erat: *Date, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Magnâ Numinis divini providentiâ Euangelium, & conflictus ille coinciderunt; quod enim præcipit Euangelica Lex, victoria præstitit: dedit enim Bohemiam, quæ *erat Cæsaris, Cæsari*, & Ecclesias, quæ non erant Lutheri, nec Calvini, sed Omnipotentis *Dei, Deo.* In Pragensi arce, magno vocum, & harmonicorum instrumentorum apparatu concinitur, *Te Deum Laudamus*: claudit Musicam seloporum, musquetorum, aut etiam majorum tormentorum explosio. Joannes Sohelius, Pragensium Archiepiscopus, Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici, Clerus totus, & Religiosi omnes, qui fuerant proscripti ab hæreticis, MARIÆ VICTRICI acturi gratias & congratulaturi Bavaro, revertuntur: & domos, & loca propria repetunt, quæ aut mandata erant Fisco, aut aliis data. Dux Bavariæ Generalissimus, victor redit in Bavariam: arcus triumphales Monachij ipsi apparat devotio populi: at ille jussit dirui, asserens, triumphum soli Dei Genitrici debere, totamque victoriam ipsi adscribendam. Omnes igitur unanimi consensu, miraculosam hanc victoriam, rebus benè perpensis, adscribunt humanitùs, consilio, directioni, hortatui, & præsentiæ Dominici: cœlitùs, Angelorum Reginæ: & hanc ob rem, Imaginem, quæ in Dominici pectore fuit Partheniæ Majestatis vicaria, *Victoriosam* appellant, & magnifico cultu, & apparatu venerantur.

3629. Aliquantò post Româ ad Dominicum adferuntur litteræ: jubet Pontifex, invisat Viennæ Cæsarem; Bruxellæ Isabellam Claram Eugeniam, Belgij Principem; Parisiis Annam Christianissimam Galliæ Reginam. Concreduntur difficilia & gravia apud Ducem Lotharingiæ negotia. Itaque Dominicus in Austriam ad Imperatorem descendit: ibi Marianam devotionem propagat. Cæsarem, & Summates Scapulari B. Virginis Mariæ de monte Carmeli investit: Monasterij Viennensis, & Pragensis Fundationes obtinet. Deindè ad Ducem Lotharingiæ profectus, ibi dissensiones graves tollit, & difficultates componit. Coloniam indè profectus, ibi miraculosè variis repentè contulit sanitatem, sicut testatur Ægidius Gelenius (a). Coloniâ in Belgium properans ad Albertum Belgij Principem, ipsi moribundo piam præstat operam: ejus confessionem frequenter excepit: manibus suis dedit Viaticum: usque ad ultimum anhelitum adstitit: clausit defuncti oculos. In Galliam procedens, ibi multos lucratur æmulos, multosque amicos: invisit Regem: coram Regina Matre, & Principibus, ac Nobilitate concionatur: ægris variis sanitatem præstat. Tandem Dominicus redditus Italiæ, Romæ magnâ aggratulatione susceptus, Canonizationem S. Teresiæ, pariter S. Ignatij, S. Francisci Xaverij, S. Philippi Nerij, & S. Isidori urget, remoras, & difficultates removet, ac negotium ad effectum perducit. Summus Pontifex Gregorius XV. intendebat Dominicum denominare Cardinalem: id intelligens Dominicus, sicut jam ante Paulo V. offerenti humiliter restitit; ita rursus instantissimè precatur, posse in paupertate, & humilitate permanere, & obtinuit. Pontifici eidem in ultimo agone ad felicem mortem piam impendit operam. Ab Urbano VIII. anno 1629. ad instantiam Imperatoris destinatus in Germaniam, sub finem Novembris venit Viennam. Nativitatis Domini festo coram Imperatore, & Curia devotissimè, & eloquentissimè prædicans raptus fuit in ecstasin, magna omnium adstantium cum admiratione. Haud diu post incidit in morbum: quo durante Imperator, & Augusta, Hungariæ Rex, ac Principes ipsum invisebant, & eos ipse solabatur, & eis benedixit, ac ultimum VALE dixit. Sacrum Viaticum, & extremam Unctionem in præsentia etiam Imperatoris, Augustæ, Regis Hungariæ, ac duorum Cardinalium, accepit. Tandem die XVI. Februarij vesperi horis duabus ante mediam noctem, in Cæsareo palatio, placidè, &

(a) de Colonia Agrip. l. 3. Syntagm. 50. §. 2.

Digitized by Google

& piissimè animam Deo reddidit an. 1630. ætatis suæ 71. Sicut in vita, ita post mortem, variis signis à Deo mirificatus fuit. Leprosus eum invocans fuit mundatus: mulier cœca, & surda sanata: Ferdinandus II. Imperator, & Leopoldus Guilielmus ejus filius, gravi, pertinaci, ac periculoso morbo laborantes, ejus interceſſione interpellatâ, optatam sanitatem receperunt.

V. P. Franc. à Concept. Catalanus,

3630. VEN. P. FRANCISCUS ESPINET, seu ESPINEL, postmodùm nuncupatus A CONCEPTIONE, Catalanus natione, etiam *de veteri radice Patrum*, ex antiqua Carmeli Vineâ, in qua floruit, & fructificâvit annis plusquam 50. susceptо enim habitu Ordinis Carmelitani sub veteri Observantia, anno circiter 1514. in illa perstitit usque ad annum 1569. quo anno ipse palmes fructuosus novellæ, seu antiquo-novæ Teresianæ insertus fuit, tunc cùm S. Teresia, B. Joannes à Cruce, ac V. P. Antonius prima recenter jecissent novæ observantiæ fundamenta, & dumtaxat Religiosorum duo essent Conventus, scilicet Durveli, & Pastranæ. Ideò cum præfatis meritò hic commemorandus est. Is circà annum 1504. Perpiniani natus est, Pater ejus pius, addictissimus erat Carmelitano Ordini, & Conventui ejus Perpinianensi sub nomine *Conceptionis purissimæ B. Virg. Mariæ*, antiquissimo (qui sanctum Franciscum meruit hospitem habere) plurimùm affectus. Parvulus Franciscus Patris sui devotionem erga Carmelitas hæreditate recepit; nam puer decem annorum Carmelitanum susceptit habitum, & sic Beatissimæ Virgini Mariæ ab ipsis pueritiæ annis extitit devotus, ut ipsam *Matrem suam* vocaret. Vita ejus præclaris virtutum exemplis, & multiplicibus eventis valdè mirandis lectu utilis, & oblectans traditur à P. Francisco à S. Maria in *Historia generali Carmelitarum Discalceatorum*: & indè pauca hic delibantur. Fuit mortificationis cultor præcipuus, quam in omni occasione sedulus exercebat: undè præter disciplinas, cilicia, cæteraque pœnitentiæ instrumenta, novos adinveniebat mortificationis modos; nam cum Discalceatus incedere non permitteretur, intra calceos mittebat scrupulos & similia pedum offendicula, quibus læderetur. Fuit cæterarum virtutum religiosarum exemplar, quibus ædificationem causabat: virtutum exercitio scientiarum studium conjungens vir doctus evasit.

ex veteri Carmeli Vinea palmes in novæ:

singulariter devotus B. V. Mariæ à pueritia:

mortificationis cultor insignis,

3631. Venerabilis Mater Isabella à S. Dominico (de quâ Serto sequenti) testis ocularis hæc de illo testatur: *Erat vir doctus, & magnæ humilitatis, ac mortificationis.* Ità illa, & aliquantò post. *Libenter nobiscum venit; quia cæpta reformationis notitiam voluit experientia visuali comprobare. Cum Pastranam perveniſſemus, summoperè lætatus est videns religiosos ibi tunc existentes: undè convenimus, ut iret ad P. Provincialem obtenturus licentiam ad nos transeundi. Sic fecit, & tanto spiritûs fervore, & mentis satisfactione rediit, quòd multùm laboraret, ut in illis principiis opus erat. Audiebat confessiones tum in Ecclesiâ Conventûs, tum nostras: Concionabatur, tum Pastranæ, tum in circumvicinis oppidis, & sæpius iter agens rigido tempore omninò Discalceatus, aliquando etiam nocte ut tempestivè veniret ad audiendas confessiones nostras. Nec tamen assuetas omittebat pœnitentias valdè rigorosas: nam ordinariè vel solum panem, vel herbas cum pane edebat, vel rarò aliquid piscis salsi. Ejus humilitas tanta fuit, ut in his omnibus se quasi servum inutilem reputaret. Deo sic permittente, persecutionem quorumdam puerorum passus est, qui solebant contra pedes ejus lapides projicere; nec permisit Gubernatorem de hac insolentiâ moneri, dicens, quòd tandem ipsi pueri defatigati cessarent. Etsi magna erat in omnibus ejus virtus, in brevi consummatus explevit tempora multa; nam intrà paucos annos moriens in cælum volavit*; videlicet anno salutis nostræ 1579, & arrepti Teresiani instituti 10. ætatis circiter 75. Post obitum corpus ejus, suavem, cæleſtem, admirandum exhalavit odorem. Ter Romam petiit, in quâ peregrinatione trina plurimos labores passus est, crebra vitæ incurrit pericula, & notabiles habuit successus divinæ providentiæ, illum mirabiliter præservantis inter præsentissima pericula submersionis, serpentum, & latronum. Unum hîc retulisse satis erit, pro regularis observantiæ, etiam in rebus minimis, commendatione. Franciscus iter faciens incidit in latrones: illi cùm dubitarent, an verè esset Religiosus, an sub religioso habitu speculator, statuerunt experimentum capere ex modo bibendi; quidam enim illorum notaverant, vel audierant, Religiosos istius Ordinis bibere solitos, ambabus manibus scypho appositis: cùm igitur bibere eum cogerent, & is oblatum craterem utraque manu ori admovisset, benignè dimissus fuit, alioqui mactandus, si unicâ manu bibisset: atque ita observantia in re parva vitam illi servavit.

vita ejus asperitas;

Observantia religiosa in parvis notabile exemplum.

à Provinciali suo antiqua Observ. petit, & obtinet licentiam ad Discalc. transeundi.

3632. Præfati igitur B. Joannes à Cruce, Ven. PP. Antonius, Balthasar, & Dominicus ac Franciscus (illis prælucente, præeunte, & viam præmonstrante S. Teresia) sunt *de veteri radice Patrum*, ex veteri Vinea Carmeli translati ad novam. Inter primos sanctæ Matris Teresiæ filios, istis præfatis pares, aut suppares fuerunt Ven. PP. Nicolaus à Jesu Maria, Petrus à Matre Dei, & Joannes à Jesu Maria, Vineæ illius novellæ etiam vinitores, nempè præcipui propagatores; de quibus proindè hic proximè quædam subjiciuntur:

Teresianæ Reformat. tres insignes propagatores:

V. P. Nicol. à I. Maria ex illustriss. familia Doria,

P. NICOLAUS A JESU MARIA, Italiæ vitam, eruditionem verò Hispaniæ debuit (inquit Reverendissimus Dom. Joannes Caramuel Episcopus (a), qui consequenter hoc ejus tradit vitæ compendium) Nascitur Genuæ ex Illustrissima, & celeberrima familia de Auria, vulgò Doria, die 18. Maji MDXXXIX. Philosophiæ ac Theologiæ Hispali operam dedit, & ad sacros Ordines promotus fuit. Cum autem ingenij acumine, judicij acrimoniâ,

(a) ad calcem vitæ Ven. P. Dominici.

Digitized by Google

sagacitatis laude, prudentiæ præstantiâ, aliisque naturæ dotibus præpolleret, ab Archiepiscopo Hispalensi & Philippo II. Hispaniæ Rege, quibus acceptissimus, & perutilis fuit, adhibitus, gravissima Ecclesiæ & Hispaniæ negotia summâ laude & felicitate expedivit. Agebat sub id tempus Hispali S. Teresia, & fundationis novæ causâ cum hoc viro disseruit; & ut deprehendit, quantis illum gratiæ, ac naturæ dotibus cælum ornaverat, eum Carmeli alumnum fieri optavit; & multis lacrymis postulavit à Deo. Annuit Deus votis devotissimæ Virginis, ipsumque illi donavit. Ex quo Nicolaus tempore cæpit amare Ordinem, & admissionem suam solicitare. Decem mensibus antequàm vestem Religionis indueret, omnes Communitatis actus, Chori, orationis, & mortificationis, diu, noctuque frequentavit: & experientiâ doctus, quàm sit suavis Dominus timentibus eum, sæculo valedixit, resque omnes suas (divitias, dignitates) contemnens, ad Christi nudi crucem nudus confugit: & die 24. Mart. MDLXXVII. se Ordini tradidit, & vertente anno Verbi Incarnati die solemnia vota devotissimè emisit.

agit cum S. Teresia,

sæculo valedicens Carmelo se donat,

ejus officia,

3633. Positis instaurati Ordinis rudimentis, cæpit rarâ suâ prudentiâ, dexteritate, virtute, procellis novam Reformationem submersuris se opponere, & illam contra invidiam multorum Principum promovere. Præfuit diversis monasteriis: & Provinciæ etiam toti magnâ laude, & suorum subditorum profectu. Anno MDLXXXVIII. Vicarium Generalem egit: & tandem anno MDXCIII. primus fuit Generalis. Trigesimo post die, maximo omnium luctu è vivis ereptus magnum sui desiderium reliquit. Ejus obitum funusque condecoravit Deus manifestis prodigiis. Fuit hic vir, eximiâ planè sanctimoniâ, sapientiâ, ac prudentiâ celeber: qui omnium sibi voluntates insigni submissione, & modestiâ obstringebat: paupertatis amator, & cultor singularis: pedes semper obibat Provinciam, quam administrabat, & ad tenuissima diversoria declinabat. Demissè omninò de se sentiebat, & quâ poterat arte præstantes suas virtutes celabat. Castitatis studio intentam agebat sensuum custodiam, & virginalis quidam pudor ex ejus vultu emicabat. Fuit invictæ patientiæ in vitæ incommodis & adversitatibus: tantus in singulis, ut de ejus sanctitate, virtute, & meritis nunquam scribi possit satis.] Hactenùs ex Caramuele: qui ibidem agit de ejus scriptis, & annotat, qui alij de ipso agant. Proximè post tradit epitomen hanc vitæ Ven. P. Petri à Matre Dei.

virtutes.

V. P. Petrus à Matre Dei,

3634. P. Petrum a Matre Dei etiam debemus Hispaniæ: Darocæ in Aragoniâ è claris Parentibus oritur: & Pastranæ septimum decimum ætatis annum agens instaurati Carmeli disciplinæ se tradidit: tyrocinioque posito, anno MDLXXXIII. vota solemnia nuncupavit. Compluti Philosophiæ & Theologiæ operam dedit: & posteà concionari jussus, Eliæ spiritûs hæres, velut alter Vincentius Ferrerius, cæpit animos commovere, & quodam cælesti rugitu audientium corda penetrare. Eum frequentabat populus, eum Doctores; eum amabant, consulebant, & impendebant Reges, Principes: eum nobiles & ignobiles, simul ad unum dives & pauper. Clarissimi celeberrimæ Universitatis Prælectores, quem docebant è cathedrâ, è suggestu dicentem vehementer demirati, ac mirificè venerati sunt. In Italiam venturo opinio & fama præparavit applausum; & judicatus dignus, qui Clementis VIII. Leonis XI. & Pauli V. Concionator, & Consiliarius; & Leonis Confessarius fuerit. Sui Ordinis in Italiâ Generalis Præpositus, multa præclare gessit. Fuit per Italiam Commissarius perpetuus, Ordinis S. Augustini Reformator, Fideique per totum orbem propagandæ Apostolicâ auctoritate præfectus. Martyrij denique negati, tam fuit fervens amator, quam humilis purpuræ Cardinalitiæ, à Paulo V. oblatæ despector. Esse mortalis desiit Nuceriæ anno MDCVIII. ætatis suæ XLVI. Tantâ doctrinâ, & sanctitate claruit, ut juxta Baronij Annales tom. XII. *suo Romæ tempore vix sanctiorem, & eruditiorem habuerit* (a). Immò Paulus V. palam pronuntiavit illo obeunte, *magnam Ecclesiæ columnam cecidisse.* Ejus corpus, dum transferretur Romam, Divi plurimi sunt comitati, oculato teste Dominico. Cor ejus integrum & incorruptum nobilitat Viennensem Carmelum. Pientissimi hujus Asceteæ vitam scripsit V.P. Joannes à Jesu Maria, quæ excusa est Coloniæ ad calcem tom. IV. ejus Operum. Hactenùs ex Caramuele, qui ibidem recenset alios de ipso tractantes.

concionator celeberrimus,

Generalis,

sanctimonia ejus testimonia.

(a) ad an. 1187.

V. P. Joannes à Jesu M. Generalis,

3635. P. Joannis a Jesu Maria Hispani Calaguritani, Congregationis S. Eliæ tertij Præpositi Generalis vitam conscripsit, ediditque Romæ P. Isidorus à S. Josepho Belga, ejusdem Congregationis Procurator Generalis anno 1648. quæ recusa fuit Coloniæ anno 1650. ad calcem *tom.* 4. *operum ejus.* Multis, mirisque eum celebrant laudibus utriusque Congregationis Annales: & Reverendissimus D. Joannes Caramuel in prolixiori ejusdem panegyri in limine *Tomi* 1. *operum illius* appositâ, ubi ipsum *Trimegistum Catholicum, ter pium, ter eximium, ter sapientem* nuncupat: *Scripsit,* ait, *tam multa, tam varia, tam subtilia, & sublimia scriptorum &c. plurimis libris, qui quatuor voluminibus clausi ad fastigium sapientiæ viam aperiunt &c.* Et in suo *Dominico,* idem Caramuel *lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 572. hæc de eodem habet. Fuit (Joannes de Jesu Maria) *inter humanos Angelos, vir verè Angelicus, vitæ contemplativæ cultor, & propter virtutes & merita ad varias dignitates promotus. Electus in Generalem anno* 1611. *gubernavit prudentissimè, & vigilantissimè. Exequias ejus celebranti supradicto P. Domin. à Jesu Maria, suffusus*

pietate, & sapientiâ, ac varietate, & multitudine eximius:

Digitized by Google

fuffuſus gloria lumine apparuit, ſe eſſe in cælo teſtatur, & pollicetur gloriam omnibus, qui vitam regulârem obſervant. Hactenùs Reverendiſſimus Caramuel: Reverendiſſimus quoque *Gaſparus Munſterus* Epiſcopus Aureopolitanus, ac Suffraganeus Oſnebrugenſis in cenſura operum hoc illum exornat elogio: *Admirabilis viri Ioannis à Ieſu Maria admirabilia vidi & legi opera: miratuſque ſum ſimul cum omnigenâ divinarum, humanarumque rerum peritiâ, incomparabilem illam pietatem, quæ per omnes paginas ſuaviſſimè diffluens, cæleſtis balſami fragrantiam abundè diſpergit.* Ob Sanctitatem Romanis Pontificibus, ac Purpuratis Patribus acceptiſſimus fuit. Illum ægrum Paulus V. aliquandò in propria cella, ſua præſentia viſitatione ac benedictione dignatus fuit: illum inter alios S.R.E. Cardinales, Robertus Bellarminus, ob aſſymbolas qualitates, & impensè diligebat, & frequenter inviſebat, longos cum illo tractatus habens de rebus ſpiritualibus. Deceſſit die 28. Maji Chriſti in cælos Aſcenſioni ſacrâ an. 1615.

ob ſanctam vitam Pontificibus, & Cardinalibus charus:

3636. Singulare extitit exemplar patientiæ, & reſignationis in mentis ariditatibus; nam ut bonus filius optimæ Matris S. Tereſiæ (quæ per octodecim annos graviſſimis morbis, & tentationibus vexata conſtantiſſimè perſeveravit) ad extremum uſque vitæ non corporalibus ſolum infirmitatibus variis, & moleſtis, ſed & internis animi deſolationibus ferè continuis afflictus fuit. Etenim toto ferè religioſæ profeſſionis tempore ſic Divinis caruit conſolationibus, ut omnimodè grâtiâ ſenſibili privatus, ac velut à Deo derelictus, interdùm clamare cogeretur; *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me.* Multis urgebatur tentationibus tum indignationis Divinæ contrà ſe, tum deſperationis, tum puſillanimitatis: ſed fidelis ſervus conſtans in iſtis deſolationibus æquanimiter ferendis ex Dei amore, aliud ſuis obſequiis & preſſuris, ab ipſo Deo præmium non expetebat, quàm ipſi Deo placuiſſe. Ejus apud Deum merita in cælo declarant variæ poſt obitum apparitiones, & corporis incorruptio.

deſolationes, & ariditates ſpiritûs mirâ pertulit conſtantiâ,

3637. Cùm ceteri omnes utriuſque Congregationis, qui aut miracula aliqua ediderunt, aut ſpiritu Prophetiæ futura & ſecreta prædixerunt, vel poſt mortem apparuerunt glorioſi, vel incorruptionis privilegio gaviſi ſunt, vel ſpeciali providentiâ Dei ad pœnitentiam converſi floruerunt, vel virtutum heroicarum exercitio conſpicui fuerunt, vel alio ſimili titulo ſanctitatis emicuerunt; ſingillatim in exemplum proponi nequeant ob rationem ſubindè reciprocatam (ne in vaſtam nimis molem hoc opus excreſcat) ac etiam, ne actum agamus, ſicut jam ante monuimus; cùm de illis luculenter ſit tractatum in *Annalibus Congregationis Hiſpanicæ*, ac etiam in *Annalibus*, ſeu *Hiſtoria Generali Congregationis S. Eliæ*, nec non in peculiari opere inſcripto: *Decor Carmeli* per R.P. Philippum à SS. Trinitate Congregationis S. Eliæ Præpoſitum Generalem, & de Gallis à P. Ludovico à S. Tereſiâ in *Annalibus* ſuis, & P. Petro à Matre Dei in opere *Flores Carmeli.* Variorum etiam vitæ hiſtoriæ propriis, integris, traditæ libris, typis editæ proſtant. Itaque ſatis erat hîc conſequenter de præcipuis vitæ epitomen tradere, & reliquos breviter, ſuo ordine commemorare, indicando, ubi de illis copioſius tractetur.

3638. P. ALEXANDER A S. FRANCISCO, nepos Leonis XI. Summi Pontificis, natus Romæ circa an. Chriſti 1588. parentibus generis nobilitate, & morum pietate præclaris, è quorum familiâ Sancti plures prodierunt, in Baptiſmo nuncupatus fuit Lelius. Frater ejus natu major fuit Robertus Cardinalis Ubaldinus. Infantulus, ad cantum Eccleſiaſticum, præſertim ad *Præfationem*, & *Pater noſter* ſugens, à lacte ulteriùs ſe abſtrahebat, in præſagium futuræ pietatis: cujuſmodi fuit & illud, quòd puer ſex circiter annorum, nummos à matre ſibi datos ad luſum ſeu pro dulciariis comparandis, feſtis Natalis Domini obtulit puero Jeſu, in præſepio, in Eccleſiâ Monialium Capuccinarum, eleganter conſtructo. Cùm Romæ Philoſophicis diſciplinis imbueretur, concionibus Ven. P. Petri à Matre Dei (de quo hîc paulò ante) & exemplo Vincentij nobilitate illuſtris adoleſcentis, relictis ſeculi honoribus, & deliciis, in monaſterio *S. Mariæ de Scala* dicto, Carmelitarum Diſcalceatorum habitum, & inſtitutum aſſumentis, permotus, ibidem admitti poſtulavit, & ab eodem P. Petro veſtitus fuit eo tempore, quo ejus avunculus Summus Pontifex electus, adorationis ſolemnitate ad altare S. Petri honoratus fuit. In Religione reſulſit humilitate, contemptu honorum, ſui mortificatione, ceteriſque virtutibus, peculiariſſimè autem regulari obſervantiâ, & actuum Communitatis frequentatione; eò quòd certum ſit, tunc, *Quæ placita ſunt Deo, nos facere.* Hinc cùm aliquandò tempore recreationis in ſpiritualem conferentiam propoſitum fuiſſet, quid quiſque vellet facere, quando mors accederet: Cùm alij diverſa pietatis exercitia, vel virtutum opera, pro hoc ſtatu propoſuiſſent; Reſpondit ipſe, ſe tunc velle actui communitatis occurrenti aſſiſtere, licèt eſſet recreationis, certus, quòd moreretur faciens voluntatem Dei. Vitam ejus conſcripſit, & in lucem emiſit Romæ libris 4. P. Philippus Maria à S. Paulo Carmelita Excalceatus Sacræ Congreg. Indicis & Rituum Conſultor: ejuſdem epitomen exhibet R. P. Philippus à SS. Trinitate, in opere, cui titulus eſt, *Decor Carmeli.* Ibidem etiam in exemplum propo-nuntur ſplendore virtutum ſingulariter conſpicui, F. ADRIANUS A S. GERUNTIO, Mediolanenſis, filius Senatoris ſtatûs Mediolanenſis, ex humilitate Laicus, etiam Ordines minores induſtriè recuſantis. F. ALEXIUS A S. BERNARDO, Polonus Lublimi

V.P. Alexander à S. Francisco, nepos Leonis XI.

à pueritia pius:

Carmeli habitu veſtitus, tunc cùm avunculus Papa præcipuè honoratur,

mori exercendo actum communitatis, Religioſo optandum,

Digitized by Google

Lublini natus, in brevi consummatus, Genuam enim ad studia missus, ibi ad alteram vitam evocatus fuit: P. ALPHONSUS A S. MARIA, Hispanus, nobili familiâ ortus Pastranæ: corpus ejus post annos aliquot sepulturæ in loco humido, repertum fuit integrum: ALPHONSI alterius, Itali nationè, compendiosa vitæ narratio, & virtutes traduntur in Historiâ generali Congregationis S. Eliæ: ubi etiam de alio ejusdem nominis, qui parietis casu interemptus, à V. M. Anna à Jesu visus fuit post levem in Purgatorio expiationem in cælum deferri.

V. P. Ambr. Mariani vitæ epitome.

3639. P. AMBROSIUS MARIANUS, communiter P. MARIANUS A S. BENEDICTO, Italus, Neapolitanus, nobilissimo genere natus. Hic emenso humaniorum litterarum, Philosophiæ, jurisprudentiæ ac Theologiæ cursu, utriusque facultatis Doctor renuntiatus est. Vir fuit ingenij vivacis ad omnes disciplinas. In Concilio Tridentino, cui adfuit, eximium præbuit insignis eruditionis, sapientiæ ac prudentiæ specimen. Ex Concilio delegatus fuit in Germaniam, Belgium, & alia regna septentrionalia ad expedienda negotia quædam catholicam Religionem concernentia: quibus peractis mansit in Poloniâ, & ibi aulæ Reginæ præfuit: cum inclinaretur ad cœlibatum, votum emisit castitatis, ordinemque equitum Melitensium assumpsit, ac per aliquot annos militiam secutus est. Tandem mundi pertæsus in Hispaniâ apud Hispalim, vitam eremiticam amplexus fuit anno 1562, in quâ sanctè perseveravit usque ad annum 1570. quo Pastranæ mediante S. M. Teresia, Carmelo se addixit; in quo vitæ morumque sanctimoniâ effulsit. Diversa munia magnâ cum laude in Religione administravit. S. M. Teresiæ, & Philippo II. Hispaniarum Regi ob eximiam prudentiam, virtutes ac sanctitatem acceptus fuit. Demùm Madriti anno 1594. ad cælestem patriam transiit, comitantibus sanctis Martyribus Cosma & Damianò, quos præcipuo semper honore coluerat, quique decedenti adfuerant. Vide de ejus laudibus, ac meritis S. M. Teresiam in *libro fundationum suarum*, Franciscum à S. Maria *Tomo* 1. *Historia generalis Carmelitarum Discalceatorum*. Hieronymum à S. Joseph *Tom.* 1. *Congreg. Hispan. Carm. Discal. & in Decore Carmeli*, ubi etiam sanctimoniæ opinione, ac virtutum præcellentium exemplis relucentes celebrantur P. ANDREAS A JESU Polonus, nobili genere ortus, qui inter aridi-tates, & desolationes spiritûs, ac varias infirmitates, constanter in virtutum exercitiis perseveravit: F. ANDREAS A SANCTIS Frater Laicus in Sancta simplicitate, conjunctâ prudentiæ, cæterarum quoque virtutum exempla præclara exhibuit Pastranæ, & Hispali in Hispania: F. ANGELUS A CONCEPTIONE, Anglus, anno ætatis vigesimo, ab hæreticis variè tentatus, & exagitatus, tandem ab iis trucidatus, festo Assumptionis B. Virginis Mariæ (cui devotissimus erat) ex hac vita assumptus (ut piè credendum) ad cælum fuit: F. ANGELUS A JESU MARPA, Mediolanensis, nobilissimis parentibus natus, variis, & primariis in Religione functus Officiis, humilitatis profundæ fundamento virtutes reliquas superstruxit: F. ANTONIUS A S. ANDREA, Sabaudus singulari erga Jesum Infantem, & SS. Sacramentum Eucharistiæ relucens devotione: F. ANTONIUS A S. MARIA, Hispanus, etiam isti haud dissimilis.

morienti assistunt SS. Cosmas, & Damianus.

Virtutum splendore conspicui alij.

3640. P. AUGUSTINUS A REGIBUS, Hispanus Pastranæ le Deo dicavit. Huic adhuc tyroni prædixit S. M. Teresia, illum exemplar omnium virtutum futurum: & ità contigit. Eximiâ quippè fuit semper in Deum proximumque charitate. Paupertatis amore, studio parendi, patientiæ laude spectabilis. Mortificationem, cujus fuit apprimè studiosus, moribus magis, quam verbis docuit; verè speculum patientiæ, & severus sui corporis castigator. Regulæ ac Constitutionum, sed silentij imprimis observatione nitebat: quam ab aliis quoque exigebat: negabatque cæterarum satis forè observantem, qui de facili violaret unam; cùm idem erga Deum amor sit obsequendi omnibus ratio una: nec spirituales delicias, aut familiares cum Deo congressus gustaturum, qui linguæ potens non esset. Mortem avidè exoptabat, quam accepit sanctè anno 1596. Corpus ejus incorruptum perseverat. Plura de eo videri poterunt in Annalibus, & historiis Carmelitarum Discalceatorum. Illi moribus, & meritis haud dissimilis extitit P. BLASIUS A S. ALBERTO, nationè Hispanus: resplenduit ab exordio Religiosæ vitæ virtutibus omnibus. Humilitatem impensè sectabatur, quâ, cùm de se demississimè sentiret, contemnebat ipse se, atque ab aliis contemni gestiebat. Afflictatio corporis fuit in illo valdè singularis: cibi fuit, somnique parcissimus: per integras quadragesimas solo pane, & aquâ contentus: amans secessûs, studij, laboris. Animo fuit in arduis excelso, mitis in omnes. Jugi exæstuabat pectus ejus in Deum, ac proximum charitate. Multum laboravit, maximoque cum fructu in promovendâ animarum salute, & perfectione. Vitam, moresque S. Eliæ Prophetæ, Ordinis sui Institutoris ità sedulò æmulabatur, ut viva quædam imago illius esse videretur, quam omnibus sibi subditis imprimere nitebatur. Obiit piissimè feriâ quintâ in cænâ Domini 20. Martij, anno 1636.

V. P. August. à Regibus exemplar virtutum:

præsertim mortificationis,

exactè observantiæ regularis:

silentium peculiariter commendabat.

V. P. Blasius à S. Alberto,

vitæ austeritate, aliisque virtutibus insignis:

S. Eliæ Prophetæ se conformare satagebat.

3641. Istis in vitæ perfectione, ac sanctæ vitæ opinione pares, aut supparas fuerunt P. BARTHOLOMÆUS A S. FRANCISCO, ex illustri familiâ ortus Neapoli, post vitam dissolutissimam factâ publicâ pœnitentiâ, in castris religiosæ militiæ sub vexillo S. Eliæ, & S. Teresiæ, humilitatis, pœnitentiæ, aliarumque virtutum exempla exhibuit: P. BERNARDUS A S. JOSEPH, Gallus, ex Comitibus de Villac, Comitatus istius (fratre ejus primogenito effecto Episcopo Tullensi) hæres,

V. P. Bartholomæus à S. Francisco,

pœnitentiæ exempla præbens.

V. P. Bernardus à S. Joseph.

Digitized by Google

hæres, Dei amore terrena omnia fastidiens, & relinquens, in novellâ Congregatione Carmelitarum Discalceatorum se Deo consecrans, illius fuit insignis propagator, in primariis officiis, virtutibus, & sanctæ vitæ exemplis emicans, peculiariter quidem raræ patientiæ, & regularis observantiæ ad finem usque vitæ; ità quidem, ut cùm per annos sex paralysi laboraret, sic ut vix ullam corporis partem movere posset absque auxilio alieno, tamen numquam induci potuit, quod tempore silentij vel tantillum loqueretur, ut assistentibus sibi religiosis suam manifestaret indigentiam penè continuam, malens multum pati quàm parum loqui, quamvis ipsa necessitas tam gravis & perpetua in silentio dispensaret. Plura de utroque videri poterunt in præfato opere *Decor Carmeli*, in quo etiam celebrantur P. Bernardus a S. Onuphrio Genuæ nobili genere natus, pietatis, & solitudinis à pueritiâ amans, anno ætatis undecimo, quo in solitudinem clàm fecessit: P. Bruno a S. Yvone, Brito, vir verè Apostolicus, qui Missionarius ad Orientales regiones, in Syriâ Aleppi, & alibi plures Mahumetanos, Christianos, & schismaticos, etiam Episcopos aliquot, orthodoxæ fidei professores effecit, & in fide Christi Christianos confortavit: P. Claudius a S. Francisco, Parisiensis: P. Dimas a Cruce Italus, in Etruriâ natus, Missionarius in Persidè, & ibi fructum copiosum referens, ab Urbano VIII. Babyloniæ Episcopus nominatus, humiliter, & industriè honorem oblatum declinans: P. Dionysius a Nativitate, Gallus, anno Christi 1638. ab infidelibus Mahumetanis sævissimè pro Christi fide tortus, & necatus: cujus pretiosam mortem varia prodigia manifestarunt. Itinerum, laborum, & cruciatuum socius illi fuit F. Redemptus a Cruce, Lusitanus, qui itidem post varia tormenta ad deserendam Christi fidem, eamdem sicut verbis, ità quoque sanguine & vitâ profusâ professus est. P. Ferdinandus a S. Maria, natione Hispanus, gente Legionensis: vir omnibus numeris absolutus, prudentiâ singulari, vitæ sanctimoniâ, doctrinâ & exemplo, singulariter Venerabilis. Fuit primus Præpositus Generalis Carmelitarum Discalceatorum Congregationis S. Eliæ, sivè Italicæ. Plura de eo videri poterunt in Annalibus, & Historiis Carmelitarum Discalceatorum.

rara patientia, & singularis observantia laude insignis,

P. Bernardus à S. Onuphrio,

P. Bruno à S. Yvone,

P. Dionysius à Nativitate & Er. Redemptus Christi fidem sanguine consignarunt.

3642. F. Franciscus a Puero Jesu verè unus eorum, de quibus Christus: *Confiteor tibi Pater, quia revelasti ea parvulis.* Vitæ ejus historia simplicitate sanctâ delectabilis, & sanctis, ac miris gestis venerabilis est: eam, virtutes, & miracula P. Joseph à Jesu Maria tribus libris Hispanicè complexus est, quos in alias conversos linguas legit hodiè erudita devotio. Caruit doctrinâ, quæ in scholis adquiritur, at cælesti abundavit, quam Divi à Spiritu sancto docentur, ut videri poterit in ejus vitâ, in qua peculiariter resplendet ingeniosus amor quo ferebatur in Jesum infantem: quô etiam alios inflammare studuit. Ob miram sanctitatis opinionem à Philippo II. Rege Catholico, ejusque filio Philippo III. summis, & imis fuit in veneratione habitus, sanctè obiit 1604. die 26. Decembris. Sub idem tempus vixit F. Franciscus à Jesu, cognomento *Indignus*, qui Frater Laicus Patribus ad infidelium conversionem missis ad regnum Congi & Angolæ, in Æthiopiam, aliasque regiones, associatus, ob vitæ sanctimoniam, & industriam, de consilio Episcopi Insulæ S. Thomæ, & Patrum Missionariorum effectus Sacerdos, Deo ipsi singulariter cooperante, copiosissimam Christi horreis messem intulit, qui in Hispaniam reversus obiit Madriti, ubi illi hoc est appositum Epitaphium: *Franciscus Carmeli germen, humilitate indignus, sed opere, & sermone potens, scientia potius è cælo indita, quam labore parta, uberrimis quos dedit Æthiopia fructibus, & Deo jam fruitur. Hic sepultus est: Obiit Matriti IV. Idus Iunij, anno* MDCI. P. Franciscus a SS. Sacramento, natione Hispanus, eruditione, & pietate resplenduit, primùm quidem in Congregatione Hispaniæ, & deindè in Italica (in qua fuit unus inter primos heroës, qui eam stabilierunt: ejus vita, virtutes, quibus singulariter refulsit, Theologales, monasticæ, cæteræque, felix ejus transitus Neapoli anno 1608. die 7. Julij, gratiæ ipsius meritis præstitæ variis post ejus obitum luculenter referuntur in *Historia Generali* præfatæ *Congregationis Italicæ*, seu *S. Eliæ tomo 2. libro 2. cap. 29. & sequentibus*, & in *Decore Carmeli*, in quo etiam traditur vita P. Francisci a S. Maria Hispani, consanguinei S. Teresiæ: & Germani a Nativitate B. Virginis, Galli, nec non P. Gratiani a Cruce, etiam Hispani. De P. Gabriele ab Assumptione, magnæ perfectionis Religioso, apparitione B. Virginis ipsi exhibitâ, virtutibus, obitu, & translatione agitur variis locis in *Annalibus*, seu *Historiâ Generali Hispanicâ*.

F. Franciscus à Puero Jesu simplicitate sanctâ delectus Deo, & hominibus.

immumerae Christo lucrifecit animas.

V. P. Franciscus à SS. Sacramento, doctrina, opere, & exemplo praclarus.

3643. P. Hieronymus Gratianus a Matre Dei meritò etiam hic commemorandus, pari jure à PP. Carmelitis Discalceatis recolendus, sicut S. Teresia, B. Joannes à Cruce, V. P. Antonius ab Heredia, seu de Jesu, & alij, ex veteri Carmeli Vineâ palmites traducti ad novam, venerabiles sunt in antiqua Carmelitana observantiæ. Cum autem vitæ ejus epitome, & series tradita sit hìc suprà in Serto III. satis sit hìc reminiscì, quod Carmelitarum Discalceatorum fuerit primus Provincialis: & hortatu S. Teresiæ, primus scripserit eorum Constitutiones, & labores plurimos exantlaverit in stabilienda, & propaganda nova Congregatione: cui semper peculiariter addictus, & S. Teresiæ devotissimus perstitit adusque finem Vitæ. Cætera de eo videri compendiosè tradita sunt hìc suprà. Pietate, & virtutibus singulariter etiam conspicui fuerunt

V. P. Hieron. Gratianus à PP. Carm. Discalc. meritò recolendus:

alij plures pietate conspicui.

Digitized by Google

P. HIERONYMUS A S. HYACINTHO, Polonus, P. HILARIUS A S. AUGUSTINO, natione Hispanus, professione Congregationis Italicæ: JACOBUS A PURIFICATIONE Polonus illustri genere ortus: JOANNES BAPTISTA A JESU MARIA, Romanus nobilissimis parentibus, Patre Domino Virginio Ursino Duce Bracciani, & matre æquè illustri, procreatus, qui post-habitis terrenis omnibus, religiosæ pœnitentiæ catenis mancipatus in imo humilitatis descendens, continuo religiosarum virtutum exercitio enituit: JOANNES LUDOVICUS AB ASSUMPTIONE, Germanus, & P. JOANNES MARIA A S. JOSEPHO, Italus illustribus parentibus orti: P. JOANNES A S. URSULA Friburgi in Helvetia natus: P. JOANNES THADÆUS A S. ELISEO: P. MARIANUS A S. BENEDICTO (de quo hîc suprà, sub nomine *P. Ambrosij Mariani*) de quibus omnibus videri poterit in *Decore Carmeli*, & in aliis historiis utriusque Congregationis.

V. P. Melch. à Matre Dei,

3644. P. MELCHIOR A MATRE DEI Hispanus in Teresianâ Prophetici Ordinis reformatione sanctissimè conversatus, tandem diem obiit Romæ, dum Congregatio Italica prima generalia Comitia celebraret. Cum Romæ in Conventu S. Mariæ de Scalâ moreretur, inter alios insignes Patres, etiam aderat Venerabilis Pater Dominicus, qui dum oraret, raptus in ecstasin, vidit animam prædicti Patris statim ab egressu suo magno Sanctorum comitatu in cælum conscendere. Hæc de eo tradit Reverendissimus Dom. Caramuel. (a) De MICHAELE ANGELO A JESU, Italo, MATTHIA A S. FRANCISCO Lusitano agitur in Decore Carmeli: PETRUS A CONCEPTIONE Lusitanus, & PETRUS A S. ANGELO Hispanus virtutum celsarum laude singulari celebrantur in historiis Congregationis Hispanicæ. De FR. PETRO A MATRE DEI, Hiberno, in Christi, & fidei orthodoxæ confessione ab hæreticis morti addicto agitur in præfato Opere *Decore Carmeli*, in quo etiam celebratur P. PROSPER A SPIRITU-SANCTO, Hispanus natione, in Italia Religiosus effectus, pluribus annis incola Carmeli, in contemplatione, oratione, ignitis ad cælum aspirationibus, nec non regularis monasticæ observantiæ exercitiis, juxta consuetudinem antiquorum Patrum, pane, herbis, aquâ, & lacte victitans; sub finem vitæ lætus suaviter *Te Deum Laudamus* cecinit, & aliquantò post è Terra Sancta ad Terram viventium transmigravit anno salutis nostræ 1653. die 20. Novembris. Quædam de eo relata sunt hîc suprà (b). In eodem opere traditur quoque vita P. SIMONIS A S. PAULO, Itali in Etruria nati, & Fr. STEPHANI A SANCTIS in Republicâ Lucensi orti, qui præclaris virtutibus conspicui sanctimoniæ famam morientes reliquerunt.

à V. P. Dominico visus in cælum scandere.

(a) in vita Ven. P. Dominici sub finem pag. 596.

(b) n. 3483.

3645. P. THOMAS A JESU pari sanctimoniâ, & eruditione illustris celebratur à pluribus, & quidem in Bibliotheca Hispana, Romæ edita (a) sic verè & concinnè: *Literis ingenium ità ornavit, ac dives reddidit, literas ità cum pietate sociavit, famulatique ei adeò utiliter fecit, ut in fertilissimâ virorum cùm doctrinâ, tum vitæ, ac morum integritate, & sanctitate insignium familiâ, æquales sibi pauciſsimos agnoscat ... Decessit Romæ anno MDCXXVII.* Plura de ejus virtutibus, ac gestis videri poterunt in historiis utriusque Congregationis, & in præfato libro *Decore Carmeli*, in quo etiam de P. THOMA AQUINATE Hiberno, Catholicos in Hibernia ad constantiam in orthodoxâ fide hortante, & ideò ab hæreticis carceri mancipato, ac in fidei confessione necato anno 1642.

(a) tomo 2. de eo, & ejus auctore, vide hîc suprà.

ANNOTATIONES BINÆ.

3646. NOtandum universim pro hoc VIII. Sertо, nec non anterioribus, istis omnibus, de quibus sermo fuit in hoc libro IV. tribui posse titulum VENERABILIS (eadem est ratio de Monialibus, de quibus mox) sed cum in anterioribus hujus partis libris *Arnoldi Bostij*, *Trithemij*, & de *Præsulibus* non sit præfixus iste, aut alius titulus, ideò etiam hîc plerumque non est appositus. Quod autem titulus VENERABILIS illis, de quibus in hisce Sertis, competat, confirmatur tum auctoritate Reverendissimi Dom. Joannis Caramuelis, titulum illum tribuentis omnibus istis, quos in suo Opere (b) commemorat, & aliorum, historias vitæ eorum, seu compendia tradentium: nec non Doctorum Parisiensium, & aliorum, in censuris suis de historiis vitæ variorum ex illis, eumdem adscribentium titulum VENERABILIS.

Venerabilis titulus tribui potest illis, de quibus in Sertis anteced. & sequenti.

(b) *Dominicus Caramuelis*, sub finem.

3647. Animadvertendum præterea, quòd in historiis Congregationis utriusque præfatæ subindè occurrant plures ejusdem nominis, & cognominis. *Ioannes à Iesu Maria* tres, Calaguritanus, de quo hîc suprà, & alij duo. *Nicolai à Iesu Maria*, etiam tres, Genuensis ex familiâ de Auria (de quo jam antè) & alter etiam Genuensis, ex familiâ Centurionum, ac tertius Polonus: ità quoque alij nonnulli: sic & in Monialibus: *Agnes de Iesu* tres. *Catharina à Christo* binæ, binæ etiam *Catharinæ à Iesu*: binæ *Elisabetha ab Angelis*, & ità in nonnullis aliis. Ad evitandam æquivocationem, seu confusionem unius personæ cum aliâ, animadvertendum ad patriam, & (si ejusdem) ad familiam.

Nomina & cognomina ejusdem varij in hist. Carm. Discalc.

SERTVM IX.

In Carmeli Ordine utroque, antiquo, & novo (seu antiquo-novo) Virgines Sacræ complures, sanctimoniâ, & virtutibus eximiis illustres.

3648. *QVid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines?* (c) *Vinum optimum, dignum Dilecto ad potandum* (d) Carmeli Vinea bipartita est; hinc viri Religiosi (de quibus hactenus) isthinc Religiosæ Virgines, Deo sacratæ. Sicut autem in Religiosis viris; ita quoque in Sacris Virginibus Sanctimonialibus, semper extitit florida: *deditque* florens *odorem suum*, odorem sanctitatis,

(c) Zachar. 9.

(d) Cant. 7.

Digitized by Google

Virgines sacræ, sanctitate, & magnis virtutibus claræ, in Carm. Ordine plurimæ:

sanctitatis, ac virtutum: & jugibus opima vindemiis, *vino germinante Virgines*, semper abundavit, tam in Orientali, quàm in Occidentali Ecclesia. In Oriente habemus sanctas EUPHRASIAM, & EUPHROSYNAM, quarum Vitæ historiæ, & celsarum virtutum exempla exhibita sunt hîc suprà in parte IV ad diem XI. Februarij, ac XIII. Martij: istis meritò accensenda S. SYNCLETICA, de qua nonnulla hîc suprà (a) narrata sunt: item S. DOMNA, S. EUGENIA, S. VICTORIA, S. VENERANDA, S. FEBRONIA; de quibus etiam hîc ante (b). Illas, & alias, à Philone *Therapeutidas*, ac deindè *Virgines sacras*, & *Sanctimoniales* nuncupatas, sectatas fuisse, instituta, à S. Elia per Filios Prophetarum, & Essenos promanantia, habetur stabilitum hîc suprà (c) Fundamento XI. In Occidente habemus S. ANGELAM, B. ARCHANGELAM, B. JOANNAM: & (etiam in Matrimonio virginem) B. FRANCISCAM Ducissam Britanniæ: S. TERESIAM, S. MARIAM MAGDALENAM DE PAZZI: de quibus singulis hîc suprà, in parte IV. Præter istas *Sanctas*, & *Beatas*, plurimæ sunt, magnis virtutum exemplis, ac sanctimoniæ opinione celebratæ: & quidem in Oriente tales fuerunt JULIA, socia S. Euphrasiæ, & pleræque ejusdem monasterij, de quibus in vita S. Euphrasiæ (d). Tempora illa etiam alibi abundârunt similibus, de quibus in Annalibus Carmelitanis, tomo 2. & 3. & quidem ad annum Christi 417. ista traduntur: *Florebant etiam hôc tempore in Eliadum Sanctimonialium Cœtu Virgines plures Christo Sponso meritis, & vitâ associatæ. Inter eas clarissima fuit una* SARA *nomine: illa admirandarum virtutum exemplis effulsit. De ea narratur, quòd per tredecim annos à fornicationis spiritu fortiter impugnata, numquàm oraverit, ut recederet à se turpis illa pugna, solùm dicere solita:* DOMINE, DA MIHI FORTITUDINEM. *Cùm aliquandò illam infestius tentasset, ipsaque viriliter restitisset, apparens ei idem fornicationis spiritus, dixit:* TU ME VICISTI, SARA: & illa: EGO NON TE VICI, SED DOMINUS MEUS CHRISTUS. *Mirabilissimum quoque illud de ipsa, eodem libro refertur, quod, scilicèt, cùm sexaginta annis habitasset suprà alveum fluminis* (*Nili videlicet, quo in loco Cyrillus hoc Cœnobium condiderat*) *nunquàm inclinata est, ut flumen ipsum aspiceret. O prodigium sanctitatis, vanæ curiositati, etiam Virginum Deo sacrarum, suprà modum contrarium!*

(a) n. 2369. & seq.

(b) n. 2942. & 2967. & 2974. & 2976. ac 2980.

(c) n. 341. & alibi. & in Occidentali:

in Oriente:

(d) vide hic suprà num. 1090. & seq. & n. 1107.

Sara admirandis virtutum exemplis clarissima.

in Occid. in Italia V. M. Bagnesi in odore sanctitatis:

3649. Transmeantes in Occidentem, & obiter transcurrentes varias regiones, quarumdam dumtaxat memoriam hic inserimus. In Italia occurrit V. M. MARIA BAGNESI, quæ Florentiæ in odore sanctitatis decessit, prout refertur in vita S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi: quæ cum anno 1584 variis, & gravibus afflictaretur infirmitatibus, delata ad istius sepulchrum, ibique orans, sanitati subitò fuit restituta. Deindè ibidem pro illo beneficio gratias referens, in extasim rapta, vidit ejusdem gloriam in cœlis, quam his verbis, magnâ spiritûs exultatione resonabat: *Vidi*, inquit, *in cœlis sedem luminosam, in qua residebat Venerandæ Matris Sorori Mariæ Bagnesi, gloriosè resplendens, ac plena majestate: intellexi, illam sedem esse illius virginitatem, ac purissimam castitatem: quæ eximium ei decorem præstabat. Vidi quoque in illa cathedra honoris insertas gemmas inæstimabilis pretij: eæ sunt animæ, quas exemplo, & verbo ad Dei obsequium adduxerat, & ipsam in modum coronæ mirè exornabant.* In Lucensi Republica V. M. CHERUBINA AB AGNO DEI mirandam duxit vitam in abstinentia à cibo, & potu, subindè per plures dies; in promptissima obedientia, in profunda humilitate, & omnimoda sui abnegatione, ac contemptu, in virginali puritate, in magna simplicitate, pariter & prudentia, in continua cum Deo unione, in ferventi erga SS. Eucharistiæ Sacramentum amore, & charitate erga Deum, & proximum: in tolerantia gravissimarum tentationum, præsertim à spiritu gulæ, luxuriæ, & superbiæ, & contra fidem, quas eximiâ patientiâ, & constantiâ pertulit, victoriosa: in frequentissimis extasibus, & raptibus, variis delibuta Divinis charismatibus: Obiit die 10. Januarij an. Christi 1663. ante, & post mortem signis variis admirandis illustrata.

V. M. Cherubina ab Agno Dei.

virtutum ornamentis multipliciter decorata.

3650. In Hispania, in monasterio oppidi de Fontiberos in veteri Castella, virtutibus maghis claruerunt, VEN. AGNES DE CASTELLANOS, de qua multa feruntur quoad raptus, & extases, ac Christi, Joannisque Baptistæ (cui devotissima erat) apparitionibus et factis. V. ANNA DE HERRERA, quæ per spatium 40. annorum lecto non decubuit, in die obitûs reperta cincta catenis quasi in carne sepultis: Ven. ANNA A CONCEPTIONE, majore anni parte, solo pane, & aquâ victitans (a). Inter omnia autem Hispaniæ monasteria Ordinis hujus, nominatissimum est Abulense, incunabula vitæ religiosæ S. Teresiæ, quæ, inter alia, de hoc monasterio asseruit, quòd *eo tempore, quo ibi ipsa habitabat, essent in illo Gynæceo ultrà quatuordecim magnæ perfectionis, & singularibus gratiis locupletatæ, à Deo, & illi tam charæ, ut si tales fuissent totidem, quando, ob peccata hominum, decrevit diluvium, placatus, mundo pepercisset:* Ita refertur à P. Francisco à S. Maria, Chronographo generali Carmelitarum Discalceatorum, libro primo historiæ suæ, capite 3. ubi etiam alia ipsius S. Teresiæ testimonia de isto monasterio: de quo proindè meritò hæc scribit P. Lezana (b) *Cœnobium Monialium Abulense, de Incarnatione nuncupatum . . . fuit instar Paradisi viridarium, in quo pulcherrimi flores, Virgines nempè plurimæ, Deo, & Ecclesiæ odorem suavissimum efflantes, Orbi effulserunt.* Cæsaraugustæ (c) magnis virtutibus effulsit V. M. SERAPHINA BONASTRE. Vitam ejus scripsit R. P. Petrus de Oxea, Rector Collegij Cæsaraugustani: in qua plurimi favores, quos à Christo, & Beatissima Virgine, ac SS. Teresia, & Maria Magdalena de Pazzi recepit: Christum habuit

in Hispani.

(a) de quibus, & aliis Lezana to. 4. Annal. in Appendice, sub init. ad an. 1251. *Moniales 14 Abula Deo gratissimæ:*

(b) in Annal. to. 4. ad an. 1514. n. 10.

(c) *al.* Sarragossa, & Zaragoça.

V. Seraphina Bonastre.

Digitized by Google

multis à Deo delibuta charismatibus,

habuit pro Directore spirituali; qui deinde illi S. Paulum assignavit. In Lusitania in odore singularioris pietatis vixerunt, & decesserunt; & ideo in Agiologio Lusitano commemorantur, *ad VIII. Ianuarij* MARIA A REGIBUS, patria Ulyssipponensis, quæ in opinione magnæ perfectionis obiit anno 1606. *Ad X. Ianuarij* ISABELLA AB ASSUMPTIONE: ad alteram vitam migravit anno 1628. *Ad XXIV. Ianuarij* MARIA A CONCEPTIONE: quievit in pace an. 1605. *Ad XXVIII. Ianuarij:* MARIA AB INCARNATIONE discipula V. P. Stephani à Purificatione, de quo hic supra (a): *Ad III. Februarij* MARIA A PRÆSENTATIONE: ex hac vita evocata anno 1622. & ad dies alios etiam aliæ, in Conventibus fundatis anno 1541. & 1557. ex P. Ludovico de Mertola, à doctrinâ, & pietate commendato, in isto Agiologio sæpè nominato.

in Lusitania virtutibus praclara.

(a) n. 3463.

3651. In Gallia (Britannia Armorica) præcipuè effulsit B. FRANCISCA AMBOSIA, Fundatrix, cujus vita præcessit in parte IV. ad diem IV. Novembris: istius pietatem, & virtutes æmulatæ plures: singulariter autem hîc nominanda est Ven. M. ÆGIDIA A S. FRANCISCO: cujus virtutes, extases, & charismata, quibus à Deo fuit delibuta, latè referuntur in ejus vita, in duobus tomulis luculenter descripta: ubi etiam enarratur, qualiter ei, iteratis vicibus apparuerit Ven. Fr. Joannes à S. Samsone, quod & in istius vita cap. 14. sic paucis attingitur. *Visus est etiam semel & iterum à Sanctimoniali summæ perfectionis, eique (hoc utique vinculo) dum viveret, arctissimè conjuncta. Primò vidit eum in aëre sublatum, vestitum cappâ albâ, multum radiante, & fulgida, manuque sua Conventum suum benedicentem. Deindè ei & secundò apparuit, cùm esset in gravi quadam angustia, eamque est consolatus, certiorem faciens de sua cum eo; glorioso & honorifico nexu, futura societate, & statim evanuit.* Ab anno ætatis sexto peculiariter delectabatur aspectu cœli, quô meliùs perfrui rata in locis elevatioribus, ea ascendebat; hinc terram quasi vilem despiciebat. Etiam à pueritia singulariter in ea eluxit devotio ad glorioſam Dei Matrem, nec non S. Prophetam Eliam; eò quòd in libro quodam legisset, ipsum in Carmelo honorasse Virginem Deum parituram, tunc nondum natam. Et indè permota fuit, ut huic se daret Ordini. Sed potissimum agebatur affectu ergà Christum infantem (ipso id suadente) quem pro Magistro habuit sui Novitiatûs in hoc seculo, ad professionem vitæ æternæ: & illi (coram effigie, quam in cella semper habuit) quotidiè vesperi culpas, per diem commissas, humiliter fatebatur, ut solent Novitij coram Magistris. De illa quædam alia delibavimus in Vinea Carmeli (b).

V. M. Ægidia à S. Francisco,

in odore sanctitatis.

(b) n. 999.

3652. Leodiensis Conventus (cujus fundatio tradita est hîc supra (c) seminarium, & mater variorum aliorum monasteriorum in Gallia, & alibi, complures etiam protulit, pietate, zelo observantiæ districtioris, aliisque virtutibus excellenter spectabiles. Tales fuerunt, V. M. JOANNA DE L'ERNEUR, prima Conventûs istius Priorissa: & deinde etiam prima Priorissa Conventûs nostræ Dominæ Consolatricis, propè (nunc intrà) Vilvordiam, de quo hîc suprà (a) ubi & Ven. M. JOANNA D'AVENNE, secunda Leodiensis Conventûs Priorissa, & à B. Joanne Soreth, ad instantiam B. Franciscæ Amboſiæ missa in Britanniam, ibidem prima Priorissa novi monasterij, nuncupati *Trium Mariarum:* In præfato Conventu Divæ Consolatricis Vilvordiæ, in Brabantia, post prænominatam Joannam, primam ibi Priorissam, & complures alias, sub medium hujus seculi XVII. singulare virtutum exemplar extitit VEN. M. MARIA A S. JOSEPH humilitatis fundamento superædificans, viliora ministeria, etiam purgare latrinas avidè, & hilariter exercere satagebat: in victu, & vestitu viliora quærebat: corpus suum nuncupans asellum, illud cilicijs, disciplinis, & abstinentia macerabat: ubique cura singulari invigilabat mortificationi oculorum: exactæ observantiæ regularis se exhibebat exemplar, præsertim in officio divino, ut devote, & graviter persolveretur: ad illud cæteras præveniebat, subindè etiam ad horam, & ultra, per pia exercitia se præparans. Internæ vitæ omnino dedita, etiam alias ad eam hortabatur his, & similibus verbis: Eia sorores, faciamus, & patiamur quælibet in Deo, cum Deo, propter Deum, & Dei amore: frequenter reciprocabat: *Vivit Deus, in cujus conspectu sto.* Singularissimè in ea resplenduerunt patientia hilaris in gravissimis morbis, & devotio erga SS. Sacramentum; per annos aliquot afflicta acutissimis calculi torsionibus, sic ut incedere non posset, pedibus & manibus, quasi vermiculus, reptabat ad Ecclesiam pro communione: post eam longo tempore sic recollecta, & immota, quasi extra se rapta videretur. Ex hac miseriarum valle evocata decessit anno 1661. die 13. Martij.

Leodij virtutibus spectabiles,

(a) n. 2133.

V. Maria à S. Ioseph virtutes præcipuæ.

3653. Dionanti in Carmelitano Monialium monasterio professa V. M. HELENA SEVERY genere nobilis, virtutibus conspicua, devastato per bella Dionanto (oppido patriæ Leodiensis) consilio, & auxilio B. Joannis Soreth, obtento loco pro novo monasterio Namurci anno 1468. etiam ibi virtutum exemplar se præbuit. Impetita graviter à dæmone variis tentationibus, præsertim ad desperationem, scuto fidei ipsi resistens, victoriosa extitit. Pie obiit anno 1470. die 19. Septembris. V. M. JACOBA GAIFIER, illustri prosapia orta, annis multis Priorissa, exemplari vitâ suas ad perfectionem promovit. SS. Eucharistiæ Sacramento devotissima erat, & silentij observantissima. Cùm tempore strictioris silentij incendium in monasterio exardesceret, nil ipsa loquens, fiduciâ magnâ acceleravit ad SS. Sacramentum: ubi dum orat, incendium diminui

Dionanti, & Namurci pietate singulariter conspicua:

V. M. Iacoba Gaifier,

Digitized by Google

Anna Loison,

diminui cœpit, & extinctum fuit. Decessit anno 1624. In eodem monasterio ANNA LOISON inter cætera virtutum exercitia studiosè se occupabat in jugi interna recollectione, & oratione, ac sui mortificatione: in cibo & potu viliora, licèt ex parte corrupta essent, quærebat; utque gustum falleret, solerter, ne adverteretur, admixtione ingrati saporis, insipidum utrumque reddebat. Dormiebat quidem super stramen, sed infrà erat congeries lapidum, sicut post ejus obitum cooopertum fuit. Inter gratias à Deo illi concessas, erat notitia futurorum, quæ subindè prædixit, & secretorum cordis. Hinc sorores variis cogitationibus, & tentationibus afflictas, prudenter solabatur, & confortabat, instruens qualiter tali, aut tali cogitationi resisterent. Professa anno 1572. vivere desiit anno 1631. die 16. Maji, ætatis annorum 79.

Agnetes duæ Brugis Carmelitica perfectionis insignes zelatrices,

3654. In Flandria, Brugis in monasterio nuncupato *Sion*, VEN. M. AGNES CORREYTS prima Prioriſſa, & ejus mater Agnes van de Walle, vidua, (cum Domino Martino Reyngout, locum donante) primæ fuerunt Fundatrices istius Conventûs, inchoati anno 1487. & primæ ibi Carmelitano habitu vestitæ (postmodum à Reverendissimo D. Suffraganeo Tornacensi Ægidio, sacro velo donatæ) simul cum duabus monialibus Carmelitissis, quæ Harlemio venerant, pro instructione; perfectam vitam Carmeliticam inchoarunt, in abstinentiæ, orationis, aliarumque monasticarum virtutum exercitiis. Præfata Agnes Prioriſſa in bono odore virtutifero decessit anno 1497. In eodem monasterio singulariter effulsit pietas, & virtus VEN. MARGARETÆ A MATRE DEI. Tam studiosa erat custodiæ oculorum, ut Monialium nullam nosset de vultu, sed nonnisi ex voce. Annis aliquot portarium agens, neminem in faciem intuita est. Visitata à Fratribus, quos tenerè diligebat, & ab annis septem non viderat, rogata, ut eos aspiceret, numquàm ad id permoveri potuit, dicens: *In cœlo videbimus invicem.* Et hæc quidem studio mortificationis, at peculiariter ex affectu virginei pudoris, cujus contrarium summâ curâ fugiebat. Hinc etiam nullius hominis sufferebat unquàm attactum: &, dum ex ultima infirmitate decumberet, atque in, aut è lecto, à Sororibus moveri deberet, supplicabat id fieri, mediantibus linteis. Per istam puritatem, & à creaturis abstractionem, magnam cum Deo promeruit unionem; etenim quadriennio ante obitum, de conscientiæ suæ statu agens cum Matre Prioriſſa (rerum spiritualium insigni Magistra) conquerebatur, in omni confessione ream se debere accusare inobedientiæ: quia, inquit, mihi præscriptum est, ut in Dei præsentia jugiter versetur, & quandoque prætermitto. Rogata, quanto tempore, inter unam, alteramve confessionem? Respondit: Omni tempore, collectivè sumpto, per horam, aut desuper horam. Biennio autem ante obitum non ultrà de eo se accusavit; ut omninò verisimile sit, quòd eam ferè jugiter Deum sibi præsentem in mente habuisse. Alia nonnulla de illa videri poterunt in Vinea Carmeli (a). Consummata in brevi, anno ætatis 28. die 22. Aprilis, ex tempore ad æternitatem transiit anno Christi 1649. Illam quadriennio post die 15. Aprilis anni 1653. secuta est VEN. MATER JOANNA A CRUCE, Margaretæ magistra, ob singularem pietatem, ac prudentiam in magna æstimatione apud Illustriss. Dom. Episcopum, & Primores Brugenses: quorum cum magna satisfactione, & consolatione, ac gaudio, ipsa, Prioriſſa annis multis, Reformationem, & Observantiam strictiorem fortiter, & suaviter (suis acceptissima) invexit, ac stabilivit.

(a) n. 999.

V. M. Joanna à Cruce, Reformatrix suî monasterij.

3655. Sub Germaniæ, seu Allemaniæ Inferioris Provincia olim erant monasteria Monialium in Hollandia, & Frisia, inter quæ præcipuè celebratur Harlemense, unde processerunt Rotterodamense, fundatum per Religiosas Carmelitissas ex Conventu (b) Harlemensi & Brugense, de quorum fundationibus mentio fuit in vita B. Joannis Soreth (c). Sed Monialium singulariori exemplari perfectione illustrium in illis, & quibusvis aliis per Hollandiam, & Frisiam, memoria abolita est, occupatis, & dissipatis per hæreticos, monasteriis istis omnibus. In Anglia Carmelitissas invexit, ipsisque monasteria fundavit, Thomas Wald. & illustres puellas Carmelitico habitu donavit, & quidem Nordovitæ Dominum EMMAM Milonis Stapiltoni Equitis Aurati filiam, Northamptoni ALECTAM prænobili prosapiâ oriundam, & alias alibi. Sed & istarum omnium, virtutum exemplis coruscarum, memoriam tenebris obrivionis involvit deploranda ab orthodoxa fide defectio in illa regione. Quædam circa hæc videri poterunt in Annalibus Ordinis per P. Lezana (d).

(b) *al.* Haerlem.

(c) hîc sup. nu. 2128.

(d) to. 4. ad an. 1421. num. 6. & 1424. n. 4.

V. Margar. à Matre Dei virtutes eximia,

3656. Sed à veteris instituti Vinea Carmeli transeamus, lustraturi novam, seu novo-antiquam: illam à S. Teresia, ex veteri traductam, ac plantatam, & ab ipsa, sanctissimis vitæ suæ exemplis, monitis, instructionibus, statutis statuminatam, divinæ benedictionis largitate mirè perfusam comperiemus; nam brevi temporis spatio illa per omnes ferè Christianæ professionis regiones propagata, Ecclesiam universam mirris sanctimoniæ, ac magnarum virtutum exemplis fœcundat, per palmites, virgines, S. Teresiæ instituta sectantes, tam manifestis celsarum virtutum, & sanctitatis signis, ac testimoniis illustres, ut viri præstantes pertutilem Ecclesiæ operam se navare credidérint, etiam libros, seu tomos integros de hoc subjecto elucubrando. VEN. ANNÆ DE JESU vitam in octo libris eloquentissimè complexus est Angelus Manrique: de quo, & Vita ista, ita censet Reverendissimus Dom. Caramuel: *Obiit Anna; & quia fuit virgo Angelica, volun ejus historiam Deus Angelice etiam scribi:*

V. M. Anna de Iesu,

scribi : nimirum à Reverendissimo D. Angelo Manrique, Cistercienſis Ordinis Generali, ſacræ Theologiæ primario Profeſſore Salmanticæ, Pacis-Iuliæ Epiſcopi. Vitæ ejuſdem epitomen etiam præfatus Dom. Caramuel (a) tradidit, his verbis: [Ven. Mater Anna de Jeſu, anno milleſimo & quingenteſimo quadrageſimo quinto nata eſt: & eodem anno Hieronymus Gratianus: hic futurus Atlas Carmelitanæ Religionis: illa futura comes S. Tereſiæ, & multorum Cœnobiorum fundatrix. Vidit primam lucem in civitate, quæ dicitur Medina del Campo, 25. Novembris, ipsâ S. Catharinæ, doctiſſimæ Martyris ſolemnitate: & paucis ante Lutheri mortem menſibus; hic enim, more ſuo, vino preſſus, 18. Februarij ad ſuum Magiſtrum (gloriabatur, didiciſſe ſe à dæmone doctrinam ſuam) hoſpes exoptatus deſcendit. Et non ſine cauſa, ut opinor, Annæ ortum ſequitur ebrioſi Novatoris occaſus: nam omnia, quæ ille docuit, vita hujus Virginis prodigioſæ dedocuit. Ætatis anno decimo, virginitatis voto obſtricta, & totâ vitâ innocens, & illibata, fundamentale aſſertum Lutheranæ Religionis proſternit: & carnem innocuam macerans, & caſtigans, docet debere rebellem, & inobedientem compeſci, & poſſe jejunio, & mortificatione ſubjugari. Anna ſeptem annis muta fuit: maluit enim ante rationis uſum & diſcretionem tacere omnia, quàm aliqua inconſideratè proferre. Ergò & nos ab hac prudentiſſima virgine, non eloqui, ſed tacere diſcamus. Abulæ in Carmelo reformato veſtitur an. *MDLXX.* Kalendis Auguſtis, vincto Apoſtolo ſacris. Egreſſa fuerat Placentiâ S. Annæ die: induebatur die S. Petri ad Vincula: ergò devotio petere videbatur, ut Anna de S. Petro diceretur: & ſic volebat illa: at debuit prævalere obedientia, cui numquàm præſcribit devotio. Sed cur S. Tereſia Annam voluit deſumere nomen à Jesu? Non ſe expediet, qui ad divinam voluntatem recurrat; quia licèt hæc veras cauſas non habeat, non ſolet carere motivis. Exiſtimo S. Tereſiam ſibi Annam ſpeciali cognationis vinculo adoptaſſe, & hanc ob rem ſui cognominis illam reddidiſſe participem; ut eſſet ſpiritûs heroici hæres, & omnia abſolveret, & promoveret, quæ ob locorum, & temporum diſtantias ipſa non poſſet. Et Anna cooptata Tereſiæ, laborum comes, & ſpiritûs hæres, multa fundavit monaſteria in Gallia, in Belgio: ubique tam culta, & tam grata, ut altera Tereſia videretur. Venit Abulam S. Tereſia, & quantis Deus Annam favoribus honoraret, perſpiciens, fundatura Salmanticenſe monaſterium, illam ſecum eduxit.

(a) in vita V. P. Dominici ſub finem.

Comes S. Tereſiæ, fundatrix multorum Conventuum.

Tereſiani ſpiritus hæres:

3657. Fuerat ægrota, & hanc ob cauſam tempore competenti profiteri non potuit; ſed ſolennem hunc actum in S. Alodiæ, & Sororis (Virgines ſunt Hiſpanæ) diem differre debuit. Moris eſt apud Carmelitanos, ut ter repetatur profeſſio: & Anna iterùm illam, iterumque animo ſedato repetiit: & tamen dum tertiò vult labia conformare; rapta in extaſim, omnes admirationis plenos, aut etiam curarum relinquit. Vix vota emittit Anna; & jam ad magna adſciſcitur. Novitias inſtruit: cùm prior, etiam humilitate, & exemplo præcedit. Sanat ægrotos, & tot patrat miracula, ut vox humana omnia recenſere non poſſit. B. Joannes à Cruce Cantica myſterioſa compoſuit: eadem Commentario illuſtravit: quem Annæ dedicat: & P. Ludovicus de Leone (quantus etiam hic vir!) Sacræ Inquiſitionis juſſu, recognoſcit S. Tereſiæ opera: illa in lucem emittit, & Annæ patrocinio conſecrat. Apparet Dominæ de Acaria S. Tereſia, & vota multarum illuſtrium Viraginum promovens, vult inſtauratam Religionem illuſtrare, etiam Gallias, quæ Cluniacenſi, Carthuſianâ, Ciſtertienſi, & aliis ſanctiſſimis mobilitantur. Interpoſuerunt auctoritatem ſuam Reges, & Principes, & hac de cauſa Anna Pariſios miſſa, toti fuit Chriſtianiſſimo Regno ſolamini. Et Iſabella Clara Eugenia, Belgij Princeps, nè Belgium careret hâc gloriâ, ſe Annæ, & inſtaurati Ordinis orationi commendat, illam pro tota Domo Auſtriaca apud Deum interponit; & exorat, ut etiam in Brabantiam cogitet, & adjacentes populos novo-antiqui Ordinis radiis illuſtrare dignetur. Dantur Bruxellæ litteræ (lectione dignæ) die S. Dominici, anni MDCVI. Venit tandem: à Sereniſſima Principe elementiſſimè accepta, fundat Bruxellis, Lovanij, Montibus, & Antuerpiæ: & Matrem Beatricem à Conceptione in Poloniam, ut ibi propaget Religionem, tranſmittit. Dum moribunda Unctionem extremam ſuſciperet, iris pulcherrima, tribus coloribus diſtincta, ejus pedes coronat, quaſi monſtraret viam, quam inire deberet. Et quid, quæſo, ſi me aut devotio, aut Poëtica moveret auctoritas, ut dicerem:

Tereſiam Carmeli Vineam novè traduxit in Franciam, & Belgium;

palmites mittit in Poloniam.

Irim de cælo Virgo Tereſia miſit.

Fuit enim S. Tereſia Europæ ſol, qui, dum moriente Anna, rorem lacrymarum, qui ab omnium oculis inundabat, colorat ſplendore virtutum, formavit irim, quæ nobis vel tacendo diceret, Annam eſſe hujus ſolis Parelion, & ut Hiſpani audemus proferre, *Reſolem.*] Hactenùs ex Dom. Caramuele: plura videri poterunt in utriuſque Congregationis hiſtoriis, quibus vita illa intexta eſt.

tempore Profeſſionis rapta in extaſim.

3658. Ven. Annæ à S. Bartholomæo Hiſtoria vitæ, virtutum, & miraculorum Hiſpanicè conſcripta à R. P. Chryſoſtomo Henriquez, Ord. Ciſtercienſis Hiſtoriographo, magnæ eruditionis, edita fuit Bruxellis, anno 1632. indè idem Reverendiſſimus D. Caramuel contraxit epitomen hanc: [Optimum, quod dedit mundo Annam, habet ab amygdala nomen: Hiſpanè dicitur el Almendral, hortus amygdalinus; &, ſi loqui ſic placeat, Amygdaletum. Parentes habuit Ferdinandum Garcia, & Catharinam Mancanas, virtutum ſplendore micantes.

V. M. Anna à S. Bartholomæo.

Tertio

Tertiò anno ætatis, quando balbutiunt linguâ, & pede cespitant alij infantes, ipsa preces suas ferventi devotione perorat. Ad ætatē discretionis perveniens, percellebatur summo horrore, cogitans se posse abuti libertatis arbitrio, & Deum, quando vellet, offendere. Eā solatur, & comitatur sæpè Jesus, & adolescenti Abulensi Monasteriū ostendit, jubet, militet sub Teresiano labaro, & in Carmelo suæ S.ma parenti serviat. Resolutionem suæ sororis fratres, & cognati ægrè ferunt. Post difficultates, & contradictiones importunas venit Abulā, & à Ven. M. Maria de S. Hieronymo, quæ absente S. M. Teresia, novū cœnobium gubernabat, suscipitur, non ut choro, sed ut rei domesticæ serviat: & ipsa fuit prima soror laica, quā rigor instauratus admisit. Recurrente anno, solemnia vota, quæ summâ puritate, tempore tyrocinij observaverat, summâ devotione distinguit.

Christo monente S. Teresia institutum suscipit.

3669. Amavit Annam, quamdiu vixit, Teresia, illamque Christus multis probari tentationibus, aut etiam miseriis, permisit: sed & plurimis honoravit prodigiis: inter alia, me juvat hunc casum recensere, & exponere uberiùs. Pressa, & tantum non oppressa gravissimis negotiis Teresia, debebat multas litteras scribere, nec tamen suppetebat otium, tempore, Regularibus legibus, orationi, & meditationi destinato. Compatiebatur Anna hæsitanti & perplexæ: juvare vellet, at nesciebat scribere. Suam incusabat inscitiam: desideraretque scire litteras, ut posset à manu servire; percallere negotia, ut posset singula expedire, & curare. Mentem devotæ filiæ statim assequitur S. Teresia (nec mirum, Angeli enim in cœlo, non verbis, sed conceptibus agunt, & Angelicæ hæ Virgines, cœlestium spirituum ritu, apud homines conversabantur) se Annæ desideriis attemperat, & ait: Gauderem, quòd sciret scribere, ut me posset in hac occasione, aut aliis, quæ succurrent, juvare. Teresiæ Anna: Obedientia est omnipotens, & quæ naturæ viribus fieri non possent, solent effici à gratia. Ergò parata sum omnia facere, quæ auctoritas superior injungat: &, si scibere, & negotia expedire me jubeat, adsum obedire parata. Resignatæ hæc voluntatis pietas, & promptitudo, placent Sanctæ: miratur sinceritatem Annæ, cœlesti lumine prædeterminata: Sumat, ait, calamum, scribatque. Et Anna statim, aut præcepti virtute, aut obedientiæ merito, aut utriusque efficaciâ, rudi, & rusticâ manu sumit calamum, & ortographicæ notitias infundente Deo, scribit benè, negotia expedit, & Secretariæ vices subiens, Teresiam adjuvat. Anne fulguri similis hæc lux, transiit, & Annam pristinæ ignorantiæ restituit? minimè. Exindè scivit Anna Teresianis similes characteres scribere: ut vel sic meliùs posset Magistræ suæ servire, & prodigij veritatem testari. Obiit Albæ in Annæ manibus S. Teresia: & mortua, odorem exhalat suavissimum. Desiderat Anna manere tota vita apud exuvias Sanctæ: non obtinet: quia majoribus rebus creata, plurimis debebat provinciis exemplo, & doctrinâ prodesse.

miro modo artem scribendi obtinet:

in ejus manibus obiit S. Teresia:

3670. Abulæ Anna clarebat quotidianis prodigiis. Vadit Madritum, Matris Mariæ de S. Hieronymo socià: habet ibi mirabiles extases, & revelationes. Galli à S. Teresia moniti volunt frui Carmeli instaurati sanctitate. Anna Parisios mittitur: ut digniùs munus Fundatricis obiret. Volunt aliqui, ut velum nigrum (choristas à laicis distinguit) suscipiat: se excusat Anna; at Christus jubet, ut adquiescat. Mensis Octobris Idibus Parisios venit, & S. Lucæ pervigilio Socias suas, ad domum, quæ erat præparata, conduxit. Quamdiu mansit in Gallia, fundavit aliqua monasteria, in quibus implantavit rigorem, & spiritum Religionis antiquæ, & multas animas ad vitam sanctiorem convertit. Jussæ vadunt in Belgium Mater Anna de Jesu, & aliæ Virginis sanctissimæ conversationis: multa prodigia patrant, & Bruxellis, ut cœlitùs missæ, coluntur: advocant Annam de S. Bartholomæo, & apud Superiores Ordinis, ut in Belgium descendat, solicitant, & obtinent. Venit ergo: fundatque Antuerpiense cœnobium, ubi claret prodigiis, è quibus illa referam, quæ Regem Hispaniæ, & Imperatorem concernunt. Iterum, iterumque, jamjam ab hoste occupandā ab Hollandis Antverpiam orationis efficaciâ propugnat, & hostes, aut fugat, aut atterit: & dum apud Germanos, Marte dubio, Tillius cum Lutheranis signa conserit: Antuerpiæ illa cum suis Monialibus à Catholicis stat, & suis lacrymis plures prosternit infideles, quàm igne, & gladio nostri milites. Supervixit Anna paucis annis; sed toto illo tempore visionibus, & miraculis clara. Egit cum magnis viris, quos claros reddidit: & tandem virtutum, & meritorum plena, Triadi Sanctissimæ dicatâ die, munita omnibus Romanæ Religionis mysteriis, anno 1626. obdormivit in Domino. Vestes regulares, quibus usa fuerat, dum viveret, impetravit amicorum devotio; Isabella Clara Eugenia, Belgij Princeps, Scapulare obtinuit: cætera divisa inter Proceres. Cadaver Deus magnis illustravit miraculis, quæ ne hodiè quidem cessant.

Antuerpiæ cœnobium fundat:

Antuerpiam bis precibus propugnat:

ejus obitus:

3671. Vita ejus vario idiomate typis evulgata extat: scripsit quoque ipsa mandato Superiorum constricta, seriem Vitæ, etiam variis locis impressa, & quidem Antuerpiæ anno 1632, de qua ita censuit Aubertus Miræus, in ejus approbatione ibi præfixa: *Vitam V. Matris Annæ à S. Bartholomæo, monialis Carmelitanæ Discalceatæ (quam ipsa Superiorum suorum mandato conscripsit) ut à Spiritu quasi divino dictatam, & cælestibus monitionibus plenam, prælo dignissimam censui, ad spiritualem multorum ædificationem. Datum Antuerpiæ nonis Septembris, Anno millesimo sexcentesimo trigesimo secundo.* Subscriptum est: *Aubertus Miraus Decanus & Vicarius Generalis, ac lib. Reg. Censor.* Ita quoque censent alij: In eodem libro

Vita ejus cælestibus monitis plena:

adjunctus est Tractatus, seu Compendiaria relatio de miraculis, meritis, seu per intercessionem V. M. Annæ à S. Bartholomæo ex authenticis approbationum per Illustrissimos & Reverendissimos Jacobum Boonen, Archiepiscopum Mechlinienſem, Joannem Malderum Episcopum Antuerpiensem, & Antonium Triest Episcopum Gandensem: ex illis sunt sequentia. Primum in illo Tractatu locum habet approbatio Episcopi Antuerpiensis, de præfata miraculosâ præservatione, & liberatione Antuerpiæ, ne vi, & proditione occuparetur ab hostibus, hæreticis, Batavis sub conductu Principis Orangij Mauritij anno 1622. in Decembri. Ipsa enim mediâ nocte excitatur, & supernaturaliter mota, se dedit orationi, in quâ perseveravit, donec hostilis exercitus mirabiliter dispersus fuit. (Illud approbatum fuit anno 1629. die 4. Octobris.) Capite 2. refertur, qualiter rursùs biennio post anno 1624. in Octobri idem Princeps, & ejus exercitus aliquot millium variis machinis bellicis, & multiplici apparatu, vi, ac stratagemate, noctu, eo tempore, quo pauci milites erant in castro Antuerpiensi, illud attentaverint intercipere, à quo non tantùm urbis istius, sed & aliarum Brabantiæ, & Flandriæ salus dependet. Ven. M. Anna noctu voce (creditur S. Teresiæ) perceptibili excitata & monita ut oraret pro præsenti periculo avertendo, Religiosas convocavit ad Ecclesiam, ubi coram SS. Sacramento perstiterunt in precibus: tandem illis innuit, ut ad cellas suas redirent, quodque periculum amotum esset. Illo enim tempore miles quidam in excubiis percipiens hostilem aggressum, signo dato proditionem prodidit, sicque hostes in fugam se dare coacti sunt. Istud, post juridicas informationes, & consultationes approbatum fuit anno 1629. die 3. Octobris.

miracula ejus meritis facta:

Antuerpia ab hostili occupatione præservata:

3672. In litteris Illustriss. & Reverendissimi præfati Archiepiscopi Mechlinienſis refertur, quòd anno 1627. Bruxellis Petrus de Sierra, Centurio in exercitu Regis Hispaniarum anno ætatis 55. correptus fuerit apoplexiâ, & destitutus usu sensuum, loquelâ, & potentiâ motiva. Adhibita fuerunt ex præcepto Dom. Francisci Alvarez (Doctoris medici Reginæ Hispaniarum, atque etiam Isabellæ Claræ Eugeniæ Belgarum Principissæ) varia remedia; sed frustrà: atque ità pro desperato derelictus fuit. Tandem, ex piâ fiduciâ de meritis V. Annæ à S. Bartholomæo, ejus collo appensum fuit rosarium, & capiti superpositum velum, quibus illa in vitâ uti consueverat. Et ecce illicò restitutus fuit usui rationis, loquelæ, & paulatim integræ sanitati, ita ut postridiè iverit ad Ecclesiam, & ad alia negotia. Post factas juridicas informationes, & recepta jurata testimonia, habitaſque consultationes Theologorum, dictus Archiepiscopus id declaravit pro miraculo, facto ad invocationem, & meritis, ac intercessione V. M. Annæ à S. Bartholomæo. In eodem Tractatu alia varij generis beneficia generalia, & particularia, ab Episcopis similiter approbata, referuntur. Revelationis illi factæ, de Hollandia, & Zelandia ad Ecclesiæ orthodoxæ professionem reducendis, adimplendæ, spes magna affulgere videbatur à biennio, quando Rex Franciæ gloriosè triumphabat de Ultrajecto, Archiepiscopali civitate percelebri, deque aljis urbibus, & locis circumquaque, munitissimis, tempore ferè unius mensis interceptis (totidem, aut pluribus, quam dies sint in mense) sed aliquantò post tanti triumphi gaudium Catholicis rursùs versum est in luctum, & diluculum bonæ spei obscuratum. Verumtamen inde patet, Hollandia, quæ anteà videbatur quasi invincibilis, quâm facilè (Deo volente) vinci possit, & ad fidem reduci.

apoplexiâ totum corpus correptus,

appenso ad collum rosario V. M. Annæ,

subitò sanitati restitutus.

Revelatio, de Hollandia, & Zelandia, ad Ecclesiæ gremium reducendis,

3673. V. M. Isabella a S. Dominico præfatæ Annæ utrique in virtutum præcellentium exercitatione, ac sanctimoniæ fama haud dissimilis celebratur. Vitæ ejus epitomen hanc tradit Reverendissimus Dom. Caramuel (a) his verbis: [V. Mater Isabella à S. Dominico nata fuit Cardenosæ in Hispania: & in primo restaurati Carmeli Cœnobio per solemnia vota se Deo dicavit Abulæ 21. Octobr. MDLXV. Ab ipsâ infantiâ maximis virtutibus claruit, & in adultiori ætate perfectionis speculum & exemplar fuit. Tanti eam, adhuc in sæculo existentem, fecerunt Reges, Principes, Proceres, ut voluerint ejus oratione, & benedictione muniri, & consilio juvari. Tanti B. Petrus de Alcantara ejusdē Confessarius, æstimavit, ut illam, ob Angelicæ puritatis similitudinem, vocitarit *Angelicam.* Diva quoque Mater Teresia, etiamnum in hac vita degentem pleno ore *Sanctam* non semel pronuntiavit: imò aliquandò eam cum S. Catharina Senensi composuit. Præfuit diversis temporibus Abulensi, Toletano, Segovienſi, & Cæsarauguſtano Cœnobiis: & hujus quoque fundatrix extitit. Clausit diem Abulæ, maximâ sanctitatis famâ, & miraculorum gloriâ illustris anno MDCXXIII. die 13. Junij, ætatis suæ XCII. Ejus historiam (& in ipsa præcipua ejus scripta) edidit Dominus Michaël Baptista de Lanuza libris quatuor Madriti anno MDCXXXVIII.] De isto Michaële in Bibliotheca Hispana, Romæ impressa, hæc leguntur: *Dom. Michaël Baptista de Lanuza, Cæsarauguſtanus, Ordinis S. Iacobi Eques &c. ad nutum Philippi IV. Regis, in Aragonia Concilio à Secretis ministrum exercere jussus fuit, deindè & Protonotarium illius regni, qui in eodem consessu regio sedet, prudentiâ non minus, quam pietate spectatus, edidit* &c. Consequenter recensentur ejus lucubrationes, videlicet: *Vita V. M. Isabellæ à S. Dominico ... Vita V. M. Feliciana à S. Ioſepho ... Vita V. M. Hieronymæ à S. Stephano ... Vita V. M. Teresiæ de Ieſu in sæculo cognominatæ Dominæ Brianda de Acuña Vela ... Vita V. M. Catharinæ de Chriſto ...* Omnes fuerunt S. Teresiæ

(a) in vita Ven. P. Dominici lib. 7. sub finem.

V. M. Isabel: à S. Dominico.

præconia,

sanctitatis fama:

Michael Bap. de Lanuza, ejus & aliarum vitas edidit,

Digitized by Google

sociæ, aut discipulæ, aut æmulatrices virtutum ejus. Hinc in eadem Bibliotheca de ipso hæc sequuntur: *Denatus est Matriti hoc ipso anno MDCLIX. de sodalitio Carmelitarum Virginum Deo sacrarum, deque omnibus iis, qui per amœnos hosce pietatis, & religiosæ perfectionis hortos delitiantur, optimè meritus.* Etiam ibi designatur locus, & annus, quibus singulæ istæ vitæ typis editæ fuerunt. De istis plerisque, & aliis plurimis, agitur in historiis utriusque Congregationis Carmelitarum Discalceatorum, & in opere *Decor Carmeli*; De Gallis, & Burgundis tractant suprà-nominati P. Ludovicus à S. Teresia, & Petrus à Matre Dei. Cum autem de istis omnibus luculentior tractatio hoc loco fieri non possit ob rationes expressas hîc suprà, præcipuæ saltem hic consequenter commemorantur, cum annotatione, qui de illis plenius scripserunt.

De Carm. Virginibus optimè meritis.

3674. MATER AGNES DE JESU, cognata germana S. Teresiæ, professa sub antiqua Observantia, deindè associata S. Teresiæ, una cum illa professionem suam renovavit, & voto ad observantiam Regulæ primitivæ anno 1571. se adstrinxit: familiari Angeli sui Custodis visitatione, & colloquio à Deo decorata fuit. Ita traditur in *Historia generali Carmelitarum Discalceatorum*, ex Hispanico in Gallicum traducta per P. Gabrielem à Cruce (a). Plures ejusdem nominis, & cognominis, etiam virtutum celsarum decore illustres fuerunt: P. Philippus à SS. Trinitate in *Decore Carmeli* commemorat tres (b) Hispanas duas, Italam regni Neapolitani unam. In eodem opere agitur etiam de AGNETE A SS. TRINITATE, M. ALPHONSA A MATRE DEI, M. ALBERTA BAPTISTA ET ANGELA TERESIA A SS. SACRAMENTO.

(a) libro 4. ad an. Chr. 1571.

(b) parte 2. pag. 82. & 84. & parte 3. pag. 238.

3675. ANNÆ nomine plures in utraque Congregatione singulari Sanctimoniæ, seu celsarum virtutum famâ illustres extiterunt De VEN. ANNA A S. BARTHOLOMÆO, & ANNA A JESU jam quædam præcesserunt: istis haud dissimilis extitit V. M. ANNA A S. AUGUSTINO, etiam Hispana, & socia, ac chara S. M. Teresiæ, ob virtutes præcellentes, & vitæ sanctitatem, plurimis à Deo cumulata favoribus. Vitam ejus, & miracula luculenter scripsit P. Alphonsus à S. Hieronymo, S. Theol. Professor, impressam Madriti anno 1668. Miros, & stupendos favores per S. Annam Deiparæ Virginis Matrem ei præstitos, & varias apparitiones illi factas refert P. Joannes Thomas à S. Cyrillo in erudito libro cui titulus est: *Mater honorificata, sive de laudibus, excellentiis, & prærogativis S. Annæ.* De M. ANNA MARIA A S. TERESIA, Genuensi, ex illustri familia Centuriona, fundatrice monasterij Savonæ, agitur in *Decore Carmeli*: ubi etiam de BEATRICE A CONCEPTIONE, & BEATRICE AB INCARNATIONE: de quibus, & de CASILDE AB ANGELIS, variis à Deo decoratæ prærogativis, agitur in *Annalibus Congregationis Hispanicæ*: ubi etiam de aliis.

3676. CATHARINÆ etiam plures, virtutum præcellentium, & sanctimoniæ laude celebrantur in Congregationis utriusque historiis: prima tempore, vitæ asperitate admirabilis, & singularissima, est CATHARINA DE CARDONA, ex Ducibus Cardonæ progenita, heroicæ austeritatis exemplar, ut etiam in vitæ rigore Paulos, Antonios, Hilariones adæquasse, aut superasse videatur: Annis aliquot solitaria, & ignota, vixit in specu, seu antro: quod deindè dedicavit in Conventum hujus Ordinis: cujus & habitum portavit: hacque ratione eidem accensetur; videlicet tamquam Carmelitani Ordinis Tertiaria: cujus habitum gestans, regulam in supereminenti perfectione servavit solitaria degens. Vitæ ejus elogium, seu compendium tradit S. Teresia *libro Fundationum cap. 27.* ubi hæc, inter alia: *Quamdiu Catharina hæc inter magnates, & sæculi hujus Principes vixit, semper magnam animæ suæ rationem habuit, pœnitentiaque exercendæ perstudiosa fuit. Hujus autem amor ac desiderium assiduè in ipsâ crevit, nec non voluntas in illum se locum conferendi, in quo sola Deo suo frui posset, seque totam asperitati (nemo ut in ea sibi impedimento esset) impendere*: & infrà: *Suum illa propositum Eremitæ cuidam Compluti agenti aperuit, eumque rogavit, ut secum proficisceretur; eâ conditione ut nulli mortalium id dein significaret. Venerunt tandem ad locum, ubi hoc monasterium posteà constructum est: ubi cum illa angustam quamdam reperisset speluncam, quæ ipsam vix caperet, ipse digressus est. Quo verò illam amore actam & impulsam putamus? etenim minimè curabat, aut solicita erat de eo quod comederet, de periculis, in quæ incidere poterat, de infamiâ denique, quæ illam sequeretur cum jam inter homines non compareret. Quam verò Sancta hæc anima amore ebria esse debebat, quam absorpta in eo ut nullus sibi in sponsi sui fruitione esset impedimento! &* post alia: *Numquam bibit vinum. Ingenti & crassa quâdam catenâ in tergum suum sæviendo disciplinas faciebat. Cilicia verò ejus erant acuta, & aspera.*

Ven. Catharina de Cardona, heroicæ austeritatis exemplar.

Tertiaria Ordinis Carmelit.

vitæ ejus epitome ex S. Teresia.

3677. Consequenter refert, quomodò in Ecclesia Carmelitarum Discalceatorum Pastranæ habitum Ordinis B. V. Mariæ de monte Carmelo assumpserit, & in loco speluncæ monasterium fundaverit: & propè illud ipsa deinceps in aliâ spelunca solitariam arctissimam vitam continuaverit, obieritque anno Christi MDLXXVII. & post mortem gloriosa sibi (S. Teresiæ) apparuerit. Ad illius imitationem se, & suas ipsa sancta Mater Teresia hâc exstimulabat ratiocinatione: *Summoperè confundor, considerans austeram vitam, & pœnitentias, quas ista Dei ancilla practicavit; cum esset femina, sicut ego, & complexionis delicatioris, utpotè clarissimis orta natalibus, Ducibus de Cardona.* Tandem sic concludit: *Sorores meæ, considerate, quòd labores hujus admirabilis pœnitentiæ finem acceperint finiente vitâ illius: gloria autem, quâ perfruitur, durabit in æternum. Eia igitur pro Dei amore satagamus nos ipsas odisse in hoc mundo; ut*

qua, ejus exemplo, se, & suas, ad fervorem excitat.

Digitized by Google

amulantes istius virtutes in hac vitâ, comparticipes simus gloriæ ejusdem in cælo.

V. M. Cath. à Christo, socia S. Teresiæ,

3678. M. Catharinæ a Christo Sociæ S. M. Teresiæ vita scripta à Dom. Michaele Baptistâ de Lanuza typis prodiit Cæsaraugustæ anno 1637. Occasionaliter in vita Ven. P. Dominici D. Caramuel hæc de illâ commemorat: *Catharina de Christo, quæ S. Teresiæ fuerat socia, Virgo magni, & generosi spiritûs, cujus erga Deum amor tam erat intensus, & efficax, ut sæpè visæ sint copiosissimæ flammæ è pectore ejusdem erumpere.* Die III. Januarij anni MDXCIV. sub columbæ specie Christo tradidit animam. Quotquot erant præsentes, admiratæ prodigium, non jam *Subvenite sancti Dei*, quod solemus, sed *Te Deum Laudamus* intonarunt. Quando debebat sepeliri, conqueruntur Virgines, fossam esse aquæ plenam, ac si hæc impediret omnipotentem manum Dei, si fortè vellet illud venerabile corpus à corruptione præservare. Jubet aquam non curari Dominicus, corpus deponi secundum loci & temporis opportunitatem. Occasione novi ædificij apertum fuit sepulchrum, & corpus repertum fuit integrum, & ad locum decentiorem translatum. Ista contigerunt Barcinonæ, undè Venerabile corpus posteà à V. P. Dominico translatum fuit Pampelonam (a), ubi à Deo prodigiis, & à populo accursu, & devotione honoratur. Ità Reverendissimus Dom. Caramuel (b) qui hoc ei adscribit Epitaphium:

sanctè, ut vixit, obiit:

corpus ejus incorruptum,

translatum venerabile habetur.

(a) *al.* Pompeiopolis.

(b) in vitâ *V. P. Dominici* lib. 3. c. 7.

Sanctæ Teresiæ *Comes indivisa: talenti,*
Et virtutum hæres, hîc Catharina jacet.
Corruptis prorsùs manet incorrupta sub undis,
Vnda minax & edax manat, & illa manet.

De Catharina a Jesu, & Catharina ab Angelis, & Catharina Euangelista & aliis videri poterunt Annales Congregationis Hispanicæ.

Ven. M. Christina à S. Michaele,

virginali puritati quàm studiosa.

3679. M. Christinæ a S. Michaele (aliàs Puteanus) anno Christi 1612. Lovanio missa in Poloniam, pro fundando Conventu Cracoviæ, seipsam exhibuit exemplar virtutum: è quibus ut aliquid delibemus, quàm puritatis virginalis studiosa fuerit, declarat id quod sequitur. Cùm gravi, & lethali infirmitate decumberet, jamque & sensus & vires ob vehementiam morbi amisisset: adverterunt Sorores in scapulis ulcus quoddam magnum, quod carnem miserabiliter absumens, ad ossa usque penetraverat: de consilio itaque Medici vocatur Chirurgus: cùm sorores illam in latus aliud convertere tentarent, interrogat quid agerent? statimque ut cognovit chirurgum vocatum, qui ulceri mederetur, instantissimè precibus, & obtestationibus suis effecit, ut in domum suam Chirurgus mitteretur, ne corpus suum alicui mortalium attrectandum vel videndum pateret: nec ullis persuasionibus ad hoc induci potuit, dicens, se potius omnes dolores, ac tormenta subire paratam. Puritati tantæ correspondit Oratio, quam sublimem valdè habuit, prout ex effectibus ejus colligere licet; nam in ea supernaturales gratias, & illuminationes habere solita fuit. Et ista ex Relatione vitæ, ac virtutum ejus, latinè typis editâ per P. Michaëlem ab Ascensione Visitatorem Generalem utriusque Germaniæ, in qua de illius virtutibus aliis videri poterit: similiter & in *Decore Carmeli* ubi etiam de M. Clara a SS. Sacramento, & Constantia a S. Josepho virtutum claritate splendidis.

V. M. Elisabetha ab Angelis,

3680. M. Elisabetha ab Angelis parentibus nobilitate, & pietate claris nata in Hispania, habitu Carmelitico induta in monasterio Salmantino mox à primis tyrocinij annis in omni Religiosarum virtutum studio magno fervore, nec leviori profectu, cæpit incumbere. Obedientiam exactissimè colebat, humilitatem in omnibus affectabat: viliora quæque lubentius exercebat officia, tritas, centonibusque resarcitas vestes gestare gestiebat, ambiebatque: promptè, alacriterque, in arduis, sororibus opem ferre consueverat: cumque Pulmonicæ cujusdam ministerio addicta, die quadam vas fœtentibus ejus sputis refertum deferret eluendum, stomachumque sibi naturali horrore moveri persensisset, superiori æstu abrepta, sordida ori suo intulit excrementa, & magnanimo ausu omnem naturæ nauseam procul à se abegit. Destinata Parisios, & deindè ad alias urbes in Gallià pro novis fundationibus, virtutum heroicarum exemplis claruit, & variis signis ejus apud Deum merita manifestata fuerunt. Comiti San-Paulino diu optato matrimonij fructu carenti, precibus à Deo obtinuit filium: cui etiam postmodùm graviter ad mortem ægrotanti, medicis de ejus vitâ conclamatum esse censentibus, iteratâ pro eo oratione, sanitatem impetravit. Virtutes Theologicas Fidei, Spei & Charitatis in eminenti gradu possedit: Fide vivâ sic elevabatur ad Divina contemplanda mysteria, quòd sæpius in ecstasim rapta potius illa videre, quamvis in caligine, quàm credere videretur: Firmissimâ spe Domino innitebatur, & illa consequebatur omnia quæ ad majorem ejus gloriam aggrediebatur: Fervidâ charitate Deum diligebat, & proximum: undè Divinum zelabat honorem, & cunctis pro viribus succurrebat. Ex humilitate procedebat in ipsâ virtus paupertatis, quam mirificè colebat: pauperem habitum, pauperem cellam, pauperem victum affectabat: nihil vel minimum perire sinebat, licèt alias magnifico esset animo; ex horto rediens, lignis, quæ collegerat, onusta, ea ad comburendum deferebat: ut perfectè votum paupertatis impleret, operabatur manibus cùm spiritualibus exercitiis non detineretur, aliasque ad similem inducebat laborem. Tam exactè silentium custodiebat, ut numquàm tempore silentij rigorosi loqueretur, quamvis necessaria videretur occasio: quòd adeò religiosè observavit, ut etiam ultimis vitæ annis, imò & postremis diebus cum moniales ad ipsam penè moribundam

virtutum heroicarum exempla præbuit;

Digitized by Google

bundam accederent, illicò postulabat, num datum esset signum regularis silentij. Mortificationem continuam exercebat in disciplinis, in ciliciis, & catenis ferreis, etiam in senili, & infirma ætate; sic gustum mortificavit, ut adinstar S. Bernardi, cibos non discerneret à viginti & amplius annis. Sed exactius interiorem reformabat hominem, intellectum & voluntatem in omnibus coërcendo, ut Domino complaceret. Devotissima S. Teresiæ, & illius Spiritûs virtutum æmulatrix, expiravit die 14. Octobris sub mediam noctem, inter illius festum, & vigiliam anno 1644. Gloriam sponsæ suæ Christus Dominus variis signis manifestavit. Plura de illa traduntur in *Historia generali Congregationis S. Eliæ*, & in *Decore Carmeli*, ubi etiam de M. Elisabetha a S. Dominico, Elisabetha a S. Francisco, Elisabetha a SS. Trinitate, Fausta a S. Laurentio, Hieronyma a S. Maria, Leonora a S. Francisco, Magdalena a Jesu Maria, Magdalena a S. Joseph, & aliis, Christi bonum odorem virtutiferum spargentibus: quibus accensenda V. M. Joanna à S. Francisco, quæ, in odore eximiæ virtutis, Lovanij in Conventu S. Josephi de statione hujus vitæ decessit anno 1650. die 6. Augusti. Quoad præfatam Magdalenam à S. Josepho, singulari studio satagebat, quævis opera, etiam minima, quam exactissimè cum debitis circumstantiis perficiendi. Dicere solebat (quod sanè verissimum est) *Occasio, magna faciendi, aut patiendi rara est. Quapropter si parva negligamus, sub pretextu & spe majora ritè peragendi, vita nostra sine profectu in virtute transcurret* (a).

signis à Deo mirificata,

(a) Ità Pennequin libro *entretien Spirit.*

3681. Ven. M. Margaretæ de SS. Sacramento Burgundæ Historia Vitæ, distributa in XII. libellos, seu Tractatus, composita Gallico idiomate à Presbytero Oratorij, excusa est Parisiis an. 1655. cum approbationibus quinque Episcoporum, & variorum Doctorum Theologorum, censentium eam in vitæ sublimis perfectione, puritate, & virtutibus aliis, in divinorum charismatum ubertate, supparem SS. Birgittæ, Mechtildi, Ludgardi, & matri suæ Teresiæ, ac similibus. M. Margaritæ ab Angelis, Antuerpiensis patriâ, Fundatricis monasterij in Oirschot, præclarum virtutum ornamentis insignitæ vita Gallicè scripta per Dom. Joannem Joseph de Loyac Regi Franciæ à consiliis, Abbatem S. Mariæ de Gondon Parisiis excusa est anno 1661. Margaretæ à Matre Dei, vita, & virtutes, ac cælestes favores traduntur in *Decore Carmeli.*

V. M. Marg. à SS. Sacramento suppar SS. Birgitta, Mechtildi, &c.

V. M. Marg. ab Angelis virtutibus coruscæ.

3682. V. Mariæ ab Incarnatione, Saussaius in Martyrologio Gallicano longum habet elogium, vitam scripsit Andreas Vallensis Doctor Theologus: in libro *Informationum* &c. Romam transmisso sub die 17. Augusti 1629. ad Cardinalem Præsidem Congregationis Sacrorum Rituum, hoc est initium: *Illustrissime, ac Reverendissime Domine, Exsrescente indies magis, magisque famâ sanctitatis, & miraculorum Serva Dei, sororis Mariæ ab Incarnatione, Conversæ, Monialis professæ Ordinis Carmelitarum reformatarum ... Reverendissimus Dom. Archiepiscopus Rotomagensis, delegatis suis Vicariis, auctoritate ordinariâ, voluminosum formavit processum super sanctitate vitæ, heroicis virtutibus, & miraculis ipsius Serva Dei, ad Urbem transmissum.* Consequenter depositionibus, & testimoniis plurimorum comprobatur, fidem, spem, charitatem, atque alias virtutes in eâ eminenter viguisse. Vitæ ejus epitome habetur quoque in *Decore Carmeli* (cujus jam antè aliquoties fuit mentio) in quo etiam traduntur vitæ Mariæ-Agathæ a Cruce, Mariæ-Agnetis a Jesu, Mariæ-Annæ a SS. Trinitate, Mariæ a Jesu * * Mariæ-Hieronymæ a SS. Sacramento, Mariæ-Agnetis à Jesu, Mariæ à Christo, atque aliarum virtutum varietate resplendentium.

vitæ sanctimoniâ celebris.

* * iisdem cognominis plures sunt.

V. M. Paula-Maria,

3683. V. M. Paula-Maria à Jesu, in Seculo Dom. Maria Victoria Centuriona, Genuæ ex illustri Centurionâ prosapiâ progenita. Cum annorum esset quatuordecim, mundanis addicta vanitatibus, ab iis, Deo in sponsam sibi eligente, avocata fuit: quâdam enim die dum ad monasterium Carmelitissarum S. Teresiæ, sub invocatione Jesu Mariæ, ubi tunc expositum erat SS. Eucharistiæ Sacramentum, processisset, gemmis præfulgida; & pretiosis vestibus ornata, in societate piæ matris, in ipso ingressu Ecclesiæ Dominum in majestate vidit, ipsam invitantem: dumque Divino Missæ Sacrificio ibi assistens, suam vocationem vocanti Domino commendat, ipso revelante concepit se futuram certissimè in hoc Conventu monialem. Itaque ibi admitti postulans ad habitum, recepta fuit die 2. Maji, anno 1601: magno mentis suæ jubilo, totoque tempore novitiatus magnum in religiosis virtutibus progressum fecit, seque Divinis favoribus dignam reddidit. Factâ professione, miro fervore exactam regularem observantiam, & studium orationis, & monasticas virtutes alias prosequebatur. Hinc promeruit divinis visitationibus recreari. Præfecta informationi Novitiarum, illas cælestibus instruebat documentis, & ad omnia virtutum opera in regulari observantiâ suis animabat exemplis. Idipsum præstitit erga Moniales omnes, electa Priorissa, Ferdinandus II. Imperator, & Leonora Augusta desiderabant Carmeliticæ Teresianæ Vineæ traduces Virgines in suâ urbe Viennæ plantari; & pro eis monasterium novum fundare. Ad hoc opus electa fuit V. M. Paula-Maria: quæ ut pervenit Viennam, ab Imperatore, & Imperatrice venerationis, & amoris significatione suscipitur: imperiali munificentiâ fundatio completur. Cœpit V. Mater in novo Conventu regularem observantiam stabilire in religiosarum virtutum exercitio, & plures divinos recepit favores. Post annos aliquot etiam ad novam fundationem

virtutibus magnis prædita,

in Austria fundatrix monasteriorum.

Græcij

Græcij destinata fuit. Peractâ fundatione Viennam rediit, ad instantiam Imperatricis; ejus præsentia in suâ urbe carere nolentis: quæ revertenti obviam processit: & illam in suo curru Imperiali suscipiens, Viennam reduxit. Sub finem vitæ variis, gravissimisque infirmitatibus, velut aurum in igne, probata, spiritum Deo reddidit an. 1646. die 15. Januarij. Incorruptione corporis, aliisque prodigiis à Deo honorata fuit.

V. M. Teresia de Iesu,

3684. M. Teresiæ de Jesu, in seculo nuncupatæ Domina Brianda de Acuña Vela, filia Comitis de Castrillo, à juventute virtutum & pietatis studio addicta, quibus promeruit varios à Christo favores: illius passioni, & Sacris Vulneribus specialiter devota, digna fuit aliquandò videre statum animæ suæ sub specie columbæ candidæ sine plumis, quæ de suo nido volatum ad Dei thronum parabat: morabatur desiderio in foraminibus petræ, in cavernâ maceriæ, scilicet in sacris vulneribus Christi, quæ continuo meditabatur. Vita ejus scripta à Dom. Michaele Baptista de Lanuza impressa est Cæsaraugustæ anno 1657. vitæ epitome traditur in *Decore Carmeli.* Est & altera Teresiâ à Jesu, Genuensis, illustri etiam loco nata, in seculo nuncupata Domina Septima Spinola; quæ, inter cæteras præclaras virtutes, fuit orationis, & Divinæ contemplationis amica singularis; satagens in continuâ Dei præsentia versari: quandoque noctem, aut majorem ejus partem in choro, ducebat insomnem, vigilans in oratione Dei. Ibi delectationem mentis & cæli delicias prægustabat. Quamvis infirmitatibus, variisque incommoditatibus detineretur, non potuit contineri quin ad chorum accederet, cum aliis oratura, & Divinum Officium recitatura: Cumque periculum mortis objiceretur ipsi ad chorum sic infirmæ accedenti, magno pietatis sensu & desiderio placendi Deo respondebat: *O, si Deus hanc mihi gratiam concederet in choro moriendi, quàm gratum mihi foret!*

cœlestibus favoribus delibata.

altera ejusdem nominis,

& spiritu.

3685. Istis, & cæteris anterioribus, Vineæ novellæ Carmelitanæ palmitibus, congruunt illa S. Augustini (a): *Vos alloquimur, novella germina Sanctitatis, germen pium, examen novellum, flos nostri honoris, & fructus laboris.* Cur autem illas (& ceteros omnes in hisce Sertis) commemoraverimus, ratio reddita est hîc suprà, videlicet, quia (ut ait (b) S. Basilius): *Quemadmodum ex igne naturaliter omnibus splendor, sic è Sanctorum commemoratione gestorum, ad omnes provenit utilitas.* Id etiam Ethnici norant; hinc Plutarchus (a) scribit: *Historia magnorum virorum* (& mulierum, Virginumque generosarum) *actus tamquam viva quædam pictura ante oculos exponit:* ut (velut sedulî practicant pictores) ex singulis seligantur meliora, ad efformandam imaginem animæ nostræ. Ita quidem legimus de S. Antonio, quod *quemcumque videret aliqua virtutis laude excellentem, illum imitari studeret.* Ita quoque, si quispiam cupidus sit perfectionis, & ex lectione historiarum contentarum in hoc volumine de Sanctis, & Beatis & de illis, qui in opinione sanctimoniæ, aut præcellentium virtutum decesserunt, fructus eximios carpere desideret, *quemcumque viderit aliqua virtutis laude excellentem, illum* (illamve) *imitari studeat:* atque ita velut mystica apis mel dulcedinis spiritualis ubertim colliget, & recondet, mel suave virtutum, pietatis, & gratiæ, germinantis in vitam æternam.

(a) S. Aug. Serm. 157. de tempore.

(b) S. Basil. in Gord. Martyr.

Sanctorũ, & virtutibus illustrium vita cur scribantur.

(a) in Ethicis.

quomodò utiliter legenda.

PROTESTATIO.

3686. *Declaro, & protestor rursùs (sicut sub initium hujus Tomi) quòd cùm in decursu hujus operis, peculiariter in præfatis Sertis, de nonnullis ab Ecclesia Romana non Canonizatis, aut Beatificatis; relata sint aliqua ab eis gesta, quæ cùm vires humanas superent, miracula videri possunt, præsagia futurorum, arcanorum manifestationes, revelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia hujusmodi; ista omnia sic accipi velim, non tamquam ab Apostolica Sede examinata, aut approbata; sed tamquam quæ à sola suorum Auctorum fide pondus obtineant; atque adeò non aliter, quàm humanam historiam. Proindè Apostolicum S. Congregationis S. R. & Vniversalis Inquisitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum; integrè, atque inviolatè, juxta declarationem ejusdem decreti à Sanctissimo D. N. Vrbano Papa VIII. anno 1631. factam, servari à me omnes intelligant; nec velle me vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere; nec quicquam ejus existimationi adjungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquandò ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quem, seclusâ hac meâ lucubratione, obtinerent. Hoc sanctè profiteor, & Sanctæ Sedi Apostolicæ judicio, sensui, declarationi, & correctioni cuncta mea hactenus scripta subjecta desidero: & si cubi hallucinatus fuerim, errata retractata cupio, & retracto.*

LIB.

Digitized by Google

LIBER V.

MANIPVLI ALIQVOT ERVDITIONIS,

EX CARMELI VIRIDARIO

in variis regionibus collecti:

SEU

Synopsis Scriptorum Ecclesiasticorum.

PRÆFATIO.

Doctrina pietati jungenda, est velut gemma in auro.

3687. PArte IV. per totam, & in parte hac V. libro præcedenti, spectandam, veluti in Speculo, exhibuimus sanctitatem, & pietatem Carmeli. *Pietas ad omnia utilis*, ut testatur Doctor Gentium (a): quia *ad omnia*, ideò primariò pro illa satagendum. Verumtamen si pietati doctrina inseratur, est veluti *gemma carbunculi in ornamento auri* (b). Pietas idoneos reddit cœlesti gloriâ: pietas autem sociam habens doctrinam, *magnos* efficit *in regno cœlorum*, sicut pleniùs declaratum est hîc suprà (c). Ob rationes ibi expressas, hîc consequenter aliquot eruditionis, ex variis regionibus collecti, exhibentur Manipuli: Manipuli, inquam, seu Manuales Fasciculi, non fasces integri. Intentum quidem pridem fuit, juxtà seriem alphabeti, generaliter de Ordinis hujus Scriptoribus Ecclesiasticis, præsertim qui in Europâ, post Ordinis è Terra S. in Europam transmigrationem, floruerunt, tractare, & illum in finem Catalogum & centurias aliquot ordine digesseramus. At necesse fuit consilium istud mutare, nè actum agamus; tum quòd interèà prodierint Tomi quatuor Annalium Carmelitarum Ven. P. Joannis de Lezana, in quibus de illis, qui vixerunt ab initio Ordinis, usque ad ann. 1515. post Christi Incarnationem, agitur; & Romæ nunc quoque à R.P. Ludovico Perez de Castro, Hispano, Regente S. Theologiæ in Conventu S. Mariæ Transpontinæ (d) elucubrentur Annales Ordinis, in quibus, accuratissimâ præmissâ indagine, de illis sigillatim tractabitur; tum quòd Româ, & ex Francia significatum nobis fuerit, elucubratum opus, inscriptum: *Bibliotheca Carmelitana*, per R.P. Ludovicum Jacob, Gallum natione, de Scriptoribus omnibus, qui hactenùs in Ordine Carmelitano floruerunt, præsertim post traductum Ordinem ex Terra sancta in Europam. Itaque ne labor haud mediocris impensus conficiendo Catalogo isti generali, omninò infructuosus sit, indè saltem Manipuli aliquot Scriptorum præcipuorum, qui in publicam Ecclesiæ utilitatem libros elucubrârunt, ex variis regionibus collecti, hic proferuntur: & quidem quoad veteres, adnotando, qui peculiariter de illis, & eorum lucubrationibus tractent: quantùm ad recentiores, hujus seculi, præcipui commemorantur, quorum cognitionem assecuti sumus: nec eorum scripta omnia; tum ob rationem jàm adductam, tum quòd alioqui hoc opus nimiùm excresceat; tum quòd omnium notitiam nacti non simus. Idcircò nemo miretur, aut conqueratur, plures prætermissos, aut non sufficienter de eis agi; cùm de illis (ut jam dictum) convenientiùs tractatum, & tractandum sit in Annalibus, & verisimiliter actum sit in dicta *Bibliotheca*, aliquando forsan publicæ lectioni exponenda per prelum. Porrò de illis qui adhuc superstites sunt, hîc agitur pareè; tum ne ipsis apud alios invidia causetur; tum ne adulationis labes appicta videatur; tum quòd de illorum operibus judicare, haud videatur conveniens.

(a) 1. Tim. 4.

(b) Eccli. 32.

(c) n. 2994. & seq.

(d) de quo hîc suprà n. 3150.

Scriptoribus Eccles. an accensendi, quorum nihil adhuc typis editum.

3688. Quantùm ad Scriptores Ecclesiasticos, seu qui in bonum publicum libros, seu tractatus scripserunt, objiciet forte nonnemo, varios referri, quorum nihil typis adhuc traditum fuit (tales multi sunt Doctores Theologi Angli, de quibus Pitseus, Possevinus, & alii) istos autem inter Scriptores non videri recensendos. Respondeo, cum nostro Petro Lucio (a) & quæro: Num Hieronymum, Augustinum, Cyprianum, Lactantium, Thomam Aquinatem, Bonaventuram, Bachonem, Waldensem, ac alios complures Ecclesiæ Doctores, inter Scriptores censeant numerandos, antequàm eorum opera typis edita essent? siquidem nonnisi à duobus seculis ars imprimendi reperta est, seu vigere cœpit: plurima autem Patrum, & aliorum illustrium Virorum opera antehàc in scriniis bibliothecarum latentia, non ita pridem in Bibliotheca Patrum, quæ interiisse existimabantur, aut an extarent, ignorabantur, tandem postliminio, in publicum data sunt. Sic Vitæ plurimæ Sanctorum à seculis multis conscriptæ, operâ Patrum Societatis Jesu producuntur in opere *Acta Sanctorum*. Sic & alia passim in aliis operibus, aut seorsim, paulatim in lucem prodeunt, seculis aliquot, aut etiam millenario annorum spatio elapso ab istorum Auctorum obitu. Ita quoque illustrium Scriptorum Ordinis hujus monumenta præclara, præsertim Anglorum, hactenùs

(a) in Biblioth. Carm. sub initium.

ctenùs nondum excusa, delitescunt. Perutile autem est, memoriæ traditum manere, talia scripta ab istis elucubrata fuisse; ut, cùm prodeunt, testimonium habeant antiquitatis, & quòd genuini fœtus sint talium. Et hæc, inter cæteras, etiam una est utilitas catalogorum, de Ecclesiasticis Scriptoribus, & eorum lucubrationibus. Utilitates nonnullæ aliæ expressæ sunt hîc suprà (a) quæ permoverunt ad hos Manipulos colligendos; undè singularum nationum Religiosi Ordinis hujus deveniant in notitiam Scriptorum præcipuorum suæ nationis; ut eorum fiant æmulatores & quæ scripserunt, requirant, & legant: libros autem ab illis elucubratos, expressos reperient apud illos, qui sigillatim eos referunt, & etiam hîc indicantur. Iste autem nobis præstitus est, & servabitur ordo non tam antiquitatis Provinciarum, quàm situs regionum, procedendo à Terra S. ad Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Belgium, ac denique ad regna Britannica, Angliam, Scotiam, Hiberniam. Itaque quod hæc, aut illa regio, aut provincia præponatur, aut postponatur, nulli præjudicium esto.

(a) n. 2995.

MANIPVLVS I.

ex Terra sancta collectus.

3689. CArmeli Ordo in plures distinctus est Provincias, quæ inter prima est TERRÆ SANCTÆ, sub qua etiam erat Cyprus. Quantùm ad eos, qui scripserunt in Terrâ sanctâ, de vetustioribus hîc non agitur; quoad eos qui scripserunt post ejus per Godefridum Bullonium recuperationem; cùm Monasteria omnia à Saracenis eversa, aut igni tradita fuerint, & pariter monumenta antiqua interierint; hinc de Scriptis eorum, qui ante istam devastationem ibi vixerunt, pauca ad notitiam posterorum venerunt, præter *Statuta in Carmelo*, à S. BRO-CARDO edita, de quibus hîc suprà (b) & Librum *de processu Ordinis* à S. CYRILLO scriptum, & *Oraculum Angelicum* ab eodem S. Cyrillo litteris traditum, de quibus etiam in antecedentibus (c) & *vitam S. Angeli* anno Christi 1227. litteris commendatam ab ENOCH HIEROSOLYMITANO, de quo & vitâ illâ, etiam in antecedentibus (d) & *Chronicon*, seu *Chronica de multiplicatione Religionis Carmelitanæ per provincias Syriæ & Europæ* &c. per GUILIELMUM DE SANVICO: de quo etiam hîc suprà (e). Istis etiam accensendus GERARDUS à NAZARETH, *Galilæus, ex Eremita apud Nazareth, & in Montanis nigris Carmelitani, ut apparet, instituti, Episcopus Laodicensis, Græcè, ac Latinè eruditus. Claruit anno* 1140. *eo scilicet tempore, quo Aymericus Patriarcha Antiochenus quosdam Carmelitas Antiochiam secum ducens, in Montana Nigra collocavit.* Ita Segerus Pauli in *Catalogo Scriptorum illustrium Ordinis Carmelitani*: ejus scripta recenset Possevinus. In Cypro, inter alios, eruditione claros, prodiit NICOLAUS AUDETH, Prior Gen. Ordinis, in maxima temporum varietate, ab an. Christi 1524. usque ad finem an. 1562. de quo ista Possevinus: *Nicolaus * Audith, Cyprius, totius Ordinis sui Carmelitanorum, per annos plus minùs quadraginta, Generalis, Græcè, ac Latinè eruditus, Theologus verò insignis, multa ab his, qui eum noverunt, scripsisse fertur: in Magistrum Sententiarum: Conciones item, atque Orationes.* Provinciæ ejusdem Terræ sanctæ fuit verisimiliter JOANNES Episcopus Andrensis, circa annum Christi 1347. de quo hîc suprà (a).

Scriptores Ordinis in Terra sancta cur pauci noti.

(b) n. 2268.

(c) n. 1042. & seq.

(d) n. 1235.

(e) n. 3008.

* leg. Audeth.

(a) n. 3268.

3690. De B. JOANNE fratre S. Angeli, processo in Carmelo, deindè Patriarcha Hierosolymitano, & præfato ENOCH, ejus successore, etiam actum fuit in antecedentibus (b). Fuerunt autem duo isti Patriarchæ natione Hierosolymitani, Hierosolymis residentes, præsertim pro Syris, seu Græco-Syris; Latini autem Patriarchæ Hierosolymitani tunc residebant Achonæ. Sic etiam illis temporibus, & deinceps; duo fuerunt Patriarchæ Constantinopolitani, alter Græcus, Latinus alter, sicut plenius traditum est hîc suprà (c). De Joanne Hierosolymitano Præsule, ex Carmelo assumpto, etiam mentio fuit subindè in antecedentibus (d). Sed de aliis, ante Terræ sanctæ recuperationem præfatam, per Godefridum Bullonium, intentum non est, ulteriùs sermonem protrahere: satis sit, hîc commemorasse, quòd à primordiis Ecclesiæ, Carmelicolæ strenui fuêre in prædicanda Christi fide, Apostolorum coadjutores, sicut patet ex suprà dictis: (e) & deinceps, licèt semper id primarium in hoc Ordine habitum fuerit, Deo in silentio vacare, per continua orationis, ac contemplationis exercitia: atque adeò id cunctis fuerit commendatum, & conservatum, acsi id unicum fuisset, semper tamen fuêre, qui verbis, & scriptis etiam aliis prodesse (maximè exigente necessitate aliquâ) studuerunt, & quod in solitudine falce contemplationis suaviter messuerant, excussis granis in tritura prædicationis, largiflùè seminârunt.

(b) n. 1235.

(c) n. 1241. & 1242. & seq.

(d) n. 1967.

Ord. Carm. in Terra S. olim semper viri doctrina clari.

(e) tomo I. num. 207. & seq.

3691. Quantùm ad Præsules Ecclesiæ, ex Carmeli Ordine assumptos in Oriente, in Terra sancta, in Græcia, hîc suprà (f) audivimus Monachismum (qui olim potissimè Elianus erat) fuisse *Episcoporum sanctissimorum seminarium.* In Catalogo Præsulum, *libro 3. præcedenti*, mentio dumtaxat facta est paucorum (ob rationes ibi (g) expressas) videlicet S. CYRILLI Episcopi Alexandrini, doctrinâ (pariter & sanctitate) clarissimi, S. DIONYSII PAPÆ, S. SERAPIONIS Episcopi Antiocheni, S. SPIRIDIONIS Episcopi Trimythuntis, S. TELESPHORI Papæ. Vita cujuslibet istorum tradita est hîc suprà, *in parte IV.* hujus operis.

(f) n. 3141.

(g) n. 3149. in fine, & 3150. initio

MA-

Digitized by Google

MANIPVLVS II.

lectus ex Italiæ areolis eruditionis.

3692. TEmporibus sævissimarum persecutionum, circa annum Christi 639. (juxta S. Cyrilli supputationem) aut 636. (ut signat Cardinalis Baronius) inchoatarum per Homar, & continuatarum per ejus successores, quosdam ex Carmelo, aut Terra sancta in Italiam & alias nonnullas regiones, adventasse hujus Ordinis Eremitas, seu Religiosos, habetur ex variis authenticis monumentis fundationis variorum Conventuum. Porrò post annum Christi 1187. quandò de Christianis triumphavit Saladinus, & ipse, ac ejus successores Saraceni, seu Mahumetani, rursùs Hierosolymam, & Terram sanctam invadere, & occupare cœperunt, variis temporibus aliqui ex Carmelo, & Terra sancta, in Cyprum, ac in Siciliam transfretarunt, & loca, solitaria præsertim, acceperunt. Generalis autem Ordinis transmigratio facta fuit anno Christi 1238. ac sequentibus, sicut accuratè describit oculatus testis Guilielmus de Sanvico, qui vicinus istis temporibus vixit; cujus liber insertus est Tomo præcedenti (a). Exindè autem crescente numero Religiosorum, & Conventuum, ii distribui cœperunt in Provincias, quæ in Italia & insulis vicinis nunc sunt XIV. videlicet *S. Alberti* olim *Sicilia* nuncupata) *Romæ*, *Lombardiæ*, *Thusciæ*, *Venetiarum*, *Neapolis*, *Romandiolæ*, *S. Angeli*, *Apuliæ*, *Calabriæ*, *Aprutii*, *Sardiniæ*, *Montis Sancti*, *de la vita*. In quibus sanctitate, Episcopali dignitate, Apostolicis legationibus, eruditione singulari, & libris in publicam utilitatem scriptis hactenùs claruerunt complures. Quantùm ad eos, qui variâ eruditione præstantes, libris scriptis Ecclesiam illustrarunt, aut propugnarunt, tales celebrantur Michaël Ayguanus, seu de Bononia, *Theologus*, *Philosophus*, *& Canonista summus*: *Christianitatis luminare* (b) Baptista Mantuanus *in divinis Scripturis eruditissimus*, *in secularium literarum scientia nulli suo tempore secundus*, *Poëta celeberrimus*. (c) Laurentius Lauretus, & Joannes Antonius Bovius *omni scientiarum genere ornati*, (d) & complures alii, de quibus succinctè dumtaxat ob rationes suprà in Præfatione ad hanc partem, adductas, & nè plus æquo præsentis magnitudo voluminis excrescat.

(a) n. 399. & seq.

(b) vid. hìc suprà num. 3052. & seq.

(c) vid. sup. n. 3075.

(d) vid. n. 3306. & 3260.

3693. S. ALBERTUS DREPANENSIS inter Scriptores recensetur à Bostio, (e) Trithemio, (f) & Possevino, qui ista de ipso: *In Divinis Scripturis doctissimus*: & ex Hermanno Schedelio: *S. Albertus è Drepano*, *Carmelita*, *Siculus*, *vir meritis*, *signis*, *doctrinaque clarus*, *& totius perfectionis exemplar*. Vita ejus præcessit in parte IV. ad diem VII. Augusti.

(e) vid. hìc sup. num. 3006.

(f) n. 3070.

3694. ALOYSIUS seu LUDOVICUS SADOCH, de Panormo, Siculus, Provincialis Siciliæ multis annis, inter illustriores sui temporis habitus: de quo, & scriptis Gesnerus *in Bibliotheca*, & Lezana *in Annalibus ad annum* 1450. circa quem claruit, non autem 1350. ut erroneè in Gesnero.

ALPHIUS MATHIOLUS, Siculus, in divinis, & humanis litteris exercitatissimus, in Romana Sapientia publicus Professor, Procurator Generalis Ordinis. Claruit circa annum 1590. de quo & scriptis ejus Petrus Lucius, & Possevinus.

3695. S. ANDREAS CORSINUS (cujus vita tradita est *in parte IV. ad diem IV. Februarii*) à Bostio, Possevino etiam inter Scriptores refertur. (a)

(a) vide hìc suprà num. 3026.

ANGELUS CAPREOLUS, Brixiensis, Sacrarum litterarum studiosissimus, & in utroque Jure versatissimus, ut scribit Petrus Lucius (b) qui & de scriptis ejus, de quibus etiam Possevinus. Mantuanæ Congregationis Vicarius Generalis fuit electus an. 1479. Ita Lezana. (c)

(b) in Bibl. Carm.

(c) Lezana in Annal. Carm. ad an. 1479.

3696. ANGELUS * CASTILIONÆUS, Patricius Genuensis, S. Theol. Doctor insignis, in declamandis ad populum sermonibus disertus & eloquens: de cujus scriptis ad instantiam Cardinalis Palçotti elucubratis, & curante S. Carolo Borromæo typis traditis, Possevinus.

* al. Castiglioni.

ANGELUS CORADELLUS, Brixianus, Doctor Sacræ Theologiæ Parisiensis, & Bononiensis, ingenio clarus, & sermone disertus: Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ. Floruit an. 1530. De ejus eruditis lucubrationibus agit Possevinus.

3697. ANTONIUS AVERARIUS, vir eruditus, sicut testantur scripta ejus, edita anno 1509. de quibus Gesnerus, Possevinus &c. Mantuanæ Congregationis Vicarius Generalis electus fuit anno Christi 1511. (d)

(d) Ita Lezana in Annal. ad an. 1511. n. 6.

ANTONIUS FIDEI, Florentinus, illustris in Concilio Constantiensi, de quo hìc suprà (e) de cujus eruditione, & scriptis Gesnerus, Possevinus, & Lezana (f) annotans errorem quorumdam de tempore quo claruit.

(e) n. 3169.

(f) in Annal. ad an. 1412. n. 6.

3698. ANTONIUS MARINARIUS, Doctor Theologus percelebris, Procurator Generalis, qui in Concilio Tridentino rarum ingenii, & memoriæ exemplum præbuit, dum ad quinquaginta usque hæreticorum argumenta ex ordine recensens, eorumdem rationes & auctoritates adducens, demùm ordine retrogrado ab ultimo ad primum usque clarissimis Scripturis, & rationibus confutavit, & elisit. Ita Petrus Lucius. De ejus scriptis etiam agunt Sixtus Senensis, & alii: singulariter commendatur opus: *Consonantiæ Iesu Christi*, *& Prophetarum*, distributum in tres libros: in Concilio Tridentino bis habuit Orationem ad Patres, videlicet Dominica 4. Adventus, & Dominicâ 4. Quadragesimæ: utraque extat typis excusa in Actis Concilii Tridentini, editis Parisiis anno 1672. (g) De ejus pronepote, ejusdem nominis, Episcopo Tagastensi, adhuc

(g) col. 999 & 1033.

Digitized by Google

adhuc superstite, egimus hîc suprà (a) ubi etiam de ejus eruditionis monumentis, in lucem editis, de quibus etiam infra.

(a) n. 3170.

Antonius Riccius, è Novellaria, vir insigniter eruditus, qui perutilia, & uberrima scripsit, teste Possevino, designante loca, & tempora, quibus typis edita sunt.

3699. Baptista Mantuanus, de cujus eruditione, & pietate, quædam adducta sunt hîc suprà, ex Trithemio (b) & ex Petro Canisio, Baronio, atque aliis (c). Operum ejus, Antuerpiæ anno 1576. in quatuor Tomis editorum catalogum habet Antonius Possevinus, in Apparatu, verbo: *Baptista cognomento Hispaniolus*, civitate Mantuanus: sub finem addit: *Scripsêre in ejus libros commentaria, Murro, Brantius, Ascensius, quæ Parisiis edita sunt anno 1513. De illo autem perhonorificum reddidêre testimonium Ioannes Picus Mirandulanus, Ioannes Iovianus Pontanus, Beroaldus, Ioannes Trithemius, Petrus Lucius, Petrus Canisius noster, Cæsar Cardinalis Baronius, & plerique alii.*

(b) n. 3075.
(c) n. 3427.

3700. Basilius Angussola, Cremonensis, ex illustri familia Angussolana, almi Romani Collegii sacræ Theologiæ Professor egregius, decus Patriæ, & insigne Religionis nostræ ornamentum, vir in divinis & humanis litteris felicissimè versatus, Deo devotus, & conversatione venerabilis, doctissimas quasdam in rebus Theologicis, & Philosophicis *Lectiones*, nec non *Sermones, Collationes, Tractatus* conscripsit. Ita Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana.*

3701. Bernardinus Landuccius, Senensis, Generalis Ordinis: de cujus opusculo, *tholè exiguo, eruditione magno* Possevinus.

3702. Bernardus Ayguanus, Bononiensis. Claruit anno 1390. Ita Possevinus referens quæ scripsit: Doctor fuit Parisiensis, verbi Dei præco disertissimus, ut scribit Lezana (d).

(d) in Annal. ad an. 1386.

Bernardus de Roma, de quo, & ejus eruditione, scriptis, & dignitate, hîc suprà (e).

(e) n. 3184.

3703. Christophorus Martignonus, Brixiensis, Doctor Theologus, Ordinis Generalis, Legatus Apostolicus Sixti IV. Decessit Romæ anno 1481. die 16. Maji: de cujus scriptis Possevinus.

Christophorus Sylvestranus, Veronensis, Theologus, Patavii, & alibi Regens, Ecclesiastes insignis: varia eruditionis ejus opera recensent Petrus Lucius (f) & Possevinus (g) cum designatione, ubi, & quando edita: inter præcipua habetur *Theologia quadripartita*, edita Veronæ an. 1591. & 1598. &c. Claruit potissimè sub finem seculi XVI. Pisis obiit an. 1608.

(f) in Bibl. Carm.
(g) in Appar. Sacro.

3704. Desiderius de S. Martino, natione Siculus, patriâ Panormitanus, Theologus percelebris; & ideò à Rege Catholico Philippo missus ad Concilium Tridentinum.

Elias Carnivalius, Conventûs Cremonensis singularis splendor, totiusque Carmelitanæ Religionis egregium decus, Sacræ Theologiæ Professor eximius, ac sanctæ Provinciæ Syriæ Prior Provincialis dignissimus: vir in temporalibus ac spiritualibus industrius ac ingeniosus. Ita Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana.*

3705. Eugenius Spinellus a Bollano, Florentini Collegii Professor collegiatus, vir eruditus, & pius, in Sacris & Philosophicis litteris apprimè versatus. Petrus Lucius *ibidem.*

Franciscus Sixtus, Neapolitanus, variâ eruditione celebris. Scripta ejus, & ubi edita, refert Possevinus.

Franciscus Zambertus, Venetus, Sacræ Theologiæ Doctor egregius, publicus Papiæ, & Patavii Professor: de quo, & scriptis ejus Petrus Lucius, & Possevinus.

3706. Gerardus de Bononia, de quo Bostius, & Trithemius hîc suprà (a) Fasciculus temporum Werneri Carthusiensis sic ejus meminit: *Gerardus de Bononia Ordinis magnæ Mariæ de Carmelo Parisii, doctrinâ spinione celebris, post complurium librorum editionem in Avinione vitam exuit.* Ejusdem doctrinam commendant alii, tam nostri quàm exteri. Obiit anno Domini 1317. die 17. Aprilis. Plura de ejus eruditione, & officiis videri poterunt apud Lezana (b).

(a) n. 3010. & 3081.

(b) in Annal. ad an. 1317. n. 4. vid. Indic. verbo: *Gerardus de Bononia.*

3707. Jacobus a Leocata, natione Siculus, vir eruditissimus, Sacræ paginæ Doctor, percelebris, præterquàm diversis in Collegiis præsertim Patavino, Senensi, ac Florentino, docuit: etiam nonnulla clarissimi ingenii sui monumenta calamo tradidisse fertur, de quibus Possevinus.

Jacobus de Rhegio in Scripturis doctissimus: de quo Trithemius hîc suprà (c) & Bostius (d).

(c) n. 3090.
(d) n. 3058.

3708. Joannes Andreas Secabos, Veronensis, Doctor, Poëta Laureatus, & Orator celeberrimi nominis: ut propterea Pontificius Orator fuerit, ac librum ediderit Orationum coram Pontifice habitarum, de quo & aliis scriptis ejus Gesnerus, & Lezana (e) atque alii.

(e) in Annal. ad an. 1489. n. 6.

Joannes Baptista Caffardus, Senensis, Sacræ Theologiæ Doctor insigniter eruditus, ingenio acri, sermone compositus, Prior Generalis multis annis. Obiit die 3. April. an. 1592. De scriptis ejus agunt Petrus Lucius, & Possevinus.

3709. Joannes Baptista Rubeus, Ravennas, Philosophus, & Theologus insignis, Græcè pariter, & Latinè doctus: inter ea, quæ eruditè scripsit, ut Possevinus ait, Thomæ Waldensis opera, additis scholiis, prælo iterum magnâ cum laude subjecit. Generalis Ordinis fuit, tempore S. Teresiæ, quam ipse in Hispaniam profectus sæpè invisit, juvit, animavit, & defendit, sicut ipsa, & alii testantur, verbis suprà in Prologomenis ad vitam S. Teresiæ adductis (f). Vitâ functus est Romæ anno 1578. die 5. Septembris: ut scribit Petrus Lucius. (g)

(f) n. 2313. & 2326. & seq. & 2331.
(g) in Bibl. Carm.

Joannes Maria Polutianus de Novola-

Digitized by Google

volaria, Theologus Bononiensis: undequaquè doctus, & Philosophiæ scrutator acutus. Quæ ad Ordinis, & sui commendationem, ac aliorum utilitatem scripsit, tradunt Possevinus, Biscarretus, & Lezana, qui annum obitûs ejus assignat 1505. (a)

(a) Lezana in Annal. ad an. 1498. n. 5.

3710. Joannes Maria Verratus, Ferrariensis, Carmelita, Theologus piè sanctèque doctus, & declamator Italicâ linguâ nobilis, edidit ad Hippolytum Estensem Card. amplissimum in quinque capita Matthæi, *enarrationes locupletissimas, in quindecim libros digestas, quæ totam Euangelicam legem pulcherrimè complectuntur, disputationibusque adversùs falsa Lutheri dogmata referta sunt.* Ita Sixtus Senensis. Possevinus alia ejus opera, in sex Tomos distributa, recenset, aliquoties Venetiis excusa: Denique addit, eum obiisse anno 1565.

Josephus Falconius, sive à Falconibus, Provinciæ Lombardiæ, Theologiæ Professor insignis, cœnobii Placentini Prior: de ejus scriptis agunt Petrus Lucius, & Possevinus.

3711. Julianus Brixiensis, seu de Brixia, virtute, & eruditione præclarus, Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ electus an. 1465. Ita Lezana ad istum annum. Agunt etiam de illo Possevinus, & Biscarretus.

Laotantius Domanius, Mantuanus, Theologiæ Doctor egregius, Orator celebris, & in omni penè scientiarum genere feliciter versatus, Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis, insignè edidit opus *de Providentia Dei* in Tomos duos distributum, Mantuæ prælo subjectum: de quo, & aliis Petrus Lucius, & Possevinus.

3712. Laurentius Lauretus, Provincialis Venetæ Provinciæ, deindè Procurator Generalis, tandem Episcopus, de quo hîc suprà. (b) Catalogum operum ejus texit Possevinus. Sapientiæ eximiæ laude emicuit in Concilio Tridentino.

(b) n. 3306.

Leo Sangellettus, ut habet Possevinus, seu ut Petrus Lucius, à Sangallettis, Florentinus, non minùs pietate, quàm eruditione per Etruriam celebratus: de cujus scriptis præfati Auctores.

Lucretius Tyroboschus, Asulanus, vir eximiâ vitæ integritate, Theologus, & Philosophus insignis, Tridentino Concilio interfuit, cum Patriarcha Venetiarum, de cujus ingenii monumentis Sixtus Senensis, & latiùs Possevinus.

3713. Martinus de Bergamo, vitæ probitate, & eruditione clarus, anno Christi 1473. Bononiæ primùm electus Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ, ac deindè sæpiùs eodem munere functus: de quo aliquoties P. Lezana in Annalibus. (c)

(c) in Annal. ad an. 1473. n. 6. & alibi.

Martinus * Italus, vir doctus, & eloquens, de quo Petrus Lucius, & Possevinus: Opusculum ejus *de titulo, Sanctis & Doctoribus Ordinis Carmelitani*, cujus istî meminerunt, habemus in Belgio in volumine MS. variorum Auctorum collectorum per Joannem Palæonydorum alumnum Conventûs Mechliniensis.

* à nonnullis cognominatur Persona.

3714. Matthæus Bononiensis, seu de Bononia, ejus frequens mentio est in Actis Capitulorum generalium, primùm Lector Bibliorum Parisiis, deindè Provincialis Tolosanæ Provinciæ, ac postea iteratò Provincialis Provinciæ Bononiæ: denique totius Ordinis Generalis: de cujus scriptis etiam Possevinus, Lezana in Annalibus ad annum Christi 1412. & alii.

3715. Michael Aroanus, seu *de Aygnano* (nonnulli scribunt *Angrianus*) patriâ etiam nuncupatus, *Michael de Bononia*, Doctor Parisiensis, celebratissimi nominis, Generalis Ordinis: de quo Bostius, & Trithemius hîc suprà (a). Sixtus Senensis *libro 4. Bibliothecæ Sanctæ*, ejus doctrinam commendat: *Theologus, Philosophus, & Canonista summus* ... Wernerus Carthusiensis (b) eum nuncupat, *totius Christianitatis luminare*. Præclara volumina, Theologica, Juridica, Philosophica commemorant Trithemius, Possevinus, & alii, apud Lezana in Annalibus, ad annum 1400. quo obiisse traditur die 16. Novembris.

(a) n. 3052, & seq. & 3122.

(b) in Fascic. temp. ad an. 1414.

3716. Nicolaus * Aurificus, Bonfilius, Senensis, Sacræ Theologiæ Professor eximius, in divinis humanisque studiis feliciter versatus. Plurima tùm Latinè tùm Italicè in communem Ecclesiæ utilitatem conscripsit volumina. Ita Petrus Lucius *in Bibliotheca Carmelitana*: ubi consequenter texit catalogum longum operum ejus, quæ etiam recensentur à Possevino, cum designatione locorum, ubi typis edita sunt: præcipuum opus censetur: *Summa Theologiæ moralis*, dicta *Aurifica*. Fuit S. Theol. Magister, patrii Conventûs Prior, Tusciæ Provincialis. Obiit Senis anno 1501.

* al. Aurifex.

Nicolaus Ritzonis, Siculus: de cujus eruditione, & scriptis, Bostius & Trithemius hîc suprà (c) Possevinus, & alii.

(c) n. 3056. & 3125.

3717. Paulus Bisconttus, Siculus, Episcopus Mazarensis, ac deindè Archiepiscopus Panormitanus: de quo Trithemius, Possevinus, & alii: vide hîc suprà (d).

(d) n. 3327.

Paulus Perusinus, de quo, & magnæ auctoritatis opusculis ab eo editis, Trithemius: hîc fuit ex nobili familia de Bontemps, & ante Religionis ingressum Juris Doctor, ac publicus Professor, sicut refert Lezana in Annalibus (e).

(e) ad an. Chr. 1344. n. 4.

Paulus Donatus, aut ut alibi legitur, *Io. Paulus Donatus*, Theologus absolutus & Philosophus profundus, multæ & variæ lectionis & eruditionis extitit, ut declarant opera nonnulla typis excusa Florentiæ in officina Torrentini Belgæ, anno 1569. inter ea *Libri duo Solutionum ad Contradictiones Aristotelis & Divi Thomæ Aquinatis*, sunt dedicati Pio V. Pont. Max. Ita Petrus Lucius.

3718. Petrus Nebularius seu *Nevolarius*, discipulus Baptistæ Mantuani, qui in ejus obitum carmen lugubre cecinit: illius

Digitized by Google

insignem eruditionem & eloquentiam deprædicat Pet. Lucius, de quo & Possevinus.

Petrus Traversinus, Mantuanus, S. Theologiæ Doctor percelebris, Divinarum & humanarum litterarum cognitione præstans, *complura scripsit, distributa in Tomos quinque*: quorum prolixus index à Petro Lucio traditur in *Carmelitana Bibliotheca*, & à Possevino *in Apparatu sacro*.

Philippus de Ferrario, Siculus, de quo & scriptis Trithemius, Possevinus, & plura hîc suprà ubi de Episcopis.

3719. Sebastianus Avezzanus, Cæsenas, Sacræ Theologiæ Professor egregius, bis suæ provinciæ Romandiolæ Prior Provincialis, morum & vitæ sanctimoniæ opinione clarus. Ita Petrus Lucius. Opera quæ edidit refert Possevinus; obitum ejus adscribens anno 1580. in Julio.

Stephanus Facinus, Doctor Theologus insignis: Concilio Tridentino interfuit, allegatus à Pio Quarto Pont. Max. præcipuisque in suo ordine muneribus functus est: de quo plura Possevinus.

Theodorus Masius, Congregationis Mantuanæ, Theologicâ scientiâ, & variâ eruditione clarus. Concilio Tridentino interfuit, & in eo habuit Orationem Dominicâ 4. Quadragesimæ, cujus initium est. *In Sacris Ecclesiæ ritibus* &c. typis excusa est in Actis Concilii Tridentini, typis editis Parisiis anno 1672. sub hoc titulo: *Sacrosancta Concilia* (a).

(a) Tom. 14. Col. 1262.

3720. *Et ista hactenùs de præcipuis, nobis notis, Scriptoribus in Italia seculis anterioribus. Quantùm ad eos, qui hoc seculo præsenti XVII. ab anno 1600. scripserunt in Italia, nobis innotuerunt subsequentes.*

3721. Albertus Barra, Neapolitanus, Sacræ Theologiæ Doctor Collegii Patrii academici, ibique Curiæ Archiepiscopalis Theologus deputatus, nec non librorum revisor, insignis item Concionator: Sacram Theologiam Regens docuit in patrio Conventu Neapolitano, item & Patavii, ubi obiit die 20. Octobris 1665. Edidit Italicè *Compendium vitæ B. Mariæ Magd. de Pazzis*: Neapoli 1627. in 4. & alia opera.

Albertus Draghius, vulgò *Draga*, Brixiensis, Congregationis Mantuanæ alumnus, Sacræ Theologiæ Magister, & Professor, in patrio urbis Gymnasio & Bononiæ: post alia munia, obiit anno 1626. Scripsit diversa Opera sub titulis *Prosarum*, sex partibus, seu voluminibus distincta, diversis in locis edita. Item *Dialogos* tribus aliis voluminibus absolutos: nec non alia minora Opuscula typis commissa. Laudatur ab Octavio de Rubeis (b).

(b) in Elogiis histor. Brixian. pag. 231.

3722. Albertus Lazarus Romanæ Provinciæ alumnus, Veneti Conventûs diu incola; ubi & obiit die 8. Decembris 1675. Scripsit Italicè *Motiva ferè omnium bellorum Europæ, aliarumque Mundi partium ab anno* 1494. Opus integrum sex tomis ab ipso ideatum est, ex quibus tres lucem viderunt: Venetiis in 4.

Albertus Scachinus, Parmensis Congreg. Mant. alumnus S.T.M. sanctæ Inquisitionis in patria Consultor, ubi & obiit 26 Octobris 1676. Scripsit Italicè opus sub titulo: *Obscuritas illuminata, & illuminans, ex triumpho funebri sepulchri glorioſi Redemptoris nostri*, tribus partibus distinctum: Parmæ 1658. in 4.

3723. Andreas Angelettus, Romanus, Sacræ Theologiæ Magister, & Prior Provincialis, cùm patriæ Provinciæ, tum Aprutinæ. Edidit *vitam S. Canuti Martyris, Regis Daniæ*: Romæ 1667. in 4. Primum Italicè, iterum Latinè ibi eodem anno. Vivit adhuc. * *hoc an. 1677.

Andreas Ferraro, Siculus, à Castro regali Diœcesis Messanensis, Provinciæ Reformatæ primi Instituti Alumnus, S. Theologiæ Professor, semel & iterum Prior, nec non prædictæ Provinciæ Provincialis, vertit latinè extases mirabiles S. Magdalenæ de Pazzis, sub titulo: *Intelligentiarum divinarum B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum Libri septem*. Neapoli 1676. in folio. Item alia opera Italicè edidit. Vivit adhuc. * *hoc an. 1677.

3724. Andreas Lao, Siculus, Catanensis, die 13. Februarii 1614. natus, S.T.M. & publicus Patavii Sacrarum litterarum interpres, Provinciæ S. Alberti in Sicilia Prior Provincialis, & totius Religionis Procurator Generalis; item in Urbe SS. Congregationum Inquisitionis Qualificator, & Rituum Consultor, nec non beneficiorum Examinator: Obiit Genuæ die 23. Decemb. anno 1675. Scripsit & publici juris fecit *opera Theologica tomis quatuor in folio super primam partem, & primam secundæ D. Thomæ*: Genuæ 1650. 52. 53. & 1656. Item alia opera.

Andreas Mastellone, Neapolitanus, Sacræ Theologiæ Magister, & Regens in patrio *S. MARIÆ A VITA* Cœnobio. Scripsit Italicè *narrationem historicam de Conventu, ac Ecclesia Monialium Carmelitarum S. M. Magd. de Pazzis Neapoli* &c. ibi 1675. in 4. Item alia opera: Vivit adhuc. * *hoc an. 1677.

Andreas de Monaca Brundusinus, Sacræ Theol. Magister, & Regens, patrii Cœnobii Prior, & suæ Provinciæ Apuliæ Provincialis, nec non in Sicilia Visitator Generalis. Scripsit Italicè *Historiam Vrbis Brundusii*: Lycii 1675. in 4. item alia opera. Vivit adhuc.

3725. Alexius Porrus, Italus, Mantuanus, Congregationis item Mantuanæ alumnus, cujus primùm Procurator Generalis nec non Vicarius Generalis extitit, S. Theologiæ Magister, sancti Officii Inquisitionis Consultor, & in patria Synodalis examinator: ibi obiit anno 1609. scripsit *Vas veritatis*: Venetiis 1597. in 4. *Antidotarium contra dæmones*, ibidem 1601. in 4. & alia opera. Laudatur ab Hyppolito Donesmundo (a).

(a) parte 2. Historiæ Mant. l. 10. pag. 435.

An-

* & Merli.

ANGELUS MERLUS seu *Merulus*, vulgò * *Merlo*, Italus ab Oppido Dorno Diœcesi Papiæ, unde *Papiensis* dictus, S. Theol. Magister, & publicus primarius Professor per longam annorum seriem in Papiensi Academia, item Lombardiæ Provincialis: Papiæ obiit die 2. Februarii 1649. Scripsit, id est, traduxit in Italicum idioma *Conceptus de divino amore*, à D. Teresia Hispanicè scriptos: Papiæ 1623. in 8. & alia opera edidit. Meminit Angeli *Bibliotheca Hispana* in elogio D. Teresiæ.

3726. ANGELUS MINECUCCIUS, ab oppido Canepinæ Diœcesis Hortanæ, non longè ab Urbe, S. T. M. patrii Conventus rector, & pluribus modis auctor, itemque Romæ Cœnobiorum sancti Martini, & Transpontinæ Prior, nec non Provinciæ Romanæ Provincialis: obiit in patria die 26. Martii 1630. Scripsit *Meditationes* 92. quas opusculo de Oratione B. Petri de Alcantara, operâ suâ correcto, notationibus, & citationibus ornato, adjunxit: Romæ 1600. in 16.

ANGELUS DE NEPOTE, Italus, ab oppido Montis-Calerii, Taurinensis agri, S. T. M. & Regens Papiæ ac Patavii, nec non Lombardiæ Provincialis, atque Carolo Emanueli Sabaudiæ Duci à sacris Confessionibus: obiit die 16. Decembris exeunte an. 1623. Scripsit *Erotemata Sacramentorum*: Papiæ 1595. in 4. & Javerini 1614.

ANGELUS PIUS CHIAPPANUS Mediolanensis S. T. M. & publicus primarius Professor in Academia Papiensi, nec non Lombardiæ Provincialis, vir magnæ auctoritatis, magnique habitus in patria, ubi & obiit die XX. Augusti 1663. Scripsit *Conciones de B. Ambrosio Sansedonio, & S. Carolo Borromæo*; Cremonæ 1623. & Mediolani 1643. editas.

3727. ANTONIUS MARINARIUS, junior, jam descriptus in Catalogo Episcoporum. Edidit opus sub titulo: *Verus Augustinus adversùs Ianſenium*: tom. 1. Velitris 1669. in 4. ibi tom. 2. anno 1677. in 4. & alia opera molitur.

ARCHANGELUS PAULIUS, Florentinus, patrii Cœnobii Prior, ibi, & alibi Novitiorum Magister, & tandem in patria mortuus 4. Januarii 1635. Scripsit accuratè *Directorium Chori juxta Ritum Ord. Carmelit.* Neapoli 1614. in 4. Item alia opera.

3728. AUGUSTINUS BISCARETTUS, S. T. M. missus Pragam Commissarius Generalis Provinciæ Boëmiæ, in ea urbe anno 1639. obiit 4. Octobris. Scripsit *Relationem pro Canonizatione S. Andreæ Corsini Ord. Carmelitarum*: Romæ 1624. in 4.

AUGUSTINUS GUARDUS, Mantuanus, & Congregationis Mantuanæ alumnus. Scripsit *miraculu B. Virginis de monte Carmelo*, ex variis auctoribus collecta. Brixiæ 1611.

AUGUSTINUS SCHIAFFINUS, Genuensis, & Cœnobii montis Oliveti in ora Ligusticâ alumnus, & Prior, Poëta non ignobilis, rerumque historicarum patriæ singulariter peritus: obiit in prædicto Cœnobio die 20. Martii 1649. ætatis supra 70. Scripsit *diversa poëmata* typis edita Genuæ. Item MSS. reliquit *Annales Ecclesiasticos Genuenses quinque tomis in folio absolutos.*

3729. BASILIUS CAVARRETTA, Siculus, Drepanensis, nobili genere procreatus, S. T. M. patrii Conventûs Prior, & Provinciæ S. Angeli Provincialis, nec non S. Officii Inquisitionis Consultor. Scripsit *historiam de Imagine B. Virginis Drepanensis*, Panormi 1656. in 4.

CAMILLUS VISCHUS, Tranensis, patriciâ gente ortus, S. T. M. Provinciæ Apuliæ semel & iterum Provincialis, cum Neapoli in majori Cœnobio Commissarium Generalem ageret, obiit mense Julii 1656. Scripsit. *Novendialem cultum expectationis partûs S. Annæ* Trani 1647. in 12.

3730. CHERUBINUS FERRARI, & *Legnani*, Mediolanensis, Congregationis Mantuanæ alumnus, S. T. M. nec non Theologus Ducis Mantuæ, ac diversis in locis Prior. Scripsit *historiam miraculosæ Imaginis B. Virginis apud Vicum novum* in Pedemontio repertæ, & asservatæ. Taurini 1614. in 12. Item alia opera publicavit.

CHRYSOSTOMUS MARASCA, Cremonensis, S. Theologiæ Doctor, *illustrator operum Ioannis Bachonis*, ejus etiam operâ Cremonæ editorum anno 1618.

3731. CLEMENS COPPOLA, Neapolitanus, S. T. M. obiit in patria die 31. Julii 1647. Scripsit *Hierologiam de Mysteriis Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti*, super Prosam D. Thomæ Aquinatis. *Lauda Sion Salvatorem.* Neapoli 1630. in 4.

CLEMENS GHERARDINUS, Parmensis, S. T. M. & Regens, Conventûs patriæ Prior, & totius Congregationis Mantuanæ Definitor Generalis: obiit in patria an. 1615. Scripsit *Orationes de B. Petro Thoma*, Bononiæ 1576. 1578. in 4. Latinè.

3732. CYRILLUS GIAIMO, ex oppido S. Laurentioli, Cœnobii patrii, atque Neapoli in illo *S. Maria à Vita* Prior: obiit in patria 12. Julii 1656. Scripsit Italicè *Compendium Meditationum, quatuor partibus distinctum.* Neapoli 1640. Item alia opera.

CORNELIUS GUARGUANTUS, Soncinas, ex Diœcesi Cremonensi, S. T. M. & Regens, in patria, Romæ, & alibi Prior, nec non Definitor Generalis Congregationis Mantuanæ: obiit Mantuæ anno 1602. Scripsit *Orationes Latinas de D. Hieronymo, & B. Petro Thoma.* Bononiæ 1575. & 1592.

3733. DOMINICUS ANTONIUS, Basile, ex oppido Crypsaliarum, Diœcesis Tarentinæ, S. T. M. obiit Tarenti 30. Augusti 1670. Scripsit *Collectanea Compositionum ad festivitatem Canonizationis S. M. Magd. de Pazzis.* Romæ 1669. in 4.

DIONYSIUS SOLERTI, ex oppido Clusone, in districtu Bergomensi, Congregationis Mantuanæ Alumnus, obiit Bergomi post annum 1630. Scripsit versu Italico, *Psalterium Decachordum super Magnificat.* Bergomi 1629. Item alia opera.

ELI-

Digitized by Google

3734. Eliseus Rusconus, Astensis S.T. M. Papiæ Regens, obiit Mediolani an. 1630. Scripsit Latinè *de præstantissima Phœnicis generatione.* Placentiæ 1623. in 4.

Eliseus Vassallus, Italus, ab oppido Calvello Diœcesis Materanæ, Aversæ, & Neapoli in Cœnobio Concordiæ Prior. Scripsit Italicè *Lilium candidum, Virginitatis Symbolum,* Neapoli 1647. in 16. item aliud opus.

3735. Felix Bonastres, Siculus, Panormitanus, Provinciæ primi instituti, sub titulo *Montis-sancti,* alumnus, S. Officii Inquisitionis in Regno Siciliæ Consultor, Qualificator, item Bononiæ Prior. Edidit Italicè *Conciones octo de S. Ioanne Baptista,* in Templo Metropolitano habitas. Florentiæ 1677. in 4. Item alia opera concionatoria. Vivit adhuc.

Ferdinandus Tartassia, ab oppido Medicinæ Diœcesis Bononiensis, S.T.M. & publicus Metaphysicæ Professor in Urbis gymnasio, suæ Provinciæ Romandiolæ Provincialis, Cœnobii Transpontini de Urbe Prior, & Sacræ Congregationis Indicis Consultor. Scripsit Italicè, sed suppresso nomine, *expositionem Vineæ mysticæ* in præfata Ecclesia Transpontina, propositæ, occasione solemnitatis S.M. Magd. de Pazzis Carmelinæ, in Sanctarum numerum relatæ: Romæ 1669. in 4. vivit adhuc. * hoc an. 1677.

3736. Franciscus Mauritius Passerone, Taurinensis. Scripsit Italicè *Vitam S. Magdalenæ de Pazzis Virginis Carmelinæ.* Taurini 1669. in 12. Item aliud opus. Vivit adhuc.

Franciscus Mondini, Venetus, S. T. M. nec non Venetæ Provinciæ Provincialis. Scripsit Italicè opus sub titulo: *Carmelus favoribus illustratus.* Venetiis 1675. in 16. vivit adhuc. * * hoc an. 1677.

Franciscus Voersius, à Cherasco. Diœcesis Astensis, S. T. M. ad plures annos Secretarius Generalis, nec non Procurator Generalis totius Ordinis; cum esset Vicarius Provincialis Pedemontii, obiit Doliani 12. Februarii, 1634. Scripsit Italicè *Historiam suæ Patriæ*: Monte regali 1618. in 4. *Symbolum adventûs Messiæ Christi Domini,* ibi 1622. in 4. Item alia opera.

3737. Gabriel Ferrus, Bononiensis, Congregationis Mantuanæ alumnus, ejusque in Curia Romana Procurator Generalis, item Conventûs Patriæ Prior. Scripsit Italicè diversa opera spiritualia *de Confraternitate, Indulgentiis, & veneratione Sacri Scapularis Carmelitani:* item *de Sanctis ejusdem Ordinis*: Bononiæ 1656.

Georgius Serarhinus (Serapinus Georgius nuncupatus) Lucensis, Congregationis Mantuanæ alumnus, S. T. M. & Regens Bononiæ, item in Patria Prior, nec non Examinator Synodalis, & quondam Ferrariæ S. Officii Inquisitionis Consultor. Scripsit Italicè diversa opera spiritualia *pro instructione pœnitentium,* item & *Confratrum Sacri Scapularis.* Bononiæ 1647. Lucæ 1664. vivit adhuc.

Gregorius Sebenicensis, Dalmata, ab urbe cognomine Sebenico, S.T.M. & Cœnobii Veneti Alumnus, item Prior; ibi & obiit anno 1676. Scripsit Latinè *Novam Concordiam divinæ prædestinationis cum libertate voluntatis creatæ*: Venetiis 1665. in 12.

3738. Hieronymus Aymo a S. Clemente, Taurinensis, in ea urbe natus 21. Novembris 1625. S.T.M. in Urbe, & Neapoli Regens, suæ Pedemontanæ Provinciæ electus Provincialis hoc anno 1677. Scripsit primus *Cursum Philosophicum juxta doctrinam Bacconis,* Doctoris sui Ordinis, tribus partibus, seu voluminibus distinctum: Taurini 1668. in 12.

Jesualdus Guarnerius, Siculus, Catanensis, Provinciæ reformatæ primi instituti alumnus, & Conventûs Montis sancti de urbe Vicarius, ubi obiit die 7. Novembris 1649. Scripsit Latinè *Deplorationes sacras animæ pœnitentis.* Romæ 1643. in 16.

3739. Joannes Antonius Bovius, Novarensis, Carmelitici Ordinis illustre sidus, de quo, & præstanti ejus eruditione, ac scriptis, quædam dicta sunt hîc suprà (a): plura videri poterunt in *Bibliotheca Ecclesiastica* Auberti Miræi (b). (a) n. 3269. (b) parte 2. cap. 191.

Joannes Antonius Fiorítus, Lucensis, S. T. M. & Secretarius Generalis Ordinis. Scripsit Italicè *Relationem festivitatis pro Canonizatione S. Magd. de Pazzis*: Cremonæ apud Carmelitas peractæ. Ibi 1670. in 4.

Joannes Antonius Perottus, Italus, ex oppido Doliani Diœcesis Salutiensis, S. T. M. & diu publicus Professor in Universitate Taurinensi, nec non Serenissimi Ducis Sabaudiæ Theologus, item Romæ apud Transpontinam Prior: obiit Taurini anno 1623. Scripsit *Compendium vitæ B. Teresiæ*: Taurini 1612. in 8. Item alia opera.

3740. Joannes Antonius Philippinus, Romanus, S. Theol. Mag. Prior Conventus S. Martini de Urbe, Procurator Generalis; item & Prior Generalis totius Ordinis: obiit ad S. Martinum in Urbe die 7. Augusti 1657. Scripsit Italicè *Historiam Ecclesiæ & Conventûs S. Martini de Vibe Ord. Carm.* Romæ 1639. in 4. item Italicè *vitam S. Angeli.*

Joannes Baptista Mannus, Siculus, Drepanensis, & Conventûs patrii Prior, ibi obiit 25. Novembris 1646. Scripsit Italicè *Relationem de Imagine Beatissimæ Virginis Drepanensis*: Panormi 1634. in 8.

3741. Joannes Petrus Grimaldus, Genuensis, natus Modoëtiæ, insigni urbe, Diœcesis Mediolanensis, S. Theol. Magister, Patavii & in Urbe Regens, patrii Conventûs Genuæ Prior, in Provincia Germaniæ inferioris Commissarius Generalis, item & Genuæ S. Officii Inquisitionis Consultor, ubi etiam obiit anno 1631. Scripsit *Orationes Latinas, habitas Romæ in Sacello Pontificio coram Paulo V.* Ibi 1613. in 4.

Joan-

Digitized by Google

JOANNES STEPHANUS BARBERIUS, ab oppido Villa-Franca, Diœceſis Taurinenſis, S.T.M. & publicus Metaphyſicæ Profeſſor in Romano Gymnaſio, nec non totius Ordinis Procurator Generalis: Romæ obiit die Paſchatis 1628. Scripſit Italicè *Confutationem Reſponſionis adversùs cenſuras Pauli V. in Statu Veneto.* Romæ 1607. in 4.

3742. JOSEPH M.ª FORNARA, Mediolanenſis, Sacræ Theologiæ Magiſter, & publicus Philoſophiæ Moralis Profeſſor in Academia Ticinenſi. Scripſit Italicè *Relationem feſtivitatis pro Canonizatione ſanctæ Magdalenæ de Pazzis*, Mediolani apud Carmelitas peractæ. Ibi 1669. in 4. Item alia opera. Vivit adhuc.

JOSEPH M.ª QUILICUS, Lucenſis, ſacræ Theologiæ Magiſter, & patrii Conventûs Congregationis Mantuanæ Prior, Examinator Synodalis in patria urbe. Scripſit Italicè ſub titulo, Legatus Apoſtolicus, *Vitam B. Petri Thomæ Patriarchæ Conſtantinopolitani:* Lucæ 1674. in 12. Item alia opera. Vivit adhuc.

3743. JOSEPH M.ª TOMADA, Venetus, ſacræ Theologiæ Magiſter, & Regens in Patria, ubi etiam Prior, nec non Provinciæ Venetæ Provincialis. Scripſit *Epitomen vitæ, & miracula S. Magdalenæ de Pazzis*, nec non *relationem Feſtivitatis Venetiis peractæ, pro ejuſdem Canonizatione.* Ibi 1669. in 16. & 4. Vivit adhuc.

JOSEPH ZAGALLIA, Ferrarienſis, natus ineunte anno 1619. 13. Januarii, Congregationis Mantuanæ alumnus, ejus Definitor Generalis perpetuus, nec non in Curia Romana Procurator Generalis, item in Patria Prior, S. Officii Inquiſitionis Conſultor, & Synodalis Examinator: Scripſit primus *Curſum Theologicum ſecundùm doctrinam Ioannis Bacconii Doctoris ſui Ordinis*, tribus tomis in folio publicatis: Ferrariæ 1671. Parmæ 1674. & Ferrariæ 1677. Vivit adhuc.

JOSEPH TANCREDUS, Neapolitanus. Edidit metro Italico, piè & venuſtè, ſub titulo *Flamma amoris Divini*: Neapoli 1618. in 8.

3744. LAURENTIUS M.ª BRANCATIUS, Neapolitanus, clariſſima gente natus, ſacræ Theologiæ Magiſter, & in Patria Regens, nec non Curiæ Archiepiſcopalis Theologus Deputatus, item & Synodalis Examinator, Neapoli obiit 13. Octobris 1652. Scripſit Italicè methodo ſcholaſtica *Doctrinam Beatæ Magdalenæ de Pazzis, ſubjuncto univerſa Theologiæ Compendio, ex operibus prædictæ Virginis conflato*: Neapoli 1643 in 4. Item alia opera Latina.

LAURENTIUS NATALIS, Anconitanus, ſacræ Theologiæ Magiſter, Domûs patriæ Prior, & Romandiolæ Provinciæ Provincialis, obiit Anconæ 20. Martii 1673. Scripſit Italicè *Ethicam ſpiritualem*: Anconæ 1665. in 12.

3745. LAURENTIUS ROPPUS, natus in oppido Salice, Diœceſis Brunduſinæ, Sacræ Theologiæ Magiſter, & Regens Neapoli. Scripſit Italicè, ſed ingeniosè *Diſcurſus Academicos*: Neapoli 1646. in 4. Obiit in Conventu Canuſii, Provinciæ Apuliæ anno 1672.

LUCAS ANTONIUS RUSSUS, Neapolitanus, S. T. M. patrii Academici Theologorum Collegii Decanus, & Librorum Reviſor in Curia Archiepiſcopali: obiit in Patria die 12. Auguſti 1664. Scripſit carmine Italico *de laudibus S. Prophetæ Eliæ*: Neapoli 1653. in 4. Item aliud opus.

3746. MATTHÆUS ORLANDUS, de quo in elogio inſerto Catalogo Epiſcoporum. Scripſit *Diſputationes in 3. Part. D. Thomæ de Myſterio Incarnationis*: Romæ 1653. in fol. Vivit adhuc.

MICHAEL à S. JOSEPHO, Pedemontanus, ex oppido Riparolii (vulgò Rivarolo) Diœceſis Taurinenſis, S. Theol. Magiſter, & Doctor Collegiatus, Taurinenſis Cœnobii Prior. Italicè edidit *vitam B. Franci Ord. Carm.* Taurini 1675. in 12.

NICOLAUS ROTUS, vel ROCCIUS, ab oppido Salodii (vernaculè *Salò*) Diœceſis Brixienſis, Congregationis Mantuanæ, Brixiæ Conventûs Prior, ſacræ Theologiæ Magiſter: obiit Florentiæ 1611. Publicavit Italicè ſub titulo: *Præſidia Chriſtiani contra vitia*: Bononiæ 1591.

3747. OCTAVIANUS ALTOMANDUS, ab oppido Octaiani in Agro Neapolitano, Sacræ Theologiæ Magiſter, ſtudiorum Præfectus, & Academici Theologorum Collegii Neapolis Decanus, item majoris Conventûs ejuſdem Urbis Prior, ac Provinciæ Neapolitanæ Provincialis: obiit Neapoli 9. Maji 1648. Scripſit Latinè Opuſculum *de optimo Generali eligendo pro Comitiis Generalibus ſui Ordinis*, 1625. Neapoli eodem anno in 4.

PAULUS ANTONIUS FOSCARENUS, ex Urbe Montis-Alti in Diœceſi Conſentina, Sacræ Theologiæ Magiſter, Neapoli Regens, & Meſſanæ publicus ejuſdem Facultatis Profeſſor, item Calabriæ Provinciæ ſemel & iterùm Provincialis: obiit in Patria die 10. Junii 1616. Edidit Latinè *Meditationes, & exercitia quotidiana ſuper orationem Dominicam*, per hebdomadam diſpoſita: Conſentiæ 1611. in 12. Item alia opera.

3748. PAULUS à S. IGNATIO, aliàs GAMBALDUS, ex oppido Sobrico Diœceſis Aſtenſis, Sacræ Theologiæ Magiſter, Provinciæ Lombardiæ Provincialis, & totius Ordinis Procurator Generalis. Scripſit *Orationes Latinas habitas in Sacello Pontificio coram Alexandro VII.* Romæ 1662. in 4.

PETRUS THOMAS SARACENUS, Bononienſis, Sacræ Theologiæ Magiſter, & Doctor Collegiatus in patria, nec non ibi S. Officii Conſultor, item Ferrariæ publicus Theologiæ Profeſſor, nec non patrii Conventus Congregationis Mantuanæ

Digitized by Google

Prior. Obiit Bononiæ 21. Novembris 1643. Scripsit Latinè *Menologium Ordinis Carmelit.* Bononiæ 1627. in 4. item alia opera.

PETRUS ZILLO, ex Oppido Suriani, in Calabria, Sac. Theologiæ Magister, & diu Regens, nec non Provinciæ Calabriæ Vicarius Provincialis. Obiit anno 1641. Scripsit Italicè *Poëma Heroicum de Venatione, Stemmate, & progenie Ducis Nuceriæ.* Monteleone 1636. in 8.

3749. PHILOCALUS CAPUTUS, Neapolitanus, S.T.M. Academici Theologorum Collegii Decanus, nec non Curiæ Archiepiscopalis Theologus Deputatus, atque patrii Conventûs Prior, insignis suo ævo Concionator: obiit Neapoli 28. Aprilis 1644. Publicavit Italicè, sed optimè, *Sermones Quadragesimales, duabus partibus distinctos.* Neapoli 1628. in 4. Item alia plura opera, etiam poëtica. Libri ejus *de Imagine, & miraculis B. Virginis Mariæ Neapolitanæ*, frequens fuit mentio in Tomo præcedenti (a). (a) n.2298. & alibi.

PHILOCALUS SERAPHINUS, Neapolitanus, Prior Cœnobii Anariæ: obiit Neapoli 16. Julii 1675. Edidit Italicè opera poëtica sacra sub titulis. *Theodora pœnitens, & Magdalena pœnitens*: Neapoli 1636. 1643. in 8.

3750. SALVATOR SCAGLIONE, Neapolitanus, S.T.M. Conventus patrii Neapolis Prior, nec non ejusdem Provinciæ Provincialis, atque S. Officii Qualificator. Scripsit Italicè *Sacras Conciones Panegyricas de Beatiss. V. M.ª Matre Dei.* Neapoli 1661. in 4. Item alia opera. Vivit adhuc.

SEBASTIANUS AB ALEXANDRO, ut in elogio inserto Catalogo Episcoporum. Scripsit Latinè *Libram pensilem, in cujus gemina lance prædestinati & reprobi quoad numerum pensitantur*: Romæ 1671. in 4.

SEBASTIANUS FANTONUS CASTRUCCIUS, Prænestinus, Sac. Theologiæ Magister, Provinciæ Romanæ Provincialis, & totius Ordinis Secretarius Generalis. Scripsit Italicè *de Annulo pronubo B. V. Mariæ* apud Perusinos magna cum religione asservato: Perusii anno 1673. in 12. Item alia opera. Vivit adhuc.

3751. THEODORUS ARIANO, ET PATE, Siculus, Messanensis, Sac. Theol. Magister & Regens in Patria, obiit die ultima Octobris 1663. Scripsit Italicè *vitam S. Alberti Confes. Ord. Carm.* Messanæ 1659. in 4. Item aliud opus &c.

THEODORUS GORZONIUS, Brixiensis, Sac. Theol. Magister & Regens, Conventûs patrii, & aliorum Prior, nec non totius Congregationis Mantuanæ Vicarius Generalis: obiit in Patria 1629. Scripsit orationes latinas *De Regiensium Laudibus, & de B. Petro Thoma.* Bononiæ 1573. 1574. in 4.

3752. THEODORUS STRATIUS, ex oppido S. Juliani Diœcesis Cremonensis, sub ditione Parmensis Ducis, S.T.M. & Regens, in variis locis: Prov. Romandiolæ Provincialis, in Sicilia Commiss. & Visitator Generalis, item Procurator Generalis totius Ordinis, ac tandem Familiæ Carmelitanæ per decennium Prior Generalis: obiit 23. Aprilis 1642. Scripsit Latinè librum, cui titulus: *Institutio ... de Indulgentiis Confratrum Scapularis* &c. Romæ an. 1639. impressus etiam in Tomo præcedenti (a) & lib. *De Tertiariis utriusque sexus Ord. Carm.* Roncilione 1637. in 4. Item alia opera. (a) n.1834. & seq.

TIMOTHEUS FULCO, Siculus, ex urbe Thermarum Himerensium, vulgò *Termine* (quomodò & ipse in Religione cognominatur) sub Diœcesi Panormitana, Provincialis Reformatæ Provinciæ Montis-sancti: Scripsit Italicè *Chroni-Historiam ab initio Mundi usque ad hæc tempora.* Neapoli in fol. vivit adhuc.

3753. VIRGINIUS BENTIVOLUS, Bononiensis, Sacræ Theologiæ Magister, & Lector publicus in Archiepiscopio Bononiensi, patrii Conventûs Prior, Procurator Generalis, nec non Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ: obiit in Patria 22. Julii 1622. Scripsit *Orationes funebres Latinas.* Bononiæ 1588. & 1589. Item alia opera.

VINCENTIUS MAURUS, Siculus, Catanensis, Sacræ Theologiæ Magister, Prior in Patria, & alibi: obiit anno 1662. in Conventu Salæ-Partenici sub Diœcesi Mazarensi. Scripsit Italicè opus sub titulo, *Rector Politicus.* Mutinæ 1659. in 12.

3754. ZACHARIAS BERGOMELLI, ex oppido Albini Diœcesis Bergomensis, Sacræ Theologiæ Magister & Regens, item S. Officii Consultor, nec non Procurator Generalis Congregationis Mantuanæ: obiit Bergomi 23. Januarii 1626. Scripsit Italicè *Lacrymas peccatoris contentas in septem Psalmis pœnitentialibus*: Bergomi 1620. Item alia opera.

ZACHARIAS BIGONI, Bergomensis, Sacræ Theologiæ Magister, Prior, & Definitor Congregationis Mantuanæ. Scripsit Italicè *orationes panegyricas congratulatorias*: Bergomi 1641. 1647. vivit adhuc.

3755. AGNELLUS ANTIGNANUS, Neapoli Conventus Majoris Prior, ubi obiit 17. Ianuarii 1639. ANTONIUS SUMMONTIUS, Conventus ejusdem Prior, ubi decessit 10. Decembris 1637. HIERONYMUS CASATUS FILAGUS, Novariensis, ibidem Prior & mortuus 12. April. 1667. NICOLAUS SPINULA, Genuensis, PHILIPPUS CHRISTIANELLUS, Perusinus, scripserunt *opera musicalia*, seu *Cantiones sacras*, typis editas Neapoli, Venetiis, Mediolani, Lodani &c.

F. ANGELUS ROCCUS, vulgò *Rocco*, Barensis S.T.M. Conventus Patrii diu præfectus. Scripsit vernaculo idiomate: de Privilegiis F. Religiosorum & Confratrum Ord. Carmelit. Bari 1669. in 12. Vivit adhuc cæcus. *Hæc Româ accepimus, cùm impressio hæc usque processisset.*

CAR-

Digitized by Google

3756. CARMELITANÆ MONIALES MONASTERII ANGELORUM FLORENTIÆ, quæ S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, gesta & dicta ab ea, prout propriis oculis conspexerunt, & audierunt, singulari & mirâ industriâ (de qua specialiter hîc suprà a) conscripserunt, etiam meritò hîc commemorandæ sunt. Istis adjungatur MARIA CHRISTINA à S. MARCO, Monialis professa Ordinis Carmelitarum in Cœnobio sanctissimi Sacramenti antiquæ Observantiæ Neapolis, ubi & obiit anno 1675. Scripsit Italicè *Magnalia, & Prerogativæ Virginitatis*: Neapoli 1667. in 16.

(a) n. 1542.

Præsules ex Carmeli Ordine assumpti in Italia, & Insulis vicinis.

Episcoporum dos, scientia.

3757. ERuditionis fructus alios ex Carmelo Italico lectos, libamus. Doctrinæ enim testimonium potissimè perhibent Ecclesiasticæ dignitates primariæ; quæ conferri debent talibus, quales describit S. Paulus (b) *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, Doctorem* (c) *Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere*: etenim dos prima Episcopi doctrina, & scientia. *Summa enim*, inquit Hilarius (d). *Omnium virtutum Episcopalium est scientia, & doctrina.* Et Hieronymus (e): *Absque sermone*, inquit, *conversatio quantùm exemplo prodest, tantùm silentio nocet.* Hinc Pontifex Legis veteris in Rationali inscriptum habebat: *Doctrina, & veritas. Est enim doctrina*, inquit, Theophylactus (f) *Virtus & character Episcopi.* Tales, ex Carmeli Ordine in Italia assumpti, fuerunt.

(b) 1. Timoth. 3.
(c) ad Tit. c. 1.
(d) lib. 3. de Trinit.
(e) ad Ocean.
(f) in c. 1. ad Titum.

S. ANDREAS CORSINVS, Episcopus Fesulanus.

ANDREAS DE LVCA, Archiepiscopus Athenienſis.

ANELLVS seu *AGNELLVS*, Episcopus Accienſis.

ANTONIVS FIDEI, Episcopus Calvenſis.

ANTONIVS MARINARIVS, Episcopus Tagastenſis.

BENEDICTVS ROCCIVS, Ep. Nuscanus.

BERNARDVS DE ROMA, Episcopus Sutrienſis, ac S. R. E. Cardinalis.

BLASIVS Episcopus &c.

BONIFACIVS, Episc. Venecomponenſis.

CLEMENS DE NEAPOLI, Episcopus Nicoterenſis.

DESIDERIVS DE S. MARTINO, Uxentinus Episcopus.

DIONISIVS TOMACELLVS, Episcopus Castrenſis.

DOMINICVS CAMPANELLA, Episcopus S. Agathæ.

DOMINICVS DE DOMINICIS, Episcopus Sithienſis vel Sytienſis.

DOMINICVS ROTA, Episc. Sidonienſis.

DVRANDVS DE SERMINO, Archiepiscopus Nazarenus.

FRANCISCVS LAVELLVS, vel *DE LAVELLO*, Episcopus Ravellenſis.

3758. *GAVINVS CATTATNA*, Episcopus *Bosanenſis*, & deinde Archiepiscopus Turritanus in Sardinia.

GVILIELMVS DE RIBOTI, vel *RIBOTIS* Episcopus Signinus.

GVILIELMVS, Episcopus Nimocienſis, postea civitatis Castellanæ.

IACOBVS FREDERICI, Episc. Vigilienſis.

IACOBVS DE VENETIIS, Episcopus Evellonenſis.

IOANNES ALOTSIVS, vel *DE ALOTSIO*, Episcopus Capritanus: postea Lucerienſis, ac denique S. Agathæ Gothorum.

IOANNES ANTONIVS BOVIVS, Episcopus Molphitanus.

IOANNES BAPTISTA SVRIANVS, Episcopus Vigilienſis.

IOANNES BAPTISTA DEL TINTO, Archiepiscopus Tranenſis.

3759. *IOANNES FABRI*, Archiepiscopus Calaritanus in Sardinia.

IOANNES LVMBARDO, Ep. Parentinus.

IOANNES LVPI, Episc. Constantienſis.

IOANNES MAGNVS, Episc. Equilinus.

IOANNES MICHAEL CVCVZZA, Episcopus Syrenſis.

IOANNES MICHAEL DE RVBEIS, Episcopus Minerbinus.

IVLIANVS ISOPVS, vel *DE ISOPO*, Episcopus Montis-Marani.

IVLIVS SVPERCHIVS, Episc. Accienſis.

LAVRENTIVS LAVRETVS, Ep. Adrienſis.

LEONARDVS LERIA, Episc. Minorenſis.

LVCAS MATTHÆVS CARACCIOLVS, Episcopus Lesinenſis.

LVDOVICVS MALASPINA, Episcopus Burgi-ſancti Sepulchri in Tuscia.

MARCVS CONTARENO, Archiepiescopus Corphienſis.

MARCVS MORELLO, Ep. Democenſis.

MATTHÆVS ORLANDVS, Episcopus Cephaludenſis, (Cephaludum intravit die XX. Junii ejuſdem anni 1675. Dominicâ ſequenti, quæ erat XXIII. menſis, intra Cathedralem Eccleſiam receptus, Episcopalis dignitatis munera obivit.)

MATTHÆVS SCALEATA, Ep. Lavellenſis.

MICHAEL MATTHIÆ, vel *MATTE*, Episcopus Signinus.

NATALIS DE VENETIIS, Episcopus Nonenſis (vel Novenſis).

NICOLAVS SICVLVS, Episc. Suanenſis.

NICOLAVS SORBOLVS, Episcopus Scarpatenſis.

3760. *PAVLVS DE BISCONTIS*, ſeu *VICECOMES*, & *DE VISCONTE*, Episcopus Mazarenſis, deindè Archiep. Panormitanus.

PETRVS ISIMBRARDI, Episcopus Cremonenſis.

PETRVS VESPA, Episcopus Paphenſis in Inſula Cypri.

PHILIPPVS DE FERRARIO, Episcopus Pactenſis, deinde Agrigentinus.

SEBASTIANVS AB ALEXANDRO, Episcopus Rubenſis.

Digitized by Google

STEPHANVS GVILIELMI, Archiepiscopus Duracensis.

STEPHANVS, Episcopus Calvensis in Campania.

TIMOTHEVS BERARDVS, Episcopus Naulensis.

VINCENTIVS DE LEONE, Episcopus Bosanensis.

DESIDERIVS PLACA, electus Episcopus Agrigentinus, & *HENRICVS SILVIVS*, à Paulo V. Papa Eporediensis Episcopus destinatus, ante consecrationem ad alteram vitam decesserunt. Episcopi in Italia ex hoc Ordine assumpti verisimiliter etiam sunt inter eos, de quibus infrà, sub titulo *Episcopi ex variis nationibus*, & alii, quorum notitia ad nos non pervenit.

3761. Quantùm ad præfatum *TIMOTHEVM BERARDVM*, RR. PP. Carmelitæ Discalceati Conventûs S. Annæ, Genuæ (ubi ipse obiit, & sepultus est) hoc de eo scripserunt testimonium, Genuâ Romam, & indè à R. P. Ludovico Perez (de quo hic suprà n. 3150.) in Belgium missum: *Illustrissimus & Reverendissimus Dom. Timotheus, Carmelita Calceatus, Episcopus* *Nolensis, *vir sanctitate insignis, & erga nostram Congregationem benefactissimus; qui, cùm nostram Congregationem locum ad eremi fundationem aptum quærere, intellexisset ut in ipsius Diœcesi fundaretur, toto conatu operam navavit: quod, ut obtineret, Civitatem atque Capitulum optimas commoditates nobis offerre curavit: sed cùm Patres nostri alibi eremum fundare statuissent, ipsum ad solemnitatem invitarunt: qui adeò gavisus est, ut cum gaudio ad diem mortis sua videndam, diceret:* NUNC DIMITTIS SERVUM TUUM DOMINE &c. *& hujus operis primam fundationem videns, nil aliud sibi deesse, scripserit: sperabat enim hanc nostræ Religioni, quam tenerè amabat, maximè profuturam. Genuam, expletâ solemnitate, cum Patribus rediens, transactis duobus diebus in febrim incidit, & per quindecim infirmitatis dies examinatus, fidelisque inventus, dierum, ac meritorum plenus, obdormivit in Domino, in eodem cubiculo domûs propè nostrum Conventum S. Annæ, in quo, nonnullis antecedentibus annis, se mori cupere dicere solebat: & ut talem gratiam sibi Dominus concederet, enixè deprecabatur. Sepultus est in nostra Ecclesia S. Annæ, in nostris sepulchris Chori dextri: qui correspondet cornu Euangelii, in capsâ lignea anno 1616. die 18. Aprilis.* Meminit etiam cum laude ipsius Timothei nostri Raphaël de Sopranis *in Bibliotheca Scriptorum Ligurum*: (b) ubi, propter doctrinam, insigniesque mores, Pastore Apostolico dignos, cùm enixè commendat.

(a) n. 3150. 3230. & 3687.

* *al.* Naulensis, Ital. *Noli.*

(b) pag. 266 edit. Genu. an. 1667.

MANIPVLVS III.

Ex Hispanico sapientiæ theatro.

3762. Hispania, pariter & Lusitania, virorum eximiâ, & profundâ doctrinâ præcellentium præfecunda parens, etiam Carmelo tales dedit non paucos: cujusmodi olim fuerunt Guido Terreni (seu de Perpiniano) qui *Christianum orbem celebri rumore clarificavit* (a) Etiam Martinus, *singularis sui temporis lucerna* (b) Joannes Consobrinus, *in divinis Scripturis eruditissimus* (c) atque alii, & hoece seculo Petrus Corneio *Antesignanus Theologorum sui temporis* assertus (d): Joannes Baptista de Lezana, *Theologicis, Iuridicis, Asceticis, Historicis scriptis celebratus*: Joannes da Sylveira, adhuc superstes, ab interpretibus novi Testamenti, ac verbi Dei præconibus avidè expetitus, ut variæ operum ejus editiones testantur: atque alii. Et quidem de ejusmodi, qui hoc & præcedenti seculo claruerunt, plerique exhibentur in *Bibliotheca Hispana*, ab annis aliquot Romæ edita; quæ subsidii plurimum præstat hîc nobis, nimirùm, ut haud opus sit de illis laboriosâ disquisitione, aut prolixiori scriptione; satis enim erit, præcipuos in *Bibliotheca* illa propositos, paucis commemorasse, ut ibi, qui voluerint, de iisdem plura videre possint.

(a) Fasic. temp.

(b) Arnold. Bost. hic suprà num. 3041.

(c) Trith. hic suprà n. 3100.

(d) Hieronymus Vives Dominicanus, & Bibliotheca Hisp.

3763. Primus Carmeli Eremitarum in Hispaniam ingressus fuisse traditur temporibus Apostolorum, circa annum à Christo nato quadragesimum, aut aliquantò ante, quando ex Carmelo illuc venit S. Elpidius, sicut *in Annalibus Carmelitanis Tomo 2.* confirmat Ven. P. Lezana (e). Post recuperatam Terram sanctam per Godefridum Bullonium variis temporibus & occasionibus aliqui Religiosi Ordinis hujus migrarunt in Europam: & quidem in Hispania anno Christi 1206. facta fuit fundatio Conventûs Petralatæ in Cathaloniâ ut *in Annalibus iisdem* ad istum annum, refertur. Conventus omnes in Hispania, & Lusitania olim unius erant, ejusdemque Provinciæ, nuncupatæ *Provincia Hispaniæ*; successu autem temporis subdivisa est in Provincias quinque, videlicet *Castellæ, Cataloniæ, Aragoniæ, Portugalliæ* (continentis sub se *Vicariam Brasiliæ*) & *Boeticæ*. De præcipuis aliquot, qui ibi præcellentibus virtutibus, aut etiam sanctimoniâ Christi bonus odor fuerunt, sermo fuit *libro præcedenti cap.* 3. qui scriptis Ecclesiam illustrarunt, hîc consequenter (qui nobis innotuerunt) commemorantur.

(e) ad an. Chr. 36. & seq.

3764. AMATOR ARRAIS, * Lusitanus, Carmelitico Ordini insertus anno 1545. ob singularem doctrinam, eloquentiam, & pietatem, primùm Episcopus Adrumentinus, & deindè Tripolensis anno 1568. ac tandem Portalegrensis anno 1581. de quo, & scriptis ejus, videatur *Bibliotheca Hispana*, &

* *al.* Amator Arrais de Mendoza.

Digitized by Google

(a) n. 3157. & hîc suprà in Catalogo Antistitum (a).

Anastasius Vives, Oriolanensis, S. Theol. Magister; de cujus doctrina, & scriptis (Synodo diœcesana valde à viris doctis laudata, & præfixa epistola pastorali bene docta) scribitur in *Bibliotheca Hispanica*, & etiam hîc suprà, ubi de Episcopis. (b)

(b) n. 3159. & seq.

3765. Augustinus Nuñez, del Cadillo, Bæticus, in *Cabra* oppido Diœcesis Cordubensis natus, præstantissimo ingenio, memoriâ fæliciſſimâ, multaque verborum, ac sententiarum copiâ, præservidoque opimos operæ fructus colligendi desiderio, egregius concionator, Scholasticæ nec non Theologiæ in urbibus Corduba, Ursaone, Granata, Valentia, Cæsaraugustaque professor magni nominis ... Matriti vidit diem vitæ extremum an. MDCXXXI. ætatis suæ LIX. cujus funus spissa nobilium, atque sacrorum hominum, defuncti sanctimoniam acclamantium, comitatu processit. Ita *in Bibliotheca Hispana*, ubi recensentur volumina ab eo elucubrata.

3766. Bernardus de Montesa, Biblitanus patriâ, Aragoniæ Provinciæ alumnus, & ejusdem Provincialis, ac Vicarius Generalis super omnes Hispaniæ Provincias: religione præcelsus. Claruit inter illustriores Ordinis circa an. Christi 1477. ad quem de illo, & scriptis illius, agitur in Annalibus Ordinis (c).

(c) à P. Lezana.

Bernardus Oleritus (Hispanicè * Oller, atque ita convenienter cognominaretur *Ollerius*) Cathalanus natione, de Conventu *Minorissæ*, seu *Minoriſſa*, vulgò *Manresa*, & *Manessa*, sicut annotatum est tomo præcedenti (d) ubi etiam de errore typi in antecedentibus (e) & quòd à nonnullis non rectè nuncupetur *Olensis*. Ex scriptis ejus (de quibus Possevinus, & alii) Tractatus *de Antiquitate*, seu *de Origine Ordinis Carmelitani*, insertus est Tomo præcedenti (f): fuit Ordinis Generalis XVII.

* Not. quòd apud Hispanos *Oller* pronuntietur, sicut apud alios *Olier*; quia secundum (l) æquivalet (i)

(d) n. 1102.

(e) to. antecedenti num. 574. ubi *Minoricæ*, loco *Minorissæ*.

(f) n. 736. & seq.

Christophorus de Avendaño, Pincianus, Ordinis Carmelitarum Provinciæ Castellæ: Medinæ-Campi ad eum admissus, cujus Pincianam, & Medinensem domos Præfectus rexit, inter Regios Euangelici verbi apud Philippum Regem Quartum declamatores ingenio, eloquentiâ, eruditione, pietateque eximius. Pinciæ obiit an. 1628. die 8. Februarii. Ita Bibliotheca Hispana: ibidem texitur catalogus operum ejus: præcipua sunt: *Sanctorale*, tomi duo: *Sermones Quadragesimales*, tomi duo: *De variis festivitatibus*, volumen alterum: *Mariale* varia ex illis in Italicum, & Gallicum traducta prodierunt: loca ubi typis edita, indicantur in præfata Bibliotheca: *Aurea Corona Sanctorum* Latinè excusa est Coloniæ anno 1660.

3767. Didacus de Coria Maldonado, Bæticus Utrariensis, S. T. M. ex Carmelitarum familia sacra, quam ipse quidem dilexit impensè, atque illustravit, scribendi, & quadragies annotandi non minus obser-

vationes stylo consignans. Ita Bibliotheca Hispana, ubi ejus lucubrationes recensentur. Claruit præcipuè sub finem seculi præcedentis, decessit sub initium hujus, circà an. 1601. aut aliquantò post.

Didacus de Leon, Utrariensis, S. Theologiæ Magister, insigniter doctus: trium linguarum Latinæ, Græcæque & Hebraicæ peritus. Interfuit Episcopus Columbiensis Concilio Tridentino. De quo plura hîc suprà in Catalogo Episcoporum, & de ejus scriptis, in *Bibliotheca Hispana*.

Didacus Sanchez de la Cabrera, ex Provincia Castellæ Carmelita, religiosè vir laudatus. Florebat anno MDXC. ita in *Bibliotheca eadem*, ubi & de scriptis ejus.

3768. Franciscus de S. Angelo, Matritensis, S. Theol. Magister, sub finem præcedentis seculi (XVI.) & initium hujus, quæ ediderit, signantur in *Bibliot. Hisp.*

Franciscus Castaña, S. Theologiæ Doctor, in Aræ Gandensi à Catholica Majestate Concionator. Scripsit *Flores del Carmelo*: Bruxellis an. 1620. & *Conciones de Venerabili Eucharistiæ Sacramento*, Episcopo Gandensi dicatas. Gandavi anno 1624. in 4. Annis aliquot post obiit Gandavi, ibi sepultus cum Fratribus suis.

3769. Franciscus de * Bachone, patriâ Cathalanus, Conventûs Gerundensis, de quo Bostius, & Trithemius hîc suprà: (a) in Parisiensi Universitate docendo, & disputando adeptus est *Doctoris sublimis* titulum: de quo etiam Eisingrenius, Possevinus & alii. Fuit Procurator Generalis Ordinis creatus anno 1366. in Capitulo Generali montis Albani. (b)

* al. dè Baccone & Bacone.

(a) 3044. & 3079.

(b) ita Lezana in Annal. ad an. 1366.

3770. Franciscus Martini, Cathalanus, Barchinonensis cœnobii, de quo Arnoldus Bostius, & Trithemius hîc suprà (c) & Philippus Bergomensis, Antonius Sabellicus, Possevinus, ac alii. Præcipuè celebratur opus ejus eruditum, de *Conceptione B. Mariæ semper Virginis*, de quo in antecedentibus (d) de quo etiam hæc Wernerus Carthusiensis (e) *Franciscus Martini, Theologorum ornamentum, singulariſque sui temporis lucerna, in honorem præglorioſæ ſuæ Carmelitici Ordinis Patronæ, librum de Sancta Conceptione Immaculatæ Dei Genitricis Mariæ conſcribit, cunctis Virginis zelatoribus gratiſſimum.*

(c) n. 3042. & seq.

(d) n. 3042.

(e) in Fascic. temp.

3771. Gratianus de Villa-nova, Aragoniæ Provincialis, exindè Procurator Generalis, ac tandem Commendator Generalis Ordinis S. Spiritûs, de quo hîc suprà (f).

(f) n. 3394.

3772. Guido Terreni, seu de Perusio *Scholaſtica Theologia Profeſſor eximius*, ut habet Sixtus Senensis, (g) *Doctor inter præcipuos commendatus, & ab alter Elias pro domo Domini zeloſus! Poſt Correctorium Iuris, & alia quamplurima volumina pervenerandus, librum contra omnes hæreſes ſcribit, quem Domino Cancellino Cardinali Albanenſi præintitulavit, & multorum actuum ſuorum, clariſſimè geſtorum, magnitudine, Chriſtianum orbem celebri rumore*

(g) lib. 4 Biblioth. sanctæ.

Digitized by Google

clarificavit. Sic Wernerus Carthusiensis. (a) Hujus gravissimi Patris, & librorum ejus honorificam mentionem faciunt quoque Trithemius, Bellarminus, Possevinus, Spondanus, & alii citati à Lezana in Annalibus Ordinis ad annum Domini 1342. Alia de eodem jam ante præcesserunt.

(a) in Fascic. temp.

3773. Hieronymus Domin, de quo in Catalogo Episcoporum (b) scripsit *elogium (Epitomen verè dixeris) vitæ Venerabilis P. Dominici à Iesu Maria, Generalis Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italicæ.* Hæc *in Bibliotheca Hispanica.*

(b) n. 3248. & 3621.

Hieronymus Gratianus: vitæ ejus épitome tradita est libro præcedenti: (c) pia opuscula multa conscripsit, quæ ubi typis edita sunt, in luculento catalogo legere licet *in Bibliotheca Hispana, tomo* 1. Præter illa ibi recensita, scripsit alia plurima, sed pleraque non completa, quæ in quinque voluminibus digesta asservantur in Bibliotheca Carmeli Bruxellensis: istorum catalogus accuratus insertus est eidem *Bibliothecæ Hispanicæ tomo* 2. *in Appendice prima.* (d) De ejus eruditione, pariter & pietate, ac prudentia, testimonia variorum adducta sunt hîc suprà; ideo paucula hæc, ex præfata *Bibliotheca Hispana* hîc repetita sufficiunt: *De Hieronymo nostro . . . omni commendatione majora sunt S. Teresiæ testimonia.*

(c) hîc sup. num. 3444.

(d) impref. Rom. an. 1672. pag. 297. & seq.

3774. Joannes Balistarius, Catalanus, Conventûs Majoricensis, Prior Generalis, eruditione, & zelo observantiæ regularis præclarus: doctrinæ ejus testimonium perhibent erudita volumina posteritati relicta. Honorificam ejus mentionem faciunt Bostius, & Trithemius hîc suprà (e) Wernerus Carthusiensis, Raphaël Volateranus, & alii apud Lezana (f) qui cum Possevino, rectè animadvertit, diversum ab hoc alium ejusdem nominis, hæreticum, & ideò prohibitum.

(e) n. 3031. & 3095.

(f) ad an. 1374. quo obiit.

3775. Joannes Baptista de Lezana, Matritensis, ex Hispania evocatus Romam, ibi ab anno MDCXXV. usque ad MDC. LIX. continuò mansit, habitus inter primarios viros, ingenio, & doctrinâ conspicuos, nec minori æstimatione religiosæ virtutis: utriusque testimonia à variis adducta sunt hîc suprà, (g) nec non in tomo præcedenti (h) eruditionis multijugæ tomi plures, Theologici, Juridici, Historici, Ascetici, ab eo elucubrati, & ubi typis editi, recensentur in *Bibliotheca Hispanica.*

(g) n. 3385. & 3500.

(h) n. 1716.

Joannes de Claravo, Catalanus, de cujus eruditione, & scriptis, hîc suprà ubi de Episcopis (i) Ibidem notatum, ipsum à nonnullis cognominari, *de Clarano*, & *Claranum.*

(i) n. 3273.

3776. Joannes Consobrinus, Lusitanus, Portugaliæ Provinciæ Provincialis (ut habetur ex actis Capituli Generalis Parisiis celebrati anno 1456.) eruditione, & vitæ sanctitate clarus, de quo Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. (k) De ejus zelo, & constantia in defensionem orthodoxæ fidei, pro qua ab hæreticis mors illi illata fuit: videatur libro præcedenti (a).

(k) vide hîc suprà num. 3100.

(a) n. 3439.

3777. B. Joannes a Cruce, in veteri Carmeli Ordine professus, à S. Teresia in eodem professa, socius adscitus, etiam meritò hîc referendus, cujus scripta continent doctrinam sublimissimam, ut præcelsior vix nisi in sacris Codicibus reperiri queat, ut meritò Theologiæ Mysticæ Doctor habeatur, sicut luculenter constat ex testimoniis virorum clarissimorum hîc suprà (b).

(b) n. 2662. & seq. & 2686. & seq.

3778. Joannes da Silveira, Lusitanus, Olysiponensis, sacræ Theologiæ Magister, & Professor emeritus. Scripturæ sacræ commentatoribus, & divini verbi præconibus notissimus auctor, volumina plura elucubravit, *in Evangelia tomos quinque*, *in Apocalypsim binos*; novissimè adjecit duos, alterum *Supplementum in Evangelia*, alterumque *Opuscula varia.*

3779. Iulianus de Castelvi, & Ladron, gente & patriâ Valentinus, ex nobilissima familia Comitum *de Carlet*, sodalis Carmelitarum, S. Theol. Magister, & publicus Valentiæ in Academia, cum Philosophiæ, tum sacræ scientiæ Professor, luci dedit integrum cursum, ut appellant, *Philosophicum*, quatuor contentum voluminibus. Ita in Bibliotheca Hispana: ubi etiam alia quædam scripta ejusdem referuntur, & ubi typis edita, nec non annus, dies, ac locus obitûs signantur.

3780. Martinus de Peraza, Ocanensis, nobili loco natus, sacræ Theologiæ Magister, Salmanticæ ex primaria cathedra sacros libros fuit interpretatus, post Cæsaraugustanam similem professionem Hebræorum linguæ peritus. Claruit sub finem seculi præcedentis, & initio hujus: obiit anno MDCIV. Ita in Bibliotheca præfata: ibidem agitur de monumentis ab eo relictis, & typis editis: præcipua sunt, *Sermones Quadragesimales, & de Resurrectione*, volumina duo, variis locis excusa: & *de Adventu ac Sanctis*, volumen unum.

3781. Michael Alphonsus de Carranza, Valentinus, tam domo, quàm professione religiosæ vitæ inter Carmeli sodales, grande hujus Ordinis ornamentum extitit, literis eximius, pietateque. Aragoniam provinciam ter gubernavit; Vicarium totius Hispaniæ generalem, Lusitaniæque censorem regium, atque Apostolicum gessit; Theologiam insuper in Oscensi gymnasio primarius præceptor docuit, sanctique Officii Patribus à censione Theologica minister fuit. Claruit potissimè sub finem seculi præcedentis: octogenarius decessit Valentiæ anno MDCVII. Ita in eadem Bibliotheca, ubi & de scriptis ejus.

3782. Michael a Fonte; seu de la Fuente, à P. Lezana *tomo* 3. *Annalium ad annum Christi* 1088. scribente de Conventu Toletano, & viris sanctitate, ac doctrina illustribus, qui in eo claruerunt, sic paucis commemoratur: *Michaël à Fonte sanctitate etiam,*

Digitized by Google

etiam, aliisque charismatibus à Deo sic decoratus, ut de ejus vita, ac sanctitatis signis processus formatus, & ad S. Congregationem Rituum missus Romam, in Archivio Transpontina latinitati donatus reservetur, expectans etiam Vaticanum Oraculum, quod circa Servorum Dei canonizationem esse solet. Istis adstipulatur Dom. Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispanica, (a)n.3464. undè quædam adducta sunt hîc suprà. (a) Idem recenset doctrinæ ipsius testimonias *Compendium historiale Ordinis B. Virginis de Carmelo. Hominis vitam triplicem, corporalem, rationalem, spiritualem. De methodo vitæ fratrum, & Sororum Tertii Ordinis Carmelitani. Exercitium orationis mentalis.* Loca, & anni impressionis, & annus obitûs, ibidem designantur.

3783. Petrus Cornejo de Pedrosa, Salmanticensis patriâ, ibidem S. Theologiæ Doctor, & Professor Cathedraticus, eximiæ eruditionis radiis Academiam Salmaticensem, & Hispaniam illustrare cœpit sub finem seculi præcedentis, & potissimè sub hujus initium: ex hac vita ereptus an. MDCXVIII die ultima Martii. Illius mentio subindè fuit in antecedentibus. De monumentis eruditionis ejus agitur *in Bibliotheca Hispanica.* Vita ejus laconicè conscripta per Reverendiss. Illustriss. Dom. Sanctium Davila, Salmanticensis Academiæ quater Rectorem, exinde per Episcopum Placentinum, præfixa est operibus ejus *Theologiæ Scholasticæ, & Moralis* impressis in Hispania Pinciæ anno 1628, & in Germania Bambergæ an. 1671. ubi etiam adscriptum est elogium, seu eruditionis, & virtutum ejus testimonium ab Academia Salmanticensi.

3784. Petrus de Padilla, ex Oppido *Linares* (quod & Lupus à Vega innuit in *Lauris Apollinis*) oriundus, Eques, ut aiunt, Ordinis S. Jacobi, Poëta fuit ævo suo nulli secundus, qui hanc metricam eloquentiam, ex eaque laudem consectati sunt, ætate jam provectâ, & multorum operum auctor, vitæ religiosæ initiavit se inter Carmelitas Castellæ Provinciæ ac domûs Matritensis VI. die Augusti MDLXXXV. . . . Obiit post annum MDXCV. jacetque in cœnobio Carmelitarum Matritensium. Ita *in Bibliotheca Hispanica*; ubi recensentur varia, quæ scripsit, & annotatur, ubi impressa fuerint.

3785. Petrus Perpinianus, cognomento Rimes, seu Rimi, de quo Trithemius hîc suprà & Sixtus Senensis ista: *Petrus Perpinianus, cognomento Rimes, natione Cathalanus, Carmelita, qui per fuit secularis Philosophiæ & sanctarum Scripturarum eruditio*; &c. de eodem, & scriptis ejus etiam alii agunt. An diversus sit à Petro Rimi, etiam Cathalano, qui in Capitulo Generali Burdigalæ anno 1358. institutus fuit Lector Sententiarum Parisiis, differitur *in Annalibus Ordinis ad istum annum.*

3786. Petrus Roivella, à zelo religionis, & doctrinâ singulariter commendatus, ter Provinciæ Castellæ Provincialis: floruit præcipuè sub finem seculi præcedentis, diem suum obiit Matriti anno MDCIII. Scripta ejus, & ubi typis edita, annotantur *in Bibliotheca Hispanica.*

Petrus Tbrrasse, Catalanus existimatur, Prior Generalis Ordinis electus Placentiæ in Italia anno MDIII. de cujus eloquentia, eruditione, & scriptis agitur *in Bibliotheca Hispana.* (a) De ejus autem gestis tractatur *in Annalibus Ordinis.* (a) tom. 2. in Append.

3787. Philippus Riboti, Catalanus, ibidem Provincialis, de quo, & scriptis ejus Bostius, & Trithemius hîc suprà: Ille auctor est *egregii operis, operis insignis* (ita nuncupant præfati Bostius, & Trithemius, ac alii) inscripti *De peculiaribus gestis Religiosorum Carmelitarum*, seu de Ordinis origine, Auctore, incrementis, Patronâ, habitu, Regula, translatione ex Terra sancta in Europam: typis editi Venetiis anno 1507. illius exemplaria vetusta MSS. extant variis locis: ex accurata autem illorum collatione prodit altera editio in hoc Opere, in principio Tomi præcedentis (b). (b)num.13 pag. 6.

3788. Thomas de Faria, Lusitanus, Carmelitico Ordini aggregatus anno 1582. Doctor Theologus Conimbricensis. De dignitatibus ejus intra, & extra Ordinem sermo fuit hîc suprà. (c) Quæ scripserit, annotantur *in Bibliotheca præfata.* (c) n.3165.

3789. S. Teresia, Carmeli veteris filia, & novi-antiqui Mater, jure meritò hîc non tantum inter Scriptores refertur, sed veluti Magistra inter Scriptores de vita spirituali habetur: sicut abundè declaratum est in ejus vita hîc suprà (d). (d)n.2479.

3790. Valerius Ximenez de Embun, Aragonius, multâ vir doctrinâ: quæ typis extare fecerit, memorantur *in Bibliotheca eadem.* Plura de eo præcesserunt jam ante (e). (e) hîc sup. n. 3384.

3791. *Præter hactenùs commemoratos, etiam hoc seculo, aut sub finem præcedentis, & nonnulli adhuc superstites, volumina, libros, seu tractatus doctrinales, seu historicos, seu ascoticos scripserunt.*

Ambrosius Roca de la Serna, Artium, & Theologiæ Doctor, ac Professor, qui Legationem Valentinæ gentis publicam apud Philippum IV. gerens, Matriti obiit anno MDCXLIX. die 29. Maji. Scripsit librum *Luz del Alma* variis locis editum, ac alia (f). (f) vid. Biblioth. Hisp. edit. Rom. 1672. tom. 2. pag. 361.

Antonius Olivan de Maldonado, Cæsaraugustanus, pietate, & sacrarum litterarum studio venerabilis, auctor Operis: *Govierno Moral de la Alma*, typis editi Barcinone 1623. duobus tomis in 4. ac alia, de quibus *in Bibliotheca Hispana*, in qua etiam de sequentibus.

Antonius Vasquez de Espinosa, Bæticus, fidei Censor, magnusque Indorum Catechista.

Didacus Ramirez, Toletanus; majori vitæ parte in Italia, in cathedris Academicis, ac in Concionatoriis suggestis probatus.

Dida-

Digitized by Google

Didacus de Turegano, Benavides, Matritensis, Sacræ Theologiæ Magister, Compluti in majori cathedra Theologicæ Facultatis, & Bibliorum sacrorum Professor.

Dionysisus Blasco, Utrillensis, Diffinitor suæ Provinciæ Aragoniæ, in Cæsaraugustana, & Oscensi Academia Doctor, & in hac Vespertinus Professor.

Dionysius Iubero, Aragonus, Græcè, & Hebraicè doctus, Salmantinusque Artium, ac Theologiæ Magister.

3792. Franciscus Suarez de Villegas, Lusitanus, magnæ famæ inter Gallos, à Rege cooptatus perpetuus Philosophiæ Professor Burdigalæ: de quo jam ante, ubi de Episcopis.

Gaspar dos Reis, Lusitanus, S. Theologiæ Magister, Portugalliæ Provinciæ præfectus, & ante Commissarius Generalis.

Gregorius Albertus Varaie, Valentinus, S. Theologiæ Magister.

Hieronymus de Pancorvo, Giennensis, Apostolicis Iudicibus fidei à munere consultationum.

Ioannes Anastasius de Arana, Navarrus, sacræ Theologiæ Magister, & ejusdem Professor Cæsaraugustæ, & alibi.

(a) n. 2298. & alibi sæpè.

Ioannes Bonet, Catalanus (cujus mentio fuit aliquoties tomo præcedenti a.)

Ioannes Gutierres de la Madalena, Provincialis Castellæ.

Ioannes Pinto de Victoria, Lusitanus, Doctor Theologus, Aragoniæ Provinciæ Præfectus, & Visitator Beticæ.

Ioannes de las Roelas, Hispali antiquâ nobili familiâ prognatus, Sac. Theol Magister.

Ioannes de Sorribas, Valentinus, S. Theol. Magister, & Doctor Valentinus, Concionator Regius, verè hoc munere dignus (ita D. Nicolaus Antonius, in *Bibliotheca Hispana*).

Iosephus de Bardaxi, Cesaraugustanus, nobili genere ortus, Theologiam Biblicam in Gerundensis urbis Cathedrali Ecclesia Doctor Theologus docuit: efficax, & promptus declamator Euangelicus.

Iosephus Blanch, Valentinus, Doctor Theologus, Philosophiæ publicus, & primarius Professor in patria Academia.

3793. Laurentius Angelus Espin, ex oppido Sariñena, regni Aragoniæ, ac diœcesis Oscensis, S. Theol. Doctor Cesaraugustanus, cujus Academiæ Decanus hoc tempore est; in eadem urbe rexit sodales: in Balearibus Insulis Visitator fuit, deindè & Romæ Assistentis generalis, munus pro Hispanis Provinciis primus gessit: vir doctrinâ, & modestia, cæteriſque religiosis virtutibus commendatus.

Ludovicus de Mertola, aliàs *de Præsentatione*, Lusitanus, à loco dictus cognomine in Transtagana Provincia, diœcesis Eborensis, Ordinis Carmelitarum, litteris æquè, ac regularis observantiæ zelo, & proximorum indigentiis, tam spiritualibus, quàm temporalibus subveniendi perpetuâ curâ excellens, Brasiliam, & Maragnoniam visitavit plagas, facultatibus præfecti Generalis instructus.

Marcus de Guadolaxara et Xavier, Cesaraugustanus, infatigabilis, ac pius vir, rem historicam variis locupletavit monumentis, ad posteros relatis: à Philippo IV. Rege Hispaniarum bis centum Ducatorum pensione auctus.

Martinus de Recarte Bengochea, Matritensis cœnobii sodalis, pietatis, ac doctrinæ laude insignis. Parentibus editus fuit Martino de Recarte, & Catherina de Aguilar & Fabra, in Oppido de *Ataun*.

Michael Muñoz, Cordubensis, S. Theologiæ Magister, cujus eruditionem testatur Propugnaculum Eliæ, Romæ typis editum.

Michael Pedrol, Catalanus, Barcinone publicus Professor, Qualificator S. Inquisitionis.

Michael Ripol, de Atienza, Cæsaraugustanus, in istius urbis Academia primarius Theologiæ Professor, & fidei Iudicibus à consultationibus, Provinciæ suæ bis præfectus.

Petrus de Quesada, Canariensis, S. Theol. Magister. Theutonius, sive *Theutonicus*, Lusitanus, Olyssiponensis, Carmelita, rei Theologicæ doctrinâ, atque insuper metricæ artis laude, cum viveret, clarus.

Timotheus de Ciabra, et Pimentel, Olyssiponensis, Doctor Theologus, domique Professor, concionator clarus. *De istis, quæ scripserint, ubi edita, aut ubi extent, quo tempore claruerint, aut obierint, sigillatim, ordine Alphabetico, traditur in* Bibliotheca Hispana, *Romæ edita anno* 1672. *auctore præfato Dom. Nicolao Antonio; ad quam Lectorem, ipsorum lucubrationes scire cupidum, remittimus.*

3794. *Præfatis in eruditione, & librorum in publicam utilitatem editione pares, aut suppares fuerunt.*

Bartholomæus Diaz de Enzinas, Toletanus.

Bartholomæus de Loaisa, Bæticus.

Bernardus de Paredes, Tolet. Diœc.

Christophorus Marquez, Matritensis.

Didacus de Angulo, Bæticus.

Didacus Velasquez, Medinensis.

Emmanuel Cardoso, Lusitanus.

Emmanuel des Chagas, Lusitanus.

Emmanuel Roman, Pincianus.

Franciscus de Espinosa, Bæticus.

Gabriel Anlon.

Gregorius Candel.

Iaimus Montañes.

Ioannes de Ahumada Mendoza.

Ioannes Gutierrez de la Madalena, Toletanus.

Ioannes Pedrolo, Catalanus.

Ioannes de Plata, Hispalensis.

Iosephus Elias Estrugas, Perpinian.

Io-

Digitized by Google

Josephus Serrano, Catalanus.
Iosephus Velasquez, cœnobii Medinensis.
Laureanus de Carcamo, Bæticus.
Ludovicus del Campo, Bæticæ Prov.
Matthæus Flecha, Catalanus.
Michael de Santiago, Bæticus.
Petrus ab Apostolis, Hispalensis.
Petrus de Chaves, Hispalensis.
Petrus Martinus de Herrera, Matritensis.
Petrus de Mello, Lusitanus.
Philippus de Santiago, Toletani cœnobii.
Salvator Serra, Catalanus.
Vincentius Olleme, Valentinus.

3795. *De istis, eorumque lucubrationibus, tractatur quoque in prefata* Bibliotheca Hispana: *in qua annotatur etiam* Petrus Brun: *qui, natione Flander, scripsit Opusculum* Tabulare *&c. anno Christi* 1474. *impressum Alosti, recusum in operis hujus tomo primo* (a).

(a) n. 888. & seq.

Archiepiscopi, & Episcopi Hispanicæ, & Lusitanicæ nationis, ex Carmeli Ordine assumpti.

3796. Cùm *oporteat, Episcopum Doctorem esse*, sicut ex Apostolo hîc suprà (b) audivimus; tales in Hispania, & Lusitania, commemorati sunt in antecedent. (c)

(b) n. 3757.
(c) in Catalogo Episc. hîc suprà num. 3156. & seq. ordine Alphab.

ALPHONSVS ALVAREZ, Archiepiscopus Lancianensis, deinde Archiepiscopus Brundusinus, ac denique Archiepiscopus Salernitanus.

AMATOR ARRAIS, Episcopus Adrumentinus, posteaque Portalegrensis.

AMBROSIVS DE VALLEJO, Episcopus Popajanensis, deindè Truxillensis.

ANASTASIVS VIVES, Ep. Segobricensis.

ANGELVS PEREIRA, Episc. Marocensis.

BALTHAZAR LIMPO, Episcopus Portucalensis, deinde Archiepisc. Bracharensis.

BARTHOLOMÆVS PETRO, Ep. Elnensis.

BENEDICTVS SABATER, Episcopus Philadelphiensis.

CHRISTOPHORVS MVNIZ, Ep. Reonensis.

DIDACVS DE LEON, vel *DE LEONE*, Episcopus Colimbriensis.

DIDACVS MERINO, Episcopus Montis Pelusii, deinde Iserniensis.

FABIANVS à REGIBVS, Episcopus Capitis-viridis.

FERDINANDVS DEL BARCO, Episcopus Salonensis.

FERDINANDVS LOBO, Episcopus novæ Segobiæ, deinde Episcopus Portûs-divitis.

FRANCISCVS ROMERO, Archiepiscopus Lancianensis.

FRANCISCVS SVAREZ DE VILLEGAS, Episcopus Mempheos.

GALCERANDVS CASSATAGH, Episcopus Chrysopolitanus.

GOMESIVS, Episcopus Ebronensis.

GVIDO TERRENI, Episcopus Majoricensis, deindè Elnensis.

HIERONIMVS DOMIN, Episcopus Cajetanus.

IACOBVS CASANAT, Episc. Ladensis.

IOANNES ALPHONSVS SOLIS, Episc. Portu-divitensis.

IOANNES BAPTISTA SORRIBAS, Episcopus Ampuriensis.

IOANNES E CLARAVO, Episcopus Bosanensis.

IOANNES DE DEO, Archiepiscopus Tarsensis.

IOANNES EMMANVEL, Episcopus Tiberiadensis, deindè Ceptensis.

LAVRENTIVS DE ENCINAS, Episcopus Ugentinus.

MARTINVS DE ACVNNA, Episcopus Liparensis.

MARTINVS DE SOTO MAIORI, Episcopus Tripolitanus.

MICHAEL DE CARDENAS, Episcopus Rodericopolitanus.

PETRVS BRANDANVS, Episcopus Promontorii-viridis.

PETRVS DE CARRANCA, Episcopus Bodi-aërensis in Peruvia.

PETRVS CLEMENS, Episcopus Ussellensis.

PETRVS TRIS, Episcopus Albarracinensis.

RAPHAEL L'LINAS, Episcopus Chrysopolitanus.

SANCIVS DVLL, vel *DE VL*, Episcopus Segobricensis, & Albarracinensis.

SVVATOSLAVVS IAROSLAI, Episcopus Lucensis in Hispania.

THOMAS DE FARIA, Episcopus Targensis.

TIMOTHEVS PEREZ, Episcopus Babylonis, deindè Lystrensis.

PETRVS OLGINAT DE MEDICIS, Episcopus Oriolensis electus, & *VALERIVS XIMENEZ DE EMBVN*, destinatus Episcopus Algarensis, ante inaugurationem mortem obierunt. *De Episcopis prefatis singulis specialis sermo fuit in Catalogo Episcoporum hîc antè*, (a) *post cujus impressionem) à suprà dicto R. P. Ludovico Perez, Regente Sacræ Theologiæ Romæ in Conventu S. Mariæ Transpontinæ, nobis communicata sunt, sequentia.*

(a) n. 3156. & seq.

3797. *IOSEPHVS DE LANCASTRO*, Lusitanus, ex Philippa de Mendoza filius ex Marchionis Francisci de Lancastro, militiæ Ausensis Magni Commendatoris, & Reginæ Catholicæ Mariæ Austriacæ cœconimi: Nepos Ludovici de Lancastro, Magni item Commendatoris Avisensis: Pronepos Ludovici alterius de Lancastro ex Magdalena Granatensi, Infantis Johannis Granatensis Filia: Abnepos Gedeonis de Lancastro Ducis Coimbriæ ex Beatrice de Portugallia, & Ferdinandi Ducis Bragantini

Iosephus de Lancastro ex nobilissima stirpe, familiæ

tini Nepte: & Nepos quartus Ioannis secundi, Regis Lusitanorum XIII. Porrò ejusmodi Iosephi nostri Regia Genealogia; ultrà quod palmariè nota est cunctis Lusitanis, diserte usque ad Franciscum Parentem deducitur à Roderico Mendez Sylva, *in Catalogo Regio Genealogico Hispaniensi* (a).

(a) impref. Matriti an. 1639. à fol. 101. ad 104.

Josephus verò noster Olyssippone, in ædibus paternis, natus est die 19. Martii D. Josepho sacrâ, Anno MDCXXI. Adolescens induit habitum religiosum in cœnobio * Setubalensi, exeunte anno 1645. ac post semestre, dispensatione Pontificiâ obtentâ, inibi professionem emisit anno 1646. Excultus deindè litteris & claustrali disciplinâ, mansit in patria Provincia usque ad annum 1656. Tunc in Italiam, & Romam profectus, ibi moram diu traxit, retentâ hîc, sicut alibi, & ubique, eâdem religiosæ vitæ normâ, cum eximiâ vultûs majestate, parique modestiâ. Interea Præsentatus in Sacra Theologia (sic namque Hispanicus usus loqui docet) instituitur die XVII. mensis Decembris anno 1658. Et Comitiis Generalibus in Urbe, anno 1660. sub festo Pentecostes congregatis, tamquam Definitor Generalis præsens intervenit. Atque paulò post Magister Theologicæ Facultatis die 16. Julii factus fuit. Româ verò discedens, relictâ Italiâ, in Hispaniam concessit, & Matritum accessit sub ann. 1663. ubi, paucis mensibus elapsis, inter Concionatores Regios cooptatus est. Currente deindè anno 1664. socius assumptus Hieronymi Ari Prioris Generalis, Provincias Bæticæ, Valentiæ, & Cataloniæ perlustravit. Cùm verò ad annum 1666. Romæ Comitia Generalia familiæ Carmelitanæ celebrarentur, die XVI. Junii absens ipse, eligitur Assistens Generalis pro universis Hispaniæ, & Portugalliæ Provinciis. Post liminio in patriam Provinciam, & Urbem reversus est anno 1669. Commissarius illius Generalis, eoque munere fungens, præfuit Comitiis Olyssippone celebratis die 27. Aprilis 1670. quo eodem mense, post quadriennium, ad annum videlicet 1674. recurrente, postridie, id est 28. die in præfata Urbe Prior Provincialis Portugalliæ, omnium electorum suffragiis, ne uno quidem subrepto, pari approbatione & plausu est creatus. Post biennium in præfectura, ex nominatione regia Principis Lusitani, promovetur ad Episcopales insulas in eodem Regno. Igitur die XXVI. Aprilis 1677. eligitur Episcopus Mirandensis (Miranda Urbs est Portugalliæ in Provincia Transmontana) sub Metropoli Bracharensi. Munus autem Consecrationis suscepit in patria, Olyssippone, in Amplissimo Templo sui Ordinis die XXV. sequentis Julii, sancto Iacobo Apostolo sacrâ, per manus sui germani Fratris Illustrissimi & Reverendissimi D. Veriss. de Lancastro, Ex-Archiepiscopi Bracharensis, Inquisitoris Generalis in universa ditione Lusitana. Assistentes, de more Ecclesiæ, fuerunt D. Stephanus Brioso Episcopus Pernambucensis in Brasilia, & D. Fr. Christophorus de Almeyda Episcopus Martyrensis. Affuit solemnitati universa Curia Lusitana, proceres titulati, equites torquati, omnium regiorum tribunalium Ministri togati, sacrarum Religionum Præsules, ac viri insigniores, nec non promiscua cunctorum Ordinum multitudo. Inter alios Illustrissimi Josephi consanguineos, ibi adstantes, functiones aquam super manus ejus effundendi, & porrigendi mantile, ac solitas oblationes ministrandi, præsentes personaliter peregerunt Marchio Nizlæ, & Comites figuræi, ac Oriolæ. Vivit adhuc: longitudine dierum, & multitudine meritorum, Deus eum repleat.

* *vulgo* Setuval Diœcef. Olyssip.

officiis variis in Ordine functus,

Episcopus Mirandensis electus,

solemni ritu consecratus.

3798. DIDACUS LOZANO, Hispanus, Matriti ex Michaële Lozano, & Francisca Gonçalez, die XX. Julii, anno 1622. natus, ibi in Carmeli Cœnobio Religionem ingressus, professionem emisit die VII. Augusti 1638. Item in patria Sacrum presbyteratûs Ordinem suscepit 24. Februarii 1646. per manus Reverendissimi Timothei Perez Episcopi * Listrienſis, pariter Carmelitæ. Jam verò studiis formatus, Philosophiam in Cœnobio Requenæ, Theologiam autem Toleti & Compluti docuit, Doctorali laureâ interim obtentâ. Ceterùm concionatorio muneri, in quod à natura ferebatur, potissimùm addictus, Concionator ordinarius à Rege Catholico anno 1663. institutus est, nec non stipendio annuo, nonnullis ejusmodi officii ministris dispensari solito, adauctus anno 1671. Interim Cœnobia, Complutense, & patrium Matriti, repetitis vicibus diu Prior rexit, & per triennium Castellanam Provinciam moderatus est Provincialis, electus ad id ministerium in Conventu Vallis-maurensi die 7. Maji 1672. atque post mensem Procurator Generalis omnium Hispanienſium Provinciarum apud Catholicam Curiam etiam destinatus. Adhæc inter Qualificatores S. Officii Inquisitionis locum de jure habuit ab anno 1664. Ibi præfatis curis distinebatur Didacus, cùm ad diem 5. Martii 1677. à Rege Catholico nominatus est Antistes Potentiæ, * in regno Neapolitano. Quamobrem ex Hispania in Italiam profectus, Urbem ingressus est die 15. sequentis Junii. Hic præsens, post præmissum consuetum inaugurandorum examen, die 24. Augusti peractum, electus seu confirmatus est Episcopus Potentinus, sub Materana Metropoli, die XIII. Septembris præfati anni 1677. Elapsis sex diebus Dominicâ proximâ, die XIX. ejusdem mensis in Ecclesia Transpontina sui Ordinis inauguratus est à Carolo Cardinale Pio, assistentibus Joanne Antonio Meltio Archiepiscopo Capuano, & Ludovico Cionio Episco-

* *al.* Lystrienſis.

Didacus Lozano Doctor Theol.

Concionator Reg.

variis intra, & extra Ordinem functus muneribus,

* *Ital.* Potenza, *antiqua urbs Lucaniæ.*

Episcopus Potentinus.

Digitized by Google

Episcopo Venafrano, possessionem Sedis suæ inivit per Procuratorem die 12. Novembris 1677. Urbem Potentiam solemni ritu ingressus est die 5. Decembris. Scripsit Didacus noster: *Triumphos glorioſos in ſolemnitate Canonizationis S. Magdalenæ de Pazzis Virg. Carmelitæ*, Matriti apud Cœnobium Carmelitarum peracta: *duabus concionibus à ſe ibi publicè prolatis, adjunctis*: Matriti apud Franciscum Sanz 1672. in 4. Item *alios ſermones* edidit.

ADDENDA *ad Catalogum Præſulum, hîc ſuprà, de nonnullis Hiſpanis, & Luſitanis.*

3799. NVmero 3156. (De R.mo & Ill.mo D. ALPHONZO ALVAREZ) poſt illa verba: *in Patria* ſubjung. *Quatuordecimis*: Poſt illa verba: *Neapoli*, addendum: *Cui amplißimæ Eccleſiæ Metropol. Præſul datus fuit hoc ipſo an. 1676. die 22. Junii, admiſſus deindè poſſeſſor per Procuratorem ſub 15. ſequentis Sept.*

Numero 3157. (De R.mo & Ill.mo D. AMATORE ARRAIS) poſt iſtud verb. *Epiſcopi* add. *Viſenſis*. In fine ſubjung: *Iacet Amator, in primario Sacello, à ſe conſtructo, impoſito lapide cum hoc Epitaphio, ex Luſitano in Latinum litteraliter verſo*: : : SEPULCHRUM D. FR. AMATORIS ARRAIS, EPISCOPI PORTALAGRENSIS, * FACTURÆ REGIS D. HENRICI, HUIUSQUE MAGNI ELEEMOSYNARII: QUI FUIT PRIMUS RELIGIOSUS PROFESSUS ISTIUS COLLEGII. DECESSIT I. DIE AUGUSTI 1600.

* *Factura* (Luſitanicè *feitura*:) Latin. vix in uſu: legitur tamen in hymno Epiph. *factam more redimentis.*

Numero 3158. poſt illud, *Meridionalis* ſubjungendum, *ſub Metropoli S. Fidei de Bogotta.*

Numero 3160. (De R.mo & Ill.mo D. ANASTASIO VIVES) poſt illud: *A Patria*, ſubjungendum: *eademque Metropoli.*

Numero 3166. (De R.mo & Ill.mo ANGELO PEREIRA) poſt verbum *Martyrienſis*, ſubjungendum: *ſub Metropoli Carthaginenſi.* Poſt illa verba *Theologiam docuit*, ſubjung. *& Rectorem egit.* Poſt verbũ *Prior*, ſubjung. *Definitor ſuæ Provinciæ inſtitutus, in Societate Ioan. Stephani Chizzolæ, Prioris Generalis, Baticam Provinciam viſitationis causâ luſtravit. Epiſcopus electus anno 1600. tandem plenus dierum, haud bonis operibus vacuus, obiit in oppido Pereira propè Conimbricam die 20. Junii 1614. ætatis ſuæ circiter 70. Sepulturam ibi accepit in Templo Parochiali, proſtante hac inſcriptione, ex Luſitana Latinè litteraliter facta.* HIC JACET CORPUS ILLUSTRISSIMI DOMINI D. FR. ANGELI PEREIRA, EPISCOPI MARTYRIENSIS, QUONDAM RELIGIOSI ORD. CARMELIT. DECESSIT 20. JUNII 1614.

3800. *Ad num.* 3218. Ex relatione nuperè è Gallia: FRANCISCUS SUAREZ DE VILLEGAS, *Luſitanus, patriâ, & profeßione Olyßiponenſis*, * *Carmelita, admodùm juvenis relictâ patriâ, in Gallias, & Burdegalam Biturigum Viviſcorum an. 1615. appulit, ubi poſtquàm in Regio Aquitanorum Collegio magna cum laude gymnaſiarcham egit, ac per duodeviginti annos Philoſophiam, Theologiamque publicis è pulpito illuſtravit commentariis; adeptâ primùm Magiſterii laurea 10. Decemb. 1624. in ipſâ Burdegalenſi Academia, Pariſios poſteà venit, Regni juribus donatus à Ludovico XIII. Hinc, ut eſſet virtus prodit, attollitque, Annâ Auſtriacæ Sereniſſimæ Galliarum Adminiſtratrici Reginæ à Concionibus fuit ab an. 1644. quo univerſa Theologiæ triumphum ex primo & decimo Ezechielis deſumptum, atque elegantißimè inciſum Ludovico XIV. Regi nuncupavit, ac in Comitiis ex toto Carmelitanum Ordine Romam coactis, omnium ampliſſimæ Vrbis ordinum admiratione propugnavit è cathedra. Indè ipſi Ludovico XIV. Regi à Concionibus, Conſiliis, Eleemoſyniſque factus eſt an. 1648. Litteris Regiis Lutetiæ 20. Martii datis, cum annuæ penſionis ex ærario publico juribus. Poſtmodùm, Rege, agente per Legatos ſuos Roma, ab Innocentio X. Franciſcus novâ Mempheos denunciatur Metropolites 8. Idus Decemb. an. 1649. accepto in Tranſpontinâ Conſecrationis munere 21. Decemb. eodem anno, ab Eminentißimo Iulio Portuenſi Epiſcopo Cardinali, Roma nuncupato, aſſiſtentibus Illuſtriſſimis Honorato Vrbanio, & Franciſco Cremonæ, Epiſcopis. Hinc Regis Chriſtianiſſimi edicto, approbante Innocentio X. Decanus S. Martini Turonenſis quadringentas & mille libras Gallicas quotannis pendit Franciſco Epiſcopo: cui ex Ægypto revertenti (Memphiticam enim ipſe luſtravit Provinciam) aliam etiam ſummam pendere Epiſcopus Ruthenenſis jubetur, datis à Rege literis die 18. April. an. 1662. quas Alexander VII. ratas habuit, quando Ruthenorum Infulas Illuſtriſſimo Ludovico Abellio commiſit. Calculi cruciatibus propè ſeptuagenarius deceſſit Pariſiis 17. April. an. 1664. apud Carmelitas Maubertinos depoſitus eâ Chori parte mediâ, cui lychnus impendet olearius, non appoſito Epitaphio. Scripſit Franciſcus Epiſcopus* Conciones panegyricas, *Gallicè. Pariſiis in* 8. Et iſta ex relatione R. P. Andreæ à S. Nicolao, commemorati ſubindè in antecedentibus (a) qui Pariſiis in Maubertino Conventu, & in aliis Galliæ urbibus habitans, certam notitiam hauſit.

Franciſcus Suarez de Villegas, Luſitanus,

à Regibus & Regina Galliâ in honore habitus;

Epiſcopus Mempheos conſecratus;

(a) hîc ſuprà num. 2074. & 3255. & 3524. ac alibi.

* traditur, fuiſſe nepos Reverendiſ. & Illuſtriſſ. D. Ximenez, Epiſc. Feſulani.

PARERGON, de nonnullis eximiæ pietatis, ac ſanctimoniæ opinione celebratis, in Hiſpania & Luſit.

3801. DE B. NONIO ALVAREZ PEREIRA, EX COMESTABILI LUSITANIÆ, HUMILI FRATRE DONATO IN CARMELI ORDINE. B. Nonii vita, ex Luſitanico Agiologio tradita eſt hîc ſuprà ad diem 12. Maji: interea accepimus teſtimonium, ſeu libellum ſupplicem Antiſtitum Luſitanorum, in comitiis illius regni congregatorum, ad Clentem X. Pontificem Maximum, hujus tenoris:

B. Nonius Alvarez Pereira teſtimonio Antiſtitum Luſitan.

BEATISSIME PATER: *Portugallenſes Epiſc. in hac Vlyßiponenſi Curia, ad expedienda publica totius Regni negotia congregati, ad ea præcipuè animum intendentes, quæ Fidelium animos in virtutum exempla erigant, & Romanæ Eccleſiæ ſplendorem adaugeant, Beatitudini veſtræ, reverenter exponunt, quòd ejuſdem Regni*

ni Comestabilis Dominus Noneus Alvarez Pereira, Regio sanguine, factisque praclarè gestis illustris, & multò amplius vita sanctimoniâ, & virtutum claritate insignis, omnibus etiam majorum statuum exemplis relinquens, ultimum clausit diem, migravit è vita. Post cujus obitum ad illius sepulchrum multitudo Fidelium per multa tempora diuturno concursu convenit, illius sanctitatem communi plausu celebrans, ita ut ab omnibus cognomento Sanctus appelletur, & nonnisi COMES-SANCTUS soleat nuncupari: ejus intercessionem omnes in necessitatibus, & gravioribus angustiis invocabant: nec vana fuit spes, nam de Altissimo petitionum optatum consequebantur effectum, volente Domino sui servi merita decorare. &c. Ibi consequenter ex testimoniis authenticis, & communi traditione asseruntur beneficia multiplicia, ejus meritis, seu ad ipsum recurrentibus præstita: deindè de heroicarum virtutum ejus exemplis, subditur: *Liquet in omni virtutum genere se indefessè exercuisse; profundissimam amplexus fuit humilitatem, ita ut magnificam mundi pompam renuntians, Carmelitarum Conventum Vlyssiponensem, à fundamentis, magnis sumptibus erexit, & ibidem habitum sumpsit: nec Prælati suasiones valuerunt, ut ad Sacerdotis, nec etiam ad Choristæ statum, professionem vellet emittere, tanto munere se reputans indignum: quinimò nec Fratris Laici, sed Semifratris, seu Donati officio contentus, in prædicto Conventu fuit professus, in quo tam arctam paupertatis normam observavit, ut etiam limitatâ portione in Conventu à se fundato, & copiosis redditibus à se locupletato, se indignum censens, quotidianum panem à Christi fidelibus ostiatim vellet emendicare: à quo proposito Serenissimus Odoardus Rex eum avertit, moderatam eleemosynam ad parcissimam sustentationem designans. In obedientia fuit mirabilis, in pœnitentiis rigidissimus, Deique meditatione assiduus; charitatis erga Deum & proximum innumera sunt exempla, aliarumque virtutum, quibus omnibus clarissimè enituit; Proceribus, mundi Dinastis, imò & Regibus virtutum documenta, & exempla ministrans, pariterque Religiosis arctioris observantiæ normam præstans. Quapropter V.ram B.em humiliter precamur, ut litteras remissoriales dignetur concedere, ut virtutes, miracula, ceteraque hujus Clarissimi viri Opera examini tradantur, ut Sanctorum numero adscribi valeat, ex quo Fidelium mentes exemplum, & Ecclesia capiat splendorem. Vlyssipone die... Maji ann. 1674.* subscriptum erat: *Beatissime Pater:* Ad Sanct. Vestræ pedes provoluti. D. Verissimus Archiepiscopus Primas: *Martinus, Episcopus Egitanienſis: Ioannes, Episcopus Visensis: Petrus, Episcopus Leyrienſis: Alexander, Episcopus Cluenſis: Franciſcus, Episcopus Algarbiorum: Petrus, Episcopus Constantienſis: Fr. Ludovicus, Episcopus Titiopolitanus: Fr. Christophorus, Episcopus Martyrienſis: Ludovicus Episcopus Lamecenſis.*

celebratus à vita sanctimonia,

beneficiis ejus intercessione à Deo collatis,

& heroicis virtutum exemplis:

quibus eminuit Regibus, & Principibus, ac etiam Religiosis.

Stephanus à Purificatione vita sanctimoniâ celebratus:

3802. STEPHANUS A PURIFICATIONE, *vita sanctimoniâ tam præclarus, ut pro ipso in Sanctorum, vel Beatorum numero adscribendo Acta extent Romæ apud S. Congregationem Rituum, sub Urbano VIII.* Ita P. Lezana *in Annalibus.* (a) In istis Actis hæc, inter alia, leguntur: EMINENTISSIME ET REVERENDISSIME DOMINE. *Vnicus reperitur ritè & rectè fabricatus processus, auctoritate ordinariâ, super fama sanctitatis, veneratione reliquiarum, ac miraculis patratis à Deo omnipotenti, intercessione Servi Dei Fratris Stephani à Purificatione Carmelitani de Observantia, de Mandato Illustrissimi & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Vlixbonensis.* Et aliquanto post: *Cùm in hujusmodi causa, servato Iuris ordine, sit capta Informatio, & satis constet de fama sanctitatis, & miraculorum hujus servi Dei, ad effectum obtinendi litteras remissoriales in genere, restat ut aliqua breviter de sanctitate, & excellentia vitæ, ac miraculorum operatione hujus servi Dei dicamus.* Sequitur epitome vitæ à nativitate usque ad obitum, nec non heroicarum virtutum ejus, & de fama sanctitatis ejus in Regno Portugaliæ, quodque ejus sepulchrum in magna veneratione habeatur, & Deus omnipotens intercessione ipsius varia miracula operatus sit: inter plura hæc referuntur: *Stephanus de Mello, Mahumetanus, nil sentire volens de Christiana fide, ex solo aspectu Servi Dei jacentis in feretro, clamavit, velle baptizari, & nomen Servi Dei sumpsit, ut testes deponunt.* (b) *Dominicus Lecten acuto, & inveterato dolore stomachi laborans, tactu corporis Servi Dei sanatur. Balthazar Gonzalvez morti proximus tactu gena Servi Dei, illicò loquelam, & sanitatem recuperat.* Ista autem, & alia, testium depositionibus comprobantur. Alia quædam de ipso tradita sunt in antecedentibus (c).

(a) ad an. 1457. n. 6.

processus in ordine ad ejus Beatificationem Romæ extat;

Mahumetanus ejus solo aspectu conversus.

(a) Sum. num. 10.

ejus intercessione morbi curati.

(c) hic suprà n. 3463.

3803. FRANCISCUS A CRUCE, (de quo etiam hîc suprà) quàm admirandis signis à Deo fuerit mirificatus in Francia Tolosæ, & in Provincia nuncupata *Languedoc*, traditur in *Delineatione, & relatione voti, & itineris F. Francisci à Cruce Carmelitæ Hispani*, typis edita Lugduni in Gallia apud Claudium Savarii anno MDCXLIII. eo ipso anno, quo contigerunt. Imprimis refertur ejus religiosarum virtutum magnarum splendore coruſca vita, alios ad devotionem, & in admirationem rapiens. Deindè hæc quatuor perpublicè ibi nota describuntur: 1. De cæco signo crucis (jussu Superioris, ex obedientia) efformato super oculos, mox illuminato (de quo quædam jam ante dicta sunt): 2. De puella filia D. Martini Franciæ Thesaurarii Generalis, mirè hypochondriaca, sic ut in præsentia parentum nec cibum, nec potum sumere vellet, per eumdem curata: 3. De transitu ejus per torrentem * redundantem aquis, & ita profundum, ut equites cum equis transire non possent: 4. De filia D. de la Palma, cæca, osculante Crucem ejus, & sic visum recipiente, in præsentia multorum. Ista latiùs describuntur in præfata *Delineatione & relatione*, Lugduni impressa.

F. Franciscus à Cruce,

mirificatus in Gallia.

*Gardouch al. Guarduck.

MA-

Digitized by Google

MANIPVLVS IV.

Ex Franciæ Floſculis eruditionis.

S. Ludovicus ex Carmelo Pariſios duxit Carmelitas:

3804. S. Ludovicus, Galliæ Rex, anno reparatæ ſalutis 1254. ex Terra ſancta rediens, ex Carmelo ſecum adduxit Religioſos ſex, natione Francos; quibus Pariſiis Monaſterium conſtruxit, ſicut referunt Guilielmus de Sanvico, iſtis temporibus vicinus, Arnoldus Boſtius, & alii relati hîc ſuprà parte IV. ad diem 25. Auguſti. (a) Sed iſti primi non fuerunt, qui ex Carmelo in Franciam venerunt, ſicut rectè notat Henricus Spondanus *in Annalibus ad ann.* 1254. ubi agens de Monaſteriis à S. Ludovico ædificatis, peculiariter iſta ſcribit de Carmelitis: *Ex monte Carmelo deductis, apud Pariſios locum atque Eccleſiam primus attribuit: non tamen ut primus ille hujus Ordinem in Gallias adduxerit, quod nonnullis perſuaſum videmus; ſed tantùm Pariſios: cùm jam ante hac, tum alia alibi, tum Burdegala reperiatur fuiſſe cœnobium ejus Ordinis*, videlicet anno Domini 1099. fundatum, ſicut ex *Annalibus Carmelitanis Tomo* 3. (b) & 4. (c) Plures etiam alios Conventus alibi, ante dictum annum 1254. fundatos eſſe conſtat. In Gallia nunc Provinciæ hujus Ordinis ſunt ſeptem, videlicet *Narbona, Francia, Aquitania, Provincia, Toloſa, Vaſconia, Turonia*: in quibus claruerunt viri valde illuſtres, S. Bertholdus primus ex Latinis Generalis Ordinis, ſub nomenclatura *Prior Generalis*: Ven. Alanus, Brito, Generalis quintus, & Nicolaus Gallicus ſeptimus in ſerie Generalium, B. Joannes Soreth XXIV. Generalis: S. Avertanus, S. Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus, Petrus de Caſâ Patriarcha Jeroſolymitanus, & alii Epiſcopali dignitate clari. De Sanctis *parte IV. & in hac parte libro* 3. *præcedenti cap. IV.* de variis ſplendore virtutum, aut etiam ſanctimoniæ famâ claris, ſermo fuit. Hîc autem conſequenter commemorantur præcipui nobis noti, qui eruditionis teſtimoniis comprobati ſunt.

(a) n 2951. & ſeq.

jam tum ante Carmelita Burdegala & alibi.

(b) ad an. 1099. n. 17. & ſeq.

(c) ad an. 1358. n. 6.

in Gallia Provincia Carmelit. ſeptem:

in quibus viri clariſſimi.

3805. Arnoldus * Anedelius, Vaſco, de cujus lucubrationibus Poſſevinus (d). Vivebat anno 1510.

* *al.* Avedelius.

(d) in Apar. in Append.

Bartholomæus * Roquallus, ſeu *de Racoli*, & *Racolius*, ac *Roquacallus*: de quo, & ſcriptis ejus, hîc ſuprà (e).

* *Not.* error typi ibi impreſ. Requal.

(e) n. 3179.

Bernardus de Ambasia, Provincialis Toloſæ, de quo, ejuſque eruditione, & ſcriptis, hîc ſuprà. (f)

(f) n. 3183.

3806. S. Bertholdus a Malefayda, Lemovicenſis (cujus vitam dedimus parte IV. ad diem XXIX. Martii) inter Scriptores refertur à Petro Lucio, tradente, quòd *ſuis ſcriptis, & vocibus optimum vivendi modum reliquerit.*

Blasius * Andernarius, de quo Trithemius hîc ſuprà, (g) & de ſcriptis ejus etiam Poſſevinus, & alii apud Lezana *in Annalibus ad annum* 1373. circa quem floruit: ibi autem cognominatur *Azemarius* vel *Andemarius.*

* *al.* Andernarii.

(g) n. 3076.

Claudius à Monte Martyrum, Doctor, Theologus Pariſienſis, claruit anno 1550. Quæ ſcripſit, referunt Sixtus Senenſis in *Bibliotheca Sancta*, Poſſevinus, & alii.

3807. B. Franciſca de Ambosia, ex Ducisſa Britanniæ monialis Carmelitiſſa, Carmelitiſſarum in Britannia Armorica Fundatrix, cujus vita tradita eſt hîc ſuprà. Statuta ſuis Monialibus tradidit: ejus *Sancti ardores in ſeptem Chriſti in Cruce pendentis verba, cum piis meditationibus* Pariſiis editi ſunt an. 1621. in 12. Documenta, ſeu apophtegmata ſpiritualia, Religioſis ſuis tradita, excuſa ſunt in ejus vita. (a)

(a) hîc ſup. n. 2586.

Franciscus Brunaudus, Sabaudus, S. Theologiæ Magiſter, de quo hîc ſuprà, ubi de Epiſcopis. Lucubrationes ejus ſpecificat Poſſevinus, qui eum cognominat *Brunancium, & Angeliacum.*

3808. Gerardus à Cussaco, Agenenſis, in Aquitania: de quo, & ſcriptis ejus Poſſevinus, & alii. Vivebat an. 1346.

Gualhardus a Rupe, ſeu *Gualliardus*, vir ſingulariter eruditus, annis plurimis Provincialis Toloſæ, de quo, & lucubrationibus ejus Geſnerus, Poſſevinus, & alii apud Lezanam (a).

(a) Tom. 4 Annal. ad an. 1470. n. 5.

Guilelmus de Saviniaco, de quo Arnoldus Boſtius hîc ſuprà (b): Poſſevinus cognominat *de Sanviliaco*, Toloſanum, & eruditionis ejus monumenta recenſet. Dubitabit fortè quiſpiam, an non is idem cum *Guilielmo de Sanvico*? Sed ut duos diverſos cenſent præfatus Boſtius, Poſſevinus, & alii. *Guilielmus de Sanvico*, ſeu *San-vicco* (nonnulli ſcribunt *Samuco*) floruit circa annum Chriſti 1287. quo Diffinitor Terræ ſanctæ erat in Capitulo Generali, in Montepeſſulano (c): alter autem Pariſiis docebat anno 1348. ut ſcribit Boſtius.

(b) n. 3020.

(c) ut habetur ex Inſtrumento adducto hîc ſuprà num. 2074.

3809. Herenus * de Boyo, Brito, Doctor Pariſienſis, & Sacrarum litterarum interpres, de quo Trithemius hîc ſuprà (c) & Poſſevinus, addens eum vixiſſe an. 1450.

* *al.* Henricus.

(d) n. 3088.

Henricus Potinus, Rotomagenſis, Epiſcopus de quo, pariter & de ſcriptis ejus, hîc ſuprà (d).

(e) n. 3245.

Hugo de Vernego, Narbonenſis, Doctor Theologus Facultatis Pariſienſis, Provincialis Narbonæ Provinciæ. Scripſit *in Magiſtrum Sententiarum lib.* 4. *Determinationes lib.* 1. Obiit Pariſiis an. 1340. Ita Ludovicus Jacob à S. Carolo in Compendioſa deſcriptione præfatæ Provinciæ Narbonæ cap. 4. recenſens auctores, qui de eo ſcribunt.

3810. Joannes de Alerio, Toloſanus, Prior Generalis totius Ordinis, de quo Trithemius hîc ſuprà, (e) nec non Sixtus Senenſis, & alii: de cujus ſingulari pietate libro præcedenti ſermo fuit. (f)

(f) n. 3091.

(g) n. 3508

Joannes de Ciminetho, Conventûs Metenſis, de cujus eruditione & ſcriptis

Digitized by Google

(a)n.3099. Trithemius hîc suprà (a) & alii plures. Quoad *Speculum institutionis Ordinis Carmelitani*, illud extat impressum in antiquo Speculo Ordinis Venetiis excuso an. 1507. de
(b) n.885. quo plura in Tomo præcedenti. (b).

Joannes Golein, Rotomagensis, Doctor Parisiensis, de cujus eruditione, & eruditionis monumentis ad posteros transmissis, Bostius, & Trithemius hîc suprà, (c)
(c) n.3038. & 3105. Possevinus & alii: de cujus Legationibus
(d)n.3399. etiam hîc ante (d).

3811. Joannes Grossi, seu *Grossus*, Tolosanus, Doctor Theologus, Prior Generalis, de quo Trithemius hîc suprà (e) *Viri-*
(e)n. 3106. *darium* ejus insertum est Tomo præcedenti,
(f) Tomo præced. n. 550. ubi in Notatione prævia, plura de ipso (f).

Joannes de Molinis, Doctor Theologus: de quo videatur hîc paulò infrà, in *Manipulo VI.* sub nomine *Ioannes de Malinis.*

Ioannes Noblet, ex medico, Carmelita, & Doctor, ac Professor Theologus Parisiensis; de cujus eruditione Bostius, &
(g)n. 3045. & 3112. Trithemius hîc suprà (g), Eysingrenius, & alii.

3812. Ioannes de Regno, Tolosanus, Theologiæ Doctor. De eo scribunt Tri-
(h)n.3114. themius hîc suprà (h) Sixtus Senensis, qui tradit claruisse an. 1348.

Ioannes Soreth, Doctor Theologus Parisiensis, Prior Generalis, de cujus eruditione, zelo, sancta vita, & miraculis, Bostius
(i) n.3059. & 3117. & Trithemius hîc suprà: (i) & latiùs in parte IV. ad diem XXV. Iulii ubi ejus vitam dedimus.

Ioannes Tarcou, Burgundus, Carmelita Semurienſis, Doctor Theologus, Prior Cabilonensis. Scripsit, *Annotationes super Epistolas & Euangelia Quadragesimalia. Sermones per Adventum. Sermones Quadragesimales.* Migravit *Semuri* anno Christi 1586. die 9. Augusti.

3813. Ioannes Trissa, Prov. Narbonæ, Doctor Theologus Parisiensis: Scripsit *Lecturas Scripturarum lib. 1. Lecturas Sententiarum lib. 4. Catalogum Magistrorum Parisiensium lib. 1* & alia. Migravit anno 1363. Ita Ludovicus Iacob.

Ioannes de Vineta, Armoricus, Brito, Provincialis Franciæ, de cujus eruditio-
(k) Tomo præced. n. 869. ne, & scriptis, *Tomo præcedenti*, in quo extat ejus Chronicon. (k)

Laurentius Burellus, Burgundus, de
(l) n.3120. quo Trithemius hic supra (l). Vir fuit vitâ, & moribus insignis, omni litteraturâ, suâ ætate, nobilissimus, inquit Eysingrenius: plura de eo tradita sunt hîc suprà, ubi de
(m)n.3362. Episcopis. (m).

3814. Matthæus Chantonis, Aquitanus, Albiensis, Doctor Tolosæ, ubi publicè docuit. Obiit in Albiensi cœnobio. Ita Possevinus, referens quoque eruditionis ejus monumenta posteris relicta. Obiit an. 1506.

Maturinus Clemens (vulgò *Courtois*) Decanus Theologorũ Parisiensium. Biturigensis Facultatis Theol. primus Fundator Obiit Biturigis anno 1509. die 10. Iulii, ætatis suæ 89. Ita Possevinus in Apparatu: recenset ibidem variæ eruditionis ejus lucubrationes, de quibus mentio fuit hic suprà (a).
(a)n. 3411.

Menaldus * de Rosariis, Burdegalensis, Sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis insignis, Provinciæ Vasconiæ Provincialis meritissimus, vir in omni scientiarum genere, præsertim in utroque Iure, optimè versatus: de quo & eruditis ejus lucubrationibus Possevinus: claruit ante, & post an. Christi 1500. de quo videatur hîc
(b)n.1498. suprà (b).
* *seu* Monaldus.

3815. Nicolaus Coch, Anicienſis, Doctor Parisiensis, Provincialis Narbonæ, electus anno 1420. Scripsit *Commentaria in Genesim, & in librum IV. Sententiarum.* Ita Ludovicus Iacob *in Descriptione Provinciæ Narbonæ cap.* 4.

Nicolaus Gallicus, Prior Generalis, sanctitate, zelo, & eruditione clarus, de quo
(c) n.3004. & 3124. Bostius, ac Trithemius hîc suprà (c).

Nicolaus Rotarius, natione Burgundus, Conventûs Bisuntini, vir egregiè doctus, ac Sacræ Theologiæ & Latinæ linguæ apud Carmelitas Florentinos quondam Professor eruditissimus: carmine exercitatus & prosa. Ejusdem meminit Possevinus.

3816. Paulus Bonetus, Narbonensis, Conventûs Lunellensis. De quo Possevinus, Ludovicus Iacob, & alii: vivebat an. 1410.

Petrus de Berreto, * Narbonensis, de quo hîc suprà, ubi de Episcopis. (d)
* *al.* Bereto & Beretto
(d) n.3329.
(e) in Descript. Prov. Narbon. c. 4.
Scripta ejus referunt Possevinus, Ludovicus Iacob, (e) & alii.

3817. Petrus de Casa, Lemovicensis, Prior Generalis, tandem Patriarcha Hierosolymitanus: de quo in antecedentibus (f).
(f) n.3019. & 3129. & 3332. & seq. & 3309.

Petrus Garnengius, Armoricus, Brito, Provincialis Turoniæ. Obiit anno 1471. Ita Possevinus, qui etiam de scriptis ejus.

Petrus e Nongento, Normannus, Parisiis publicus Theologiæ Professor: eruditionis suæ reliquit posteris monumenta, memorata à Possevino. Claruit anno 1404.

3818. Petrus Raimundi de Insula Grassa, Narbonensis Provinciæ; Prior Generalis, de cujus doctrina, & doctrinæ fructibus posteritati transmissis Trithemius
(g)n.3130. hîc suprà. (g)

S. Petrus * Thomas, Aquitanus, fulgentissimum Galliæ, Carmeli, & totius Ecclesiæ sidus, Patriarcha Constantinopolitanus, de cujus sanctitate actum in parte IV. ad XXIX. Ianuarii: ubi etiam de fundato per eum Bononiensi studio Theologico, (h) &
* *al.* Thomæ.
(h) n. 701. de ejus doctrina (peculiariter libro de purissima Conceptione) hîc suprà in Bostio, & Trithemio. (i)
(i)n.3025.

3819. Robertus de Monstreolo, Prædicator Verbi Divini egregius, de quo, & scriptis ejus Iacobus Servita, Bostius, & Trithemius, hîc suprà (k) à Sixto Senensi, &
(k) n.3047. & 3137.
non-

Digitized by Google

nonnullis aliis, is vocatur *Rupertus Gallus*. Claruit anno 1350.

SIMON BONI, Burgundus, Carmelita Semurienſis, Theologus, & Concionator. Scripſit, *in Lamentationes Ieremiæ Prophetæ* Commentaria. *Sermones Latinos*, lib. 1. Floruit *Semuri Mandubiorum* anno Chriſti 1574. Ex Ludovico Jacob.

STEPHANUS GILLETTUS, Burgundus, Narbonæ Provincialis, cujus eruditionem ſatis teſtantur tria volumina lucubrationum, de quibus & aliis Poſſevinus, Ludovicus Iacob, & alii.

Thomas Beauxamis.

3820. THOMAS BEAUXAMIS (à nonnullis cognominatur *Pulcher-Amicus*) patriâ Pariſinus, in Melodunenſi Cœnobio vota dixit. Adhuc adoleſcens humanas divinaſque litteras, Græcas etiam & Hebraicas hauſit. Perdius & pernox eâ ſtuduit ſcripſitque pertinaciâ, ut calamum dextrâ complexus libris indormiiſſe non rarò à ſuis viſus ſit, vel dormiens ſcribere, vel ſcribens dormire vulgò diceretur. Ab anno 1567. Pariſiis Theologiæ laureâ donatus, Theologorum ſua ætate facilè princeps, Albienſi ſuæ Congregationi præfuit anno 1570. ſub Vicarii Generalis nomine, quod anno 1573. depoſuit. Catharinæ Mediceæ trium in Galliis Regum Reginæ Parenti à concionibus, Remis, & Pariſiis, ac multis annis ad Reges Carolum IX. Henricumque III. eâ dixit facundiâ & ubertate, quæ nutantes turbulentiſſimis illis temporibus in fide confirmaret, deſciſcenteſque planè revocaret. Hinc verò apud Henricum Regem tantum valuit auctoritate & gratiâ, ut eo in arduis Eccleſiæ, Regnique negotiis Legato uteretur & Adminiſtro, non ſine fremitum undequaque hæreticorum invidia, quos eminùs cominuſque, voce & calamo, ubique debellavit. Et quidem quantùm ad ea quæ pro illuſtratione, & confirmatione dogmatum Eccleſiæ; & ad confirmandos orthodoxos, ac convertendos lapſos ſcripſit, plurima ſunt: inter quæ iſta: *Olla everſa, & liquefacta*, ſcilicet refutatio libellorum quorumdam (ab hæreticis falsò prænotatorum *Olla adversùs Eccleſiam* &c.) Pariſ. an. 1572. *De cultu & veneratione Sanctorum.* Pariſ. 1566 *Compendium Vocabularii Theologici recognitum & auctum.* Pariſ. ſæp. *Homilia in omnia quæ per Quadrageſimam leguntur Euangelia.* Antuerpiæ & Pariſiis ſæpiùs: *De fide, & Symbolo* lib. IV. Pariſ. ſæp. *Adverſus hæreticos, impetentes Romanum Pontificem, & alios Eccleſiæ Præſules.* Gallicè Pariſ. *Hiſtoria ſectarum quæ 88. Euchariſtiam oppugnarunt.* Gallicè, Pariſ. 1570. *Homilia in S. Cœnæ myſteria.* Pariſ. 1573. *In Habacuk homilia in Regia habita Pariſiis per Adventum, ad Regem an.* 1576. Pariſ. 1578. *Harmonia Euangelica. Ad Gregorium XIII. Pontif. Max.* Pariſiis apud Guilielmum Chaudiere 1583. lib. IV. in folio ſæpiùs recuſa, ibi, & alibi. Scripſit & edidit alia plura. Deſiit vivere Pariſ.* pridie Calendas Majas anno teſtitutæ ſalutis 1589. Conditus in Carmelitarum Choro à latere Euangelii medius inter Thomam Vitecoc & Franciſcum Suarez Epiſcopos: ut qui vivens Epiſcopis fuit Theologus, moriens inter Epiſcopos locum habeat, in vulgari licet tumulo, quem nulla hactenus epigraphe diſtinguit à reliquis, niſi diſtingui dixeris frequenti ad eum Theologorum Pariſienſium conventu. Etenim ſingulis annis celebrantur pro eo tres majores miſſæ die 30. Aprilis, una de Spiritu ſancto, alia de Beata, tertia pro Defuncto: quibus intereſt Facultas Pariſienſis. Et iſta (ex teſtimoniis, ſeu relationibus præcipuorum aliquot Patrum in Gallia, qui Pariſiis in præfato Conventu habitarunt) quia non paſſim nota, aliquantò prolixiùs hîc; de viro illo, optimè de Eccleſia merito: quem plures ſingulari præconio proſequuntur: ita quidem Aubertus Miræus. *Sui temporis inter ſapientiſſimos quoſque Doctores Pariſienſes clariſſimus . . . cui, præter inſigne ſapientiæ donum, miram Deus contulit virtutum excellentiam. Multa ſcripſit, & edidit.* Ita Aubertus Miræus, *in Bibliotheca Eccleſiaſtica*, (a) ubi etiam recenſet præcipuas ejus lucubrationes, de quibus quoque Poſſevinus, & alii.

ſtudioſiſſimus,

Doctor Th. Pariſ.

Regius Eccleſiaſtes,

hæreticorum debellator,

orthodoxorum ſtabilimentum:

ſum in finem plurima ſcripſit.

** aliq. ſcribit:* die 1. Maji.

obiit an. 1589.

ad ejus ſepulchrum annuò congregatur Facultas Theol. Pariſ.

(a) Antv. impreſ. an. 1649. pag. 177.

3821. TUSSANUS* DE VILLA-NOVA, Doctor Pariſienſis, Provincialis Narbonæ, de quo hîc ſup. ubi de Epiſcopis. (b) Scripſit *Commentaria in ſacram Scripturam: Quadrageſimale: Directorium conſcientiæ: Officium S. Verani.* Ita Ludovicus Jacob, *in Deſcriptione Provinciæ Narbonæ cap.* 4. quod eſt. *De claris Scriptoribus Carmelitis Provinciæ Narbonæ*; ubi etiam de HUBERTO A COSTA, Lugdunenſi, Doctore Theologo; ANTONIO BRELUQUE Burgundo, Doctore Theologo; HUGONE DURAND, Burgundo, Cabilonenſi Priore, BARTHOLOMÆO SPIRITUS, Burgundo, Doctore Theologo Pariſienſi, Provinciali Narbonæ, Vicario Generali per Galliam, atque aliis, eorumque ſcriptis.

* al. Toſſanus.

(b) n. 1370.

3822. *Animadvertendum, quòd ſeculum præcedens (XVI.) toti Eccleſiæ, atque ita etiam Ordinibus Religioſis, fuerit valdè funeſtum, peſtilentis hæreſis multiplicis exortu per Lutherum, & Calvinum: qui, ut duæ infernales beſtiæ de abyſſo aſcendentes, incendium excitarunt ingens, quò tota ferè Europa mox conflagravit: cui miſerè involutæ fuerunt ſex Ordinis hujus Provincia, Angliæ, Hiberniæ, Scotiæ, Bohemiæ, Saxoniæ, & Daciæ, quæ penitùs interierunt, omnibus omninò Conventibus per hæreticos deſtructis, aut occupatis. Alia autem omnes Provincia noſtra in Gallia, Germania, & Belgio, graviter uſtulata fuerunt, Conventibus pleriſque diruti, vel expilatis, ac Religioſis inde fugatis, aut interemptis. Idem evenit aliis Religionibus.*

Seculi XVI. quàm funeſtum:

Carmeli Ordo tunc amiſit Provincias ſex:

3823. *Et quidem quantùm ad hunc Carmeli Ordinem, in Gallia, ibi in Vaſconia iſtius nominis Provincia Carmelitana omnes omninò Conventus hæreticorum Calviniſtarum, ſeu Hugenotarum immani debacchatione; aut incendio conflagrarunt, aut planè diruti, aut ſpoliati fuere: prout de ſingulis refertur in Annalibus Ordinis*

in Gallia (c) hæreticorum debachatio.

ad

Digitized by Google

ad annum Christi 1358. *Eadem calamitates senserunt quoque pleraque aliæ Galliarum Provinciæ, & Conventus Ordinis nostri. De eversa Conventu Balneolensi, in Provincia Narbonæ, scribitur in iisdem* Annalibus ad annum Chr. 1310. *Deque aliis alibi. De Conventu S. Antonii in Aquitania, & Religiosis in eo commorantibus, turbulentissimo illo seculo, ita scribit Lezana* tomo 4. Annalium ad annum 1400. (*ubi de ejusdem fundatione*) Hæreticorum, *inquit*, Calvinistarum perfidiâ omnia ipsius ædificia usque ad fundamenta funditùs eversa fuêre, Religiosis aliis in ignem injectis, aliis in flumen demersis, aliis ense confossis, vel interemptis. *Cadurcensis etiam in Aquitania, per Calvinistas exustus fuit anno 1572. & alii ejusdem Provinciæ Aquitaniæ Conventus funditùs eversi fuêre, ut in iisdem Annalibus Ordinis* ad annum Christi 1360. *Conventum Lunellensem, Calvinistæ furentes, direptis omnibus, tam sacris quàm domesticis, & venerabili Priore cum suis Religiosis necatis, incenderunt; sicut plenius traditum est hic suprà* (a) *Sors similis fuit Provinciæ Turoniæ, & aliarum.*

(a) n. 3510.

Rhedonensis Conventus, in Turonia Provincia, palmes valde fructuosus.

3824. *Istis igitur afflictissimis temporibus, necatis, aut fugatis Religiosis, & valde diminutis, vix, aut ne vix studia vigere poterant. Hinc sub finem istius, & initium hujus (XVII. inchoati anno 1600. aut verius 1601) pauci extiterunt eruditione, & scriptis Ecclesiam, & Ordinem illustrantes. Verumtamen etiam tunc non deerant in hoc Ordine Ecclesiæ pugiles strenui, qui cominùs, & eminùs (verbo, & scripto) nutantes in fide confirmaverunt, & errabundos ad Ecclesiæ gremium reduxerunt, videlicet præfatus Thomas Beauxamis, Jacobus Maistret, Desiderius Buset, Anastasius Cochelet, & alii. Dei autem benignitate circa annum Christi 1604. in Rhedonensi Conventu, Provinciæ Turoniæ nuncupatæ, plantatus fuit palmes fructuosus, qui exinde lætissimè germinavit, nempè jacta fuêre fundamenta Instaurationis, strictioris que Observantiæ, seu Reformationis, quæ exinde non tantùm ad omnes istius Provinciæ Conventus, sed & ad alios intra, ac etiam extra Galliam Provincias, derivata fuit. Atque ita paulatim etiam studia refloruerunt; & quidem tam felici successu in præfata Turonia Provincia, ut in ea tempore medii seculi, & aliquantò plus, plures ibi reperiantur Scriptores, in quavis ferè classe (Theologica, Philosophica, Juxe Canon. Ascetica, Historicis & Miscellaneis) quàm simul in seculis aliquot anterioribus, sicut videre licebit in Catalogo sequenti, Scriptorum hujus seculi; omnes quippe nuncupati Armorici, Andini, Rhedonenses &c. sunt alumni præfatæ Provinciæ Turoniæ. Quantum ad alias pleraque in Gallia Provincias, plantatus in Turonia palmes, in optimos germinavit traduces: sicuti & observantiæ, ita etiam & doctrinæ proferre reperunt, & uberiores produci sperantur. De istius seculi XVI. funestis casibus in regionibus aliis quædam dicentur in sequentibus.* (b) *Hic autem sequitur Catalogus Scriptorum, qui hoc seculo in Gallia, præsertim autem in Turonia Provincia, scripserunt.*

(b) ad Manipulo V. sub medii. & etiam Manip. VI. sub med.

3825. ALBERTUS A S. ÆGIDIO, patriâ Dolensis, Carmeli Ordinem complexus est & in eo vota dixit Rhedonis anno 1609. Doctor Theologus Parisiensis. Scripsit opus, cui titulus est: *Paulus prædicans resurrectionem mortuorum*, adversùs atheos, impres. Rhedonis an. 1654. in 4.

ANGELUS LE BLANCH, Sabaudus, Rupeculensis Carmelita, S.T.D. aliàs Provinciæ Provinciæ Provincialis. Edidit: *De Confraternitate Scapularis libellum: De vita & miraculis S. Angeli Carmelitæ, Martyris* carmine. *Sermones per Adventum & quadragesimam.* Ex P. Ludovico Iacob (a).

(a) in Bibl. Carmel.

ANGELUS SPENEL, Aniciensis, Carmelita Lunellensis, Doctor Theologus, diversis in locis Prior, & primus Provinciæ Narbonæ Definitor. Edidit *Sermonum librum.* Montispessuli 1649. in 8. Gallicè.... *Facem sacram Deiparæ.* Lugduni 1634. in 24. Gallicè. *Panegyricas orationes varias*, atque alia. Ex hac vita decessit circa an. 1652. Hæc Ludovicus Iacob. (b)

(b) in Descrip. Prov. Narbonæ c. 4.

3826. ANASTASIUS COCHELETUS, natione Campanus, Carmelita Rhemensis, Sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis, & Professor, ibidemque Prior & alibi, deindè Provinciæ Franciæ Provincialis; vir undequaque doctissimus, Religionis Catholicæ insignis defensor, adversùs hæreticos pugil egregius: tum in Gallia, tùm in Belgio, Antuerpiæ, ubi tempore Henrici Francorum Regis, ob Galliarum intestinos motus, ad tempus cum fratribus suis Carmelitis commoratus, verbis, & scriptis hæreticos insectatus, Catholicos in fide confirmavit: posteà rediit in Galliam, ubi (& non Antuerpiæ, ut nonnulli scribunt) Rhemis * anno Christi 1624. ad alteram vitam migravit, ætatis circiter an. 75. Scripsit, *Adversùs dissertationem mentiti Idoli Hallensis Anonymi cujusdam hæretici pro Iusto Lipsio.* Antuerpiæ anno 1607. in 8. *Calvini infernum*: Antuerpiæ 1608. in 8. *Responsio ad abjurationem veræ fidei, quam facium Calvinistæ à fide Catholica & Apostolica Romana apostatantes*: Antuerpiæ 1604. *In Missam contra du Plessis.* Item *Repetitiones S. Sacrificii Missæ in formam homiliarum*, Antuerpiæ 1602. *Cæmiterium Calvini contra Polyandrum Calvinistam*, Antuerpiæ 1612. in 8. atque alia.

* al. Durocortorum Rhemis.

3827. ANDREAS BLANCHARD, Arvernus, Claromontani monasterii, Doctor Theologus Parisiensis, Definitor Provinciæ Narbonæ: optimè meritus de Reformatione, seu strictiori observantia, pro quâ scripsit *Constitutiones* (c).

(c) Ita Lud. Iacob. in Descript. Prov. Narbonæ c. 4.

ANDREAS A S. NICOLAO, Lotharingus natione, Vesuntione sub provincia Narbonæ in Carmeli Ordine vota vovit Domino an. 1656. die 16. Julii. variis functus officiis, Prioris Vesuntione, & alibi, Definitoris &c. Scripsit & edidit. *Prohotum hominum summus*, metro Elegiaco. *Salomonem, seu mulierem fortem, & Machabæorum matrem*, versu Iambico. *De Eloquentia, Elegantia, Rhetoricis, Philosophiæque laudibus orationes quatuor. Tumulum Serenissimæ Annæ Austriacæ Galliarum parentis*

Digitized by Google

parentis Reginæ; strictâ, solutaque oratione. Opusculum *de Tertiariis Ord. Carmel.* Gallico idiomate. *Vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis:* Claromontii anno 1670. Gallicè atque alia. Pridem delineavit, & ad prælum parat *Galliam Carmelitanam, in septem provincias diffusam, chorographice, & topographicè,* in aliquot tomos distributam. Is benevolo, & liberali manu, non pauca pro opere hoc subministravit. (a)

(a) vid. hic suprà num. 1206. & 2074. & 3255. & 3534. & alibi.

3828. Antonius a S. Martino, Armoricus, ex duplici valdè illustri familia; *De la Porte,* ex parte patris, & *Beaufort,* ex parte matris: ad Christi, & Mariæ vexillum convolavit an. 1613. in Carmeli Ordine professus Rhedonis anno 1614. Professoris Philosophiæ, & Theologiæ, Prioris, Definitoris, ac Vicarii Provincialis in Prov. Turoniæ, & Commissarii Generalis in Conventu magno Paris. munia obivit, concionator celebris per annos ferè 20. in Ecclesiis primariis Parisiis. Doctrinæ pietatem conjungens edidit Gallicè, *De præsentia Iesu Christi in Xenodochiis & carceribus:* Parisiis an. 1643. in 12. (suppresso nomine suo (*Conversationem internam cum Iesu Christo in SS. Altaris Sacramento:* Paris. an. 1644. in 12. (etiam non appositio nomine suo) *De modo ritè conversandi in societatibus,* nec non *Thesaurum divitum in sinu pauperum* in 12. utrumque Parisiis an. 1644. *Gratiæ Divinæ conductum, & operationes ad formandos bonos mores,* in 4. volum. in 4. Paris. an. 1645. & seq. ac deindè Lugduni & Rotomagi. Varia etiam inedita reliquit: decessit Parisiis, in Conventu SS. Sacramenti, vulgò *Billettes,* anno 1650. die 23. Septembris.

3829. Augustinus a Virgine Maria, natione Armoricus, animum ad Carmeli Ordinem convertit, Rhedonis professus anno 1640. die 10. Augusti, variis functus muniis, Professoris Philosophiæ, ac Theol. Prioris, Definitoris Provinciæ suæ Turoniæ, & nunc Commissarii Generalis Monialium sui Ordinis. Scripsit, & edidit *Philosophia Aristo-Thomistica Cursum,* distributum in sex tomos: in 12. Lugduni an. 1664. & *Theologia Thomistica cursum* in aliquot tomis parvis: Paris. an. 1659. *Compendium Privilegiorum Religiosorum Mendicantium, & non Mendicantium;* Lugduni in 8. deindè Antuerpiæ, iterumq; Lugduni.

3830. Benignus a S. Martino, Burgundus: edidit *Gaudia amantis Iesu, & Mariæ,* Divione anno 1634. in 24. *De Rosario* Lugduni an. 1615. in 24. de quo Hyppolitus Maraccius in Bibliotheca Mariana (b).

(b) Ludov. Jacob. in descript. Prov. Narbonæ c. 4.

Bernardus a S. Magdalena, patriâ Andinus, Rhedonis professus an. 1611. Reformationis, ibi tunc ante aliquot annos inchoatæ, promotor strenuus, vitæ interioris, ac spiritualis exercitiis multùm addictus, & Religionis zelo accensus, Magister Novitiorum an. 15. continuis, Prior variis in locis, ac Provincialis; auctor est primarius quoad materiam, formam, & ordinem præclari, & utilissimi operis *Directorii Novitiorum &c.* in octo distributi tomulos, quorum sex prodierunt, de quibus etiam infrà, ubi de P. Marco. Decessit in Conventu Rhedonensi an. 1669. relicto eximiæ pietatis odore.

3831. Bonaventura a S. Anna, Armoricus, ex civitate Nannetensi oriundus, sedulo studio in Theologia præsertim morali, & Jure Canonico multùm versatus, scripsit laudatum opus, Gallico idiomate: *Pro Defensione Papæ, & jurium ejus, contra quosdam Novatores,* typis editum an. 1658. sub nomine *Iacobi de Vernant.* Cùm Doctores aliqui propositiones aliquas illius operis censuràssent, *Defensorium* scripsit hujus tituli: *Doctrina antiqua Facultatis Theologicæ Parisiensis, oppositæ censuræ per quosdam Doctores modernos,* editum sub eodem nomine *Iacob de Vern.* Post laudabilia regularis vitæ exempla tradita obiit Andegavi circa an. 1669.

Christophorus le Roy, Doctor Theol. Paris. Provinciæ Turoniæ Provincialis, & aliis in ea functus officiis, morum honestate, & eruditionis famâ celebris. Edidit Gallicè *Sacrum animæ nemus,* duobus libris distinctũ, Paris. an. 1626. *Vitam B. Franciscæ de Amboisia* (de qua mox) & *ejusdem ardores,* Paris. in 12 & alia quædam. Decessit anno 1620.

Claudius Perrier, Anicientis, Doctor Theologus Tolosanus, Prior Monspelien- (a) ex Lud. sis, edidit Gallicè *vitam S. Angeli* Lugduni an 1643. in 12. (a) Iac. in Descript. Prov. Narb. c. 4.

3832. Daniel a S. Josepho, Armoricus, generis claritate, ingenio, eruditione, & eloquentiâ prælarus, per plures annos Theologiæ Professor in Provincia Turoniæ, deindè Cadomi, tandem etiam Romæ in primario Ordinis Conventu S. Mariæ Transp. Regens Theologiæ: reversus in Provinciam suam Turoniæ, Provincialis: edidit *in Summam D. Thomæ, De Deo, & Angelis tomum* 1. Cadomi an. 1649. alios prælo præparatos, morte præventus ineditos reliquit: edidit quoque Gallicè Tractatum *de mysterio SS. Trinitatis,* Parisiis an. 1653. in 4. *Sermones panegyricos de Sanctis,* Parisiis anno 1660. Vivere desiit anno 1667.

3833. Desiderius Buffet, Campanus, Carmelita Divionensis & Prior, Doctor Theol. Paris. Provinciæ Narbonæ Provincialis, & Galliarum Vicarius Generalis. Scripsit, *Laurentii Burelli, Carmelitæ, Episcopi Elogium. Sermones Quadragesimales. Sermones varios. Carmina contra Hæreticos. Epistolas ad Diversos.* Decessit Divione anno gratiæ 1603. Ex Ludico Iacob *in Compendiosa Descriptione Provinciæ Narbonæ, Ordinis Carmelitarum, cap.* 4. Meritò inter egregios pugiles adversùs hæreticos refertur (b). (b) vid. hic sup. num. 3407.

3834. Dominicus a S. Alberto, Armoricus, cujus vitæ, & illustrium virtutum epitome tradita est hîc suprà (c) Professoris Theologiæ, Prioris, & Vicarii Provincialis Turoniæ, muniis vacans, eximiæ pietati eruditionem sociam habens, edidit pietate refertum opusculum, cui titulus est. *Exercitatio spiritualis tam Novitiorum quàm Professorum.* Paris. 1650. (c) n. 3522. & seq.

Digitized by Google

DONATIANUS A S. NICOLAO, Armoricus, patriâ Nannetensis, perutilem operam Ordini, & Ecclesiæ præstitit editione *vitæ V. Fr. Ioan. à S. Samsone, & operum ejus*, ab ipso *relictorum, ex manuscriptis magno labore digestis*.

DOROTHEUS A S. RENATO, Armoricus, edidit Gallico idiomate *Commentarium Theologicum, & moralem in libros Regum, & Apocalypsis*: in quo potissimè gesta SS. Prophetarum Eliæ, & Elisei illustrantur: Paris. an. 1655 in folio, recognitum, & recusum ibidem: item expositionem in Psalmos Davidicos; titulus operis est: *Delicia vitæ spiritualis*.

3835. EDMUNDUS MATHEROT, Burg. Carmelita Semurienſis, Doctor Theologus Parisiensis, Prior Semurienſis, Cabilonensis & Divionensis, Provinciæ Narbonæ Provincialis. Scripsit, *Annotation. in septem Psalmos Pœnitentiales. In Ioëlem Prophetam. Sermones per Adventum. Supplementum Officii Ecclesiastici Ord. Carm.* Paris. 1589. in 4. atque alia. Ex hac vita migravit Flaviniaci Mandubiorum anno salutis 1608. Sepelitur Semuri. Ex Ludovico Jacob. (a)

(a) in Descrip. Prov. Narb. c. 4.

3836. FELICIANUS A S. MAGDALENA, Armoricus, Nannetensis, S. Th. Professor, in præcipuis monasteriis Turonicæ Provinciæ Prior, Reformationis in Provincia Vasconiæ promotor strenuus. Edidit Latinè *opus Theologicum in tres tomos divisum*; Burdigalæ an. 1657. in 4. item *Novam eloquentiæ methodum, juxta Aristotelis, & Raymundi Lulli &c. doctrinam*. Paris. an. 1663. in 16.

FRANCISCUS POTIER, Turonens. Doctor Theologus Parisiensis, Prior magni Conventus Parisiis, & etiam Rhedonensis. Edidit *Thesaurum spiritualem Confraternitatis B. V. Mariæ de Pietate*: Turonibus anno 1652.

3837. GUILIELMUS CHAMPCHEVRYEULX, Aurelianensis, Doctor Th. Paris. Turoniæ Provincialis. Edidit Gallicè librum *de antiquitate, & privilegiis Ordinis Carmelitani*: Parisiis anno 1624. & alibi sæpè.

3838. HUGO A S. FRANCISCO, Andinus, pietate, prudentiâ, & zelo regularis observatiæ præclarus, annis multis Mag. Novitiorū, & variis locis Prior. Scripsit *historiam Imaginis S. Annæ*, in Britannia minori celeberrimæ (cujus, ex Henrico Spondano mentio fuit hîc suprà parte IV. ad diem 26. Julii, *b*) edidit quoque Gallicè librum, cui titulus: *Actiones religiosæ, & pia exercitia in spiritu interiori* &c. Andegavi an. 1648. & Paris. an. 1667. nec non *Meditationes affectuosas ad perfectionem acquirendā* &c. in quatuor partibus, seu opusculis: Andegavi an. 1658. item *Ideam Superioris regularis* formatam in vita, moribus, & regimine Ven. P. Philippi Thibaut &c. de quo hîc suprà (c) anno 1663. Andegavi.

(b) hîc sup. num. 2139. pag. 616.

(c) n. 3511.

3839. JACOBUS JAQUET, Lugdunensis, Artium Magister, & Sacræ Theologiæ Professor. Edidit Gallicâ linguâ, *Dialogum inter Catholicum & Hæreticum*: Parisiis 1604. in 8. *Quæstiones viginti quatuor Casuum Conscientiæ*, quas *Summam* appellat, lib. 1. *De Auxilio ægrotis præstando* lib. 1. Lugduni 1623. in 8. *Summam Casuum conscientiæ* Francisci Cardinalis Toleti *è Latino idiomate in Gallicum vertit*: Lugduni 1623. in 8. Decessit Lugduni Sebusianorum anno Dom. 1628. (a)

(a) ex Lud. Iacob in Descript. Prov. Narb. c. 4.

3840. IACOBUS MAISTRET, Theologus Parisiensis. Opus aureum nuncupatum: *Bibliorum Distinctiones*, ejus judicio, & hortatu è manuscripto Codice editum in 8. Lugduni an. 1562. De isto opere, atque aliis ab eo editis, scribit Ludovicus Iacob. (b) Plura de eo præcesserunt hîc suprà, ubi de Episcopis (c).

(b) in Descript. Prov. Narb. c. 4.

(c) n. 3255.

3841. IOANNES CHERON, vir magni meriti, & profundæ eruditionis, nec minoris pietatis, Burdigalæ natus est, ibidemque professus: studia Parisiis confecit. Doctoratûs laureâ in Academia Burdigalensi decoratus, ibi per multos annos Doctoris Regentis munere magna cum laude perfunctus est: excelluit imprimis in scientia Iuris Canonici: Hinc passim ab Episcopis, Abbatibus, & aliis consulebatur. Auctor fuit & Institutor Reformationis, seu strictioris observantiæ in Provincia Vasconiæ: ter Provincialis extitit: interea Romam profectus ad Capitulum Generale, indè rediens, fuit supra mare captus à Barbaris, & Tunicium ductus cum socio: ibi vinculis, & aliis miseriis captivorum addicti fuerunt, donec mediantibus pecuniis ex singulis Conventibus Provinciæ, & ex quibusdam eleëmosynis collectis, redempti fuerunt. Anno Domini 1663. arcam argenteam, miro artificio elaboratam, ac auro, & lapidibus pretiosis exornatam, confici curavit, & in eam venerabiles Reliquias S. Simonis Anglici, auctoritate Summi Pontificis, & Illustrissimi Archiepiscopi, ac Reverendissimi P. Generalis, ex vetusta & lignea arca (in qua tertiâ die post ejus obitum, & postquàm terræ ejus corpus mandatum fuerat, ob miracula, quæ circa ejus tumulum fiebant à terra elevatæ, depositæ fuerant) solemniter transtulit. Tres libros scripsit, & typis mandavit. De Sacro Scapulari, sub titulo *Privilegiati Scapularis Vindiciæ*: Alius est: *Examen Theologiæ Mysticæ*, ubi quosdam abusus mysticorum detegit & arguit: tertius est *De auctoritate Episcoporum*. Et ista ex relatione Rev. P. Richardi à S. Andrea, Exprovincialis Vasconiæ, nunc Parisiis, in Maubertino Conventu commorantis, cujus mentio fuit hîc suprà. (d) Ioannes Cheron adhuc in vivis erat anno 1672. quando subscripsit testimonio solemni de S. Simone Anglico, Burdigalâ Romam misso ad Reverendissimum P. Generalem, quod hîc suprà habetur (e).

(d) n. 1535.

(e) n. 1533. & 1535.

3842. IOANNES CUISSOT, Molinensis, Doctor Theologus Paris. Prior & Commissarius Generalis Conventûs Molinensis, & Vesontionensis, Provinciæ Narbonæ Definitor. Edidit sermone Gallico *Animam Criminalem ad pedes Iesu, peccatoribus afflictis & moribundis oblatam, in tres libros distinctam*, Lugduni,

Digitized by Google

Lugduni, apud Petrum Bachellu, 1651. in 8. ſic P. Ludovicus Jacob. Addit. P. Andreas à S. Nicolao, ipſum anno 1653. Ludovico XIII. Regi factum à Conſiliis, & Concionibus, & hoc anno 1677. adhuc ſoſpitem, eruditæ pietatis ac eloquentiæ librum edidiſſe: *Animæ Criminalis harologium, ſeu de Sacris Ieſu, Mariæ, & Joſephi nominibus*: Lugduni: Alia ejus opera Pariſiis, Lugduni, & Molinis edita refert.

3843. JOANNES PETRINII, Albienſis patriâ, & profeſſione Carmelitica, facundiſſimus juxta atque acerrimus ſuâ ætate Eccleſiaſtes, quem ad ſacras Conciones primùm adhibuit Sereniſſima Margareta Valeſia uxor Henrici Navarræi Regis, qui Francis poſteà imperavit: à quo etiam Concionatoris Regii nomine, Regio donatur ſtipendio: ſicut & à Ludovico XIII. an. 1613. Januarii decimâ. Adjecit & ducentos aureos è Sanctiori ærario annuos Ludovicus ipſe Rex 21. Julii an. 1615. confirmante poſtmodùm paternam munificentiam Ludovico XIV. datis ad ſept. Cal. Septemb. 1651. Ab anno 1644. Sereniſſ. Gaſto Aurelianenſis, pluribuſque retrò annis inter eruditos quoſque æquiſſimus eruditorum arbiter Richelius Cardinalis Petrinium in paucis unum ſelegerant. Pro ea quâ in Novatores valuit vi dicendi, ſcribendivè, apud Delphinates Ducem Mareſcallum l'Esdiguerium à Calvini cathedra ad Petri Sedem traduxit, inſigni prorſus Rei Catholicæ triumpho: alioſque non vulgaris notæ viros in Delphinatibus atque Allobrogibus, qui è vicina Geneva perfidum tetrumque virus hauſerant, poſitâ pertinaciâ ad deditionem compulit Petrinius tum voce tum ſcripto, illo opere, quod Gallicè edidit an. 1619. *Miniſtrophthorie ou Renverſement des Miniſtres*: quod nuncupavit Ampliſſimo apud Gratianopolim Senatui. Vicarias Metenſiũ, aliorumque primarias Infulas non ſemel tantùm repudiſſe dicitur homo Borboniis Principibus viris fæminiſque in cariſſimis: à quibus etiam officiosè ſalutari in cella ſua non rarò contigit (luculento Regiæ exiſtimationis dilectioniſque argumento) Mortalitatem exuit in Carmelo Maubertino 16. Januarii an. 1658. ibidem ad Thomam Viteeoc in choro propè ſubſellia tumulo donatus abſque Epitaphio.

3844. IOANNES A S. SAMSONE, profeſſione quidem Laicus, doctrinâ Theologicâ Myſticâ ita eximius, ut inter primarios, non tantùm hujus ſeculi, ſed & antecedentium, Scriptores præſtantiores meritò ei locus tribui poſſit: id comprobant teſtimonia omni exceptione majora, adducta hîc ſuprà (a) in compendio vitæ ejus ibi traditæ.

(a) n. 3514. & ſeq.

IOANNES THUAUT, Aurelianenſis, Aquitanus, Doctor Cadurcenſis, Provinciæ Aquitaniæ ter Provincialis, & S. Mariæ Traſpontinæ de Urbe Prior, nec non Commiſſarius Generalis diverſis in Provinciis. Edidit Gallico idiomate: *Stimulum Devotorum ad B. V. Mariam de monte Carmeli.* Lemovicis 1619. in 8. lib. 1. Ita ex Ludovico Iacob, qui etiam refert, penès ſe extare ejuſdem *MS. Commentarium in Regulam Carmelitanam.*

IOANNES VERBIATE, Vaſco, Burdigalenſis, ex Hiſpano in Gallicum vertit: *Mariale Chriſtophori Avendagnii, Hiſpani, Carmelitæ Concionatoris Regis Catholici.* Pariſiis 1632. in 8. *Sermones Iacobi Niſſeni Ordinis S. Baſilii.* Pariſiis anno 1633. in 8. Ex monumentis P. Ludovici Iacob.

3845. IRENÆUS A S. CATHARINA, patriâ Bleſenſis, Rhedonis profeſſus an. 1619. die 10. Martii, variâ eruditione decoratus, Prior variis in locis. Scripſit, & edidit *Vitam S. Angeli Hieroſolymitani Martyris*: Pariſiis anno 1651. in 8. *Vitam B. Franci, Senenſis*: Pariſiis an. 1651. in 8. *Decorem Carmeli, de privilegiis, & muniis Confraternitatis S. Scapularis.* Item: *De cultu ſanctarum Imaginum &c.* Andegavi an. 1657. in 8. *Mythologiam ſacro-prophanam*, multâ eruditione, & elegantiâ refertam, Latinè in fol. Flexiæ anno 1666. Deceſſit Aureliaci an. 1675.

3846. IRENÆUS A S. IACOBO, Armoricus, frater Auguſtini à Virg. Maria, de quo hîc ſuprà: Philoſophiæ, & Theologiæ Profeſſor in ſua Turoniæ Provincia, ac deindè Theologiæ Pariſiis in ſtudio generali, in magno Conventu Maubertino; pietate, eruditione, & prudentiâ ſingulari præditus, & hinc benè idoneus ad officia, præ humilitate illa declinavit: interim Definitoris munere aliquoties, & Commiſſarii Generalis in Comitiis generalibus Aureliæ anno 1675. celebratis. Scripſit, & edidit *Tractatum Theolog. de ſingulari Virg. Mariæ protectione per Scapulare.* Pariſ. an. 1650. in 4. *Philoſophiam integram* Latinè, Pariſiis an. 1655. in fol. *Theologiam integram*, diſtributam in tres tomos, ſeorſim typis editos annis 1661. 1671. 1676. De ſtatione vitæ hujus deceſſit Pariſ. in Conventu SS. Sacramenti an. 1676.

3847. ISAAC A S. TERESIA, Rhedonis profeſſus an. 1617. Philoſophiæ & Theologiæ Profeſſor, & Prior variis locis, Reformationis in Vaſconiæ Provincia, cum aliis promotor, Latinè, & Græcè, ac Hebraicè eruditus, quolibet idiomate illo ſcripſit *epigrammata de S. Andrea Corſino*, edita cum ejus vita Nannetis: Scripſit quoque *vitam Ven. P. Dominici à S. Alberto*, de quo ſuprà, (a) quam morte præventus (peſte infectis externis, ex charitate, magnoque fervore ſerviens circa an. 1634.) ineditam reliquit.

(a) n. 3522.

3848. LEO A S. IOANNE, in Armorica ex ſpectabili familiâ oriundus Rhedonis, ibidem anno 1617. in Carmeli Ordine Deo, & B. Virgini Mariæ per profeſſionem ſe devovit, deindè ſtudiis ingenium perpolivit. Vir fuit miræ facundiæ, & mutiplicis eruditionis, ſicut ejus ſcripta manifeſtant. Bis Provinciæ ſuæ Turoniæ Provincialis, Regum Chriſtianiſſimorum, annis pluribus, Concionator ordinarius. Annis ſex Romæ Ordi-

Digitized by Google

dinis Assistens Generalis, & interea etiam Provincialis titularis Terræ sanctæ. Turoniæ Provincia peculiariter illi debet Conventum percelebrem Parisiis, nuncupatum *SS. Sacramenti*, vulgò De Billetes. Ipsius enim industriâ & operâ potissimè Ordini, & Provinciæ præfatæ accessit. Quantùm ad ejus eruditionis monumenta, inter scriptionis ejus primitias, est perutilis Carmelitano Ordini, & Reformationi, seu strictiori observantiæ liber, inscriptus, *Typus, seu picturæ vestis religiosæ*, pro resumendo genuino veteris coloris habitu: Parisiis typis editus, unà cum *vita B. Ioannis Soreth*, ab ipso primùm edita. Consequenter ab eo prodierunt, *Vita S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis*, Gallicè, sæpè, & deinde Latinè; & ea in hoc opere impressa est hîc suprà (a) *Fœdus Marianum*, de S. Scapulari, Gallicè, recusum sæpissimè, & tradu&tum in Germanicum, *Studium sapientiæ universalis*; Latinè Paris. anno 1657. in folio. *Iesus Christus in suo throno, docens, & stabiliens veram Religionem* Paris. an. 1667. in folio. *Septem columnæ Sapientiæ incarnatæ*, contra hæreticos. Pictavi an. 1630. Gallicè in 4. *Oeconomia veræ Religionis Christianæ.* Gallicè, deindè etiam Latinè Parisiis. *Corona Sanctorum*: Conciones de Sanctis, sæpè recusæ. Item Tomi aliquot concionum à se habitarum, *Delineatio Observantiæ Rhedonensis in Provincia Turonia.* Paris. an. 1645. in 4. & complura alia; etenim omnia ejus opera, Latina, & Gallica in 8. voluminibus in folio impressa sunt. Ex vita decessit Parisiis in præfato Conventu SS. Sacramenti an. 1671. die 30. Decembris ætatis suæ 72. professionis 54.

(a) n. 1580. & seq. pag. 448. & seq. ad usque 476. inclus.

3849. Licinius a S. Scholastica, Andinus, Salmurienſis, Rhedonis professus an. 1619. probitate vitæ, regularis observantiæ studio, & eruditione clarus, Prior in pluribus Conventibus, in Provincia Narbonæ Commissarius Generalis, Turoniæ Provincialis. Edidit Latinè: *Iustitia Christiana singulis hominum statibus jus suum tribuens.* Lugduni an. 1665. *De scientiis religiosè acquirendis*, Parisiis an. 1668. Gallicè autem: *Iesus Christus grandis liber intùs & foris scriptus.* Paris. an. 1636. Item *De beata Christiani morte*: atque alia. Obiit Paris. in Conventu SS. Sacramenti, an. 1673.

3850. Ludovicus Jacob a S. Carolo, Burgundus, Cabilonensis, Carmelita Provinciæ Narbonæ, Regi Christianissimo à Consiliis & Eleëmosynis. Edidit, *Bibliothecam Pontificiam duobus libris distinctam.* Lugduni, 1643. in 4. Latinè. *De præstantissimis totius Orbis Bibliothecis Tractatum in duas partes divisum.* Parisiis in 8. Gallicè. *Compendiosam Descriptionem Provinciæ Narbonæ Ordinis Carmelitarum.* Lugduni, 1664. in 8. Latinè, & complura alia, ab ipso recensita in præfata *Descriptione Narbonæ*: ubi etiam commemorantur complura alia ab ipso edenda, imprimis *Bibliotheca Carmelitana*, cujus mentio fuit hîc suprà (b).

(b) n. 3687.

3851. Marcus a Nativitate Virginis, Andinus, Rhedonis professus an. 1638 die 6. Februarii, Prior in primariis Conventibus, Visitator Provinciæ Vasconiæ, aliisque muniis functus. Edidit, *Iustificationem privilegiorum à Summis Pontificibus concessorum, præsertim Ordinibus Mendicantibus, & Directorii Novitiorum tomos 5. & 6.* perfecit, & edidit. Flexiæ an. 1677. duos posteriores ad prælum parat.

Mathias a S. Bernardo, Armoricus, professus Rhedonis anno 1631. die 19. Martii, clarus generis nobilitate, eruditione, ac zelo salutis animarum, & decoris domûs Matris suæ Mariæ in Carmelo: variis locis Prior: tandem auctoritate Superiorum profectus in Hiberniam, ut Ordini Conventus suos antiquos ab hæreticis occupatos recuperaret, & Catholicos in fide confirmaret: sed hæreticorum rabie in Catholicos tunc magis solito debacchante, parum efficere potuit. Rhedonis obiit anno 1652. Scripsit *Encomia sacra S. Annæ cum adjunctis piis multis moralitatibus*, Parisiis an. 1651. in 4.

3852. Mathias a S. Ioanne, Armoricus, Comburnienſis, in Diœcesi Macloviensi: Marianum Carmeli Ordinem complexus, in eo vota vovit Deo & Mariæ, Rhedonis anno 1618. Prior Parisiensis Conventûs majoris, & etiam SS. Sacramenti, aliorumque, Provincialis Turoniæ, deindè Vasconiæ, aliisque primariis in Ordine functus muniis: variæ eruditionis ejus testimonia perhibent ab ipso edita monumenta, videlicet: *Commercium honorabile* &c. Nannetis anno 1640. in 4. Gallicè; *Vera & solida devotio sacri Scapularis B. Virginis de monte Carmeli*, Parisiis an. 1656. Gallicè. *Carmelitana historia Tomos duos*, Paris. an. 1658. & 1665. in fol. Gallicè: binos autem tomos posteriores, quasi ad prælum paratos typis nondum edidit: *Genius Carmelitica Reformationis* &c. Latinè, Burdigalæ an. 1666. in 4. Scripsit quoque, *De perfectione interna in spiritu, & veritate; & conversatione externa, honesta, conformiter statui Religioso, in omnibus actionibus externis*, opus in 6. tomis minoribus (in 4.) distributum: quod fortuito fatali incendio absumptum est: Scripsit quoque, & propediem typis evulgandum speramus, opus notabile, & perutile, *Notas in Constitutiones Carmelitanas strictioris observantiæ* &c. Adhuc vivit * annum agens 77.

* hoc an. 1677.

3853. Mathurinus a S. Anna, Andegavensis, Prior in Conventibus variis Turoniæ. Scripsit *De Divina providentia*; sub titulo: *Ordo ex inordinatione* seu *Inordinatio ordinata*, Gallicè Parisiis an. 1669. & ex Gallico Latinam fecit *Ven. Ioan. à S. Samsone, atque etiam pia nonnulla ejusdem opuscula.* Lugduni an. 1654. in 4.

Maurilius a S. Michaele, Andinus, zelo salutis animarum cum Missionariis Apostolicis aliis ex Provincia Turoniæ profectus in insulas Americanas, ibi per annos aliquot

aliquot fructuosè laboravit. Scripsit *de Missionibus ad istas regiones*: Paris. impress. an. 1653. in 4. & alibi: edidit etiam aliud opus, *de mysteriis fidei*, Gallicè, anno 1664. Andegavi: & ibidem defunctus est.

3854. MAURUS A PASSIONE JESU, Blesensis, Rhedonis professus anno 1634. die 22. Februarii, ex Turoniæ Provincia destinatus Burdigalam, ibi pro introducenda in Provinciam Vasconiæ reformatione, seu strictiori observantia, Magister Novitiorum, & deindè aliquoties Prior, iteratisque vicibus Vasconiæ Provincialis: pietati eruditionem socians scripsit *Theologiam mysticam*, Gallicè, opus singulari in pretio habitum, cui titulus: *Introitus ad sapientiam Divinam:* Burdigalæ an. 1642. & aliud: *Regnum internum Iesu Christi in anima*: Paris. an. 1662. Item *Cunæ Infantis Iesu*, pro veneratione infantiæ Jesu.

3855. PETRUS ARCIS, Aniciensis, Doctor Theologus: Scripsit *De Providentia Dei libros XVIII.* distributos in duobus tomis: & plura alia MSS. recensita à Ludovico Jacob. (a)

(a) In Descript. Prov. Narb. c. 4.

PETRUS A RESURRECTIONE, Armoricus, professus Nannetis anno 1619. Prior variis in locis, & alternè Magister Novitiorum, vitæ interioris spiritualis cultui multùm deditus, vitæ exemplo, verbo, & scripto Christi bonus odor: varia pietatis, & eruditionis opera edidit, videlicet *vita spiritualis methodicè tradita*, opus distributum in tres partes, Gallicè: Rhedonis an. 1659. *Manuale Religiosorum professorum apud Carmelitas*, in quatuor partibus distributum, & alia. Rhedonis obiit anno 1672.

3856. PHILIBERTUS FEZEAU, S. Theologiæ Doctor, ejusdemque Facultatis Decanus in Universitate Borbonicæ Aquensi: nec non olim Philosophiæ, & Theologiæ in eadem Universitate Professor Regius. Scripsit librum, cui titulus: *Responsio ad duplicem Dissertationem, quarum una est de Privilegiato Scapulari Carmelitarum, altera de visione Simonis Stochii, Prioris Generalis Carmelitarum*: Aquis-Sextiis an. 1659. in 8.

3857. PHILIPPUS THIBAUT, seu THEOBALDUS, Andinus, strictioris observantiæ, & instauratæ disciplinæ in Turoniæ Provincia, & indè ad alias derivatæ, auctor primarius, meritò inter Scriptores locum habet, & eò potiori jure, quòd ipsius scripta fuerint directiones, ordinationes, leges pro instauranda & stabilienda strictiori observantia: ex istis autem varia fuêre inserta Constitutionibus strictioris observantiæ ab Urbano VIII. deindè ab Innocentio X. confirmatis. Ad hoc propositum videri poterit *in vita ejus* ab Hugone à S. Francisco edita, *cap. 13. cap. 24. cap. 15. & 36. & 40.* Gestis, meritis, & exemplis virtutum illustris decessit anno 1658. die 24. Januarii. Epitome vitæ, & virtutum ejus tradita est hîc supra, (b) ubi etiam de P. PETRO BEHOURTIO, ex cujus scriptis, seu collectaneis, confecta est * *Delineatio observantiæ Carmelitarum Rhedonensis* &c. & ideo hîc fit memoria ejus, qui, relicto bono eximiæ virtutis odore, vivere desiit Rhedonis anno 1633. die 26. Augusti.

(b) n. 3511. & seq.

* per P. Leonem à S. Joanne.

3858. ROBERTUS BARTHELOT (de quo hîc supra (a) ubi de Episcopis) Burgundus, Doctor Theologus Paris. &c. Ludovicus Iacob, *in Descriptione Provinciæ Narbonæ Carmelitana cap. 4.* agit de scriptis ejus.

(a) n. 3347.

3859. STEPHANUS A S. FRANCISCO XAVERIO, Armoricus, Rhedonensis, illustri, nobilissimoq; genere ortus, mundo valedicens, animum ad hunc Ordinem convertit, in eo professus anno 1641. die 24 Iunii: concionator eximius, & potens in verbo, in urbe Iuliodunensi plures ab hæresi ad orthodoxam fidem convertit: in Provinciæ Turoniæ Prioris variis in locis, Definitoris, & Provincialis officiis functus. Scripsit, *De Tertiariis Ordinis Carmelit.* Paris. anno 1672. & alia ad prælum parat habitans Parisiis in Conventu SS. Sacramenti, vulgò des Billettes.

* hoc an. 1677.

3860. TUSSANUS FOUCHER, Aurelianensis, Doctor Theologus: edidit librum inscriptum: *Fons Eliæ*, Parisiis anno 1624. Lugduni, & alibi sæpè. Aureliæ decessit anno 1637.

TUSSANUS A S. LUCA, Armoricus, generis splendore & variâ eruditione clarus: se ad Carmeli Ordinem adjunxit Rhedonis, ubi Deo, & Mariæ vota dixit anno 1642. die 6. Aprilis. Scripsit & edidit *de Ordine Equestri B. Virg. Mariæ de monte Carmelo, & S. Lazari* in Gallia: Parisiis an. 1666. *Meditationes piæ* 50. *de mundi contemptu* Rhedonis an. 1656. nec non perutile Opusculum: *Bonus Pedissequus*, Gallicè Parisiis anno 1669. atque alia.

3861. URBANUS AB ASCENSIONE, natione Andinus, patriâ Salmurienſis: Christo & suæ Matri in Carmeli Ordine se per vota consecravit Rhedonis an. 1619. die 9. Iunii, Sacræ Theologiæ Professor, multis in locis Provinciæ Turoniæ, ac etiam Aquitaniæ Prior, & Provincialis in utraque: Commissarius Generalis Provinciæ Narbonæ, & Visitator Generalis Monialium S. Benedicti de Calvario. Vir valdè pius & austerus, qui omnes peregrinationes suas, frequentes & longas, tam in Gallia quàm in Italia, pedibus perfecit: nec ulla sive Ecclesiæ sive Religionis jejunia omisit: vitæ regularitate, Religionis zelo, morum puritate, & eruditione illustris, Canonista celebris. Scripsit *Institutiones Iuris Canonici, veteris, & novi, principia complectentes ad usum utriusque fori*: Lemovicis anno 1659. Latinè. *Summam casuum conscientiæ, seu Theologiam moralem Canonicam, & practicam* Pictavi 1649. Latinè in fol. *Monita, & praxes ad orationem mentalem factitandam.* Ibidem. Item *quatuor elementa Christianæ perfectionis, pro iis qui in mundo vivunt*: Parisiis Gallicè: *Defensio pro Iuribus, & privilegiis*

Digitized by Google

Religiosorum contra Curatos, & alia. Decessit Andegavi an. 1664. die 27. Martii.

3862. *Libros etiam sequentes scripserunt, & ediderunt:* ANACLETUS A S. JOANNE, Andinus, Rhedonis professus an. 1623. Gallicè *de Ortographia Gallicana*; Andegavi an. 1637. in 8. BONIFACIUS A S. EUPHRASIA, Armoricus, Rhed. profess. an. 1619. *Menologium Provinciæ Carmelitanæ Turoniæ*, Paris. an 1646. in 4. MARTINUS MARTEAU, (aliàs *à S. Gratiano*) Turonensis, *Viridarium sacrum*, Gallicè: Paris. anno 1648. & quædam alia. MICHAEL A S. SPIRITU, Armoricus, Rhedonis professus an. 1633. die 14. Iulii, *vitam S. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinopolit.* Paris. an. 1653. NICOLAUS DADIER, Ploermelensis, Doctor Theologus, Poëta sui temporis celebratus, Latinas Baptistæ Mantuani *Parthenicas Marianas Gallicas*: Rhedonis an. 1613. Migravit è vita in Carmelo Ploermelensi an. 1628. ætat. 75. SEBASTIANUS AB ANGELIS, Armoricus, Venetensis, professus Rhed. an. 1633. Prior in variis locis *Apophthegmata ex actu seu vitis Sanctorum collecta*, Gallicè: Paris. 1653. SEVERINUS A S. PETRO, Andinus, Latinè *Logicæ novam praxim breviorem* in 4. Pictavi anno 1658. ibidem eodem anno obiit. STEPHANUS A IESU, Andegavensis, Gallicè *Compendium operum spiritualium P. Leonis à S. Ioanne*, Parisiis an. 1642. & alia. Obiit Flexiæ an. 1644. TIBURCIUS A S. IACOBO, Andinus, per annos plures Syndicus Provinciæ suæ Turoniæ Parisiis, *Medullam totius Iuris Canonici*: Paris. an. 1660. Decessit Andegavi an. 1673. VITALIS ENTIER, Anicien sis, Doctor Theologus, in patria Prior, & Provinciæ Narbonæ Definitor: Gallico sermone, *Resurrectionem* &c. Anicii 1622. in 8. Ita P. Ludovicus Iacob. Quantùm ad annum obitûs, P. Andreas à S. Nicolao ex Menologio Anicien si notat an. 1626.

Patriarchæ, & Episcopi assumpti in Gallia, Burgundia, Sabaudia.

3863. PRælatu, atque ita etiam eruditione insignes, in Gallia, & Burgundia, ac Sabaudia, extiterunt.

ANTONIVS BIENVENV, Ep. Ebronensis.

ANTONIVS BVISSON, Ep. Bethleëmitan.

ARNOLDVS DE LIMONE, Episcopus Bethleëmitanus.

BARTHOLOMÆVS PORTALIGNVS, Episcopus Trojanus.

BARTHOLOMÆVS REQVALLVS, Episcopus Massilien sis.

BENEDICTVS DE RHOTA, Episcopus Caronotensis.

BERNARDVS DE AMBASIA, Cardinalis.

FRANCISCVS BRVNAVDVS, Episcopus Enachdunensis.

GOTIFREDVS LE BORGNE, Episcopus Tiberiadis.

GVILIELMVS FVRBITIVS, Ep. Alexien sis.

HENRICVS D'ARADON, Ep. Citrensis.

HENRICVS POTIN, Ep. Philadelphien sis.

IACOBVS MAISTRET, Ep. Damascenus.

IOANNES BONONIENSIS DE S. CATHARINA, Episcopus Andrensis.

IOANNES CENSIER, Episc. Verien sis.

IOANNES FACI, Episcopus Regien sis.

LAVRENTIVS DE BVRRELLIS, Episcopus Sistaricensis.

LVDOVICVS A VINEA, Episc. Uticensis.

PETRVS DE BERRETO, Episcopus Grassensis, deinde Vasionensis.

PETRVS DE CASA, Episcopus Vasionensis, deindè Patriarcha Hierosolymitanus.

PETRVS DE GVYMO, Ep. Citrensis.

S. PETRVS THOMAS, Episcopus Pactensis, posteà Archiepiscopus Cretensis, denique Patriarcha Constantinopolitanus.

ROBERTVS BERTHELOT, Episcopus Damascenus.

SIMON VTIN, Archiepisc. Arcadensis.

TVSSANVS DE VILLANOVA, Episcopus Cavallicensis. *De quibus singulis plura habet Lector in antecedentibus*, in Catalogo Episcoporum, *juxta seriem alphabeti.* (a) *Episcoporum trium sequentium notitiam subministravit R. P. Andreas à S. Nicolao, cujus mentio fuit subindè in antecedentibus* (b).

(a) n. 3167. & seq.

(b) n. 3839.

3864. *IOANNES*, Episcopus Napronensis claruit circa ann. Christi MCCCXXI. eo enim an. consecravit Ecclesiam S. Marcelli Papæ, & altaria Monasterii Monialium S. Claræ in vico de Pogeto * Cadurcensis diœcesis. Ejus rei fidem faciunt illius consecrationis tabulæ è tabulario Ecclesiæ Cadurcensis depromptæ, hujus tenoris: *Noverint universi* &c. *quòd nos Ioannes, miseratione Divinâ, Napron. Episcopus, de licentia speciali, ad hoc nobis data, & concessa* &c. *Consecravimus Ecclesiam B. Marcelli Papæ & Martyris, & tria altaria in eadem* &c. *Acta fuerunt hæc in loco pradicto de Pogeto anno à Nat. Dom. 1321. mense & diebus, quibus suprà.* Quòd autem ex Ordine Carmelitarum assumptus fuisset ille Episcopus, apertè demonstrat sequentis instrumenti, ex eodem fonte deducti, apographum: *Reverendo P. D. Episcopo Napronensis diœcesf. Ordinis Carmelitarum, Berengarius Mercerii Doctor decretorum, Canonicus Ruthenensis, ac Vicarius Generalis in spiritualibus & temporalibus Ecclesiæ Cadurcensis, pro D. Episcopo ejusdem, in servitio Summi Pontificis* (Ioannis XXII. patriâ Cadurcensis) *nostri existente, salutem in Filio Virginis Gloriosæ. Vt Monasterium, seu Ecclesiam S. Marcelli de Pogeto Cadurc. Diœc. altaria, cœmeteria, & alia ornamenta, tam indumenta, quàm alia benedicere & consecrare valeatis, licentiam vobis specialem impertimus tenore præsentium concedentes* &c. *Datum Caduici sub sigillo Curiæ Officialis Cadurc. die martis ante festum B. Gregorii Confess. anno Dom. 1321.*

* al. Cadurcens.

3865. *GERARDVS DE GISORS*, Episcopus Occanensis (seu Ochanensis, Occonensis,

nenſis, aut Occitanus, ſic enim variè legitur) Pariſiis natus, qui ibidem die XXIV. Novembris anno milleſ. trecenteſ. nonageſ. octavo celebravit Pontificio more tranſlationem ſolemnem Clavi Dominici, ſive Cuſpidis Clavi Dominici, è Syria per S. Ludovicum Regem allati. Gerardus ille titulum Eccleſiæ Bethleëmitanæ aſſecutus eſt poſteà. Obiit Pariſiis, ibidem apud ſuos Carmelitas, conditus in dextera Chori parte ad portam Sacrarii, inſcriptâ ad parietem eum ſtemmate gentilitio veteri epigraphe.

Subjacet huic tumbæ devotus mente Gerardus,
De Giſors dictus, Parrhiſiis genitus.
Præſul Ochanenſis primùm, dein Bethlemitanus;
Angelicis ſtudiis corpora perdomuit.

Alterum Epitaphium ibidem, eodem ævo, etiam vetuſtioribus Gothorum elementis appoſitum eſt.

Heu! jacet hic Doctor, Carmeli gloria montis,
Bethlemites quondam Præſul, & Occitanus &c.

3866. JOANNES LATHOMI, Gallicè LE MASSON, patriâ Lemovicenſis, natus in oppido, cui à S. Juliano nomen; quod à Lemovico Civitate quinque Gallorum milliaribus diſſitum ferunt. Ad Carmelitas Lemovicis ſeſe applicuit: ab an. 1523. Magiſtri nomen adeptus legitur in libro MSS. Conventûs Lemovicenſis, qui acta Capitularia eo tempore habita exhibet: Ibidemque (a) *Hebronenſis* dicitur *Epiſcopus*: Occubuit Lemovicis, in Carmelitarum Choro ad lævam prominenti tumulo, ſtatuâque Pontificiâ, donatus ſine Epitaphio. Sepulchro Fratrum impoſitus eſt lapis ille ſepulchralis ab an. 1657. relictis in priori tumulo Epiſcopi exuviis. Ita præfatus P. Andreas.

(a) ad an. 1529.

3867. In Actis Conſiſtorialibus, ſeu originali ſcripto, Romæ, de ejus promotione, nuncupatur *Ioannes Maſſon*; ſic enim ibi: *R.P. Fr. Ioannes Maſſon Ordinis B.V. Mariæ de monte Carmelo, proviſus eſt de Eccleſia Ebronenſi in partibus infidelium, certô modô vacante, cum penſione &c. ſuper fructibus Eccleſiæ Pictavienſis, ad exercenda Pontificalia in diœceſi Pictavienſi, & quòd non teneatur accedere ad ſuam Eccleſiam. Die Lunæ VI. Iulii anno MDXXIII.* Hoc extractum mihi communicavit R. P. Ludovicus Perez de Caſtro (b): & ex ſchedula promotionis ſucceſſoris ejus, iſta: *N. proviſus eſt de Eccleſia Ebronenſi, vacante per obitum Ioannis Maſſon ultimi Epiſcopi &c. die XXV. Februarii MDXXXXIX.* Indè habetur, Joannem noſtrum Maſſon obiiſſe an. 1548. aut ſub initium 1549. Itidem pro comperto videtur, eumdem Maſſon quoad titulum Eccleſiæ Ebronenſis (ſeu Hebronenſis) & Suffraganeatum Pictavienſem, fuiſſe ſucceſſorem *Antonii Bienvenu*, etiam Carmelitæ, de quo jam antè (c) in Catalogo Epiſcoporum.

(b) de quo hîc ſuprà n. 3150. & 3687.

(c) n. 3167.

3868. De præfato ANTONIO BIENVENU, quoad dicta de illo ibi ſuprà, *num.* 3167. poſt verbum: *Turonenſis*, ſubjung. *Cœnobii Alumnus.* In fine autem elogii ſubjung. *Non diu in Sede ſuperſtitem fuiſſe Antonium exindè videtur conſtare, quoniam titulus Eccleſiæ Ebronenſis, item & Suffraganeatûs Pictavienſis, collati ſunt die 6. Iulii 1523. Ioanni Maſſon, itidem Carmelitæ:* ſicut jam vidimus.

Et iſta hactenùs de Epiſcopis Gallicæ nationis, ex Carmeli Ordine aſſumptis. Etiam inter eos, de quibus hîc infrà, ſub titulo: Epiſcopi ex variis nationibus, *exiſtimamus fuiſſe Gallicæ nationis, & alios plures, quorum notitiam non habemus.*

MANIPVLVS V.

Ex Germania florigeri doctrinæ ramuſculi.

3869. GErmaniæ, ſeu Allemaniæ * Provincia olim complectebatur Conventus omnes per Germaniam, Hungariam, Bohemiam, Poloniam, & alias conterminas Regiones: quæ diviſa fuit in duas, videlicet Allemaniæ inferioris, & Germaniæ ſuperioris. Deindè ex illis proceſſerunt Provinciæ Saxoniæ, Daciæ, Bohemiæ, & Poloniæ. Epiſcopali inſulâ inſignitos multos fuiſſe in illis Regionibus conſtat; cùm ex uno Colonienſi Conventu ab Ægidio Gelenio nominatim referantur Epiſcopi duodecim: de quibus, ſermo fuit & aliis hîc ſuprà *libro* 3. Quoad Scriptores Eccleſiaſticos, qui ad poſterorum utilitatem monumenta eruditionis, tranſmiſerunt, Provinciarum Saxoniæ, Daciæ, & Bohemiæ pauci nobis innotuerunt; cum partim hæreticorum, partim Turcarum efferata rabies Conventus omnes ferè incendio conſumpſerit, aut devaſtarit: atque ita etiam eorumdem antiquitatis monumenta interierint. Præcipui autem, quorum notitiam aſſecuti ſumus, ſunt ſequentes.

* *al.* Allemannia & Alemania.

3870. ADAMUS DE BODROMO, eruditione clarus circa annum Chriſti 1350. de quo & ſcriptis illius agitur *in Annalibus Ordinis* ad illum annum.

ALBERTUS DE PORCETO, Theologus, & Concionator celebris. Scripſit *Expoſitionem ſuper Magnificat* (extat in Bibliotheca Carmeli Boppardienſis:) *Conciones Quadrageſimales* (aſſervantur in Bibliotheca Carmelitana Aquenſi) item *Viridarium Virginis Glorioſæ* (a).

(a) ex monum. Prov. Carm. Alemaniæ.

3871. ALEXANDER CANDIDUS, vulgò BLANKART, Prior, & Paſtor * Trajectenſis ad S. Nicolaum S. Theol. Doctor Colonienſis anno 1550. promotus, ejuſdemque Facultatis Theologicæ publicus, & ordinarius Profeſſor, nec non Univerſitatis Decanus. Interfuit Concilio Tridentino anno 1551. ſub Julio tertio inter Theologos à Sereniſſima Maria Regina Caroli V. Sorore, Belgii moderatrice, miſſus. In quo Concilio habuit orationem ad Patres die 25. Octobris, & alteram in Dominicâ 4. Adventûs, nomine & Religione verè Candidus, Calvinianæ hæreſis validiſſimus fuit oppugnator, & ſcripſit, typiſque evulgavit *Iudicium Ioannis*

* *al.* Ultrajectenſis: UTRECHT.

Digitized by Google

Ioannis Calvini de Sanctorum Reliquiis collatum cum Orthodoxorum S. Eccles. Catholica Patrum sententiis ad R.P. Dominum Joannem Hulst Monasterii Campensis Abbatem, Coloniæ in octavo apud Gasparem Gennepæum anno 1551. Obiit Coloniæ anno 1555. die ultimâ Decembris.

3872. ANDREAS DE CONFLUENTIA, Prior Carmeli Colonienſis, & Doctor Theologus Univerſitatis ejuſdem; obiit die 26. Auguſti anno 1476. Scripſit *in libros* 4. *Sententiarum, & Sermones per annum.*

B. ANGELA, Bohema (cujus vitam dedimus in parte 4. ad VII. Julii) non tantùm ſanctitate illuſtris fuit, ſed & ſcriptis, de quibus Martinus del Rio, Geſnerus, Poſſevinus, & alii qui illam inter Scriptores Eccleſiaſticos referunt. (a)

(a) vide hîc ſuprà num. 1925.

ANTONIUS DE BRUBACO, S. Theol. Profeſſor, Conventus Boppardienſis Prior. Poſteris monumenta eruditionis reliquit: *De Præceptis Decalogi. De 7. peccatis Capitalibus; Sermones de Tempore, & Sanctis.* Extant MSS. in Bibliotheca Carmeli Boppardienſis.

3873. ARNOLDUS AB AUSTRIA, Viennenſis Conventûs, publicus in Academia Viennenſi Cathedraticus circa an. 1400. de quo, & doctrinâ ejus Trithemius hîc ſuprà (b) Eiſingrenius, Poſſevinus, & alii. In *Annalibus Ordinis* (c) cognominatur etiam *Arnoldus de Vienna* (ſub dubio) qui in Capitulo Generali Bononiæ anno 1411. aderat Provincialis: ita P. Lezana dicto loco *Annalium.* Sed ex regiſtro Provinciæ Germaniæ Superioris ſcribitur, quòd *Arnoldus à Sehauſen* anno 1411. ad breve tempus fuerit inſtitutus in illo Cap. Gen.

(b) n. 3071.

(c) ad an. 1400. n. 4. & ad 1411. n. 7.

ARNOLDUS DE BISSALIS, Epiſcopus Gallienſis, de quo Trithemius hîc ſuprà, (d) & Eiſingrenius, Petrus Lucius, Poſſevinus, ac alii. *Sermones in Euangelia Dominicalia* per annum, ſub hoc titulo: Sermones Arnoldini: extant in Bibliotheeis Carmel. Boppard. & Moguntini, & alibi.

(d) n. 3072.

3874. BROCARDUS BILLICUS, Colonienſis Conventûs Prior, & S. Theol. Profeſſor: Eberhardi Billici patruus, divinarum Scripturarum ſcientiâ inſigniter doctus, & divini verbi præco longè clariſſimus. Scripſit inſigne opus uberi eruditione refertum, & in 4. tractatus, ſivè ſermones principales admodùm copioſos diviſum, cui titulum dedit LOGOTESSERON: item *de Sacramento Matrimonii lib.* 1. *De peccatis alienis lib.* 1. atque alia, quæ in uno volumine compacta in Bibliotheca Carmeli Colonienſis aſſervantur. Grandævus obiit anno 1527. die 4. Decembris.

3875. CONRADUS AB ARNSBERGH, & CONRADUS ALDENDORPIUS, ſeu OLDENDORPIUS, Epiſcopi (de quibus hîc ſuprà) quæ ſcripſerint, referuntur in *Apparatu ſacro* Poſſevini (e).

(e) in Append.

CONRADUS DE S. GEORGIO, circà annum 1305. & CONRADUS TREMONIUS, circa ann. 1419. & DANIEL A WICHTRIG Epiſcopus, circà annum 1360. etiam ſcriptis clariſſe memorantur, de quibus Segerus Pauli (a).

(a) lib. de viris Illuſt. Ord. Carm.

3876. EVERARDUS (ſeu EBERHARDUS) BILLICUS, Carmeli Colonienſis, & Germaniæ illuſtre decus, Colonienſis Univerſitatis Doctor, & Profeſſor publicus, & Decanus ter electus: orthodoxæ fidei conſervandæ, ac contrà hæreticos propugnandæ, inſignis pugil: Allemaniæ inferioris Provincialis, Epiſcopus Cyrenenſis, & Suffraganeus Colonienſis, conſecrandus, ante inaugurationem vivere deſiit: de quo peculiariter in antecedentibus (b). Plura de eo videri poterunt apud Cornelium Callidium, *in Catalogo Scriptorum illuſtrium Germaniæ*: ubi, inter alia, iſta: *Eberhardus Bilikius, ex diœceſi Colonienſi, ut putatur, oriundus, Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de monte Carmelo Religioſus, & Provincialis per Inferiorem Germaniam: vir prudens, humanus, & morum gravitate, ac integritate cunctis venerandus: qui Theologicæ profeſſionis ſupremâ laureâ inſignitus, talem ſe exhibuit, ut mox, omnium calculis, illius profeſſionis eruditiſſimis annumeraretur. Ratiſponenſi Colloquio, & aliis ſæpè interfuit: ubi crebrò, non ſine magna ſui nominis fama, acerrimè conflictavit cum iis, qui ſe Proteſtantes vocitant . . . In Synodo Tridentina, ob multifariam eruditionem, quam inſignis facundia longè ſplendidiſſimam dabat, ſapiùs magno cum Patrum applauſu propoſuit.* Hactenus ille: conſequenter agit de ejus ſcriptis. In actis Concilii Tridentini (c) hæc de illo leguntur: *Oratio de Circumciſione Domini habita in Concilio Oecumenico Tridentino anno Domini 1552. per F. Everhardum Billicum, Colonienſem Theologum, Fratrum Carmelitarum Inferioris Germaniæ Provincialem.* Oratio integra ibi ſequitur.

(b) n. 3374.

(c) Pariſ. impreſ. an. 1672. in opere SACROS. CONCILIA, to. 14. col. 1088.

3877. EVERHARDUS * MAYNARDUS, patriâ Moguntinus: vivebat anno 1403. de quo Poſſevinus, commemorans ea, quæ ſcripſit, eruditionis teſtimonia.

* al. Eberard.

FRIDERICUS WAGNER, ſeu WAGNI, Germaniæ ſuperioris Provincialis, Doctor Pariſienſis, Profeſſor publicus in Viennenſi novella Univerſitate: in Regiſtro Provinciæ Germaniæ ſuperioris vocatur unus ex quatuor fundatoribus dictæ Univerſitatis Viennenſis. Claruit anno 1380. & ſeq. Quæ ſcripſerit, annotat Poſſevinus: an fuerit Epiſcopus Paſſavienſis, differimus hîc ſuprà (d).

(d) n. 3389.

3878. GOBELINUS, Provincialis Allemaniæ, ad Anglos à Summo Pontifice legatus Commiſſarius: Floruit circa annum Chriſti 1300. ante & poſt. Cur à Pontifice in Angliam deſtinatus fuerit, declaratur in Annalibus Ordinis. (e) Agunt de illo Pitſeus, ubi de Joanne Chelmeſtono, ac Thoma Hilleienſi, & Poſſevinus *in Apparatu*, ubi de illis quæ ſcripſit.

(e) ad an. 1305.

3879. GEORGIUS DE NOVO FORO, Colonienſis, circa an. 1390. Scripſit *de beneficiis Chriſti lib.* 1. *In Orationem Dominicam, & Symbolum Apoſt. lib.* 1. & alia: Extant MSS. in Bibliotheca Carmeli Boppardiæ. *

* teſte R.P. Jacobo Milendunck, ibi Priore.

GERAR-

Digitized by Google

GERARDUS DE CASTRIS, Moguntini Carmeli Prior, doctrinâ, & pietatis ſtudio inſignis; cùm ad divinæ cognitionem doctrinæ prophanas etiam diſciplinas adjecerat, *De Paſſione Dominica*, & *Commentarios ſermones*, in honorem Sanctorum habitos, plures ſcripſit.

GERARDUS EICHOFF, Colonienſis Doctor, & ibi Theologicæ Facultatis Decanus, anno 1417. ex parte Univerſitatis ejuſdem in Concilio Conſtantienſi verbis, & ſcriptis claruit.

3880. GODEFRIDUS (ſeu GODFRIDUS) CANDELARIUS, Aquiſgranenſis, vir eruditionis non vulgaris, miræ in rebus agendis dexteritatis, & multæ in Deum pietatis, ac proximum charitatis. Obiit an. 1499. Scribunt de eo, & ſcriptis, Trithemius libro *de Luminaribus Germaniæ*, Eyſingrenius, Poſſevinus, Franciſcus Swertius *in Athenis Belgicis*, & alii.

GODESCALCUS COLONIENSIS, ſeu A COLONIA, Doctor Pariſienſ. Allemaniæ inferioris Provincialis: eruditionis ejus monumenta refert Poſſevinus. Vivebat an. 1370. Segerus Pauli notat eum obiiſſe anno 1373. die 16. Junii, Coloniæ, & ſepultum in choro, ante altare majus.

GUILIELMUS WERT, Aquiſgranenſis Supprior circa anno Chriſti 1518. Scripſit *De vitiis ſub virtutum palliis occultatis lib.* 1. *De miſericordia Dei lib.* 1. *De 7. Donis Spiritus ſancti lib.* 1. & alia. Extant in Carmelo præfato Aquenſi.

3881. HARDTMANNUS DE WORMATIA, in Theologia, præſertim morali, apprimè exercitatus: Scripſit anno 1473. *Alphabetum reſtitutionum.* Extat in Carmelo Boppardienſi.

HENRICUS DE ANDERNACO, de cujus eruditione, & ſcriptis Trithemius hîc ſup. (a) & etiam libro *de Luminaribus Germaniæ.* (a) n. 3086.

HENRICUS DE AQUILA, Pariſ. Theol. claruit an. 1330. de quo Poſſevinus.

HENRICUS BOYCK, Epiſcopus, de quo, & ſcriptis ejus, hîc ſuprà (b). (b) n. 3140.

HENRICUS DE DALEN, Provincialis Allemaniæ inferioris, Doctor Colonienſis, ibidem an. 1399. Decanus Facultatis Theologicæ ſextus.

3882. HENRICUS DOLENDORPIUS, de cujus ingenio, doctrina & eloquentia ac ſcriptis Trithemius hîc ſuprà (c): de quo etiam Valerius Andreas, Franc. Swertius, & alii. (c) n. 3087

HENRICUS DE GORICHEN, S. Theologiæ Doctor Colonienſis: Scripſit *De Miſſarum celebratione, contra Huſſitas; de SS. Euchariſtiæ Sacramento, de proceſſionibus*, atque alia, quæ extant MSS. in Carmelo Colonienſi.

HENRICUS DE MONTE THABOR, Carmeli Boppardienſis, Sacræ Theol. Lector: Scripſit *Quadrageſimale de flagellis, & plagis peccatorum, & de eorum remediis, & Quadrageſimale viatoris.* Extant MSS. in dicto Conventu Boppardienſi.

3883. HENRICUS PISTORIS DE GELEEN, Colonienſis Doctor, & ibi Facultatis Theolog. Decanus an. 1519. Primus, ſeu inter primos factis, & ſcriptis pro Domo Dei ſe murum oppoſuit ad extinguendum, aut impediendum, ne in Colon. Diœceſim proſerperet incendium à Luthero ſuſcitatum.

HERMANNUS DE MESTORET, Colonienſis, Theol. & Philoſophus inſignis: Scripſit *Flores Ariſtotelis.* Extat Boppardiæ. Prior fuit Crucenaci: ibi deceſſit an. 1489.

3884. JOANNES BRAMMAERT, Aquenſis (ſeu Aquiſgranenſis) Theologus Pariſienſis, Allemaniæ inferioris Provincialis: Doctrinam ejus deprædicant monumenta poſteris tradita, de quibus Trithemius, (a) Poſſevinus: Vnus fuit ex primis fundatoribus Univerſitatis Colonienſis, prout latiùs hîc ſuprà (b) Obiit Coloniæ an. 1407. die 8. Septembris. (a) hîc ſup. n. 3097. (b) n. 3408.

JOANNES BRENTZENREUTERUS, S. Theologiæ Doctor, & Profeſſor, Prior miraculoſi Conventus B. Virginis: in Urticeto, propè Heilbrunnam, indè Provincialis Germaniæ Superioris, & Hungariæ: ingenio profundus, in ſacris Scripturis doctiſſimus: Scripſit *in quatuor libros Sententiarum*, & alia: Obiit anno 1499. in Auſtria in Conventu Viennenſi. Ita Trithemius *lib.* 2. *de B. Virg. in Vrticeto cap.* 14. & 15. ubi plura de ejus ſcriptis, & geſtis: ibidem commemorat JOANNEM SCHWINDE Priorem prætati Conventûs Viennenſis, Decretorum Doctorem, atque alios viros illuſtres Germaniæ Superioris.

JOANNES CAMPENUS, de cujus doctrina teſtimonium perhibent ſcripta, de quibus Poſſevinus, & alii.

3885. JOANNES CURRIFEX, Spirenſis: Scripſit, & imprimi curavit *Catalogum Sanctorum, & virorum illuſtrium aliquot Ordinis ſui.* Vivebat circa an. 1510.

JOANNES * DUSSELDORPIUS, Conventûs Moguntinenſis, Doctor eruditione, & pietate præſtans, de quo Trithemius hîc ſuprà, (c) Eyſingrenius, Poſſevinus, Valerius Andreas, Swertius, & alii. * cognominatus etiam Frytag. (c) n. 3101.

JOANNES FUST, ſeu *Fuſtgni*, Crutzennacenſis, de quo, & quæ ſcripſerit Boſtius, & Trithemius (d) Eyſingrenius, Poſſevinus. (d) hîc ſup. n. 3043. & 3102.

3886. JOANNES GAWER * de quo & ſcriptis ejus Trithemius, hîc ſupra, (e) & Sixtus Senenſis eum nuncupat *Theologum & Declamatorem inſignem* ... ſcripta ejus iſta recenſet *ſecundum Scholaſticorum conſuetudinem, Explanationis in Exodum lib.* 1. *cujus initium eſt: Lex pro communi utilitate. Item, De Concordia Evangeliſtarum lib.* 1. *qui incipit: Quia miſit Deus.* Mentionem ejus honorificam faciunt alii plures. Interfuit Concilio Baſilienſi. In antiquis monumentis Provinciæ annotatur ejus obitus Moguntiæ anno 1438. die 27. Auguſti. * al. Gauwer. (e) n. 3103. in Bibl. S.

JOANNES DE GOUDA, Lector Theologiæ, Prior Conventus Spangenbergenſis in Haſſia: Scripſit *Scutum Carmelitarum*: vivebat circa an. 1480.

Digitized by Google

3887. JOANNES DE HILDESHEIM, seu HILDESHEIMENSIS, de cujus doctrina, quædam hîc suprà audivimus tradita à Bostio, & Trithemio (a) nec non in Tomo præcedenti, in notatione prævia ad ejus librum, *Defensorium*, ibi insertum: & de ejus pietate, ac zelo religionis, etiam hîc suprà (b).

(a) n. 3035. & 3109.

(b) n. 3528. & seq.

JOANNES SONNEMAN (id est VIR SOLIS) Doctor Sacræ Theol. Conventus Cassellensis in Hassia; vir in Divinis Scripturis studiosus, & eruditus, & secularis Philosophiæ Interpres egregius, ingenio subtilis, sermone Scholasticus, Declamator sermonum popularium facundissimus. Scripsit de *Decem Præceptis lib.* 1. *super Symbolo Apostolorum lib.* 1. *De præparatione cordis lib.* 1. & alia, de quibus Jacobus Wimphelingus (c) Possevinus & alii. Claruit circa an. 1460.

(c) in Addit. ad Trithem.

3888. IOANNES WIRICH, seu WIRICI, de Nussia, S.T.D. Colonienſis: ejusdemque facultatis Theologicæ Decanus, Conventus Colonienſis Prior, & Regens, nec non Provinciæ Allemaniæ inferioris Provincialis ab anno 1488. usque ad annum 1515. quem inter Scriptores Ecclesiasticos referunt Trithemius, Possevinus, Swertius & alii. Trithemius quidem in libro *de Luminaribus Germaniæ*, hæc, inter alia, de ipso scribit: *Divinarum Scripturarum Doctor, & Interpres eruditus, & Philosophiæ Aristotelicæ sagacissimus enucleator, ingenio promptus, sermone compositus, vitâ & conversatione devotus, disputator acutus, & divini verbi prædicator egregius.* Consequenter recenset scripta ejus, de quibus & alii. Coloniæ ex hac vita migravit an. 1515. die 12. Maji.

3889. MATHIAS FARINATOR, aliàs PISTORIUS, Germanus, Viennensis, vir non minus morum pietate, quàm eruditionis laude clarissimus, in monastica disciplina egregiè exercitatus, ejusdemque eximius cultor, & propagator, Philosophus insignis, nec ulli Theologorum secundus: ad præceptum Ioannis XXII. Romani Pontificis edidit librum insignem, quem prænotavit: *Librum Moralitatum ex SS. Doctorum, Philosophorum, Oratorum, ac Poëtarum auctoritatibus concinnatum: Lumen fidelis animæ dictum, lib.* 3. *De septem Apparitionibus, lib.* 1. *Pharetram Ecclesiæ, lib.* 1. *Exempla naturæ, lib.* 1. *De naturarum ordine, lib.* 1. *De creaturarum vigore, lib.* 1. Transtulit etiam: *Hermetem, de corporibus transmutandis, lib.* 1. *Agazelem, de quatuor, transcendentibus, lib.* 1. *Palemonem de signis naturarum, lib.* 1. *Moirenem, de zonis & clymatibus, lib.* 1. *Belinum, de inventione artium, lib.* 1. Claruit anno Domini 1330. Hæc ferè omnia opera habentur Straubingæ in mea Bibliotheca.] Ita Philippus Metius Straubingensis *in Catalogo illustrium aliquot Scriptorum Carmelitani Ordinis.* Extat Coloniæ ex autographo descriptus manu P. Segeri Pauli. Ferè eadem habet Possevinus, qui addit: *Opera ejus edita fuêre an.* 1477.

3890. MICHAEL HERBRANT, de Duren: de quo Trithemius hîc suprà (d) agit

(d) n. 3122.

de eodem in libro *de Luminaribus Germaniæ*, atque claruisse circa an. 1410. P. Segerus annotat, (a) varia ejus opera, Sermones, MSS. asservari in Carmelo Boppardiensi, & Trevirensi.

(a) in Col. lect. MS. de viris illust. Carmelit.

NICOLAUS DE ALSENCIA, Conventûs Crutzennacensis, in Comitatu Spanheimensi, Lector Sacræ Theologiæ, in Scripturis sanctis studiosus, & eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio promptus, sermone scholasticus, & declamator sermonum popularium longa consuetudine exercitatus. Scripsit *in Exodum lib.* 1. Ita Trithemius in libro *de Luminaribus Germaniæ*, recensens quoque alia, de quibus etiam Eysingrenius, Possevinus, & alii. Adhuc vivebat anno 1495.

ODONIUS CAMPANIUS, Germaniæ Superioris, Immaculatæ Conceptionis B. Virginis Mariæ eruditus & zelosus propugnator verbo, & scripto: de quo Possevinus. Claruit anno 1350.

3891. PETRUS ARGENTORATENSIS, sic dictus à Patria, vulgò STRASBURGH, vir magnæ eruditionis, Theologus, & historicus celebris: de quo Augustinus Biscarretus in Palmitibus Carmeli, Possevinus (qui dicit vixisse anno 1270) & Lezana (b) agens de Conventu nostro Argentorati, seu Argentinæ.

(b) in Annal. ad an. 1495.

PHILIPPUS ALBERTI, seu ALBERTUS DE NUSSIA, patriâ Novesiensis, diœcesis Colonienſis, religione Conventûs Franckfordiensis, modestiâ; ac aliis animi corporisque ornamentis à Deo egregiè dotatus, doctrinæ, præsertim sacræ litteraturæ laudem summam promeritus, purissimæ conceptionis Deiparæ insignis defensor. Agunt de eo & scriptis ejus, Iacobus de Plebe Servita, Antonius Possevinus, Franciscus Swertius, & alii apud Lezana (c) Peculiariter eum commendat Trithemius, in libro *De luminaribus Germaniæ*: addit: *Vivit adhuc in gymnasio Colonienſi anno MCCCCXCV.* Sixtus Senensis sic paucis illum commemorat (d) *Philippus Alberti de Nussia, Germanus Carmelita, Postillam fecit in Cantica an. Dom.* 1495.

(c) in Annal. ad an. 1495.

(d) in Bibl. S. l. 4.

3892. SIMON DE SPIRA, Doctor Th. Parisiensis, unus ex fundatoribus Theologicæ Facultatis Coloniæ. Scribitur à nonnullis Episcopus, & Suffraganeus Colonienſis: sed id parum verisimile; tum quòd in libris Provinciæ Allemaniæ, istius non sit memoria; tum quòd eo tempore successivè Colonienſes Suffraganei fuerint Everhardus Musgen (seu Muschin) usque ad annum 1397. & proximè post ipsum, Conradus ab Arnsbergh, per annos plures, post obitum Simonis. Quoad annum obitûs, variant Scriptores: certiora nos tenere arbitramur, insistentes monumentis, & libris Provinciæ Allemaniæ Inferioris, ex quibus, inter alia, ista: Simon de Spira, aliàs de Arnwylen, circa annum 1363. & sequentes, Parisiis Biblicus Lector, anno 1367. Parisiis Doctorali laureâ insignitus fuit. Posteà Coloniæ

per

Digitized by Google

per plures annos fuit continuus Regens studiorum, & S. Theologiæ Lector. An. 1375. Diffinitor generalis fuit ad Generale Capitulum Podiense (sæpiùs etiam fuit Diffinitor primus suæ Provinciæ an. 1386. 1388. 1392. &c.) anno 1388. impetratâ Bullâ Urbani VI. unà cum Joanne Brammart, & aliis (nominatis hîc suprà *a*) fundavit Universitatem Colonienſem, in qua aliquoties Decanatûs officio functus legitur. An. 1403. ipsum Coloniæ obiisse, testatur antiquus liber memoriarum, sive Anniversariorum, in quo pridiè Calendarum Februarii hæc de eo leguntur: *Memorandum, quòd anno Domini 1403. in crastino Epiphaniæ Domini obiit R. P. M. Simon de Spira, S. Theologiæ Doctor,* &c. De scriptis ejus agunt Bostius, & Trithemius, hîc suprà (b) Sixtus Senensis, & alii.

(a) n. 3408.

(b) n. 3033. & 3139.

3893. THEODORICUS DE AQUIS, scriptor vitæ S. Alberti, de quo hîc suprà (c) P. Ludovicus Jacob *in Compendiosa descriptione Provinciæ Narbonæ cap. 2.* ista scribit: *Theodoricus ab Aquis, natione Germanus, Carmelita Colonienſis, Doctor Theologus, electus Provinciæ Narbonæ Prior Provincialis, anno gratiæ 1451. Avenione Cavarum in Capitulo Generali eodem anno celebrato, deindè continuatus 1454. 1457. & Turnoni ad Rhodanum 1460. præfuit usque ad annum 1463. ac denuò in Comitiis Provincialibus Carcassonæ eodem anno celebratis, iterùm confirmatus: sed paulò post decessit.* Verisimiliter is idem est: si ita, valdè grandævus decessit.

(c) n. 2163.

3894. TILMANNUS ACHENSIS, *Germanus, Carmelita: cui præstans fuit ingenium, ac divinis humanisque litteris excultum, Lector Academiæ Colonienſis: Scripsit in Euangelium Matthæi scholasticâ dictione librum unum.* Ita Sixtus Senensis. Agunt de illo etiam Trithemius hîc suprà, Possevinus, & alii: etiam cognominatus *De Alto Lapide*; Doctor fuit Parisiensis promotus anno 1355. Coloniæ Professor publicus ante Universitatis erectionem. Provincialis existens obiit Coloniæ anno 1363.

Hactenùs de præcipuis, qui in Germania eruditione, & scriptis claruerunt usquead seculum præsens, annum videlicet 1600.

Studia in Germania valdè floruisse.

3895. Quòd seculis istis anterioribus in Germania studia magnoperè floruerint, & plures extiterint eruditione eximiâ conspicui, constat ex eo quòd inter Colonienſis Universitatis primos Fundatores anno Domini 1389. fuerint præfati *Ioannes Brammart, & Simon de Spira*, Doctores Theologi Parisienses. Consequenter Universitatis ejusdem Colonienſis Cathedratici Professores plures fuerunt, & ex eis Theologicæ Facultatis Decani recensentur sequentes à R. P. Jacobo Milendunck (de quo hîc infrà) sub titulo: *Insignia RR. PP. ex Ordine Carmelitarum S. Theologiæ Doctorum, qui in alma Universitate Colonienſi ejusdem Universitatis Facultati Theologicæ aliquandò præfuerunt Decani.* Ibi sequitur:

ibi plures Carmelitæ S. Tirol. Professores publici,

& Facultatis Theol. Decani:

Anno 1395. R. P. M. SIMON DE SPIRA, *ex Ordine Carmelitarum, Decanus secundus.*

An. 1397. *iterum eligitur M. Simon de Spira Decanus.*

An. 1399. M. HENRICUS DE DAERN, *Dec.*

An. 1401. M. CHRISTIANUS DE SELLA, *Decanus.*

An. 1405. M. CHRISTIANUS DE SELLA, *iterato Decanus.*

An. 1418. M. GERHARDUS EICHOFF, *Dec.*

An. 1421. M. MARTINUS DE NOVO FORO, *Decanus.*

An. 1434. M. PETRUS DE NOVA ECCLESIA, *Actu Provincialis, Decanus.*

An. 1470. M. ANDREAS DE CONFLUENTIA, *dictus Hettwich, actu Prior Conventus Colonienſis, Decanus.*

An. 1481. M. JOANNES WIRICI DE NUSSIA, *actu Prior, & Decanus.*

An. 1515. M. WALTHERUS STAI, *de Gelria actu Provincialis, Decanus.*

An. 1519. M. HENRICUS DE GELEEN, *actu Prior, Decanus.*

An. 1540. M. PETRUS DE REES, *Decanus.*

An. 1541. M. GASPAR DOROLERUS, *Dec.*

An. 1543. M. EVERHARDUS BILLICUS, *actu Provincialis, Decanus.*

An. 1545. *idem* M. BILLICUS, *iteratò Dec.*

An. 1546. *idem tertiò electus Decanus.*

An. 1554. M. ALEXANDER CANDIDUS, *Decanus.*

An. 1555. *Mortuo M. Alexandro Decano, iterùm eligitur* M. GASPAR DOROLERUS, *Decanus.* Sub illa tempora in Germania aggravatæ fuerunt calamitates, de quibus mox: & eæ felicem studiorum cursum interrupetunt. Hoc autem seculò R. P. IACOBUS EMANS (de quo peculiariter hîc infrà) ejusdem *Colon. Facultatis Theologicæ Doctor, & publicus Professor, ac Decanus* quoque fuit annis 1653. & 1654.

& Universitatum, seu Academiarum fundatores.

3896. Moguntinæ Universitatis, in Germania fundator unus ex primis fuit MATHIAS EMICH, de quo in antecedentibus (a) Viennensem Universitatem peculiariter exornarunt ARNOLDUS DE AUSTRIA, FRIDERICUS WAGNER, Doctores & Professores Theologi, de quibus jamante, & IOANNES SCHWINDE, ac ANDREAS SWOS, Decretorum Doctores. IOANNES BENTZENREUTER, in Tubingensi Gymnasio publicus Lector fuit, de quibus Trithemius. (b) Ad fundandam Universitatem Lovaniensem Coloniâ GODEFRIDUS DE LOS, evocatus unus fuit inter primos Doctores, & Professores Theologos. (c)

(a) n. 3319.

(b) De B. Virg. in Utriceto lib. 2. c. 14. & 15.

(c) vid. hîc sup. num. 3409.

Viennensis Conventus olim studium generale.

3897. Quòd autem studia multùm vigerent superioribus seculis in Conventu Viennensi, habetur ex eo, quòd Viennense cœnobium fuerit unum ex Generalibus studiis pro toto Ordine, ad quod quælibet Provincia poterat aliquot mittere ad studium. Sic enim legitur in Constitutionibus in Capitulo Generali Bruxellensi

Digitized by Google

anno MCCCCLII. recognitis, & approbatis: (a) Statuimus, quòd in Ordine sint studia generalia decem & octo: videlicet *Parisiis: Tolosæ: Bononiæ: Florentiæ: Montispessulani: Catalonia: Londoniis: Coloniæ, Avinioni: Papiæ: Perpiniani: Burdegallæ: Viennæ: &c.* Tale studium etiam olim videtur fuisse Pragæ. Hinc in actis Capituli Provincialis Provinciæ Allemaniæ inferioris, Coloniæ celebrati anno 1386. hæc inter decreta ex libro, seu registro istius Provinciæ extracta, & nobis missa à præfato R. P. Iacobo Emans (de quo specialiùs infrà) leguntur: *Pro studio Viennensi in Austria deputantur FF. Guilielmus de Bergis, Gotfridus de Linger, Ioannes Furboum, Ioannes Schodeban, & Christianus Stella. Pro studio Pragensi designantur FF. Giselbertus Lanckenberg, & Ioannes Fortuna.* Et in actis, ac decretis Capituli Provincialis anterioris anni 1385. *Studentes Viennæ FF. Ioannes à S. Paulo, Hermannus de Sassenhusen, Michaël Herbrant, Henricus de Dalen, Ioannes Ducis. Pro studio Pragensi FF. Daniel de Bruxellis, & Conradus de Horne.* Undè patet, quòd istis temporibus celebre studium esset Viennæ, atque etiam Pragæ; cùm ex alia Provincia Religiosi illuc mitterentur. Præfatum autem Fridericum Wagner Viennensis Universitatis fundatorem unum ex quatuor primis fuisse, ex registro Provinciæ Carmelitanæ Germaniæ Superioris nobis communicavit R. P. David ab omnibus Sanctis, Prior in variis istius Provinciæ Conventibus: qui addit: Quòd Provinciæ istius Provinciales, ante invalescentes hæreses, plerique fuerint, vel in Universitate Viennensi Rectores studii, aut Professores Cathedratici, S. Theologiæ, aut Canonum Doctores, aut Professores, quos inter ex præcipuis fuerunt dictus Fridericus Wagner, Ioannes Benzenreuter, Ioannes Reuther, posteà Episcopus Hipponensis, & Suffraganeus Herbipolensis, de quo hîc suprà, (b) & ejus successor Andreas Stosi, Sacrorum Canonum Doctor.

(a) parte 1. Rubr. 15.

idem videtur de Conv. Pragensi.

Viennensis Conventus habuit viros magnæ eruditionis.

(b) n. 3291.

3898. Quantâ autem curâ, & solicitudine olim studia colerentur in Germania, perspicere licet in actis Capitulorum Provincialium, & quidem in actis Capituli præfati anno 1385. hæc est: ORDINATIO LECTORUM ET INFORMATORUM: IN COLONIENSI CONVENTU, *Lector Principalis R. M. Provincialis: Lector secundarius ibidem Fr. Godtschalcus: Magister Studentium ibidem Fr. Conradus de Arnsberg: Informatores ibidem FF. Ioannes Wenlo, & Conradus &c.*

Studiorum cura quanta olim in Germania:

BRUXELLIS *Lector Principalis Fr. Hermannus de Frisia: Lector Sententiarum ibidem Fr. Ioannes &c.*

HARLEMII *Lector Fr. Wilhelmus de Arena Comitis.*

BOPPARDIÆ *Lector Principalis Fr. Hermannus Galli: Cursor ibidem Fr. Matthias de Durem.*

FRANCOFURTI *Lector Principalis Fr. Ioannes de Immenbusen: Cursor ibidem Fr. Ioannes Weiss.*

CRUCENACI *Lector Fr. Constantinus: Informator ibidem Fr. Henricus de Erculentia.*

TREVIRIS *Lector Principalis Fr. Hugo de Breil: Lector sententiarum ibidem Fr. Wilhelmus Hildernis: Magister Studentium ibidem Fr. Gerardus Eyboiff: Informatores ibidem FF. Hermannus & Ioannes de Gluel.*

MOGUNTIÆ *Lector Principalis Fr. Petrus de Bodeburg: Lector secundarius Fr. Everardus de Geldria.*

SPIRÆ *Lector Fr. Godefridus de Lingha.*

MECHLINIÆ *Lector Fr. Ioannes Vilvort: Informator ibidem Fr. Ioannes Braet.*

WORMATIÆ *Lector Principalis Prior ibidem: Secundarius Lector Fr. Christianus de Cella.*

ARGENTINÆ *Lector Principalis Prior ibidem: Cursor ibidem Fr. Iacobus.*

SCHONHOVIÆ *Lector Fr. Ioannes de Bloys.*

AQUENSIS *Conventûs Lector Principalis Fr. Rolandus: Lector Secundarius Fr. Ioannes Schonhan.*

DURENSIS *Lector Fr. Henricus Wevelhoven.*

THENENSIS *Lector Fr. Georgius de Novo Foro.*

Similiter in sequentibus Capitulis Provincialibus ordinati fuerunt Lectores, Magistri, Informatores, & præterea missi ad aliarum Provinciarum studia, Viennam, Pragam, Parisios, in Angliam &c. Istis igitur temporibus erant in Conventibus majoribus studia, quibus præerant Regens, ac Lector, seu duo Lectores: utque pietas pariter cum scientiis excoleretur, illum in finem etiam Magistri, & Informatores (seu Directores) & insuper in singulis ferè conventibus, saltem notabilioribus, erat quoque unus Lector: verisimiliter, qui aliquot vicibus per septimanam Scripturam sacram, aut moralia explicaret: quam perutilem, & laudabilissimam consuetudinem in Monasteriis omnibus servandam Sum. Pontifices Clemens VIII. & Urban. VIII. decreverunt: (a) *Lectio sacræ Scriptura, vel Casuum conscientia bis in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasteriis & Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eáque absolutâ, mutuâ collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exercent.* Hinc in Constitutionibus strictioris observantiæ præcipitur (b): *In quibus Conventibus non est studium Theologiæ, bis in hebdomadâ incumbet Superiori obligatio curandi, ut fiat lectio vel sacræ Scripturæ, vel casuum conscientiæ: non tamen scripta dictando, sed auctorem selectum prælegendo, & explicando, dubia proponendo, & dissolvendo.*

(a) in Decretis pro reformatione Regularium n. 2.

(b) p. 1. c. 22. n. 13.

3899. NOTANDUM: *Quòd sub medium seculi præcedentis (XVI.) in Germania pestilentis hæresis Lutheranæ exortu, & progressu, scissa fuerit in varias sectas Christiana professio: erat igitur tunc Germaniæ, & vicinarum regionum miseranda facies, dum grassantis ubique hæreseos venenata contagio tam funestâ vitiorum illuvione in sacra, & profana irruperat, ut omnia suspicaque deque*

Germaniæ calamitates seculo XVI.

Digitized by Google

Monasteria Ord. Carm. plurima per Turcas, & hæreticos eversa.

(a) n. 1339. & seq. (pagina 374. & seq.)

(b) vide Lezana to. 4. Annal. ad an. 1462. n. 2.

(a) n. 3221.

(b) lib. adversus hæreticorum novitates.

Gustavus Adolph. Suecia rex instar flammæ erumpentis:

occiditur.

Germania miseranda facies sæculo XVI. sub finem, & seq. initio.

Monasteria Ord. Carm. plurima per Turcas, & hæreticos eversa.

(a) n. 1339. & seq. (pagina 374. & seq.)

(b) vide Lezana to. 4. Annal. ad an. 1462. n. 2.

(a) n. 3221.

(b) lib. adversus hæreticorum novitates.

Gustavus Adolph. Suecia rex instar flammæ erumpentis:

occiditur.

Germania miseranda facies sæculo XVI. sub finem, & seq. initio.

Carmelitanam: ubi nunc asservatur, & colitur. De ista Imagine, & Conventu Heilbrunensi pe-
(a) n. 2520. & seq. *culiariter tractatum est tomo præcedenti* (a). *Quantùm ad monasterium Viennense Carmelitis hinc indè per hæreticos expulsis, aut trucidatis, valde diminuto numero Religiosorum in illo Viennensi Conventu, is annuente Cæsare, exindè à Patribus Societatis Iesu habetur: cujus loco pro Carmelitis alius non ita pridem in suburbio ædificatus est operâ potissimum, & solicitudine R. P. Gabrielis ab Annuntiatione: qui Provincia Belgica alumnus, etiam dudum ante decreto Capituli Generalis, seu Definitorii ejus Romæ celebrati anno 1648. institutus Visitator, & Commissarius Generalis per Germaniam; in utramque Provinciam Reformationem, & strictiorem observantiam introduxit, & stabilivit; jam tamen ante in Provincia Allemaniæ Inferioris inchoatam per R. P. Antonium Tusconiæ Provinciæ alumnum. Cooperatores autem strenui fuerunt tum ex Belgio plures, tum utriusque Provinciæ Germaniæ alumni sicut aliquantò plenius tra-*
(b) n. 657. *ditur in Vinea Carmeli.* (b) *Exindè, sedatis istis sævissimis diuturnis tempestatibus, quemadmodùm transactâ hyemali inclementiâ turbinis, Austri fomite resoluta, lata terra alacriter parturit; sic utraque Provincia illa, veluti vernans, de novo revirescens, flores, & fructus observantiæ Regularis, ac eruditionis producere cœpit, producit & crescit. Hoc autem sæculo ab anno 1600. in Allemaniæ Inferioris Provincia, (quæ comparatione Superioris Germaniæ, & Bohemiæ minora damna, & incommoda pertulit, amissis interim Conventibus Argentinensi, & aliis nonnullis) & pauci nobis noti in Superiori Germania, scripserunt sequentes.*

3903. CAROLUS A S. ANASTASIO, aliàs FREYWILLIGER, patriâ & professione Moguntinus, pro animarum salute, quà concionando, quà sacrum pœnitentiæ Sacramentum administrando, procurandâ, non minus quàm Ordinis sui regulari observantiâ promovendâ valdè fervens, & zelosus. Vitæ suæ cursum consummavit in Carmelo Boppardiensi anno 1670. die 10. Martii. Diversos libros & auctores Latinos in idioma Germanicum (cujus erat disertissimus) convertit. Nimirum *Pædagogum Christianum* R. P. Philippi d'Outreman Societatis Jesu ex Latino transtulit in Germanicum, & R.mo Eminentissimo Principi Archiepiscopo, & Electori Trevirensi dedicavit: impressum Coloniæ in 4. 1664. item *Sermones spirituales in singulas totius anni Dominicas, & Festa distributos* V. P. Ioannis Tauleri Ordinis Prædicatorum, ab heterodoxo quodam interprete in linguam Germanicam, perperàm multis in locis, transtatos, cum magna diligentia revidit, & juxta catholicum P. Laurentii Surii Carthusiani exemplar Latinum, emendavit, atque correxit, typisque imprimi curavit Coloniæ in 4. anno 1660, & Eminentissimo Principi Archiepiscopo, & Electori Moguntino dicavit. Plurimas etiam sui, *aliorumque Ordinum vitas in Germanicum vertit*, quæ habentur in vitis Sanctorum Germanicè editis per D. Valentinum Leuchtium S. T. Doctorem, Concionatorem ad S. Bartholomæi Francofurti, in folio æditæ Coloniæ apud Ioannem Busæum anno 1640. Quamvis ibi mentio non fiat Caroli traductoris; quia ipse noluit.

3904. DEGENHARDUS DE DUMETA VANDER HAECKEN, S. Theol. Doctor, Coloniæ anno 1604. promotus, Conventus Morsensis filius, ejusque ultimus Prior. Circa annum 1606. hæretici Conventum istum occuparunt, & ipsum cum suis Religiosis ejecerunt: exindè ipse in variis Conventibus Regens, Prior, Definitor, Vicarius Provincialis. Scripsit *in Sententias Commentaria*: extant in archivio Provinciæ. Adhuc superstes erat an. 1624. Prior Francofurti: ulterior de ipso mentio non habetur.

3905. GASPAR MUNSTERUS, de quo in catalogo Episcoporum (a) auctoritate P. Generalis, anno 1625. accedente etiam Summi Pontificis Urbani VIII. eodem anno, & Imperatoris Ferdinandi II. sub initium anni sequentis, destinatus in Saxoniam, eâ occasione scripsit librum, cui titulus est: *Saxonia Ordinis Carmelitarum celeberrima Provincia &c.* de quo etiam loco jam ante indicato, (b) in quo tractat de pluribus Conventibus Carmelitanis in Saxonia, & regionibus vicinis, deque illorum fundationibus, & tandem eorumdem demolitione, & eversione per hæreticos, sub medium sæculi præcedentis (XVI.) sicut hîc paulò ante paucis commemoratum est.

(a) hîc sup. n. 3211.

(b) n. 3221.

3906. GEORGIUS A REGINA ANGELORUM, Exprovincialis Allemaniæ inferioris: Scripsit *Conciones de sacro Scapulari*, impressas *cum Sermonibus P. Christophori Avandagno de præcipuis festivitatibus per annum*, ab illo latinitate donatis: edidit quoque libellum, *Fœdus Marianum*.

GUILIELMUS (seu WILHELMUS) SCHULTINGIUS, de cujus pietate, & zelo salutis animarum, quædam dicta sunt jam ante, (c) Scripsit, ac typis evulgavit patriâ lingua in vulgi utilitatem *Exegesin Marianam* seu *Ideam Confraternitatis B. V. Mariæ de monte Carmelo*, Coloniæ Anno 1629. impressam: Præterea *vitam S. Andreæ Corsini moraliter expositam*, cui titulum indidit: *Flos Carmeli*. Dedicavit Serenss. Ferdinando Bavaro Archiepiscopo; & Principi Electori Colonienſi, dum ejusdem Sancti Canonizationis solemnitas Coloniæ peragerétur: Coloniæ impressum anno 1629. in 12.

(c) hîc sup. n. 3534.

3907. HENRICUS A MONTE Carmelo, Exprovincialis Allemaniæ inferioris: Scripsit *De Confraternitate sacri Scapularis Commentum cœleste*, typis editum: ex Italico in Latinum traduxit *Sylvam novam*, seu *Citharam Mysticam* Alexandri de Calamato, Francofurti an. 1656. in 4. nec non *Theologiam Mysticam* Vincentii Caraffæ, Societatis Iesu Præpositi Generalis, suo tamen nomine non appositæ.

IACO-

Digitized by Google

3908. Jacobus Emans, natus an. 1604 5. Octob. professus an. 1622. Doctor Theologus promotus an. 1639. Coloniæ, deindè ibi Professor publicus cathedraticus, & Facultatis Theologicæ aliquoties Decanus: primariis in Ordine functus officiis, Provincialis Allemaniæ Inferioris diversis vicibus, & deindè Romæ Assistens Generalis: de quo, adhuc superstite, plura non addimus. Ex Italico in Latinum traduxit varia, *Sermones Sacros, & Theoremata Moralia de SS. Eucharistiæ Sacramento. Conciones morales Thomæ Reinæ: Bibliothecam moralem Iosephi Manssi*, atque alia. Hic, & qui sequitur, complura pro hoc opere *Speculum* &c. suppeditarunt.

Jacobus Milendunck, Prior in pluribus Allemaniæ inferioris Conventibus, adhuc vivit. Scripsit *Historiam Provinciæ Carmelitanæ* præfatæ *Allemaniæ*, typis nondum editam. Indè non pauca de B. Joanne Soreth, & gestis ejus in illa Provincia, & de Episcopis ex illa Provincia assumptis, ac de aliis viris illustribus, pro hoc opere desumpta sunt.

3909. Joannes a S. Bernardo, Germaniæ Superioris, Hungariæ, & Bohemiæ Provincialis scripsit, & edidit librum cui titulus est: Jesus *Amabilis*: Quâ ratione piè, & utiliter Puer Jesus sit colendus. Item *Calendarium Sanctorum Ordinis Carmelitarum*: item *Mundus Carmeli Marianus*. Tria illa Opuscula simul typis excusa sunt Straubingæ anno 1666. in 8.

Ioannes Niderwiltz, Theolog. Doctor, & Professor Ordinarius in Facultate Theol. Colonienſi: religiosarum virtutum veluti exemplar. Commissarii Generalis, atque aliis officiis cum laude perfunctus. Scripsit *Philomelam Theologum*, de modo ritè Deum laudandi: MSS. asservatur: alterum adiit seculum an. 1676. die 19. Octobris, ætatis suæ 72. Religiosæ Professionis 53.

3910. Ioannes Seinerus, Volckmartianus Westphaliæ, Carmelita Colonienſis S. T. Doctor Coloniæ, ordinarius S. Theologiæ Cathedraticus ibidem Professor, Th. Philosophus, Rhetor & Concionator disertissimus, Poëta excellens. Edidit in lucem *Commentarium Guidonis de Perpiniano* Ordinis nostri quondam Prioris Generalis, postea Episcopi Majoricensis, dictum *Quatuor Unum*, seu *Concordia Euangelica*; anteà numquam typis excusum, ex exemplari in membrano conscripto, asservato in Bibliotheca Carmeli Colonienſis, unà cum opere præclaro ejusdem auctoris *de hæresibus*. Impressum utrumq; Coloniæ anno 1631. Edidit etiam *Compendium vitæ B. M. Magdalenæ de Pazzis* Latinè, & Germanicè, impressum Coloniæ, anno 1627. Insuper alia quædam scripsit. Obiit Treviris actu Prior an. 1636. die 6. Iunii, in Choro sepultus.

Patritius a S. Iacobo, scripsit Latino idiomate *Vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis* in tres distinctam libros, editam Francofurti anno 1670. in 4. Pietatis, & eruditionis odorem spirans Carmeli flosculus amœnus, in flore ætatis Romæ à morte contritus fuit anno 1670. die 21. Novembris.

* *al.* Patricius.

3911. Petrus Michael de Bastenach, Aquensis, multis annis ibi laudatissimus Prior. Urbis Regalis Aquisgranensis in insigni Basilica B. Mariæ Virginis Ecclesiastes ordinarius, ubi turbulentissimis hæresum & bellorum temporibus è publica Catholicæ veritatis Cathedra populum Aquisgranensem erudiens, & in Religionis orthodoxæ exercitio per suas pietate, & doctrinâ plenas Conciones; atque per singularem exemplaris vitæ modestiam, continens; uberes boni operis in urbe fructus protulit, Cives in orthodoxa fide Romano-Catholica conservans, teste Nobili & Clariss. Dom. Ioanne Noppio I. V. Doctore Urbis Aquensis municipe, in suo ejusdem Urbis *Chronico germanicè conscripto*, & typis edito. Tandem anno 1605. die 15. Iulii cum magno suorum, totiusque Urbis Aquensis luctu, & dolore viam universæ carnis ingressus est, & in choro sepultus sub epitaphio meritis ipsius condigno. Scripsit *Sermones*: qui MSS. asservantur in Bibliotheca Carmeli Aquensis.

3912. Philippus Metius, Conventûs Bambergensis, vir indefessi studii, pietate, eruditione, & eloquentiâ clarus: Principibus Germaniæ pergratus: ab Illustrissimo ac Reverendissimo Fuldensium Principe, Ioanne Friderico in Concionatorem & Confessarium ordinarium assumptus. Scripsit multa, de quibus subjecta habentur, *Conciones de Sanctis per annum*. Conciones per Quadragesimam, & alias promiscuas: *Conciones, seu Tractatum de signis Ecclesiæ*: *Conciones de B. M. V. pro tribus annis*: *Conciones funebres Principum, & Abbatum, Præpositorum* &c. *Conciones, seu Tractatum de Eucharistia*: *Conciones processionales*: *Tractatum de Sanctis Ordinis sui*: *Tractatum de Viris Illustribus Provinciæ Allemaniæ Superioris*, atque alia: varia ex illis hinc indè MSS. extant. Obiit in Conventu Bambergensi 1634.

3913. Segerus Pauli, Colonienſis Conventûs Supprior, Carmelitanæ historiæ, & antiquitatis diligentissimus investigator, & illustrator, singulariter devotus erga Carmeli Matrem amabilem, cujus festa peculiari devotione colebat, præmisso in vigiliis jejunio per integrum diem. Scripsit *Chronologiam vitæ S. Simonis Anglici*, typis editam in Vinea Carmeli, & *ejusdem vitam* impressam in hoc opere, (a) nec non *vitam S. Telesphori*, insertam etiam huic tomo, & à P. Bollando in Actis Sanctorum, (b) & alia complura, quæ partim MSS. extant in Carmelo Colonienſi, partim variè distracta fuerunt. Conscribens *Ordinis sui Chronicon* venit ad vitæ terminum an. 1651. die 12. Iunii.

(a) n. 1502. pag. 426. & seq.

(b) n. 798. & seq.

Polo-

3914. *Polonica Carmelitana Provincia eadem & diuturniores (quam Germania) subiit calamitates: ibi celeberrimus Conventus est Cracovienſis, nuncupatus* B. Virginis in Arenis: *cujus hiſtoria tradita eſt tomo præcedenti* (a) *Sed quid iſti Monaſterio in ſede Regni ſito? anno 1587. hoſtiles & amica acies circumſedebant urbis mania: Laſcius Magiſter equitum; ſeu hareſeos (quâ infectus erat) ſeu temulentia vitio, ignem injici juſſit in ædes monaſterio & templo vicinas: hinc mox miſerabile ſpectaculum: flammæ viſcera tenebant ædificiorum vicinorum, & indè corripientes monaſterium, & templum, etiam illa in cineres redegerunt: dumtaxat inter horrendum incendium illæſa perſtitit Imago B. Virginis, & ejus Sacellum. Res fuit admiranda omnibus; hoc unicum pietatis propè monumentum integrum, inter ignes, tam ſubitos, acres, & inſperatos, remanſiſſe. Eidem monaſterio, & templo inſtauratis haud minus triſte accidit infortunium anno 1655. quando à Suecis Cracovia occupata fuit. Hæretici iſti, pietatis, & cultûs erga Deiparam hoſtes, Arenenſis Virginis memoriam omninò abolere decernunt: monaſterium, & templum aggrediuntur, & ſubvertunt: concidunt cœnobii habitacula, & ambulacra, & templi vaſta moles: ſola, manifeſto, & admirando miraculo rursùs perſtitit illæſa veneranda Thaumaturga Diva imago, ſicut pleniùs narratum eſt loco jam indicato.* (b) *Anno eodem Sueci iſti menſe Iulio Poſnaniam (ubi alter hujus Ordinis eſt celeberrima peregrinationis Conventus SS. Sacramenti) in deditionem acceperunt. Quid tum ibi (idem quod Cracovia) & alibi, & temporibus ferè iiſdem, ac anterioribus paſſi ſint Polonici Carmelitici Conventus, longioris eſſet narrationis: ſatis erit, de antiquiore iſtius Provinciæ monaſterio Gedanenſi, ſeu Dantiſcano aliqua audiviſſe.*

(a) n. 2525. & ſeq.

Polonici Carmelitani Conventus præcipui hoc & ſuperiore ſeculo diruti,

Cracovienſis,

Poſnanienſ.

(b) tomo præced. n. 2525.

3915. *Fundatum illud fuit anno Chriſti* 1186. *ſicut ex authentico inſtrumento, ex ipſo originali ſolemniter deſumpto habetur: eſtque hoc ejus initium:* Nos Subiſlaus Dux Gedanenſ. Pomeraniæ &c. Anno Domini 1186. in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis &c. *Ibi ſubſequitur tenor fundationis, & dotationis monaſterii, & templi, ac tandem ſic concluditur:* Hæc omnia, quæ nos dicto Carmelitarum Monaſterio, & Templo in honorem Dei Omnipotentis, & S Matris ejus, ſub titulo NATIVITATIS MARIÆ præſenti hoc titulo legavimus & adſcripſimus, prædicti Venerabiles Patres virtute & vi hujus noſtri privilegii in annos perpetuos poſſidebunt, fruentur, & gubernabunt: quæ omnia nos in propria noſtra perſona, & nomine Succeſſorum noſtrorum in annos perpetuos confirmamus; obligantes dictos Religioſos noſtram familiam Principem ſuis devotis orationibus includerè, ac ſine intermiſſione Deum Ter Opt. Max. in deceſſu animarum ſuarum exorare. Datum in noſtra Arce Gedanenſi in die Nativitatis Beatæ Mariæ Virg. Anno 1186. ✠ Subiſlaus Dux Gedanenſis, & Pomeraniæ. *Originale iſtius fundationis aſſervatur in arce Buthorienſi, in regiſtro, in quo omnia acta ſpiritualia continentur: & indè cum ſolemnitatibus juris deſumptum eſt apographum, Romam, & in Belgium miſſum. Monaſterium iſtud inſigne varias ſubiit viciſſitudines, præſertim anno Chriſti* 1455. *& rursùs anno* 1526. *& potiſſimè anno* 1577. *monaſterio expilato, Religioſis omnibus trucidatis, & fugatis: Prior autem in pago Klodowa, duobus milliaribus à Dantiſco, globo ſclopeti trajectus, occubuit. Exindè poſt aliquod temporis intervallum pauci aliqui reduces, inter ſeculares mechanicos, in caſa miſera, anguſtiati, & afflicti perſtiterunt; prout poterant Catholicis catechizantes, concionantes, ſacramenta adminiſtrantes. Deindè paulatim Conventus inſtauratus fuit, præcipuè operâ R. P. Andreæ Haaſii (de quo mox plura) & R. P. Ludovici Smelnii, nati in Ruſſia, profeſſi in Poſnanienſi Carmelo, Doctorali laureâ inſigniti in Italia Perusii: qui Priores Conventûs hujus, ejuſdem ædificia repararunt, aut de novo conſtrui curarunt, ſacriſtiam ornamentis, & Bibliothecam libris locupletarunt. Igitur Polonica Provincia inter armorum Turcicorum, & Suecorum ſtrepitus, & debacchationes, ſtudia fovere ægrè potuit; propterea iſtis temporibus pauci ibi ſcripſerunt: ſcripſerunt tamen, qui nobis innotuerunt, ſequentes.*

Dantiſcan. ſeu Gedanenſ. fundatus an. 1186.

SUBISLAUS etiam circa Gedanum Monaſterii OLIVÆ nuncupatū, Ordinis Ciſterc. fundavit an. 1170. ibidem ſepultus, hac appoſitâ epigraphe: *Illuſtriſſ. Princeps Dux Pom. Subiſlaus ſenior, Primus in Oliva fundator extitit anno* 1170. *qui ſenex in ipſa Oliva ſepultus duos reliquit filios, Samboninum & Miſtwinum. Et ſuperiùs Subiſl. ſenior primus inter Duces Eidem Catholicam ſuſcepit.*

Conventûs iſtius varii casus.

3916. ANDREAS HAASIUS, S. Theol. Magiſter, Gedanenſis (ſeu Dantiſcani) Conventûs ſæpiùs Prior, Germanorum facundus Eccleſiaſtes annis XXXVIII. & ultrà continuis: deceſſit Gedani anno ſalutis noſtræ 1670. die 16. Martii, ætatis ſuæ 70. Scripſit, & edidit ad fovendam devotionem populi *Librum precarium* molis medii Breviarii in 4. nec non *Pſalterium & Officium S. Simonis Stochii*, typis Dantiſcanis an. 1660. *Conciones quoque Latinè & Germanicè* conſcripſit: ſed eæ impreſſæ nondùm ſunt.

3917. BLASIUS HOYCIUS PALACIUS, natione Polonus, Doctor Theologus, Provinciæ ſuæ Polonicæ Provincialis, electus anno 1623. & continuatus uſque ad an. 1629. & tunc rursùs electus: Scripſit Tratatum *de ortu Carmelitani Ordinis*, cum deſignatione ſingularum Provinciarum, & Conventuum: atque alium, *De Confraternitate S. Scapularis*: de quo Juſtinus Miechovienſis. (a) Iſte antiquitatum Provinciæ ſuæ ſtudioſus ſcrutator plura vetuſta monumenta congregavit, & tradidit in Capitulo Provinciali an. 1629. ſed veriſimiliter pleraque, aut plura, in ultima vaſtatione per Suecos anno 1655. interierunt.

(a) ſuper Litan. Laur. to. 2. Diſc. 236. n. 4.

3918. GREGORIUS SOLBRIUS, Polonus, S. Theol. Doctor ſcripſit, & edidit librum, in quo per ſymbola octo *Originem, fundationem, ſucceſſionem Ordinis Carmelitani in Carmelo à SS. Propheta Elia*, perſpicuè, & ſolidè, ex Scripturis, & Patribus demonſtrat, imprimis circa illa verba: *Caput tuum ut Carmelus*, (b) agitur *de ſitu, & ſignificatione, ac excellentia Carmeli, ſpelunca Eliæ in Carmelo, de Senio, de fonte in Carmelo, de vita ſolitaria, & monaſtica in Carmelo à S. Elia inchoata: de Nubecula in Carmelo viſa ab Elia: de ſucceſſoribus Elia*

(b) Cant. 7.

Digitized by Google

Elia in veteri Lege: de hereditaria successione posterorum S. Elia in nova Lege &c, Ista præsentavit, & defendit in Capitulo Provinciali Provinciæ Poloniæ in Vilnensi Conventu celebrato anno 1638. mense Aprili.

SERAPION KNYPER, Polonus, Sacræ Theologiæ Magister, Provincialis per Poloniam & Lithuaniam, scripsit, & edidit lib. cui titulus: *Mensa Cælestis ex fœcundissimo SS. Patrum Promptuario instructa*: Cracoviæ impres. anno 1665. *In Catalogo illustrium Carmelitana Religionis Scriptorum* * referuntur etiam isti: ADRIANUS SAREMBIUS, Polonus: ALBERTUS CZEPIELIUS, Polonus: ALBERTUS POLOVITIUS, Polonus. Quantum ad præfatum Monasterium Dantiscanum, R. P. MARTINUS BEHM, Regens in præmemorato Monasterio in Arenis, Cracoviæ, significavit, in illo Dantiscano etiam floruisse, & ejus instauratorem fuisse quoque ALEXANDRUM ROSLENSKI, Polonicæ Provinciæ, Sac. Theol. Doctorem, de quo plura alibi.

* in libro *de ortu &c. & viris illustr. Ord. Carm.* Coloniæ an. 1643.

Cum præfatis etiam commemorandi (hîc paulò antè (a) ubi de Germanis, prætermissi; quia posteà mihi innotuerunt) PETRUS OBLADEN, Colonienſis, Theologus, auctor operis *Filius prodigus*, Coloniæ impressi anno 1669. in 4. MICHAEL AB ANGELIS qui Sulzbachii edidit *Conciones Quadragesimales*, sub titulo. *Prima Christiana femina Samaritana*: ANGELUS A S. FRANCISCO, Provinciæ Germaniæ Superioris, & JOSEPH A S. TERESIA, ac PASCHASIUS A S. JOANNE EVANGELISTA, ejusdem Provinciæ: quorum lucubrationes in variis Germaniæ locis prodierunt.

(a) hîc suprà post n. 3903.

Episcopi assumpti ex Conventibus Germaniæ, & Leodiensi.

3919. ARNOLDUS DE BISSALIS, Episcopus Galtelienſis.

CONRADUS AB ARNSBERGH, Episcopus Venecomponensis.

CONRADUS HEYDEN, Episcopus Nicopolitanus.

CONRADUS DE OLDENDORF, Episc. Azotensis.

DANIEL WICHTERIGH, Ep. Verdensis.

EVERARDUS BILLICUS, Caronensis (ante consecrationem è vita decessit.)

EVERARDUS MUSGEN, Episcopus Caronensis.

GASPAR MUNSTERUS, Episcopus Aureliopolitanus.

HENRICUS BOYCK, Ep. Croatensis.

HENRICUS BROMMELSHEIM, Episcopus Astarcanensis.

HENRICUS DE COLONIA, Episcopus Myrrensis.

HENRICUS, Episc. Rhædestonensis.

HENRICUS MARIONOWENSIS (verisimiliter idem qui & Brommelsheim.

HILGERUS à BURGIS, Ep. Buduanensis.

IOANNES DE ARENA, (etiam nuncupatus *IOMMELIUS*) Episc. Basilicanus.

IOANNES BLOELMEL, Ep. Ebronensis.

IOANNES REYTER, Episcopus Hipponensis.

IOANNES Episcopus Albertensis.

MATHIAS DE COLONIA, Episc. (cujus Sedis non constat.)

MATHIAS EMICH, Ep. Cyrenensis.

NICOLAUS DE ARLUNO, Episcopus Acconensis.

PETRUS DE FRANCKFORDIA, Episc. Myrrensis.

STBERTUS DE BOPPARDIA, Episcopus Malvalensis.

SIMON DE DUREN, Ep. Magionensis.

FRIDERICUS WAGNER, Episcopus Patavienſis: ita traditur à variis: sed de eo videatur hîc suprà, (a) De istis singulis actum est hîc suprà (b).

(a) n. 3389. (b) in Catalo. Antist.

ÆGIDIUS, Episcopus Rossensis, Illustriss. ac Reverendiss. D. Wilhelmi Episcopi, & Principis Argentoratensis Suffraganeus præfatis accensendus: is dum Diœcesis, & patria ista per bella adeò attrita esset, ut ipsemet D. Episcopus & Princeps Wilhelmus pro sua dignitate subsistere in eadem vix posset, ex speciali Sedis Apostolicæ licentia Dom. Ægidius transiit in Diœcesim Trevirensem, ibique Pontificalia administravit usque ad annum 1442. quo mortuus fuit; & Conventui Trevirensi sua legavit: pro quibus dictus Conventus Trevirensis, se, ad memoriam ipsius in quatuor anni temporibus servandam, perpetuis temporibus obligavit. Et ista ex originalibus libris capitularibus Provinciæ Allemaniæ inferioris. *

* tradita à R. P. Jac. Milend. de quo hic suprà n. 3908.

3920. Ex præfatis Episcopis plures fuerunt Suffraganei Colonienſes, longo, & quandoque continuato annorum spatio, primus fuit *Henricus*, Episcopus Rhædestonensis circa an. Christi 1295. post istum *Daniel Wichterigh*, Verdensis Episcopus, qui sponte cedens Episcopatui, ob exortas discordias cum Clero, veniens Coloniam, ibi Archiepiscopi vices in Pontificalibus exercuit. Illum secutus est *Everardus Musgen*, cui vitâ functo anno 1397. immediatè suffectus fuit *Conradus ab Arnsbergh*, per annos triginta sex Vicarius in Pontificalibus; & post illum *Hilgerus à Burgis*: ultimus designatus fuit *Everardus Billicus*. Alii fuerunt Suffraganei Treviris, Spiræ, Metis, Herbipoli, & alibi, sicut videre licebit in Catalogo Præsulum ex hoc Ordine assumptorum, hîc suprà, (c) ubi de præfatis omnibus singulatim actum est.

Colonienſes Archiep. Suffraganei Carmelitæ, longo tempore.

(c) n. 3791. & seq.

3921. Leodiensis Conventus varios etiam produxit eruditione præclaros: inter eos fuerunt HUBERTUS LEONARDUS, Leodiensis (de quo mox) Doctor Theologus Parisiensis, de cujus eruditione, & litterariis monumentis Trithemius: (d) de quo aliquoties in antecedentibus. (e)

(d) de Scr. Eccles. (e) n. 3089. & n. 3250.

JOANNES MARCHINELLUS, Carmelita Leodien-

Leodienſes eruditione, clari.

Leodienſis, vir in SS. Scripturis eruditus, & linguâ patriâ diſertiſſimus, ſcripſit, *De pugna ſpirituali Sermones*. Ita Franciſcus Swertius, recenſens quoque alia ejus opera, de quibus etiam Poſſevinus, Valerius Andreas, & alii eum referentes ad annum 1410.

MATHIAS A CORONA, Doctor Theologus Pariſienſis, de cujus pietate, & variis in Ordine officiis quædam jam ante præceſſerunt. (a) *De ſanctitate Romanæ Eccleſiæ* ſcripſit volumina plura, quorum octo per typum publicæ luci reddita ſunt, & adhuc aliquot reſtant edenda, quæ totius Theologiæ poſitivæ, Moralis, & Scholaſticæ, ac Juris Canonici ſunt veluti Encyclopedia: edidit etiam, *Vitam, & miracula S. Alberti, Carmel. Gallicè*. Ex hac vita migravit anno 1676. die 18. Februarii, ætatis 78. Profeſſionis 62. Leodii autem ex præfato Conventu Epiſcopi aſſumpti, aut in eo habitantes, Epiſcopatûs Leodienſis Suffraganei fuerunt, primus.

(a) n. 3538.

Epiſcopi,

DANIEL, Epiſcopus Artanenſis, ſeu Aradenſis circa an. Chr. 1274. quem ſecuti ſunt.

IOANNES A S. MARTINO, Epiſcopus Ioppenſis.

HILGERVS à BVRGIS, Ep. Buduanenſis: anteà etiam Colonienſis Suffraganeus.

HVBERTVS LEONARDI, Epiſcopus Darienſis, deinde Bethleëmitanus.

DIONYSIVS STEPHANI, Ep. Roſſenſis.

ANDREAS STRENGNART, Epiſcopus Tagaſtenſis. De quibus ſingulatim agitur hîc ſuprà in Catalogo Præſulum. Quantùm ad præfatum *Hilgerum* de quo hîc ſuprà (b) poſt iſta impreſſa. Leodio miſſum hoc ejus epitaphium, ex lapide ſepulchrali, haud longè à ſummo altari: *Hic jacet Reverendus in Chriſto Pater Hilgerus à Burgis, Epiſcopus Buduanus, Ordinis Carmelitarum, qui obiit anno 1447. die 23. Septembris.* Hinc emendandum, quod quidam ſcribit, eum obiiſſe an. 1452. In nonnullis ſcriptis nuncupatur *Bugerus*: aſt retinenda lectio *Hilgerus*. Tunc quoque Leodio miſſum fuit iſtud epitaphium *Ioannis à S. Martino*, etiam ex lapide ſepulchrali, circà ſummum altare: *Anno 1374. in vigilia vigilia nativitatis Chriſti obiit Ioannes à S. Martino, Ordinis Carmelitarum, Doctor in Sacra Theologia, Epiſcopus Ioppenſis: cujus anima requieſcat in pace.*

(b) n. 3249.

MANIPULUS VI.

in Belgio collectus.

3922. DE Belgii ſitu quædam dicta ſunt hîc ſuprà (c) plura videri poterunt apud Philippum Cluverium, & Geographos alios. Conventus Ordinis hujus in Belgio ſiti plures fundati ſunt proximè poſt Ordinis tranſmigrationem è Terra ſancta: Bruxellenſis, & Harlemenſis anno à Chriſto nato 1249. ſub idem tempus etiam Iprenſis: Mechlinienſis an. 1254. Brugenſis anno circiter 1264. Gandavenſis anno 1272. (ſicut habetur ex Arnoldo Boſtio *a*) alii poſt ſucceſſivè fundati fuerunt: Conventus autem Valencenenſis olim habuit quidem locum in ſerie Conventuum, & in Capitulis Provincialibus (ſicut conſtat ex libro communi Provinciæ Franciæ, & etiam Belgicæ) poſt præfatos Conventus; undè videtur plena ejus fundatio facta poſt fundationem præfatorum Conventuum: verumtamen Valencenis Religioſos Carmelitas locum habuiſſe, ſaltem per modum hoſpitii, ab anno Chriſti 1235. conſtat ex antiquis monumentis iſtius urbis, *& in hiſtoria Vrbis, ac Comitatûs Valencenenſis*, compoſita à D. Henrico d'Outreman, illuſtrata, ac aucta à filio ejus Petro d'Outreman, Societatis Ieſu. De Provincia Belgica, quædam etiam ad propoſitum dicta ſunt hîc ſuprà (b) Anno 1663. Belgica illa Provincia fuit diviſa in duas, *Flandro-Belgicam* ex Conventibus ubi eſt uſus idiomatis Flandrici, & *Gallo-Belgicam*, ubi Gallicum idioma viget. Quantùm ad Ordinis hujus Scriptores illuſtriores Belgas, de pleriſque, ac de tempore quo claruerunt, & de illorum ſcriptis, tractarunt Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica*, & Franciſcus Swertius in *Athenis Belgicis*.

(c) n. 3539.

Belgici Conventus Ord. Carm. primi quando fundati.

(a) vid. to. præced. n. 1010.

Valencenis Carmelita ab an. 1235.

(b) n. 3539.

3923. ADRIANUS HECQUETIUS, Atrebas, Carmelita, in patria Prior: Doctor Theologus Colonienſis, Poëta, & celeberrimus Eccleſiaſtes. Ita Franciſcus Swertius *in Athenis Belgicis*: ibi conſequenter refert ea quæ ſcripſit, & ubi edita: de quibus ſimiliter Poſſevinus, & Valerius Andreas.

ÆGIDIUS FABER, Bruxellenſis, Doctor Theol. Lovanienſis, celeberrimus ſui ſeculi Eccleſiaſtes: Tantæ auctoritatis locum apud Maximilianum Imperatorem eſt adſecutus, ut ſuis eum conſiliis adhiberet, & plurimis Carmelitana Cœnobia beneficiis adficeret, atque in his Bruxellenſe ſolemni etiam Equitum aurei Velleris inauguratione, illuſtraret. Obiit Bruxellis an. MDVI. Hæc Swertius *in Athenis Belgicis*: ferè eadem ſcribit Valerius Andreas *in Bibliotheca Belgica*: uterque *littera A.* & plura Aubertus Miræus *in Elogiis Belgicis*: ubi iſta, inter alia: *Erat in eo, ut illis temporibus, eximia doctrina, divina memoria, ſumma cum ſacra, tum prophana hiſtoria cognitio; atque hæc omnia vita decorabat gravitas, & integritas.* De libris ab eo ſcriptis agunt iidem Swertius, Valerius Andreas, & Poſſevinus, qui addit: *Meminit quoque ejus tamquam viri percelebris Guicciardinus Florentinus, in deſcriptione civitatis Bruxellenſis, & Cornelius Callidius libro de viris illuſtribus.*

ALBERTUS IOANNIS, Harlemenſis, Theologiæ Doctor Lovanienſis, vir eximiæ virtutis, & doctrinæ, naturæ debitum ſoluit poſt natum Chriſtum anno 1496. Ita Swertius, & Valerius Andreas, referentes ſcripta ejus.

ANTO-

ANTONIUS LANQUIERTUS, Atrebatensis, Doctor Sorbonicus: quæ scripsit, & ubi edita, tradunt iidem Swertius, & Valerius.

3924. ARNOLDUS BOSTIUS, de quo (a)n.3073. Trithemius hîc suprà (a) De ejus pietate (b)n.3540. quædam jam antè tradita sunt (b) tanta fuit æstimatione doctrinæ & virtutis, ut eruditissimi istius seculi, ex variis nationibus, cum ipso familiaritatem habere gauderent. Ita quidem Hermolaus Barbarus, Italus, Patriarcha Aquileiensis: similiter Robertus Gaguinus Gallus, Generalis Ordinis SS. Trinitatis, & Trithemius ipse Germanus, qui Bostium tamquam intimum amicum coluit, sicut colligitur ex iis quæ de Bostio scribit. Judocus etiam Besselius, Aquisgranensis, regiæ urbis Patritius, Austriæ Ducis Consiliarius, vir sui seculi eruditissimus, singulari in veneratione habuisse Bostium, testantur ejus ad Bostium litteræ, præfixæ operibus Joannis Beetz. Libet ejus *de Patronatu Beatæ Virginis*, (c)n.1524. & seq. pag. 375. singularem devotionem, & quasi mellis dulcedinem efflans, editus est in Tomo præcedenti (c) in quo etiam de Speculo historiali ejusdem (d) Liber de viris illustribus hîc jam ante præcessit (e). (d)n.1131. (e) hîc sup. n. 2998. & seq.

BALDUINUS LEERSIUS, Atrebatensis, auctor *Collectanei exemplorum* inserti Tomo (f) n.1488 pag. 364. & seq. præcedenti (f) de quo Lezana in Annalibus. Decessit Atrebati an. 1483.

GASPAR BARUS, Lovanienſis, Monasterii Bruxellensis, variæ eruditionis scripsit libros, de quibus Petrus Lucius, Possevinus, Swertius, Valerius Andreas.

GERARDUS TERLINCHUS, Historicus: de quo, & scriptis ejus Swertius, & Valerius.

GOSWINUS HEXIUS, seu HEX, de quo hîc (g)n.3227. suprà (g) de cujus scriptis Swertius, Valerius, & alii.

JACOBUS DE BRUGIS, Flander, Philosophus insignis: de scriptis ejus agunt iidem. Claruit an. 1310.

3925. JACOBUS REIMOLANUS, Gandensis, Doctor Parisiensis, Mathematicus, & Poëta præclarus, vir planè religiosus. Anno 1508. Romæ corporis ergastulo solutus, immortalitatis gloriâ coronatur. Ita Swertius. Agunt de eodem Valerius Andreas, & Lezana in Annalibus (h) Quantum ad *Odas* (h) ad an. 1508. *de S. Ioachimo*, Ludolphus de Saxonia in libro *de vita Christi*, sub finem, binas habet: (i) n.1130. & 1131. quæ hîc suprà videri poterunt: (i) verisimiliter alia ejus scripta interierunt in tumultibus Belgicis, de quibus hîc infrà n.3943.

JOANNES ALDEBURGUS, multâ scientiâ præclarus: de quo, & scriptis ejus Swertius.

JOANNES DE AQUA VETERI: idem est, qui JOANNES PALÆONYDORUS de quo infra.

JOANNES AB ARUNDINE, seu ARUNDINEUS, *in divinis voluminibus exercitatissimus*, ita Sixtus Senensis: ex Bostio, ac Trithemio, & aliis plura de eo in antecedentibus: (k) n.3065. & 3093. & 3262. (k) Scripta ejus alia exprimunt Valerius Andreas, & alii.

JOANNES BARATHUS, cœnobii Valencenensis, Doctor Theologus Parisiensis, singulari vir pietate, & divinarum, ac humanarum cognitione supra modum excultus. Claruit anno 1426. Ita Swertius, qui scripta ejus recenset, itidem & Valerius Andreas.

JOANNES BEETZ, seu BEETZIUS, de quo Bostius, & Trithemius hîc suprà (a) Sixtus (a)n.3065. & 3095. Senensis *in Bibliotheca sancta* eumdem cum laude commemorat: opera ejus recensent quoque Possevinus, & alii: de illo sermo fuit subindè in antecedentibus. (b) (b)n.3409.

JOANNES BRISELOTUS, de quo hîc supra (c) Scripta ejus commemorant Possevinus, (c)n.3269. & seq. Valerius Andreas & Swertius.

JOANNES BRUNIUS, vulgò DE BRUYN, Bruxellensis, Theologus doctus, & acutus, de quo, & scriptis ab eo Possevinus, Swertius, Valerius.

JOANNES CAMPENSIS, Philosophus & Theologus insignis: de cujus scriptis Possevinus, Valerius Andreas, Swertius, traduntque claruisse an. 1404.

3926. JOANNES CARTHENIUS, Belga, Hannonius, Conventûs Valencenensis professione alumnus, indè verò Conventui Bruxellensi affiliatus: S.T.Doctor: in Capitulo Provinciali celebrato Mechliniæ anno 1554. Dominicâ 6. post Trinitatem instituitur Regens studii in Conventu Bruxellensi; deindè ibidem Prior extitit, & Regens Theologici studii annis multis. Interea iteratis vicibus electus fuit Provinciæ Definitor, & anno 1564. interfuit Capitulo Generali Romæ in Conventu S. Martini in montibus celebrato, primus socius R. P. Joannis Maierii Provincialis, à Provincia electus. Et ista ex libris Provinciæ Allemaniæ Inferioris (in qua tum erat Conventus Bruxellensis) De scriptis ejus agunt Valerius Andreas, Franciscus Swertius, Possevinus, & Petrus Lucius: qui tradit, ipsum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ linguæ insigniter eruditum: & quòd, cùm Valencenis, & in ejus territorio eruditissimas per Quadragesimam haberet conciones, à quibusdam æmulis falsò delatus fuerit, tamquàm minùs rectè de nonnullis sentiens: & ideò velut in exilium, missus Bruxellas. Verùm detectâ malevolorum falsâ calumniâ, ad præfata munia electus fuit, & habitus inter primarios tunc temporis in Ordine viros. Denique Reverendissimi Illustrissimi D. Archiepiscopi Cameracensis Theologus, & intimus Consiliarius assumptus fuit. Anno MDLXV. die XXII. Julii festo S. Mariæ Magdalenæ Cameraci in Concilio Cameracensi concionem habuit, sicut legitur in Actis istius Concilii (d) ubi ista: *Die XXII. Iulii, quâ Diva Magdalena festum celebrabatur, non fuit habita sessio, sed à vesperis ejusdem diei Venerabilis, & Religiosus Magister noster Frater Ioannes Carthenius, Carmelita, Sacræ Theologiæ Professor, concionem habuit in loco Consistoriali consueto* (e) Obiit Cameraci, anno 1580. præsente, & lugente R.D. Martino vanden Zande Canonico, testimonium ferente de ejus assiduo studio, & pia vita. Ita refert

(d) Parisiis impress an. 1672 studio Philip. Labbe, to. 15. col. 204.

(e) col. 225.

Digitized by Google

(a) in Bibl. Carm.

Petrus Lucius (a) ex testimonio præfati D. Canonici.

JOANNES A CONDATO, Valencenensis cœnobii, Theologus: quæ scripserit, tradunt Possevinus (cognominans de Condeto) & præfati Valerius, ac Swertius.

* *al.* Diophylax,

3927. JOANNES DEMOPHYLAX, * aliis DIOPHYLAX, Flander, Carmelita Gandensis, Theologus, ad Poësin natus, vir ingenii profunditate cum magnis comparandus: in quæstionibus Scholasticis, Physicis, ac Theologicis eruditionis eximiæ. Ita Franciscus Swertius. Consequenter recenset scripta ejus: *Christomathiam* lib. 1. *carmine acrostichide & laborioso.* Gandavi: *Fornacem Chaldaicam*, lib. 1. *Catachresin Israeliticam* lib. 1. &c. Addit: *Lugduni omnia simul typis edita, anno* 1527. Ita quoque Possevinus, & Valerius Andreas, & Ludovicus Jacob, qui hæc, inter alia de ipso scribit: Joannes Diophylax, Belga, Gandavensis, Carmelita, Doctor Theologus, & Poëta &c. Obitûs annum signat 1527: ita quoque Possevinus: Valerius, & Swertius scribunt 1528.

* *al.* Gerbrandus & Geerbrandus.

JOANNES GEERBRANDI, * vir & moribus, & doctrinâ spectatus, omni literaturâ suâ ætate nobilissimus, Philosophus, & Orator, & Historicus celebris, nec ulli Theologorum secundus: scripsit sui Ordinis historias libris X. Sermones cum elegantes, tum doctos, ad populum habitos posteritatis memoriæ consecravit. Ita Guilielmus Eyssengrenius, in Catalogo testium veritatis. In monumentis Provinciæ Allemaniæ Inferioris notatur, quod circa an. 1477. fuerit Prior in Conventu Harlemensi, & an. 1479. institutus Prior Waldessensis. De statione vitæ hujus abiit anno 1504. Agunt de eo etiam Trithemius in libro *de Luminaribus Germaniæ*, Valerius Andreas, Franciscus Swertius, & alii, plura ejus recensentes opera, ac inter ea *Chronicon Hollandiæ, Comitum, & Episcoporum Vltrajectensium* &c. typis editum Francofurti operâ Franciscì Swertii. Quantùm ad *Ordinis Carmelitani historiam*, distributam in libros X. in Bibliotheca Carmelitana Astæ extat *Speculum historiale* &c. cujus Synopsis tradita est Tomo præcedenti, (b) in fine istius operis subscriptum est: *Volumen istud completum est per manus Ioannis Geerbrandi de Leyden anno* 1491. Hinc videretur operis istius auctor Joannes ipse Gerbrandus. Verùm operis istius auctorem fuisse Arnoldum Bostium, tradit Lezana, (c) & in exemplari inde desumpto, Romam misso, identidem notatur *Speculum historiale Arnoldi* &c. Verisimiliter itaque Arnoldus Bostius illud composuit, & Gerbrandus exemplar illud, quod Astæ extat, exscripsit, & auxit.

(b) n. 1131.

(c) in Annal. ad an. 1499. n. 5.

JOANNES GULDENER, Conventûs Bruxellensis, Doctor Sorbonicus sui seculi Ecclesiastes summus, & optimæ vitæ: Decessit Bruxellis an. 1340. Ita Swertius, referens quoque ejus scripta: de quibus etiam Possevinus, Valerius Andreas, & alii.

* *al.* Maierius & Mayerius.

3928. JOANNES * MAIERIUS, à Ghela, Brabantiæ municipio, Carmelita Thenensis, Doctor Theologus, Græcè, Latinèque disertissimus, hominem Athenis non Thenis dixisses enutritum. Ita Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica*: agunt etiam de ipso & & scriptis ejus Franciscus Swertius, Possevinus, Petrus Lucius, & alii. In libris Provinciæ Allemaniæ Inferioris hæc de illo commemorantur: *Ioannes Mayerius, de Ghele, Carmelita Thenensis, Provincia Allemaniæ Inferioris Provincialis ab anno* 1563. *usque in annum* 1576. *inter continuas hæresum, rebellionum, & bellorum procellas.* Operæ pretium est, de isto eximio viro etiam alia quædam ex iisdem libris hîc commemorare, passim minùs nota. Lovanii studiis operam dedit anno 1545, & 1547. mittitur Parisios. Consequenter agitur de ejus promotione ad Gradus Theologicos: & quòd fuerit Coloniæ Lector Philosophiæ, & deindè Lector Sententiarum, posteà Bruxellis Professor Theologiæ. Anno 1554. (stylo Cameracensi 1553.) fit Prior Antverpiensis. Anno 1560. in Capitulo Coloniæ ordinatur Prior Bruxellæ. Anno 1563. in Capitulo Colonensi eligitur Provincialis. Anno 1564. interfuit Capitulo Generali Romæ, ubi electus fuit Reverendissimus P. Joannes Bapt. Rubeus Generalis. Anno 1574. iterum interfuit Capitulo Generali Placentiæ celebrato, ubi scripto & verbo magnâ animi & spiritûs libertate demonstravit fontes & scaturigines, undè Regularium istius temporis deformatio & desolatio in Germaniæ partibus potissimùm orta esset, & quâ ratione eidem mederi posset, idque ad mandatum Gregorii XIII. Pontificis, & Cardinalis S. Caroli Borromæi, Protectoris Ord. Carmelit. In Camera Imperiali Spirensi strenuè causam egit contra Comitem de Morsa, & Baronem de Hirshorn Conventuum Ordinis violentos invasores & detentores: & sententiam obtinuit, causamque evicit: nec minùs pro restituendo & reædificando Conventu Durensi laboravit; sed desiderato effectu non subsecuto. Anno 1576. in Capitulo Provinciali Mechliniæ celebrato, Officium suum deposuit, successorem nactus R. P. Petrum Lupum. Obiit anno 1580. Antuerpiæ sepultus. Et ista hactenus ex libris præfatis. In Necrologio antiquo Carmeli Antuerpiensis, in libro ex membranis legitur: *Anno* 1580. *die* 7. *Martii, tempore exilii obiit in hoc Conventu Eximius Magister P. Ioannes Maierius, olim X. Prior hujus Conventûs, posteà Provincialis: sepultus est in domo Capitulari.*

3929. JOANNES A MALINIS, seu DE MOLINIS, de quo in Speculi hujus Tomo præcedenti, (a) ubi insertum est *Speculum* ejus *historiale*. Agunt de illo Possevinus, Valerius Andreas, Swertius, & alii: verisimiliter non Belgam, sed Gallum natione fuisse, & non *de Malinis*, sed *de Molinis* nuncupandum censent aliqui: ita quidem Segerus Pauli, (b) & Ludovicus Jacob in *Descriptione Provinciæ Narbonæ, cap.* 4. ubi ista: *Ioannes*

(a) n. 901. & seq.

(b) in MS. Collect. Scriptor. Carmelit.

Digitized by Google

Ioannes de Molinis, è civitate Molinensi, Æduorum Boiorum, sic vocatus, Gallus, Carmelita Provinciæ Narbonæ, Doctor Theologus. Scripsit Sermonum lib. 1. Speculum Historiale Ordinis Carmelitarum, & alia. Floruit anno salutis 1360. Post non mediocrem inquisitionem hoc verisimile arbitror.

JOANNES PALÆONYDORUS, idem cum *Ioanne ab Aqua veteri*, de quo Trithemius hîc (a) n.3092. suprà (a): etiam cognominatur *Oudewater*, ab urbe ubi natus, in Hollandia, seu Batavia: (b) n. 932. *Fasciculus* ejus *tripartitus*, insertus est Tomo præcedenti (b) ubi plura de ipso. Agunt de eodem, & scriptis ejus, etiam Possevinus, Swertius, & Valerius Andreas; Mechliniæ obiit an. 1507.

JOANNES PASSCHASIUS, Mechlinienſis, Doctor Theologus: vir singularis eruditionis & pietatis. Floruit Lovanii an. 1510. Ista, & alia, ac de scriptis ejus Swertius: ejus meminerunt quoque Possevinus, Valerius Andreas, & alii. Liber *de spirituali peregrinatione in Terram sanctam*, Flandricè editus est Gandavi an. 1612.

JOANNES SCHOONHOVEN (Swertius, & Valerius Andreas scribunt *Schodehoven*) Conventûs Mechlinienſis, excellentis ingenii. Agunt de eo etiam Possevinus, & alii, pe- (c) n.3116. culiariter Trithemius hîc supra (c).

JOANNES SIMONIS, Batavus, vir doctus, & multùm religiosus. Claruit an. 1474. de quo Possevinus, Valerius & alii.

JULIANUS HASARTUS, Angienſis Cœnobii, antiquitatis Ecclesiasticæ, & historiarum studiosissimus. Obiit Angiæ à partu Virgineo 1525. bonorum omnium cum luctu, ac desiderio incredibili. Ita Swertius recensens ejus scripta, ac ubi typis edita: de quibus etiam Possevinus.

3930. LAURENTIUS CUPERUS, Gerardimontanus, Carmelita, Theologus & Ecclesiastes disertissimus, Germaniæ inferioris Provincialis. Vir magni ingenii, assiduæ atque exquisitæ lectionis, & in perveſtigandis atque eruendis SS. Patrum reconditis sententiis summæ diligentiæ, patriæque historiæ peritissimus: Ista & alia Swertius, texens catalogum operum ejus: de quibus etiam, Possevinus, Valerius, &c. De nonnullis ejus operibus Francofurti asservatis hæc testatur P. Jacobus Milenduncк (de quo hîc (d) n.3908. suprà d) [Commentaria in Esther, Ruth, Esdram & Judith ipsiusmet Laurentii Cuperi manu, mihi notissimâ, conscripta in folio, ego an. 1643. dum essem Francofurti Prior, ne perirent, compingi feci, & Bibliothecæ incorporavi.] Ita ille. Asserit, etiam extare in Germania *Chronicon de rebus Belgicis, ejusdem Laurentii manu conscriptum.* Prior fuit Bruxellis (non Antuerpiæ, ut aliqui scribunt) * Provincialis autem Allemaniæ Inferioris (sub qua tunc erant Conventus Bruxell. & alii in Brabantia) institutus anno 1581. Præfuit annis XIII. in summa Belgii turbatione, ab hæreticis captus, & multa passus. Alia quædam de ipso præcesserunt hîc suprà, (a) ubi de obitu ejus. (a) n.3544.

* Antuerp. Prior fuit Martinus Cuper. (postea Episc.) non Laurentius.

MARTINUS ILSTANUS, Frisius, Conventus qui Elosti fuit, vixit circa an. 1500. de quo & scriptis Swertius, & Valerius Andreas.

MICHAEL BLOEMARDUS, Brugenſis, Philosophus acutus, & Theologus: de quo, & scriptis, Swertius.

3931. NICOLAUS DE EGMUNDA, Doctor Lovanienſis jam ante existens anno 1506. Carmeli Ordinem ingressus fuit: Ex Fastis Academicis Lovanienſibus quædam de eo adducta sunt hîc supra (b) videlicet, quòd (b) n.3405. vir ingenio acri hæreses suo tempore pullulantes vehementer insectatus fuerit.

NICOLAUS SIMONIS: de quo & scriptis ejus Trithemius libro *de Luminaribus Germaniæ*, Valerius Andreas, Swertius, & alii. Claruit circa an. 1500.

PETRUS BRUNUS, Gandavenſis, de quo Lezana in Annalibus, auctor Opusculi, inserti Tomo præcedenti, inscripti: *Tabulare* (c) vide to. præced. &c. (c) n. 889.

PETRUS HUMBERCANUS, Bruxellenſis Conventûs, Doctor S. Theologiæ, ingenio, eruditione, & conversatione venerabilis. Vitam terminavit Bruxellis an. 1598. die 29. Maji: de quo & scriptis Swertius.

3932. PETRUS LUPUS, Conventûs Mechlinienſis, ubi fuit Prior: S. Theologiæ Doctor Lovanienſis, de cujus eruditione, pietate & zelo animarum, ac catholicæ Fidei, & morte ab hæreticis ipsi illata, actum suprà. (d) Libri aliquot concionum ex ejus con- (d) n.2619. & 3405. & præcipuè n. 3541. cionantis ore excerptæ, extant MSS. in Carmelo Mechlinienſi. Scribunt de illo Valerius Andreas *in Fastis Lovanienſibus & in Bibliotheca Belgica*, atque alii.

PETRUS PONETUS, Conventûs Iprenſis, cui pietas, eruditio, & facundia in concionibus celebre nomen dederunt: de quo, & scriptis ejus Petrus Lucius, Possevinus, Swertius, & alii.

PHILIPPUS KERSBELIUS, Gandenſis, vir exquisitæ doctrinæ, gratissimæ omnibus conversationis: de quo & scriptis ejus Possevinus, Swertius, & alii. Diem clausit extremum Parisiis circa an. 1485.

ROVERUS PONTANUS, non Rolandus, sicut rectè notat Swertius, qui de ejus pietate, eruditione, & scriptis: de quibus etiam Petrus Lucius, & Onuphrius Panvinus, Possevinus & alii. *Rerum memorabilium, jam inde ab anno Domini MD. ad annum ferè LX. in Republica Christiana gestarum, libri quinque*, Latinè. Coloniæ an. 1559. in fol. edita extant.

SIBERTUS DE BEKA: de quo Bostius, & Trithemius, hîc suprà (e) patriâ fuit Gel- (e) n.3012. & 3138. rienſis: de cujus eruditione, & scriptis plura tomo præcedenti (f). De quo sic Wernerus Carthusienſis: (g) *Sibertus de Beca Carmel. Ord. Doctor, illustribus connumerandus, ad salutis scientiam verbis, scriptisque complures eruditos.* Coloniæ Obiit an. 1332. die 29. Decembris. (f) n. 12. (g) in Fascic. temp.

Digitized by Google

SIMON HERMANNUS, Harlemensis, claruit anno 1460. de quo Swertius.

Præfati omnes claruerunt seculis anterioribus, ante annum Christi MDC.

Animadvertendum quoque, quoad hactenùs commemoratos Belgas, quod plures ex illis etiam accenseri possint Germanis, eò quòd istis temporibus Conventus in Brabantia, Hollandia, Gelria, &c. siti, existerent sub Provincia Germaniæ, in qua plures ex illis etiam fuerunt Provinciales; Sibertus de Beke Provincialis totius Germaniæ, Joannes Maierius, Laurentius Cuperus, Petrus Lupus &c. Provinciales Allemaniæ inferioris; sed natione Belgæ, in Conventibus Belgicis Ordinem hunc professi.

3933. *Belgium sub medium seculi præcedentis (XVI.) fuit, sicuti Germania, etiam involutum calamitatibus, de quibus sermo fuit hîc suprà* (a). *Circa annum 1566. hæretici, & perduelles quid fecerint refert Franciscus Haræus ad istum annum:* (b) Obvia quæque, *inquit*, Monasteria, pagorumque Ecclesias invadunt, proterunt, prædas abducunt. *Sub ea tempora Carmelas Valencenensis subiit eorum truculentam rabiem, sacra ibi imagines fracta, & Religiosi omnes expulsi fuêre. Sub idem tempus dum per Hollandiam, Zelandiam, aliasque Provincias hæreticorum, & perduellium debaccharetur furor, disiecta, exusta, aut spoliata fuêre templa, monasteria, cunctaque loca sacra, discerpta Imagines, pulsi suis sedibus Religiosi, & Ecclesiastici omnes. Sub ea tempora Conventus plures Carmeli Ordo penitùs amisit, Vlissingensem in Zelandia, Vltrajectensem, Harlemensem, ceterosque omnes in Hollandia, & Frisia. Alii verò nonnulli tum fuêre flammis traditi, aut solotenùs diruti: anno siquidem 1578. die 12. Februarii per rebelles, & hæreticos, nuncupatos* Geusios, *nominatissimum Monialium hujus Ordinis Monasterium propè Vilvordiam, nuncupatum,* DIVÆ CONSOLATRICIS, *exustum fuit. Eodem an. 1578. die 20. Aprilis Cœnobium D. Ioannis Baptistæ prope Angiam (quinque leucis à Bruxella) flammis traditum, & penitùs absumptum fuit. Illo etiam tempore ad terram prostrata fuêre templum & Cœnobium nostrum Gerardimontibus. Anno 1579. die 28. Maji Antuerpiâ pulsi fuerunt Canonici, & Religiosi, ac monasteria expilata. Ab eo anno exules Religiosi, plures obierunt: & quidem Ven. Guilielmus Vadderius Prior, afflictus pro grege suo, cui succurrere nequibat, proficiscens Coloniam, ex hac vita migravit eodem an. 1579. die 3. Decembris. Aliquantò post Adrianus Meranus in Carmelo Antuerpiensi laudabiliter functus officiis Suppriorís, & Procuratoris, ab hæreticis captus, & malè tractatus, indè contractâ infirmitate vivere desiit Coloniæ. Anno 1580. 7. Aprilis decessit Ven. P. Ioannes Maierius Antuerpiæ in sui Monasterii Capitulo sepultus, de quo plura hîc suprà: (c) alii alibi variis in locis mortui sunt. Anno autem 1580. die 9. Aprilis iidem Geusii, quorum Dux Templius (seu Tempelius) & socii Angli hæretici, invaserunt, & interceperunt Mechliniam, Ecclesiam, & claustra diruerunt, Religiosos duos trucidarunt, ceteros omnes, rebus suis spoliatos expulerunt. Sors eadem fuit Monasteriorum, Bruxellensis, Antuerpiensis, Gandavensis, Brugensis &c. Istis igitur calamitosissimis temporibus studia exulabant. Ea causa est, cur, magnoperè diminuto numero Religiosorum, pauci scripserint tunc, & deinceps, donec, unà per Reformationem & strictiorem observantiam, cuncta instaurata fuêre, & studia reflorverunt. Scripserunt autem interea sequentes.*

(a) n. 3822. ac seq. & n. 3899. ac seq. & nu. 3914.

(b) in Annal. Brab. ad an. 1566.

Belgici tumultus per hæreticos an. 1566 & seq.

Carmeli Ordo tunc plures amisit Conventus:

alii autem diruti fuerunt, aut expilati:

& pulsi Religiosi:

(c) n. 3928.

3934. PETRUS LUCIUS, variâ eruditione insignis, Carmeli Bruxellensis alumnus turbulentissimo illo seculo (XVI) sub finem, à patria exul, & peregrinus, in Italia degens, scripsit, & edidit *Bibliothecam Carmelitanam*, de illustribus aliquot Carmelitanæ Religionis Scriptoribus, nec non *Compendium historiale ejusdem Ordinis*. Sedatâ illâ horribili tempestate, redux Bruxellis scripsit Necrologium sui Conventûs: quòd (auctum) in Claustro usque in præsens extat: & in ejus auctario hæc leguntur: [Anno 1603. R.P. Petrus Lucius S. Theol. Doctor humanarum ac divinarum litterarum notitiâ excellenter instructus, in perscrutandis antiquitatibus admodum sedulus, fratrum suorum decessorum pius parentator 18 Septembris obiit.]

FRANCISCUS POTEL, Atrebatensis eruditione pariter & virtute, ac Regularis observantiæ zelo insignis; cùm post hortidas illas tempestates serenitatis cujuspiam splendor illuxisset in Belgio. Anno 1603. Provincialis Provinciæ Belgicæ electus fuit in Capitulo Provinciali Gandavi celebrato, Præside Reverendissimo P. Henrico Sylvio Priore Generali (de quo hîc suprà a) à quo tum pro Reformatione, seu strictiori observantia introducenda multa utilia fuerunt decreta: quæ in praxim reduci studuit ipse Franciscus. Ast postmodùm quorumdam oppositiones sancti conatûs effectum impedierunt. Scripsit librum Gallico idiomate: *De origine, antiquitate, & titulo Ordinis, ac Confraternitatis Scapularis Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli.* Traductus etiam Hispanicè & Flandricè editus fuit variis locis.

(a) n. 3377.

ANNOTATIO: Bini isti præfati claruerunt partim sub initium hujus seculi, partim seculo præcedenti; ideò hîc primi commemorati sunt: Post reformationem, seu strictiorem observantiam introductam, scripserunt, & ediderunt sequentes.

3935. FRANCISCUS BONÆ SPEI, natus Insulis, in Flandria, anno 1617. die 20. Junii: Carmeli Ordinem complexus an. 1634. in eo professus an. 1635. die 28. Octobris: Philosophiæ, & Theologiæ Scholasticæ Lector annis multis: Lovanii emeritus Theologici studii Regens: bis Provincialem, sæpiùs Definitorem egit, & pro negotiis Ordinis ter Romam, pro communibus Mendicantium semel Matritum ivit. In omnis generis causis, ex variis partibus ad illum delatæ quæstiones, & ab eo datæ consultationes. Prælo dedit. *Commentarios tres in universam Aristotelis Philosophiam:* in folio: Bruxellis an. 1652. *In universam Theologiam Scholasticam:* tomos sex in folio: Antuerpiæ an. 1662. *Noctuam Belgicam, adversùs Aquilam*

Digitized by Google

Aquilam Germanicam Illustriss. D. Caramuelis: In 4. Lovanii an. 1657. *S. P. N. Eliæ, de Immac. B. V. Mariæ Conceptione, Visionem*: In 4. Antu. an. 1665. *Apologias varias, pro Ioanne 44. Hierosolymitano Patriarchâ*: In 4. Antu. an. 1665. *Apologema Retortum pro D. Faignano, de ignorantia invincibili & opinionum probabilitate*: In 4. Antuerpiæ 1665. *Contritionale & Parochiale*: In 4. Mechliniæ an. 1667. Item: *Clypeum Contritionalis*: In 4. Antuerpiæ an. 1670. *Examen Theologicum, super regulis octo & c. Carmeli Armamentarium, historico-Theologicum*: Pars 1. in 4. Antuerpiæ prodiit an. 1669. Pars 2. etiam in 4. Coloniæ an. 1676. & alia quædam: alia plura inedita reliquit. Annis pluribus variâ afflictus infirmitate, tandem BONA SPE vitæ longioris nos destituens, Bruxellis in BONA SPE felicis resurrectionis *caro* ejus *requievit* anno 1677. die 5. Januarii.

GERARDUS FORMAU, Gallo-Belga, S. Theol. Lector, deinde novi Conventûs, seu Collegii Duaci Superior, Scripsit: *Manuale Confraternitatis Domine nostræ de monte Carmeli*, de origine, privilegiis, & Indulgentiis sacri Scapularis, cum methodo piè, & utiliter colendi B. Virginem.

GREGORIUS A S. MARTINO, S. Theol. Lector Duaci: Scripsit *Vitam S. Mariæ Magd. de Pazzis*, cum annotationibus laudatis: Gallicè in 8. Duaci an. 1671. Item *Apologiam pro cultu B. Virginis Mariæ*: Gallicè, in 8. Duaci an. 1674.

HENRICUS A S. IGNATIO, Gallo-Belga, Athensis, S. Theol. in Conventu Universitatis Duacensis Regens, Prior, & Provinciæ Gallo-Belgicæ iteratò Definitor: Scripsit *Theologiam Veterum, Fundamentalem, speculativam, & Moralem, ad mentem Resoluti Doctoris Ioannis de Bachone*: Leodii an. 1677. prodiit tomus primus, in folio: *De Deo uno, & trino*. Tomus 2. erit *de ultimo fine hominis: de Vitiis & Peccatis in generali, de Gratia, de Incarnatione*. Tomus 3. *de Actibus humanis: de Peccatis in speciali: de Conscientia, de Legibus, de Virtutibus Theologicis*. Tomus 4. *de Sacramentis, & Censuris*.

3936. JACOBUS A S. ANTONIO, Bruxellensis, annis pluribus Lector Philosophiæ, ac Regens Theologiæ Lovanii, deinde Assistens Provincialis, & ipse Provincialis Flandro-Belgicæ, nunc Prior Bruxellis, edidit *Librum pro cultu Deiparæ Virginis, apologeticum*, peculiariter ex R. P. Petri Canisii Operibus concinnatum, suppresso tamen nomine: Mariæ-Cathol. an. 1675.

JACOBUS WEMMERS, Antuerpiensis, de quo hîc suprà, ubi de Episcopis, (a) à juventute deditus studio linguæ Hebraicæ, & aliarum Orientalium, tantum in illis profecit, ut è Belgio evocatus Romam, ibi Præfectus Æthiopicæ missionis institutus, Æthiopicâ linguâ Opus ediderit *magnoperè laudatum*, ut tradit Aubertus Miræus, (b) cujus titulus est: LEXICON ÆTHIOPICUM, *cum ejusdem linguæ Institutionibus Grammat. & Indice vocum Latinorum*. Romæ Typis & Impensis Sac. Cong. de Propaganda Fide 1638. Præfationis ad Lectorem hoc est principium linguâ Latinâ: *Cum elegantissimam, & vetustissimam linguam, quâ Æthiopes, sive Abyssini in suis libris sacris, & profanis conscribendis utuntur, quaque apud illos ea in veneratione & usu est, quâ apud nos lingua Latina, ad perampla Ecclesia Æthiopica unionem procurandam, unicè animadverterem necessariam &c.* Germanus ejus frater PETRUS WEMMERS cum ipso Jacobo, Episcopo, & Legato, destinatus comes in Æthiopiam, deindè post fratris obitum annis aliquot Romæ commoratus, reversus Antuerpiam, scripsit & edidit *Vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis* ex Italico in Flandricum, iteratis vicibus Antuerpiæ impressam in 8. Item elucubravit opus, cui titulus: *Chronicon, & perspicua demonstratio Originis, progressûs, ac variorum eventuum Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmelo*, Flandricè in magno 8. Antuerpiæ an. 1666. Ex Italico Latinitate donavit. *Discursus Prædicab. Aresii*, & alia quædam.

JOANNES DE LA COURT, Antuerpiensis, professus anno 1591. S. Th. Doctor, XX. Prior Antuerpiæ continuatus usque ad obitum, scripsit *Vitam S. Oswaldi Regis Angliæ, Martyris*, Flandricè, Antuerpiæ, an. 1615. in 8. De alio opere ab ipso edito dictum est Tomo præcedenti. (a) Contagiosâ lue militibus infectis ex charitate subveniens anno 1622. decessit die 10. Decembris Antuerpiæ, ubi ejus memoria est in benedictione; tum ob augustam Ecclesiæ anterioris fabricam ab ipso inchoatam, & perfectam; tum ob alia, haud minora, Conventui præstita beneficia. De GASPARE RINCKENS Antuerpiæ Priore XXI. & libro ab ipso edito, etiam Tomo præcedenti mentio (b) fuit. Is similiter tamquam verus Pastor suis ministrans peste infectis, & inde anno 1625. pluribus sublatis, ipse die 3. Octobris istis adjunctus fuit.

3937. MARTINUS DE HOOGHE, Flander, iteratis vicibus Provincialis Belgicæ, de cujus singulari pietate, ac pari eruditione, quædam dicta sunt in antecedentibus, ubi etiam de anno, & die obitûs: (c) Scripsit Flandricè librum, cui titulum dedit: *Scapulare B. Virginis de monte Carmeli admirabile ob ejus protectionem in vitâ, in morte, ac post eam*. Gandavi anno 1629. Ejusdem subjecti librum edidit paulò ante JUDOCUS AB ASCHA, de quo Franciscus Swertius (d).

MICHAEL A S. AUGUSTINO, Bruxellensis, natus anno 1621. die 15. April. In Carmeli Ordine Deo & Mariæ se dicavit per professionem anno 1640. die 14. Octob. variis functus muniis, Lectoris Philosophiæ, Magistri Novitiorum, Prioris (per Mechliniæ in Conventu Novitiatûs Provinciæ) Definitoris, Assistentis Provincialis, nunc tertia vice Provincialis Flandro-Belgicæ, scripsit, & edidit libros sic inscriptos: *Introductio in terram Carmeli, seu ad vitam*

verè

(a) n. 3257.

(b) in Bibl. Eccles. to. 2.

(a) n. 1324.

(b) n. 1320.

(c) n. 3545 & seq. & n. 3567.

(d) in Athen. Belg.

Digitized by Google

verè Carmeliticam, Latinè Bruxellis anno 1659. in 12. atque etiam Flandricè in 8. *Instructio ad omnimodam abnegationem sui, ac omnium creaturarum, atque ad vitam Deiformem*, Flandricè Mechliniæ an. 1669. in 8. *Pia vita in Christo, pro incipientibus, proficientibus, & perfectis*, Flandricè Bruxellis 1661. in 8. Latinè Bruxellis 1663. in 12. *Institutionum Mysticarum libri quatuor*, Latinè: Antuerpiæ an. 1671. *Vita V. Fr. Arnoldi à S. Carolo Borromæo, & ejusdem epitome*, variis locis excusa, & recusa: cujus Synopsis exhibetur hîc suprà (a).

(a) n. 3581. & seq.

Stephanus a S. Paulo, annis multis Philosophiæ, & Theologiæ Lector: deindè variis locis Prior, & Provinciæ Definitor, tandem Pastor Parochialis Ecclesiæ SS. Sacramenti in Boxmer, dominio supremo Comitis de Monte, (b) in patria Cuekensi, ubi etiam extitit Decanus Christianitatis. Scripsit *Theologiam moralem*, anteà à se in scholis prælectam, typis editam Antuerpiæ 1664. ac deindè, auctam, Coloniæ anno 1669. ibidem recusam etiam tertiò. *Alphabetum morale Concionatorium*, nondum prodiit. Adhuc vivit, Pastor, & pariter Prior monasterii SS. Sacramenti, Ecclesiæ Parochiali præfatæ conjuncti.

(b) de qua Ecclesia, & SS. Sacram. mirac. vid. to. præced. n. 2584.

3938. Libros etiam sequentes scripserunt, & ediderunt, deinde ad alteram vitam evocati: Franciscus a puero Jesu, Flander, Conventûs Eremitici B. Virginis ad Mulum Vicarius, & promotor: *Instructionem ad S. Sacramentum Pœnitentiæ, seu ad bonam & salutarem confessionem*. Gandavi anno 1660. & 1667. Flandricè: Latinè autem *Instructiones & Motiva ad veram solidam Pietatem: ex operibus B. Alberti Magni, & S. Teresiæ, ac B. Ioannis à Cruce*, vivere desiit Gandavi anno 1667. die 19. Septemb. Joseph a Cruce, Gallo-Belga librum, cui titulus: *Praxis pro singulis hebdomadæ diebus, septem correspondens Planetis*, Latinè in 8. an. 1660. Valencenis: *Vitam B. Franci ex Italico Gallicam*, deinde comptiori stylo decoratam per Dom. de la Serre Historiographum Franciæ, dedicatam Reginæ Franciæ: Oliverius a S. Anastasio, Flander, Iprensis *Paradisum Carmeliticum*, de Sanctis præcipuis Ordinis Carmelit. soluto & vincto stylo Flandrico, Antuerpiæ in 8. an. 1661. *Pugnam spiritualem amoris inter Deiparam, & ejus clientes Carmelitas*, Antuerpiæ an. 1662. in 8. *Librum de Immaculata Deiparæ Conceptione*, & alia quædam. Ad alteram vitam evocatus fuit Bruxellis anno 1674. die 3. Februarii: Petrus de Molle, Antuerpiensis, variis in locis Prior, & Regens studiorum, *Discursus prædicabiles super Litanias Lauretanas*: Obiit Alosti an. 1655. die 5. Februarii. Petrus a Virgine Dolorosa, diversis in locis Prior, *Vitam S. Angeli Hierosolymitani, Martyris, Virginis, & Doctoris*, ex Italica Flandricam: Bruxellis an. 1655. Item *Lilium inter spinas*, de 7. mysteriis dolorosis B. Virginis Mariæ, Flandricè Bruxellis an. 1656. ad alteram vitam migravit Bruxellis an. 1666. die 21 Maji.

3939. Sequentes autem, adhuc superstites, scripserunt, & ediderunt: Cælestinus a S. Simone, Gallo-Belga, Provincialis Gallo-Belgicæ, *Vitam V. Fr. Basilii à S. Spiritu*, typis Duaci traditum an. 1676. undè quædam delibata sunt hîc suprà (a) Gratianus a S. Elia, Flander, Prior Alosti &c. *Speculum bonarum cogitationum, pro omni die per mensem*. Gandavi anno 1665. in 16. & *Exercitia Philothea, pro mensibus recollectionibus*: Gandavi in 12. utrumque Flandricè: *Discursus prædicabiles in Dominicas & Festa* Latinos, ex Italico Paoletti. Antuerpiæ an. 1659. & Coloniæ 1664. & quædam alia. Isidorus a S. Ægidio, Gelrensis, Prior Bruxellis, Mechliniæ &c. *De B. Virginis Maria Neapol. Imagine*, Flandricè: Gandavi impres. anno 1670. in 8. Item *De statu vitæ eligendo*, Bruxellis an. 1675. Flandricè in 12. Item *Exercitia pia, quibus utiliter, & sanctè dies transigatur*: Bruxellis anno 1676. Flandricè in 12. Marius a S. Francisco, Bruxellensis, Prior Mechliniæ, & Brugis: *Venam fontis vitæ fluentis per pia exercitia ad Deum*: Antuerpiæ anno 1655. Flandricè in 24. *Incitamenta devotionis ad S. Iosephum sponsum Deiparæ*: Antuerp. anno 1667. Flandricè: Philippus a Visitatione, Gallo-Belga Gallo-Belgicæ Definitor, Prior Marchiæ &c. *Flores Carmeli Poetici, & De æternitate*: Leodii diversis vicibus: *Miracula recentiora, approbata, mediante sacro Scapulari Mariano*: etiam Leodii, & quædam alia: (b) Thomas a Virgine Maria, Flander, Prior Alosti &c. *Concordiam Euangelicam Christi cum Maria super quodlibet Euangelium Dominicale, concionem complectens bipartitam; cujus Pars prima est de Christo euangelizante; Pars secunda de Deipara cum Christo concordante*. Antuerpiæ an. 1673. in 4.

(a) n. 3575.

(b) de quibus tomo præced. n. 1813. & 2299 & in hoc to. n. 797. &c.

Antistites assumpti in Belgio.

3940. EX Carmeli Ordine in Belgio assumpti Episcopi, atque ita doctrinæ testimonium habentes (c).

(c) vide hîc suprà num. 3757.

ADRIANVS ARNOLDI, Episc. Rossensis.
ÆGIDIVS DE MERICA, Ep. Beritensis.
DIONYSIVS STEPHANI, Ep. Rossensis.
GODEFRIDVS GREVERARIVS, Episcopus Dagnensis.
GOSWINVS HEX, Ep. Hierapolitanus.
HENRICVS DE TOLNIS, (seu *TOLVIS*) Episcopus Rossensis.
IACOBVS, Croacensis Episcopus.
IACOBVS WEMMERS, Ep. Mempheos.
IOANNES DE ARVNDINE, Episcopus Usbitensis.
IOANNES BOELMEL, Ep. Ebronensis.
IOANNES BRISELOT, Episc. Beritensis, Abbas Altimontensis, deindè Archiepiscopus Arborensis.
IOANNES HEETVELDE, Episc. Granopolitanus.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES METER, Episc. Biblienſis.

LAVRENTIVS DVCIS, Episcopus Ebronenſis.

MARTINVS CVPER, Episcopus Chalcedonenſis, Abbas Criſpinienſis, ſeu S. Landelini.

GVILIELMVS, Archiepiſc. Damaſcenus Suffraganeus Morinenſis, veriſimiliter etiam Belga fuit.

Præfati plerique fuerunt Suffraganei Cameracenſis, aut Ultrajectenſis Episcopatuum, ſeu Archiepiſcopatuum, olim latiſſimâ juriſdictione extenſorum: quos in ſpiritualibus, & Pontificalibus Vicarii, longo annorum tractu rexerunt: & quidem Cameraci Henricus de Tolnis (ſeu Tolvis) anno Chriſti 1400. (& ante iſtum, veriſimiliter etiam Cameraci, Jacobus Croacenſis Epiſcopus, circa an. 1361. uſque ad 1372.) Godefridus Greverarius ab an. 1456. uſquead 1499. ei ſucceſſit Ægidius de Merica: cui morienti an. 1505. ſuffectus fuit Joannes Briſelot: quoad Archiepiſcopatum Arborenſem translatô an. Dom. 1517. eodem anno Adrianus Arnoldi electus Epiſc. Roſſenſis, pariter inſtitutus fuit Eccleſiæ Cameracenſis Vicarius in Pontificalibus: illum an. 1536. defunctum ſecutus eſt Joannes Heetvelde: & poſt hunc Martinus Cuperus ab an. 1541 uſquead 1572. Episcopus Chalcedonenſis. Iſti igitur omnes quaſi per bina ſecula, plerumque ſucceſſivè, Eccleſiam Cameracenſem adminiſtrarunt in ſpiritualibus, & quandoque etiam in temporalibus, ſicut conſtat ex actis Concilii Cameracenſis. Illud extat in celebri opere, cujus hîc eſt titulus: *Sacroſancta Concilia &c. ſtudio Philippi Labbei, & Gabr. Coſſartii Soc. Ieſu Presbyterorum. Pariſiis an. MDCLXXII.* In illo opere, tomo XV. columna 147. in principio hic eſt titulus: *Canones, & Decreta Sacri Concilii Provincialis Cameracenſis.* Infrà ſequitur: *Catalogus Patrum Sacri Concilii Provincialis Cameracenſis: Maximilianus à Bergis, Archiepiſcopus Cameracenſis præſidens*: & paulò infrà: *Martinus Cuperus Sac. Theologiæ Doctor, Epiſcopus Chalchedonenſis, Suffraganeus & Vicarius Generalis Cameracenſis.* Quòd autem eſſet *Vicarius Generalis*, non tantùm in Pontificalibus & ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, conſtat ex iſtis ejuſdem Concilii actis: *Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, indictione octava, menſis verò Iunii, die vigeſima &c, Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus, & Reverendiſſimi Patres Atrebatenſis &c. Namurcenſis, & Audomarenſis Epiſcopi comprovinciales, ac Epiſcopus Chalcedonenſis ejuſdem Reverendiſſ. Archiepiſcopi Suffraganeus, ac in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis &c. convenerunt in loco Conſiſtorii.* Ita in iſto tomo XV. col. 183. Iſte *Chalcedonenſis Epiſcopus ... in ſpiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis*, erat noſter præfatus Martinus, de quo plura hîc ſuprà (a).

Belga Carmelita,

longo temporum tractu Vicarii Gen. in Pontificalibus, & ſpirit.

ac etiam quandoque in temporalibus, Archi. Cameracenſes.

(a) n. 3314.

3941. Quod autem Carmelitæ longo temporum excurſu Pontificalia exercuerint per Cameracenſem diœceſim, olim latiſſimè extenſam ad uſque Antuerpiam, & ultrà, teſtantur etiam vetuſta monumenta: & quidem hîc Antuerpiæ anno 1482. Godefridus Greverarius conſecravit altare in choro B. Virginis Eccleſiæ (quæ nunc eſt Cathedralis) (a) Anno 1493. idem conſecravit Conventum Carmelitarum. (b) Anno 1511. Joannes Briſelotus conſecravit auguſtæ Eccleſiæ Carmelitanæ magnificum chorum. (c) Anno 1517. idem ille conſecravit Capellam quamdam in eadem Eccleſia. (d) Idem ille anno 1511. conceſſit Indulgentias XL. dierum viſitantibus Capellam S. Crucis, ſitam prope Mechliniam. (e) Anno 1517. & 1525. Adrianus Arnoldi conſecravit altare in choro præfato Carmelitano, & Capellam in eadem Eccleſia. (f) Anno 1567. Martinus Cuperus Eccleſiam primariam B. Virginis (quæ nunc eſt Cathedralis) ab hæreticis profanatam, cum omnibus altaribus, reconciliavit: idem fecit in Eccleſiis aliis: & ibidem ſacros Ordines contulit. (g) Anno 1555. idem conceſſit Indulgentias viſitantibus Capellam S. Crucis propè Mechliniam. (h) Idem conſecravit Eccleſiam celebris Abbatiæ Tongerloenſis. (i)

(a) vid. hîc ſuprà num. 3225.
(b) vid. ibid.
(c) vid. hîc ſuprà num. 3269.
(d) ibid.
(e) vid. ibid.
(f) vid. hîc ſuprà num. 3153.
(g) vid hîc ſuprà num. 3313.
(h) vid. n. 1314.
(i) Sanderus in Chorographia ſacra Brab. ubi de Carmel. Mechlin. c. 3.

Quantùm ad Trajectenſem (ſeu Ultrajectenſem) anno 1469. Goſwinus Hex electus Episcopus Hierapolitanus, unà etiam inſtitutus fuit Diœceſis Trajectenſis Suffraganeus: huic anno 1475. morienti ſucceſſit Joannes ab Arundine: qui obiit anno 1497. Joannes Meyer anno 1517. inſtitutus eſt Epiſcopus, & unà Philippi de Burgundia Episcopi Trajectenſis Vicarius. Obiit anno 1522. & anno 1523. illi ſuffectus fuit Ioannes Heetveldt: & poſt hunc proximè ſecutus eſt Laurentius Ducis an. 1530. & poſt iſtum anno 1540. Ioannes Boelmel. Et iſta pleraque habentur ex Actis Conſiſtorialibus Summorum Pontificum, & ex monumentis antiquis Provinciæ Germaniæ Inferioris, nec non Belgicæ utriuſque: ſicut perſpicere licet in antecedentibus (k). Leodienſis Episcopi Suffraganei fuerunt ex Belgio aſſumpti Henricus de * Tolnis, & Dionyſius Stephani, de quibus hîc ſuprà (l).

Carmelita multo tempore Suffraganei Ultraject.

(k) in Catalogo Antiſtit.
* *al* Toluis.
(l) n. 3203. & 3246.

MANIPULUS VII.

Ex Britannicis regnis delibatus.

3942. EX Carmelo in Angliam Religioſos veniſſe an. Chriſti MCCXII. habetur ex Angliæ Scriptoribus, relatis hîc ſuprà (m). Ex Angliâ autem Ordo traductus fuit in Scotiam, & Hiberniam: & in iſtis tribus regnis tres fuerunt Ordinis hujus Provinciæ inſignes: florentiſſima autem fuit Anglicana. Quoad viros eruditione, ſcriptiſque ad aliorum utilitatem libris, Ioannes Pitſeus, Anglus, in Opere *de illuſtribus Angliæ Scriptoribus*, typis edito

(m) n. 1489.

Anglia Provincia Carmelit. olim florentiſſima.

Digitized by Google

Parisiis anno MDCXIX. sub finem, in titulo: *Index illustrium Angliæ Scriptorum, qui fuerunt Carmelitæ*, testatur: *In Angliâ splendidiùs, quàm in quâcumque aliâ Europæ parte hunc Ordinem floruisse, magisque abundasse, & numero Monasteriorum & Doctorum virorum copiâ.* De præcipuis aliquot ecclesiarum virtutum splendore claris, ac sanctimoniæ famâ celebratis, sermo fuit jam antè (a). Quantum ad Scriptores Ecclesiasticos, qui volumina, libros, seu tractatus elucubrarunt, commentantes in Scripturam sacram, aut in libros IV. Magistri sententiarum, aut contra hæreticos, speciatim contra Witcleffistas, & Lollardos scripserunt, aut ascéticos, aut historicos, magnus est numerus. Præcipui hic consequenter recensentur: Catalogus autem iste digestus est ex libris Trithemii, de quibus hîc suprà (b). Ex Bibliothecâ sanctâ Sixti Senensis, Apparatu sacro Antonii Possevini, & potissimè ex præfato opere Joannis Pitsei, qui solus in eo refert Ordinis hujus Scriptores Ecclesiasticos circiter centum, & quadraginta: quorum etiam lucubrationes sigillatim exprimit. Inter eos tempore, dignitate, & merito primus est S. Simon cognomine *Anglicus*, & Stock, sicut pietate ita & eruditione spectabilis, à quo velut radice, cæteri tamquam rami promanarunt.

(a) n. 3609. & seq.

(b) n. 3067.

3943. Adamus Hemlingtonus, patriâ Norfolcensis, ingenio ad bonas artes altissimo, Sac. Theologiæ supremam Lauream consecutus, quæ scripsit, tradunt Lelandus, Pitseus, Possevinus, & alii: decessit Norwici circa an. 1420.

Adamus Saxlinghamus, Norwicensis, in scholasticis concertationibus tùm sacris, tùm prophanis acutus. Quæ scripsit referunt Pitseus, Possevinus, & alii: Claruit circa an. 1350.

Alanus de Linna, Norfolcensis, Doctor Cantabrigiensis, Philosophus, & Theologus insignis. Herculeo labore, ait Pitseus, plurima præclara opera scripsit: elucubratorum laborum catalogum longum texit Pitseus, tradens unà vitæ ejus compendium. Inter eos qui ad extirpandos errores Witcleffistarum plurimùm contulerunt, primas tulit Alanus inquit Bzovius in Annalibus ad ann. 1422. ubi aliis encomiis eum celebrat. De scriptis ejus agunt etiam Sixtus Senensis, & alii.

Bertramus Fizalanus, patria Lincolniensis, illustri natus prosapiâ, Oxonii Doctoralibus insigniis donatus, varia pietatis, & eruditionis monumenta posteris reliquit, de quibus Eysengrenius, & Pitseus. Lincolniæ obiit an. 1424. die 17. Martii.

David Boys seu Boysius, in Cambria natus, Cœnobii Gloceſtrensis, Oxoniensis Doctor, & Professor, vitæ solitariæ valdè addictus, ex thesauro suo litterario deprompsit pro posteritate ea quæ annotarunt Possevinus, Pitseus, & alii. Moritur circa ann. 1450. Benedictinis eum adscribit Arnoldus Wion: *illi non assentior*, inquit Pitseus.

Dionysius Holcanus, Cœnobii Burnhanensis, S. Theol. Doctor Cantabrigiensis, in sacris, & prophanis litteris plus quàm vulgariter eruditus: lucubrationes ejus memorant Lelandus, & Pitseus. Obiit Brunhaniæ anno 1466.

Edwardus * Dinleius, ex oppido Novocastrensi, nobilibus ortus parentibus, bonarum litterarum amantissimus. Claruit anno 1450. de quo, & eruditione ac scriptis Pitseus.

* *al.* Eduardus.

Gaufredus * Alievantus, patriâ Eboracensis, S. Th. Doctor Oxoniensis, pietate, & doctrinâ clarus anno 1340. variæ eruditionis opera scripsit, de quibus Lelandus, Pitseus, Eysengrenius, & Possevinus.

* *al.* Galfridus.

Godefridus Cornubiensis, Sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis ac etiam Parisiensis, excellentis ingenii, & magnæ eruditionis, nuncupatus *Doctor solemnis*, pietate etiam insignis, ex eruditi pectoris thesauro deprompsit ea, quæ recensent Possevinus, Pitseus, & alii. Claruit anno 1320.

Gualterus * Dissæus: de quo, & scriptis ejus, ac legationibus Trithemius hîc suprà, (a) & latius Pitseus: Sixtus Senensis eum nuncupat, *sincera pietatis ac doctrinæ*.

* *al.* Walterus.

(a) n. 3144.

Gualterus Hestonus, patriâ Lincolniensis, oppido Stanfordio, S. Th. Doctor Cantabrigiensis, in sacris, & prophanis disciplinis insigniter eruditus, morum integritate, omnibus amabilis: de quo & scriptis, ejus ex Lelando Pitseus, addens obiisse circa annum 1350. Lezana in Annalibus, ex libro Ordinis tradit, eum interfuisse tribus Capitulis Generalibus, Provincialem Angliæ, & supervixisse usquead an. 1357. nuncupatum etiam *Gualterum*, seu *Walterum Keso*.

Gualterus * Huntus, de quo Bostius, & Trithemius hîc suprà (b) atque etiam Eysengrenius, & alii.

* *al.* Walterus Hont. (b) n. 3062. & 3145.

Gualterus Kellavus, natus in Eboracensi Ducatu, Cœnobii Alvertonensis, Oxonii in sacra Theologia supremam lauream accepit. Contendebat in eo virtus cum eruditione. Obiit Alvertonæ mense Augusto, inter suos sepultus an. 1367. Ita Pitseus (c) qui ejus etiam scripta refert. Quoad Provincialatum Angliæ à Pitseo ei attributum, videri poterunt Annales Ordinis (d).

(c) ad an. 1367.

(d) ad an. 1367.

3944. Guilhelmus * Badbius, Episcopus, de cujus eruditione, & scriptis, Harpsfeldius, Pitseus, & Possevinus.

* *al.* Guilielmus & Gulielmus.

Guilhelmus Beckleius, seu Beccleius, Sandwici natus, & Monasterii ejusdem oppidi alumnus, ac Prior: Cantabrigiensis Doctor, Sandwici obiit anno 1438. Hæc ex Lelando Pitseus, referens quæ edidit: de quibus etiam Possevinus & Harpsfeldius.

Guil-

Digitized by Google

Guilhelmus Beufu, Conventûs Northamptonienſis, Oxonienſis Gymnaſii, Lelando teſte, Doctor Theologus: Vir non vulgari doctrinâ inſtructus, & raris virtutum ornamentis inſignitus. Quædam ex ingenii ſui theſauro ipſe deprompta edidit. Diem clauſit extremum circa an. 1390. Ita Pitſeus: ſcripta ejus ibidem memorat, de quibus etiam Poſſevinus, & alii.

Guilhelmus Bintræus, Doctor Theologus Cantabrigienſis. In ſcientiarum, & pietatis, ac virtutum ſtudiis pari procedens paſſu, utriuſque perfectionem conſecutus eſt. Mendicantes Ordines à calumniatoribus impetitos, peculiariter Carmelitanum, tunc maximè florentem, libro doctiſſimè ſcripto defendit. Hæc ex Lelando Pitſeus, alia quoque ejus eruditi pectoris deprompta monumenta referens; de quibus etiam Poſſevinus, & alii. Obiit anno 1493. die 3. Septembris.

Guilhelmus Blacneius (Poſſevino *Blakeney*) ex Comitatu Norfolcenſi, Doctor Cantabrigienſis. De ſcriptis ejus agunt idem Poſſevinus, Pitſeus, & alii.

Guilhelmus Califordus, ſeu Taliſfordiæ, de quo Trithemius hîc ſuprà (a) *vir integritate vitæ commendatiſſimus*, inquit Pitſeus.

(a) n. 3085.

Guilhelmus * Cockisfordus, Monaſterii Linnenſis, Doctor, & Profeſſor Cantabrigienſis, claruit circa an. 1380. de quo, & ſcriptis ejus, Pitſeus, & Poſſevinus. Dubitari poſſet, an non ſit idem cum præcedenti.

* *al.* Colkisfordus.

Guilhelmus Conventrensis, claudus pedum greſſu, ſed neutiquam virtutis, & eruditionis progreſſu: de cujus ſingulari humilitate, aſſiduitate in meditandis ſacrorum eloquiorum myſteriis, acri ingenio, compto ſtylo, ſententiarum gravitate agit Pitſeus, qui, & Eyſingrenius, ac Poſſevinus referunt quæ ad poſteros tranſmiſit. Conventriæ deceſſit circa an. 1360.

Guilhelmus de sancta Fide, Norwicenſis, Cantabrigiæ Doctoralem gradum ſuſcepit, de quo plura ex Lolando Pitſeus. Pietatem, & doctrinam declarant ſcripta recenſita ab eodem Pitſeo, Harpsfeldio, Poſſevino. Norwici obiit an. 1372.

Guilhelmus Grenæus ſeu Viretus, doctus, & induſtrius, opus egregium compilavit *Hagiologium Carmelitarum*, de quo Pitſeus, & alii. Claruit circa an. 1470.

Guilhelmus Hanabergus, in Southreia, non longè Londino ortus, Oxonienſis Doctor, ſui Ordinis per Angliam Provincialis quintus, ſuo munere ſanctè, ſolicitèque functus, etiam varia erudita ſcripſit: de quibus iidem præfati auctores. Londini ſenex obiit an. 1311.

Guilhelmus Harsiccus, Conventûs Burnhamienſis, Doctor Cantabrigienſis, celebratus à pietate, & eruditione: de quo, & ſcriptis ejus Lelandus, Pitſeus, & alii. Vivebat an. 1410.

Guilhelmus Lidlingtonus, Conventûs Stanfordienſis, Doctor Cantabrigienſis, eruditione, pietate, prudentiâ, omnique virtutum laude celebris, Provincialis Angliæ, ac deindè Terræ ſanctæ ac Regni Cypri. Reverſus in Angliam obiit circa an. 1309. Stanfordiæ. Scripta ejus memorat Pitſeus, ex Gobelino.

Guilhelmus Lincolnius, natus in urbe Lincolnienſi, Doctor Cantabrigienſis, ingenii, doctrinæ, pietatis laudibus florens, inquit Pitſeus ex Lelando, referens quoque ejus ſcripta. Claruit anno 1360.

Guilhelmus Lubbenhamus, patriâ Conventrienſis, Doctor Oxonienſis, pietate, doctrinâ, prudentiâ inſignis. Ita Pitſeus, qui etiam ſcripta ejus refert, Conventriæ ſenex obiit an. 1361.

Guilhelmus de Paulo (non benè à nonnullis *Paghamus*) Epiſcopus, de quo lib. præced. eruditionis ejus monumenta referunt Poſſevinus, Pitſeus, & alii, cognominantes (minus rectè) Pagham. *

* vide ſup. n. 3233.

Guilhelmus Radingius, patriâ Bathonenſis, Sacræ Theol. Doctor, pietatis, & eruditionis cultor inſignis, & Divinæ gloriæ zelo incredibiliter fervidus. Hæc & alia Pitſeus: qui, & alii agunt de ſcriptis ejus. Claruit anno 1312.

Guilhelmus Stapilhartus, patriâ Cantianus, Conventûs Londinenſis, Oxonienſis Doctor, & Profeſſor; Oxonienſis Academiæ, inter prima illius temporis ornamenta: de quo, & lucubrationibus ejus, Lelandus, Poſſevinus, Pitſeus, & alii. Claruit anno 1456.

Guilhelmus Starnefeldius, patriâ Cantianus, Cœnobii Nowendenienſis, S. Theol. Doctor Oxonienſis, pietate, & doctrinâ illuſtris: de quo, & ab eo poſteritati traditis, Lelandus, Pitſeus, &c. Nowendeniæ deceſſit circa an. 1390.

Guilhelmus Surfletus, Conventûs S. Botulphi, Lincolnienſis agri, S. Th. Doctor Cantabrigienſis, vitæ integritate, cum ſingulari doctrina conjunctæ commendatiſſimus. De ejus aſſiduo virtutum cultu, & vitiorum debellatione, ac ſcriptis Lelandus, & Pitſeus agunt. Mortuus & ſepultus eſt in dicto Monaſterio an. 1466. die 13. Nov.

3945. Henricus de Hanna, quæ eruditionis monumenta reliquerit, tradunt Geſnerus, Poſſevinus, & Pitſeus: de ejus pietate quædam dicta ſunt libro præcedenti (a). Provincialem Angliæ adhuc fuiſſe an. 1287. habetur ex Actis Capituli Montispeſſulani, cui interfuit (b). Obiit an. 1299.

(a) hîc ſup. n. 3611. (b) vide hîc ſuprà n. 2074. ubi nuncupatur de Anna.

Henricus * Parcherius, S. Theologiæ Doctor Cantabrigienſis, doctrinæ famâ celebris: quæ circà annum Chriſti 1470. ſcripſerit, ex Lelando tradit Pitſeus: de quo etiam Poſſevinus, & alii.

* *al.* Parker.

Henricus Wichinghamus, Norwicenſis Conventûs, Doctor Oxonienſis: de cujus ſubtili ingenio, prompto eloquio, acutiſſimis concertationibus, & eruditis lucubrationibus Lelandus, Harpsfeldius, Poſſe-

Digitized by Google

vinus, Pitseus. Norwici decessit anno 1447 die 2. Martii.

Hugo de S. Neoto, ad Fanum S. Neoti natus, alumnus Conventûs Huchinensis, in Comitatu Hartfordensi, divini Verbi præco insignis. Pietatis, & doctrinæ monumenta ad posteros transmissa signarunt Sixtus Senensis, Pitseus, & alii. Huchini obiit anno 1340. die 8. Septembris.

Hugo Virleius, seu Virley, ut habet Sixtus Senensis, Norwicensis cœnobii, nobilibus ortus parentibus, generis claritatem virtutum ornamentis multùm illustravit. Theologiæ Doctor, & sacrarum litterarum Prælector Oxonii. Omni melioris eruditionis genere refertos libros ejus referunt Sixtus Senensis, quæ in S. Scripturam, cætera quoque Eysengrenius, Pitseus, & alii. An. 1344. claruit.

Humfredus Nectonus seu Umeridus Nekton, patriâ Norfolcensis, cœnobii Norwicensis, Oxoniensis Doctor creatus anno 1259. & aliquantò post ibidem Professor, eruditione & morum probitate clarus, fidei Catholicæ, & Apostolicæ Sedis propugnator insignis. Plenus dierum & bonorum operum Norwici quievit in pace an. 1303. Ita Pitseus (a) & Lezana (b) qui, & alii, scripta ejus commemorant; de quibus etiam Harpsfeldius (c).

(a) ætat. 14 n. 437.
(b) ad an. 1259. & 1303.
(c) sec. 13. c. 15.

3946. Joannes Avonius, natus in civitate Northamptonia, & in istius urbis Conventu Religiosus, multiplici rerum scientiâ valdè instructus, Theologiæ Doctor, & Professor: in Mathematicis autem scientiis omnes sui temporis superavit. Ecclesiasticum Calendarium perpetuum primus confecit. De aliis ejus scriptis agunt Pitseus, Possevinus, & alii. Obiit circà annum 1350.

Joannes Bacho, seu Bacondorpius *Anglicus, Ordinis Carmelitarum, Theologorum sui temporis Princeps, & in exponendis divinis Scripturis non ignobile nactus ingenium, exposuit universum novum Testamentum editis Scholastico more Commentariorum libris viginti septem: qui sunt in Euangelium Matthæi &c.* Ita Sixtus Senensis: alia ibi consequenter recenset. De quo plura Bostius, & Trithemius hîc suprà (d) *Theologus, & Philosophus doctissimus*, inquit Bellarminus. Plura de illo, & copiosum operum ejus catalogum, videre licebit apud Pitseum qui inter cætera de illo scribit: *Tam ingentia scripsit volumina, ut corpus non tulisset, quod ingenium protulerat. Londini obiit circa an.* 1346. De ejus eximia eruditione, ac scriptorum multitudine plura videri poterunt in præfatione operum ejus.

(d) n. 3017. & 3094.

Joannes Bamptonus, teste Lelando, acutissimi ingenii, in Academia Cantabrigiensi Doctoralem dignitatem accepit. De eo, & scriptis ejus Pitseus ac alii. Claruit an. 1341.

Joannes Barettus, Conventûs Linnensis in Comitatu Norfolcensi, Cantabrigiensis Doctor, difficillimis in Anglia temporibus Catholicam fidem in publicis concionibus, & libris scriptis strenuè propugnavit. Floruit adhuc an. 1556. de quo, & scriptis ejus latiùs Pitseus.

Joannes * Barninghamus, verisimiliter idem est qui *Bernegam*, de quo mox: nonnulli diversos reputant.

* al. Barnyngham.

Joannes Batus, Eboracensis Conventûs, Doctor Oxonienſis, pietate, doctrinâ, & prudentiâ præstans, Græcè pariter & Latinè eruditus, plures insignes libros, exaravit, de quibus Lelandus, Jacobus de Plebe, Eysengrenius, Possevinus, & alii. Eboraci obiit ann. 1429. die 26. Januarii.

Joannes * Bernegam, de quo, & scriptis ejus Bostius, & Trithemius hîc sup. (a)

* al Barnegam.
(a) n 3057. & 3096.

Joannes Bestonus, cui pietas & doctrina celebre nomen dederunt, Theologiæ Doctor, & Professor Cantabrigiæ, & Parisiis. Legatione honoratissima missus fuit anno 1424. in Italiam Senas ad Concilium ibi inchoatum die 22. Augusti prædicti anni. Libros, quibus eruditionis suæ participem fecit posteritatem recensent Jacobus de Plebe, Lelandus, Hapsfeldius, Possevinus, Pitseus, & alii. Linnæ finem vitæ fecit anno 1428.

Joannes Beverlaius, Doctor, & Professor Oxonienſis: ingenio, doctrina, scriptis præstans. Claruit circa annum 1390.

Joannes Bloxamus, de quo hîc suprà (b).

(b) n. 3399.

Joannes Botrellus, cum subtilissimis, & expertissimis sui temporis meritò conferendus, inquit Pitseus, signans quoque quæ scripsit. Claruit circa an. 1400.

Joannes Burlæus, Stanfordiensis cœnobii, in Comitatu Lincolnienſi, Theologiæ Doctor Oxonienſis: in scrutandis naturæ arcanis mirè ingenium exercuit, & multa abscondita acutè indagavit, ut tradunt Lelandus, Pitseus, & alii. Stanfordiæ senex obiit an. 1333.

Joannes Campsconensis, de quo Trithemius hîc suprà. (c) Pitseus & alii, cognominant Campscenum. Vixit circa annum 1341.

(c) n. 3098.

Joannes Chelmestonus, seu Chelveston, patriâ Eboracensis, Oxonienſis Doctor, & publicus Cathedraticus, ob eruditionem virtutibus decoratam, per Angliam, & Germaniam inferiorem, ubi etiam docuit, celebris. De ipso, & scriptis ejus, latiùs, Harpsfeldius, Eysingrenius. Vixit an. 1290.

Joannes Clipstonus, Nortinghamensis cœnobii, Doctor, & Professor publicus Cantabrigiensis, virtutis cultum, & progressum in scientiis pariter in se socians, insignes edidit lucubrationes, recensitas à Possevino, Pitseo, & aliis. Nortinghamiæ obiit circa an. 1378.

Joannes Colleius, seu Collæus: quem pietas, & doctrina commendarunt: de quo, & scriptis libris ex Lelando Pitseus, & alii. Claruit an. 1440.

Joannes Cressæus, Monasterii sancti Botul-

Botulphi, in Comitatu Lincolnienſi, Theologiæ Doctor Oxonienſis, ſingularis devotionis erga B. Virginem Mariam: de quo Lelandus, & Pitſeus, ac de ejus ſcriptis etiam Poſſevinus, Biſcarretus, Lezana & alii. Obiit circa annum 1450. in ſacris Scripturis exercitatiſſimus.

JOANNES EBORACENSIS ſeu *de Eboraco*, Oxonienſis Doctor, & ibi SS. Scripturarum publicus Profeſſor, utriuſque Teſtamenti libros plures explanavit, quos ingenii ſui fructus etiam poſteris communicavit: de quibus Pitſeus (a).

(a) de Script. illuſt. Angliæ cent. 3 n. 1.

JOANNES ELINUS, & JOANNES FOLSHAMUS: uterque Doctor Cantabrigienſis, ac eruditione, ſanctitatis opinione, & ſcriptis clarus: de utroque ſermo fuit libro præcedenti (b).

(b) hîc ſup. n 3612. & ſeq.

JOANNES DE S. FIDE, patriâ Norfolcenſis, Theologici Doctoratûs inſignia ſuſcepit Oxonii: nihil reliquum faciens ad ſummam in omni pietate, & doctrina perfectionem, in fide Catholica promovenda fervidus. Iſta & alia de eo Lelandus, & Pitſeus: qui & alii plures ingenii, & eruditionis monumenta ad poſteros tranſmiſſa recenſent. Brunhamiæ obiit an. 1359. die 18. Septembris.

JOANNES GOLDESTONUS, patriâ Eboracenſis, Sacræ Theologiæ Doctor Pariſienſis, & ibidem, ac deindè Oxoniæ Profeſſor publicus, divinis & humanis ſcientiis inſtructiſſimus, & exemplo bonæ vitæ conſpicuus. His & aliis laudum præconiis eum memorat Pitſeus: qui, & Sixtus Senenſis (quoad commentarios in Scripturam) Eyſengrenius, Poſſevinus, & alii monimenta doctrinæ ejus poſteritati tradita recenſent. Claruit an. 1320.

JOANNES HAINTONUS, Cœnobii Lincolnienſis, S. Theologiæ Doctor, & Profeſſor Oxonii, Hebraicæ, Græcæ, pariter & Latinæ peritus. De ipſo & ſcriptis ejus agunt Sixtus Senenſis (quoad S. Scripturam) Bzovius in Annalibus (c) & Pitſeus, qui tradit eum obiiſſe anno 1428.

(c) ad an. Chr. 1429.

JOANNES HORNEBIUS, de quo Boſtius & Trithemius hîc ſupra. (d) Doctor Cantabrigienſis: claruit anno 1374.

(d) n. 3039. & 3110.

JOANNES * KENINGALUS, cœnobii Norwicenſis, Angliæ Provincialis XXIV. Thomæ Waldenſi doctiſſimo ac ſanctiſſimo, intimâ conjunctus amicitiâ, ab eo Romam ad Papam Martinum V. deſtinatus, Pontifici obtulit *Doctrinale Eccleſiæ*, à Waldenſi elucubratum. In Oxonienſi Gymnalio honores accepit, qui primæ notæ Theologis deferri ſolent. Erat vir integerrimæ vitæ, & ſingularis doctrinæ. Eum in arduis negotiis adhibuit conſultorem Richardus Eboracenſis Dux, & ſibi conſtituit conſcientiæ moderatorem. Apoſtolicæ Sedis Nuncius, in cauſis Eccleſiaſticis deſignatus eſt à Pontifice. Iſta, & alia, ex Lelando, Pitſeus, qui etiam refert libros, quos ſcripſit. Norwici mortuus eſt anno 1451. die 28. Aprilis.

* *al.* Kenyngale.

JOANNES * KININGHAMUS, Cœnobii Gippeſwicenſis in Comitatu Suffolcenſi, Doctor Oxonienſis, per Angliam, & Hiberniam Provincialis, *Philoſophus gravis*, *Theologus ſanctus*, (a) Joanni Lancaſtriæ, & Aquitaniæ Duci, & ejus conjugi à confeſſionum ſecretis uſque ad finem vitæ: primus qui in arenam ſcholaſticarum concertationum contra Witcleffum deſcendit, magnæ eruditionis ejus teſtimonium perhibent multa ab ipſo edita volumina. Eboraci ſenex ſanctiſſimè obiit an. 1399. quarto Idus Maji. Iſta, & alia de eo Pitſeus, longum operum ejus texens catalogum: Harpsfeldius (b) hæc de eo tradit: Numquàm defuêre Eccleſiæ præclari heroës, qui diſputandi, & concionandi diligentia, libroſque adeò luculentos, doctoſque ſcribendo, naſcentes ſemper in ea ubique hæreſes repreſſerunt; talem fuiſſe ſuo tempore, aſſerit Joannem Kininghamum.

(a) Ita Lelandus.

(b) in hiſt. Witcleff.

JOANNES LANGTONUS, Conventûs Londinenſis, S. Theologiæ Doctor Oxonienſis. Contrà hæreticos illius ſeculi diſputando, & ſcribendo, multùm laboravit, multùm etiam profecit. Veritatem Catholicam ſtrenuè defendit, erroneas opiniones fortiter oppugnavit, imò feliciter expugnavit. Ad Concilium Baſilienſe tandem miſſus, ibidem mortuus eſt, & ſepultus, anno gratiæ 1434. Ita Pitſeus. Scripta ejus referuntur in Bibliotheca Geſneriana, in Apparatu Poſſevini, &c.

JOANNES LONBIUS, Londinenſis Monaſterii, Sacræ Theologiæ Doctor Oxonienſis: acuti ingenii, & magnæ doctrinæ: de quo, & ſcriptis ejus Pitſeus, Poſſevinus &c. Londini obiit circa an. 1390.

3947. JOANNES MARRO, vel DE MARRE, ſic dictus à pago Ducatus Eboracenſis, diſtante tribus circiter milliaribus ab oppido Doncaſtrio, ubi ſe Ordini Carmeli tradidit. Oxonii ſupremum Doctoratûs gradum aſſecutus fuit. Erat vir eruditus, pius, Divinæ gloriæ zelo plenus, omnibus viribus Witcleffianam hæreſim penitùs evertere ſtuduit, publicè docens ejus ſectatores, ut converteret, aut confunderet, ſubtiliſſimis aggrediens diſputationibus, eruditis concionibus, & libris ad Dei gloriam, & Eccleſiæ Catholicæ publicum bonum, ac poſteritatem ſcriptis. Iſta, & alia de eo teſtantur Lelandus, Pitſeus, Harpsfeldius: Doncaſtriæ vivendi finem fecit anno 1407. die 8. Martii: & ibi in ſuo Conventu requieſcit. Ejus etiam meminit Trithemius hîc ſuprà (c)

(c) n. 3111.

JOANNES MILVERTONUS, Sacræ Theologiæ Doctor, & Profeſſor Oxonienſis, iteratis vicibus Provincialis Angliæ, & Vicarius Generalis Provinciarum Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, ac tandem Epiſcopus Menevenſis electus. Quæ fecerit, ſcripſerit, & paſſus fuerit, eò quod verbo, & ſcripto refutaſſet errores Reginaldi Peecoci Epiſcopi Aſaphenſis, ac in aliorum Prælatorum

Digitized by Google

excessus, zelo sed plùs acriori quàm par est, invectus fuisset, refert Lezana *in Annalibus* (a). Decessit Londini anno 1486. in Choro Ordinis sui sepulturæ traditus. Scripta ejus recensent Possevinus, Pitseus, & alii.

(a) ad an. 1458. 1467 & 1486. ubi texitur catalogus scriptorum ejus.

Joannes Multonus, Cœnobii Norwicensis, vir pius, eruditus, & eloquens. De ejus scriptis agunt Possevinus, Pitseus, & alii. Claruit anno 1400.

Joannes Quinhellus, S. Theol. Doctor Oxonienſis. Huic pietas, & eruditio nomen celebre dederunt: concionator erat elegans, & disputator subtilis, ingenii acumine multùm valens. Caleti in Gallia obiit anno post adventum Messiæ 1438. Ita Joannes Pitseus (b) referens etiam scripta ejus.

(b) ætat. 14. n. 811.

Joannes Polestedus, patriâ Suffolcensis, cœnobii Gippeswicensis, S. Theol. Doctor Oxonienſis, vir integerrimæ vitæ, & insignis doctrinæ: Philosophus acutus, profundus Theologus, concionator elegans, & disertus. Provincialis Angliæ, munus sanctè, solicitèque obivit circiter septennio ab anno 1335. usquead finem vitæ an. 1341. quarto Idus Octobris, Eboraci tumulatus sub polito marmore. Ista & alia, ac ingenii fœtus, quos posteris produxit, videri poterunt apud Lelandum, Iacobum de Plebe, Possevinum, & alios, relatos à Pitseo (c) & Lezana (d) Errant, qui eum referunt ad annum 1541.

(c) ætat. 14. n. 537.
(d) in Annal. ad an. 1335. & 1341.

Joannes Repingalus, patriâ Lincolnienſis, cœnobii Stanfordienſis, Doctor Cantabrigienſis, pietatis, & eruditionis laudibus florens, virtutum studio suæ consulens saluti, & doctissimis concionibus multorum profectum in via spiritualis perfectionis promovens. Ioannis Episcopi Lincolnienſis rogatu publica fecit scripta, recensita à Possevino, Pitseo, & aliis. Stanfordiæ obiit circa an. 1350.

Joannes Soulæus, cœnobii Londinensis, S. Theol. Doctor, concionator celeberrimus. Divi Pauli diligens sectator: ejus fervorem spiritûs, & divinæ gloriæ zelum imitari nunquam desinens. Londini obiit anno 1508. Hæc Pitseus, etiam memorans ejus scripta: de quibus Possevinus, Biscarretus, & alii.

Joannes Spinæus, patriâ Bristolienſis, Doctor Oxonienſis, Philosophicis, & Theologicis scientiis non vulgariter instructus, ad utilitatem posterorum scripsit. Obiit anno 1484. Ita idem Pitseus.

Joannes * Suafham, cœnobii Linnensis, Doctor Cantabrigienſis, magnæ pietatis, & paris doctrinæ, ac zeli: de quo peculiariter hîc suprà (e).

* al. Swafham.
(e) n. 3293.

Joannes Suttonus, Eboracensis patriâ, Doctor Oxonienſis, Provincialis Angliæ; ad multiplicem scientiam omnem addiderat virtutem. Doncastriæ obiit anno 1473. Ita Pitseus, & Lezanæ agunt etiam de scriptis ejus Possevinus, & Biscarretus.

Joannes Tecesphalus (seu Taesphalus) de quo Bostius, & Trithemius hîc suprà, (a) nec non Sixtus Senensis, & alii.

(a) n. 3050. & 3118.

Joannes Thorpus, cœnobii Norwicensis, Doctor Cantabrigienſis, ab ingenii præstantia dictus *Doctor ingeniosus*: qui, cum aliis, Guilielmum Withum hæresis convicit, & condemnavit. Norwici obiit anno 1440. De cujus scriptis agunt Harpsfeldius, & alii apud Lezana (b).

(b) Annal. to. 4. ad an. 1440. n. 11.

Joannes Tilneius, natus in Norfolciæ oppido nuncupato Iernemoutha, & in cœnobio inibi Prior. Doctor & Professor, vitæ per omnia integerrimæ, solidæ doctrinæ, & copiosæ eloquentiæ. Claruit anno 1430. Ita Pitseus referens quoque ingenii & eruditionis fructus posteris communicatos: de quibus etiam Possevinus, & alii.

Joannes Titleshalus, Doctor Oxonienſis: de cujus doctrina, virtute & scriptis Pitseus (c) dubitari possit, an non idem cum Ioanne Tecesphale; cùm fuerit ejusdem patriæ, cœnobii, & ferè eadem utriusque scripta: & uterque Romæ obiisse scribatur. At Tithesalus anno 1354. Tecesphale verò sequenti seculo.

(c) de Scr. Angliæ ad an. 1354.

Joannes Tomsonus, Sacræ Theologiæ Doctor Oxonienſis: in pietate, & eruditione consecutus fuit gradum florentissimi ingenii: plurima protulit, partim recensita à Pitseo, Petro Lucio, Possevino, & aliis. Claruit anno 1380.

Joannes Uptonus, Doctor Oxonienſis, de quo ex Lelando, & Thoma Waldensi, Pitseus.

Joannes Walsinghamus, de quo Bostius, & Trithemius hîc suprà (d). Ad Pontificia jura propugnanda missus Avenionem, charus fuit Summis Pontificibus Ioanni XXII. & Benedicto XII. Decessit Avenione circa an. 1330.

(d) n. 3014. & 3118.

Joannes Wanifletus, S. Theol. Doctor, & Professor publicus: de quo tanquam eximio viro Bzovius *ad annum* 1419. *n.* 30. & de scriptis ejus Possevinus, Pitseus, & alii. Claruit anno 1418.

Joannes Wrothamus, Londinensis Monasterii S. Theol. Doctor Oxonienſis, magni vir ingenii & facundiæ: de quo, & scriptis ejus Pitseus (e) Possevinus, Petrus Lucius, & alii. Obiit an. 1407.

(e) æt. 15. n. 743.

3948. Lucas Bosdenus, Oxonienſis Doctor Sacræ Theol. integerrimæ vitæ, & solidæ eruditionis. Ita Pitseus qui, Possevinus, & alii ejus lucubrationes referunt. Claruit an. 1340.

Martinus Sculthropius, patriâ Norfolcensis, cœnobii Blacvey, Sacræ Theol. Doctor Cantabrigienſis, multiplici eruditione nobiliter instructus, ut ex Lelando Pitseus, qui & de scriptis ejus. Obiit circa an. 1430.

Nicolaus Botleshamus, sic cognominatus ab oppido natali in Comitatu Cantabrigiensi: in omni virtutis, & eruditionis incremento progressus, Cantabrigiæ, & deindè Parisiis, ibi Sacræ Theol. Doctor creatus, magnam doctrinæ famam consecutus est,

Digitized by Google

est, editis in lucem libris non paucis de quibus Harpsfeldius, Pitseus, Possevinus, & alii. Cantabrigiæ decessit an. 1435.

* *al.* Cantilupus.

Nicolaus* Cantilepus, illustri Demetarum Comitum prosapiâ patre Guilielmo Demetriæ Comite, à juventute Carmeli Ordinem ingressus in cœnobio Bristoliensi, Sacræ Theol. Doctor effectus, pius, prudens, auctoritate plenus, sanctam duxit vitam. Plura de eo Pitseus, qui etiam refert litterarum monimenta ab ipso posteritati tradita. Northamptonensi in Conventu obiit an. 1441. die 27. Septembris. Scribunt quoque de illo Eysengrenius, Possevinus, & alii.

Nicolaus Durhamus, nonnulli cognominant Durhin, Doctor Theologus Oxonienſis: de quo & ejus scriptis hîc suprà Bostius, & Trithemius. In eo maximam promeruit laudem, quòd Joanni Witcleffo novas hæreses cudenti pro domo Dei strenuè se murum opposuerit. Claruit an. 1370.

Nicolaus Kentonus, (Sixtus Senensis nuncupat *Chenton*) sic dictus à pago ubi natus, cœnobii Gippeswicensis, Sacræ Theol. Doctor Cantabrigiensis. Vir omni virtutum & scientiarum genere instructissimus: Provincialis fuit per Angliam annis 12. erant autem tunc Religiosi in illa Provincia plus quàm mille quingenti: Vitæ contemplativæ deliterio petiit ab eo onere liberari. Londini sanctissimè diem extremum obiit die 4. Septembris an. 1468. Ista, & alia de eo Pitseus, qui consequenter texit catalogum longum operum ejus, de quibus etiam Possevinus, & alii. In vita S. Andreæ Corsini quam ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ exhibet P. Bollandus de illo hæc leguntur: *Reverendus Theologus Magister Frater Nicolaus Kenton Provincialis Angliæ Ordinis Carmelitarum, maximâ febre gravatus est*: Ibi refertur, quòd attactu imaginis S. Andreæ curatus fuerit. Ista, & alia quędam de ipso præcesserunt (a).

(a) hîc sup. n. 901 & 903. & n. 3615.

Nicolaus Linnensis, sic dictus à Linna civitate in Norfolcia, ubi in suburbiis, ad stagnum Tegæum, Ordini Carmeli se tradidit. In Mathematicis scientiis excelluit: Astrologorum autem sui temporis in Anglia celeberrimus extitit: de quo, & operibus variis ab eo editis, Galfredus Chaucerus, Charcetus, Pitseus, Possevinus, & alii. Claruit circa an. 1370.

* *al.* Suaffamus.

Nicolaus Suafhamus* Conventûs Cantabrigiensis, ibidem S. Th. Doctor, & Academicus Cancellarius. In vivis esse desiit anno 1449. de quo & scriptis Lelandus, Pitseus, Possevinus, & alii.

Osbertus Pickenghamus, de quo Bostius, & Trithemius hîc suprà: latiùs de illo, & ejus lucubrationibus Pitseus, qui tradit, fuisse Sacræ Theologiæ Doctorem, & Professorem Parisiis Theologum solidissimum, qui Angliam & Galliam variâ, multiplicique eruditione illustravit. Tandem Prior Conventûs sui Londinensis, sanctissimè rexit. Decessit an. 1330.

3949. Petrus de S. Fide, cœnobii Norwicensis: vir pius, & eminenter doctus, Doctor, & Professor S. Theol. Cantabrigiæ, & deindè Parisiis, invincibilis spiritûs contra hæreses, & hæreticos, hæreticæ pravitatis Inquisitor, & Judex. De quo plura Harpsfeldius, Lelandus, Pitseus, & de scriptis ejus Possevinus, & alii. Norwici finem vitæ fecit an. 1452. die 8. Novembris.

Petrus Keningalus, Anglis parentibus nobilibus natus in Gallia, S. Theol. Doctor Oxonienſis: Oxonii diem clausit extremum an. 1494. de quo, & scriptis Lelandus, Pitseus, & alii.

* *al.* Stockes.

Petrus* Stoccus, cœnobii Huchinensis, in Comitatu Hartfordiensi: vir pius, doctus, & zelo Dei plenus, tantò apud Doctores Oxonienses in honore, ut ibi proximum à supremo Academiæ Magistratum gesserit. Anno 1382. Regiâ, & Archiepiscopi Cantuariensis auctoritate munitus, Wicleffi hæresim publico subjecit examini, & fortissimè, irrefragabilibus argumentis refutavit. Tandem depositio Magistratu in suo Conventu sarcinam carnis deposuit die 28. Julii an. 1399. Ista, & alia Pitseus (a) Harpsfeldius, & de scriptis ejus Possevinus ac alii.

(a) ætat. 14. n. 722.

* *al.* Suaningtonus.

Petrus* Swaningtonus, natione Anglus, patriâ Norfolcensis, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli in cœnobio Brunhanensi, omnium primus ex illo Monachorum genere, Sacræ Theologiæ Doctor & Professor Oxonienſis. Posteà etiam* Burdegali in Vasconia Sacras litteras publicè professus est. Vir sanè omni melioris notæ doctrinâ insignitus. Vixit anno gratiæ 1270. Ista & alia, ac de scriptis ejus ex Lelando Pitseus. An. illo 1270. Burdigalæ obiit S. Simon Anglicus Prior Generalis, cui Petrus ille fuit comes, confessarius, & à legationibus: scripsit quoque ipse historiam traditi à Beatissima Virgine Maria sacri Scapularis ipsi S. Simoni, de qua hîc suprà, in vita ipsius *Parte IV. ad diem 16. Maji.* Plura de isto Petro videri poterunt apud Lezana in Annalibus Carmelit. (b)

* *al.* Burdigalæ.

(b) ad an. 1251. n. 5. & 1270. n. 14.

Philippus Bostonus, cœnobii Nottinghamensis, de cujus eruditione, & libris scriptis Pitseus (c). Obiit in suo Conventu an. 1320.

(c) ætat. 14. n. 473.

3950. Radulphus Fresburnus: de ejus sancta vita, quædam dicta sunt in antecedentibus: de ejus eruditionis monumentis tractant Pitseus & alii.

Richardus Blitonius, patriâ Lincolnienſis, Sac. Theologiæ Doctor Oxonienſis, integritate vitæ, & singulari doctrina clarus cum præstantissimis concionatoribus conferendus: Provincialis per Angliam: Regi Eduardo II. charus, & à confessionibus. Lincolniæ obiit an. 1334. Ista Pitseus, qui & de monimentis ejus litterariis, de quibus etiam Possevinus & alii.

Richardus Depedalus, cœnobii Linnensis, ad viciniam maris, Sac. Th. Doctor: de cujus eruditione, & libris editis Pitseus (d).

(d) ætat. 14 n. 669.

Richar-

Digitized by Google

Richardus Lavinghamus, patriâ Suffolcensis in Monasterio Gippeswicensi, de quo Trithemius hîc suprà, Abraham Bzovius ad annum 1415. num. 58. Possevinus, Pitseus, & alii, qui de ipso tradunt, inter eos qui contra Witclephum egregiè dimicarunt, Richardum hunc agmen ducere, & in ipsius ac Lolhardorum erroribus refutandis, magno zelo plurimùm laboraverit, & ingentem fructum fecerit. Charus, & à confessionibus fuit Richardo secundo Regi, & Simoni Sudbertio Cantuariensi Archiepiscopo, quocum Cantuariæ in seditione occisus fuit an. 1381.

Richardus Maidstonus, de quo Trithemius hîc suprà, eum cognominans *Maidescon* (a) cœnobii erat Ailesfordiensis, omni scientiarum genere instructissimus: Joanni Duci Lancastriæ à confessionibus, & in arduis negotiis à consiliis. Ailesfordiæ obiit ann. 1396. De eo plurà Eysengrenius, Harpsfeldius, Pitseus, & alii. Inter primos scripsit contra Witcleffitas.

(a) n. 3136.

Richardus Wichingamus, vir laudatæ pietatis, & scientiæ, de quo, & scriptis ejus, ex Lelando Pitseus (b). Claruit circa an. 1381.

(b) ætat. 14 n. 667.

Robertus Balæus, Conventûs Norwicensis, Prior Brunhamiæ: vir pius, prudens, & eruditus, sicut testantur libri ab eo conscripti: de quibus Possevinus, Harpsfeldius, & alii. Brunhamiæ obiit an. 1503. Officium de S. Simone Anglico, cognomine Stock, cujus istud est initium: Ave Simon, Pater inclyte, ipse composuit circa an. Christi 1500. cujus meminit Joannes Molanus (c) aliud autem, quod incipit: Hic vir despiciens Burdigalæ in usu fuit ab an. 1435.

(c) in Annotat. ad Martyrol. Usuardi ad diem 16. Maji.

Robertus Bastonius, illustri stemmate natus non longè à Nottinghamia, Prior cœnobii Searburgensis, de quo Bzovius ad an. 1306. n. 16. Plura de eo, & libris ab eo scriptis Lezana (d) & alii ab eo relati. Nottinghamiæ obiit circa an. 1310.

(d) to. 4. Annal. ad an. 1310.

Robertus Hardebius, cœnobii Lincolniensis, pietatem cum eruditione in omni semper vita conjungens, miro in B. Virginem Mariam Ordinis Divam Tutelarem ducebatur affectu. Claruit an. 1450. Ista, & de scriptis ejus Pitseus (e).

(e) ætat. 14 n. 838.

Robertus * Ivorius, Londinensis cœnobii, ab adolescentia in Carmelitico Instituto, ad vitæ finem sanctè perseverans, inter doctissimos sui temporis habitus, Sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, per annos tredecim Provincialis per Angliam: de quo, & scriptis ejus plura videri poterunt apud Lezana, (f) & ab eo citatos. Londini obiit an. 1392. die 5. Novemb.

* al. Yvorius & Jorius.

(f) ad an. 1392. n. 3.

Robertus Ormeskirkeus, Oxonii Doctor, Theologus scripsit inter cætera Propugnaculum seu Defensorium Ordinis Carmelitani, ejus Regulam probans in Carmelo, & ab ipso S. Elia originem sumpsisse. Obiit an. 1382.

Robertus Rosus (Senensis appellat *Rupertum*) cœnobii Norwicensis, Sacræ Theol. Doctor Oxoniensis sacrarum Scripturarum lectioni, & meditationi jugiter incumbens, & divinis eloquiis exponendis tempus diligentissimè impendens, variæ eruditionis edidit libros, præsertim in S. Setiptuam. De quibus Sixtus Senensis, Possevinus, Pitseus, & alii. Norwici obdormivit in Domino an. 1420. die 16. Decembris.

3951. S. Simon, cognomine Anglicus, & communiter Stock (de quo jam ante *a*) etiam jure meritò inter Scriptores locum habet: sed de ejus doctrina, & scriptis ab eo ad posteros transmissis, actum fuit in ejus vita (b).

(a) n. 1476. & seq. & 3609.

(b) n. 1528.

Simon Vuichinghamus, cœnobii Norwicensis, Theologici Doctoratûs insigniis Parisiis donatus, studia pietatis & doctrinæ conjungens, Ordinis sui per illa tempora decus extitit singulare. Claruit anno 1360. Ita ex Lelando Pitseus, referens quoque ea quæ posteris scripta transmisit: & quod eodem ferè tempore quatuor fuerint hujus Ordinis Theologi insignes ejusdem cognominis *Vuichinghamus*, videlicet hunc *Simonem*, *Richardum*, & *Henricum*, de quibus jam ante, & *Thomam*, de cujus eruditione & libris ab eo scriptis, ex Lelando Pitseus.

Stephanus Patringtonus, patriâ Eboracensis, Sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, à variis celebratur encomiis, ita quidem ab Abrahamo Bzovio (c). *Floruerunt id temporis inter Carmelitanos in Angliâ aliquot viri illustres, ad tuendam fidem Catholicam, & libertatem Ecclesiasticam nati. Ex quibus unus, Fr.* Stephanus Patringtonus, *Eboracensis, totius Ordinis sui per Angliam Provincialis, omnibus præstantioribus animi dotibus, omnibus virtutibus præditus, & multiplici doctrinæ varietate instructus. In Oxoniensi Academia magnitudine & multitudine laborum, felicitate ingenii, soliditate judicii, acumine disputationum, & elegantia concionum celeberrimam sibi famam acquisivit.* Hæc ibi Bzovius, qui latiùs in ejus laudes diffunditur, & agit de ejus scriptis contra Witcleffitas, & contra Lollardos: de quibus, & aliis, Possevinus, & Pitseus: & hic denique subjungit: *Londini Sanctissimum diem suum obiit.* Alia quædam de illo jam ante præcesserunt.

(c) in Annal. ad an. 1419.

Thomas Bradley, vid. *Thomas Scropus.*

Thomas Bromius, Londinensis Conventûs supremum in Theologia magisterium consecutus Oxoniæ, ibi magno cum applausu, multo fructu, in frequenti auditorio publicè docuit. Successu temporis Londinum ad suum Monasterium reversus, electus est ibi Prior. Ubi tanta cum prudentia, gravitate, auctoritate, in omni vitæ sanctimonia præfuit, ut non solùm illo, verum etiam altiore magistratu dignus ab omnibus reputaretur. Undè anno Dom. 1362. in Capitulo Cantabrigiensi communi omnium suffragio constitutus est Ordinis sui per Angliam Minister Provincialis undevicesimus. Quo in munere strenuè se gessit,

suos

Digitized by Google

ſuos ubique viſitando, diſcolos & refractarios reformando, antiquam Ordinis diſciplinam, in quibuſdam monaſteriis collapſam, renovando, & integritati priſtinæ reſtituendo, ad annos ſeptemdecim. Omnis quidem virtutis diligens cultor, ſed caſtitatis ſingularis amator. Divos titulares præ cæteris venerabatur ſanctum Joannem Euangeliſtam Virginem Chriſto impensè dilectum, & ſanctum Edwardum Regem Confeſſorem, quorum imagines ubique in vitreis feneſtris Eccleſiarum apud ſuos depingi fecit. Londini in ſuo cœnobio diem obiit extremum, & ibidem honeſtam accepit ſepulturam, anno Chriſti Servatoris 1380. Hæc Pitſeus, etiam libros quos edidit, tum pietatem ejus, tùm doctrinam abundè teſtantes, ibidem refert (a).

(a) ætat. 14 n. 649.

Thomas Daudo, ex Comitatu Vuilcheriæ, cœnobii Marleburgenſis Prior: vir integræ vitæ, & non vulgaris doctrinæ, præſertim hiſtoriarum peritus: Marleburgi debitum naturæ ſoluit an. 1436. Iſta ex Lelando Pitſeus: qui & de ſcriptis ejus.

Thomas Hilleiensis, quem de Illeia vocant aliqui, natione Anglus, patriâ Suffolcenſis, ab incunabulis curâ parentum in timore Dei educatus, quàm primùm annos adoleſcentiæ attingeret, religioſo voto ſe obſtrinxit, & inter Fratres ordinis Beatæ Mariæ ſemper Virginis de monte Carmeli in cœnobio Gipeſwicenſi, eorum habitu ſuſcepto, & ſucceſſu temporis profeſſione facta, Monachus vixit uſque ad vitæ finem. Vir mirè litterarum amans, & ingenii felicis magnæque induſtriæ, Doctor S. Theol. Cantabrigiæ: ubi etiam ex cathedra Magiſtrali Theologiam tam ſcholaſticam, quàm interpretativam ſummo cum auditorum applauſu, & pari cum fructu publicè profeſſus eſt: ibi, teſte Lelando, Chryſolithi cognomentum ſortitus eſt. Poſteà miſſus in inferiorem Germaniam, Brugis etiam utramque ſimiliter Theologiam docuit. Claruit poſt apparitionem Dei in carne anno 1290. Ita Pitſeus (b) referens quoque ingenii, eruditionis, & pietatis argumenta ad poſteros tranſmiſſa.

(b) æt. 13. n. 421.

Thomas Lumbæus, de quo Boſtius, & Trithemius hîc ſuprà & ex Lelando iſta Pitſeus: Thomas Lumbæus Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli, Monachus Anglus in Conventu Linnenſi, Sacræ Theol. Doctor Oxonienſis, & ibidem in eadem facultate Profeſſor. Eleganter innuit Lelandus noſter hujus Doctoris multiplicem eruditionem in cauſa fuiſſe, quod ejus fama multis innotuerit, & à multis non ſolùm patriotis, ſed etiam externis mirificè fuerit celebratus. Zelum etiam & pietatem ſecundum ſcientiam in eo declaravit, quod hæreſes omnes & errores, potiſſimùm illos qui ſuo tempore pullulabant, exoſos habuerit. Sic ille, iſtud de impugnatione hæreſum confirmans ex ſcriptis ejus. Linnæ deceſſit an. 1290.

Thomas Maldonus, ab oppido ſuo natalitio ſic cognominatus, ubi etiam adoleſcens Ordinis Carmelitani viam ingreſſus, & regulam fuit profeſſus. Sub qua diſciplina, teſte Lelando, magnum in litteris & pietate fructum fecit. Succeſſu autem temporis, cùm eſſet optimæ ſpei juvenis, Cantabrigiam ad altiora ſtudia capeſſenda miſſus eſt, peragratiſque tum ſacræ tum profanæ Philoſophiæ campis, collectiſque in utroque genere non ſolùm amœniſſimis floribus, verùm etiam utiliſſimis fructibus, magnam fecit meſſem. Supremo in Sacra Theologia magiſterio honorificè inſignitus, fuit ſubtilis diſputator, elegans concionator, in omni concertatione ſcholaſtica promptus & expeditus, in dubiis explicandis clarus & dilucidus, in decernendis & definiendis rebus ardúis conſtans & ſolidus. Iſta & alia & de ſcriptis ejus doctrinam & virtutem ſpirantibus, Pitſeus, tradens eum Maldonenſi in cœnobio ſpiritum ſupremum exhalaſſe an. 1404.

Thomas Scropus, ortus nobiliſſimâ familiâ in Anglia, ex oppido Bradleio (& indè communiter Bradleyus ipſe cognominatus) claritatem generis litteris & eruditione ac virtute, vitæque auſteræ ſanctimoniâ plurimùm decoravit. De libris ab ipſo ſcriptis agitur tomo præcedenti (a) de ejus Epiſcopatu Dromorenſi, & Apoſtolicæ Sedis legatione ad Rhodios, ac pietate, & virtutibus, ſermo fuit hîc ſuprà (b).

(a) n. 757. & ſeq.

(b) n. 3363. & n. 3616.

3952. Thomas Waldensis, inter ſcriptores Anglos ex Carmeli Ordine clariſſimus, magnis encomiis celebratur: à Staniſlao Hoſio Cardinale, Ioanne Cochlæo, & aliis: & deprædicatur (c) *ſui temporis hæreſum expugnator, ac deinceps exortarum everſor*, à Joanne Trithemio (d) *Hæreticorum malleus, & fortiſſimus expugnator*: à Iudoco Badio Aſcenſio, *in Dedicatoria ad Romanum Pontificem Clementem VII.* ſic commendatur: *Thomas Walden, Carmelitarum ſuo tempore in Anglia Provincialis, contra Witcleviſtas, & eorum pernicioſiſſimam hæreſim optimè ſcripſit.* Et infrà: *Contra inſtauratas nuper hæreſes tam venenoſas nullum hoc opere antidoton præſentius aut efficacius; ut quod contra eum ſcriptum ſit, à quo iſti novelli hæretici, quidquid ſcripſerunt, aſſumpſerunt.* Sixtus Senenſis Ordinis Prædicatorum ſic de ejus operibus cenſet (e): *Thomas Walden., Carmelita, Anglus, primus contra Huſitas & Witcleſitas erudita, & fortia emiſit volumina*: ita quoque Andreas Vega Ordinis Minorum eum nuncupat (f): *Vberrimum fontem ex quo hauſerunt bonam argumentorum ſuorum partem penè omnes qui contra ſectam Lutheranam ſcripſerunt.* Sic etiam Cardinalis Bellarminus (g): *Thomas Waldenſis. . . . ſcripſit opus egregium, quod inſcripſit* Doctrinale fidei antiquæ. Iſtis concinit Hieronymus Platus (h) *Witcleffus hæreticus, qui cùm in multa Eccleſiæ dogmata, tum*

Thomas Waldenſis,

(c) vide hîc ſuprà num. 3055.

(d) hîc ſup. n. 3142.

hæreſum expugnator,

(e) in Bibl. Sancta l. 4.

(f) in Opuſc. de Juſtif.

(g) de Scr. Eccleſ.

(h) de bono ſtatus relig. in proœmio.

præcipuè in sacras religiones ita invectus est, ut eas hominum inventum esse diceret &c. Sed hujus quidem commenta egregiè profligavit Waldensis luculentus auctor, qui illius caninam audáciam (sic enim appellat) ita repressit, ut non posit doctiùs ac plenius: Nicolaus Aurificus *in vita ipsius Thomæ Waldensis*, hæc inter alia scribit: *Cùm ea sit divinæ providentiæ ratio, ut si dæmonem aliquem de terra, justo imperscrutabilique suo judicio surgere permittat, Angelum etiam dimittere soleat, qui gladio verbi sui eum feriat, atque occidat (ut sacras historias perlegenti satis constare potest) idcirco egregium hunc Carmelitam, id est Thomam Waldensem, zelo pietatis implevit, Catholicâ veritate munivit, ac vero eloquentiæ spiritu ornavit, ut adversùs impium hæresiarcham tria ingentia volumina conscribens, non solùm Anglicanam regionem ab ejusdem hæresi maculatam emundaret, eamque in Catholica veritate confirmaret, sed & universis Christi fidelibus, viam ac methodum refutandæ hæreseos, tuendæque veritatis aperiret. Tribus his voluminibus:* DOCTRINALE ANTIQUITATUM ECCLESIÆ: NOMEN IMPONERE VOLUIT, *propterea quod antiquissimâ ac pervetustâ illâ veritate, sive doctrinâ, super quam Ecclesia Dei fundata est, in convellendis hæresibus se usum fuisse profitetur.* Istis adstipulantur alii plures: sed prolixiori recensui aliorum multorum æquivalet & præponderat judicium Summi Pontificis Martini V. hæc de ipso opere ad Waldensem scribentis. *Dilecte fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Placuit primo nobis opus, quod ediderας contra Hussitas hæreticos, teque fuimus hortati, ut id quod restabat in materia de Sacramentis, simili perficeres studio & diligentiâ: quod te fecisse gaudemus, & tuum studium utile & salutare Ecclesiæ commendamus: Recepimus enim nuper de manu Dilecti filii Ioannis, Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, magistri in Sacra pagina, latoris præsentium, volumen secundum de Sacramentis: quod per solemnes viros videri & examinari fecimus, sicut primum: quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo desideramus, ut volumen tertium de Sacramentalibus, cum illud perfeceris, nobis mittas. Caterùm ut damnatas conclusiones Witcleff securiùs valeas confutare, mittimus tibi Bullam de damnatione librorum prædicti hæretici. Et cupientes quantum possumus, erga te propitiare Dei gratiam, pro cujus causa laboras, benedictionem nostram dedimus tibi, & omnibus Fratribus tuæ Provinciæ. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos annulo piscatoris VIII. die Augusti, Pontificatus nostri Anno decimo.*

Martini V. Pontificis de ejus operibus judicium:

Quàm solemniter opus istud fuerit examinatum, habetur ex istis ibi adjunctis: *Examinatio ista incœpit XV. Kalend. Iulii & duravit usque ad decimum Kalendas Augusti: quò die præsentabatur Papæ, præsentibus Cardinalibus, Prelatis, in Consistorio, per commissarios, Dominum N. Presbyterum Cardinalem sancti Petri ad Vincula: & Dominum Bernardum Episcopum Cavellacensem, Doctorem in Theologia.*

Opera illa fuerunt Romæ solemniter examinata.

De Thomæ Waldensis, officiis ac legationibus ad Concilium Pisanum, & Constantiense, ad Uladislaum Regem Poloniæ, ad Vitoldum Lituaniæ ducem (in cujus ditionibus sementem Euangelicam à Waldensi jactam, Carmelitæ & alii Religiosi ad maturitatem provexerunt) & aliis ejus gestis, quodque Carmelitissarum Monialium ipse in Anglia fundator fuerit, ac de ejus sancta vita, plura videri poterunt apud Pitseum, Nicolaum Harpsfeldium & P. Ioannem Baptistam de Lezana: quædam etiam in hoc opere præcesserunt.

ANNOTATIO.

Thomæ Waldensis DOCTRINALE FIDEI *utilissimè recudetur.*

Cùm, ut ex ante dictis habetur, Thomas Waldensis fuerit sui temporis *hæreticorum malleus & expugnator, & hæresum deinde exortarum eversor*, præsertim in præfato opere DOCTRINALI FIDEI ANTIQUÆ. Quod est veluti *uberrimus fons argumentorum contra sectas Lutheranam & Calvinianam.* Operis autem istius rara in Bibliothecis extent exemplaria, venalia autem nulla uspiam reperiri existimentur; an non Ecclesiæ perutilem operam navaret, qui exemplaribus editionis Parisiensis Anni MDXXI. & MDXXIII, ac MDXXXII. atque editionis Venetæ anni MDLXXI. & Salmanticæ, inter se collatis, novam editionem accuratam moliretur, adjectis in fine variarum lectionum notis; & Indicibus rerum luculentioribus, sub finem cujuslibet Tomi: ac in principio Indicibus Capitum.

Angli Carmel. Scriptores, viri illustres, alii.

Quantùm ad Anglos Carmelitas scriptores, dubitandum haud quaquam est, extitisse etiam alios plures, quorum eruditionis monumenta, ab ipsis relicta, involuta miserando naufragio, & defectioni Angliæ ab orthodoxa fide, aut interierunt, aut adhuc variis in locis in oblivionis tenebris latent. (De viris autem illustribus Hiberniæ, & Scotiæ pauciora innotuerunt; cùm tamen etiam ibi fuerint Ordinis hujus Provinciæ binæ insignes). Et quidem præter relatos jam antè Anglos scriptores, etiam isti inter illos qui Ecclesiam scriptis exornarunt, hic commemorandi sunt: BENEDICTUS DE S. FIDE, eminentis Doctrinæ de quo hîc suprà (a) Neapoli satis conceptit Anno Christi 1410. DAVID CHIRBURIUS titulo Sanctitatis, & eruditionis (ut ex Lelando Pitseus) celebratus: de quo plura in antecedentibus (b). IOANNES DE S. EDMUNDO cœnobii Gippeswicensis, vir in lectione & meditatione sacrarum Scripturarum exercitatissimus: claruit circa annum 1350. IOANNES GEESSUS, de quo etiam hîc suprà (c). IOANNES YORCUS, IOANNES PASCHALIUS seu PASCALI, de quo itidem suprà (d). IOANNES STANBERIUS, de quo ante (e) (catalogum prolixum operum ejus tradunt Pitseus & alii) RICHARDUS MESINUS pietatis & eruditi-

(a) n. 3398.

(b) n. 3198.

(c) n. 3278.

(d) n. 3290.

(e) n. 3292.

Digitized by Google

eruditionis laudibus insignis : de quo similiter jam ante (a) RICHARDUS NORTHALIS ; RICHARDUS TENETTUS ; ROBERTUS DE S. FIDE ; ROBERTUS MASCALLUS; THOMAS COLBIUS ; THOMAS PEVERELLUS: de quibus etiam in antecedentibus (b) Plerique præfati fuerunt Theologiæ Doctores Oxonienses, aut Cantabrigienses: monumenta eruditionis quæ in rempublicam litterariam contulerunt, recensent Joannes Pitseus, Possevinus & alii.

(a) n. 3345.

(b) in Catalogo Ep. n 3346 & 3348. & 3364.

Archiepiscopi, & Episcopi in Anglia, & Hibernia.

3953. IN Anglia, & Hibernia ex Carmeli Ordine Archiepiscopi, & Episcopi assumpti.

DAVID CHIRBVRIVS, Episcopus Dromorensis.

EVGENIVS MACHBREV, Episcopus Majonensis.

GVILIELMVS BADBIVS, Episcopus Wigornienſis.

GVILIELMVS QVAPLOD, Episcopus Derienſis, in Hibernia.

GVILIELMVS DE PAVLO, Episcopus Midensis.

IOANNES GEES, Episc. Lismorensis.

IOANNES LEYCESTER, Archiepiscopus Smyrnæ.

IOANNES NARFORDI, Episcopus Enachdunensis.

IOANNES PASCALL, Episcopus Scutariensis, deindè Landavensis.

IOANNES STANBERII, Episcopus Bangorensis, deindè Herefordensis.

IOANNES SWAFHAM, Episc. Clonensis, deindè Bangorensis.

RADVLPHVS KELLÆVS, Archiepiscopus Cassellensis.

RICHARDVS MYSSIN, Ep. Dromorens.

RICHARDVS NORTHALIS, Episcopus Ossorienſis, & deindè Archiepiscopus Dublinensis.

ROBERTVS MASCALL, Episcopus Herefordiensis.

STEPHANVS BROVN, Ep. Rossensis.

STEPHANVS PATRINGTON, Episcopus Menevensis, deindè Episc. Ciceſtrensis.

THOMAS BRADLEY, Episcopus Dromorensis.

THOMAS COLBIVS, Episc. Elphinensis.

THOMAS PEVERELLE, Episcopus Ossorienſis, postea Lechlinensis, deindè Landavensis,

Episcopi ex variis nationibus, qui ex qua patria oriundi, certò nobis non constat.

3954. ANTONIVS, Ep. Prodronienſis.
BORCHARDVS FORBIN, Ep. Granensis, seu Grandensis.
CONRADVS FRANCK, Episc. Lidensis.
CONRADVS HEYDEN, aliàs *AB HEYDEN*, Episcopus Nicopolitanus.
FRANCISCVS DE S. LEONARDO, Episcopus Argienſis.
FRANCISCVS, Episcopus Arienſis, in insula Cretæ.
GEORGIVS VINCH, Episc. Esiensis.
GVILIELMVS DE GABANRARIO, Ep. Philadelphiensis.
HERMANNVS DE EMBECK, Episcopus Sulmensis.
IOANNES BLEXWTCH, Ep. Hollensis.
IOANNES DE CAMPO, Episcopus Ussellensis.
IOANNES LETELLIER, Episc. Dionysiensis.
IOANNES MASEN, Episc. Rossensis.
IOANNES WALTINÆRII, Episcopus Milniensis.
IOANNES, Episcopus Bosanensis, sub Archiep. Turritano.
IOANNES, Episcopus Albertensis.
IOANNES, Episcopus Folienſis.
IOANNES, Episcopus Tiberiadensis.
NICOLAVS, Episcopus Sudensis.
PETRVS AYA, Episc. Tinearensis.
PETRVS, Episcopus Nelienſis.
STEPHANVS DE GABENRARIO, Episcopus Philadelphiensis.
TVSSANVS CASTELLANI, Episcopus Dionysiensis : verisimiliter fuit natione Gallus.

DISSERTATIUNCULA.

De Graduum Academicorum usu in Ordine B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, peculiariter in strictiori observantia, an conveniens?

3955. IN Manipulis præcedentibus à II. ad VII. inclusivè, vidimus plures ex Scriptoribus Carmelitanis quarumvis ferè nationum fuisse Doctores, seu Magistros Sacræ Theologiæ: ex illis autem qui hoc seculo in Provincia Turoniæ, & in aliis, Reformationem, seu strictiorem observantiam profitentibus, volumina, & libros variæ eruditionis scripserunt & ediderunt, paucos ad Academicos Gradus fuisse promotos. Nosse expedit variatæ consuetudinis rationes, quæ hîc consequenter proponentur. Academiarum (eæ civitates sunt, aut pars civitatis, ubi gymnasia celebrantur) institutio perantiqua est : à tempore Legis naturæ, ut nonnullis placet : id certum, Athenas olim disciplinarum omnium altrices & nutrices antiquissimas. Plura de Academiis huc adducere, hujus propositi, aut loci non est ; sicut nec de origine Graduum Academicorum, nempè *Baccalaureorum*, *Licentiatorum*, & *Doctorum*, seu *Magistrorum*. Graduum istorum originem primam nonnulli referunt ad annum Chr. 1120. alii altiùs eorum initium petunt. (a) Utut sit de eorum prima origine, certum & indubitatum est, Gradus illos in Ecclesia perutiles esse ; idque probat usus universalis regionum omnium Christianæ professionis. De antiquitate, utilitate, & necessitate Academiarū, seu Universitatum & Academicorum Graduum plura videri poterunt apud Thomam Waldensem, *in Doctrinali fidei, Tomo I. c. LXVII & seq.* disserentem adversùs hæresiarcham Wit-

Academia quid; earum usus anti. quis.

Academicorum graduū usus:

(a) Laur. Beyerl. in magno Theatro to. 1. verbo ACADEMIA tit. GRAD. ACAD.

Digitized by Google

cleff. Christianorum Universitates, & Doctoris titulum, sugillantem tamquam ritus Gentilium.

quandò inchoatus in Ord. Carm.

Quantùm ad Ordines Religiosos, etiam in illis seculorum aliquot tractu usurpatos fuisse Gradus constat: & quidem in Carmeli Ordine proximè post ejus in Europam transmigrationem, postquàm tempore Innocentii Papæ IV. sub Generalatu S. Simonis Anglici, Ordo ab Ecclesia haberetur unus ex IV. Mendicantibus; atque ita id quod seculis anterioribus ex sola pietate, & erga proximum charitate præstabat; videlicet vacare saluti proximorum, obstrictus fuit ex proprio instituto Ordinum Mendicantium. Disponente enim Deo tunc factum est, *ut sicut sunt quatuor elementa, quatuor Paradisi fluenta, quatuor Prophetæ majores, quatuor Euangelia, & Euangeliorum Scriptores, quatuor sancti Doctores, & quatuor Crucis partes: similiter & essent quatuor pauperes Religiones, Crucem Christi ad quatuor mundi plagas portantes, & prædicantes.* Ita scitè Balduinus Leersius. (a) Exindè igitur Carmeli Ordo cum exercitiis vitæ contemplativæ, orationis, meditationis, præsentiæ Dei &c. etiam specialiùs sociavit studia scientiarum necessariarum ad salutem proximorum promovendam per exercitia concionum, confessionum excipiendarum &c. Atque ita etiam ex tunc Academicorum graduum usus cœpit in Ordine. Et quidem in Anglia: ubi tunc Ordo maximè floruit, an. 1259. Humfredus * (seu Vimfridus) Nectonius fuit Doctorali Laureâ donatus in Universitate Cantabrigiensi, mox ibidem Theologiæ Professor publicus. Sub idem tempus. Petrus Swanyngtonus Doctor Oxonienſis, & ibi, ac deindè * Burdigalæ in Vasconia publicus Professor. Istos secuti sunt Joannes Bacho, seu Bacondorpius, Parisiis Theologiæ, & utriusque Juris, Doctor: ibi *Doctoris resoluti* titulum adeptus, Theologorum sui temporis princeps extitit. (b) Thomas Waldensis (de quo paulò antè) in Oxoniensi Academia, communi Senatûs Academici suffragio insignia Magisterii solemniter accepit: atque alii, magno numero, & ex illis plures etiam publici Theologiæ Professores Oxonii, & Cantabrigiæ. Similiter in Belgio Doctores Theol. Parisienses Sibertus de Beke, Joannes Guldenere; atque alii; Colonienses Godefridus de Loe, Adrianus Hecquetius, & alii; Lovanienses Joannes Beetz, Ægidius Fabri, Martinus Cuperus, Nicolaus ab Egmunda, Joannes Cattendijck Prior primus Antu, & alii ejus successores, atque alii plures alibi: nonnulli recensentur in *Fastis Lovanienſibus*. Haud pauciores fuerunt in Germania, Gallia, Hispania, Lusitania, Italia, & Sicilia, in quibus regionibus olim, & deinceps in hoc ordine Graduum Academicorum usus viguit, sicut perspicere licet in Manipulis antecedentibus.

(a) in Collect. exemp. cap. 2. vide to. præced. n. 1493.

* *al.* Humfred.

* *al.* Burdegalæ.

(b) vid. hîc sup. n. 3017

in Constitutionibus Reformat. abolentur.

Tandem in *Constitutionibus strictioris Observantiæ pro Reformatis in Ord. Carmelitarum*, confirmatis ab Urbano VIII. & Innocentio X. *de Gradibus, & promovendis ad eos*, decernitur: *Numquam, vel rarissimè, & hoc nonnisi ob bonum Ecclesiæ & Provinciæ necessarium, & ita à majori parte gremialium Capituli Provincialis judicatum, toties quoties, promovendos.* Ibi præscribitur: *Quòd si Provincia aliquos duxerit promovendos &c.* sub quibus conditionibus id fieri debeat: & denique additur: *Si tamen in aliqua Provincia, seu Reformatione, alius usus credatur opportunior, proximè futurum Capitulum Provinciale de usu ejusmodi privilegiorū decernet &c.* Hisce suppositis, quæritur, an in Reformatione, & strictiori Observantia, conveniat, & expédiat usus Graduum, an autem non?

sub quibus condit. permissi.

3956. Circa hoc subjectum accuratè, & luculenter disseruit R. P. Mathias à S. Joanne Provincialis Turoniæ &c. de quo, & eruditionis ejus monumentis, videatur hîc suprà. (a) Is in libro, cui titulus: *Genius Carmelitanæ Reformationis in antiquo Ordinis cœtu institutæ*: ibi *capiti XXIV.* hunc præfigit titulum: *Problematicè agitatur, an conveniat promovere Reformatos ad gradus Theologicos.* Respondet: *Suspensos hactenùs tenuit animos nostros gravis hæc propositio &c. . . . , Tot verò, tantique momenti pro affirmativa & negativa parte æqualibus quasi viribus militant rationes, ut hactenùs quæstio hæc nobis visa sit problematica.* (a) n. 3852.

Graduum usus, an Carmelitano Ordini ex. pediat.

In primis pro parte affirmativa sese offerunt rationes. Prima petitur ex eo quòd hæc fuerit à temporibus antiquis in toto nostro Ordine consuetudo.

Ratio 1. pro affirm.

Respondetur: *Concedendum equidem à satis longo tempore, legem, & consuetudinem in Ordine nostro invaluisse, Gradus scientiarum assumendi: at certum est id etiam factum fuisse non tantùm ob privatas Ordinis utilitates, sed maximè ob urgentes Ecclesiæ necessitates, eo scilicet tempore quo messis multa erat, operarii autem pauci satis apti & periti in scientiis, quæ ministeriis illius erant omninò necessariæ . . . At postquam temporis decursu, morumque depravatione Gradus illi facti sunt velut instrumenta fastûs, extroversionis, ac nimiæ libertatis in Religione; jamque Ecclesia strenuorum copiâ operariorum abundat; suadet non minùs necessitas quàm prudentia, ut ab eis apud nos abstineatur. Id igitur nec novitati, nec levitati tribuendum, sed rerum nostrarum statui, & tempori, cui sapè serviendum esse communi apud omnes sapientes placito sancitum est. Et verò nescit nemo quòd similes ob rationes piæ quædam consuetudines priscis temporibus in Ecclesiam introductæ, usu temporis visæ minùs bonæ aut commodæ, fuerunt abrogatæ.*

Responsum contrà.

Secunda ratio: quòd graduum decoratio dignitatis plurimùm & auctoritatis confert Religiosis, ad obeunda erga Ecclesiam & proximum convenientia professioni nostræ munia: Putà aperiendis sacræ Pœnitentiariæ litteris, quæ semper ad aliquem Theologicis in gradibus constitutum diriguntur; libris approbandis; variisque gravis ponderis officiis præstandis.

Ratio 2. pro affirm.

Respondetur: *At Summos Ecclesiæ Patres qui Constitutionibus Reformationis nostræ, & consequenter Graduum renuntiationi approbationem tribuerunt, privilegiis nobis aliundè concessis, sufficienter providisse iis, quæ spectant ad solita erga proximum munia à nobis præstanda. Præterea satis nobis est, si ad eumdem statum reducamur, quem illustriores Ecclesiæ Religiosorum Ordines, & magis celebres Reformatorum Congregationes, etiam mendicantes nunc obtinent, in quibus nullus Graduum Theologicorum usus extat. Quod spectat præsertim utilitates, quas ex gradibus, seu à graduatis, Ecclesia universa percipere asseritur, in promptu est responsio, non tam à Doctoratûs gradu, quàm ab ipsamet doctrina, seu viris doctrina præditis fructus illos promanare. Et verò experientiâ quotidianâ constat, multò plures viros illustres Religiosis in Ordinibus extare Gradibus non ornatos, qui Ecclesiæ commodum & decus promovent, quàm alios: Putà, concionibus habendis, libris in lucem mittendis, suscipiendis missionibus, ac pluribus in omni occasione fidei & virtutis existentibus strenuis vindicibus.*

Respons. contrà.

Tertia

Digitized by Google

Ratio 3. pro affirm. *Tertia ratio profert in ejusdem thesis probationem exemplum plurimorum eximiæ sanctitatis virorum, cùm Ordinis nostri, tùm aliorum. Immò etiam ipsamet Religiones ad dignitates, & Officia majora, prædictos gradus tamquàm prævias ad ea ritè capessenda dispositiones supponunt, & exposcunt; ut ex omnibus ferè Ordinis nostri Constitutionibus evidenter constat.* *Respond. contrà.* Respondetur: *quòd si pridem, ut certò constat, præstantioris virtutis, ac sanctitate conspicui Religiosi gradus Theologicos assumpserint, id contigit in longè diversis rerum Monasticarum, Ecclesiasticarumque circumstantiis, ut jam monui: nec ex Doctoris gradu præcisè sanctitatem suam, atque nominis commendationem contraxêre; sed ex scientia, quam suprà descripsimus religiositate, & strictâ Regulari Observantiæ disciplinâ, à qua, scientiarum studio, & cultu non obstante, minimè recesserunt.* Et ista hactenus ex præfato capite XXIV. ubi ista luculentiùs tractantur.

3957. Quantùm ad incommoda ex Graduum usu in Religionibus, *cap. XXV.* sunt ista: *Ut verò magis appareat quantùm Religiosæ perfectioni, ac veræ institutorum Monasticorum observantiæ noceant Graduum insignia; breviter hîc annotare placet præcipua prærogativarum capita, quæ ab antiquo concessa sunt Graduatis, sicut ea ex diversis statutis collegi.* *Ex Graduum usu inconvenientia.* *Primò igitur, quantùm ad eorum exemptionem ab assistentia chori, sufficit hîc referre verba hæc, quæ in Constitutionibus generalibus Ordinis anno 1625. in lucem editis hâc occasione inserta sunt.* [*Quia graduatorum numerus, privilegiatorumq; abusus adeò excrevit, ut Ecclesia suo debito defraudetur servitio, &c.*] Ibi consequenter referuntur aliæ plures Graduatorum exemptiones, quæ olim in usu fuerunt: de quibus hæc fertur censura: *Hæc igitur, & similia, ut Religiosam observantiam oppugnare, & funditùs evertere, certum est. Quòd spectant præcedentiæ prærogativam; plerumque evenit, ut Graduati illi satis sint juvenes, nec ullis adhuc forsan Religionis officiis, maximè verò Prioris & Supprioris, potiti sint: accidit etiam frequenter, ut non tantùm personas senio & meritis spectabiles, sed & eos qui Priores eorũ fuerunt, præcedant, & alios, qui etiam Doctrinâ ipsis sæpè præcellunt.* Istud, & alia ex Gradibus incommoda in Ordinibus Religiosis ibi expenduntur, ac inter cætera hoc quod sequitur: *Exploratum est omnibus, quòd ut quis ad Doctoris gradum promoveatur in Academia Parisiensi, verbi gratiâ, necessariò mille circiter librarum ultrà pensiones annuas per septem aut octo annos solvendas, sumptus esse faciendos: unde consectarium est, Provinciam, quæ Religiosos suos ad illos gradus Parisiis consequendos promovere voluerit, debere illos sumptus pro unoquoque suppeditare, adeoque ut tres, verbi gratiâ, promoveantur, juxta designatum Carmelitis numerum, & recurrentem licentiarum ordinem, expendendæ erunt tres mille libræ: quod & pariter de promotione Regularium nostrorum in aliis Academiis proportione servatâ, judicandum est. At rogo, unde tanta pecuniæ summa suppeditabitur? &c. Supereſt igitur ut vel illi soli à Provinciis promovendi sint ad gradus, quibus à parentibus & amicis illa pecuniæ summa suppeditetur, licèt fortasse virtute & scientiâ pluribus aliis sint inferiores: aut certè Religiosi promovendi dictam pecuniam suâ industriâ comparare tenebuntur, undè insuper duo mala non parva oriri necesse est. Alterum, quòd id non sint facturi, nisi frequenti & sæpè importunâ parentum, & amicorum visitatione, crebrîs divagationibus, multisque diversis in locis habitis concionibus, quæ majorem melioremque temporis partem cum studiorum, vitæque Regularis jactura postulabunt &c.* Ista ibi latiùs deducuntur.

expensæ ingentes in promotione ad gradum non levia adferunt.

Denique *cap. XXVI.* cujus iste est titulus: *Quid hac in re tandem sentiendum, & aptius faciendũ:* Sequitur: *Existimo igitur in primis, quòd sicut ante Reformationis institutionem, melius erat ipsum quam non ipsum, ita modò melius est non ipsum, quàm ipsum: quam ipsum: hoc est, sicut præteritis temporibus melius fuit assumere gradus Theologicos in Ordine, quam non assumere; Ita modò satiùs est ab iis abstinere, quàm iis uti in Reformatione.* *Conclusio circa usum Graduum.* *Hujus verò sensûs mei ratio repetenda est ex variis ratiocinationibus, quas in duobus præcedentibus capitulis fusè satis exposui, nec ullus de me justè conquerendi locus ulli relinquitur, qui justum ad pondus allatas utrinque rationes trutinare studui. Ut igitur gradus non reprobo, sed nec omninò approbo; non rejicio, sed nec absolutè admitto; eorum apud nos usum in hoc tempore à sola necessitate pendere debere existimo, & consequenter illam modò necessitatem existere arbitror in locis, in quibus agitur de conservatione jurium aliquorum satis notabilium, quæ tam Ordinis bonum commune, quam Monasteriorum quorumdam decus, & ornamentum particulare spectant: qualia sunt jus quod competit Ordini, vt ex Religiosis, qui studia sua perficiunt in Conventu majori Parisiensi, tres assumantur, qui in singulis licentiis laureâ Doctorali insigniantur in facultate Theologica Academiæ Parisiensis, gaudeantque gratiis & privilegiis, quæ cæteris Doctoribus ejusdem facultatis competunt.* *ubi, & in quibus casibus Gradus in Reform. admittendi:* *Aliud verò jus necessariò conservandum, spectat Conventus aliquos nostri Ordinis, qui ab antiquo munus habent docendi publicè Theologiam in aliqua Vniversitate, suntque propterea non tantùm membra ejusdem facultatis, sed ex præcipuis ejus Officiariis, quibus incumbit jus docendi, & occupandi unam ex ejus Cathedris.* *Quale jus competit Patribus nostris Cadurcensibus, Tholosanis, & Burdigalensibus in Gallia, aliisque nonnullis in aliis Civitatibus & Provinciis: quæ certè jura nullus est, ut opinor, qui non censeat esse conservanda, & quâ fieri potest dignitate sustinenda.* Idem meritò dici potest de Colonia Agrippina: ubi duo Ordinis hujus, *Simon de Spira*, & *Ioan. Brammaert*, Theologicæ facultatis primi fuerunt fundatores (cum aliis) & Simon secundus fuit Decanus iteratis vicibus, & post illum alii plures publici Professores usque in præsens; nam ab anno dumtaxat obiit R. R. Joannes Niderwiltz, Ordinarius Facultatis Theologicæ Professor: & adhuc jam superstes R. P. Jacobus Emans, cathedraticus ibidem Professor, & aliquoties ejusdem Facultatis Decanus. (a) (a) vide hîc suprà num. 3859.

His igitur suppositis tamquàm certis, restat, quod præcipuum est, ut ostendamus, quomodò incommoda, quæ suprà notavimus & monstravimus necessariò sequenda esse ex assumptione graduum, evitari possint, & qui fieri potest, ut nullum in-

Digitized by Google

quomodò ex Gradibus inconvenientia evitari possint.

dè detrimentum Reformatio patiatur: quod & præstare spero subsequentium Regularum institutione, seu propositione. Prima sit, quòd ii tantùm, & non plures promovendi sunt ad gradus, quàm qui necessarii sunt ad conservanda jura supradicta, & ad occupanda loca Ordini nostro attributa in Conventibus & Academiis memoratis. Ita tamen, ut ad supplendum locum ejus qui vel morte vel casu aliquo seu officio superveniente commissum sibi munus Regentis implere non posset, alius aut alter gradibus pariter insignitus maneat, ad hoc præparatus in quolibet loco ex iis, in quibus sunt Academiæ particulares. Consequenter alias nonnullas adfert Regulas, & præcautiones, conformiter Constitutionibus strictioris Observantiæ.

in Ordin. variis sine Gradibus acad. copia eruditissimorum.

3959. Assertiones exemplis illustrantur, & confirmantur: quoad assertionem, & conclusionem præscriptam: *Melius est non ipsum quàm ipsum, hoc est: sicut præteritis temporibus melius fuit assumere gradus Theologicos in Ordine, quàm non assumere; ita modò satius est ab iis abstinere, quàm iis uti in Reformatione,* ob rationes præallatas, & juxta limitationem ante factam; exempla peti possunt à Societate Jesu, & Ordinibus aliis, in quibus gradus non vigent: attamen eruditissimorum virorum copia in illis cernitur. Domesticum autem exemplum illustre nobis præstat Provincia Turoniæ, ubi ab exordio strictioris Observantiæ Gradibus renuntiatum fuit: interim tempore medii seculi, & aliquot lustrorum (ab anno 1604. usque in hunc 1677.) plures in ea claruerunt eximiâ & solidâ eruditione illustres, quàm ante dum gradus ibi vigerent, tempore aliquot seculorum, & plures tales in una illa Provincia quàm in aliis aliquot, ubi Gradus vigent, simul junctis. Testimonium de istius assertionis veritate luculentum, & perspicuum perhibent libri cujusvis ferè subjecti, *Philosophici, Theologici, Iuridici, Historici, Ascetici* &c. in publicam Ecclesiæ utilitatem editi à Religiosis Provinciæ istius Turoniæ: cujus alumni sunt

Turonia Provincia Carmelit. sine usu Graduum eruditionis variæ fructus uberrimos profert.

(a) n. 3828. & seq. suprà commemorati PP. (a) *Antonius à S. Martino, Augustinus à Virg. Maria, Bernardus à S. Magdalena, Bonaventura à S. Anna, Daniel à S. Iosepho, Dominicus à S. Alberto, Felicianus à S. Magdalena, Hugo à S. Francisco, Ioannes à S. Samsone, Irenæus à S. Catharina, Irenæus à S. Iacobo, Leo à S. Ioanne, Licinius à S. Scholastica, Mathias à S. Ioanne, Maurus à Puero Iesu, Petrus à Resurrectione, Vrbanus ab Ascensione,* atque alii, de quibus hîc suprà in *Manipulo IV,* (b) Nec tamen ibi omnes relati sunt, nec præfatorum lucubrationes omnes; ob rationes in antecedentibus traditas. Idipsum cernere licet in variis aliis Provinciis Reformatis, atque in utraque Congregatione Carmelitarum Discalceatorum; sicut mox videbimus. Quamvis igitur Gradus id haberent etiam utilitatis, quòd sint stimulus, & calcar ad studia, & ad diligentiam in illis; verumtamen in Religiosis, qui se totaliter manciparunt divino servitio, & juxta Ecclesiæ Doctores S. Gregorium, (c) & S. Thomam, (d) *sensum, linguam, vitam, atque substantiam, quam perceperunt, omnipotenti Deo immolarunt,* per vota; stimulus & calcar esse debet amor Dei & proximi: ille debet Religioso cuilibet esse pondus, quò ad quamlibet actionem, atque ita ad studium feratur; videlicet juxta S. Dionysium Areopagitam *secundùm Deum, & propter Deum, & in quantùm necessarium, aut utile est ad Dei obsequium, amorem, & unionem, aut ad proximorũ salutem.* Cui istud est calcar, stimulus, & pondus ad studia ferens, sperare reciprocè potest à Deo, quòd *cibabit illum pane vitæ & intellectûs, & aquâ sapientiæ salutaris potabit illum: & firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos, & in medio Ecclesiæ aperiet os ejus, & adimplebit illum spiritu sapientiæ, & intellectûs.* (a)

(b) n. 3828. & seq.

(c) Homil. 20. super Ezech.

(d) 2. 2. q. 186. art. 1. in corp.

ad studia stimulus quis esse debeat Religioso.

(a) Eccli. 15.

ANNOTATIO. Quantùm ad istud superiùs objectum, de necessitate Graduum *aperiendis Sacræ Pœnitentiariæ litteris, quæ semper ad aliquem Theologicis in Gradibus constitutum diriguntur, libris approbandis &c.* Opportunè quædam hîc notanda videntur ex P. Hermanno Busenbao Societatis Jesu, in *Medulla Theologiæ moralis* (b) ubi ista: APPENDIX DE DISPENSATIONIBUS S. PÆNITENTIARIÆ. *Quia ex officio S. Pœnitentiariæ multa dispensationes (& gratis quidem) impetrari possunt, saltem pro foro conscientiæ, operæ pretium censui, quædam circa hujus rei praxim pœnitentibus & Confessariis utilia hic subnectere.* Et infra: *Circa praxim, sive executionem hujus dispensationis hæc facienda. Litteræ S. Pœnitentiariæ diriguntur ad oratorem, hoc est, ad ipsum qui dispensationem (per se, vel alium) petiit: qui non debet eas resignare, sed eligere Confessorem talem, quali inscribuntur, qui eas sibi ab oratore traditas resignet, legat, & deindè cum eo secundùm commissionem dispenset. Licèt vero quocumque casu ab alio aperiantur, non ideò carent effectu. Salas, Diam. p. 8. t. 3. R. 103. In Confessore hoc requiritur, 1. ut sit approbatus ab Ordinario territorii, in quo dispensaturus est. 2. Vt sit Magister sive Doctor in Theologia, vel Iure Canonico, promotus in Academia, vel Religiosus habens privilegium, quale concessit Gregorius XIII. Anno 1582. Confessariis Societ. Iesu, quos Generalis, vel alius Superior de ejus licentia ad id designarit. 3. Vt specialiter ad hoc sit electus ab oratore, hoc est, eo, cum quo, dispensandum est.* Et paulò post: *Confessor ad id electus, debet dispensare in ipsa confessione, vel saltem immediate post.* Et infra: *Ex privilegio Societati Iesu concesso, alii etiam Mendicantes eligi possunt, ob communicationem.* Ita ille: & ibidem varias utiles ac necessarias instructiones tradit. Quoad *librorum approbationes*, passim fiunt etiam à Lectoribus seu Professoribus Theologiæ.

S. Pœnitentiaria litteræ qualiter aperiri possint à Confessariis Ordin. Mendic.

(b) lib. 1. tract. 2. c. 4. sub finem in Append. impress. Antuerp. an. 1678.

quæ in dispensatione observanda:

Confessarius Religiosus debet esse deputatus à suo Superiore.

MANIPULUS VIII.

ex novo Congregationis utriusque Carmelitarum Discalceatorum Viridario.

3960. CArmelitarum Discalceatorum Congregatio utraque (Hispanica S. Teresiæ, & Italica S. P. N. Eliæ) à veteri radice Patrum procedens per S. Teresiam, ut Matrem, & fundatricem, & per B. Joannem à Cruce, ut Patrem, præcipuum S. Teresiæ cooperatorem, ad Eliani instituti finem utrumque tendit, videlicet *vacare orationi ac contemplationi, atque etiam intendere saluti proximorum.* Quinimò primum S. Teresiæ motivum ad inchoandum Congregationem Carmelitarum Discalceatorum fuit zelus

Carmelita Discalceati orationi, & contemplationi studia scientiarum consociant.

Digitized by Google

(a) n. 2324. & seq. zelus salutis animarum, sicut hîc suprà, (a) in ejus vita vidimus. Zelus autem ille salutis animarum, unà cum contemplationis studio, semper in Ordine viguit, transfusus (b) n. 3971. & seq. ab ipso Ordinis Protoparente S.P.N. Elia, sicut plenius declarabitur hîc infrà (b). De plurimis utriusque sexûs, in utraque congregatione, qui per orationis, & contemplationis, ac cæterarum virtutum exercitia ad perfectionis apicem conscenderunt, ac sanctimoniæ famâ celebrantur, scribunt Franciscus à S.Maria Historiographus Generalis, Philippus à SS. Trinitate Præpositus Generalis Congregationis Italicæ, in opere inscripto: *Decor Carmeli*, Isidorus à S.Joseph, & Petrus à S. Andrea, *in Historia generali Congregationis S. Eliæ*, Ludovicus à S.Teresia, & Petr. à Matre Dei, peculiariter de illis qui vixerunt in Gallia. De præcipuis (c) n. 3618. & seq. & 3656. nos etiam hîc suprà egimus (c). Idem auctores, & alii tractant quoque de illis qui non tantùm verbo & opere salutem proximorum procurarunt, sed etiam scriptis in quovis Christianarum scientiarum genere, in Theologicis, Philosophicis, Historicis, Asceticis &c. quos inter sunt sequentes, multijugæ eruditionis, etiam in novo isto Carmelitico Viridario, veluti specimina.

Eruditionis varia specimina ex novo Carmeli viridario.

3961. Alexander a S. Francisco, Italus, nepos Leonis XI. Summi Pontificis, (d) n. 3638. cujus vitæ epitome tradita est hîc supra (d) scripsit *Manuale pauperum, ad thesaurizandos thesauros non deficientes in cælo*, pietate plenum, & divinis affectibus refertum; editum Lugduni anno 1633. alia ejus opera, divisa in duos tomos, Romæ vulgata sunt, studio Philippi Maria à S.Paulo, an. 1670.

*per Dom. Nicol. Antonium Hispal. I. C. &c. Romæ edit. an. 1672.

Alphonsus a S.Hieronymo, Hispanus, Theologiæ Professor in Complutensi sui Ordinis Collegio: Scripsit *Vitam, virtutes, & miracula Ven. M. Annæ à S. Augustino*: Hispanicè, Matriti an. 1668. decessit an. 1669. Ita *Bibliotheca Hispana*. *

Alphonsus a Jesu Maria, Hispanus, iteratis vicibus Generalis Congregationis Hispanicæ, pari eruditione, ac pietate præstans, insigne edidit opus pro instructione Religiosorum omnium, præsertim Superiorum Regularium, *de periculis perfectionis, & eorum remediis*: & aliud *Consiliarius Prælatorum*, excusa variis locis, & linguis, & alia de quibus in præfata *Bibliotheca Hispana*.

Andreas a Jesu, Polonus, *opera B. Ioannis à Cruce ex Hispanico in Latinum traduxit, cum elucidationibus*: Coloniæ an. 1639. in 4.

Andreas a Matre Dei, Hispanus, edidit *Cursum Theologiæ Moralis*, distributum in aliquot tomos, Lugduni an. 1667. & 1670. & Antuerpiæ an. 1672.

Andreas a Joanne Baptista, Hispanus, *de Religione, ac cultu Sacratissimi Nominis Mariæ* librum traduxit in Hispanicum: de quo in *Bibliotheca Hispana*.

Angelus a S. Joseph, in Germania, Magister Novitiorum, Definitor &c. edidit *Apophthegmata sacra*, seu *sententias ex operibus S.M.Teresiæ, & B.Ioannis à Cruce, pro omni die anni*: traducta etiam in varia idiomata prodierunt & nuper in Flandricum per Paulinum à S.Joseph.

Angelus a Præsentatione, Hispanus, Granatensis, scripsit *Historiam fundationis cœnobii Hispalensis*, laudatam à Francisco à S. Maria.

Anna a S. Bartholomæo, (de cujus sancta vita, & miraculis egimus hîc suprà *a*) (a) n. 3658. etiam hîc locum habet: nam licet scribendi artem nunquam didicisset, eam tamen unico obedientiæ actu consecuta, theodidacta Virgo scripsit *Opuscula aliquot ex Hispanico in Gallicum traducta*, edita Parisiis an. 1646. Alia quædam, & epistolæ complures nondum typis prodierunt.

Antonius a Matre Dei, natione Hispanus, ex Legionensi urbe, exquisitæ vir eruditionis, in quo pariter cum sapientia pietas certasse videtur: annis multis Theologiam docuit Compluti, & Salmanticæ, ibi animos etiam sapientissimorum in se convertens, ut ejus quærerent familiaritatem, ac resolutiones: auctor præcipuus *Philosophici cursus Complutensis Collegii Carmelitarum Discalceatorum*, primum in Hispania editi, & paulò post in Gallia, Germania, & alibi recusi: unus etiam ex illis, quorum operâ tres primi tomi *cursus Theologici Collegii Salmanticensis*, prodierunt in Hispania, ac deindè Lugduni in Gallia: De ipso, & utroque cursu isto plura videri poterunt in *Bibliotheca Hispana*.

Antonius a Matre Dei, alius, etiam Hispanus, patriâ Pincianus: quæ scripsit, & prælo subjecit, notantur in eâdem *Bibliothecâ, in Appendice* 2. videlicet *præludia Isagogica ad sacrorum Bibliorum intelligentiam* &c. Lugduni, in folio an. 1669. Et Moguntiæ an. 1670.

Antonius a Matre Dei, Gallus: edidit *Thesaurum inæstimabilem S. Ioseph*, Avenione an. 1646.

Antonius a Spiritu S. Lusitanus, Philosophus, Theologus, Canonista inter præcipuos hujus seculi meritò referendus. Scripsit *Directorium Confessariorum* distributum in duos tomos in folio: Lugduni anno 1668. *Directorium Regularium*, Lugduni an. 1661. & deinde Coloniæ an. 1667. nec non *Consulta varia, Theologica, Iuridica, Regularia*: Lugduni edita an. 1671. & *Primatum, sive Principatum Eliæ, in quo toti Orbi ostenditur tum SS. Patrum, tum Summorum Pontificum auctoritatibus, tum rationibus, Eliam Prophetam illum Dei magnum, fuisse Principem, Auctorem, & primum Institutorem Religionis Carmelitanæ in Lege scripta*. Lugduni, ad calcem præfati Operis. Memoria ejus recurret infrà, ubi de Episcopis.

3962. Balthazar a S. Catharina Senensi, Italus, post varia officia Procurator Generalis, scripsit opus in folio, cui titulus est: *Splendores reflexi Sapientiæ cœlestis, evibrati à S. Thomâ Aquinate, & S. Teresiâ*, Italicè

Italicè Cremonæ anno 1671. in folio.

Bernardus a Jesu Maria, Hispanus, Barcinonensis Prior, eruditione pariter & virtute spectabilis, edidit *Acta authentica canonizationis S.M.Teresiæ*, excusa Barcinonæ anno 1622. Parisiis anno 1625. & Viennæ Austriæ anno 1629.

Blasius a S.Alberto, natione Hispanus, patriâ Talamacensis, vir sublimi perfectione, & vitæ sanctimoniâ celebratus, qui solo pane, & aquâ, aliquot transegit Quadragesimas: insignem edidit librum *de formandis Tyronibus*, excusum Madriti an.1591. Mortis præscius, & aliis decoratus prodigiis, decessit an.1636. die 20. Martii tunc Cœnâ Domini.

Blasius a Conceptione, Gallus, auctor *Metaphysicæ, in Cursu artium Collegii Complutensis*. Ita traditur in *Bibliotheca Hispana*.(a)

(a) tom.1. verbo: *Anton. à Matre Dei,*

Bruno a S.Teresia, natione Burgundus, Gallicè edidit *Breviarium* vitæ; *ac miraculorum Ven.M. Annæ à Iesu*, Hispanæ, Antuerpiæ an. 1634. & *historiam vitæ ejusdem per Dom. Angelum Manriquez. libris* 8. *Hispanicè descriptam, in Gallicum traductam*: Bruxellis an. 1639.

Carolus ab Assumptione, Provincialis Gallo-Belgicæ, sub nomine *Philalethes &c.* edidit opus, cui titulus *Thomistarum triumphus*, in quo comprehenduntur varia opuscula Theologica. Item *Funiculus triplex &c.* Item *Pentalogus Diaphoricus* ad SS.D.N. Innocentium XI. quæ sunt præambula operis majoris *de Penitentiâ*.

Claudius a Jesu, natione Burgundus, edidit *Epulum Eucharisticum*, Moguntiæ an. 1629.

Complutense Collegium Carmelit. Discalc. In eo elucubratus est, & prælegitur: *Cursus Philosophicus*, juxta doctrinam S.Thomæ, de quo hîc paulò ante, ubi de *Antonio à Matre Dei*.

Cyprianus a S.Maria, natione Belga, edidit Tractatum inscriptum: *Thesaurus Carmelitarum, sive Confraternitatis sacri Scapularis excellentia*. Coloniæ anno 1627. Hic liber Germanicè versus, sæpiùs recusus fuit Monachii, Augustæ, Coloniæ: Item scripsit alium, titulo, *Ioseph Teresiæ*: hoc est, modus colendi S. Joseph, juxta doctrinam & exemplum S.Teresiæ.

Cyprianus a Nativitate Virg. Gallus, edidit librum cui titulus est: *Exhortatio Regis ad renovandum edictum contra duella*. Parisiis an. 1651. Item *Praxis Christiana, & præparatio ad bene moriendum, & adjuvandum morte proximos*. Parisiis an.1650. De Oratione mentali: Bruxellis an. 1665. & plures alios: complures libros ex Hispano in Gallicum idioma à se translatos edidit quoque.

Didacus a Jesu, Hispanus, Pincianus, in Academia Complutensi diu Professor celebris: edidit *Commentarios in Aristotelis Logicam*, Madriti anno 1608. In *Bibliotheca Hispana*, notatur, obiisse an. 1621.

3963. Dominicus a Jesu Maria, natione Hispanus, Præpositus Generalis Congregationis Italicæ S.Eliæ, sanctitatis famâ notus, & valde celebris: cujus admirandæ vitæ epitome tradita est hîc suprà (a) scripsit librum tripartitum *Sententiarium spirituale, pro triplici perfectionis via, purgativa, illuminativa, & unitiva*, variis linguis, & locis editum.

(a) n.3621. & seq. pag. 1045.

Dominicus a S.Teresia, Diœcesis Salmantinæ, acris, & subtilis ingenii, auctor est duorum voluminum: *In Primam Secundæ partis S.Thomæ Aquinatis*, quibus *Cursus Theologiæ Salmanticensis* continuatur. Salmant. 1647. in Folio.

Dominicus a SS.Trinitate, Gallus, Præpositus Generalis: edidit Tractatum *de Iubilæo*, Romæ an. 1650. & opus grande in Tomos septem distributum *Bibliothecam Theologicam*: cujus Tomus primus prodiit Romæ an.1666. Tomus 2. an.1667. & alii sequentibus annis.

Eleonora de la misericordia, Hispana: Vitæ sanctimoniâ commendata, scripsit *vitam Ven.M. Catharinæ de Christo*. Pampelonæ obiit an.1620. Ex *Bibliotheca Hispana*.

Elias a S.Martino, natione Hispanus, patriâ Illanensis, inter præstantiores viros Patrum Carmelitarum Discalceatorum, accensendus, merito solidarum virtutum, ac doctrinæ, & prudentiæ: secundus Præpositus Generalis Congregationis Hispanicæ, ac tandem à Clemente VIII. institutus Visitator Apostolicus Patrum Discalceatorum Ordinis SS.Trinitatis de redemptione captivorum. *Scripsit epistolas pareneticas, sapientiâ venerabiles*.

Elias a S.Teresia, natione Belga, patriâ Antuerpiensis, edidit opus inscriptum: *Legatio Ecclesiæ triumphantis ad militantem, pro liberandis animabus Purgatorii*, distributum in duos Tomos, excusum, Antuerpiæ an.1638 Item edidit *Vitam S.Beggæ*, & *Originem Beginarum*.

Emmanuel a Jesu Maria, Neapolitanus, in Capitulo Generali an. 1674. Romæ celebrato, electus primus Definitor Generalis, defuncto R. P. Joanne Chrysostomo Prædecessore suo secundo sui triennii anno, ipse ut Vicarius Generalis præfuit Congregationi Italicæ usque ad proximum Capitulum Generale celebratum an. 1677. in quo ex Vicario Generali factus est Præpositus Generalis. Ecclesiastes fuit Viennæ Austriæ Imperatricis Eleonoræ, & plura celeberrima Italiæ pulpita suis præclaris concionibus illustravit, cum magno auditorum applausu ac fructu. Complures edidit à se conscriptos libros: *Flores Carmeli*: continent *Conciones panegyricas de Sanctis* Tomos seu partes tres: primam & secundam edidit Viennæ Austriæ an. 1666. Tertiam Neapoli ann. 1668. Aliud opus in folio in quatuor Tomos divisum, cui titulus: *Fructus Carmeli &c.* complectitur discursus morales in Regulam Carmelitarum. Tomus 1. & 2. excusus fuit Romæ ann. 1667. Tomus tertius Neapoli ann.1670. Tomus 4. ibidem. Opus Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiastis maximè Regularibus comprimis utile. Aliud edidit opus in folio, cui titulus: *Myrrha. thus, & aurum*: Neapoli ann. 1677. Dividitur in tres Tractatus, in quibus uberrimè disserit de mortificatione, oratione, & virtutibus Theologicis.

3964. FERDINANDUS A S. MARIA, natione Hispanus, gente Legionensis, primus Præpositus Generalis Congregationis S. Eliæ, seu Italiæ, Commissarius, & Visitator Apostolicus septem Provinciarum Ordinis sancti Francisci in Italia, charus Summis Pontificibus Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. Scripsit (præter ea (a) n. 1353. de quibus egimus Tomo præcedenti *a*) *Epistolas paraneticas ad universam Congregationem*, eruditione, & spiritu pietatis refertas. *Officia propria Sanctorum* Ordinis à S. Congregatione Rituum approbata, Romæ edi curavit, ac deindè etiam alibi. Alia quædam (b) n. 3641. de eo præcesserunt jam antè (b).

FRANCISCUS A CRUCE, Neapolitanus evulgavit Neapoli anno 1671. *Historiam vitæ ac virtutum Ven. Didaci à Iesu*, Carm. Excalc. in sæculo nuncupati. *Henricus de Toledo, Marchio de Manzera &c.*

FRANCISCUS A S. ELIA, Hispanus, vir insignis eruditionis, & spectatæ virtutis, qui pulpita cathedralium Ecclesiarum Salmanticæ, Abulæ, & aliarum Hispaniæ suis concionibus illustravit: Scripsit *Commentarium in Regulam Ordinis B. V. Mariæ de monte Carmeli*, Hispanicè excusum Segobiæ anno 1638. volumina aliquot concionum ejus nondum typis edita sunt.

FRANCISCUS A JESU, Italus, Genuæ illustribus ortus parentibus, virtute & eruditione clarens: Scripsit *bina volumina mystica*: unum inscribitur: *Peregrinus*, Alterum: *Mystica explanatio Cantici Canticorum*, sive *praxis humanæ peregrinationis à terra in cœlum.*

FRANCISCUS A JESU MARIA, Hispanus, Theologiæ quondam Salmanticensis Collegii Lector, deindè Diffinitor Generalis, edidit *Commentarios Literales, & Morales in Apocalypsim* Lugduni & *Tomum* 1. *Cursus Theologiæ moralis*: *De Sacramentis*: Madriti anno 1664. & Antuerpiæ an. 1672.

FRANCISCUS A S. MARIA, natione Hispanus, Congregationis Hispanicæ Historiographus Generalis, de cujus pietate, eruditione, & scriptis mentionem fecimus in (c) n. 1320. tomo præcedenti (c) quoad opera ejus *Historia Prophetica & Historia Reformationis à S. Teresia* in aliquot Tomis Hispanicè in Hispania edita sunt: deindè in linguam Italicam, & Gallicam traducta prodierunt. Illum scholasticæ, moralis & mysticæ Theologiæ, ac Historiarum eminenti cognitione præditum fuisse, in istis ejus operibus & in *Apologia pro defensione Historiæ Prophetica* satis patescit. Plenus dierum & meritorum, Madriti decessit an. 1649. De illo, & lucubrationibus ejus plenius agitur in *Biblioth. Hispana.*

FRANCISCUS A PUERO JESU, de cujus virtutibus & sanctitatis fama quædam dicta sunt hîc suprà (a) frater Laicus, expers doctrinæ quæ in scholis acquiritur, abundavit eâ quæ de cælo est, sicut testantur epistolæ ejus, cælesti spiritu, ac sapientiâ plenæ, ad Regem, & Reginam Hispaniarum, Patriarcham Valentinum, & alios, quarum aliquæ insertæ sunt vitæ ejus, aliæ autem nondum editæ. (a) n. 3642.

GABRIEL à S. VINCENTIO, Italus, Lombardus, patriâ Laudensis S. Theologiæ in Seminario missionum suæ Religionis Romæ celebris Professor, edidit Romæ *integrâ Philosophiam ac Theologiam*, *Tomis pluribus in fol.* Item aliud opus inscriptum *de remediis ignorantiæ*, seu *quid scire debeat unusquisque, secundum suum statum*: Romæ an. 1671. Item *Consilia* seu *responsa varia ad utrumque forum pertinentia.* Romæ an. 1668. & consequenter alia nonnulla.

GASPAR A MATRE DEI, Belga, patriâ Tornacensis, ex Hispanico in Gallicum traduxit *Prælatorum regularium Consiliarium spirituale*, ex operibus R. P. Alphonsi à Jesu Maria, Antu. an. 1643. etiam Gallicum reddidit opus illud prefati Alphonsi, *Pericula, & remedia perfectionis religiosæ.*

GREGORIUS NAZIANZENUS à S. BASILIO, Gallus, de quo, & scriptis ejus, mentio fuit aliquoties tomo præcedenti (b). (b) n. 2198. & alibi.

HERMANNUS à S. NORBERTO, Belga, Magister Novitiorum, Definitor, præter opus *Cibus solidus perfectorum*, de quo hîc suprà (c) edidit etiam librum *de origine, & instituto* * *Maricolarum.* (c) n. 2539. * vulgò Matollarum.

HIERONYMUS A SI HYACINTHO, Polonus, Cracovienſis Ecclesiæ Cathedralis Concionator percelebris, Provinciæ suæ Definitor, bina opera *adversus hæreticos*, emisit Cracoviæ an. 1645. & 1646. edidit quoque *librum Concionum*: plura ascetica ad prelum parata moriens reliquit.

HIERONYMUS à S. JOSEPHO, Hispanus, multæ eruditionis, scripsit *Historiam Discalceatorum* Madriti anno 1637. & *Vitam Ven. P. Ioannis à Cruce*, Madriti anno 1641. & antea *ejus Compendium* an. 1629.

HIERONYMUS GRATIANUS, seu à MATRE DEI: de quo & scriptis ejus, sermo subindè fuit in antecedentibus (d). (d) n. 3444.

HIERONYMUS à MATRE DEI (alius) Hispanus, scripsit *Colloquia Angelica inter Deiparam Virginem, & peccatorem.* Antu. an. 1634. Item *Fasciculum Florum.* Antuerpiæ 1629.

HILARIUS A S. ANASTASIO, Germanus Suevus, ex Canonico Regulari, austerioris vitæ desiderio, Carmelita Discalceatus: vir doctrinæ & eloquentiæ eximiæ: edidit opus hujus tituli: *Archimedes Christianus, sive speculum tripartitum, Doctrinarum salubertimarum*: Viennæ an. 1656. & complura alia, Viennæ, & Augustæ Vindelicorum, variis temporibus typis evulgata.

HILARIUS A S. AUGUSTINO, per Belgium, & Burgundiam Vicarius Provinc. Conventus Bruxellensis Prior, edidit lib. cui titulus: *Vox tubæ Angeli lucis*, Bruxel. an. 1635.

Digitized by Google

Ignatius à Jesu, Missionarius & Vicarius Carm. Excalc. in Bassora Mesopotamiæ, conscripsit ibidem, & Romæ typis Sac. Congreg. de propagand. fide edi curavit an. 1653. in 8. librum, titulo: *Narratio originis Rituum & errorum Christianorum S. Ioannis*, cui adjunxit *alium, in quo confutantur triginta quatuor errores ejusdem Nationis.* Apostolico zelo repletus multa millia dictæ gentis ab erroribus & tenebris ad Catholicam fidem & veritatem perduxit.

3965. B. Joannes à Cruce S.M. Teresiæ primogenitus, & cooperator præcipuus; *libros* scripsit *mysticos, recondità cælesti experimentali sapientiâ facundos*, in varias linguas traductos. De vitæ ejus sanctimonia (a) pleniùs egimus in operis hujus parte IV. (a) ubi etiam de scriptis ejus, (b) quæ *altissimam cælestium bonorum cognitionem, ac perfectissimam terrenorum omnium, suique ipsius renuntiationem continent.*

(a) n. 2660.
(b) n. 2662. & seq. & n. 2686. ac seq.

Joannes à S. Hieronymo, Procurator Generalis Ord. Carm. Discal. conscripsit, ediditque *Compendium Vitæ S. M. Teresiæ. Capita 61. complectens*: quod in Germanicum idioma postea translatum Coloniæ prodiit.

Joannes à S. Hieronymo, natione Hispanus: plurimis annis Romæ S. Theologiam cum laude docuit: indè ad regendum alios assumptus: Priorem Romæ. Provincialem Germaniæ, Definitorem generalem, totiusque Congregationis S. Eliæ Præpositum Generalem egit. Scripsit in *Universam Philosophiam ac in aliquas partes Theologiæ præclara commentaria. Epistolam Paræneticam ad universam Congregationem*, eruditione & pietate refertissimam, prodiit Viennæ an. 1636. in 8. Est hic alius à præcedente, licèt in nomine & cognomine conveniant, quod sæpè contingit, & solerter advertendum.

Joannes à Jesu Maria, Hispanus, Calaguritanus, de cujus vitæ sanctimonia nec nō scriptis, quædam jam ante (c) adducta sunt: posteritati transmisit quam plurima, quatuor comprehensa voluminibus, in quibus auctoris pietas insignis, & profunda, ac multi jugis doctrina relucent. Fuit is post varia cum laude administrata officia electus Præpositus Generalis Congregationis Italicæ. Singulare extitit exemplar patientiæ, & resignationis in mentis arriditatibus: nam ut bonus filius optimæ Matris S. Teresiæ (quæ per octodecim annos gravissimis morbis & tentationibus vexata constantissimè perseveravit) ad extremam usque vitæ periodum non corporalibus solùm infirmitatibus, sed & internis animi desolationibus ferè continuis afflictus fuit. Ejus autem apud Deum merita declarant quædam apparitiones, & incorrupti in hodiernum usq; diem corporis prodigium. Vitam ejus scripsit, & Romæ typis edi curavit Isidorus à S. Joseph (d). Opera ejus in 4. voluminibus Coloniæ excusa sunt: eorum catalogus insertus est in *Bibliotheca Hispana.*

(c) hic sup. n. 3635.

(d) de quo hic infrà

Joannes à Jesu Maria, alias *Roca*, natione Hispanus, gente Catalanus, Barcinonæ Philosophicis, & Theologicis scientiis haustis abundè ibi cum laude Philosophiâ professus est. Deindè profectus Complutum, ibi occasionaliter Doctorem Universitatis illius audiens perorantem de venerabili antiquitate, & multitudine Sanctorum Ordinis Carmelitani, sic permotus fuit, ut huic Religioni se dicaverit an. 1572. humilitate, modestiâ, corporis castigatione, & districtâ regularum observantiâ spectabilis. Post varia officia Procurator Generalis annis multis, plenus dierum & meritorum decessit Barcinonæ anno 1614. Ante Religionis ingressum scripsit *Commentaria in universam Philosophiam*, & alia quædam.

Joannes Ludovicus ab Assumptione, Germanus, piâ eruditione, & ejus exercitatione insignis, asceticos libros plures scripsit: *Passer solitarius*, & *Iter trihebdomadale*, & *Vita Ven. Annæ à S. Bartholomæo*, typis prodierunt: alia plurima inedita servantur. Vita ejus traditur à Philippo à SS. Trinitate, in *Decore Carmeli*, parte 3. pagina 163. & seq.

Joannes Maria à S. Joseph, ex illustris. Centurionum familia Genuæ progenitus, Poloniæ ac Germaniæ successivè Provincialis, ac tandem Procurator Generalis: de quo pluribus in *Decore Carmeli* P. Philippus à SS. Trinitate, & Petrus à S. Andrea *Tom. 2. Historiæ Generalis Congreg. Italicæ.* Plures conscripsit libros: ex illis prodiêre post ejus obitum Mediolani an. 1671. *Exercitia ascetica in 7. partes distributa*, idiomate Italico.

Joannes de SS. Sacramento, Hispanus, Definitor Generalis: Scripsit *Disquisitiones regulares de officio & potestate Prioris claustralis, & de Vicario religioso.* Matriti an. 1655. in 4. & Coloniæ an. 1665. Ita *Bibliotheca Hispana.*

Joannes a Spiritu S. Hispanus, eruditione, & omni virtutum genere cumulatus, Provincialis, Procuratoris Generalis in Romanâ curiâ, ac Præpositi Generalis Congregationis Hispanicæ muneribus insigni cum laude functus, plures insignes scripsit *Paræneticas epistolas ad universam Congregationem*, variis locis & temporibus excusas. *Vitam* etiam *Ven. M. Elizabeth à S. Dominico.*

Joannes Thomas à S. Cyrillo, natione Hungarus, nobili genere natus, Prioris ac Definitoris Provincialis in Germania pluries munere functus, typis Coloniæ anno 1675. publicavit opus inscriptum, *Corona anni Mariani ex SS. Patrum sententiis, Regina cæli præconia spirantibus contexta.* Edidit quoque aliud de S. Anna, inscriptum: *Mater honorificata S. Anna*: sive, *de laudibus, excellentiis, ac prærogativis D. Annæ, magna Deipara Matris &c.* quod eodem an. 1657. excusum fuit etiam Colo-

Digitized by Google

Coloniæ. De quo sic loquitur celebris Soc. Jesu Ecclesiastes Engelgravius (a): *Omnes laudes S. Annæ doctè & divinè complexus est, Carmeli decor ac columen, R. P. Ioan. Thomas à S. Cyrillo.* Hæc ille.

(a) part. 2. cœli Empyrei ferm. de S. Annâ.

Josephus a Iesu Maria, in sæculo dictus *Dom. Franciscus de Quiroga*, nepos Domini Garziæ, Cardinalis de Quiroga, Toletani Antistitis: morum, vitæ & eruditionis præstantiâ clarus: Scripsit *Vitam Ven. Fr. Francisci à Puero Iesu*, & alia plura, de quibus, & ejus doctrina, ac pietate, in *Bibliotheca Hispana*. Singulariter laudatur ejus opus, *Historia Virginis Dominæ nostræ, & excellentiarum ejus*, Antuerpiæ editum anno 1652. Indeque Matriti 1656. Italis hanc Historiam communicavit Hieronymus à S. Teresia ejusdem instituti, atque Patavii edidit 1658. in 4. Obiit Conchæ anno MDC XXIX. Caramuel eum nuncupat *excelsi ingenii virum*, & alia in ejus laudem habet (b).

(b) in vita V. P. Dominici à I. M. l. 7. c. 6. n. 1123.

Joseph a S. Maria, de quo infrà, ubi de Episcopis; scripsit opus in libros 3. distributum, cui titulus: *Expeditio prima in Indias Orientales*: Romæ an. 1666.

Isidorus a S. Dominico, natione Belga, patriâ Iprensis, litteris, eloquentiâ, & virtute conspicuus, destinatus in Germaniam, ibi magnâ cum laude functus officiis Prioris, Definitoris, Provincialis &c. tandem Præpositus Generalis, ex Hispanico in Latinum vertit *Opuscula quædam Ven. P. Ioannis à Cruce*, edita Coloniæ an. 1639.

Isidorus a S. Iosepho, Belga, Dunkerkanus, Procurator Generalis, de quo jam paulò ante, & etiam hîc infrà, ubi de Petro à S. Andreâ: etiam edidit *Vitam V. Ioannis à Iesu Maria*.

Iustus ab Assumptione, Belga, Antonienſis, edidit *Manna communicantium*: Tomi duo in 4. Bruxel. 1677.

Laurentius Maria a SS. Sacramento, edidit *Philosophiam Naturalem*: Romæ an. 1623.

Leonora a S. Bernardo, natione Hispana, virtutum celsarum exercitatione celebrata, Monialium Ordinis hujus cœnobium fundavit Mechliniæ: Scripsit *Vitam Ven. Matris Annæ à S. Bartholomæo*, quam frequenter citat Chrysostomus Henriquez in historia de eadem vita, ubi etiam de hac Leonora.

Ludovicus a S. Teresia, Gallus, de quo & lucubrationibus ejus Tomo præcedenti. (c) Insuper etiam edidit. *Annales Carmelitarum Discalc. Franciæ.*

(c) n. 1328.

Martinus a Matre Dei, Hispanus, Definitor Generalis: edidit librum, cui titulus: *Iesu Christi comites tres, Paupertas, Dolor, & Infamia*: Hispan. Cæsaraugustæ an. 1654. in 4. & *Exercitia ad bonam mortem*: Hispan. Matriti an. 1628. tertiò ab auctore recognita.

Martinus a Iesu Maria, de quo, & Simone à Spiritu S. Petro à Conceptione, ac aliis, & quæ scripserint, meminimus Tomo præcedenti. (d)

(d) n. 1330.

Mathias a S. Arnoldo, Bohemus, Pragæ natus: Scripsit *Sacrarum concionum pro Dominicis & Festis* insigne volumen. Transtulit ex Hispanico in Germanicum idioma *Opera omnia S. M. Teresiæ, additis quibusdam scholiis*. Evulgavit Herbipoli an. 1649. in 4. duobus Tomis.

Mathias a S. Francisco, doctrinâ, prudentiâ, & virtute venerabilis, iteratò Præpositus Generalis Congregationis S. Eliæ, evulgavit *Ordinarium*, seu *Ceremoniale Ordinis sui*, Romæ, recusum aliis locis.

Michael a SS. Trinitate, natione Hispanus, patriâ Baëcensis, ab ingenio, eruditione, & virtute commendatus, commentaria edidit in *Aristotelis Dialecticam*, seu *Logicam*, in Cursu artium Collegii Carmelitarum Complutensium, in Hispania, Gallia, & Germania excusa, suppresso auctoris nomine.

Modestus a S. Gregorio, Italus, S. Theologiæ Professor, eruditione insignis, moriens reliquit *in universam Theologiam Tractatus varios*: prodiêre post ejus decessum typis Neapoli anno 1671. *Tomus* 1. & 2. in folio.

Nicasius a S. Teresia, Belga, Tornacensis, typis edidit Gallico idiomate in Belgio *Epitomen quæstionum Curiosarum Theologicarum ac moralium*.

3966. Nicolaus a Iesu Maria, natione Italus, de cujus eruditione, prudentia, & singulari pietate quædam dicta sunt in antecedentibus (a) Scripsit *Paraneticam epistolam eruditione, & spiritu Apostolico plenam*, excusam Madriti an. 1591. ac deindè alibi.

(a) n. 3632. & seq.

Nicolaus a Iesu Maria, etiam natione Italus, & patriâ Genuensis, ex illustri Centurionum familia, profectus in Hispaniam, & Salmanticæ studiis vacans, ibi Carmeli Religioni inter PP. Discalceatos nomen dedit, tantumque in litteris, & virtute profecit, ut Rector, & Lector Collegii ibi multo tempore fuerit. Edidit opus notabile: *Elucidationem Theologicam phrasium mystica Theologiæ Ven. P. Ioannis à Cruce*, divisum in duas partes Compluti an. 1631. in 4. Illam Latinam reddidit Andreas a Iesu, Polonus.

Nicolaus a Iesu Maria, Polonus, eruditione pariter, & pietate conspicuus, scripsit *Apologiam perfectionis vitæ spiritualis*, Romæ, & alibi iteratis vicibus recusam, anno autem 1630. Duaci, sub titulo: *Altare incensi*.

Nicolaus a Spiritu S. Polonus, celeberrimi nominis concionator, conciones suas edidit Cracoviæ an. 1636. & 1639.

Paula Maria a Jesu, natione Itala, Genuensis patriâ, ex illustri familia Centurionum, Viennensis, & Græcensis Parthenonis Carm. Excalceatarum fundatrix. De ejus pietate, & eximiis virtutibus quædam dicta sunt hîc suprà (b). Scripsit *librum variorum exercitiorum spiritualium*, qui excusus fuit Genuæ an. 1652. & quædam alia.

(b) n. 3683.

Digitized by Google

Paulus ab omnibus Sanctis, natione Germanus, Definitor Provinciæ SS. Sacramenti: de cujus eruditione, diligentia singulari in illustranda historia Ordinis, & scriptis, aliquoties sermo fuit in tomo præcedenti. (a) Præter opera dicto loco nominata, etiam edidit *Synopsim vitæ B. Ioannis à Cruce*: undè quædam delibata sunt hîc suprà (b) & alia ad prælum parat, *Carmelum Thaumaturgum* &c. Latinè. Ejus benevolentia pro hoc opere complura suppeditavit.

(a) n. 1334. & 2299. & alibi.

(b) n. 2696.

Petrus à S. Andrea, natione Gallus, Definitor Generalis Congregationis S. Eliæ *Historiæ generalis Tomum* 1. à P. Isidoro à S. Joseph inchoatum perfecit, & secundum adjecit: uterque Romæ excusus est, Prior anno 1668 posterior an. 1671.

Petrus ab Angelis, Hispanus, Prior Pastranensis, edidit *Compendium Ordinis judicialis, & praxim Tribunalis Religiosi*: Hispanicè: Matriti 1643. in 4. Prodiit hoc Latinum in Germania, *Iudicis Regularis* nuncupatione insignitum, operâ Leonis à Regibus ejusdem Ordinis, unà cum Joannis de Sanctissimo Sacramento *Priore Claustrali*, Coloniæ 1665. in 4. Ita *Bibliotheca Hispana*.

Petrus à S. Angelo, Hispanus, Frater Laicus, & humanæ scientiæ ignarus, at infusa à Deo plenus, sacras litteras, oblatis occasionibus, sapientissimè exponebat. Scripsit bina opuscula, à Doctoribus Theologis singulariter commendata, alterum *de contritione*, alterum *de humilitate, & mansuetudine*. Virtutum celsarum ac sanctimoniæ famâ celebratus obiit an. 1580.

Petrus à Conceptione, annis multis Sacræ Theologiæ Professor in Lusitania, Mexico, & Salmanticâ, sapientiæ laude celebratus, humilitate, vitæ rigore, & exactâ regularum observantiâ insignis, eruditum edidit Tractatum *de fidei virtute*. Excessit è vivis anno 1628. Kalendis Januarii. Alterius Petri à Conceptione, Hispani, & Scriptorum ejus, meminimus paulò ante, ubi de Martino.

Petrus ab Epiphania, Hispanus, Prior Cordubæ, & Hispali, scripsit & edidit *vitam S. Petri Thomæ Patriarchæ Constantinop.* Hispanicè Hispali an. 1655. in 4. Ex *Bibliotheca Hispana*.

Petrus à Matre Dei, Italus, patriâ Senensis: Venerabilis P. Dominici à Jesu Maria comes, ac laborum virtutumque particeps, primus ejusdem vitam scripsit.

Petrus à Matre Dei, natione Hispanus, Darocæ in Aragonia claris natalibus ortus, Præpositus Generalis Congregationis Italicæ: Scripsit *Epistolas plures divinâ prudentiâ, ac pietate plenas*: quarum nonnullæ excusæ sunt anno 1625. reliquit quoque *Volumen sacrarum concionum*, quas habuit. Doctrinæ eximiæ, ac sanctitatis ejus testimonia reperiet lector hîc suprà (c).

(c) n. 3634.

Petrus à Matre Dei, Hollandus, Gallicè edidit libros hujus subjecti: *De notitia amoris Iesu Christi, & Mariæ* Parisiis an. 1646. *Flores Carmeli* Antuerp. 1670. *Demonstratio articulorum fidei &c.* Antuerpiæ anno 1671.

Philippus Maria a S. Paulo, *Vitam* edidit *Alexandri à S. Francisco* (de quo hîc suprà *a*) libris 4. Romæ an. 1668. nec non *Opuscula ejusdem*: Item *Sacra Bethlëem*, & *Concionum libros tres*: Romæ an. 1665. & seq. Item alia.

(a) n. 3638 & n. 3961.

Philippus à SS. Trinitate, Gallus natione, Præpositus Generalis Congregationis S. Eliæ, cujus mentio frequens fuit hôc, & etiam præcedenti Tomo (b): quamvis quasi incontinuis itineribus Missionum ad Indias, Terram sanctam, ac alias dissitas regiones, nec non in Visitationibus suæ Congregationis occupatus fuerit, attamen plura scripsit, videlicet *Summam Philosophicam*, *Cursum Theologicum*, distributum in tomos 4. in folio, edit. Lugduni annis 1650. & seq. *Theologiam mysticam*: *Decorem Carmeli Religiosi*: *Theologiam Carmelitanam*, *Itinerarium suum Orientale*: *Chronologiam universalem mundi*: *vitam V. P. Dominici à Iesu Maria*: *Explanationem Oraculi Angelici*, atque alia.

(b) Tomo præced. n. 1336. & alibi.

Placidus à S. Teresia, Belga, Duacensis, S. Theologiæ Professor: Scripsit, ediditque Tractatum, titulo: *Liber vitæ, Christus patiens, scriptus intùs & foris*; sive *de perpetua cruce Domini Iesu, præsertim interiori*. Bruxellis an. 1651. in 8. & quædam alia.

Prosper a Spiritu sancto, natione Hispanus, Missionarius in Persidè, deindè in Terra sancta, annis multis Carmeli montis incola, de quo peculiariter hîc suprà (c). Vitæ ejus Epitomen habet P. Philippus à SS. Trinitate (d) Memoria est ejusdem in *Bibliotheca Hispana*, ubi notatur scripsisse *Historiam Missionum in Persidem*.

(c) n. 3483. & 3489.

(d) part. 3. pag. 212.

Salmanticense Collegium, Carm. Disc. edidit *Cursum Theologicum*, juxta mentem D. Thomæ variis locis impressum.

Sebastianus à Matre Dei, Polonus, edidit Lubbini an. 1652. *Firmamentum symbolicum*, sic nuncupans Deiparam, quam (sicut firmamentum stellis) multiplicibus elogiis exornat.

Simon à S. Paulo, Italus, in Etruria natus, Provincialis Lombardiæ, pari eruditione, ac pietate clarus: Scripsit Italicè *Operum spiritualium tomos duos*, post ejus obitum editos Comis an. 1662. & 1664. Tomo 1. inserta est ejus vita per Marcum à S. Joseph, Placentinum.

Stephanus à S. Joseph, raræ eruditionis & insignis prudentiæ, virtutum ornamentis commendatus, Præpositus Generalis Congregationis Hispanicæ, scripsit *Epistolas paræneticas ad universam Congregationem*, sapientiâ, & zelo commendabiles.

3967. S. Teresia, veluti Sol inter sidera refulgens in utraque Congregatione, non tantùm sanctimoniâ, sed etiam cœlesti sapientiâ: ita quidem ut meritò in Actis canonizationis ejus asseratur, ipsam *spiritualis doctrinæ Magistram*, *à Deo Optimo Maximo Ecclesiæ*

Digitized by Google

Ecclesiæ fuisse datam (& hoc ter repetitur) nec non quòd *clarissimi omnium Ordinum Theologi Beatæ Teresiæ sapientiam admirentur, & facilem mysticarum passionum explanationem adeò stupescant, ut rarum genus sapientiæ eis videatur: quod de mystica Theologia Patres obscurè, ac sparsim tradiderunt, à Virgine unà in methodum tam perspicuè atque concinnè fuisse redactum*, scilicet in libris, quos scripsit, de quibus plura hîc suprà in ejus vita, ubi de dono sapientiæ. Opera ejus Hispanicè scripta, & in varia idiomata translata, impressa fuerunt.

THOMAS AQUINAS à S. JOSEPHO, Gallus, de quo, & eruditis scriptis ejus, egimus Tomo præcedenti (a).

(a) n. 1338.

THOMAS à S. CYRILLO, Lusitanus, Congregationis Hispanicæ Definitor Generalis, in sacris Litteris, & Patrum doctrina eximiè versatus: id abundè demonstrant *tria vasta volumina in tres parabolas Capitis XV Euangelii secundùm Lucam*: titulus est: *Gloria Matris Ecclesiæ*: Segobiæ an. 1637.

THOMAS à JESU, Hispanus, Bæticus, Beaciensis, Provinciæ Belgicæ Fundator & primus Provincialis: de cujus insigni pietate quædam tradita sunt in antecedentibus (b). Quantùm ad ejus eruditionem, & multijugæ doctrinæ monumenta, posteris relicta, ea sunt veluti *mysticæ totius sapientiæ ac moralis Theologiæ penu locupletissimum*. Ita auctor *Bibliothecæ Hispanæ*: inter ea sunt *Thesaurus sapientiæ Divinæ in Gentium omnium salute procurandæ. Stimulus Missionum: De contemplatione Divina: Speculum Religiosorum: De Visitatione Religiosorum &c. De statu Monachorum* Antuerpiæ an. 1617. *Expositio in Regulam Carmelitanam.* Antuerp. an. 1617. atque alia, de quibus in præfata *Bibliothecâ*: & etiam ibi signantur loca, ubi singula typis prodierunt. De nonnullis asceticis ejus, & Historicis agitur in hujus operis Tomo primo (c).

(b) hîc suprà num. 3645.

(c) n. 1339. & alibi.

3968. Præter relatos hactenùs Scriptores Congregationis utriusque, etiam alii sunt plures cujusvis nationis, ubi viget Christiana professio; ita ut liber peculiaris, spissus conficeretur, omnium, & singulorum, & eorum quæ scripserunt, speciali recensu. Ob rationes autem in antecedentibus (d) expressas, id hoc loco fieri non potuit; potissimè quòd in magnam molem hoc opus excresceat. Propterea satis hîc erit, memoriam attexere aliorum (præter præfatos) scriptorum utriusque Congregationis, qui mihi innotuerunt, & quarumdam etiam Monialium, quæ, Superiorum jussu, seu speciali instinctu, quædam memoriâ digna, scripserunt.

(d) n. 3687. in fine.

Catalogus aliorum quorumdam Scriptorum Carmel. Discalc.

Albertus a Iesu, Hispanus.
Albertus a Iesu Maria, Gallus.
Albertus à S. Iacobo, Burgundus.
Alexander a Iesu, Polonus.
Alexius a Passione, Italus.
Aloysius a S. Ioseph, Italus.
Alphonsus a Matre Dei, Hispanus.
Alphonsus a Matre Dei, Italus.
Alphonsus a S. Alberto, Hispanus.
Alphonsus a S. Maria.
Andreas Fesulanus a S. Teresia, Polonus.
Andreas a S. Teresia, Polonus.
Andreas a S. Teresia, Germanus.
Angelus ab Annuntiatione, Belga.
Anna a Iesu, Hispana, Medinensis.
Anna a S. Augustino, Hispana.
Antonius ab Ascensione, Hispanus.
Antonius a Iesu, Belga, Bruxell.
Antonius a Matre Dei, Conchensis.
Antonius a S. Maria, Hispanus.
Antonius a S. Thoma, Hispanus.
Archangelus a S. Ioseph, Italus.
Archangelus à S. Michaele, Lomellinus, Cremonensis.
Augustinus a Iesu Maria, Hispanus.
Augustinus a Regibus, Hispanus.
Augustinus a S. Teresia, Italus.
Balthasar a Iesu, Hispanus.
Bartholomæus a Matre Dei, Gallus.
Basilius a S. Iudovico, Gallus.
Benedictus a S. Ludovico, Gallus.
Bernardus a Regibus, Siculus.
Bernardus a S. Onuphrio, Italus.
Bernardinus a Matre Dei, Hispanus.
Cassianus a S. Elia, Italus, Mediolanensis.
Catharina a Christo, Hispana, Abulensis.
Cyrillus a S. Francisco, Pruthenus.
Didacus a Iesu Maria, Hispanus.
Didacus a Iesu, Hispanus.
Didacus a Præsentatione, Generalis Cong. Hisp.
Didacus a S. Ioseph, Hispanus.
Dionysius a Matre Dei, Gallus, Burdegalensis.
Dionysius a S. Maria, Germanus.
Dionysius a S. Francisco, Belga.
Dominicus a Iesu, Gallus.
Dominicus a Matre Dei, Hispanus.
Dominicus a Præsentatione, Hispanus.
Dominicus a S. Gabriele, Gallus.
Dominicus a S. Nicolao, Germanus.
Elias a Iesu Maria, Hispanus.
Elias a Cruce, Gallus.
Elias a S. Ioanne Baptista, Mexicanus.
Eliseus a S. Bernardo, Gallus.
Eliseus a S. Maria, Polonus.
Eliseus a S. Michaele, Anglus.
Eugenius a S. Benedicto, Italus, Romanus.
Eugenius a S. Ioseph, Neapolitanus.
Fabianus a S. Iacobo, Italus.
Feliciana a S. Ioseph, Hispana.
Felicianus a S. Ioseph.
Francisca a SS. Sacramento, Hispana.
Franciscus a SS. Sacramento, Hispanus.
Franciscus a SS. Sacramento, Italus, Generalis Congregationis S. Eliæ.
Franciscus a B. Virgine, Hispanus.
Gabriel a Cruce, Gallus.
Gabriel a S. Ioseph, Belga.
Gaspar ab Annuntiatione Belga, Bruxell.
Gaspar a Matre Dei, Belga.
Gaspar a N. Italus, Genuensis.
Gaspar a S. Petro Hispanus.
Gregorius à Iesu Maria, Italus.
Gregorius a S. Ioseph, Gallus.

Digitized by Google

Guilielmus a S. Ioseph, Germanus.
Hieronymus ab Assumptione, Hispanus.
Hieronymus a Conceptione, Hispanus XI. Generalis Congregationis Hispanicæ.
Hieronymus a S. Anna, Germanus.
Hieronymus a S. Eliseo, Hispanus.
Hieronymus a S. Teresia, Italus.
Iacobus a Purificatione, Polonus.
Ignatius Ioseph a Iesu Maria, Gallus.
Ignatius à S. Ioanne, Pruthenus.
Ildephonsus a Iesu Maria, Generalis Congregationis Hispanicæ.
Ildephonsus a S. Hieronymo, Hispanus.
Innocentius a S. Andrea, Navarrus.
Ioachimus a Iesu Maria, Italus.
Ioannes a Iesu, Hispanus.
Ioannes a Iesu Maria, Caravacensis.
Ioannes a Iesu Maria, Pastranensis.
Ioannes Augustinus a Nativitate, Ital.
Ioannes Augustinus à S. Teresia, Germanus.
Ioannes ab Annuntiatione, Hispanus.
Ioannes Baptista X. Generalis Congregationis Hispanicæ.
Ioannes Baptista, Hispanus, Pedracensis, alius à superiore.
Ioannes Chrysostomus, Hispanus.
Ioannes Chrysostomus à S. Matthæo, Belga.
Ioannes a Matre Dei, Hispanus.
Ioannes a S. Angelo, Hispanus.
Ioannes a S. Basilio, Hispanus.
Ioannes a SS. Sacramento, Hisp. alius à superiore.
Ioannes a Regibus, Hispanus.
Ioseph a S. Barbara, Belga Brugensis.
Ioseph a Iesu, Hispanus.
Ioseph a Iesu Maria, Pincianus, Congregationis Hispanicæ V. Generalis.
Ioseph a Matre Dei, Hispanus.
Ioseph Maria a Iesu, Sabaudus.
Ioseph a Spiritu sancto, Lusitanus.
Ioseph a S. Teresia, Hispanus.
Isabella a S. Dominico, Hispana.
Isabella a S. Francisco, Hispana.
Laurentius a S. Elia, Hispanus.
Laurentius a S. Hilarione, Hispanus.
Laurentius a Visitatione, Gallus.
Leo à Regibus, Germanus.
Leonardus a S. Francisco, Leodiensis.
Leonardus a Spiritu sancto, Hispanus.
Leonora a Misericordia, Navarra.
Lucas Franciscus a S. Benedicto, Italus.
Ludovica Magdalena a Iesu, Hispana.
Ludovicus a S. Francisco, Gallus.
Marcellus a Matre Dei, Italus.
Marcus a S. Francisco, Belga, Mechlin.
Marcus a S. Ioseph, Italus.
Margarita a Vulneribus, Navarra.
Maria ab Incarnatione, Galla.
Marianus a S. Benedicto, Italus.
Martinus ab Assumptione, Hispanus.
Martinus a Martyribus, Hispanus.
Matthæus a S. Ioanne Baptista, Sabaudus.
Mathias a S. Francisco, Italus.
Mauritius a S. Angelo, Italus.
Mauritius a S. Augustino, Gallus.
Maximinus a S. Magdalena, Gallus.
Melchior a S. Anna, Lusitanus.
Melchior a Regibus, Hispanus.
Michael Angelus a S. Ioseph, Italus.
Modestus a S. Amabili, Gallus.
Nicolaus a Conceptione, Hisp. Provincialis Belg.
Nicolaus a S. Ioseph, Hispanus.
Nicolaus a Spiritu sancto, Polonus.
Optatus a S. Carolo, Italus,
Paulus a SS. Sacramento, Gallus.
Paulus Simon a Iesu Maria, Genuensis, tribus vicibus Præpositus Generalis Congregationis S. Eliæ.
Petrus ab Annuntiatione, Hispanus.
Petrus ab Epiphania, Hispanus.
Petrus a S. Hilarione, Hispanus.
Petrus Thomas à S. Maria, Gallus.
Petronilla a S. Ioseph, Hispana.
Raphael a S. Iosepho, Germanus, Bavarus.
Saturninus ab omnibus Sanctis, Gallus.
Seraphinus a Conceptione, Romanus.
Seraphinus a S. Francisco, Gallus.
Servatius a S. Petro, patriâ Leodiensis.
Simon a Spiritu sancto, Italus.
Theodorus a S. Teresia, Belga.
Thomas a S. Vincentio, Hispanus.
Valerius a S. Euphrosyna, Leodiensis.
Vincentius a Cruce, Hispanus.
Vincentius a S. Catharina Senensi, Rhætus.
Wolfgangus a S. Matthæo, Germanus.

ANNOTATIO: Ex hactenùs dictis (*in hoc Manipulo, & hîc suprà in Serto VIII. & IX. a*) propatulum est, in Congregatione utrâque vigere duplicem spiritum S. Teresiæ, videlicet vitæ contemplativæ pro propriâ perfectione, & zeli, ac cooperationis pro salute proximorum: & ad hoc necessaria sunt studia: quorum quanta in utrâque cura sit, monumenta eruditionis multiplicis, Theologica, Philosophica, Historica, Ascetica, &c. (quorum specimina aliquot hîc libavimus) testimonium perhibent. (a) n. 3618. & n. 3656.

ANIMADVERTENDUM, plures inter scriptores, de quibus in hoc Manipulo, reperiri ejusdem omninò nominis & cognominis; qui, ad confusionem ex æquivocatione evitandâ, distinguendi sunt, penès nationem: aut, si ejusdem nationis, penes civitatem ex qua oriundi. E. G. Tres sunt celebres *Ioannes à Iesu Maria*, & omnes Hispani sed 1. *Calaguritanus*. 2. *Pastranensis*. 3. *Caravacensis*. *Tres Nicolai à Iesu Maria*. 1. Genuensis ex illustriss. familia *de Auria*. 2. *Genuensis* quoque ex illustriss. familia *Centurionum*. 3. *Polonus*: sic & in aliis. Quando sunt ejusdem nationis, & non constat de diversa patria, distinguendi erunt penès munera, quæ in Religione gesserunt. Eadem est ratio, de illis qui in sanctitatis aut eximiæ virtutis odore decesserunt, sicut hîc suprà annotatum est (b). *Nominis & cognominis ejusdem solerter distinguendi, & quomodò.* (b) n. 3647.

De Archiepiscopis, & Episcopis nonnullis ex utraque Congregatione assumptis.

3969. QUantùm ad Archiepiscopos, & Episcopos, pauci ex hac utrâque Carmelitanum Discalceatorum Congregatione numerantur; eò quòd in solemni professione votum etiam emittant, nec procurandi ejusmodi dignitates, nec etiam oblatas accep-

Digitized by Google

acceptandi, nisi cogente præcepto Summi Pontificis; hinc

Leo a S. Petro, Archiepiscopus Epidauri, seu Ragusiæ, electus, restitit quantùm potuit: sed cum esset ex primaria civitatis istius nobilitate, & cives persisterent constanter: nec Sum. Pont. illis vellet displicere, ob vicinitatem Turcarum, subitaneâ à Deo mortem impetravit. Ita P. Philippus à SS. Trinitate (a).

(a) in Th. Carm. q. 18 art. 4. sub fin.

Sebastianus a Conceptione, Lusitanus, nominatus in Episcopum S. Thomæ, seu civitatis Meliapur in Indiis Orientalibus, acceptare noluit: ita quoq; alii. Aliqui autem, jubentibus Sum. Pont. humiliter obtemperantes, ob publicum Ecclesiæ bonum acceptarunt: sic

Joannes Thadæus, (aliàs Joannes à S. Eliseo) jubente Pontifice ordinatus fuit Archiepisc. Aspahanensis in Persidè, ad quam cum Paulo Simone (aliàs Paulo à Jesu Maria) à Clemente VIII. fuerat missus, ibi verbo, & opere, & scripto multam messem in horreum Ecclesiæ catholicæ collegerunt. Illorum fit mentio in Apostolicis litteris ipsius Clementis VIII. datis V. Octobris anni 1604. ad Sciahabam Regem Persarum his verbis: *Misimus ad te Paulum Simonem, Ioannem Thadæum, & Vincentium, Fratres Ord. B. M. de monte Carmelo, eisque mandavimus, ut nonnulla negotia nostro nomine tibi exponerent.* Litterarum istarum initium est: *Illustri, ac potentissimo Sciahabas Regi Persarum Clemens Papa VIII.* ex integræ extant to. primo (b) historiæ generalis, cujus mentio fuit hîc suprà. De Joanne Thadæo Archiepiscopo peculiariter tractat P. Philippus à SS. Trinitate. (c)

(b) lib. 3. cap. 3.
(c) in Hist. Carm. Ord. lib. 8. c. 4. & in Theol. Carm. q. 18. c. 4.

Dimas a Cruce, ab Urbano VIII. electus Episcopus Babylonis, cùm humiliter resisteret, tandem ejus loco Pontifex substituit P. Bernardum a S. Teresia: de quo idem P. Philippus (d). Qui etiam commemorat Dionysium à Corona Spinea, qui innumeros penè infideles baptizatos transmisit in cælum, destinatus Episcopus ad Mogor.

(d) ibid.

Joseph a S. Maria, Episc. & Legatus Apostolicus missus in Indias Orientales. Ejus meminerunt P. Paulus ab omnibus Sanctis in *Clave aurea* (e) & R. P. Philippus à SS. Trinitate in *Theologia Carmelitana* (f). Post peractam Apostolicam legationem, ab Alexandro VII. illi injunctam, ab eodem Pontifice Episc. creatus primùm Hierapolitanus, deindè Bisignanus in regno Neapolitano, demùm à Clem. X. civitatis Castelli. Quæ scripserit annotatum est hîc suprà (g).

(e) part. 6. c. 3.
(f) q. 18. art. 4.
(g) n. 3965.

Henricus à S. Francisco, Pedemontanus, post 27. professionis annos inter Disc. Carm. creatus fuit an. 1671. à Clemente X. Episcopus Nicien sis in Sabaudia.

Antonius a Spiritu S. auctor *Directorii Regularium*, & aliorũ operum, de quibus hîc sup. (h) Episc. Angolæ: de quo, & nonnullis aliis, hæc ad me scribit (i) R. P. Silvester ab Assumptione, Generalis Congreg. Hispaniæ: Quod V. R. petit de Episcopis, qui fuerunt ex hâc Congregatione: *Respondeo, quòd* P. Antonius a Spiritu S. *fuerit electus Episcopus Angolæ, & consecratus: acceptâ possessione ibidem mortuus est. Transactis* 18. *diebus ab illius obitu in ejus locum electus & assumptus est* P. Franciscus a S. Maria: *sed renunciavit.* P. Sebastianus a Conceptione electus fuit *Episcopus Meleapor in India Orientali: sed ante consecrationem decessit.* P. Petrus a Matre Dei, *postulatus fuit Episc. Avilæ: & Rex voluit ipsum commendare ad Cardinalatum: sed ejus humilitas ab utroque ipsum exemit* (a). De V. P. Dominico a Jesu Maria, deprecante humiliter, ut à Cardinalis dignitate, oblatâ, immunis maneret, ferv o fuit hîc suprà (b).

(b) n. 3961.
(i) in litteris datis Avilæ die 23. Maji 1677.

(a) hactenùs ex istis litt.

(b) n. 3619.

COROLLA.

ad VIII. Manipulos præcedentes.

3976. AD Manipulos octo præcedentes *Corollam*, seu *Coronidem* appendimus, paucula videlicet ex binis hujus sæculi illustribus Scriptoribus (c) *Ceterùm non me fugit, Lector, in hoc toto scriptionis genere varia mihi judicia parata, eorum, qui præteritos aut non satis laudatos quærentur, & velut neglectos clamitabunt...* Sequitur ex Velleio Paterculo: *Vivorum ut magna admiratio, ita censura difficilis est:* Hinc mox: *Si quid autem in tanta rerum silva (ut numquam errare miraculi instar esset) peccatum, aut non satis explicatum, aut ex toto omissum sit, docti ad amicus libenter sententiam mutabimus, & curis secundis, si Deus vitam & otium dederit, non sine gratia emendabimus, ac supplebimus.* Ita Aubertus Miræus (d) & ego cum ipso. *Vivos vel admodùm parcè, vel omninò non laudavi, & si quid alicui commendationis asperſi, id nonnisi aliorum verbis jam typis in vulgus editis præstiti. Quosdam recensui, qui pauca quædam ediderunt in lucem, unam V. g. duas, treſve Orationes, vel quid simile. Sed id à me factum est exemplo, & auctoritate Scriptorum externorum, qui suis in Catalogis illos referunt.* Hæc Philippus Alegambe, (e) qui varias quoque adducit rationes, seu convenientias commemorandi etiam eos, qui minuta quædam opuscula ediderunt. Alia ad hoc propositum præcesserunt jam ante (f) quæ recolat Lector; ne de scriptoribus Italis, Hispanis, & Francis &c. prætermissis plurimis, aut parcè commemoratis, offendatur, aut miretur. (Eadem est ratio de illis, de quibus hîc suprà *in Sertis IX. pietatis, ac virtutum*). Etenim neutiquam fuit intentum, in his *Manipulis* (sicut neque in præfatis *Sertis*) generaliter complecti Scriptores Carmelitas omnes, nedùm cuncta eorum scripta (nec in hoc tomo, nimium excrescente, id fieri poterat; cùm unus tomus solus integer ad hoc requireretur) sed ex singulis nationibus compendiosâ relatione commemorati sunt isti eo fine: ut perspiciatur, scien-

(c) Aubert. Miræo, & Philippo Alegambe.

Scriptores Carmelit. cur non omnes hîc relati;

(d) in Bibl. Eccles. to. 1 sub finem.

(e) in Bibl. Script. Soc. Jesu, in Præfat. 2.

(f) hîc sup. num. 3687. pag. 1065.

hoc eorum omnia script. in comme. morata;

quia ad hoc tomus peculiaris requireretur.

Digitized by Google

hactenùs commemorati sunt velut specimina Carmelitica eruditionis.

scientiarum studia, in hoc Ordine in omnibus nationibus multùm viguisse; (ut ad hoc etiam posteri nostri animentur) potissimè à tempore quo inter 4. Mendicantes Ordo recensitus, specialiori Jure obstringitur ad animarum salutem procurandam: ad quod necessaria sunt studia: de quorum necessitate, & modo utiliter faciendi, ac amicabili nexu sociandi exercitiis vitæ contemplativæ, jam consequenter sermo continuatur.

PARÆNETICA EXHORTATIO

Ad Superiores, pariter & omnes Sacerdotes, ac FF. Clericos Ordinis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli.

De duplici instituto, seu fine Ordinis hujus, à S.P.N. Elia traducto, conjungendo: ac de modo piè, & utiliter studendi.

Carmelitici Ordinis pars primaria, coram Deo ambulare:

3971. VIdimus, perspeximus, & quasi manu palpavimus in parte IV. Speculi hujus merita, retributionem, & gloriam eorum, qui juxta Regulæ Carmelitanæ primarium finem *die ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes*, aliarum quoque suarum regularum zelosi observatores, Deo per amorem inhærentes & *quæ ei placita sunt, facere semper* satagentes, magnis cumulati meritis, in gaudium Domini intraverunt: quorum gesta, & miracula ideò scripsimus, ut nos eorumdem incitemur exemplis. In hac autem parte V. similiter contemplati fuimus, quòd ab ipsa Ordinis origine per S. P. N. Eliam, etiam semper Patres nostri orationis, meditationis, & contemplationis exercitiis, conjunxerint ea studia quæ peculiariter cedunt in salutem animarum, quam, per intervalla, solicitè quoque procurare studuerunt, de alto contemplationis descendentes ad opera vitæ activæ, ad monendum, prædicandum, catechizandum, atque ita quòd in solitudine, seu cella, contemplationis falce suaviter messuerant, excussis granis in tritura prædicationis, largissimè rursùs seminarunt, ut etiam in proximis adferrent fructum trigesimum, sexagesimum, & centesimum. Ita S. P. N. Elias, ita S. Eliseus: sic quoque eorum discipuli Filii Prophetarum, & horum, ac istorum posteri, seu soboles, Esseni: sic in primordiis Ecclesiæ Christianæ, solitudini, & contemplationi dediti in Carmelo, indè descendentes, Apostolorum coadjutores effecti, fidem Christi disseminaverunt: & sic deinceps semper. In hoc autem studio, & saluti animarum cooperandi zelo, etiam fratres Laici, participes esse possunt, suis exemplis, precibus & sanctis exercitiis, illum in finem directis. Sic salutem aliorum procurarunt. S. Anastasius (a) S. Avertanus (b) B. Francus (c) Ven. Franciscus à Cruce (d) Ven. Fr. Joannes à S. Samsone (e) Ven. Fr. Basilius à S. Spiritu (f) Ven. F. Franc. à Puero Jesu & Franciscus à Jesu (g). Quinimò & Virgines, Moniales hujus Ordinis partem illam à suo sexu non omninò alienam arbitratæ, hunc in finem, quod pro sua conditione potuerunt, præstitêre. Etenim, ut prætermittam vetustiores (ut S. Syncleticam, cujus in Vitis Patrum, pro utilitate omnium præclara extant Apophthegmata: S. Angelam Bohemam, quæ pro instructione aliorum scripsit *librum Revelationum, & de SS. Eucharistiæ Sacramento*) Seraphica Virgo Teresia, sicut divino amore, ita & zelo salutis animarum æstuabat: ut ejus gesta, & Scripta abundè testantur, & variis locis Vitæ ejus Scriptores referunt: is quippè eam coëgit ad tot labores, tot itinera, etsi detritâ valetudine, morborumq; doloribus prostratam, in cœli, & aëris intemperie, tempore brumali, nivali, nec non per intensos æstatis calores, ut Christo in animarum salute procuranda cooperaretur: & hic fuit finis, ac scopus ejus in novâ Congregatione instituenda, sicut pleniùs traditum est suprà (a). Quanto autem desiderio animarum salutem sitiret, manifestant ista ejus verba: *Videbar mihi mille positura vitas, ut uni saltem ex tot pereuntibus animabus, suppetias ferre possem.* Ad eumdem zelum, & ad opem ferendam per orationes, & mortificationes, sic suas exstimulat: *iuvate me, quæso, charissimæ in Christo sorores*, in identidem Dominum hâc pro re orando: hinc de ea testatur Franciscus Ribera (b). *Lacrymas oculis ac gemitus corde imò exciens; ad summum animarum procreatorem incessanter, queritabunda clamabat, aliquam sibi ut rationem suggereret, quâ vel ad unius salutem anima posset cooperari.* Et Joannes à Jesu Maria (c) *Decrevit, erandi studio perenni, cæterisque piis operibus, quibus institutum cepta vitæ contexitur, sic uti, ut pro iis, qui hæreticorum saluti navarent operam, Doctoribus, concionatoribus, fidei propugnatoribus, Deum jugiter interpellaret: ut qua sexûs imparitate in opus virile nequiret incumbere, virili certè animo viros juvaret.* Ejusdem animi fuit S. Maria Magdalena de Pazzis: quæ referri audiens conversionem Indorum per Patres Societatis Jesu, præ gaudio & desiderio cooperandi exultans, exclamabat: *O, si, ut avicula, volare mihi liceret, quò parvulos Indianos ad gremium, & ubera S. Matris Ecclesiæ adducere possim*: ac in illum finem etiam afflictiones,

altera secundaria procurare salutem animarum:

Laici Carmelitæ zelo salutis animarum conspicui;

Moniales Ord. Carm. zelo salutis animarum æstuantes:

præsertim S. Teresia,

& S. Maria Magdalena de Paz.

(a) vide hic sup. n. 475.
(b) vide n. 1012. & seq.
(c) vide n. 2762. & seq. & n. 2813.
(d) n. 3480. & seq.
(e) n. 3514. & seq.
(f) n. 3578 in fine.
(g) n. 3642.

(a) n. 2324. & 2330. & 2333.

(b) in vita S. Teres. l. 2. c. 6.

(c) in vita S. Teres. l. 2. c. 1.

Digitized by Google

ctiones, & pœnitentias Deo offerebat. Solebat quotidiè preces multas Deo libare pro conversione peccatorum obtinenda: & manè tot animarum conversionem à Deo petebat, quot gressus ipso die factura erat. Ad eumdem pro salute animarum zelum alias suas sorores, & novitias frequenter exstimulabat his, & similibus verbis. *Nostrâ culpâ pereunt animæ innumeræ, fortè salutem assecuturæ, si pro illis oblatus fuisset à nobis Christi sanguis, prout exigunt Dei bonos, zelus Religionis, officia charitatis.* Has, & antiquos Patres nostros, imitari satagamus, ac primariæ essentiali parti Instituti nostri (quod est, in silentio Deo vacare, per orationis, & contemplationis exercitia) etiam studia scientiarum necessariarum pro salute proximorum procuranda conjungamus: ad quæ studia promovenda Superiores in conscientia obligantur, à tempore quo Ordo inter quatuor Mendicantes adscriptus est; exindè enim cooperari in salutem animarum, quod priùs fuerat charitatis, cœpit esse obligationis; nàm ex vi status, & ordinatione Ecclesiæ, ad animarum salutem procurandam jam tenemur, cùm Ordines mendicantes, in quantum tales, instituti sint ad activam vitam spiritualem in proximos exercendam. Hunc in finem Innocentius IV. Regulam primitivam in aliquot punctis, vitæ activæ non ita conformibus nonnihil immutavit, & modificavit anno Christi 1247.

Ord. Carm. Superiores tenentur invigilare, ut studia vigeant;

3972. Hinc Constitutiones Ordinis à Sum. Pontificibus confirmatæ (a) his ad studia hortantur verbis: *Ex quo ad publicum Ecclesiæ famulatum, agrique Dominici culturam Summorum Pontificum auctoritate translati sumus; nostri jam Instituti ratio postulat, ut cum Theologia mystica, quæ sanè pars est Carmelitarum optima: literarum, scientiarumque studia, non impigrè conjungamus.* Itaque cum primario, & quasi essentiali Ordinis Carmelitici instituto, fine, scopo, *Deo vacare per orationis, meditationis, contemplationis, Divina præsentia, & istis sociata mortificationis, ac sui abnegationis exercitia*, conjungenda nunc sunt *studia scientiarum, Theologica præsertim*, sine quibus debitè satis fieri nequit muneri Ordinibus Mendicantibus ab Ecclesia injuncto, confessiones fidelium audiendi, verbum Dei prædicandi &c. Propterea etiam quemadmodùm Superiores obstringuntur, idoneos deputare ad studia & satagere, ut scientiarum studia non impigrè exerceantur; sic reciprocè à Superioribus applicati studiis, sub onere conscientiæ obligantur moralem adhibere diligentiam, ut in studiis se perficiant & ad hoc tenentur, tempus sibi concessum impendere pro suâ possibilitate: quod ni fecerint, & si neglexerint, Deo Judici rationem reddere debebunt, de illâ infidelitate, & inobedientiâ, ac tempore indebitè amisso. Hinc est, quod Patres nostri, post Ordinis transmigrationem è Terra S. in Europam, cùm sub Innocentio IV. Pontifice, tempore Generalatûs S. Simonis Anglici, Ordo inter quatuor Mendicantes relatus esset, solicitè parti, fini, scopo primario Ordinis, sociaverint etiam alterum, studia videlicet, præsertim Theologica: quorum quanta semper fuerit in Ordine cura, videre licet hîc suprà in vita S. Petri Thomæ (a) in vita S. Simonis præfati, (b) & in vita B. Joannis Soreth, (c) & perspicuum est, Carmelitanas historias pervolventi, in omnibus provinciis, seu regionibus, ubi Ordo viguit, etiam doctrinâ eximios floruisse, qui, veluti lucidæ, ardentesque lucernæ super candelabrum in domo Domini positæ, & tamquàm sidera Ecclesiam illustrarunt, & veluti gemmæ vernantes, & rutilantes exornarunt; verbis & decoris sermonibus Scripturas Divinas reserantes, solventes nodos, obscura dilucidantes, orthodoxa fidei dogmata contra hæreticos propugnantes, ad omnigenas virtutes incitantes: nec tantùm præsentibus profecui, sed & longè positis ac posteris adjumenta salutis præbentes, editione voluminum, tamquàm apes argumentosæ fabricantes cellas mellis spiritualis: & veluti prudentes polimitarii cortinas, saga, pellesque arietum rubricatas, quibus Ecclesiæ militantis tabernaculum protegatur, continuè resarcientes. Ut id aliqualiter perspiciatur, & præsentes ac futuri, indè ad studia incitentur, ideo Manipulos istos eruditionis exhibuimus. Porrò licèt in hoc Ordine tot in omni scientia scripserint, sicut aliqualiter ex istis Manipulis delibare licet, neutiquam tamen inveniendis aliis, inventa obstant, nullique nascendo post multa secula via præcludetur aliquid novi inveniendi: instar enim solis oritur intellectus & occidit, vadit & redit, & numquam moritur. Nec quispiam, licèt tardo videatur ingenio, desperet in studiis proficere: proficiet enim quilibet, si binis se sublevet alis, videlicet hinc diligentiâ, ac continuo studio, & ithinc divini luminis humili postulatione per devotam orationem, quam quidam convenienter assimilant canali; siquidem per eam ad nos influunt Dei dona, & cælestis gratiæ charismata: *Radices disciplinæ sunt amaræ, fructus dulces*, secundùm Philosophum; Deus enim non otiosis tribuit sua munera: sed labore, & diligentiâ opus est, specialiter pro adipiscenda sapientia, & ad carpendos, & degustandos dulces scientiæ fructus. Ita S. Petrus Thomas improbo labore ita agreste coluit ingenium, ut brevi temporis intervallo disertè legendi, eâ facultate polleret, quâ sibi honestiùs consuleret, atque alios docendo præiret: deindè evasit in virum præstantissimum, Episcopum, Archiepiscopum, Legatum, Legatorumque prototypon, Patriarcham: & ista assecutus est per diligentiam, & per orationem. Per hunc tubum ex abyssali divina sapientia puros latices scientiæ copiosè hausit, quos deinde alijs abundè communicavit; siquidem diligentiæ in studiis conjunxit, aut veriùs semper præmisit

(a) n. 631.
(b) n. 1526.
(c) n. 2125.

Studiorum magna cura habita à Patribus nostris.

(a) Constit. strict. observ. confirm. ab Urb. VIII. & Innoc. X. parte 1. c. 21 num. 1.

in studiis proficiendi utilissima praxis.

confirmata exemplis.

studiis deputati in conscientiâ obligantur, moralem adhibere diligentiam.

videlicet diligentiam & orationem sociare, & misceret

Digitized by Google

orationem: & sicut Angelicus Doctor S. Thomas Aquinas *numquam se lectioni, aut scriptioni dedit, nisi post Orationem, quâ magis, quàm studio, aut labore suo, quidquid sciret, divinitùs traditum se accepisse referebat:* ita & præfatus S. Petrus Thomas *in altari plus se didicisse, quam in schola: & multa sibi à Beatissima Virgine explicata sacræ Scripturæ arcana, quæ communem hominum captum superant,* piè manifestavit: quodque multa inter docendum in scholis, & inter concionandum in templis occurrebant, quæ numquam antèà cogitaverat. Ità traditur in ejus vita: ita quoque S. Simon Stock, S. Andreas Corsinus, B. Joannes Soreth, & alii. Exemplum etiam singulare videatur hîc suprà (a) in Ven. P. Livino à SS. Trinitate: qui absque studiis primitùs in hoc Ordine cooptatus inter fratres Laicos, ob scintillantes ex eo pietatis, & bonæ spei, radios, in sortem Clericorum assumptus; diligenti studio, associato exercitiis orationis, meditationis, præsentiæ divinæ, in virum evasit valdè præclarum, sicut perspicere licet loco jam indicato (b).

(a) n. 3556. & seq.

(b) n. 3556.

3973. Duo autem nobis hic cavenda: ALTERUM, ne ob salutem aliorum procurandam negligamus propriam perfectionem: cujus præcipuum adjumentum sunt, solitudo, oratio, meditatio, contemplatio, junctæ mortificationi, & sui abnegationi. Is enim præposterus esset Ordo, juxta commune adagium: *Currus bovem trahit.* ALTERUM cavendum, ne existimemus duo illa, vacare orationi, & contemplationi, ac cooperari in salutem animarum, inter se haud convenienter posse convenire: erroneum enim est, id sibi persuadere; nam ista amicabili nexu combinari inter se posse, nec contrariari contemplationem & actionem, nos docent exempla plurimorum Sanctorum nostrorum; etiam post incolatum urbium, & oppidorum, S. Simonis Stock, S. Alberti, S. Andreæ Corsini, S. Petri Thomæ, aliorumque non paucorum: in quibus nec actio contemplationi impedimento fuit: nec contemplationis studium ab operibus charitatis externis in salute animarum procuranda, revocavit: at utrumque suis temporibus exercuerunt. Ne autem in arida mundanorum hominum terra exsiccetur vertex Carmeli, ast irriguo superioris (scilicet contemplationis) ac inferioris (hempe actionis) ditetur, imitandi dealbatores, qui, cum calx exsiccata fuerit, rursum aquâ perfundunt: sic & nos, ne per occupationes externas exaresçamus, rigari debemus contemplationis imbre. Et sicut fabri ferrarii, dum frigescit, & indurescit ferrum, rursùs igni illud injiciunt; ita satagendum nobis, si per studia, aut opera externa intepuisse nos experiamur; per meditationem, ac divinæ præsentiæ exercitium, exardescat ignis devotionis, & recollectionis. Quod, quo pacto practicandum, traditur in libello (veraciter hunc sibi titulum præferenti) *Introductio in terram Carmeli*, non ita pridem edito per R. P. Michaëlem à S. Augustino, Provinciæ nostræ Belgicæ Provincialem: ubi postquam *tract. 2. cap. 5. & 6.* declaratum esset, partem instituti Carmelitici esse activam vitam: *cap. 7. & sequentibus*, modus traditur, activam, & contemplativam connectendi, per charitatis actus, fidem divinæ præsentiæ, rectitudinem intentionis &c. Plura etiam ad hoc propositum videri poterunt in pio & erudito opusculo: *De scientiis religiosæ acquirendis* Auctore R. P. Licinio à S. Scholastica Provinciale Turoniæ; qui inter alia, ista (a) *Sanctorum non modò Andreæ Fesulani, Petri Thomæ, & aliorum nostri Ordinis, sed & Anselmi, Thomæ Aquinatis; Bonaventuræ, & Vincentii Fererii exemplo, sapiùs ab oratione ad studium, & à studio ad orationem irrequietis quasi motibus, transite; nempe oratio suis luminibus ardentibus scientiam illustrat: scientia vero orationi, amplissimam segetem subministrat.* Idipsum pulcherrimè edocetur à magno rerum spiritualium Magistro Fratre Jo. à S. Samsone in Speculo & *Flammis Divini amoris cap. 4.* ubi docet sequentia: *Quomodo se gerere oporteat in actione & externa conversatione: qualiter in actione externa intentio ad Deum haberi debeat: quo pacto possint amoris filii, sine præjudicio sui amoris, magni momenti negotia peragere, studere, se recreare* &c. Quæ ibi in Procemio paucis complexus est istis S. Bernardi verbis: *Magna res est amor, si ad suum recurrat principium, si suæ origini redditur, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat, undè jugiter fluat.* Ista si Carmelitæ satagant practicare, studiis disciplinarum, & Theologiæ Speculativæ, studia Theologiæ mysticæ, ac pietatis sociantes, Carmeli Ordo, & ejus Provinciæ in Ecclesia Christi erunt *ut valles nemorosæ, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. Fluet aqua de situla ejus, & semen illius erit in aquas multas.* (b) Ita sanè: *fluet aqua de situla ejus*, scilicet aqua sapientiæ bipartitæ ex Carmelo. Sicut enim aqua è puteo hausta per situlam, ex ea in alia vasa transfunditur; sic aqua sapientiæ humanæ, Theologicæ Scholasticæ, ac mysticæ, inter se permixtæ à nobis, hausta per situlas, per studia scientiarum simul & pietatis, à nobis transfundetur in alios, domesticos, & externos. Et sic in Carmelo, pro se, & proximis erit *fons aquæ salientis in vitam æternam.* (c) Amen, amen, amen.

(a) cap. 19. n. 3.

(b) Num. 24.

(c) Joan. 4.

Carmelitici Instituti partes utraque quomodò amicabili nexu sociari debeant:

Carmeli Ordo quâ ratione possit esse florentissimus,

& in Ecclesia militiæ,

studia & pia exercitia quomodò se invicem osculentur.

CO-

Digitized by Google

CORONIS
SPECVLI CARMELITANI:
DE FESTO
COMMEMORATIONIS SOLEMNIS
B. VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELO.

Commemorationis solemnis festum cur iterato hîc proponatur.

COmpendium historiarum præcipuarum in hoc opere traditarum, proponitur nobis in Officio istius Solemnitatis, in lectionibus secundi Nocturni; propterea totius hujus Operis Coronis, & veluti anacephalæosis, convenienter erit de isto Festo tractatio iterata; nam jam ante de illo, prout in Carmeli Ordine celebratum fuit per plura secula, quædam præcesserunt (a). Interea autem, post ista impressa, festi hujus solemnizatio, auctoritate Apostolicæ Sedis, extensa quoque fuit extra hunc Ordinem: idcircò expedit, declarari ulteriùs convenientias festi istius: id præstabitur in capitibus aliquot sequentibus: quibus denique subnectetur totius Operis conclusio, & epilogus.

(a) hîc suprà n. 1969 est 1970. ac seq.

CAPUT PRIMUM.

Festi istius antiquitas: rationes ob quas primùm institutum fuit.

Commemorationis solemn. festum antiquum, ab aliquot seculis celebratum,

3974. COmmemorationis solemnis B. V. Mariæ de monte Carmeli Festum in Carmeli Ordine venerabilis antiquitatis, à pluribus seculis solemnizatum fuit die XVI. Julii postridiè festi divisionis Apostolorum (quo die XVI. Julii à B. Maria traditum fuit sacrum Scapulare S. Simoni Anglico) sicut constat ex antiquis Breviariis, Missalibus, & Calendariis. Ita quidem in Calendario Breviarii Venetiis apud Petrum Debuchinum impressi anno MDLXXIII. ad *XVII. Kalendas Augusti* (hoc est, ad diem decimum sextum Julii) legitur: Commemoratio Solemnis gloriosæ Virginis Mariæ: Totum Duplex: Quòd autem istud festum tunc valde esset solemne; innuunt Orationes, seu Collectæ, ad primas & secundas Vesperas, Tertiam, Sextam, & Nonam, singulæ diversæ: (quod in festo alio nullo cernitur) Orationes illæ habentur hîc suprà, parte IV. ad diem XVI. Julii (b). Idem festum signatur ad eumdem diem in Breviariis, & Missalibus impressis an. MDV. an. MCCCCLXXX. & in anterioribus: nec non in antiquo Calend. MS. ab aliquot seculis: *XVII. Kalendas Augusti* Solemnis Commemoratio Virginis gloriosæ. Antiquitatem hujus solemnitatis etiam testatam faciunt antiqui Ordinis historici: ita quidem Balduinus Leersius, Atrebatensis, qui obiit an. 1484. in *Collectario exemplorum*, cap. 2. cujus iste est titulus: *Qualiter duo fuerint ultione divinâ puniti detrahentes Regulæ, & Fratribus, Beatâ Mariâ apparente Summo Pontifici, imperante Regulæ confirmationem.* Ubi cùm retulisset celebre istud miraculum & apparitionem B. Virginis factam Honorio III. Papæ, de qua mox latiùs ex Thomâ Bradleyo, subjungit: *Istud miraculum recitatur in sermone inviolabilis antiquitatis, qui legitur in solemni Commemoratione Virginis.* Ubi notanda verba ista *inviolabilis antiquitatis.* Ita ille circa annum Christi 1484. Tunc igitur Historia illa in officio ad matutinum legebatur (sicut etiam nunc ejusdem fit mentio verbis infra adducendis) & tunc (circa annum 1484.) erat ille sermo *inviolabilis antiquitatis*, videlicet verisimiliter à tempore præfati Honorii Tertii, aut aliquantò post. Nuncupatur *Commemoratio solemnis* &c. nempè Commemoratio est beneficiorum à B. Virgine Maria Ordini huic præstitorum. Inter persecutiones sævissimas Cosdroæ Regis Persarum Homar, & successorum ejus Saracenorum, ac Turcarum, ne interiret, conservavit: Ex Oriente, ne extirparetur, in occiduas partes sua sub tutela transmisit: transmissum iterum contra æmulos defendit: pro approbatione Honorium III. cunctabundum monuit, & ad dandâ instigavit, & imperavit. De istis, & aliis pluribus videri poterunt libri Tomo præcedenti inserti, videlicet Collectaneum *Exemplorum, & Miraculorum: Qualiter gloriosissima Dei Genitrix Virgo semper Maria Carmelitarum Fratrum patrona singularissima, & singulare refugium, Ordinem suum, & Fratres provexit:* & Arnoldi Bostii librum *De Patronatu, & Patrocinio Beatissimæ Virg. Mariæ in dicatum sibi Carmeli Ordinem:* nec non Joannis Baptistæ de Lezana librum: Maria Patrona, *seu de singulari SS. Virginis Mariæ Patronatu & Patrocinio in sibi devotos; specialiter in Carmelitici Ordinis Fratres & Sodales, qui sub S. Scapularis vexillo ipsi deserviunt: Summorum Pontificum, & gravium Doctorum auctoritatibus comprobato.* Prætermissis autem præstitis priscis temporibus, hoc loco, prolixitatis vitandæ causâ, quatuor dumtaxat commemorabimus.

(b) hîc ante num. 1970.

in memoriâ beneficiorum Ord. Carm. præstitorum.

3975. Primum, quòd cùm circa ann. Christi MCCXXVI. nonnulli Ordinem graviter impeterent, sicut tomo præcedenti refertur (a) & extinctum vellent, pro remedio recurrerunt Fratres ad Apostolicam Sedem. Distulit autem eos exaudire Vicarii Christi Curia, remoram objicientibus qui-

Benefic. 1.

(a) vid. to. præced. n. 349. & 1494 & 1592.

Digitized by Google

Ordinis ab æmulis defensio, & confirmatio.

busdam æmulis. Ita tradunt Ordinis historici, & exteri: duos hîc audiviſſe ſufficiet. Emanuel Rodericus *in Quæſtionibus Regul. tomo 2. quæſt. 97. art. 7.* hîc paucis rem enarrat: *Multifariam multiſque modis olim, & hodie B. Virgo favorem benevolum impartita fuit Religioni Carmelitarum patrum; Honorius enim III. cùm regulæ pro hac religione Alberti * Hieroſolymitani confirmationem diſtuliſſet, ut maturiùs tanta res ageretur, apparuit ei Beata Virgo, pulchra ut luna, electa ut ſol; eique præcepit, ut petitioni fratrum Carmelitarum libenter annueret: & ut hujus celebris viſionis ipſum faceret certiorem, ſignificationem ei præbuit, quòd duo æmulatores, & contrarii hujus ſacræ Religionis, juſto Dei judicio in illâ nocte perierant.* Iſtis conſonat ſcriptor vetuſtior Thomas Bradley, Epiſcopus Dromorenſis, in *Chronico Carmelit.* ubi iſta (a) *Contigit eos accedere ad Summũ Pontificem, videlicet Honorium Papam Tertium, ſupplicantes, ut tam antiquum Ordinem confirmationis munimine roborare dignaretur. Cùm dies decreti differtur, noctis tenebras interrumpens ſanctiſſima Dei Mater, lucerna ſuperni luminis, omnium malorum medicina, omnium bonorum mediatrix, Summum Pontificem Honorium Tertium maturitatis ſuæ oculis inſpiciens, & minaci * vigore lenitatem clementiæ contemperans, admonet, petentium vota complendæ non differre: inſinuatque eidem, duos æmulos Carmelitarum Religionis eâdem horâ, ultore Deo, mortaliter eſſe plexos, diſpari exitu, ſed deceſſu pari. Nec eſt (inquit) adverſandum in his negotiis, dum ego jubeo, nec diſſimulandum dum ego promoveo. His dictis diſparuit ſacratiſſima Virgo Maria. Et Papa expergiſcens ſe contulit orationi: & mox ſuos obnixè concitat in favorem Carmelitarum Ordinis, perpetuò tempore non violandi.* Et hoc primum fuit motivum inſtituendi hoc Feſtum Commemorationis Solemnis, ſicut perſpicuè innuunt orationes olim in hoc feſto legi ſolitæ, videlicet iſta ad primas veſperas & matutinum ac Miſſam: *Deus qui excellentiſſimæ Virginis, & Matris Mariæ titulo humilem Ordinem tibi electum ſingulariter decoraſti, & pro defenſione ejuſdem miracula ſuſcitaſti.* &c. Orationes iſta & aliæ integræ adductæ ſunt hîc ſuprà (b). Conformiter in officio à Sacr. Rituum Congregatione ſæpiùs approbato, ad matutinum in lectione V. Feſti hujus legitur. *Cùm apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione inſtarent, aſtitit Honorio noctu purißima Virgo Maria, planeque juſſit, ut inſtitutum, & homines benignè complecteretur.*

* Cardinalis: (*legendum*: Patriarchæ.)

(a) cap. 5. vide tomo præced. n. 798.

* al. *rigore.*

(b) n. 1970.

Beneficiũ 2

confirmatio Apoſtolica tituli: Fratrũ B. V. Mariæ.

3976. SECUNDUM, quòd, cùm Ordinis hujus titulus ſit: *Fratrum B. Virginis Mariæ*, illi ſe oppoſuerit hæreticus Witcleff, & poſt eum alii plures, primùm in Anglia, & deindè alibi, pariter cum eodem Witcleff (offenſo Carmelitis, ſe falſis ipſius dogmatibus opponentibus) etiam Ordinis originem à S. Elia Propheta impugnantes. Hinc anno MCCCLXXX. Bartholomæus Cardinalis tituli S. Marcelli, pro parte totius Ordinis Carmelitarum ſupplicatus, obtulit (pro remedio) Summo Pontifici Urbano VI. libellum ſupplicem hujus tenoris: *Pater Beatiſſime, quia Ordo Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli, tam de jure poſitivo, quàm per ſanctos Romanos Pontifices diverſos fuerat ab antiquis temporibus confirmatus, & Glorioſæ Virginis Mariæ titulo ſpecialiter inſignitus; quidam tamen iniquitatis filii, & alumni, ſpiritu invidiæ, & malitiæ agitati, non obſtantibus confirmatione, & intitulatione prædictis, eidem Ordini detrahere non deſiſtant, dicentes, nec ipſum Ordinem, nec Fratres ejuſdem Ordinis eſſe, vel fuiſſe jure poſitivo confirmatum, ſeu confirmatos, nes ipſos eſſe Fratres Beatiſſimæ Genitricis Dei.* Quantùm ad titulum præfatum Summus Pontifex ante dictus Urbanus VI. pro efficaci remedio: *Omnibus Chriſti-fidelibus, qui Ordinem ipſum, & Fratres ejuſdem Ordinis, Ordinem, & Fratres Beatiſſ. Mariæ Genitricis Dei vocaverint, nominaverint, ſeu appellaverint, ſi in gratia extiterint, Indulgentiam trium annorum, & tot quadragenarum conceſſit gratioſè, perpetuis temporibus duraturam.* Quam eamdem Indulgentiam confirmarunt ejuſdem ſucceſſores. Et id eſt, quod hoc ipſo feſto, lectione V. legitur: *Eumque titulum Summi Pontifices non modò confirmarunt, ſed & Indulgentias peculiares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres ſingulos nuncuparent, conceßêre.* Præterea, cùm ſic in Anglia titulus ille impeteretur, Divina, & manifeſta adfuit vindicta in obloquentes, & imago Deiparæ Ceſtriæ in Eccleſia S. Werburgæ, tempore ſolemnis proceſſionis, cum digito innuendo, eiſdem Carmelitis, cunctis audientibus, dixit: *Ecce Fratres mei, Ecce Fratres mei, Ecce Fratres mei dilecti, atque præelecti.* Hiſtoriam *ex geſtis illius Eccleſiæ* tradit in Chronico Carmelitano Thomas Bradley, ſeu Scropus, eruditione, & pietate clarus, Epiſcopus Dromorenſis in Hibernia, atque etiam alii: videatur in *tomo 1. Speculi Carmelitani.* (a) Hinc olim in feſto hoc legi ſolebant iſtæ Orationes: *Deus, qui Excellentiſſimæ Virginis, & Matris Mariæ titulo Ordinem* &c. (ſicut jam ante audivimus) *& Oramus te Domine Ieſu Chriſte, ut ſicut tua Genitrix Virgo, luminis ſplendore, nocte apparens oſtendit petentium Carmelitarum vota ſuſcipi & acceptari, ut montis Carmeli Religio ſua nominaretur, & eſſet* &c. Undè paſſim Pontifices in Bullis ſuis titulum illum Ordini tribuunt, eum nuncupantes *Ordinem Beatæ Mariæ de monte Carmeli*: ſeu *Ordinem glorioſæ Virginis Mariæ titulo ſpecialiter inſignitum*: ſive *Ordinem glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ ſpeciali titulo inſignitum*, ſicut videre licet in omnibus penè Pontificum Bullis in Bullario Ordinis.

(a) n. 790.

Beneficiũ 3

3977. Tertium ſingulare beneficium eſt, quòd circa ann. Chriſti MCCLI. cum Ordinis Generalis eſſet S. Simon Anglicus, cognomento Stock, Ordo Carmeli graviter impeteretur, ipſe S. Simon ſicut omnes officii dignitate, ita & fervoris intenſione præcedebat, atque cæterorum afflictionem in paterni cordis compaſſivo affectu gerebat, ut

Digitized by Google

Sacrum Scapulare, signum salutis.

ut testatur Petrus Swaningtonus, ipsi B. Patri tunc dum Prioris Generalis officio fungeretur, à comitatu, qui in historia traditi à B. Virgine Scapularis, hæc scribit: *Beatus Simon Grandavá senectute gravatus, & rigorosâ pœnitentiâ, fractus, omnium fratrum dolores in corde suo sustinendo, assidnè pernoctabat in oratione usque ad auroram: dum autem sic oraret, venit ei consolatio de cælo,* videlicet quòd *cùm in omni fiduciâ Dominam Virginem Mariam deprecaretur, quòd sicut volebat nos appellari fratres suos, monstraret se Matrem, eripiendo nos de casu tentationum, & aliquo signo gratiæ nos recommendando erga ipsos, qui nos persequebantur, dicendo illi cum suspiriis:* FLOS CARMELI, VITIS FLORIGERA &c. *apparuit ipsi cum grandi comitatu, & tenendo habitum Ordinis, dixit:* HOC ERIT TIBI, ET CUNCTIS CARMELITIS PRIVILEGIUM &c. Historiam plenius descriptam habet lector hîc suprà, (a) & in tomo præcedenti variis locis. Et hinc lectione V. festi Commemorationis legitur: *Nec verò nomenclaturam tantùm Magnificentissima Virgo tribuit, & tutelam, verùm & insigne sacri Scapularis, quod B. Simoni Anglico præbuit, ut cælesti hac veste Ordo ille sacer dignosceretur, & à malis ingruentibus protegeretur.* Quòd in memoriâ, & gratitudinem istius singularis beneficii festum istud fuerit institutum, constat ex eo, quòd (sicut jam ante cœptum est dici) eo ipso die B. Virgo S. Simoni apparuerit, & Scapulare tradiderit, scilicet *in crastinum* (id est postridie) *Divisionis Apostolorum:* eo enim ipso die, seu ejus diei nocte traditum fuisse Scapulare, testatur præfatus Petrus Swaningtonus.

(a) n. 1515. & seq.

Beneficiū 4

3978. Quartum beneficium singulare est, quòd circa ann. Chr. MCCCXVI. non obstantibus frequentibus litteris Summorum Pontificum (de quibus parte *primâ lib.* 10. *cap.* 1. & 2.) in commendationem, & favorem Ordinis hujus, is nihilominùs graviter opprimebatur, & affligebantur Religiosi, ita ut in amaritudine vitam traducerent (sicut refertur eâdem *parte* 1. *lib.* 10. *c.* 3.) Tunc quoque singularissimè patrocinata fuit clientibus suis, apparens Joanni XXII. Pontifici, mandans illi, ut, sicut ipsum ereptura esset à suis adversariis, ita amplam concederet Ordini suo confirmationem, & publicaret, ac etiam confirmaret singularissimum privilegium adjutorii animarum in purgatorio. Ita tradunt historici domestici, & exteri: sic quidem refert, ac testatur ipse Pontifex, in Bulla, cujus initium est: *Sacratissimo uti culmine.* Joannes utrumque præstitit, primum quidem per gratiosissimam amplissimæ exemptionis Bullam, cujus hoc est initium: *Dilectis Filiis Priori Generali & universis Prioribus & Fratribus Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, salutem, & Apostolicam benedictionem* (b) *Sacer Ordo vester in agro dominico divinâ dispositione plantatus, & gloriosa Virginis Mariæ titulo specialiter insignitus, Apostolicis gratiis dignè meretur attolli* &c. *Nos autem ad dictum Ordinem, quem in statu firmo, solido, & stabili decrevimus, & volumus permanere, Apostolicæ considerationis intuitum dirigentes* &c. *Vos & prædictum Ordinem, personas, Ecclesias, Oratoria, domos, res alias, & loca vestra, ac spectantia ad eadem in quibus inhabitatis ad præsens vel inhabitabitis in futurum, cum omnibus juribus & pertinentiis suis ac personis degentibus in eisdem, in jus & proprietatem B. Petri ac Apostolicæ Sedis assumimus: Illaque à cujuscumque Diœcesani, & cujuslibet alterius potestate, jurisdictione & dominio, omnimodè in perpetuum eximimus. De gratia speciali decernentes ex nunc, vos, & Ordinem vestrum, ac personas, Ecclesias, Oratoria, domos, & loca præfata, ac pertinentia ad eadem, soli Romano Pontifici & dictæ Sedi, tam in spiritualibus quàm in temporalibus absque ullo medio subjacere.* Secundum verò executus fuit per Bullam dictam *Sabbatinam* (de qua deinceps) quâ acceptavit, roboravit, & confirmavit *singulare privilegium adjutorii animarum in purgatorio,* & pro Religiosis Ordinis, qui Regulam suam servaverint, & Confratribus in charitate decedentibus, qui in vita Scapulare gestaverint, & castitatem pro suo statu coluerint, & illis præscriptas preces recitaverint, seu (qui legere nesciunt) abstinentiam à carnibus feriis quartis observaverint. Bullam illam, & privilegium istud confirmarunt quoque Pontifices successores Alexander V an. Christi MCCCCIX. per Bullam cujus initium est: *Tenore cujusdam privilegii.* Clemens VII. Paulus III. B. Pius V. Gregorius XIII. per Bullas, de quibus peculiariter actum fuit in *Tomo præcedenti.* (a)

(b) Bulla illa habetur 10. præced. num. 472.

(a) n. 2146. & seq. & 2158. & seq. & 2174. & seq.

Ordinis amplia confirmatio, & exemptio, & animarum in purgatorio adjutorium:

Casus valdè singularis circa privilegium S. Scapularis, dictum SABBATINUM.

3979. Notatu dignum hîc est, quòd cùm an. Chr. MDCIX. in Lusitania gravissima excitata esset commotio circa hoc privilegium, & inhibitio facta, nè quis de eo concionaretur, nec processiones fierent: negotium Romam fuisse delatum ad Summ. Pontificem, & ab illo remissum ad Sacram Congregationem sanctæ & generalis Inquisitionis; & ibi protractum fuit ad annos quatuor: interea post varias circa istud habitas sessiones, tandem anno MDCXIII. ob casum singularem Divinæ providentiæ (de quo Tomo præcedenti *b*) jussu Pauli Papæ V. in dicta Congregatione editum fuit Decretum hujus tenoris: *Patribus Carmelitanis permittatur prædicare, quòd populus Christianus possit piè credere de adjutorio animarum, Fratrū, & CONFRATRUM SODALITATIS Beatissimæ Virginis de monte Carmeli, videlicet Beatissimam Virginem animas Fratrum, & Confratrum in charitate decedentium, quæ in vita habitum gestaverint, & castitatem pro suo statu coluerint, Officiumque parvum recitaverint, vel si recitare nesciant, Ecclesiæ jejunia observaverint, & feriâ quartâ & sabbato à carnibus abstinuerint (nisi ubi in iis diebus Nativitatis Domini festum inciderit) suis intercessionibus continuis, piisque suffragiis, & meritis, ac speciali protectione post earum transitum, præcipuè in die sabbati, qui dies ab Ecclesia eidem Beatissimæ Virgini dicatus est, adjuturam* &c. Decretum autem istud consonat

(b) n. 2221. & seq.

S. Inquisit. generalis decretum quoad adjutorium animarum in purgatorio pro Confratribus S. Scapularis.

Digitized by Google

lectionibus festi hujus, anteà à Sac. Rituum Congregatione approbatis, subscribentibus Cardinalibus Bellarmino, & Pinello, ubi ista: *Non in hoc tantùm sæculo Ordinem sibi tam acceptum multis prærogativis Beatissima Virgo insignivit: verùm & in alio (cùm ubique & potentiâ & misericordiâ plurimùm valeat) filios in Scapularis societatem relatos, qui abstinentiam modicam, preceſque paucas eis præscriptas frequentarunt, ac pro sui status ratione castitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne purgatorii expiantur, solari, ac in cælestem patriam obtentu suo quantocyùs piè creditur efferre.* Plura circa hæc videri poterunt eodem tomo præcedenti. (a) Ista igitur quatuor sunt præcipua beneficia, in quorum (& ea occasione etiam aliorum omnium) memoriam, hoc festum fuit institutum. Præter ista quatuor etiam alia complura sunt à Matre Amabili Maria suo Ordini huic collata beneficia; ipsa enim sano, vero, sensu, Ordinis fundatrix (sicut plenius expositum est Tomo præcedenti (b) & etiam hîc suprà *c*) verè maternalem, solicitam pro suo Ordine curam semper habuit. Inter persecutiones, ne interiret, conservavit: Ex Oriente, in occiduas partes suâ sub tutela transmisit: transmissum iterum contra æmulos defendit frequenter: Ordinisque conservationem perpetuam ad usque finem mundi addixit S. Petro Thomæ, sicut plenius describitur hîc suprà (d) Synopsim aliorum aliquot, nec non reciprocum filialem amorem filiorum, & clientum erga Matrem suam Amabilem, habet lector hîc suprà (e) ibi enim dicta, omnia huic loco congruunt quoque. Plura autem methodicè digesta reperiuntur in libro hujus tituli DECOR CARMELI, sive *inclyti Ordinis Carmelitani prærogativæ, in Synopsim redactæ, ac multiplici Patrum, Doctorumque auctoritate firmatæ*: Auctore R. P. Josepho Andres è Societate Jesu, in Collegio Cæsarauguſtano ejusdem Societatis, Primariæ Cathedræ Theologiæ Moderatore, ac sancti officii Qualificatore, primùm typis edito Cæsarauguſtæ anno 1669. Propterea (ut Lectione VI. hujus festi in fine dicitur) *Tot tantisque beneficiis Ordo cumulatus, solemnem Beatissimæ Virginis Commemorationem ritu perpetuo ad ejusdem Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit.*

istî consonat Sac. Rituum Congregatio.

(a) n. 2195.

(b) n. 1547. & 1730. ac seq.

(c) n. 1985.

Beneficia alia multiplicia à B. V. Maria Ord. Carm. præstita.

(d) n. 699. & seq.

(e) n. 1985. & seq. & 1991. ac seq.

CAPUT II.

Festum, & Officium Festi Commemorationis solemnis Apostolicæ Sedis auctoritate à Sacr. Rituum Congregatione examinatum, recognitum, approbatum sæpiùs.

3980. FEstum Commemorationis solemnis etiam celebrant PP. Carmelitæ Discalceati, à primævo suo per S. Teresiam instituto: primitùs enim utebantur Breviario Carmelitano proprio, in quo Officium istud erat jam ante: (sicut vidimus) posteà autem à tempore Sixti Papæ V. assumpserunt Breviarium Romanum, sicut habetur ex istius Pontificis Bulla, cujus initium est: *Dilecti Filii . . . Eximium quod in vobis elucet* &c. data 27. Junii an. 1587. in qua, hæc inter alia: *Quia vetus jam diu viget in vestro Ordine laudabilis consuetudo, dies festos in honorem Beatæ Mariæ, & quorumdam Sanctorum solemniter celebrandi; ideo nobis humiliter supplicari fecistis, ut Religiosum istud institutum auctoritate Apostolica comprobare dignaremur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, vobis, atque adeo universis, & singulis Fratribus, ac Monialibus vestræ Congregationis pro tempore existentibus, in quibusvis domibus, monasteriis, collegiis, & locis dictæ Congregationis, tam publicè quàm privatim, communiter vel divisim, officium prædictorum Festorum, ubique recitare & sic recitando, obligationi satisfacere liberè, & licitè possitis, dummodò tam in Missa, quam in recitandis horis Canonicis, diurnis & nocturnis, modum, ac formam descriptam illi quaterno, seu libello, per Dilectos Filios nostros Antonium, Sanctorum Ioannis & Pauli Carrafam, & Vincentium, sanctæ Mariæ in via, titulorum presbyteros Cardinales montis Regalis nuncupatos, de mandato nostro revisò, correcto, & approbato, in hoc observetis, & nihil penitùs addatis, aut minuatis, plenam & liberam licentiam, & facultatem auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium concedimus . . . Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 27. Iunii 1587. Pontificatûs nostri anno tertio.* Inter Officia illa sunt, *Commemorationis solemnis B. Virginis Mariæ de monte Carmelo,* & aliorum festorum B. Virginis, & *S. Eliæ Prophetæ, Patris, & Ducis, S. Elisæi,* & aliorum sanctorum Ordinis.

Commemorationis solemnis Offic. auctoritate Apostol. Sedis sæpè approbatum.

anno 1587. sub Sixto V.

3981. Anno autem 1609. sub Paulo V. Officia istarum solemnitatum unà cum aliis, recognoscenda exhibita fuerunt Sacræ Congregationi Rituum, & examinata, ac recognita fuerunt, subscribentibus Cardinalibus Bellarmino & Pinello. Porrò lectionum festi Commemorationis in 2. Nocturno hæc sunt initia: Quartæ: CUM SACRA PENTECOSTES DIE &c. Quintæ: AD NOVUM ERGÒ SACELLUM. Sextæ: NON IN HOC TANTÙM SÆCULO. Officia autem illa sic impressa fuerunt Romæ anno 1609. apud Guilielmum Faciottum, & iterum Romæ an. 1616. typis Jacobi Mascardi, & Antuerpiæ an. 1617. in Officina Plantiniana: & deinceps sæpiùs: & in omnibus, ac aliis illis impressionibus in fine hæc habentur ROBERTUS, *titulo S. Mariæ in via, Presbyter Cardinalis Bellarminus,* & infrà: *Officia suprascripta propria sanctorum Ordinis Carmelitarum &c. Sacr. Rituum Congregationi præsentata, & de mandato ejusdem S. Congregationis diligenter recognita, & subscripta ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Cardinale Bellarmino: Eadem Sacr. Rituum Congregatio approbavit, ut à dictis Fratribus Carmelitanis Reformatis, Discalceatis nuncupatis, liberè, & licitè recitari, ac etiam pro majori commoditate imprimi possint, licentiam, & facul-*

an. 1609. sub Paulo V.

Digitized by Google

facultatem dedit, & concessit, die XX. Iunii MDCIX. subscriptum erat: Dominicus, Episcopus Ostiensis, Cardinalis Pinellus. Et infrà: I.P. Mucantius Secretarius Congregationis.

an. 1628. sub Vrbano VIII.

3982. Officium istud *Commemorationis solemnis*, atque alia, rursùs recognita fuerunt anno 1628. sub Urbano VIII. & approbata ab eadem Congregatione, & sic variis in locis impressa, & recusa: in fine autem hæc adjuncta sunt: *Officia suprascripta Sanctorum Ordinis Carmelitarum, ad instantiam Generalis ejusdem Ordinis, & Fratrum Reformatorum, quos Discalceatos vocant, qui Breviarium Romanum acceptarunt, ad usum dicti Breviarii Romani reformata, ab Illustrissimo & Reverendissimo Cardinale de Torres recognita, & subscripta, & quorum aliqua alias sub die 20. Iunii 1609. ab Illustrissimo ac Reverendissimo Cardinali Bellarmino de mandato Sac. Rituum Congregationis revisa & approbata fuerunt, eadem Sacra Congregatio, ut ab universo Carmelitanorum Ordine liberè & licitè recitari, ac etiam pro majori commoditate imprimi possint, licentiam & facultatem dedit & concessit, die 12. Iunii 1628.* Subscriptum: Cos. Card in. de Torres: & infrà: F. Fulvius Benig. Secr. Locus ✠ sigilli. Denique Officium istud jussu Sanctissimi Domini Clementis X. examinatum fuit à dicta Sacr. Rituum Congregatione, & ab eadem, nec non ab ipso Summo Pontifice approbatum & concessum etiam extra Carmeli Ordinem, sicut sequitur.

ac demique sub Clem. X.

CAPUT III.

Commemorationis solem. Festum à Clemente X. Summo Pontif. ad preces Imperatoris, & Reginæ Hispaniarum, porrectas per Eminentiss. D. D. Cardinales Nitardum, & Pium, etiam extra Carmeli Ordinem celebrari jussùm: & ob quas causas, subscribente Card. Carpineo.

Beneficia Ord. Carm. à B. V. M. præstita redundant in totam Ecclesiam;

3983. Beneficia à SS. Virgine Dei Matre Maria, præstita Carmeli Ordini, præsertim per sacrum Scapulare (sicuti etiam per Ordinis Prædicatorum sanctissimum Rosarium &c.) magnoperè redundant in universam Ecclesiam, ac omnes fideles; æquum propterea fuit visum præfatis Leopoldo Imperatori, & Hispaniarum Reginæ, ac utriusque consiliariis, ut (approbante Apostolicâ Sede) festum Commemorationis solemnis etiam in omnibus suis ditionibus celebraretur, sicut constat ex sequentibus Romæ primùm, deinde alibi variis locis, impressis. *Pro parte Serenissimæ Mariæ Annæ Hispaniarum Reginæ, quæ ob summum pietatis studium, quo Sanctissimam Virginem Mariam de monte Carmelo prosequitur, suis specialibus litteris Sanctissimo D. N. Clementi Papæ X. directis, eique porrectis per Eminentissimum D. Cardinalem Nitardum, supplicatum fuit, quatenùs dignaretur concedere, ut imposterùm ab omnibus Christi fidelibus utriusque sexus, tum Sæcularibus, tum Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, in omnibus Ecclesiis Hispaniarum, Regnorum, ac Provinciarum, & Ditionum, Majestati Catholicæ subjectarum, celebrari posset festum Beatiss. Virginis Mariæ de monte Carmelo singulis annis die 16. Iulii, seu alio die infrà Octavam, cum eodem Officio, & Missa propria, quibus utuntur auctoritate Apostolicâ Religiosi Carmelitæ, adinstar concessionis à Sanctitate suâ aliàs sub die 16. Septembris 1671. facta ad preces pariter ejusdem Serenissimæ Reginæ pro festo Sanctissimi Rosarii: accedentibus etiam precibus Patris Fratris Æmilii Iacomelli, Procuratoris Generalis Carmelitarum, nomine suæ Religionis. Et per sanctitatem suam remissis supradictis precibus ad Sac. Rituum Congregationem pro suo sensu, Eminentissimi Domini Cardinales, eidem Sac. Congregationi præpositi, agnoscentes id tendere ad majorem omnipotentis Dei, ejusque Genitricis Virginis Mariæ laudem, divinique cultûs erga fideles augmentum, censuerunt gratiam petitam posse concedi pro Regnis Hispaniarum tantùm, si eidem sanctissimo Domino nostro visum fuerit. Hac die 17. Novembris 1674. Et facto de præfatis verbo cum Sanctissimo per me Secretarium, sanctitas sua, nedum sensum ejusdem Sac. Congregationis approbavit, & confirmavit; verùm etiam præditam gratiam extendendo, concessit pro omnibus Ecclesiis Provinciarum ac Ditionum Majestati Catholicæ subjectarum, & litteras in forma Brevis expediri mandavit. Die 21. ejusdem mensis Novembris, & anni 1671.* infrà scriptum est: V. Episcopus Portuen. Cardinalis Carpineus. Locus ✠ sigilli. Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Commem. solemnis festum, decretum celebrari in omnibus regnis & Provinciis Regis Hisp.

& in omnibus regnis ac provinciis hæreditariis Imperatoris;

3984. *Sanctissimus D.N. Clemens Papa X. ad preces Augustissimi Imperatoris, sibi porrectas per Eminentiss. D. Cardinalem Pium, benignè inclinatus, annuit, atque concessit, ut imposterum etiam in suis Provinciis hæreditariis ab omnibus utriusque sexûs, tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, celebrari posset festum Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo singulis annis die 16. Iulii, seu alio die infra Octavam, cum Officio, & Missa propria, quibus utuntur, auctoritate Apostolicâ, Religiosi Carmelitæ, adinstar similis concessionis, aliàs sub die 21. Novembris proximè præteriti anni, ab eâdem Sanctitate suâ facta Regnis Hispaniarum, & omnibus Provinciis, ac Ditionibus Majestati Catholicæ subjectis; supplicante pariter pro hujusmodi gratia Patre Fratre Carolo Felice de S. Teresia Procuratore Generali Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiæ, nomine totius suæ Congregationis. Hac die 4. Decembris 1675.* V. Card. Carpineus. Locus ✠ sigilli. Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secret. Eodemque anno officium istud Romæ typis editum fuit sub hoc titulo: Officium Commemorationis solemnis B. Virginis Mariæ de monte Carmelo: Duplex secunda classis juxta Decretum sanctissimi

Digitized by Google

ſanctiſſimi D.N. Clementis Papæ X. ab omnibus utriuſque ſexûs fidelibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus Provinciarum hæreditariarum Auguſtiſſimi Imperatoris, videlicet Regnorum Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, ac Sclavoniæ, Archiducatûs utriuſque Auſtriæ, Ducatuum Sileſiæ, Styriæ, Carinthiæ, ac Carnioliæ, Marchionatûs Moraviæ, nec non Comitatuum Tyrolis, ac Goritiæ, nec non aliarum Provinciarum Auguſtiſſimo ſubditarum, qui ad horas Canonicas tenentur recitandum die 16. Iulii, aut alia die infrà octavam. Romæ ex Typographia Rev. Cam. Apoſt. 1675. Superiorum permiſſu, & privilegio. Initia lectionum ſecundi Nocturni illa ſunt (eadem quæ à Cardinalibus Bellarmino, Pinello, & de Torres dudum ante recognita, approbata, & ſubſcripta fuerunt, ſicut capite præcedenti dictum eſt) CUM SACRA PENTECOSTES DIE &c. AD NOVUM ERGO SACELLUM &c. NON IN HOC TANTÙM SECULO &c. Animadvertendum autem, quòd ibi Lectione IV. (quæ eſt prima ſecundi Nocturni) ſub finem legatur: *Elias olim aſcendentem Nubeculam, Virginis typo inſignem conſpexerat.* In exemplaribus variis anterioribus legitur *Nebulam*: ſed legendum, *Nubeculam*, ſicut in ipſa Scriptura ſacra (a) habetur: *Ecce Nubecula parva, quaſi veſtigium hominis.* De Nubecula illa hæc ſcribit Ferdinandus Quirinus de Salazar: (b) *Nubecula illa parva, quaſi veſtigium hominis, orante in Carmelo Elia, de mari aſcendere viſa, eſt non magis pluvia, quam Mariæ puritatem prænuncians, atque præſagiens.* Ita quoque Laurentius Deaponte (c) tradit *Nubeculam illam eſſe Virginem in ſuo conceptu ſine ulla peccati contagione.* Plura de illa videri poterunt in antecedentibus (d). ubi etiam, ad hoc propoſitum, adducta eſt auctoritas S. Methodii, Epiſcopi Tyri in celebri homilia *de Simeone & Anna*, ita ſcribentis, & Deiparam alloquentis: *Puritatis etiam tuæ, Elias Propheta præſcius, atque imitator in ſpiritu cùm eſſet, vitæ illius igniferæ ſibi coronam colligavit.* Congruentia, & utilitas celebrandi feſtum Commemorationis etiam extra Carmeli Ordinem, exprimitur ab Eminent. Cardinalibus, Sacræ Rituum Congregationi præpoſitis iſtis præfatis verbis. *Eminentiſſimi Domini Cardinales, eidem Sacræ Congregationi præpoſiti, agnoſcentes id tendere ad majorem omnipotentis Dei, ejuſque Genitricis Virginis Mariæ laudem, divinique cultûs erga fideles augmentum.* Propter iſtas, & alias rationes, ſanctitatem ſuam moventes, ſequitur: *Et facto de præfatis verbo cum Sanctiſſimo, per me Secretarium, ſanctitas ſua, nedum ſenſum ejuſdem Sac. Congregationis approbavit, & confirmavit; verùm etiam prædictam gratiam extendendo, conceſſit pro omnibus Eccleſiis Provinciarum, ac Ditionum Majeſtati Catholicæ ſubjectarum, & litteras in forma Brevis expediri mandavit.*

(a) 3. Reg. 18. v. 44.

(b) de Immac. Conc. arg. 12. c. 12

(c) in Sap. Salomon. c. 1. n. 4. digreſ. 2. §. 3.

(d) n. 1978.

CAPUT IV.

Congruentiæ celebrandi Feſtum præfatum etiam extra Carm. Ordinem.

3985. RAtiones, ſeu convenientiæ celebrandi Feſtum Commemorationis ſolemnis etiam extra Carmeli Ordinem, ſunt, quòd beneficiorum per ſacrum Scapulare Marianum, etiam omnes Chriſti fideles fieri poſſint participes, ſicut conſtat ex ipſis jam relatis verbis: *Filios in Scapularis ſocietatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſque paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatûs ratione caſtitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne purgatorio expiantur, ſolari* &c. Iſta enim intelliguntur de omnibus Confratribus ſacri Scapularis, conditiones præſcriptas ſervantibus; ſicut abundè declaratum eſt tomo præcedenti (a). Quantùm ad alia S. Scapularis privilegia, videlicet auxilium pro felici morte, & à malis ingruentibus ſæpè liberari, confirmantur exemplis, & beneficiis in omnibus Chriſtianæ Orthodoxæ fidei regionibus, à tempore præfati S. Simonis Anglici (cognomento Stock) uſque in præſens: ea videri poterunt tomo præcedenti. (b) Quòd autem S. Scapularis Mariani privilegia, prærogativæ, & beneficia ſint generalia, quoad regiones, & perſonas, habetur demonſtratum luculenter tomo precedenti: (c) *Obiter hîc quædam repetita ſufficient*: initium ſit, ab Anglia, ubi Scapulare S. Simoni Anglico traditum fuit. Petrus Swanyngtonus, Anglus, Doctor Cantabrigienſis, qui in Anglia, & deinde Burdigalæ in Gallia, publicus Theologiæ Profeſſor extitit, & claruit circa ann. Chriſti 1270. & ante ac poſt, ſcribit, & teſtatur quæ ipſe, exiſtens S. Simoni Anglico Generali Ordinis ſocius, & ſecretarius, vidit in quodam nobili nuncupato *Walterus*, qui perverſæ vitæ; rixando cum alio nobili, ab illo graviter læſus, deſperabundus, vindictam ſpirans, blaſphemans, & dæmoni ſe devovens, impoſito ſibi Scapulari, repentè mutatus, & converſus fuit, & Sacramenta Eccleſiæ recepit, ac piè animam exhalavit. Poſt obitum ſuum apparens fratri ſuo Petro de Lhyntonia,* Decano Eccleſiæ Wintonienſis, ſignificavit, ſe meritis Gloriosæ Virg. Mariæ, per Scapulare velut per clypeum, inſidias dæmonum ſuperaſſe, ſicut pleniùs traditum eſt in antecedentibus. (d) In tanti beneficii memoriam præfatus D. Petrus Wintoniæ monaſterium Ordinis fundavit. Iſta per Angliam evulgata, plures permoverunt ad offerenda Ordini huic loca pro monaſteriis; & multi Principes ac nobiles Scapulare recipiebant pro felici morte obtinenda. Eduardus autem Rex Scapulare geſtans, ex ſingulari devotione erga B. V. Mariam de monte Carmeli, eò quod ejus meritis è gravi periculo liberatus eſſet, Oxonii Con-

Congruentia celebrandi feſtum iſtud.

(a) n. 2245. & ſeq. ac etiam ante.

(b) n. 2294 & ſeq.

(c) n. 2245. & ſeq. & n. 2294.

Per Scapulare nobilis deſperabundus reſipiſcit, & à dæmonis inſidiis liberatur:

* *ſeu* Præpoſito.

(d) hîc ſup. n. 1522.

hinc permulti plurimi Scapulare recipiunt: in Anglia

Digitized by Google

Conventum fundavit, & dotavit pro XXIV studiosis, sicut testimonium perhibet Bulla Joannis XXII. relata *Tomo præcedenti*, (a) ita quoque Henricus Dux Lancastriæ, & alii, sicut plenius traditum est *eodem Tomo* (b).

(a) n. 822. & 1499. & 1613.
(b) n. 1500.

In Gallia,

3986. Ex Anglia in Galliam mox pietas illa propagata fuit: & quidem S. Ludovicus Rex, meritis B. Virginis è periculo maris liberatus, Scapulare assumpsit, piè gessit, & cum eo obiit. Idipsum imitati sunt Ludovicus XIII. & XIV. sicut testatur Theophilus Raynaudus, (c) ubi, inter alia, ista: *Ut Lodoicei sanguinis, simul & regni, sic pietatis hæres Ludovicus XIII. viso in obsidione Montepessulana ingenti miraculo glandium, quæ è sclopeto emissa nobilem Præfectum militiæ cataphractæ, tactu sacri Scapularis, quod gestabat, emollita: voluit ea Marianæ protectionis tesserâ, & ipse communiri.* Consequenter refert de Ludovico XIV. Devotio illa erga sacrum Scapulare B. Virginis sic quoque viget in aliis Christiani Orbis regionibus. Et quidem in Hispania quantum vigeat, colligere licet ex eo quod Joan. Pintus de Victoria Lusitanus, (d) & Joannes Baptista de Lezana Hispanus Matritensis, (e) scribunt de Philippo III. Rege Catholico; quòd eum præfecti aliqui regiorum tributorum ad ipsum deferrent, observantiam abstinentiæ à carnibus, feriis quartis, ratione Scapularis Mariani Carmelitici plus quam trecentorum milliũ annuorum scutorum jacturam Regio Ærario afferre compertũ esse, ut propterea Regis providentiâ dignum esset, huic damno aditum præcludere. At Rex dignum pietate & magnanimitate responsum hoc dedit: *Mas quiero vasallos devotos de la Virgen, que el aumento de mis rentas.* Haud minor est devotio ad sacrum Marianum Scapulare in Germania, etiam apud Imperatores, & Principes. Tradit Reverendiss. Illustriss. Dom. Joannes Caramuel, (f) Imperatorem (Ferdinandum II.) Imperatricem, & alios primarios Imperii Principes Scapulare recepisse à V. P. Dominico. *Cæsarem*, inquit, *Augustam, Archiducem Carolum, Principem ab Eggenberg. Cæsaræa Aula Præfectum, & primum Imperii Ministrum, & multos alios Principes habitu Mariano (S. Scapulari) investivit.* Et infrà (g) *Princeps magnus, Eques Lithuaniæ, & alii magni Nobiles Scapulare Marianum è Dominici manu exceperunt.* Et de Duce ac Ducissa Bavariæ: (h) *Parthenio Scapulari primus omnium investitus fuit Dux: posteà militiæ Principes; posteà ceteri, tanto numero, ut debuerit Ducissa cooperari, & juvare, multa millia conficiendo Monachii.* Belgium Germaniæ adjacens hâc in parte aliis regionibus haud cedit. An. MDCXI. die 28. Augusti Serenissimi Belgarum, & Burgundionum Principes Albertus & Isabella in templo Carmelitano Bruxellis Scapulare susceperunt à V. P. Hieronymo Gratiano. Horum pietatem sunt æmulati Excellentiss. Dux Arschotanus cum Ducissa conjuge, & plerique nobiliores patriæ Duces, Marchiones, Comites, Barones, Consiliarii, nobiles, & promiscuum sine numero vulgus. Ex Ecclesiastico autem Ordine Præsules plures.

(c) Tom. 7 operum suorũ pag. 272. & seq. & 294.

(d) in Hierarchia Carmel. tr. 5. c. 4.
(e) in libro MARIA PATRONA c. 10.

Hispania,

(f) in vita V. P. Dominici l. 5. c. 6 n. 752.

Germania,

(g) lib. 6. c. 9. n. 919.

(h) lib. 5. c. 3. n. 680.

& Belgio generalis pietas erga Scapulare B. V. Mariæ:

3987. Ad hoc propositum libeat hìc pauca audire ex præfato Theophilo Raynaudo Societatis Jesu illustri Scriptore, nitore eloquii lectores oblectante; sic autem ille: (a) *Congero demùm celsissima nomina è multis nonnulla, quorum adscriptio in Scapularis Virginei Sodalitium disertè signata est: Ferdinandus II. Romanorum Imperator, Philippus II. Rex Hispaniarum, Sebastianus Rex Lusitaniæ. Nec premendi Regibus suppares, Carolus Emmanuel, & Victor Amedeus Sabaudiæ Duces: ac Vincentius Gonzaga Dux Mantuæ, Franciscus Thomas à Sabaudia, & Odoardus Princeps Parmensis. Apex Majestatis quâ collucent Summi Pontifices, Christi Regis Regum in terris Vicarii, non censuit sibi indecorum, hac cœlesti Tesserâ insigniri. Referuntur in hunc syllabum Gregorius XIV. Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. Vrbanus VIII. Et qui nunc ad Ecclesiæ clavum sedet, Innocentius X. Hi omnes priusquàm ad illud honorum fastigium eveherentur, nomina in Marianum Sodalitium dederant.* Exemplum autem singularissimum hac in re dedit Alexander Papa VII. de quo hæc scribit testis domesticus R. P. Joannes Baptista Cancellottus Societatis Jesu eidem Pontifici à confessionibus *in dedicatoria Tomi primi Annalium Marianorum*, ubi sic ipsum Pontificem alloquitur: *Renunciatus Orbis Christiani summus Hierarcha die Mercurii, nuptialem lucis latitiam celebrasti, consuetâ à carnibus abstinentiâ, quam ex instituto Carmelitarum, in honorem Deiparæ eo die pia Fidelium turba servare solet, per sacrum schema humeris & pectori impositum, quasi per tesseram servitutis, cultum Virginis peculiarem professa.* Testimoniis etiam aliorum id confirmatum videre licet *Tomo præcedenti*. (b) Cùm igitur Devotio illa sit ab antiquis temporibus ita generalis, & universalis in totâ Ecclesiâ Catholicâ, & beneficia singularia populo Christiano mediante sacro Scapulari Mariano præstita sint in omni Christianæ professionis ditione (sicut videre licet Tomo præcedenti, (c) parte 3. lib. VI. per totum) nonnè etiam convenienter generalis est solemnizatio festi illius *Commemorationis solemnis*, cujus principale subjectum est, beneficium, Ecclesiæ, & populo Christiano exhibitum in ipso Mariano Scapulari?

(a) Tom. 7. pag. 273. in libro de Scapulari Mariano.

ita etiam in Italia,

ubi singulare exemplum præbuit SS. Dom. Alexander VII.

(b) n. 2273.

(c) n. 2294. adusque 2496.

CAPVT V.

Scrupulus cujusdam circa Lectiones secundi Nocturni Festi Commemorationis, removetur; quoad monasticen S. Eliæ in Carmelo, & alibi.

3988. IN præfatis Lectionibus (*Lectione IV.*) legitur: *Viri plurimi, qui vestigiis*

Digitized by Google

stigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſei inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti adventum comparati fuerant, rerum veritate perſpectâ, atque probatâ, Euangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt: Nonnemini ſcrupulum movet iſtud: *Veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſei inſtiterant* &c. quo traditur, quòd tunc, temporibus Chriſti, & Apoſtolorum, exiſterent ſequaces SS. Prophetarum Eliæ & Eliſei: & conſequenter quòd S. Elias fuerat origo, & Princeps Monachorum, à quo monaſtica vita proceſſit. Sed quòd veraciter SS. Elias, & hæres duplicis Spiritûs ejus Eliſeus cum ſuis diſcipulis Filiis Prophetarum inhabitarint montem Carmelum, & ſolitudines circa Jordanem, Jericho & alibi: & eorum ſequaces poſt ipſos, manifeſtis SS. litterarum, & hiſtoricorũ teſtimoniis comprobatur, & quidem libris Regum, variis in locis, videlicet lib. 3. cap. 18. ubi hæc Elias ad Achab: *Verumtamen nunc mitte, & congrega ad me univerſum Iſrael in monte Carmeli. Miſit Achab ad omnes filios Iſrael, & congregavit Prophetas in monte Carmeli.* Ibi conſequenter refertur miraculum iſtud ſtupendum de igne, ad preces Eliæ deſcendente, & holocauſtum devorante. Et hæc in Carmelo. Eodem capite ſub finem: *Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram, poſuit faciem ſuam inter genua, & dixit ad puerum ſuum: Aſcende, & proſpice contra mare. In ſeptima autem vice, ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis, aſcendebat de mari.* Libro autem 4. *Regum cap.* 1. refertur hiſtoria Ochoziæ ægrotantis, & mittentis in Carmelum ad S. Eliam tres quinquagenarios Principes: de quibus Origenes *in cap. VIII. Matthæi*, ad iſta verba: *Cùm introiſſet Ieſus in Capharnaum*, ſcribit: *Illi quondam ad Eliam in Carmelo aſcendentes quinquagenarii, mox in infidelitate ſuâ igne combuſti ſunt.* Nam ut rectè Fernandez, *de Viſionibus veteris Teſtamenti*, (a) circa illa verba: *Sedentique in vertice montis*, ait: *Vbi omnes Interpretes per montem accipiunt Carmelum: & cum dicitur ſedere non intelligitur ſimplex habitatio, ſed permanſio habitationis, ex more linguæ.* Capite 2. ſcribitur, quòd Eliæ individuus comes S. Eliſeus, Eliâ in cælum curru igneo rapto, *abierit in Carmelum.* Quòd autem ibi (quamvis Filios Prophetarum per varia loca diſperſos, viſitandi gratiâ, ſubinde hùc, atque illùc proficiſceretur) ordinaria ejus manſio eſſet, eruitur ex facto Sunamitidis, ipſum in Carmelo quærentis: de qua *libro* 4. *Regum, cap.* 4. iſta: *Excurram uſque ad virum Dei*: & infrà: *Venit ad virum Dei, in montem Carmeli.* Indè Lyranus, Abulenſis, Franciſcus Suarez, & alii deducunt, in Carmelo fuiſſe Oratorium, ſeu Synagogam: ad quam, devotionis causâ, & inſtructionis, per Religioſos ibi commorântes, devoti Judæi, Sabbatis, & Feſtis confluere ſolebant, ſicut habetur ex ſuprà (b) dictis. Ex variis etiam aliis ſacræ Scripturæ locis roboratur Carmelicolarum, vitam ſolitariam agentium, & à captivitate populi Judaici præſervatorum tranquilla devotio. Id enim ſatis innuunt Michæas Propheta (qui vixit circa annum mundi 3308. ante Chriſtum 745. ducentis ferè annis poſt raptum S. Eliæ) per illa verba: *Habitantes ſolos in ſaltu, in medio Carmeli*: & Jeremias Propheta ſub annum mundi 3409. annis trecentis poſt raptum S. Eliæ, ita ſcribens: *Habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Carmelo ſedebit: & erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium.* Plura ad hoc propoſitum tradita ſunt in antecedentibus (a).

SS. PP. *Elias & Eliſeus, & diſcipuli in Carmelo habitarunt*:

id irrefragabili Scripturarum auctoritate probatur:

(a) in 9. viſ.

(b) n. 1863.

(a) n. 2032. & ſeq. & n. 2034.

3989. Quòd autem ex Carmelo ad alia loca, præſertim ad ſolitudinem circa Jordanem, monaſticum anachoreticum Elianum inſtitutum propagatum fuerit ex Scripturis ſanctis demonſtratum eſt in antecedentibus, (b) idcircò ſufficiet hîc paucula repetita ex S. Hieronymo, in epiſtola ad Paulinum ita ſcribente: *Noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum, qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis.* Item *in Epiſtola ad Ruſticum* hæc: *Filii Prophetarum quos Monachos in veteri Teſtamento legimus, adificabant ſibi caſulas propè fluenta Iordanis, & turbis urbium derelictis, polentâ, & herbis agreſtibus victitabant.* Hæc Hieronymus. Idæa autem perfectiſſimæ monaſticês etiam in Scripturis reſplendet, in Elia, Eliſeo, ac Filiis Prophetarum, exercitæ in Carmelo, & aliis locis ſolitariis; nam in illis reſplendent ſacri veſtimenti à prophana multitudine diſcrimina: victûs, jejunii, ſilentii, ſolitudinis, zeli pœnitentiæ ſpecimina: in cellulis lectuli, menſæ, ſellæ, candelabri, tenuis ſuppellex: in omni demùm vita paupertatis, obedientiæ, caſtitatis, ſodalitii, totiuſque aſcetici expreſſiſſima idæa? Hinc Patrum, & Doctorum per Aſiam, Africam, & Europam generalis concors eſt conſenſus, quòd S. Propheta Elias ſit primus Princeps Monachorum. Ita quidem S. Hieronymus, (c) ad Paulinum: *Vt ad auctoritatem Scripturarum redeam, noſter Princeps Elias.* Sic quoque S. Iſidorus, (d) *Quantùm*, inquit, *ad auctoritatem Scripturarum, hujus propoſiti Princeps Elias.* Et monaſticarum rerum peritiſſimus Caſſianus, *de Inſtitutis, & veſtibus monachorum ſcribens*, (e) *Hoc enim habitu*, inquit, *etiam illos ambulaſſe, qui in veteri Teſtamento profeſſionis hujus fundavêre primordia, Eliam ſcilicet, & Eliſeum, divinarum Scripturarum auctoritate monſtratur.* Rupertus Abbas, explicans illa *Canticorum* 4. verba: *Capilli tui ſicut greges caprarum*, applicat gregibus Monachorum, quos inſtituit S. Elias, de quo iſta: *Hæc dixit, & fecit primus ille auctor, & inſtitutor eorum, qui dicti ſunt Filii Prophetarum, quos fuiſſe monachos in veteri Teſtamenti, conſentit auctoritas Patrum Venerabiliũ.* Conformiter ſcribunt alii.

(b) n. 2003. & ſeq. nec non num. 2005.

Etiam circa Iordanem, & aliis eremis, monaſticè vixerunt.

Monaſtices perfectiſſima exemplaria, ac monachorum Principes.

(c) de inſtit. monachi epiſt. ad Paulin.

(d) lib. de Offic. c. 15.

(e) l. 1. de Inſtit. Monach. c. 2.

ita evadunt Patres.

3990. Patres, & Scriptores alii ſcribunt, ipſum vitam illam egiſſe in Carmelo: ita quidem S. Gregorius Nazianzenus, (f)

(f) Orat. 13.

Pulchra

Digitized by Google

Pulchra res solitudo, & quies, idque me docet Elia Carmelus. Similia quoque habet alibi. Et Joannes Hierosolymitanus: *Hic Propheta Dei Elias, Monachorum Princeps primus extitit . . . quod evidenti S. Scriptura testimonio comprobatur.* Et infrà: *Ad sui, & suorum discipulorum jugem mansionem, elegit præ aliis eremis, Carmeli montem.* Propterea Patres, & alii, Carmelum illum nuncupant *Carmelum Eliæ:* ita quidem S. Gregorius Nyssenus,(a) *Quæ-* (a) in Orat. de S. Bapt.
ro Elia Propheta Carmelum. Ita quoque S. Gregorius Nazianzenus, verbis jam ante relatis: & idem *Oratione* 5. atque in *Apologetico: Eliæ Carmelum animo agitabam.* Conformiter scribunt alii domestici, & exteri plu- (b) n. 2013. & seq. & n. 2032. & seq.
rimi, adducti in antecedentibus (b). Ideò paucula hîc sufficient. Josephus Antiochenus (qui juxta Possevinum, & alios vixit proximè post tempora Apostolorum circa annum videlicet 130.) *in Speculo perfectæ militiæ Christianæ c.* 12. scribit: *Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadjutores surrexerunt strenuissimi, viri solitarii, contemplationique dediti SS. Prophetarum Eliæ & Eliæi imitatores, qui de monte Carmelo descendentes per Galilæam, Samariam, & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honorem in montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt.* Wernerus Carthusiensis in *Fasciculo temporum*: is variis locis S. Eliæ, ut primario Auctori & S. Eliseo, ut secundario, Institutionem hujus Ordinis attribuit, ac imprimis *ad annum à creatione mundi* 4300. *ante Christum* 923. sic paucis: *Elias Propheta auriga Israel, & origo Religionis Carmelitanæ Eliseo vivente rapitur.* Gilbertus Genebrardus Chronographus inter præstantiores habitus in Chronographia circa ann. Chr. 1142. scribens de origine Ordinis Carmelitarum: *Eorum*, inquit, *origo repetenda est à Prophetis Elia, & Eliseo, qui Carmeli montem Terræ S. primi consecrarunt, & discipulos ibi reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* Aubert. Miræus in libro, cui titulus est: *Ord. Carm. ab Elia primùm inchoati &c. Origo & Incrementa*, sub initium sic paucis multa complectitur: *Anno ante Christi ortum circiter nongentesimo tricesimo Elias Propheta clarissimus in Carmelo, Syriæ monte, quem cultu suo fecit insignem, prima instituti Monastici fundamenta jecit: quæ gravissimorum Patrum consensio est.* Consequenter tradit etiam Ordinis ab Elia instituti successionem usque ad Christi adventum: indè sic prosequitur: *Mox ut Christi splendor illuxit, benè comparata, Euangelicæ veritatis studium arripuit, & unà cum Apostolis in opus prædicationis incubuit*: & post pauca: *Strenuam ergo primi Christi sementi, & Virginis laudi, cùm Elia posteri operam navarent, illustrissimum cognomentum adepti sunt, ut* Virginis Fratres *appellarentur.* Adrianus Adriani Societatis Jesu: *Iudæorum meliores Eliæ atque Eliseï discipuli, Hesseni appellati sunt: atque è vicinioribus Engaddi locis totam pervaserunt Ægyptum, quæ Schiti appellatur: sanctaque suâ conversatione victoriam adepti sunt Euangelicæ veritatis; haud dubium pòst martyres ipsi Christianorum spiritales milites, ipsorumque fortissimi.*

& Scriptores alii:

de Carmeli Ordine à S. Elia instituto, & post eum continuato,

3991. Istis consonant Scriptores veteres alii: ita quidem Sozomenus *in Ecclesiastica historia*, (a) tractans de Monachis tempo- (a) lib. 1. c. 12.
ribus Apostolorum: *Maximè verò Ecclesiam conversationis suæ virtutibus illustrissimam reddiderunt, & doctrinam Christianam extenderunt hi, qui monasticam politiam exercuerunt.* Et infrà: *Optimam hanc Philosophiam orsus quidem est, sicut quidam dicunt, Elias Propheta.* Concinit quoq; Aurelius Cassiodorus vir clarissimus, qui in *Ecclesiastica historia tripartita* (b) tra- (b) lib. 1. cap. 11.
ctans de Monachis, & Eremitis in primordiis Ecclesiæ Christianæ, de illis scribit, quòd *insignissimam Ecclesiam demonstraverint, & dogma dilataverint vitæ virtutibus.* Consequenter refert, Monasticæ, & Eremiticæ conversationis *principes fuisse Eliam, & Ioannem Baptistam.* Eadem tradit Thomas Waldensis in celebri opere *Doctrinali*: (c) *Insignissimam Ecclesiam demonstrarunt, & dogmata dilataverunt vitæ virtutibus, qui conversatione Monastica illo tempore fruebantur.* Et (d) ex, & cum (c) to. 1. l. 2. c. 14. art. 2.
Armachano, Archiepiscopo Hiberniæ Primate: *Ut dicunt fide digna historia à tempore Eliæ & Eliseï, qui sæpiùs morabantur in monte Carmelo juxta Nazareth civitatem Dominæ nostræ ad tria milliaria, solebant homines devoti secretiùs habitare usque ad tempora Salvatoris: & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apostolis, inter cæteros sunt conversi, & in uno latere montis ipsius primò Ecclesiam, sive Oratorium in honorem Beatæ Virginis construxerunt.* Istis adstipulatur Cardinalis Bellarminus (e) cum S. Hiero- (d) to. 3. tit. 9. c. 89.
nymo Eliam nuncupans *Principem Monachorum*: & infrà (f) *Scriptura vehementer laudat Eliam, & Ioannem, qui Eremitarum Principes fuerunt. Quocirca veteres Patres Eliam, & Ioannem Baptistam Principes Eremitarum faciunt.* (e) lib. de Monachis c. 5. (f) cap. 39.

Ethnicorum testimonia etiam confirmant antè dicta.

De Carmelo, loco sancto celebri, & inibi veteri religione, Ethnici quoque adstipulantur: Jamblichus, Chalcedensis, ex Syria, in *vita Pythagoræ, libro* 1. *cap.* 3. agens de ejus navigatione in Phæniciam, sic meminit Carmeli, & Carmeli incolarum: *Opportunissimè in littora, quæ subsunt Carmelo monti Phæniciæ, appellentibus, transvectus fuit Pythagoras: ubi solus in templo ut plurimùm degebat. Homines autem loci istius benignè ipsum, datis dextris, exceperunt.* Aliquantò post addit: *Hic mons multis etiam inaccessus erat.* Indè eruuntur tria: 1. quòd tunc (annis circiter quadringentis post raptum S. Eliæ) Carmelus haberet incolas: 2. quòd ibi esset templum, sive Synagoga, seu oratorium: 3. quòd ibi habitantes essent solitarii: ideò dicitur Pythagoras (illorum exemplo) *solus deguisse*: diciturque *Mons inaccessus.* Balbinus vir Consularis, familiaris Imperatori Antonino: cui scribens in quadam epistola, sic mentionem facit religionis vetustæ, & aræ in Carmelo: *Mons*, inquit, *est nomine Carmelus, in quo vetus religio, & sanctitas antiqua est: Elias illic sacrificia semper offerebat, apparent etiam & nunc*

vestigia de ara sacrificiorum. Igitur tempore præfati Antonini sub finem seculi primi post Christum, & initium secundi, in Carmelo erat *vetus religio, & sanctitas antiqua.* Ethnicorum aliorum, & etiam Judæorum testimonia idem confirmantia, adducta sunt alibi. Et ista ex plurimis, in antecedentibus adductis, hic sufficiant, pro removendo præfato cujuspiam scrupulo: & ut evidenter pateat veritas successionis posterorum SS. Eliæ, & existentiæ eorum temporibus Apostolorum, & quòd tunc Euangelicam fidem amplexati sint: quod luculentiùs, & peculiariùs stabilitum est hîc suprà (a) ubi de posteris S. Eliæ ab institutis veteris Legis ad novam transeuntibus, &, in præfatis lectionibus traditur, *Euangelicam fidem amplexantibus.*

(a) n. 1826. & seq. pag. 503. & seq.

CAPUT VI.

Scrupulo alteri satisfit: de Virginitate S. ELIÆ.

3992. SCrupulus alter cujuspiâ est: quòd ad Monasticæs essentiam etiam requiratur castitas perpetua: asserere autem, quòd S. Elias primus castitatem & Virginitatem coluerit, præjudicare videtur honori, & prærogativæ Christi Domini, primitias Virginitatis virilis, seu inter viros, habentis; nec non B. Virginis Mariæ Deiparæ: quæ à Patribus nuncupatur *Virginitatis primiceria, Primipila, Magistra, Princeps, Regina Virginum, Virginitatis exemplum, quaque Virginitatis vexillum extulerit:* ergò alii ante Christum, & Mariam, Virginitatem non servarunt, aut certè non voverunt. Sed verè nodus ille in scirpo est quæsitus, (ut dici solet) Igitur respondemus: Quòd Patres & Doctores Christo, & Deiparæ primatum Virginitatis adscribentes, & asserentes, quòd Christus primus sit inter viros, Virginitatis primitias habens, & quod B. V. Maria sit *Princeps, Magistra, Regina Virginum, sola sine exemplo* & similia, non tam intelligenda sint de ordine temporis, quàm dignitatis, eminentiæ, & perfectionis; videlicet, quòd castitas, puritas, Virginitas in Christo fuerit veluti in fonte, undè omnium aliorum puritas emanat; & in B. Virgine Mariâ, post Christum in eminentissimo, & perfectissimo modo suprà alios quoscumque, tamquàm in exemplari, ac magistra: Itaque Christus est causa exemplaris, finalis, & meritoria Virginitatis pro omni tempore; sicuti etiam fidei, spei, charitatis, religionis, aliarumque virtutum; nam *de plenitudine ejus nos omnes accepimus.* (b) Et certè cùm ante Christum Patres veteris Legis habuerint veram charitatem, & quasvis alias virtutes, & excellentissima etiam dona prophetiæ, miraculorum, martyrii, & similium, & id non præjudicat Christo Domino, aut B. Virgini, cur præjudicaret castitas, Virginitas, aut etiam ejus votum? præsertim cum Martyrem esse, perfectius quid videatur, quàm Virginem, juxta illud Christi: *Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat* &c.

Virginitatis primiceria B. V. Mariæ Deiparæ:

quo sensu,

scilicet dignitatis, & eminentia perfectionis,

non temporis ordine:

eadem est ratio de Christo:

(b) Joan. 1.

3993. Quantùm ad purissimam V. Mariam, in quo ejus major (suprà omnes) dignitas, eminentia, & perfectio virginitatis, ac ejusdem voti consistat, perspicuè declarant Doctor Franciscus Suarez, & cum eo luculentiùs Joannes Baptista de Lezana, (a) ubi, inter alia, ista: *Virginitas Mariæ quoad propositum, & animum, fuit tantò efficacior, & vehementior, quantò ex majori charitate, & gratia procedebat: quoad immobilitatem habuit hoc propositum perfecto voto confirmatum: quoad intentionem ex perfectissimo Dei, & puritatis amore hoc fecit: quoad executionem verò tam perfectè illud servavit, ut omni prorsùs motu contrario, aut repugnante caruerit, imò alios ad castitatem provocaverit, &c. Deindè caruit omni contrario, quod virginitatis perfectionem posset minuere; nam & ipsum conjugium, quod in aliis ad virginitatem tollendam ordinari solet, in illa fuit ad ejus custodiam, testimonium, & honorem institutum. Habuit deindè comitantes omnes virtutes, temperantiam, & humilitatem, & alias, quæ illius perfectionem possent augere.* En prærogativas speciales voti Mariæ, quas nec Eliæ ipsi, nec Eliseo, aut aliis tribuere possumus, eò præsertim, cùm de ipsis non constet ullo modo, venialiter saltem, contra illud non peccasse, prout de Virgine purissima sentit Ecclesia: nec ipsi carerent motibus contra castitatem insurgentibus, quibus ipsa, ob specialissimâ Dei gratiam, sine dubio caruit. Addimus ex S. Bernardo: (b) *Sola est Beata Deipara, in qua Virginitas, & Maternitas obviaverunt sibi: in ea factum est, quod factum non fuerat, nec fiet in æternum.* Conformiter scribit in alio Sermone: (c) *Unum est, in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem, gaudia matris habens cum Virginitatis honore; Maria privilegium est, non dabitur alteri.* Prærogativæ aliæ Virginitatis in Virgine Mariâ videri poterunt luculenter traditæ à præfato P. Lezana. (d)

Virginitatis prærogativa in B. V. Deipara:

(a) to. 1. Annal. Carmelit. in Appar. c. 4. n. 18. & 19. ac seq.

(b) in homilia *Signum magnum.*

(c) Serm. 4 de Assump.

(d) eod. loco.

3994. Quòd autem SS. Elias, & Eliseus Virgines fuerint, luculentis Patrum, & Doctorum auctoritatibus comprobatum est in antecedentibus, (e) ideo sufficient hîc quæ ad hoc propositum, S. Hieronymus, libro *de Virginitate*, ad Eustochium, scribit: *Virgo Elias, Virgo Eliseus, Virgines multi Filii Prophetarum:* ii erant discipuli SS. Eliæ, & Eliseï. Hinc S. Hieronymus *ibidem* S. Eliam *messorem Virginum* nuncupat: *Virgo*, inquit *immissus est messor Elias.* Etenim, sicuti nihil obstat prærogativis Christi, & Mariæ, quòd tempore priores martyres fuerint Abel, Jeremias, Machabæi: & quòd Abrahaam, Isaac, Jacob, & alii habuerint veram charitatem, fidem, spem, & Deo vota voverint, ita quoque non obstat, quòd S. Elias, & ejus discipuli servaverint castitatem etiam ex voto; idque ad honorem, & imitationem Virginis Deum parituræ, tamquàm causæ finalis, & exemplaris. Quinimò in honorem B. Vir-

Virgines SS. Elias, & Eliseus.

(e) nu. 227. & seq. & 1904. ac seq.

imò messor Virginum Elias:

Digitized by Google

pro exemplari habens Virg. Deip.

B. Virginis Mariæ magnoperè cedit, quòd ipsa, seu ejus virginitas, fuerit causa exemplaris, & finalis virginitatis S. Eliæ, atque ita veluti causa, naturâ prior est causato, & effectu suo. Etenim juxta doctrinam S. Thomæ, & communem Philosophorum, ac Theologorum: *Non est necesse, ut causa causatum præcedat tempore: nihil prohibet id quod est posterius tempore, antequàm sit, movere.* Et sic moverunt Christus, & Deipara; nam licet ordine temporis alii ante Christum, & Deiparam virginitatem servaverint, ordine tamen dignitatis, & excellentiæ, Christi, & Deiparæ virginitas aliorum omnium virginitati præfertur. Christi namque virginitas causa finalis, efficiens moralis, seu meritoria, & exemplaris fuit virginitatis aliorum: Mariæ quoque virginitas causa etiam exemplaris fuit, & speculum virginitatis Sanctorum cunctorum, & aliquo modo finalis, & moralis. Et quidem quod talis causa, scilicet finalis, & moralis, exemplaris fuerit Maria, & ejus virginitas, respectu S. Eliæ, sic tradit S. Methodius, vetustus Pater, Martyr, Episcopus: *Puritatis etiam tuæ*, inquit, *Elias Prophetæ præscius, atque imitator in spiritu cùm esset, vitæ illius igniferæ sibi coronâ colligavit, in hunc usque diem Divinô suffragiô morte superior declaratus. Te quoque, ejusdem successor Eliseus à Sapiente Magistro his sacris initiatus, tamquam jam existentem, quæ tamen nondum existebat, præsignurans.* Ita ille *in homilia de S. Simeone, & Annâ*, seu *de festo Purificationis.*

ejus puritatis præscius, & imitator:

3995. Plura ad hoc propositum præcesserunt alibi in hoc Opere, ideò satis erit, paucula hîc audivisse ex suaviloquo Arnoldo Bostio: (a) *Veræ Religionis, quæ ex tribus istis sortitur essentiam, Primicerius, ac Institutor palàm edocetur, Divino amore incensus Elias: cui unà cum suo Eliseo collega (qui nunc inter se felici sorte Cælum, Paradisumque condividunt) horum nihil defuit. Virgo Elias, Virgo Eliseus, Virgines successores eorum multi Filii Prophetarum fuêre, ut ait S. Hieronymus scribens Virgini Eustochio.* Ibi cùm probasset istorum paupertatem, obedientiam, & castitatem, peculiariter de virginali castitate sic prosequitur: *Denique, quò factum sit, ut cæterorum Patrum transvecti virtutes, tantum culmen servandæ virginitatis primùm conscenderint, operæ pretium est intelligere.* Et paulò infrà: *Hic itaque, Elias in exercitatione disciplinæ districtus, in laboribus fortis, & in sancta meditatione assiduus; quoniã prophetico jam spiritu Redemptorem mundi nasciturum conspicabatur de purissima Virgine:* Prosequitur: *Anhela trahens in longinquum suspiria, totum se transfudit in amorem tam superexaltandæ Virginis, cui & annulum aureæ suæ fidei, veluti sponsæ suæ, amantium more, delegavit: & ad exemplum ejus, quasi ad figilli spiritualis imaginem, Eliseum, Michæam Morasthiten, Abdiam, Ionam, ac cæteros quos advocaverat (quorum & virtutibus, tamquam quibusdam stellis, canonicè micant historiæ) secum tamquam Mariæ præcursores, continentiam virginitatis edocebat.* Hinc concluditur, quòd S. Methodius, S. Hieronymus, & alii Patres, ac Scriptores, asserentes Eliæ, Elisei, & Filiorum Prophetarum virginalem continentiam, non tantùm non præjudicent primitiis virginitatis Mariæ, sed magis exaltent; utpotè causam exemplarem, & finalem virginitatis in SS. Elia, & Eliseo, ac Filiis Prophetarum. Major enim Deiparæ Virginis honor est, quòd ante ipsam natam, Elias Propheta *puritatis ejus præscius, & imitator in spiritu*, ut loquitur S. Methodius, virginitatem coluerit, & cum discipulis suis, ipsius Deiparæ venerationem, quàm si pro virginitatis primatu contendere facias ipsa dumtaxat tempora; nam ut ex, & cum aliis Doctoribus præfatus P. Lezana docet: *Quòd Beata Virgo perfectum votum Virginitatis emiserit, ad perfectionem ejus pertinet: quòd verò ante ipsam nullus hoc fecerit, ad ejus commendationem non admodùm refert.*

(a) lib. de Patron. B. Virg. c. 2.

atque ita ipse & ejus discipuli Mariæ fuerunt veluti præcursores:

& id in majorem MARIÆ honorem cedit.

CAPUT VII.

Historiæ traditæ in Lectionibus secundi nocturni Festi Commemorationis solemnis (atque etiam pleræque operi huic insertæ) quantæ auctoritatis, & certitudinis censendæ?

3996. REspondetur, quòd omnia contenta in Lectionibus secundi Nocturni Festi Commemorationis solemnis, stabiliantur in auctoritatibus partim Scripturarum sanctarum, partim Summorũ Pontificum, & S. Congregationis Rituum, & partim illustrium Scriptorum. Indè infertur, quòd tantæ auctoritatis sint censenda singula tradita in lectionibus istis, quantæ (respectivè ad singula) sunt, undè, seu à quibus singula referuntur. Et quidem quantùm ad SS. Prophetas Eliam & Eliseum, ac eorum posteros, in Carmelo, circa Jordanem, & aliis in locis monasticè conversantes, id constat Scripturarum sanctarum infallibili certitudine, & Patrum, ac aliorum Scriptorum expositione; sicut ex anterioribus habetur. Et indè consensus est Patrum adstruentium, *Quòd SS. Prophetæ Elias, Eliseus, & eorum discipuli, ac Successores Filii Prophetarum fuerint Monachi, veraciter Monachi, & Monachorum Principes*: & hinc Pontifices plures in suis Bullis diserte adstruunt Carmeli Ordinem *Sanctorum Prophetarum Eliæ, Elisei, nec non aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem sanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenere.* Conformiter scribunt auctores illustres plurimi, adducti in antecedentibus. (a) Quanti autem ponderis sint ista Summorum Pontificum asserta, expendunt Franciscus Suarez, Gaspar Sanctius, Joannes de Carthagena, & alii, sicut mox audiemus. Quantùm ad Rituum Congregationem ab eo, qui Christianæ Religionis est caput, de splendore divini cultûs judicandi potestatem habens,

contenta in lectionibus 2. Noct. festi Commem. solem. fundata in Scripturis SS. & auctoritate Pontif. ac illustrium Script.

(a) n. 2003. & seq. & 2007. ac seq. & nu. 2010. & seq.

Digitized by Google

hinc ponderandum in quo gradu certitudinis ea habenda.

est cætus aliquot Illustrissimorum, tam purpurâ, quàm doctrinâ, & morum gravitate, Eminentissimorum Cardinalium, qui de mandato, & institutione Sanctissimi & Supremi Ecclesiæ moderatoris, ritus, cæremonias, & (ut cetera omittam, quæ eorum examini, & judicio subsunt) Officia Ecclesiastica in Ecclesia assumenda, sibi oblata, diligenti, & accuratò examine, aut reprobant, & ab Ecclesia, ut lumine indigna, eliminant, aut approbant, & in Ecclesiastico Officio legi, & cani permittunt: atque ita magni ponderis censenda ea, quæ illa approbat, approbataque in Ecclesia universa assumi, & vulgari permittit. Eadem est ratio eorum, quæ Breviariis, & Missalibus inserta olim, longo temporis tractu, in canonicis officiis canuntur. Hinc in celebri, olim multùm agitata, quæstione, *An anima justorum debitè purgatæ, statim Deum videant, an autem visio illa differatur ad diem judicii*, unum, inter præcipua argumenta, pro affirmativa, vera, hoc est, auctoritas Ecclesiæ, seculorũ multorum tempore in Officio Divino legentis, & legi (a) permittentis hanc Orationem: *Deus qui animæ famuli tui Gregorii æterna beatitudinis præmia contulisti*: atque in Missalibus, & Breviariis, alia similia plura, quibus Ecclesia Sanctos colit, & orat, velut dilectos Dei amicos, cum eo regnantes (si autem aliquandò aliqua ex Breviariis expuncta fuerint; ea non Ecclesiæ, sed privatâ alicujus, aut aliquorum, auctoritate, inserta fuerant). Propterea etiam historiæ istæ: Miraculum B. Virginis ad Nives, historiæ de S. Dominico præsignato per catulum, face terrarum orbem incendente: de S. Francisco viso à Pontifice Innocentio III. humeris sustentare Ecclesiam Lateranensem labentem: de S. Ignatio etsi litterarum rudi, auctore admirabilis exercitiorum libri; atque aliæ; prævio examine accuratissimo (sicut Romæ in similibus negotiis adhibetur) insertæ publicis Officiis Divinis, aut Bullis Summorum Pontificum, majori in veneratione habentur, & firmior fides tribuitur, quàm aliis, quæ ab aliquo dumtaxat, aut aliquibus privatis, referuntur.

(a) ad diem XII. Martii fest. S. Gregorii Papæ.

3997. Hinc meritò Philippus Alegambe *in Bibliotheca Scriptorum Societatis Iesu*, in principio, agens de S. Ignatio, scribit: EXERCITIA SPIRITUALIA (*libellum magnitudine exiguum, fructu verò maximum qui adversùs graves multorum oppugnationes invictus semper stetit, semper stabit, auctoritate sacrosanctæ Sedis Apostolicæ, atque approbatione munitum*) AB S. IGNATIO COMPOSITA. Cùm id perspicuè, & firmiter comprobasset, denique veluti colophonem adfert auctoritatem *sacræ Congregationis Rituum, quæ in relatione pro S. Ignatii canonizatione, facta coram Gregorio XV. Pontifice Maximo, à Francisco Maria Cardinale à Monte, disertè ait, ab illo composita, in librum relata; ac denique auctoritatem adfert Pauli Pontificis, qui in Bulla confirmationis eorumdem, illa tamquàm ab Ignatio composita, & in hunc Ordinem redacta, laudat & approbat.* Ita quoque Suarez, Leonardus Lessius, & alii, imò Doctores Catholici omnes, tenent, in Societate Jesu professos votis simplicibus, esse verè Religiosos; quia sic Pontifices declarant, videlicet Gregorius XIII. in Bulla: *Ascendente Domino*, & Gregorius XIV. in Bulla: *Ecclesiæ Catholicæ*. Sic quoque Cornelius Hazaert in *Historia Ecclesiastica Flandricè tomo 2. in Præfatione*, de S. Francisco Xaverio rescribens adversùs nonnullos, qui existimarunt, illum non fuisse Societatis Jesu, sed Sacerdotem secularem; contrarium demonstrat testimoniis Scriptorum, ac præsertim ipsius S. Francisci Xaverii, disertè asserentis, se fuisse *Societatis Iesu*; & nuncupantis *S. Ignatium suum Patrem*. Denique singulariter urget, & ponderat auctoritatem Summorum Pontificum Pauli III. Julii III. & Alexandri VII. asserentium, *quod fuerit Societatis Iesu*. Cum autem Pontifices, non unus atque alter, sed plures præfata scribant de Carmeli Ordine, quòd *à S. Propheta Elia hæreditariam successionem teneat* (& ista stabiliantur in auctoritate Scripturarum sacrarum, juxta explicationem Patrum, & illustrium Doctorum, sicut capite præcedenti vidimus) Et cum Sacr. Rituum Congregatio, præmisso accuratissimo examine, non semel dumtaxat, & iterùm, sed sæpiùs (recognoscentibus, & subscribentibus Cardinalibus, Bellarmino, Pinello, de Torres, Carpineo &c. sicut in anterioribus audivimus, & vidimus) Lectiones festi Commemorationis, & omnia in illis contenta approbaverint; etiam de istis omnibus eadem est ratio. Ita quidem, quòd, sicut præfatus P. Philippus Alegambe rectè infert; si quis neget, aut controvertat, librum præfatum *Exercitiorum* esse S. Ignatii, id non esset absque notabili *injuria Societatis universæ, quæ vel tam cæca fuerit, ut partum alienum non agnoverit, vel tam improba, ut dissimularit*, atque etiam *cum injuria Sacr. Congregationis Rituum, & ipsius Sedis Apostolicæ*. An non par ratio est, in Ordine Carmeli, cujus omnes Scriptores, etiam eruditione, & sanctimoniâ valde illustres, (ut S. Brocardus, S. Cyrillus, S. Petrus Thomas, B. Joannes Soreth, Thomas Waldensis, Joannes Bacho, Baptista Mantuanus, & alii omnes concorditer, sicut ex anterioribus in hoc, (a) & præcedenti Tomo habetur) Ordinis sui originem, & successionem referunt ad S. Eliam: id si verum non esse quispiam dicat: sequeretur (ut in simili loquitur præfatus Philippus) tam cœcos fuisse, ut Ordinis sui originem ignoraverint, vel tam improbos, ut dissimulaverint: id qui assereret, an prudenter & moderatè loqueretur? præsertim cùm eadem tam constanter, & concorditer adstruunt tam multi Pontifices; & tam solemniter à Sac. Rituum Congregatione examinata, & approbata fuerunt: & in auctoritatibus Scripturarum, ac Patrum & illustrium Scriptorum ista stabiliantur.

ejus spiritualis filius S. Francisc. Xaverius:

Carmelitani Ordinis originem, & succes. à S. Elia, negant, quibus injuriam irrogat.

(a) n. 2013.

S. Ignatius auctor lib. utilis. Exercitia spirit.

Ex

Digitized by Google

Carmelitana historia præcipua, in quo gradu certitudinis.

3998. Ex hactenùs dictis ponderare licet, in quo gradu certitudinis, & credibilitatis humanæ, existant historiæ pleræque primariæ, toto hoc opere traditæ. Eæ sunt, imprimis Ordinis Carmeli origo, & successio hæreditaria à SS. Prophetis Eliâ, & Eliseo, per Filios Prophetarum, & eorum sequaces, *seu qui eorum vestigiis institerunt, & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspectâ, atque probatâ, euangelicam Fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu, Beatissimam Virginem (cujus colloquiis ac familiaritate feliciter frui potuêre) adeò venerari cœperint, ut primi omnium in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nubeculam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerint.* De titulo illo Ordinis: *FF. Beatæ Mariæ de monte Carmelo*, à dicto Sacello (præter alias rationes) indito: De sacri Scapularis S. Simoni Anglico à B. Virgine Maria traditi, privilegiis, peculiariter de adjutorio animarum in Purgatorio, nempè, Beatam Virginem, eas meritis, & suffragiis suis, Angelico ministerio *materno planè affectu, dum igne Purgatorii expiantur, solari, ac in cœlestem patriam obtentu suo quatocyus efferre.* De Sanctis, qui ut Ordinis hujus alumni, & Vineæ Carmelitanæ à S. Eliâ Prophetâ plantatæ, palmites, Apostolicæ Sedis auctoritate coluntur Officiis propriis, eadem est certitudinis ratio. Ista enim omnia auctoritate Apostolicæ Sedis, & Sacr. Rituum Congregationis, ab Eminentiss. Cardinalibus Bellarmino, Pinello, & de Torres ac denique Carpineo, toties examinata, recognita, approbata fuerunt. Ratio eadem est variarum aliarum historiarum Ordinis hujus, eâdem auctoritate examinatarum, & confirmatarum: talis est *visio virorum candidorum, Eliam nascentem salutantium*: de SS. Serapione, & Spiridione, Telesphoro, Dionysio, Anastasio, Euphrasiâ, Euphrosynâ &c. qui auctoritate eâdem coluntur in hoc Ordine, tamquam Carmelitanæ Vineæ palmites, à radice, seu caudice, per S. Eliam plantata procedentes. Officia autem Divina de istis omnibus eâdem auctoritate Apostolicæ Sedis & Sacr. Rituum Congregationis examinata, recognita, & approbata fuerunt, subscribentibus iisdem præfatis Cardinalibus Bellarmino, Pinello, & de Torres. Hinc denique infertur, quod omnes historiæ illæ eo debeant haberi loco, ut haud minor, fides, & credibilitas illis habeatur, quàm cuilibet historiæ humanæ à privatis Scriptoribus fide dignis traditæ. Quinimò (ut Joannis de Carthagena (a) verbis utar) specialiter quoad Ordinis originem, & successionem à S. Elia: *Quamvis prædictorum Pontificum testimonia, non id tradant tamquam rem fide divinâ credendam; infrà limites tamen humani testimonii, nullum majus aut firmius proferri potest, quàm tot Summorum Pontificum testificatio.* Sic etiam Gaspar Sanctius (b) tractans de S. Elia Propheta, & de Ordine ab eo in Carmelo instituto, cùm id variis rationum momentis comprobasset, subdit: *Accedit ad hæc à Pontificum judicio gravissimum pondus, quo sacrum hunc Ordinem ab Eliæ disciplina atque instituto exordium habuisse testantur: Ita sanè in suis Bullis Sixtus Quartus &c. qui docent familiæ Carmelitanæ viros ab Elia & Eliseo hæreditariam successionem tenere. Hæc mihi gravissima sunt.* Conformiter scribunt & illam Summorum Pontificum auctoritatem venerantur Franciscus Suarez (a) Jacobus Salianus (b) atque alii.

pleraque auctoritate Pontificum sap. recognita & approbata.

(a) lib. 17. Homiliar. homil. 2.

(b) in c. 7. lib. 3. Reg.

(a) de Relig. to. 4. tract. 9. l. 2. c. 10.

(b) in Annal. ver. Test. to. 4. ad annum ante Chr. 914.

EPILOGVS totius Operis.

3999. BENEDICTUS DEUS, qui ab initio, dirigens per medium, perduxit me ad finem hujus operis: cujus rationes, & causæ, ac utilitates indè speratæ, sunt expositæ in Præfatione generali. Utilitas quidem Carmelitanæ historiæ (præter alias dicto loco expressas) ea est permagnæ considerationis, quòd in illa tradantur non tantùm origo, & incrementa hujus Ordinis, sed & totius Monastices, à magno Propheta Elia originem habentis, & Ecclesiam magnoperè exornantis, atque ejus dogmata illustrantis, & confirmantis. Etenim Scripturæ sacræ testimoniis firmiter stabilitum est, quòd SS. Elias, & Eliseus, Carmeli incolæ fuerint, & ipsi, ac eorum discipuli Filii Prophetarum, ibidem & prope fluenta Jordanis, ac in aliis locis habitantes, ibi monasticè conversati fuerint; & alii istis successerint *habitantes soli, in saltu, in medio Cæmeli*, ut loquitur Michæas Propheta: (c) de quibus, & Carmelo, etiam sic Isaias Propheta: (d) *Et habitabit in solitudine judicium, & justitia in Charmel* id est in Carmelo) *sedebit. Et opus justitiæ erit pax, & cultus justitiæ silentium*, in observantia paupertatis, castitatis, obedientiæ, ac vitæ communis. Exercitia eorum erant oratio, meditatio, contemplatio, opus manuale, & aliæ monasticæ observantiæ, prout luculentiùs explanatum est in hoc Opere variis locis. (e) Quantùm quidem ad castam virginalem vitam, sociatam paupertati, & obedientiæ, eam S. Propheta Elias primus inchoavit in se, & discipulis suis indixit: atque ita veluti Virginum messor primus ipse extitit: *Messor immissus est Virgo Elias, Virgo Eliseus, Virgines multi Filii Prophetarum*, inquit S. Hieronymus, loco jam ante indicato. (f) Elias itaque primus Monachorum greges, & Virginum choros congregavit, atque ita Ecclesiam magnoperè exornavit; nam teste eodem S. Hieronymo: (g) *Pretiosissimus lapis inter Ecclesiastica ornamenta, Monachorum, & Virginum chorus est.* Istis concinit S. Gregorius Nyssenus, frater S. Basilii, (h) explicans ista *capitis* 4. *Canticorum* verba: *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad*: ubi scribit: *Talis*, inquit, *erat Elias, qui de Galaad fideris instar ortus est*: (i) & de discipulis ejus, seu æmulatoribus: *Hi verò gregatim circa universi hujus caput*

Carmelitana historia Ecclesiam exornat, & ejus dogmata confirmat:

(c) Mich. c. 7.

(d) Isa. 32.

(e) n. 277. & seq. nu. 1867. & seq. n. 1881. & alibi.

Carmelitar. Patriarcha S. Elias Ecclesiæ pretiosa ornamenta contulit.

(f) lib. seu epist. de Virginit. ad Eustoch.

(g) in epist. ad Marcell.

(h) in orat. 7. in c. 4. Cantic. & orat. 15.

(i) Orat. 15.

Digitized by Google

caput conspecti, Ecclesiæ gloria fiunt ad cælestem gratiam, una cum illo Galaadita conscendentes: & de eodem Elia, ejusq; discipulis, seu imitatoribus: (a) *Insignia vitæ continentis exempla præbuit, formâ squallidus, capillis hirsutus, pro veste molli pelle caprea tectus. Itaque omnes quotquot ad exempla Vatis illius vitam suam instituunt, ornamentum Ecclesiæ fiunt gregatim virtutem in conversatione mutua colentes.*

(a) Orat. 7.

4000. En igitur, o mater Ecclesia, *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad*; Elias Thesbites erat de monte Galaad: & ab illo ipso processit *flos quidam, & pretiosissimus lapis, inter Ecclesiastica ornamenta, Monachorum, & Virginum chorus.* Hinc meritò de S. Elia, & monastice ab illo instituta, sic concludit Joannes Hierosolymitanæ Ecclesiæ Antistes: (b) *Quidquid ergò virtutis, & perfectionis est in hac nostra Religione eremitica, ab hoc Prophetâ Dei Eliâ, tamquam à primordiali & principali monachorum auctore, exemplariter emanavit. Et primò quidem in prænemoratos viros Filios Prophetarum, ejus discipulos; deindè ab illis in cæteros Religionis nostræ professores, eis tam in monastica eorum conversatione, quàm in locorum habitatione succedentes; & demùm ab his in reliquos alibi degentes. Sed & omnium monachorum conversatio perfecta ab Elia, & à dictis ejus discipulis Filiis Prophetarum, est derivata.* Elias igitur Propheta sanctissimus; & greges Monachorum, ac chorus Virginum, ab ipso procedentes, Ecclesiam magnoperè exornant, & insuper ejusdem dogmata confirmant. Dogma Ecclesiæ est, cœlibem, castam, virginalem vitam, & monasticam conversationem, bonam esse, sanctam, & Deo gratam: è contrà hæretici vitam cœlibem, & castam, ac monasticam inauditis calumniis impetunt: sed gladio Eliæ prosternuntur. Elias Scripturarum sanctarum tum veteris, tum novi Testamenti testimoniis commendatissimus, vitam monasticam, & virginalem exercuit, & discipulis suis tradidit. Longè igitur à verò aberrant, & in tenebris errorum, & falsitatis versantur hæretici, qui utramque illam vituperant, condemnant, contumeliis impetunt. Itaque, Religiosus-monasticus status in Carmelo, à magno Propheta Elia inchoatus: atque ita in gremio Synagogæ conceptus, & fotus, in eo radices egit, & crevit usque ad adventum Christi, qui fuit plenitudo Legis. Tunc autem, deficiente Synagogâ, & mortiferâ redditâ; non pariter defecit Monastice, seu Religiosus-monasticus status; sed tamquam bonus palmes insertus optimæ viti Christo, & ab eo impinguatus: atque ita perfectionis complementum recipiens, & magis authentica facta in Religione Christiana, vicissim ipsam fœcundavit, & nobilitavit. Et hinc perspicitur mira veteris, & novi Testamenti consonantia. Operis hujus utilitates aliæ, comitem habentes jucunditatem, seu oblectamentum quoddam, ex multiplici varietate subjectorum, quæ in binis hisce tomis continentur, traditæ in dicta *Præfatione generali*, fuerunt causæ, motiva, & finis, ac scopus concepti, inchoati, & hucusque provecti operis hujus: cujus hic finis esto. Ad majorem Dei Omnipotentis, Virginis, Matris nostræ amabilis Mariæ, ac S. Patriarchæ nostri Eliæ gloriam, & honorem; ad Ecclesiæ atque Ordinis hujus utilitatem; utque sint legentibus incitamenta ad exercitia virtutum, & ad incrementa gratiæ, seminis gloriæ cœlestis. Amen.

(b) lib. de Inst. prim. Monach. c. 16.

Monastice, seu Religiosus status, gladiô Elia ab hæreticis defenditur

ejus in veteri & novo Testamento consonantia.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEXI.

Aſceticus, Moralis, exempla ſubminiſtrans omnigenarum virtutum:

In gratiam Concionatorum, Catechiſtarum & Scriptorum rerum aſceticarum &c.

CUm *pietas ad omnia utilis ſit*; (1. ad Timot. 4.) ad pietatis autem incrementum, aut incitamentum, præcipuus ſit operis hujus ſcopus, convenienter Index Aſceticus primus prodit.

PRÆNOTANDUM, *quòd in hoc, & ſeq. Indic. non ſignentur numeri paginarum, ſed numeri marginales, ab initio hujus tomi uſquead finem (à numero I. ad* 4000. *incluſ.)*

A

ABſtinendo adiicitur (prolongatur) *vita: num.* 1190. *& ſeq. Abſtinentia*, ſeu ſobrietate S. Paulus Eremita vixit annis 115. & S. Antonius ad 105. S. Simeon Epiſc. ad 120. totidem etiam S. Arſenius. Antonius Haaſechus annis 125. *n.*1190. ſic & alii: *ibid. Abſtinentiæ* diſtrictæ conſtans obſervantia uſquead profundiſ. ſenectam, in S. Theodoſio: *num.* 382. *Abſtinentiâ*, & jejunio, S. Elias miracula ſtupenda patravit: *n.*259. Ita etiam S. Eliſeus: *n.*1913. *Abſtinentiâ*, dæmonem violenter tentantem vicit S. Euphraſia: *num.* 1098. *Abſtinentia* S. Angeli major quàm Regula præſcribit: *num.*1267. *Abſtinentia* mira S. Simonis Stock: *n.*1483. *&* 1484. S. M. Magd. de Paz, *n.*1565. S. Alberti: *num.* 2184. S. Tereſiæ: *n.*2418. S. Caroli Borromæi: *nu.* 2600. B. Franci: *num.* 2793. V. Franciſci à Cruce. *n.*3479. *&* 3490

Abſtinentia feriis quartis, in honorem B. Virginis, exempla ſingularia. *numer* 1983. *&* 3986. *& ſeq.*

Amor Dei hominem Deo unit, & quâdam ratione ſimilem reddit: *amor* verò creaturarum creaturis ipſum ſubjicit: *num.* 2688. *Amor Dei* requirit denudationem ab *amore* creaturæ: *nu.* 2689. Deum, qui omnia eſt, cupiens poſſidere, ab aliorum omnium inordinato affectu debet purificari: *n.*2690. *Amor Dei*, & proximi in S. Maria Magdalena de Pazzi: *num.* 1634. *& ſeq. per plura.*

Angelicum votum S. Tereſiæ, quomodò imitari poſſimus: *num.*2539. *& ſeq.* Vide plura, ſub tit. *Vot. Angelic.*

S. Andreas Corſinus virtutum omnium luminibus valdè coruſcus: *nu.*924. *& ſeq. Fides, Spes, & Charitas* in eo admirabiles: *n.*838. 839. *& ſeq. Humilitati* inprimis ſtudet: viliora miniſteria libenter exercet: oſtiatim panem quærens, irridetur, & ſannis petitur: *nu.*858. Patienter & lætanter patitur: *n.*858. A dæmone apparente exagitatur: ad ſæculum revocantem generosè repellit: *n.*859. Profeſſione inſtante, graviter ab amicis oppugnatur: *num.* 860. Firmior in propoſito, facit profeſſionem: *n* 860. Diligentiſſimus ad divina officia, & in iis valdè attentus: *n.*860. Singulariter devotus B. V. Mariæ: *n.*860. Orans privatim videbatur ſurdus, mutus, cœcus: ſilentii tenax: *ibid.* Corpus affligit jejuniis, ciliciis, ferreis flagris: *n.*861 Mirabilis in eo *oculorum cuſtodia*: *n.*861. Sibi rigidus, mitis aliis; præſertim ægrotis & pauperibus *nu.* 862. *Humilitatis* ſtudio pompas fugiens, primitias ſacerdotii ſolitarius offert: *num.*863. Id gratiſſimum fuit Deo, & Deiparæ: quæ ei apparens viſibiliter, mirificâ dulcedine perfudit: *nu.*863. Hinc ille humilior, & ſui contemptor. *n.*863

Anima in gratiâ conſtitutæ pulchritudo, gratioſâ viſione à Deo monſtrata S. Tereſiæ: *num.*2457. *Anima* in peccato mortali exiſtentis horridus ſtatus. *n.*2457

Aquâ benedictâ à S. Alberto aſperſâ ſuper energumenam, dæmon inſtar tonitrui receſſit: *num.* 2191. Aquâ benedictâ dæmonem fugat S. Tereſia. *n.*2436

Aureolâ triplici coronatus S. Petrus Thom. *n.* 663 S. Angelus. *n.*1288. *&* 1289

Auſteritas vitæ in S. Petro Thoma. *n.*630

B

BAptiſta Mantuanus zelans regularem Obſervantiam integram inſtaurare, promeruit ſui corporis, poſt obitum, incorruptionem. *num.* 3427. *&* 3429.

S. Bertholdus abſtinentiâ vitam produxit ad an. ætatis 115. *n.*1166. *&* 1190

S. Brocardus in extremis peculiariter commendavit cultum, & imitationem B. Virginis Mariæ: cujus titulo *Fratres B. V. Mariæ* nuncupamur. *n.* 2278. *& n.*2284.

C

CArmeli Ordo quomodò poſsit eſſe perfectus in ſe, & in Eccleſiâ utiliſsimus: *num.*3973. Documenta tria S. M. Magd. de Pazzi, pro *Carmelitica* perfectione: *n.*1626. Quantoperè obſtringatur Ordo hic, vinculo gratitudinis erga Patronam ſuam: *n.*1991. *& ſeq. Carmelitici* Inſtituti partes duæ, quæ, & quomodò amicabili nexu ſociandæ: *nu.*3973. *Carmelitæ ſtudioſi* ad quid ſub onere conſcientiæ obligentur. *nu.* 3972.

Caſtitas, virginitas, quid: quàm Deo grata: *num.* 2422. Ejus cuſtodiendæ ſingulariſsimum ex-

Digitized by Google

emplum in Christo: *num.* 348. & in ejus matre virgine Maria: *n.*1146. *Castitas virginalis* B.V. Mariæ tam sublimis, ut digna fuerit, fieri sacrarium Spiritus sancti: *n.* 1146. S. Jacobus Porphyrionita, miraculis jam ante illustris, pietatis prætextu mulierem in cella admittens incautè, labitur in fornicationem, & homicid. *n.*587. Simili occasione tentatur, & consentit S. Martinianus: *n.*2906. Igni cum fœno non benè convenit, sic periculosa viri cum muliere incauta familiaritas: *ibid.* *Castitas virginalis* S. Petri Thomæ sicut S. Joannis Euangelistæ: *num.* 663. *in fine* & 715. *Castitas Virgin.* S. Andreæ Corsini: *numero* 841. & 884. Ope B. Virg. Mariæ: *num.* 856. pro ea servanda mulierum aspectum solicitè vitabat, sensuum custodiam adhibebat: *num.* 841. & 861. *Castitatis flos* servatur fugâ seculi, & conversationis secularium: *num.* 1628. nascitur inter spinas mortificationis: *ibid.* Repagula castitatis muri monasterii; ideò illos osculabatur S. M. Magd. de Paz. *ibid.* & *n.* 1659. *Castitas* nascens inter spinas: in hortis clausis: quanti meriti, quomodò, quibusque mediis servanda: *n.*1695 *Castitati* servandæ quàm conducat familiaritatem mulierum vitare: *n.*587

Charitas quid sit: *num.* 2397. virtutum omnium mater: *ibid.* *Amoris Dei* (pariter & *abstinentiæ*) exemplum insigne in S. Theodosio: *num.* 382. *Charitatis* alis S. Elias evectus in cælum: *n.*266. & *seq.* *Charitas* eximia erga Deum & proximum in S. Andreâ Corsino: *num.*839. & 873. *Charitas* Mariæ intensissima effecit, ut sit *mons in vertice montium*, super omnes Sanctos refulgens: *n.*1157. & *seq.* *Charitas* quomodò exercenda ergà proximum. *n.*1701

Christum spinis coronari, nos rosis, dedecus est. *n.* 1699.

Colloquia pia SS. Dominici, Francisci, & Angeli, pernoctantium ad S. Sabinam. *num.* 1232. & *n.* 1302.

Communio sacra qualiter facienda. *n.*1627

Conceptionis immacul. Deiparæ, & *Incarnationis* mysteria novit, & honoravit S. Elias: *nu.*219. & *nu.* 2635. *Conceptionis immac.* insigne argumentum. *n.* 2635. & *seq.*

Concionatores timorem & amorem ingerere debent, exemplo S. Petri Thomæ. *n.* 632. & 720

Confessio sacra quomodò facienda, à Christo docetur S.M. Magd. de Pazzi: *n.*1627. & *seq.* Non debitè eam facientes, qui sacrilegium committant: *n.*1626. *Confessionis* ferè quotidianæ, usus in S. Carolo Bor. *num* 2062, Confessionis, & Communionis frequens usus magnoperè aliis ab eo commendatus: *num.*2602. atque etiam à Concilio Trid. *n.*2603

Considerationis defectus, causa omnis mali. *n.*2549

Consummari in brevi, & *explere tempora multa* quâ ratione? *n.* 2908. & 3581. & *etiam n.* 1104. S. Anastasius ex mago Christianus, Monachus, tempore 7. annorum in virtute consummatus: *num.* 461. Vide: *Tempora multa.*

Conformitas voluntatis B.V. Mariæ cum divina, admirabilis tempore Passionis. *n.* 1154

Constantia, perseverantia B.V. Mariæ fœminei sexûs gloria: *num.* 1150. *Constantia*, *fortitudo* insuperabilis in S. Cyrillo Alexandr. *num.* 577. & *seq.*

Constantia heroica S. Petri Thomæ pro fide catholicâ: *nu.*646. & 726. & asserenda Apostolicæ Sedis auctoritate. *n.*649

Contemplatio, & *actio* pro salute proximorum, simul unitæ in S. Eliâ: *num.* 268. & *seq.* & etiam in S. Eliseo: *n.* 1907. & 1915. In S. Petro Thomâ: *n.* 637. & *ante ac post*: In S. Andrea Corsino: *num.* 839. & *alibi in seq.* S. Teresia, & S. M. Magdal. de Paz. &c. *n.* 3971

Crucis signo S. Euphrasia victrix de dæmone: *num.* 1100, *Crucis signo* dæmonem pellit S. Albertus: *num.*2183. & B. Franeus: *nu.*2819. *Crucis signo* epilepticus à S. Alberto sanatus: *nu.* 2193. *Crucem* ponderosam humeris Madrito Jerosolymam portat, & refert Ven. Fr. Franciscus à Cruce: *n.* 3481. & *seq.* *Cruces* & tribulationes Deus ex amore amicis immittit: *num.*2796. *S. Crucis* quatuor ligna: 1. Cedrus, cujus moneat: 2. Cypressus, quid doceat: 3. Palma, monens victoriæ: 4. Oliva monens pacis: *num.* 2800.

D

Dæmoni thymiama malè olet: *nu.* 488. Torquetur à S. Anastasio: *n.*489. Confitetur suam vilitatem: *num.* 490. *Damon* S. Anastasii imagine compescitur, & exire cogitur: *num.* 492. & *seq.* Quàm Sanctos *Diabolus* persequatur: *num* 2801. *Diaboli* ad fallendum astutia: varii ejus fallendi, modi: *num.*2817. & *seq.* *Dæmonis* technæ ad retrahendum ab exercitio pœnitentiæ: *n.* 3455. *Dæmonis* impetus retundit S. Petrus Thom. fiduciâ in Deum, & oratione: *num.* 637. S. Euphrasia, humili prece ad Christum, & abstinentiâ: *num.* 1095. & 1098,

Deo, & millibus Angelorum placere, facilius, quàm paucis hominibus. *n.*2942.

Officiis divinis frequentandis, & piè celebrandis, studiosissimus S. Petrus Thom. *num.* 629. & 630. & 721. ita etiam S. Andreas Corsin. *num.* 860. & 871. *Divinis officiis* quanta reverentia assistendum: *n.* 1633. id exercitium est angelicum: *num.* 1697. *Officio divino assistentium* aliqui auro, alii argento, alii aquâ notantur: atque ita diversissimi meriti. *n.*2545

Diffidentia sui, confidentia in Deo utilis. *n.*1610

Diligentiâ in studio quantùm profecerit S. Petrus Thomas: *num.* 623. & *seq.* & alii: *num.* 3972. *Diligentiam* adhibere tenentur deputati ad studia, *n.*3972

Discretio S. Eliæ petentis *pauxillum aquæ, & buccellam panis.* *n.*251

Divagatio extra monasterium quàm nociva Religiosis: *n.*370. *Apoph. S. Synclet.*

Docti, & docentes exemplo, ac verbo, seu scripto, magni erunt in cælo: *n.* 2994. Tales, & eorum lucubrationes utiliter posterorum notitiæ commendantur. *n.* 2995

Documenta generalia ad sublimem perfectionem, à Christo tradita S. Mariæ Magd. de Paz. *n.*1599 & *num.* 1626. *ac seq.* & 1693. *ac seq.* & 1704. specia-

Digitized by Google

ſpecialiter pro Religioſis: *nu.* 1681. *& ſeq. &* 1684. *& ſeq. Documenta*, ac monita varia S. Mariæ Magdalenæ. *num.* 1709
Dogmatum fidei Catholica puritati propugnandæ ſtudioſiſſimus S. Dionyſius Papa. *num.* 422. *& ſeq.* Ita & S. Cyrillus Alexandr. *nu.* 549. *& ſeq. &* 580. *ac ſeq.* Sic & S. Teleſphorus Papa: *n.* 887. *& ſeq. & n.* 811. *& ſeq.* Sic & Thom. Waldenſis: *n.* 3054. *& ſeq.* & alii Carmelitæ plures. *num.* 3404. *& ſeq.*

E

S. P. *Elias* exemplar, & ſpeculum omnigenarum virtutum: *num.* 222. *& ſeq. à Paupertate*, ceu fundamento incêpit: *nu.* 224. *& ſeq. Virginalis caſtitatis* prærogativâ promeruit triumphalem aſcenſum in cœlum *num.* 229. *Obedientia* ejus perfectiſſima, & promptiſſima: *num.* 232. *Obedientia* ejus cæteris prototypon: *num.* 234. *Eliæ oratio* aſſidua: *num.* 235. humillima & attentiſſima: exemplar omnibus: *n.* 236. *Eliæ pſalmodia*: *num.* 237. *Meditatio & contemplatio* quid *n.* 238. per utramque ſpiritualium dæliciarum redundantiam promeruit: *n.* 238. Et potiſſimè ex conſideratione divinæ præſentiæ: *n.* 239. *Mortificationem & auſteritatem* orationi ſociavit: *n.* 236. *&* 242. *Silentiô* quantum *S. Elias promeruit*: *num.* 245. *Tentationes, afflictiones, anguſtias* quàm graves perpeſſus *S. Elias*: *n.* 246. *in tentationibus*, quibus armis & præſidiis uſus: *n.* 247. Oratione: *n.* 248. Et jejunio: *n.* 248. *Prudentia S. Eliæ*: *num.* 249. *& ſeq. Diſcretio* ejus ſingularis: *n.* 251. *Sapientia* ejus donum Spiritûs S. *num.* 252. *Iuſtitiæ* zelus in *Eliâ*: *nu.* 253. *Gratitudo* & benignitas ejus: *n.* 254. *Fortitudo* & invictus ejus animus: *n.* 256. *Eliæ temperantia*: *n.* 259. Et *jejunium*: *nu.* 259. à Patribus celebratum magnis encomiis: *n.* 259. *Humilitas Eliæ*: *n.* 260. *Humilitas* & reverentia in oratione erga Deum: *n.* 260. Ex *humilitate* optabat non habere teſtem glorioſi raptus: *nu.* 262. *Elias fide* ſummus, præſertim de Deo ubiq; præſente: *n.* 263. *Fiduciâ* plenus: *n.* 264. *Fide & ſpe* admiranda patravit: *n.* 265. *Charitas Eliæ* ardens quaſi ignis: *n.* 266. *Charitas Eliæ* actuoſiſſima: *n.* 267. Zelans pro Deo exercituum: *num.* 267. Ejuſdem flagrans amor pro ſalute proximi. *nu.* 268. *& ſeq.* Duplex *Eliæ* ſpiritus, contemplatio & actio ad ſalutem proximi: *nu.* 270. Eliæ *Zelus* ſummè admirabilis: *n.* 271. Zeli effectus duo: *n.* 272 *Eliæ zelus* etiam alios accendit. *n.* 273
S. *Eliſei* virtutes: *Paupertas* voluntaria: *n.* 1900. *& ſeq. Caſtitas virginalis*: *n.* 1904. Ad *Caſtitatem* ſervandam, vitavit familiaritatem cum fœminis: *n.* 1904. *S. Eliſei* prompta *Obedientia*: *n.* 1905. *Solitudinem* amavit, & coluit in Carmelo: *nu.* 1906. *Præſentia divina* exercitio jugiter vacabat: *n.* 1907. *Orationi*, meditationi, contemplationi plurimùm vacabat: *nu.* 1908. *S. Eliſei oratio* prævalet exercitibus armatorum: *n.* 1908. *Prudentia* ejus: *n.* 1909. *Iuſtitia* zelus, gratitudo, & miſericordia in ipſo *n.* 1910. Invicta ejus *animi fortitudo*: *n.* 1911. Ejus *humilitas*: *n.* 1912. Ejus *temperantia*: *num.* 1913. Viva *Fides*: *ſpes*, & *fiducia*: *n.* 1914. Ejus *charitas*, & divini honoris zelus: *n.* 1915. Cura ſalutis proximi: *ibid. S. Eliſei charitas* ergà hoſtes expenditur à Patribus: & in exemplum proponitur. *n.* 1916. 1917
SS. Euchariſtiæ veritas, *de verâ Chriſti carne, & ſanguine, realiter in eâ contentis*, illuſtrata in Concilio Alexandrino inſerto actis Concilii Epheſini: *n.* 554. Eſt ibi *verè vivifica, ipſius Verbi propria caro*: *ibid. SS. Euchariſtiæ* reverentia, & humilitas magna præſtita à S. Petro Thom. ſumente Viaticum: *n.* 672. *Euchariſtiæ* ſumptio unica ferventer facta quanti pretii: *num.* 3519. *SS. Euchariſtiæ* quàm ſingulariter devotus B. Nonius: *n.* 1416. Mirus erga *SS. Euchariſtiam* affectus in S. M. Magdal. de Paz. *nu.* 1549. & 1586. & in S. Tereſia: *n.* 2430. & in B. Franciſca Amboſia: *n.* 2565. in B. Joanne à Cruce, tantâ reverentia primam Miſſam celebrante, ut promeruerit in gratia confirmari: *n.* 2671. in B. Franco, *Euchariſtiam* aſpicere ſe indignum reputante: *n.* 2814. in Ven. Dominico à Jeſu Maria, hoſtiam, quam aliquis evomuerat, ſumente, & poſteà etiam omnes malè digeſtas ſordes vomitûs. *n.* 3623
Exempli vis quanta. *num.* 3

F

Facere, quæ Deo placita, honeſtiſſimum, ſublimiſſimum, & utiliſſimum: *n.* 2546. *&* 2574 Difficile initio: poſteà facile: denique delectabile, & quaſi naturale. *n.* 2548
Fervor ſpiritus in S. Euphraſia, ſeptenni, Chriſto ſe devoventi: *num.* 1091. Certamen forte cum dæmone ſuſcipiente. *n.* 1093
Fides quid ſit: *n.* 2380. *Fide* ſummus S. Elias: *n.* 263 *& ſeq. Fides* vivaciſſima Mariæ charitati juncta eam evexit ſuper univerſos Angelorum choros. *n.* 1155
Fortitudo virtus, in quo ſita: *nu.* 256. *& n.* 2413. Quàm excellens fuerit in S. Eliâ adverſus Achab, & Jezabel: *nu.* 256. Quàm mirabilis in S. Anaſtaſio: *num.* 467. *& ſeq. n.* 469. *& ſeq. &* 473. *ac ſeq. &* 479. *Fortitudo & patientia* S. Cyrylli Alexandr. *nu.* 549. *& ſeq.* Invictus ejus animus inter fluctus tribulationum: *n.* 568. *&* 570. *Fortis mulier* B. V. Maria: adverſa plurima ſuſtinendo: & ardua aggrediendo. *n.* 1142
Fuga ſeculi, & occaſionum tentationis quàm neceſſaria: *num.* 244. *Fugæ* exemplum in S. Elia. *num.* 99.

G

Gratitudo quid: quanta in S. Elia: *num.* 254. *Gratitudo*, virtus, in quo ſita: *n.* 2447
Gula deditus facilè ad luxuriam trahitur. *n.* 387

H

Humilitas virtus, quid ſit: *n.* 2432. *Humilitas* quàm profunda in S. Elia: *n.* 260. *& ſeq. Humilitas* S. Petri Thomæ, ſuper terram jacentis, cum funè ad collum, & ſic ad mortem ſe præparantis: *n.* 672. 673. & 750. *ac ſeq. Humilitas* S. Andreæ Corſ. fugientis Epiſcopatum: *n.* 869

Digitized by Google

*n.*869. ideò à Deo & Maria honoratur: *ibid.* Pauperum pedes lavat: & sanie horridum crus osculo sanat: *n.* 872. Ex *humilitate* S. Andreas Corsin. viliora officia libenter exercebat: *num.* 858. *Humilitas* ejus à Deo exaltata: *num.* 910. *Humilitas* S. Cyrilli Patriarchatum Hierosol. recusantis: *n.*1062. *Humilitas* S. Angeli, honorem exhibitum fugientis, ac ideò ad desertum secedentis: *nu.* 1283. *Humilitas* summa B. V. Mariæ scala cælestis: exaltata super omnes Angelos: *n.*1144. *Humilitas* B. Nonii, ex Comestabili Lusitaniæ Donatus, à Deo exaltata: *n.* 1454 *& seq.& n.*1459.*& n.*3801.& *Humilitas* quanti meriti: *n.* 1698. *Humiles* Deus ad magna eligit: *n.*2355. Id patet in S. Teresia: *n.*2356. *& seq.& 2370.* nam opus nedùm fœminâ, sed & viro omni superius aggressa est. *n.*2358

I

AD Jesu *nomen devotio*, quàm utilis: *n.*391.& *seq.* S. Mariæ Magd. de Pazzi eximia devotio ad Jesum: *n.*392. Similiter S. Teresiæ: *n.* 393 Joannis à Cruce: *n.*393. Francisci à puero Jesu: *n.*393. Casus mirabilis in bove: *num.* 393 Novitiorum duorum devotio ad *Iesum* duplici miraculo remunerata: *n.* 394. Praxis utilis & facilis eam imitandi: *nu.*394. *Iesus* quomodò profecerit, & nos proficere docuerit: *nu.*390. *Iesu* nomen invocantibus in morte, cur Indulg. plenar. concessæ: *num.*391. Dæmones efficaciter pellit. *n.*391. *& seq.*

Iejunium S. Eliæ, quàm arctum, quantæ virtutis admiranda patrans: *n.*259. *Iejuniô* S. Euphrasia gravissimos dæmonis impetus retudit. *n.*1098

Imaginum usus quàm utilis: *n.*491. *&* 495.*&* 503

Indulgentiæ quanti æstimandæ: *n.*1690. *Indulgentia* gazæ Ecclesiæ. *n.*1708

Ingluvies quàm pernicioſa corpori, & animæ: *n.* 1191. *& seq.*

Ingressus in Religionem est velut alter baptismus: *n* 2945. Circa hoc, Dei revelatio. *ibid.*

Iustitia quid: *n.*253. Quàm constans in S. Eliâ: *n.* 253. *Iustitia virtus*, quid. *n.*2409

L

Lectio pia de Sanctis, quam utilis: *n.* 3. S. Anastasius legens agones martyrum, martyrii desiderio inflammatur, & martyr efficitur: *num.*461. *& seq.* S. Teresia ex simili lectione martyrii desiderio exardescens, in Africam iter arripit. *n.*2372

Liberalitas in pauperes B. Nonii. *n.*1466

Lupi igne arcentur: ita dæmones igne charitatis: *num.*1637.

M

Magnanimitas virtus, quid. *n.*2444

Mansuetudo virtus, quid: *num.*2441. *Mansuetudo* admirabilis S. Cyrilli erga Nestorium, sociata invictæ fortitudini: *nu.*551. *&* 978. *Mansuetissima*, inter omnes mitis B. V. Maria. *num.* 111.

Maria Virgini exhibitus cultus specialis: *& devotio singularis in Ord. Carmelit. num.* 1991. *& seq.* S. P. Elias eam veneratus, & imitatus est nondùm natam: *n.*219.*& seq.& n.*1978.*& n.*1985 ita quoque S. P. Eliæus: *nu.*1992. *B. V. Maria singulariter* devoti, S. Anastasius ante martyrium biduò orans in ejus templo: *n.*447. *&* 464. S. Cyrillus Alexandr honorem, Deiparæ strenuè propugnans: *n.* 561. *& seq.* atque alii plurimi Ord. Carmelitani. *n.*1991. *& seq.*

Mariani nominis repetitio pia miraculis variis commendata: *n.*716. *Maria nomen* tremendum dæmonibus: *n.*2292. Quàm gratiosum: *num.* 2293. *& seq.* Nomini isti devotissimus S. Gerardus. *n.*2303

S. Maria, Dei Mater, virtutis, & perfectionis omnis speculum, & prototypon: *n.*1137. In ea tres virtutes maximè mirabiles: *n.*1138. Domus mystica, quam Sapientia ædificavit 7 columnis, est *Deipara*: *n.*1139. Ejus *Prudentia*: *n.* 1140. Speculum *justitiæ*: *n.*1141. Ejus *fortitudo*: *n.* 1142. *Temperantia*, abstinentia, ac jejunium *Mariæ*: *n.* 1143. *Humilitas* ejus profundissima: *n.* 1144. *Obedientia* ipsius perfectissima: *n.*1145. Quantum per eam meruerit *ibid. Castitas Mariæ* angelica: *n.*1146. Ejus votum: *ibid. Paupertas Deipara* voluntaria: *n.*1147. *Solitudo*, ac *Silentium Mariæ*: *n.* 1148. *Secreti custodia*, *& silentium* in ea summè admirandum: *n.*1148. *Deipara* quoties locuta legatur in Evangelio: *n.*1148. *Patientia* ejus fortissima: *n.* 1149. Major quàm aliorum Martyrum: *ibid. Perseverantia*, ac Constantia *Mariæ*: *n.*1150. Præsertim sub cruce: *ibid. Modestia*, Mansuetudoque ejus: *n.* 1151. *Charitas Mariæ* erga proximum: ejusque Misericordia: *n.*1152. *Misericordiâ Mariæ* plena est omnis terra: *n.*1152. *Religio*, Meditatio, ac Contemplatio *Mariæ*, & illis sociata *operatio*: *num.*1153. Toga inconsutilis Christi, à *B. Virgine* elaborata: *n.* 1153. Dei laudes, *gratitudo Mariæ*: *n.* 1154. *Resignatio* ejus admirabilis, præsertim tempore passionis: *nu.* 1154. *Fides* illius excellentissima: maximè emicans in Annuntiatione: *n.*1155. Et sub cruce: *ibid. Spes*, ac fiducia *Mariæ* in Deum firmissima *n.*1156. *Charitas* ejus erga Deum illam extulit super omnes Sanctos. *n.*1157

S. Maria Magdalena de Pazzis splendidissima gemma fulgore omnigenarum virtutum: *nu.*1728. *& seq.* Virtutes ejus veluti 7. candelabra aurea coram Deo, & hominibus: *nu.*1767. *Prudentissima* ab infantia: *n.*1747.*& 1746.& 1758 Modestia* in pueritia: *n.*1548.*& 1582.& 2714 seq.* Adolescentula catechizans docet alias rudimenta fidei: domesticas functiones sedulò obit: *n.*2715. Septennis diuturnæ meditationi & sublimi contemplationi intenta: *num.*2715. Eucharistiæ mysterium juvencula penetrans, mirifico venerabatur jubilo: *n.* 2716. Puellula jentaculum pauperibus distribuit: *n.*2716. Coronam texens spineam, capiti suo imponit: Delicata respuit: dura sectatur, corpus variè affligit: *n.*2717. Decennis *virginitatem* perpetuam vovet: *ibid. Orationis*, & contemplationis ardens studium: *n.*2718. Monasterii parietes osculatur, Religiosum statum fortunatissimum censens: *n.*2719. *& seq.* Crates collocutorii

corsi nunquàm nisi jussa, adit: *n.* 2719. *Obedientiæ* cultrix exactissima: *ibid.* Colloquiorũ ejus, ad Dei amorem excitantium, efficacia: *ibid.* *Paupertatis* exercendæ cupidissima: *num.* 2720. *Eucharistici* epuli magna esuries: *ibid.* *Divini amoris* in ea adhuc novitia exæstuans incendium, mirè se exerens: *ibid.* Divinorum charismatum radii, in aliis dispersi, in ipsa videbantur coadunati: *n.* 2721. *Zelus* ejus magnus pro Ecclesiæ felici statu, & peccatorum, ac infidelium conversione: *ibid.* Indorum, & Japponiorum intelligens conversionem, miro exultat gaudio, ambiens posse cooperari: *nu.* 1721. Christus ei sacra stigmata, spineam coronam, & suæ passionis tormenta impertit: *n.* 2722. Angelicæ puritatis studiosissima, nè quidem infirma, tangi se finit: *nu.* 2722. Agonizans, præcepto obedientiæ, ad tempus distulit mori: *num.* 2723. Expiravit magis vi amoris, quàm doloris. *ibid.*

Martyr, habetur S. Petrus Thom. *nu.* 616. *& seq. & n.* 663. *Martyrii* meritum obtinent, in bello contra infideles aut hæreticos rectâ intentione bellantes, & occumbentes. *n.* 1362

Meditatio quid sit: *n.* 238. *Meditatio* continua S. Eliæ de Deo sibi præsente. *n.* 238

Misericordia, liberalitas erga pauperes mira S. Andreæ Corsi. *n.* 873. *& seq.* ideo *Pater Pauperum* nuncupatur: *n.* 874 *& 956. & seq. Misericordiæ*, & charitatis erga homines pelagus inexhaustum B. V. Mariæ. *n.* 1152.

Missa sacrificium, est *incruentus Dei cultus*; ibi enim est *sacra, vivifica caro, & pretiosus sanguis Christi*: *n.* 554. *Missam* devotè celebrans S. Cyrillus Oraculo Angelico decoratur: *n.* 1056. *& n.* 1068 *ac seq. Missam* numquàm celebrabat V. P. Joannes Consobrinus quin ante prælegisset: *num.* 3439.

Monastica conversationis perfectæ exemplar S. Petrus Thomas: *n.* 627. *& seq.* nec non. *n.* 721

Morbi patienter tolerati animam purgant & probant. *n.* 370

Ad *Mortem* se præparat S. Petrus Thom. confessione generali, & miris humilitatis actibus: *n.* 672. *&* 750. *ac seq. Morientis* S. Avertani humilis deprecatio: *n.* 1024. *Mori* exercendo *actum regularitatis*, optabile Religiosis. *n.* 3638

Mortificatio necessaria pro puritate cordis, & corporis: *nu.* 222. Per eam S. Elias, & S. Eliseus victores passionum, similes Angelis: *nu.* 242. *& seq. Mortificationis* & pœnitentiæ prodigiũ in S. Simeone Stylita: *n.* 372. *Mortificatio*, & vitæ austeritas S. Andreæ Corsini, in cilicio, jejunio, oculorum custodia: *n.* 861. etiam cùm Episcopus esset: *num.* 871. *Mortificatio*, S. Euphrasiæ mira: integro anno non sedit: hebdomada integra jejuna sine ullo cibo: *nu.* 1098. Humilitas: *n.* 1099. Triũmphi ejus de diabolo tentante: *nu.* 1094. *& seq &* 1098. *Mortificationis, & pœnitentiarum* antiquus usus in Ordine Carmelitarum: *nu.* 1267. *& seq. &* 1270. *Mortificationis* insigne exemplum in V. P. Dominico à S. Alberto. *n.* 3523

Mortificationem orationi, & meditationi sociaverunt Carmelitæ sancti, & perfecti omnes: ita S. P. N. Elias, angustiatus, afflictus, egens voluntariè, corpus castigans: *na.* 242. S. Dionysius Papa herbis agrest. victitans: *nu.* 417. S. Anastasius cruciatus corporis expetens: *n.* 461. & lætanter ferens: *n.* 467. *& seq.* S. Petrus Thom. fame, siti, jejuniis, strati duritie corpus domans: *nu.* 630. S. Andreas Corsin. jejuniis, vigiliis, ciliciis utens: *n.* 861. S. Euphrosyna in cella arctam vitam continuans annis 38. *n.* 979. S. Avertanus genuflexus diutissimè &c. *n.* 1016. S. Cyrill. in pœnitentiæ austeritate: *n.* 1056. S. Berthold. semel tantũ in die parcè comedens: *n.* 1190. S. Angelus solo pane, & aquâ victitans: ferreâ camisiâ, & lecti duritie corpus affligens: *n.* 1268. B. Aloysius ordinariè solo pane & aquâ contentus: *n.* 1444. B. Nonius semper Sabbatis in pane & aqua jejunans: *n.* 1460. S. Simon Stock in arboris trunco, austerè vivens: *n.* 1484. *& seq.* & 1504. S. M. Magd. de Pazi ferreo cingulo, ciliciis, spineâ coronâ, jejuniis carnem terens: *n.* 1561. & 1587. S. Eliseus in victu, vestitu, habitatione: *n.* 1870. & 1901. B. Joanna disciplinis, inediâ &c. corpus macerans: *n.* 1946. B. Joannes Soreth in laboribus, in ærumnis: *n.* 2094. S. Albertus cilicio, jejunio, palmitibus loco lecti carnem domabat: *n.* 2184. S. Gerardus jejunio aspero amictu se affligebat: *nu.* 2301. & 2304. S. Teresia flagellis, catenis, lecti duritie, tenuissimo victu corpus exercens: *nu.* 2439. *& seq.* S. Hilarion fame, siti, sacco vili &c. se crucians: *num.* 2554. B. Francisca ciliciis, disciplinis &c. corpus spiritui servire cogebat: *n.* 2583. B. Joannes à Cruce quàm austerè vixerit: *n.* 2673. & 2683. B. Francus ferreis catenis se cingit *num.* 2794. mortificationes aliæ: *n.* 2806. *Mortificationem, & Orationem sociatas* in ceteris videre licet: *n.* 3418. *& in seq.*

N

Nomen Jesu efficax contra dæmones *nu.* 391. devotio ad illud quam utilis *n.* 391. plura de eo vid. sub nomine Jesu. *Nominis* Mariæ veneratio in Ordine Carmeli: *n.* 2289. Devotio ergà Deiparam cœpit cum ipso Ordine: *ibid.* *Gratia plena*, nomen proprium Deiparæ: *n.* 2290 Tria notanda circa nomen Mariæ *nu.* 2291. *Nomen Mariæ*, quam venerabile in Carmeli Ordine: *nu.* 2289. *& seq.* Plura de eo vid. in tit. seq.

Novitiorum magistri quomodò suos instruere, probare, & ad perfectionem promovere debeant: *n.* 1556. *&* 1621. *& seq.* per plura.

O

Obedientia perfecta, in S. Elia *n.* 232. qui fuit obedientiæ prototypon: *n.* 234. *Obedientia* S. Petri Thomæ erga Superiores, æquales, & infer. *n.* 628. *Obedientia* promptiss. S. Avertani: *n.* 1009. *Obedientia* S. Euphrasiæ fortis & cœca, lapides grandes ferendo, & identidem referendo: *n.* 1096. *& seq. Obedientia* B. V. Mariæ imperscrutabilem abyssum charismatum

Digitized by Google

Dei penetravit: *n.* 1145. *Obedientiæ* excellentia, ejus una gutta anteponenda doliis plenis contemplationis: *n.* 1631. Obedientia promptissima S. M. Magd. de Paz. *n.* 1631. & 1696. *Obedientiæ* cœcæ insigne exemplum in V. Fr. Francisco à Cruce: *n.* 3479

Observantiæ regularis fideles cultores Religiosi Martyribus æquiparandi: *n.* 1083. Talem rectà sine purgatorio ad cælum tendere vidit S. Teresia. *n.* 3441

Oculorum custodia, pro castitate servanda, in S. Andrea Corsi. etiam erga matrem, & sorores *n.* 841. & 861. *Oculi* non bene custoditi sæpè ruina animæ etiam in viris clarissimis. *n.* 2814

Oratio jugis, sociata operationi, in B. V. Maria, veluti *Altare thymiamatis*: *nu.* 1153. *Oratione* cælum clausit, & aperuit S. Elias: *n.* 235. *Oratio* quam potens, & quomodò facienda exemplo suo docuit S. Elias: *n.* 236. *Oratio, & contemplatio* binæ alæ S. Petri Thomæ, quibus ad Deum ferebatur: *n.* 637. *& seq.* & mira patrabat: *n.* 638 *& seq.* Orationi jejunia, & cilicia sociabat in negotiis magni momenti: *n.* 728. *in fine.* *Oratio*, & contemplatio cælestium inflammat cor S. Angeli: *n.* 1283. *Oratio* est Religionis anima: ejus fructus mortificatio: effectus, pax animi: *n.* 1700. *Oratio* quid: ejus gradus: & sublimissimus est, unio cum Deo: *num.* 2450.

Ordinum Religiosorum in suo vigore pulchritudo: *n.* 1680. instar Paradisi. *n.* 1682

Otium singulari curâ vitabat S. Albertus: *n.* 2184. & etiam B. Francus: *n.* 2811. quia otium valdè damnosum. *ibid.*

P

Passio Christi, & sancta Crux S. Anastasium permovet ad Christi fidem amplexandam: *num.* 457. *Passionis Christi* tempore cruciatus graviores pertulit B. V. Maria, quàm ulli martyres: *n.* 1197. *& seq. Patientem Christum* imitatus S. Angelus, pro persecutoribus oravit: *n.* 1312 *Passio Christi* recogitata S. Mariam M. de Paz. animat ad patientiam: *n.* 1559. *Passionis Christi* tormenta patitur: *nu.* 1673. *& seq.* Passionem Christi repræsentat in se: *n.* 1675. Passionem Christi legi voluit in extremis B. Nonius: *nu.* 1468. Ita quoque B. Franciscæ Amboisia: *n.* 2588. Passio Christi animum B. Franci mirè illustravit, & animavit: *n.* 2797. *& seq.*

Patientiæ definitio: *n.* 2435 *Patientia* mirabilis S. Anastasii in perferendis tormentis atrocibus: *n.* 467. *& seq.* *n.* 469. *&* 479. *Patientiæ* exemplaria perfectissima, Jesus, & Maria: *n.* 1195 *Mariæ compassio* congruè Carmelitis proponitur: ut ejus exemplo ad patientiam animentur: *n.* 1195. *Mariæ* animam non unus tantum, sed multiplex gladius pertransivit: *n.* 1196. *Mariæ* Martyr, & plusquàm martyr fuit: *num.* 1198. *Christus*, & *Maria* duæ cytharæ mysticæ: *num.* 1199. *Mariæ* passio quam diuturna; scilicet à Christi nativitate, usque ad mortem ejus: *nu.* 1200. Doloris Deiparæ Virginis comparatio cum aliis: *n.* 1201. Fructus duo præcipui doloris acerbissimi Deiparæ: *n.* 1202. *Patientiæ* in morbis singulare exemplum in S. Syncletica: *n.* 370. *Patientia, Constantia* admirabilis in S. Anastasio: *n.* 466. *& seq. &* 474. *ac seq. &* 479. *& seq. Patiendi* acerbissima desiderium in S. M. Magd. de Paz. *n.* 1609. *& num.* 1686. Passionis Christi cruciatus experitur: *n.* 1673 *& seq.* Coronâ spinâ à Christo donatur: *n.* 1678. Patientia via ad cælum. *n.* 1699

Paupertas voluntaria, quid sit *n.* 2425. exemplum ejus singularissimum I. Christi, & Deiparæ, in stabulo: *n.* 1147. Per eam S. Elias ad culmen perfectionis pervenit: *num.* 224. *& seq. Paupertatem* S. Petrus Thom. ad finem usque vitæ amavit velut thesaurum: *n.* 628. *Paupertati* studiosissimus S. Averanus: *n.* 1010. *Paupertas* religiosa dives: *n.* 1629. Paupertatis repagula frangunt munuscula: *n.* 1630. Proprietatis damna gravis. quia animam ad tartara tradit: *num.* 1630. *Paupertatis* votum qualiter servandum. *n.* 1694

Peccati etiam levis commissio impedit unionem cum Deo: *n.* 1705. *Peccati* horror in S. M. Magd. de Paz. *n.* 1640. præsertim quoad Sacerdotes: *n.* 1641. *& n.* 1705. *Peccata* causæ amissionis Terræ sanctæ *n.* 1927. *&* 1936. *Peccata* sunt causa desolationum per Turcas: *num.* 1354. Imo & omnium malorum in mundo: *ibid.* videlicet Diluvii: Ignis sulphurei super Sodomam: afflictionis populi Israëliticæ amissionis Terræ sanctæ: *n.* 1354. *&* 1355. *& seq.* Christianorum peccatis cessantibus, cessabunt quoque flagella propter ea à Deo immissa: *n.* 1356. Quàm damnosum *in peccatum recidivare num.* 2806.

Pestis mirabiliter profligata meritis S. P. Eliæ: *n.* *n.* 168. *& seq.* & *n.* 2062. *ac seq. Peste* gravissimâ sæviente charitas eximia S. Petri Thomæ: *n.* 666. *&* 703. *seq. &* 738. ideo patronus contra pestem: *n.* 703. S. Carolus Borrom. peste laborantium patrocinator in vitâ, & postea. *n.* 2594. *& seq.*

Pietas in Sanctos, quam utilis. *n.* 1687

Pœnitentia virtus, quid: *nu.* 2438. *Pœnitentiæ* vis exemplum in Achab. *n.* 108. *&* 112

Prædicatio & vita activa sociata contemplativæ in S. Angelo. *n.* 1295. *& seq.*

Prælati boni regula optima: *num.* 435. Regula alia etiam pro omnibus Superioribus: *n.* 436. *Superioris* optimi imago: *nu.* 1703. *Prælatorum, Principum, & Superiorum* exemplar regiminis exhibitum à B. Joanne Soreth: *n.* 2091. *& seq. &* 2106. *& seq.* Mansuetudo, & affabilitas eum omnibus amabilem reddentes: *n.* 2106. *& seq.* Duros flectebat blandis hortationibus: *ibid.* Alios, mediâ charitate puniebat: *n.* 2107. Contrà obstinatos subindè acriter procedebat: *ibid. Præsulum exemplar* absolutiss. S. Andreas Corsinus: mansuetudinem, & rigorem mirè temperans, *n.* 880. *& seq. & n.* 907

Præsentia Dei exercitium, continuum erat in S. Elia: *n.* 19. Tessera ejus erat: *Vivit Deus, in cujus conspectu sto. ibid. & num.* 239. Per illud vitam egit velut angelicam: *nu.* 239. Ideò raptus in Paradisum: *ibid.* Ipsum in isto exercitio *Præsentiæ Dei* imitatus est S. Antonius: *num.* 239.

Digitized by Google

& 395. Uterque talem se præbere satagebat, ut dignum est Dei conspectu, purum corde & paratum obedire voluntati ejus. *ibid.*

Primitias Sacerdotii, S. Andreas Corsinus offerens, pompas vitat: ideò tunc illi à B. Virg. M. favor singularis præstitus. *n.* 846. & 863

Prudentia virtus, magnopere necessaria, in quo sita: *n.* 2406. *Prudentia* virtutum omnium est moderatrix: *n.* 249. Prudentia magna S. Eliæ: *n.* 249. & *seq.* *Prudentia* exemplar B. V. Maria: *n.* 1140. *Prudentia* fons, unio cum Deo. *n.* 1701

Psalterium flexis genibus quotidiè recitabat S. Angelus. *n.* 1268

Purgatorii pœnis addicta monialis, ob tres culpas: *n.* 1690. *Purgatorii* pœna inenarrabilis: ita & gloria cœlestis: *n.* 1691. Ejus tormenta superant omnium Martyrum cruciatus: *n.* 1692. Cuique peccato pœna *Purgatorii* attributa. *ibid.* *In Purgatorio* adjutorium animabus Confratrum S. Scapularis præstatur à B. Virg. Maria. *n.* 3978 & *seq.*

Puritas animæ quomodò acquiratur: *n.* 1671. *Puritatis* impedimenta quæ: *nu.* 1671. Simplicitas *puritatis* comes: *puritatis* hostes qui. *nu.* 1672

R

Regulæ, & Constitutiones æstimandæ tamquã à Deo: *n.* 1697. *Regularis observantia* zelus quantus in S. M. Magd. de Paz. *n.* 1632. *Regularis observantia* districta, & supererogationis opera S. Angeli: *nu.* 1267. *Regularis observantiæ* custos exactus moriens absque Purgatorio rectà cœlum petit. *n.* 3441

Religio, virtus quid: *nu.* 2428. præstantissima post Theologicas: *ibid.* *Religiosa* monastica vocatio, quanta Dei gratia: *num.* 1693. *Religiosi* fideles Martyribus æquiparari possunt: *n.* 1083. *Religiosi status* perfectissimi compendium in 9. Regulis à Christo datis S. M. Magd. de Paz. *num.* 1684. *Religio monastica* felicissima redditur quinque mediis: *n.* 1706. *Religionum monasticorum* decor admirabilis tempore fundatorum suorum: *n.* 1680. Monastica documenta tria utilissima: *n.* 1681. Monasticæ perfectissimæ imago: *n.* 1682. *Religio* velut Paradisus: ejus quatuor fontes: *n.* 1683. Simplicitas, puritas, humilitas quàm necessariæ in Religione: *n.* 1685. Obedientia, Charitas, prudentia quàm item necessariæ in Religione: *n.* 1685. 1686. Zelus item divini honoris: pietas in Sanctos: *n.* 1686. 1687 *Religiosis* quàm pernicioſum, dare munuscula sæcularibus: & paupertatis repagula frangere: *n.* 1630. *Religiosæ monasticæ* perfectæ idea: *num.* 3418.

Rixantes Religiosi duo visi descendere in infernum. *n.* 1082

Rustica cujusdam doctrina saluberrima ad evitandas dæmonis technas. *n.* 3455

S

Sanctitas quid sit, præclarè declaratur: *n.* 2349. *Sanctus* ut quis habeatur, requiruntur virtutes in gradu heroico: quæ vocantur virtutes purgati animi: *nu.* 2350. Sanctorum vita, & gesta utilissimè scribuntur: *num.* 1. Id persuadet ratio: *ibid.* Et auctoritas confirmat: *nu.* 2. *Sanctorum* vitas, & gesta scripserunt viri præstantissimi: *nu.* 2. *Sanctorum* vitæ quàm, & ad quid utiles: *n.* 2646. & 3685. Cultus *Sanctorum* augetur ex Dei providentia: id apparet in SS. Deipara, Josepho, Joachim, Anna, & aliis *n.* 789. S. Petrus Thomas non pridem multis vix notus, subitò per Ecclesiam multipliciter celebratus: *nu.* 789. *Sancti* exemplaria ad virtutes: *num.* 851. Et veluti stellæ illuminantes & accendentes: *n.* 852. In omni seculo, ac quolibet fidelium ordine, novæ: *ibidem.* Et quidem in Ordine Pontificum, seu Præsulum, admirabile lumen S. Andreas Corsinus: *nu.* 853. In *Sanctis suis* Deus mirabilis: *n.* 2729. Dæmon *Sanctiores* magis impugnat: *num.* 2784. *Mors Sanctorum* cur *pretiosa*: *nu.* 2834. *Sanctis* morientibus, varia prodigia: *n.* 2834 *Sancti* cur invocentur, & eorum festa instituantur. *num.* 2504

S. Scapulari B. V. Mariæ studiosissimus Ven. Petrus Cernovichius, post mortem suavis odoris fragrantiâ, & luminosô radiô demonstratur: *num.* 3435. *Scapulari B. V. Mariæ* mediante plures à damnat. æterna præservati: *num.* 1519. exempla istius: *n.* 1521. & præcipuè *n.* 1522. *Scapulari* mediante Consiliarius à morte præservatus: *n.* 3434. & 3435. De *S. Scapulari plura sunt in Indice* 2.

Silentium timori Dei junctum, est currus in cœlum vehens: *n.* 245. *Silentii* amantissima B. V. Maria non nisi quater loquens auditur in Evangeliis: *nu.* 1148. & S. Maria Magd. de Paz. *n.* 1552. *Silentii* utilitas: *n.* 1628. quo modò servandum: *n.* 1702. Mira *silentii* ratio in B. Franco: *n.* 2815. *Silentium cultus justitiæ, solitudo, oratio*, pars optima Carmelitarum, ab antiquis Patribus commendata. *n.* 3999

Simplicitas, humilitas, puritas quàm necessariæ Religiosis. *n.* 1685

Sobrietas vitam prolongat: *num.* 1191. *Sobrietatis* commoda alia: *n.* 1194. *Sobrietatis* defectu plurimi vitam suam abbreviant: *n.* 1192. & *seq.* & magnis meritis se privant. *n.* 1194

Solitudinis amantissima B. V. Maria: *num.* 1148. In *Cella* monasterii solitaria S. Euphrosyna ad magnam sanctitatem pervenit: *n.* 974. & 979.

Spes Theologica quid sit, & in quo ejus perfectio: *n.* 2388. *Spes* firmissima in S. Elia: *n.* 265. *Spe* firmissimâ veluti divinæ providentiæ anchorâ, firmata B. V. Maria: *n.* 1156. B. Joannis à Cruce *Spes*, & fiducia in Deum promeretur in se, & suos singularem Dei providentiam: *n.* 2697

Studia, & pia exercitia quomodò se invicem osculentur: *n.* 3973. *Studiis* deputati in conscientia obligantur moralem adhibere diligentiam: *nu.* 3972. *Studiorum* magna cura habita à patribus nostris: *n.* 3972. In *studiis* proficiendi utilissima praxis: *n.* 3972. Videlicet diligentiam & orationem sociare & miscere: *n.* 3972. *Studentibus* utilissima praxis, ut multùm proficiant: *nu.* 3972. *Studia* in Carmeli Ordine ut vigeant, invigilare tenentur Superiores: *n.* 3972. illis applicati, obligantur in conscientia ad diligentiã. *n.* 3972.

Studio-

Digitized by Google

Studiorum cura quanta in S. Simone Stock: *n.* 3972. in B. Joanne Soreth: *ibid.* & in aliis: *num.* 3972.

Superioris optimi delineatio. *n.* 1703

Supererogationis opera (plus quâ Regula præscribit) S. Petri Thomæ, semel tantum in die comedentis *n.* 630. S. Andreæ Corsini, ter jejunantis in pane & aquâ, cilicio aspero utentis &c. *nu.* 861. S. Angeli camisiâ ferreâ induti &c. *n.* 1268 B. Aloysii Rab. cilicium, jejunium &c. *n.* 1433 S. M. Magd. de Paz. quinquennio solo pane & aquâ victitantis: *n.* 1565. B. Joannæ de Rhegio, Sabbatis solo pane & aquâ contentæ: *n.* 1956. S. Alberti pro strato palmites habens &c. *num.* 2184. S. Teresiæ flagellis, catenis &c. corpus affligentis: *num.* 2438 Ita etiam B. Joannes à Cruce *nu.* 2883. B. Franci ferreâ loricâ induti &c. *n.* 2809. Francisci à Cruce, crucem ponderosam ex Hispania Jerosolymam ferente, & referente. *n.* 3484. *& seq.*

T

TEmperantia, quid: quam perfecta in S. Elia *n.* 259. *Temperantia* virtus, quid: *num.* 2416 *Temperantia*, abstinentiæ, mortificationis speculum B. V. Maria. *n.* 1143

Tempora multa in brevi explevit S. Euphrasia, Observantiâ regulari exactâ, & vitæ rigore; ideò à Dei matre ducta ad thronum gloriæ: *n.* 1104. Ita quoq; tempore quinquennii S. Dositheus: *n.* 2908. *Tempora multa in brevi* explevit S. Angelus: *n.* 1386. Sic & B. Aloysius Gonzaga, Stanislaus Kostka, Cæsar Caëtanus, & novissimè Fr. Arnoldus à S. Carolo (tempore biennii) ad perfectionis apicem pervolarunt: *num.* 3581. & 3608. *Triennii tempore* Cyrillus Magrianus ad apicem perfectionis pervenit. *n.* 3442

Tentatio in omni, homine: *n.* 246. in Christo, & Elia quàm magna: *num.* 246. Elias fugiendo, *tentationes* superabat: *n.* 247. sed potissimè oratione, & jejunio: *n.* 248. *Tentationes* superandi remedium, eas declarare magistro: *num.* 461. & *num.* 1094. *& seq. Tentationes* suas S. Anastasius aperiens magistro suo, ab eis liberatur: *n.* 462. S. Thomas Aq. & S. Didacus remedium istud tradiderunt S. M. Magd. de Paz. *nu.* 1608. *Tentationes* dæmonum S. Petrus Thom. superabat oratione, & fiducia in Deum: *n.* 637. *Tentatus* à dæmone S. Andreas Corsin. quomodò victor: *nu.* 850. *Tentationes* dæmonis S. Euphrasia superat, eas Superiori patefaciendo, & fiduciâ in Christo semper triumphans: *n.* 1095. & 1098 & 1100. *Tentationes dæmonis* S. Albertus vincit signo crucis: *n.* 2183. & fervore orationis: *num.* 2185. S. Hilarion signo crucis, & invocato Jesu nomine, ac oratione & jejunio dæmonis *tentamenta* superavit: *n.* 2554. B. Francus eas humilitate superat: *n.* 2745. & *n.* 2749. Impetitus graviter à spiritu fornic. viriliter resistendo meretur B. V. Mariæ apparitione consolari: *n.* 2784. *& seq.* & *n.* 2788. *Tentatus* ad desperationem, Mariæ Virg. invocatione, ejusdem iteratâ visione firmatur. *n.* 2801. *& seq.*

S. Teresiam virtutes omnigenæ in eminenti gradu exornarunt: *Fides* quidem in heroico gradu: *n.* 2380. Quam in mortis articulo peculiari ratione exercuit: *n.* 2381. Actum *fidei* externum sæpè enixè exercebat: *n.* 2382. Pro quovis *fidei* articulo parata milliès mori: hinc summè dolebat vices hæreticorum, *fide* carentium: *n.* 2384. Sublimioribus & obscurioribus *fidei* mysteriis firmissimè assensum præbebat; quasi ea oculis clarè vidisset: *num.* 2385. Tentationem contra *fidem* nunquàm habuit: *n.* 2386. *S. Teresia* erat *Spes* firma: sibi *diffidens*, in solo Deo firmissimè *sperabat*: *num.* 2389. Excluso vano timore, & superfluâ sollicitudine, perfectissimè *spem* in solo Deo collocabat: *n.* 2390. Et ad Deum in omni necessitate *fiducialiter* recurrebat: *n.* 2391. In difficillimis perfectissima fuit *Spes* ejus: *num.* 2392. In *Spem*, contrà *spem*, credens: *nu.* 2393. Sancta, & magna ejus opera demonstrant excellentem ejus *Spem*: *n.* 2395. Usque ad ultimum vitæ: id testantur inflammata desideria ejus fruendi Deo, expressa verbis energiâ plenis, & versibus auro inscribi dignis: *nu.* 2396. ac dulcissimo cantu cygneo: *ibid. Charitas* virtutum omnium mater: cujus duo filii, *amor* Dei, & proximi: in *S. Teresia* eminentissimus: *n.* 2397. Illi perenniter impressa erat Dei præsentia: *n.* 2398. Deum propter ipsum solum amans: omniaque opera ad illum purè dirigens, non quærens quæ sua sunt: *n.* 2399. Illam cruciabat multitudo hæreticorum: *ibid.* Sollicitè vitabat etiam minimam culpam venialem: imò votum heroicum fecit, faciendi semper, quod Deo acceptius: *n.* 2400. Christi *amor* quid in ea efficeret: *ibid. Amoris* impetu sæpè extrà se rapta: *ibid.* Angelus jaculo ignito illius viscera trajecit: *n.* 2401. A Christo in sponsam assumpta, indè *amoris Seraphici* incendio exarsit: *n.* 2401. *Amoris* impetus ultimus animam à corpore separavit: *ibid.* Ratio diligendi proximum, est Deus ipse: ex cujus amore perfectissimo, perfectissimus fuit *amor* erga proximum: *nu.* 2402. Suos, suarumque labores, & orationes pro salute proximi obtulit: quô mediô plurimi ab æterna damnatione præservati: *n.* 2403. *Amoris* eximii ergà proximos argumenta alia: *n.* 2404. Omni die peculiare aliquod opus *charitatis* exercebat: *num.* 2404. Inimicorum *dilectio* etiam singulariter emicuit in ea: *nu.* 2405. *Prudentia* quid: *n.* 2406. Cui, & qualiter Deus illâ virtute decoraverit *S. Teresiam*: idque in excellenti gradu: *n.* 2407. miro modo superans summas difficultates, & ex adversariis sibi faciens defensores: *n.* 2407. *Prudentia* ejus summa elucet in Constitutionibus, mirâ ratione temperatis suavitate, & austeritate: *n.* 2408. *Iustitia* perfectissima fuit in *S. Teresia*: *n.* 2409. Hinc ex timore filiali etiam minimas noxas horrebat: *nu.* 2410. Votum fecit consultò, nullum peccatum veniale committendi: *n.* 2411. Accuratissima fuit in Regulæ observantia, quam in morte suis maximè commendavit: *ibid. Iustitia distributiva* singulariter in ea resplenduit: similiter & commutativa: *n.* 2412. *Fortitudo* mirabilis in ea fuit: *n.* 2413. Difficultatibus gravissimis, se ut murum firmissimum, opposuit: *num.* 2414. Forti, & intrepido animo agebat cum viris primariis: *ibid.* Quàm viriliter expugnaverit astutias,

Digitized by Google

astutias, & tentationes dæmonis: *num.* 2415 Quanta ejus fortitudo in periculis, & incommodis corporis: *ibid.* Animi virilis, dux virorum: *num.* 2415. *Temperantia*, quàm singularis ea fuerit in *S. Teresia*: *num.* 2416. In cibo parcissima: gustum mortificans; ad refectionem, velut ad tormentum, ibat: *num.* 2417. Sobrietatis perfectissima magistra: *num.* 2418. *Obedientiâ* etiam sublimiter decorata fuit *S. Teresia*, erga Superiores, & Confessarios: *n.* 2419 Idque promptissimè, in rebus etiam difficillimis: *num.* 2420. *Obedientia* ejus simplex, & cæca: quam in magno pretio habebat: *num.* 2421. *Castitas*, *Virginitas*: in excellenti gradu in *S. Teresia*: *nu.* 2422. Per singulare Dei privilegium, nuncupata *Thesaurus virginitatis*, instar Angeli: *num.* 2423. *Castitatis* ornatum suis filiabus impressisse videtur: *num.* 2424. Corporis ejus incorruptio, præmium quoddam *puritatis* illius: *num.* 2424. *Paupertas spiritûs* quid: in ea excellenter Christum imitata *S. Teresia*, verbo, & opere: *num.* 2425. Hanc virtutem suis summè commendavit: *nu.* 2426. In occasionibus *Paupertatis* magnoperè gaudebat: *n.* 2427. Aurum, & res pretiosas aversabatur: *ibid.* *Religio* quid: ejus cultrix perfectissima *S. Teresia*: *nu.* 2428. Promptissima in iis, quæ ad Dei cultum spectant: *ibid.* Assecuta fuit orationem sublimissimam: Divini officii cura ei erat diligentissima: *n.* 2429. Munditiæ in illis, quæ Dei cultum concernunt, fuit studiosissima: *num.* 2430. Mirabilis ejus affectio ad SS. Eucharistiæ Sacramentum: *ibid.* Hinc maximos in virtute fecit progressus: *nu.* 2431. Reverentiâ magnâ venerabatur sacerdotes: *n.* 2431. *Humilitas* quid: ad ejus perfectissimum gradum pervenit *S. Teresia*: *n.* 2432 Culpas suas innotescere aliis, divina beneficia occultari optabat: *n.* 2433. Divinis beneficiis indignam se reputabat: imò etiam habitu monastico: *num.* 2434. Oblectabatur infimis ministeriis: *ibid.* *Patientia* in *S. Teresia* eminentissima: sæpè reciprocabat: *Domine, aut pati, aut mori*: *num.* 2435. Itinerum gravia incommoda pertulit: *num.* 2435. Dæmonis percussiones, & torsiones, alacri animo sustinuit: *nu.* 2436. *Patientia* mirabilis in desolatione interna: *n.* 2437. Desiderium majora *patiendi*: *ibid.* *Pœnitentia* quid: eam insigniter exercuit *S. Teresia*: etiam circà levia peccata: *num.* 2438 Flagellis acerrimis se afflixit: ferreis etiam catenis, & vepribus: *n.* 2439. Ægra decumbens, ad disciplinam cum aliis surgebat: *ibid.* Variæ ejus pœnitentiæ, & corporis macerationes aliæ: *num.* 2440. *Mansuetudo* quid: à *S. Teresia* sublimiter exercita: *n.* 2441. *Mansuetudo*, *patientia* ejus, velut aurum in fornace, probatæ: *n.* 2442. In concionibus publicis taxata: gravibus contumeliis affecta: *ibid.* Mansuetudinis, & humilitatis admirabilis responsum ejus: *num.* 2443. Inquisitionis officio denuntiata: *ibid.* *Magnanimitatis S. Teresiæ* sunt, opera grandia: votum rarum verè heroicum *n.* 2445 Ardentissimum studium diligendi Deum: *nu.* 2446. Apostolicus animus pro salute proximi: *ibid.* *Gratitudo* quid: *S. Teresia* quàm Deo grata fuerit: *nu.* 2447. *Ingratitudinem* magno odio prosequebatur: *num.* 2448. Quàm *grata* hominibus, etiam ob exigua beneficia: præcipuè autem Confessariis; imò & adversariis: *num.* 2449.

SS. Trinitati devotissima S. Maria Magdalena de Paz. *num.* 1561. Dietim eam assiduis ferè laudibus adorabat: *ibid.* Hinc mysteria SS. Trin. sublimiter exposuit. *n.* 1562

V

Verbi Dei mirâ vis. *n.* 2764

Vestes Religiosis futuræ accusatores in judicio. *n.* 2793

Vas admirabile, S. Petrus Thomas, quibus virtutum exercitiis: *num.* 620. *&* 627. *Væ* Religiosis à suo instituto deficientibus. *n.* 1082

Vestis religiosa Monastica quàm venerabilis ostendit S. Anastasius: *num.* 469 *Vestes monasticæ* sunt signum hominis ad perfectionem aspirantis. *n.* 2793

Virginitatis flos illibatus in S. Elia: *num.* 227. ideò curru raptus ad cælum: *num.* 229. & ab Angelis non differebat nisi mortali naturâ: *nu.* 230. *Virginitas* S. Angelum effecit Angelicum: propter eam singulariter eum coluit S. Maria Magd. de Paz. *n.* 1387. *Virgines* conjuges S. Julianus, & S. Basilissa: *num.* 376. *& seq.* Ita quoque B. Franciscа Ambosia, cum Duce Britanniæ: *num.* 2571. *Virginitatis primiceria* B. V. Maria Deipara: *nu.* 3992. Scilicet dignitatis, & eminentiæ perfectione: *num.* 3992. Non temporis ordine: *nu.* 3992. Eadem est ratio de Christo: *num.* 3992. *Virginitatis* prærogativæ in B. V. Deipara: *num.* 3993. *Virgines* SS. Elias, & Eliseus: *nu.* 3994. Imo messor *Virginum* Elias: *num.* 3994. Pro exemplari habens *Virginem* Deiparam: *num.* 3994. Ejus *puritatis* præscius, & imitator *nu.* 3994. Atque ita ipse & ejus discipuli Mariæ fuerunt veluti præcursores: *num.* 3995. Et id in majorem Mariæ honorem cedit. *n.* 3995

Viri, licèt sancti, cum muliere incauta familiaritas quàm periculosa. *n.* 585. *&* 2906

Vita monastica, sublimis, Monachorum in monte Sina. *n.* 386. *& seq.*

Virtutum omnigenarum corollâ ornata SS. V. Maria: *num.* 1138. *& seq.* *Virtutum* clarissimarum speculum in S. P. Elia: *num.* 222. *& seq.* & in S. Eliseo: *num.* 1900. *& seq.* ac in S. Teresia: *num.* 2380. *ac seq.* *Virtutes* efficaciùs docentur exemplo, quàm præceptis: *num.* 851. *Virtutum* acquirendarum praxis compendiosa: *nu.* 3479. *Virtutum* monasticarum pædagogus Christus: *num.* 1698. *Virtutum* perfectio acquiritur per generalia documenta S. M. Magdalenæ de Pazzis: *num.* 1704. *&* 1709. *Virtutum* acquirendarum praxis utilis. *num.* 3479. *Virtutis consummatæ* speculum, præsertim Religiosis tyronibus, imò & omnibus: *nu.* 3581. *& seq. ad* 3608. *inclusive.*

Vita Religiosa vocatio quanta gratia. *n.* 1693

Digitized by Google

Votum angelicum S. Teresiæ, faciendi semper quod Deo gratius, valdè admirandum: *nu.* 2538. Quomodò istud imitari possimus: *nu.* 2539. *& seq.* Exercitium istud honestissimum & sublimissimum: *num.* 2546. Quomodò illud reddi possit facile & delectabile. *nu.* 2548

Z

ZElus divini honoris, & salutis animarum flagrantissimus in S. Elia: *num.* 19. *&* 34. *&* 268. *& seq.* quàm ardens in S. M. Magd. de Paz. *num.* 1632. *& n.* 1639. *& seq. & n.* 1686 *& num.* 1701. in S. Teresia *n.* 2397. *& seq. & num.* 2401. *Zelus* salutis animarum in S. Teresia: *n.* 2324. *& num.* 2330. *& num.* 2333. *Zelus regularis disciplinæ* in S. Petro Thoma: *n.* 629. in B. Joanne Soreth: *num.* 2095. *&* 2114. in B. Francisca Amboisia: *nu.* 2684. *Ordinum Religiosorum* felicitas in Regulari observantia: *num.* 3414. *Zelus*, & studium salutis animarum olim in Carmelitis: *n.* 3971. etiam in Laicis: *ibid.* & Monialibus. *ibidem*

ANIMADVERTENDUM, *quòd in Indice sequenti, sub titulis*: S. Alberti, S. Anastasii, S. Andreæ Corsini, S. Angeli, S. Angelæ, B. Franci, B. Joannis à Cruce, S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, B. Nonii, S. Teresiæ, *atque aliorum Sanctorum, & Beatorum passim etiam variarum virtutum exempla præclara subministrentur*; *potissimè autem in ipso opere, sub istis titulis*: Speculum virtutum omnigenarum in S. P. Eliâ *num.* 222. *& seq.* (*pag.* 56. *& seq.*) *&* Corolla virtutum &c. *num.* 1138. *& seq.* (*pag.* 313 *& seq.*) & Manipulus omnigenarum virt. *num.* 1900. *& seq.*) *pag.* 525. *& seq.*) *&* de virtutibus S. Teresiæ *num.* 2380. *& seq.* (*pag.* 693. *& seq.*) *&* Sertum lectiss. flosc. virtutum Heroïc. S. Mariæ Magd. de Paz. *num.* 2714. *& seq. pag.* 793. *& seq. sub quibus titulis asceticam materiam uberem Lector reperiet.*

SYLLABUS SEU INDEX

Beneficiorum multiplicium populo Christiano collatorum, invocatione, & meritis Sanctorum Ordinis hujus: nec non de gloria & honore, quibus à Deo coronantur.

VTilitates scribendi acta, & historias Sanctorum, inter præcipuas sunt imitationis exemplum, *dum pulcherrima virtutum exempla proponuntur; ut illa æmulemur (& id factum hactenus) Atque* intercessionis suffragium; *cùm ex beneficiis, ipsorum invocatione, & meritis præstita sibi devotis, incitamur quoque eorumdem in necessitatibus invocare patrocinium, propterea hìc consequenter in compendioso hoc* Indice, *seu* Syllabo *proponuntur varia beneficia meritis Sanctorum Ordinis hujus præstita. Ratio denique, seu utilitas alia est* consideratio retributionis & gloriæ *Sanctis pro virtuosa, sancta vita, à Deo collata, ut indè etiam moveamur, ad magnificandum & laudandum Deum: qui est* mirabilis in Sanctis suis: *Psal.* 67. *ut etiam hinc cum Regio Propheta eructemus*: Inclinavi cor meum ad faciendas Justificationes tuas in æternum. *Psal.* 118.

A PESTE, FAME, ET BELLO LIBERATI: *Pestis* mirabiliter profligata meritis S. P. N. Eliæ in regno Neapolitano, sumpto oleo ex lampade ante ejus imaginem appensa: *num.* 168. *& seq.* & plenius: *nu.* 2061. *& seq. Pestis* luctuosissimæ tempore Florentiæ, quid fecerit S. Andreas Corsin. *n.* 867. *Pestis* patrocinio S. Angeli extincta Leocatæ: *nu.* 1366. & plenius *nu.* 1395. *& seq.* ideo electus Protector, & Patronus Leocatæ: *ibid.* & etiam Panhormi: *nu.* 1398. *Pestis* in Sicilia extincta meritis S. Alberti: *nu.* 2169. ideò à primariis civitatibus Siciliæ electus Protector: *ibid.* S. Carolus Borromæus Carmelitani Ordinis Protector, *Pestè* laborantium patrocinator in vita, & post mortem. *num.* 2594.

A FAME S. P. N. Elias liberavit viduam Sarephtanam: *nu.* 80. Samaria fame gravissimâ premitur, sic ut matres filios proprios comederent: *num.* 1884. Abundantiam annonæ incredibilem promittit S. P. Eliseus; & mox ita evenit: *num.* 1885. In magna annonæ penuria meritis S. Andreæ Corsini pauperibus miraculosè succurritur: *num.* 873. Messanæ, duro fame periculo pressæ, abundanter providet S. Alberti sanctitas: *num.* 2188. Monasterio pauperrimo tempore magnæ sterilitatis farina mirabiliter multiplicatur, juxta promissum S. Teresiæ: *n.* 2486. Ad penuriam rerum necessariarum redacti monachi S. Frontonis, ejus meritis mirabiliter consolantur. *n.* 2918

A BELLO LIBERATIO: *Victoriarum triumphi*: Unius S. P. Eliæ de 850. falsis Prophetis, veræ pietatis & latriæ impugnatoribus, victoria: *n.* 87. *Victoriam* mirabilem Siculis tribuit S. P. Elias, stricto gladio apparens contra Saracenos: *n.* 2058. S. Eliseus præsens trium Regum exercitui, siti periclitanti, mirabiliter *succurrit*, & valdè mirabilem *Victoriam* de Moabitis tribuit: *nu.* 1856. *&* 1858. victoriæ æquè mirabilis de Syris: *n.* 1885. Leocatenses S. Angelus *protegit & liberat* à Turcarum hostili machinatione: *num.* 1377. Florentinis & ipsi Summo Pontifici gravi bello coarctatis, evidentissimo miraculo inventa, & insignis victoria meritis S. Andreæ Corsini *num.* 890. Messanensibus bello pressis memorabili miraculo, orante S. Alberto, succurritur: *num.* 2187. *& seq.* Victoria valdè notabilis Catholicorum Cæsareanorum adversùs hæreticos, adscripta meritis V. P. Dominici à Jesu Maria. *n.* 3628

Beneficiorum aliorum, & morborum, quorum à variis Sanctis Ordinis hujus impetrata est curatio; ut in similibus fidenter ad eosdem piè recurratur, sequitur Syllabus ordine Alphabetico.

Digitized by Google

Angina sive *Squinantia* seu faucium inflammatio sublata per S. Petrum Thomam. *n.*680. *&* 756
Apoplexiâ correpta, invocatione B. Joannis à Cruce libera. *n.* 2694.
Apostemate laboraverat annis 30. applicitâ particulâ vestis S. Mar. Magdal. de Paz. subitò curatur: *num.* 1663. sanationes duæ aliæ ferè similes: *num.* 1808. & alia ab horribili *apostem.* per S. Albertum: *num.* 2190. *Apostema super os pectoris*, & brachii contractio meritis S. Teresiæ subitò pelluntur. *nu.* 2531
Articulari morbo, & nervorum contractione laborans, reliquiâ S. Teresiæ repentè sanatur. *n.* 2529.
Asthma inveteratum pellitur visitatione corporis S. M. Magd. de Paz. *n.* 1810
Brachium Episcopi *aridum* annis quinque sanatur devotione ad S. Petrum Thom. *n.*696
Cadens de sublimi invocans S. Mar. Magdal. de Paz. incolumis: *nu.* 1816. *Cadens de alto*, membris confractis, à cooperariis delatus ad sepulchrum B. Joannis Soreth, ibi in pristinum rediit statum. *n.*2083
Cæca mirabiliter illuminata à S. Petro Thoma: *num.* 694. *Cæcâ* ex parte à nativitate, imagine S. Mar. Magdal. de Paz. oculis applicatâ visum recipit: *nu.* 1808. *Cæcus* in uno oculo ab infantia simili ratione illuminatur: *n.* 1811. Puella oculorum vitio laborans simili ratione curatur: *n.* 1811. *Alia sequuntur* infrà, *sub titulo*: Oculi tumor: Cœcitas.
Calculi cruciatus prece S. M. Magd. de Paz. discutitur. *n.*1658
Campana ultrò sonantes in obitu sancti Avertani: *num.* 1027. ad transitum S. Alberti: *num.* 2201. *& n.* 2204.
Cancer seu *carcinoma* pellitur per S. Anastasium: *n.* 502. per S. Teresiam: *n.*2518. *& seq.*
Capitis dolor ingens per devotionem ad S. Petrum Thom. statim curatur: *num.* 685. *&* 690. Ita quoque attactu imaginis S. Andreæ Corsini: *nu.* 901. *&* 903.
Ex *Carcere* mirabiliter erepti meritis S. Alberti. *nu.* 2213.
Cephalæa acutissima, impositis capiti reliq. S. Mar. Magdal. de Paz. continuò dolor cessat: *n.* 1662.
Claudus submissimè orans ad corpus S. Mariæ Magdalenæ de Paz. sanatur subitò. *n.*1810
Colicus dolor depulsus meritis B. Franci *n.* 2845
Comitiali morbo per merita S. M. Magd. de Paz. libera. *n.* 1662
Contractio nervorum in manu sublata contactu brachii S. Teresiæ: *n.* 2520. *Contractus à nativitate*, factâ ad S. Teresiam novenâ, die ultimò subitò sanatur. *nu.*2516. *& seq.*
Ex convulsionibus morti proxima, facto à S. Mar. Magd. crucis signo cum imagine Deiparæ dolores desierunt. *num.* 1659
A Dæmoniaca infestatione liberati: S. Patricius graviter oppressus à Dæmone, veluti mole ingentis saxi, invocans S. Eliam, is apparuit *instar solis*, & omnem gravedinem discussit: *num.* 166. *&* *num.* 2064. S. Anastasii specialis & magna virtus adversùs *dæmonum infestationes*: *nu.* 487. *& seq.* Ita quoque S. Angeli: *n.* 1406. S. Mar. Magd. de Paz. *num.* 1812. *&* 1814. & S. Hilarionis, qui hominem à legione dæmonum, & dæmoniacos plurimos liberavit: *num.* 2555. *Vide etiam sub titulo*: Energum.
Delirans graviter infirma, irridens sermones de Sacramentis, impositâ reliq. S. Mar. Magdal. de Paz. confestim sibi reddita, ea postulat, & recipit. *n.*1663
Dementiâ & furore 18. mensibus divexata, factâ prece ad S. M. Magd. de Paz. subitò sanatur: *nu.* 1799.
Desperabundus ob inopiam, à laqueo meritis S. Alberti mirabiliter liberatur. *n.* 2221
Dissolutus adolescens visâ S. M. Magd. de Pazzi indè ad meliorem frugem rediit: *nu.* 1661. Simile ferè, sed mirabilius. *n.* 1666
Energumena imperio S. M. Magd. de Paz. statim immùnis à nefario spiritu: *num.* 1658. *Energumena*, sic incurvata à dæmone ut non in pedes erigi posset, sed prona reptaret, osculata cum fiducia reliq. S. M. Magdal. de Paz. præstinæ reddita figuræ, & liberata à cacodæmone: *nu.* 1665. Alia annis 23. obsessa invisens corpus S. M. Magd. de Paz. à maligno spiritu liberata: *num.* 1812. *& plura sub titulo*: Dæmon. infest.
Epilepticum Judæum signo crucis sanat S. Albertus; ideo ipse, & parentes Christi fidem suscipiunt. *n.* 2193
Erysipilas, *& febris gravissima* tactu manus S. Teresiæ instantaneè pelluntur. *n.*2489. *& seq.*
Farina & olei multiplicatio: Hydriâ *farinæ*, & lecythus *olei*, juxta promissum S. P. N. Eliæ, quantumvis indè exhauriretur, non diminuebantur: *num.* 80. Meritis S. Elisei mirabilis multiplicatio *olei*: *num.* 1859. *Olei* binæ miraculosæ multiplicationes meritis S. M. Magd. de Paz. *num.* 1793. *&* 1794. Meritis S. Teresiæ in pauperrimo conventu *farina* mensurarum 9. multiplicata ad mensuras 60. *num.* 2486. *& conseq.*
Febres continuæ fugatæ meritis S. Petri Thomæ: *num.* 689. *&* *num.* 692. *& seq.* & præcipuè per aquam benedictam reliquiis S. Alberti: *num.* 2211. *& n.* 2216. *&* 2223. *& seq.* Mirabile de Episcopo *febre validâ* percusso, & per aquam S. Alberti sanato: *num.* 2223. *Febri malignâ* ad extrema redactus facto voto S. M. Magd. de Paz. illicò sanatur: *n.* 1811. *Febri graviter* afflictus, invocato B. Joanne Soreth statim liber fuit: *n.* 2083 *Febris* gravis, & *lethargus* S. Teresiæ reliquiâ, subitò pellitur. *n.*2522
Fungorum esu venenatus, animam agens, appositis reliq. S. M. Magdal. de Paz. protinùs meliùs habens, convaluit. *n.*1662
Gutturis morbo periculosè angustiatus, tactu reliq. S. Teresiæ apparentis, subitò sanus. *nu.* 2528.
Hepatis malum sublatum per S. Anastasium: *num.* 501. *Hepar exulceratum* sanatum per S. Petrum Thomam. *n.* 681
Herniâ laborantibus plurimis remedium præstitum meritis S. Angeli: *n.* 1378. *&* *n.* 1408. *&* *n.* 1415. *&* *num.* 1423. Quatuor pueri, die

Digitized by Google

uno, tempore processionis cum corpore S. Angeli, ab *Hernia* liberati. *n.*2252

Hydropici curati devotione ad S. Petrum Thomam: *n.* 695. per S. Andream Corsinum: *num.* 867. per S. Albertum oleo ex ejus lampade sumpto: *num.* 2215. *Hydropisis* & febris ardens applicitâ particulâ vestis S. M. Magd. de Paz. cessant. *n.* 1663

Iliacus dolor, & febris continua in homine jam quasi mortuo, devotione ad S. Petrum Thom. statim evanescunt: *nu.* 683. Ita quoque in femina: *n.* 684. & in Episcopo. *n.* 688

Incendium extinctum invocatione B. Franciscæ Amboſiæ. *n.*2591

Infirmitatibus variis afflicti curati meritis S. Anastasii: *nu.* 493. & antè ac post. S. Petri Thomæ: *n.*680. & *seq. per plura* S. Andreæ Corsini: *num.* 888. & *ante ac post*: S. M. Magd. de Paz. *n.*1798 & 1813 & *n.* 1818. & *seq.* S. Alberti: *n.*2190. & *seq.* & *n.* 2207. ac *seq.* præsertim per aquam reliquiis ejus benedictam. *n.*2211

Intestinorum gravissimus *dolor* tollitur invocato S. Petro Thoma. *n.*684. & *n.*688

Lateris dolor per annos 18. cum spasmo, applicata particula vestis S. M. Magd. de Paz. cessant & plena sanitas restituitur. *nu.*1663.

Leprâ infectæ caput osculans S. M. Magd. de Paz. eam sanat. *n.* 1660

Lethargo & febri graviter pressus attactu reliq. S. Teresiæ statim sanatur. *n.*2522

Mamilla à Vermibus curata per aquam S. Alberti: *n.* 2217.

Manuum debilitate & acerbo dolore affecta, devotione ad S. M. Magd. de Paz. illicò sanitatem adepta. *n.*1809

Morbus incurabilis Constantini Imp. tactu manûs S. Spiridionis mirabiliter fugatus. *num.* 2651. & 2654.

Morbus caducus depellitur meritis B. Franci. *num.* 2845.

Mortui ad vitam revocati, primus ab origine mundi per S. P. Eliam: *num.* 81. & 84. & alter per merita S. Elisei: *n.* 1865. & *num.*1897. à morte erepti per S. Anastasium: *n.*499. resuscitati meritis S. Cyrilli: *num.* 1064. *Mortuus* infans ad corpus B. Joannis Soreth resuscitatus: *n.*2083. & *num.* 2099. *Mortui* duo suscitati meritis S. Teresiæ. *n.*2533

Motus prodigiosus corporis S. M. Magd. de Paz. *n.* 1806. & capitis ejusdem. *nu.*1666

In naufragio, aut à submersione liberati orante S. Petro Thoma: *nu.* 639. meritis S. Angeli: *n.*1382 & 1420. Judæos plures à *submersione* eruit, & ad Christum convertit S. Albertus: *nu.*2193. B. Franciscæ Amboſiæ meritis: *nu.*2591. In tempestate magnâ destituti spe vitæ, facto voto B. Franco, sedatur *tempestas*. *n.*2846

Nephritico dolore ingenti laborans, appositâ particulâ vestis S. M. Magd. de Paz. & ipsi facto voto, indormiens, sana evigilavit. *n.* 1664

Oculorum tumor & cæcitas curantur, invocatione S. Anastasii: *n.*498. S. Petri Thomæ: *nu.* 694. S. Andreæ Corsini: *nu.*864. & *n.* 888. S. Angeli: *num.*1383. B. Aloysii Rabbatæ: *num.*1436. & 1448. S. M. Magd. de Paz. *n.*1797. & *n.*1806 & 1811. & B. Franci: *n.*2840. & *num.*2844.

Paralytica annis 19. applicato velo S. M. Magd. de Paz. subitò convalescit: *num.*1807. *Paralytica* annis 4. & ultrà, & febre continuâ laborans facta super eam cruce cum reliquiis S. M. Mag. de Paz. & voto emisso, mox confortata, surrexit & ambulavit: *Paralysis* inveterata curata meritis B. Joannis à Cruce: *num.* 2694. Ita quoque *Hemiplexia* tollitur, invocatione B. Franci: *n.*2843

Partûs doloribus cruciata triduò, invocans S. Petrum Thom. statim peperit filium incolumem: quem *Petrum Thom.* nuncupavit: *n.* 685. Cruciata diebus sex, oleo per S. Albertum mirabiliter liberata. *n.*2192

Pectoralis morbus curatus meritis S. Petri Thomæ. *nu.*690.

Plagæ incurabilis subitò sanata in solemnitate S. M. Magd. de Paz. *n.*1808

Pleuritide & magna febre, & sputo sang. liberat oleum, & invocatio S. M. Magd. de Paz. *n.* 1802. & tactus manus S. Teresiæ. *n.*2492. & *seq.*

Pluvia in magnâ ariditate sæpè impetrata invocatione S. P. Eliæ: *n.*235. & 2059. ideo variis locis Ecclesiæ ipsi dedicatæ pro pluvia: *n.*2059. *Pluviam* miraculosè impetrat S. Petrus Thom. *num.* 633. & 717. S. Angela. *num.*1935.

Possessa, visitato sepulchro B. Joan. Soreth libera abiit: *num.*2083. *Plura vide sub tit.* Dæmon. & Energ.

Puerpera & proles morti ereptæ meritis S. M. Magd. de Paz. *n.*1815

Raucedo gravis in S. Petro Thoma concionante in funere Clementis VI. recursu ad Deiparam mox evanescit: *n.*635. & *n.*723

Sagittâ in collo percussus sanitatem retulit apud corpus B. Joannis Soreth. *n.* 2083

Sanguinis profluvium cessat subitò, reliquiis S. M. Magd. de Paz. *n.*1808

Scabies radicata annis 25. ad tumulum S. Petri Thomæ subitò sublata. *n.*681

Sterili Sunamitidi filium promittit & precibus obtinet S. Eliseus: *n.*1862. Ita quoque S. Petrus Thom. *n.*669. & 736. Ex *sterilibus* orti meritis B. Virginis Mariæ posteà viri sanctis. in Ordine Carmeli: S. Andreas Corsin. *num.* 835. & 845. & 855. S. Angelus, & ejus frater *nu.* 1254 S. Albertus. *n.* 2177

Stomachi apostema intercessione S. Teresiæ repentè tollitur. *n.* 2531

Symptomata hepatis, & hypochondriorum gravissima sumptione aquæ S. Alberti ultimo die novenæ mirabiliter subitò depelluntur. *n.*2225

Tentatus graviter à dæmone S. Patricius invocans S. Eliam, subitò liberatur. *n.* 166. & *nu.*2064. *Tentatus* ad inhonesta, ferè usquead actum, meritis S. Alberti præservatur. *n.*2198

Uberum dolore magno cruciata, facto voto B. Joanni Soreth statim sanata. *n.*2083

Ulcera fœda sublata meritis S. Alberti: *n.*2221. Per B. Francum. *n.*2843. & *seq.*

Vinum corruptum signo crucis signans S. M. Magd. de Paz. pristino vigori restituit: *n.* 1660. *Vini corrupti* transformatio meritis S. M. Magd. de Paz. *n.*1795

Digitized by Google

RETRIBUTIO ET GLORIA SANCTIS AC BEATIS &c. ORDINIS HUIUS A DEO COLLATA: S. P. N. Elias triumphali curru ab Angelis ex mundo translatus in Paradisum: *num.* 133. *& seq.* id promeruit exercitiis sublimium virtutum: paupertatis voluntariæ, quam primus practicavit: *nu.* 225. Virginalis castitatis: *num.*229. Præsentiæ Dei *nu.* 239. Jejunii: *n.* 259. Charitatis erga Deum, & proximum, ac zeli divini honoris: *num.*266. Gloria quâ Deus eum coronavit, & coronabit, peculiariter à Spiritu sancto nobis panditur in *libro Ecclesiastici cap.* 48. ubi inter alia, ista: QUIS POTEST SIMILITER SIC GLORIARI TIBI: seu ut Græcus textus habet: QUIS POTEST SIMILITER AC TU GLORIARI *num* 20. Et in *libro Apocalypsis*, cap. XI. *num.* 184. ac in aliis Scripturæ locis: *num.* 19. *& seq.* atque à Patribus Græcis, pariter & Latinis: *n.*31. *& seq.* per plura capita. S. Patricio apparuit S. P. N. Elias cum lumine immenso, velut SOL, seu splendor solis: *nu.*2064. S. P. N. Eliśei glorioſa merita, & honor à Deo collatus, nobis etiam manifestant Scripturæ sanctæ & Patrum præconia: *nu.* 1837. *& seq.* Istam autem gloriam promeruit æmulatione vitæ ac virtutum S. Eliæ, cui ita similis fuit, velut illius viva, & expressa imago, ac apographum: *num.* 1832. *& seq.* Tantis eum Deus miraculis illustravit, ut à nonnullis dicatur *major omnibus Prophetis, etiam Moyse, in miraculis*: *n.*1841. S. Dositheus tempore quinquennii promeruit in cælo magnâ gloriâ coronari. *n.*2908

GLORIAM, ET MERITA Sanctorum aliorum manifesta reddunt miracula ipsorum intercessione à Deo facta, & beneficia multiplicia sanitatum &c. per illos sibi devotis & intercessionem fiducialiter postulantibus præstita (sicut in hoc *Indiculo* ab initio, perspeximus) Gloria miraculorum plurimorum à Deo decorati: S. Petrus Thomas *num.*680. *& seq.* & etiam ante: S. Andreas Corsinus: *nu.*864. *&* 866. *& n.*886. *& seq.* & præsertim: *num.* 890. *&* 895. S. Euphrosyna: *num.* 981. S. Avertanus: *n.*1027. S. Cyrillus: *n.* 1064. S. Euphrasia: *n.*1102. S. Angelus: *n.*1273. *& num.*1277 *& seq. & n.* 1298. *& seq. & n.* 1367. *ac seq.* per plura capita. B. Aloysius Rabbata: *num.* 1433. *& n.*1436, B. Nonius: *nu.*1472. *& seq.* S. Simon Anglicus: *num.*1530. *& seq.* S. Maria Magdalena de Pazzi: *n.*1657. *& seq. &* 1791. *ac seq.* S. Angela: *n.*1935. B. Joanna de Rhegio: *num.*1965. B. Joannes Soreth: *n.* 2083. *& n.*2099. S. Albertus, Siculus, canonizatus quodammodò fuit ab Angelis, in ejus funere, coram toto populo: *num.*2166 *& seq. & n.*2202. Idem miraculis plurimis à tempore obitûs usque in præsens à Deo honoratus: *n.*2205. *& seq.* S. Brocardus *n.*2174, *&* 2178. S. Gerardus: *num.*2310. S. Teresia: *n.* 2484. *& seq.* B. Francisca Amboſia: *n.*2590, B. Joannes à Cruce: *n.*2694. *& seq.* B. Francus: *num.*2840 *& seq.* Iisdem etiam locis hactenùs signatis, plerumque refulget eminens gloria à Deo Sanctis Ordinis hujus collata. Cum istis meritò etiam commemoranda V. M. Maria Bagnesi visa à S. Magdalena de Pazzis in sede luminosa ornata gemmis inæstimabilis pretii plena majestate. *n.*3649

Inter indicia alia PECULIARIS GLORIÆ IN CÆLIS est privilegium variis collatum etiam in terris: *Corporis post mortem incorruptio, aut suavis fragrantia*: imprimis hîc commemorandus S. P. N. Elias, cujus corpus non corruptum, die tertiâ gloriosum resurget: *n.*198. Post mortem quoque incorrupti corpore. S. Petrus Thomas: *nu.*693. S. Andreas Corsinus: *num.*884. S. Maria Magdalena de Pazzis: *n.*2709. *& seq. & n.*2712. *ac seq.* B. Joanna de Rhegio: *n.*1966. S. Gerardus: *n.* 2310. S. Teresia: *n.*2502. *& seq. per plura*: S. Hilarion: *num.* 2555. B. Franciſca Amboſia: *n.* 2590. V. P. Baptista Mantuanus: *n.*2417. *&* 2429. V. P. Joannes à Jesu Maria: *n.*3636. V. M. Catharina à Christo *n.* 3678. & aliæ.

Testimonia etiam EXCELLENTIS GLORIÆ IN CÆLIS, sunt *apparitiones & visitationes, ac alii speciales favores* in terris à Matre Amabili præstiti plurimis Carmelitici Ordinis, peculiariori pietate ipsum colentibus; sicut videre licebit in vita S. Petri Thomæ: *n.*629. *&* 633. *&* 635. *&* 699. *& seq. &* 714. *ac seq. & alibi*: S. Andreæ Corsini: *n.* 835. *& seq. & nu.* 855. *& seq. &* 863. *&* 869. *&* 882. S. Avertani: *n.*999. *&* 1006. *&* 1026. S. Cyrilli: *n.*1051. S. Angeli: *n.*1254. B. Nonii: *num.* 1467. *&* 1468. S. Simonis Anglici: *nu.*1479. *& seq. & n.*1485. *& n.*1515. *& seq.* S. Maria Magd. de Pazzis: *nu.*1616. *& seq.* (quæ à B. V. Maria in signum victoriæ cooperta fuit velo candido) S. Angelæ: *n.*1926. *&* 1929. *&* 1931. *&* 1936. B. Joannæ de Rhegio: *n.*1956. S. Alberti: *n.*2177. *&* 2180. *&* 2197. S. Gerardi: *n.*2302. *& seq.* S. Teresiæ: *n.*2372. B. Joannis à Cruce: *n.* 2669. *& seq.* B. Franci: *nu.*2774. *&* 2792. *&* 2802. atque aliorum & aliarum. Et ista hactenùs hîc congesta, de honore Sanctis Ordinis hujus à Deo concesso in terris, sunt veluti scintillæ gloriæ ipsis à Deo collatæ in cælis, quam OCULUS NON VIDIT, NEC AURIS AUDIVIT, NEC IN COR HOMINIS ASCENDIT. 1. *Cor.* 2.

Digitized by Google

INDEX II.

Compendia de Sanctis, Beatis, & nonnullis peculiarioris pietatis, aut eruditionis merito venerandis: atque alia promiscua.

Quemadmodum in præcedenti, ita etiam in seq Ind. non signantur numeri paginarum, sed numeri ad marginem positi, ab initio operis usquead finem.

A

ABba, & Pater *nomenclatura olim Superiorum Ordinu Carmelit.* num.325. & 362.& 1087

S.Abdias, *ex Dispensatore Regis Achab, discipulus S. Eliæ:* n. 2872. *Sepultus est cum S. Eliseo* : ibid. *& cum illis, tamquam condiscipulus S.Ioannes Bap.* nu. 1895. & 2264.

Academiarum, *seu* Universitatum fundatores & Professores publici *ex Ord. Carmel.* nu.3408. & seq. Bononiensis Academiæ *Theol. fundator primarius S. Petrus Thomas:* nu.3408. Colonensis Universitatis *auctores Ioannes Brammart, & Simon de Spira, unà cum aliis* : n.3408. & n.3892. *Professores Cathedratici, & Decani: ibidem plures:* n. 3895. Moguntinæ Academiæ *auctor, & professor ex primis Matthias Emich.* n. 3409. Lovaniensis Facultatis Theologicæ *Godefridus de Loe, & Ioannes Beetz inter primos Profess. Cathedr.* nu. 3409. *In* Anglia *publici Professores celebres Doctores* Oxonienf. *&* Cantabrig. *plurimi:* n.3410. & n. 3943. ac seq. *ita & in* Gallia, *in* Hispania, *& in Italia:* n.3411. 3412.3413. Parisiensem Universitatem *condecorarunt Gerardus Bononiensis, Ioannes Bacho, & alii Carmelitæ:* n.3411. Biturigis, *in* Gallia, *fundator Theol. facultatis Maturinus Clemens:* n. 3411. Viennensis Conventûs *in Austria olim seminarium Doctorum ac Professorum Th. & Decretorum: & ibi erat studium generale Ordinis:* nu.3897. *Vnus ex fundatoribus* Universitatis Vien. *Fridericus Wagner:* ibid. *Ibi etiam claruit Mathias Farinator:* n. 3889. Academia *quid:* nu. 3955. Academicorum graduum *usus:* ibid. *An, & qualiter hoc tempore* Academicorum graduum *usus conveniat Ordini Carmelit.* ibid. & n. 3956. ac seq. Graduum *usu abdicato, Turonia Provincia sola uberiores protulit eruditionis variæ fructus, quàm plures alia ubi vigent* Gradus: n.3959. *Calcar ad studia quis esse debeat Religioso: ut* spiritu sapientiæ, & intellectus adimpleatur: n. 3959. in fine.

Adam, Eva, *& alii post Christi resurrect. in Paradiso cum S.Elia:* n.165

Æternitatis consideratio mentem S. Teresiæ septennis mirè perculit. n.2372

S. Agabus *Ordinis Prophetici Eliani cultor:* nu.2905 *Incola Carmeli:* ibidem: *Sacellum B.Virgini Mariæ constituxit.* ibid.

SS. Alberti duo *celebrantur in Ordine Carmeli:* nu. 1207. *Primus Patriarcha Hierosolym. Legifer, & ideò* Pater Carmeli *dictus:* nu. 1207. *Carmelitis aliquamdiu convixit:* n.1207. *Insignis ejus doctrina:* n.1208. Albertus *Patriarcha Hierosolymitanus, &* Albertus *Episcopus Bethleemites, duo diversi, non idem:* n. 1209. S. Albertus *Patriarcha Hierosol. confirmatus anno* 1205. *quanta in æstimatione apud Pontificem, Regem & Prælatos:* num. 1210. & 1218. *Regulam Carmelitarum non novam, breviorem, & magis determinatam fecit:* nu. 1212 *& etiam approbavit:* n. 1216. S. Albertus *Deo & hominibus dilectus:* n.1217. *Vnde ortus: Episcopatus:* ibid. & seq. *Virtutes, & gesta ejus:* n.1218. & seq. *Henrico IV. Imperatori quam charus:* nu. 1220. *Ab eo* Principis *titulo insignitus:* ibid. *Sanctimoniâ, & doctrinâ inclytus; ideò à Pontifice Legationis munere, & aliis privilegiis honoratus:* nu. 1222. *Quandò, quomodò mortuus:* n. 1225. S. Alberti *antiquus cultus in Ordine Carmeli* : n. 1226. & seq. S. Albertus *Legislator, non Institutor Ordinis Carmeli.* n. 1228

S. Albertus Siculus *Carmeli splendidum jubar:* num. 2162. *Vita ejus Scriptores:* n.2163.& 2175. *Memoria in Martyrologiis:* nu.2165. *& aliis historiis:* ibid. S. Albertus *canonizatus quadamtenùs à Deo, per Angelos:* n. 2166. *Canonizatio ista comprobari debuit ab Ecclesia, per Summ. Pontif.* ibid. *Ad ejus honorem erecta altaria, & ecclesiæ:* n 2167. *Cultum istum ratificavit Calixtus III. confirmavit Sixtus IV. per Bullam, quæ dicitur* Bulla Canonizationis: n. 2167 S. Alberti *corpus ipso anno obitûs elevatum, ob insigne miraculum:* n.2168. & seq. *Primariarum Siciliæ civitatum Protector:* n.2169.& seq. *Reliquiæ ejus per Ordinem dispertitæ:* num. 2171. *Quibus benedicitur aqua, in remedium variarum infirmitatum:* ibid. Alberti *nominis etymologia:* n. 2176. *Cognomen Patris;* De Abbatibus n.2177 & 2181. *S.* Alberti *parentes steriles, B.V. Maria de monte Carmeli supplicant, & vovent:* nu.2177 *Mirabili visione illustrantur:* n.2178. *Filia regia stirpis in sponsum deposcitur: mater, de voto instruit filium:* n.2179. *B. Virginis apparitio, & minax monitio ad parentes:* n.2180. S. Albertus *habitu Carmelitico donatur: sanctæ vitæ rationem auspicatur:* n.2183. *Tentatur à dæmone quem fugat signo crucis:* ibid. *Ejus austera vita cunctis in exemplum* n.2184. & n.2186. *Otium solicitè fugit: ejus distributio temporis:* ibid, *Dum ferventer erat in Ecclesia, diabolus lampadem impetit, sed frustrà:* ibid. & n.2185. *Messana obsidione cingitur, & fame premitur:* n. 2187. S.Alberti *oratione mirabiliter civitati succurrente:* n. 2188 *Miraculis aliis coruscus in vita:* n.2190. & seq. S. Albertus *fugit honorem, qui eum sequitur:* n. 2195. *Vestis illius ad infirmum delata sanitatem confert:* ibid. *Mirac. alia:* n. 2196. & seq. *Provincialis electus, consulit B. Virginem Mariam: quæ eum confortat:* n. 2197

Digitized by Google

num. 2197. *Tentati cujusdam lapsum impedit*: nu. 2198. *Petit dissolvi, sed cum magna resignatione*: n. 2199. *Ad mortem se præparantis pia exercitia*: n. 2199 *Diem obitûs sui, & sororis prædicit*: ibid. Ave Maria *bis recitato, & ad* In manus tuas &c. *emisit spiritum*: n. 2200. *Campana, nullo movente, sonat*: *odor suavissimus è corpore manat*: nu. 2200. & 2204. *Archiepiscopus triduanum jejunium indicit, & preces*: n. 2201. *Angeli tubali voce intonant Missam*, Os justi: n. 2202. *Rex, & populus promittunt ejus canonizationem procurare, expensis regni*: ibid. *Corpus* S. Alberti *in sepulchro repertum genuflectens*: *transfertur*: n. 2205. *Puer ex incendio incolumis*: n. 2205. *alia plura meritis* S. Alberti: nu. 2205. & seq. *Capella, seu Sacel. prim. in honorem* S. Alberti: n. 2208. *quia existimatus, quasi à Deo canonizatus*: *& propter manifestissima miracula*: n. 2210. *Capti à Saracenis, & incarcerati, per* S. Albertum *mirabiliter educti*, num. 2213. *Mirabilia alia*: n. 2214. & seq. *Comitis filius graviter infirmus, aquâ Reliquiis ejus benedictâ exhibitâ, subitò convaluit*: *per illam aquam alius puer instantaneè sanescit*: n. 2216. & 2217. *Mamilla à vermibus per aquam* S. Alberti *curata*: ibid. *Rex Siciliæ Fredericus aquâ* S. Alberti *sanescit*: nu. 2211. & n. 2220. *Aquam* S. Alberti *benedicendi consuetudo vetus*: nu. 2221. *Miracula alia plurima, meritis* S. Alberti: n. 2218. & 2219. *Casus mirus circà auferentes Reliquias* S. Alberti: nu. 2222. *Aquâ* S. Alberti *mulier à peste, cum sua familia, liberata*: *Et Episcopus à valida febre*: *Ita quoque Sacerdos, & alius & puella*: n. 2223. & seq. S. Alberti *natale solum controversum, inter Drepanitanos, & Erycenos*: n. 2226. *Amicabili concordiâ lis terminata*; nu. 2227. S. Albertus *natus in monte Drepano*: *Carmeli habitu donatus Drepani*: *ubi à pueritia in senium præcipuè habitavit*: nu. 2227. & seq. *De obitûs* S. Alberti *anno*: n. 2231. S. Albertus, *totius perfectionis exemplar*: nu. 3006. *Sanctitatis ejus prognosticon*: ibid. *Messanam à fame, & exterminio mirabiliter liberat*: *miraculis copiosis coruscus.* ibid.

Alexandria *Ægypti, condita ab Alexandro M. celeberrima*: n. 516. Alexandrina Sedes *olim prima post Romanam*: n. 516. *Postea autem secunda.* n. 516

B. Aloysius Rabbata, *Siculus, Prior Conventûs Randazensis*: *ejus magna abstinentia*: n. 1433. & 1445. ac seq. *à sceleste sagittâ transfigitur*: n. 1433. & 1434. *Reliquiæ ejus translatæ, & honoratæ in variis locis*: n. 1433. *Virtutes, & vitæ epitome*: nu. 1434. & 1437. & seq. & 1444. & seq. *Cæcus illuminatus ejus meritis*: n. 1436. & 1448. B. Aloysii *effigies mirabiliter inter Sanctos apparet*: *Obsessa tactu Reliquiarum ejus liberata*: n. 1442. *Sacerdos subitò à febre curatus*: n. 1443. *Miracula alia.* n. 1448. & seq.

S. Ammon, *in matrimonio virgo, deindè monachus, æmulator S. Eliæ*: nu. 2961. *Ejus perutile documentum.* ibid.

S. Anastasii *vita compendium*: n. 444. & seq. *Devotio ejus singularis ad B. Virg. Mariam*: nu. 447. S. Anastasius *visitavit Carmelum*: nu. 446. *Aspectu Imaginis ejus Dæmones fugati, morbi curati*: num. 450. *Ejus tunicâ dæmoniacus liberatus*: n. 453. *Nicænum Concilium perhibet testimonium de vita, & miraculis ejus*: n. 453. & seq. *Acta* S. Anastasii *fide dignissima*: n. 454. *Illis Patres* 350. *auctoritatem attribuunt*: n. 455. *Magicam artem exercet & docet*: nu. 456. *Fit miles*: n. 457. *Crucis Christi mysterium audiens, ad pietatem movetur*: n. 457. *Argentarii artem exercet*: *pius modus ejus operandi*: n. 458. *Imagines Sanctorum videns magis exardescit in pietate*: n. 458. *Abit Hierosolymam & Baptizatur*: n. 458. *Fit Monachus*: n. 460. *Lectis Martyrum actis, martyrii desiderio inflammatur*: num. 461. *Tentatur graviter à dæmone*: num. 461. *Tentationem aperiens magistro, liberatur*: nu. 481. *Visione monetur de martyrio subeundo*: n. 462. *In Deipara templo diebus 2. orat, deinde in S. Euphemiæ*: nu. 464. *Persas exercentes magicam arguit*: n. 464. *Comprehenditur*: *In carcere triduo sine cibo*: nu. 465. *Crudeliter ligatur & dirè cæditur*: nu. 466. & 467. & seq. *Ad Deum mente conversus minas contemnit*: n. 468. *Rogat, nè religiosa vestis probro afficiatur*: num. 467. *Exercitia ejus sancta in carcere*: n. 471. *Angeli assistere ipsi conspiciuntur*: nu. 472. *Resplendet ut Angelus*: nu. 472. *Invictus ejus animus*: nu. 473. & 474. *Nutantes ejus conspectu confirmantur*: n. 475. *Mittitur in Persidem*: n. 476. *In itinere magno affligitur honore, de quo ipse dolet*: n. 476. *Deorum inanitatem & veram Christi religionem animosè ostendit*: n. 477. *Immaniter cruciatur*: n. 479. & seq. *Ex altera manu suspenditur, saxo gravissimo alteri pedi alligato*: *Summa ejus animi fortitudo*: n. 480. *Membratim conscindi optat*: num. 481. *Caput abscinditur*: nu. 482. *Corpus à canibus intactum servatur mirabiliter*: n. 482. *Stellâ radiante ostenditur*: n. 483. *Chasdroës mors, & alia à* S. Anastasio *prædicta paulò post acciderunt*: n. 483. *Colubio* S. Anastasii *dæmon ab obsesso fugatur*: num. 485. S. Anastasii *magna virtus adversus dæmones*: nu. 487. & seq. *& ad liberandos energumenos, ac ad curandos infirmos*: n. 489. & seq. *De* S. Anastasio *impiè loquens mulier graviter punita*: nu. 495. *Coram* S. Anastasii *imagine sanatur*: ibid. *Auriga domi suæ Oratorium construens* S. Anastasio, *ejus patrocinium mox experitur*: *varia beneficia alia meritis, & ad invocationem* S. Anastasii *præstita*: nu. 496. & 497. ac seq. *Iacobus Wemmers Episcopus Cairi curat depingi imaginem* S. Anastasii: *transfertur ea Antuerpiam*: n. 503. *mox magna excitatur devotio, deindè etiam in aliis locis.* n. 504

S. Andreæ Corsini *sanctitas divinis, & humanis testimoniis asserta*: n. 821. *Vita ejus scriptores plures*: num. 822. & 826. *Episcopus assumptus anno* 1349. *Obiit anno* 1373. *Episcopatûs* 24. nu. 823. & seq. *Corpus ejus incorruptum expositum publicè die canonizationis anno* 1629. num. 823. S. Andreas Corsinus *magnus Dei Genitricis alumnus*: nu. 834. *Tempus, & locus nativitatis, ac parentes*: *Virgini Mariæ dicatus, antequam natus*: n. 835. *Ex lupo quasi in agnum mutatus*: num. 836. & n. 856. *Religionem Carmelitarum ingreditur*: n. 837. *Virtutes ejus*: *fides, spes &c.* n. 838. & seq. *Castigatio corporis*: n. 840. *Mulierum aspectum maximè cavet*: n. 841. *Castitas ejus illibata*: nu. 841. 843. 924. 925. Præsulum exemplar absolutis. *dictus à Pontifice, & Cardinalibus*: n. 825. 850. & 871. & 907. & 913. 921. & 927. & 928. 939. & seq. S. Andreæ Corsini *stirpis claritudo*: n. 854. *Parentes diu steriles impetrarunt facto voto ante imaginem B. V. Mariæ in æde Carmelit.* nu. 855. *Mater in quiete visa parere lupum, qui in agnum mutatur*: nu. 856. *In adolescentia dissolutè vivit*: *tamen virginitatis decus integrum servat, Virginis Mariæ tutelâ*: *Mirabilis ejus conversio*: nu. 856. *Ante imaginem B. Virginis Mariæ Carmelitanæ veniam petit*: n. 856. *Virtutes ejus eximiæ*: num. 857. & seq. *Cæco visum reddit aspersione aquæ lustralis*: n. 864. *aliis pluribus sanitatem præstat*: num. 865.

Digitized by Google

865. *Prior Florentini Monasterii seipsum præbet exemplum cæteris:* nu.865. *Sacerdos primitias sacrorum offerens, fugit pompas: ideò Regina cælorum spectabilis ei apparet:* n.846. *Episcopus Fesulanus à Deo eligitur:* n. 847. & 869. *Fugiens, latebris se abdit, at divino indicio proditur.* 869. *Regina cœli auxilium spondet:* n.869. *Rigorem monasticæ vitæ servat, & superat: vitis sarmenta ejus lectus, & cervical:* n.871. *Ferreâ catenâ perpetuò cingitur: quæ nunc ægris sanitatem præstat: Divinis officiis diu noctuque assistit:* n.871. *Pauperum pedes feriis quintis lavans, sanie horridum crus sanat:* n. 872. *Miseris omnibus mirè condolebat & pauperibus succurrit:* num.873. & seq. *Miserabilium, & pauperum Christi pater nuncupatur:* n.874. *In ædes sacras ingentes pecunias expendit:* n. 875. *Ecclesiastici juris, & bonorum acerrimus vindex:* n.876. *Ejus charitatis æstuantis exemplo, alii ad charitatis opera excitati:* n. 875. & 877. *Apostolicæ Sedi venerabundus, & promptissimè parens:* nu 878. *Peculiariter excelluit in dirimendis discordiis:* nu.879. *Vrbanus V. Pontifex eum Bononiam, ad dissidia sedanda delegavit:* nu. 879. *Pastoris mansuetudinem, suo tempore, erga negligentes rigori judicis attemperat:* n.880. *Ecclesiasticarum possessionum invasoribus generosè se opponit:* num.881. *Munia secularia Clericis interdicit:* num 881. *In postremo Missæ sacrificio (sicut in primo) ei apparens B. V. Maria, obitûs, & sui in cœlis consortii diem nuntiat: & morienti adest:* n.842. 847 & 882. *Febri corripitur: moritur:* nu. 883. *Corpus integrum, & incorruptum usque in præsens:* n.884. *Ejus Epitaphium:* nu. 884. S. Andreas Corsinus *eruscus miraculis in vita & sepultura, ac post:* n.827. 884. & seq. & 894. & seq. *Virgini decenni apparet ascendens in cœlum: Virginem aliam è vita evocat, quæ una cœlum conscendit:* num. 883. *Canonico apparet, manu gestans lilia & rosas, in signum incorruptæ virginitatis:* num.884. *Miraculum præclarissimum, & evidentissimum:* nu.890. & seq. *Florentiæ bello pressæ, & periclitanti victoriam spondet, & præstat:* n 828. *Apparet in aëre, insidens equo.* n. 828. *Supplicatio annua indicitur ad ejus corpus, præsentibus Cardinalibus:* n.828. *Eugenius IV. cultum & honores Sanctorum ei concedit:* n.829. & 891. & seq. *Solemnior canonizatio postulatur à Paulo II. & aliis Pontif.* n.829. *& fit sub Vrbano VIII.* n. 831. *Canonizatio* Andreæ Corsini *qualiter facta:* nu. 950. & seq. n.953. & 963. *Decretum, seu formula canonizationis:* n.953. S. Andreæ Corsini *vitæ chronotaxis:* n.955. *Vide plura de eo:* n. 374. & seq. & n.3026. ac seq. & n. 3161.

Andreas Stregnart, *Episcopus Tagastensis, Suffraganeus Leodiensis, annis 36. hæresum expugnator: munus pro domo Dei: fructus copiosus à zelo ejus:* n.3163. & seq.

S. Angela *filia Regis Bohemiæ, encomiis celebrata à multis:* n.1924. & seq. *Illi apparet B.V. Maria, canentibus Angelis:* AVE REGINA CÆLORUM: n.1926. & 1929. *Monetur clàm discedere Ierosolymam: Virginum Carmelitissarum cœnobium ingreditur:* n.1926. & 1927. & 1930. & seq. S. ANGELÆ cultus, & solemne festum: n.1928. S. Angela *nata Pragæ in Bohemia: educata à teneris annis in monasterio:* n.1929. *Epistola ejus ad patrem tenor: indignatio patris: quem nobiles viri consolantur, & benè consulunt:* n.1930. *Hospitem infidelem convertit: B.V. Maria ei apparet:* num.1931. *Constantinopolim tendit:* JESUS *ei apparens, librum porrigit:* num. 1932. *Ierosolymis admittitur ad monasterium Monialium: Visio Patriarchæ Ierosol. de* S. Angela *Priorissa eligitur:* n.1933. S. Angelæ *virtutes in regimine: Angelus illi sæpè apparet:* nu.1934. *In magna siccitate pluviam prædicit, & precibus impetrat:* num. 1935. *Oratione Saracenos fugat:* nu.1935. S. Angelæ *B.V. Maria apparet, monetque, ut Pragam redeat: clàm discedit:* n.1927. & 1936. *Anachoreticam vitam ducit: moritur miraculis clarens:* num.1936. S. Angela, *Bohema, Regiæ stirpis, Ordinis Carmelitarum:* n.1937. *filia Vladislai II. Regis Bohemiæ: in baptismo* Helena, *vel* Alena *dicta, & deindè in Religione* Angela. nu.1938

Angelinus *sanctæ vitæ:* n.2247. *Natus Florentiæ, illustri genere, aggregatur Carmeli Ordini:* nu.2248. *Vitam solitariam agit: Mantuana Congregationis cultor:* nu. 2248. *Effigies ejus mystica:* nu.2249. *Reliquiæ ejus in veneratione:* ibid. *Optat habere tot corpora, quot monasteria extant.* n. 2250

S. Angelus Hierosolymit. *sui nominis speculum:* num. 1231. *Colloquium ejus & conversatio cum SS. Dominico, & Francisco:* nu. 1232. & latiùs nu.1302. & seq. & 1327. & nu. 3001. *In Lateranensi Ecclesia prædicat, præsentibus SS. Dominico & Francisco:* ibid. & 1302. & seq. & 3001. S. Angelus *favore B. Virginis Mariæ natus:* nu. 1233. *Vaticinium* S. Angeli *de Turcis, & de Christiana Republica affligenda per Turcas:* nu.1233. & seq. & 1292. *Scriptores Vitæ* S. Angeli n.1235. & seq. 1244. *Vita illa ex Latino edita Italicè, Hispanicè, Gallicè, & Belgicè:* nu.1239. *Synodus comprobans* S. Angeli *sanctitatem qualis:* nu. 1240. & 1250. ac seq. S. Angeli *parentes ex progenie David:* nu.1253. *Iejuniis, & orationibus instant:* n.1254. *Christum visibili formâ in sacra hostia cernunt:* n.1256. S. Angelus, & B. Ioannes *gemelli nascuntur:* n.1257. S. Angeli & *fratris mira abstinentia:* n. 1257. *Studia, & doctrina:* nu.1261. *Religionem Carmelitanam eligunt:* n. 1262. *ingrediuntur:* num. 1267. *Rigor vitæ:* n. 1267. S. Angelus *S. Eliseum invocat, &* Patrem suum: *Miraculum:* nu.1273. S. Angelus, *ejusque frater siccis pedibus Iordanem transeunt:* nu.1277. S. Angelus *ad invocationem* S. Patris Eliæ *adolescentem ad vitam revocat:* n.1280. *Ad Christi desertum recedit:* n.1283 S. Angeli *chlamyde infirmi sanati, sex mortui resuscitati:* n.1284. S. Angelo Christus apparet: *mittit ad prædicandum: Martyrium prædicit:* n.1288. *& Terræ sanctæ desolationem: Græciæ, & aliorum regnorum devastationem:* nu. 1292. S. Angelus *prædicat Ierosolymis:* n.1295. *Illo precante, ignis è cælo descendit, & Saracenos consumit:* n.1298. *Ab Honorio Pontifice benignè suscipitur:* n. 1300. *Illi Reliquias sacras tradit: coram eo quinies concionatur:* n.1300. *Variis in locis evangelizat, & miracula edit:* n.1304. *Loca & plurimas personas Ordini suo acquirit:* nu.1304. *leprosos mundat: Archiepiscopum subitò sanat:* n.1306. *Peccatores multos convertit:* n.1307. & seq. *Martyrii ardens desiderium in* S. Angelo: n. 1310. *Prædicans, quinque lethalibus plagis confoditur:* n. 1311. *Pro populo, & persecutoribus orat.* nu.1312. *Voce è cælo ad triplicem aureolam vocatur:* num.1312. *Anima in columbæ specie cælum petit:* ibid. *apparet gloriosus Archiepiscopo Panorm.* nu.1314. *Octiduo insepultus. Martyris officio honoratur:* n.1315. *Miracula varia post* S. Angeli *mortem: ex ore sepulti lilium prodit:* 1324. *Oleo ex sepulchro ejus fluente plurimi sanantur:* n.1325. *Fons ex ejus sepulchro scaturit:* num. 1316. *miracula alia plurima:* n.1365. *Infans fame, aut peste extinguendus,* S. Angeli *intercessione mirabiliter præservatur:*

Digitized by Google

præservatur: Vetula fit lactans, contra ordinem naturæ: n.1367. *Beneficia, & miracula alia plurima meritis* S.Angeli: n. 1368. & seq. *Matris procellæ per* S. Angelum *subitò sedatæ:* n.1382. *Cæcis dat visum:* n. 1383. *Puerulo mortuo vitam, & puerperæ sanitatem reddit:* n.1384. *Inundatione absorptos ad vitam revocat:* n.1385. S.Angeli *miracula olim in magnis voluminibus descripta:* n.1389. *Ejus corpus an. 1486. ad novam arcam argenteam translatum:* n.1389. S. Angeli *miracula quàm accuratè examinata:* n.1393. *Miraculorum* S. Angeli *relatio, & examen per dies 50. continuos: ac deindè per alios discontinuos:* nu.1405. *Testimonia variorum Religiosorum, Sacerdotum &c. de miraculis* S.Angeli: nu. 1405. & seq. S. Angelus *magnâ charitate, & sedulitate in brevi explevit tempora multa:* n. 1386. *Virginitatem singularissimè coluit:* n.1387. S.Angeli *ætas, & vitæ chronotaxis:* n.1450. *Corpus* S.Angeli *in arca lignea, aureo panno decorata, deindè in argentea depositum fuit:* nu.2252. *Arca argentea pretiosior fit: in eam sacra Reliquia transferuntur: tunc quatuor parvuli, meritis* S.Angeli *sanantur:* n. 2252. *Translatio ad novam Ecclesiam:* n.2256. S.Angelus, *nominis sui speculum, divini verbi præco sacer:* n.3001. *Ejus colloquium cùm SS. Dominico, & Francisco:* ibid. S.Angeli *vita, vox clamantis:* agite pœnitentiam. n.1333

Angliam *Carmelitæ ingrediuntur anno Christi 1212. illis se adjungit S.Simon:* num.1489. & 1506. *In* Anglia *Carm. Ordo maximè floruit:* num.3609. *Ibi S.Simon Stock* Atlas *Carmelitani Ord.* n.3609. *Ex* Anglia *in totum Carm. Ordinem & Ecclesiam, quæ bona profluant.* num.3609.

S. Annæ *matris Deiparæ, cultus antiquus in Ecclesia Orientali:* n.2137. *Et in Ord. Carm.* n.2138. & seq. *Ad honorem* S. Annæ *Confraternitas antiqua in Heilbrunensi monasterio:* n.2138. *Et Francofurti in Ecclesia Carmelit.* ibid. S. Annæ *devotio aucta, & propagata: præsertim in Francia, occasione cælestis visionis: plurima ibi patrantur miracula:* n.2139. *Ecclesia, & monasterium Ordinis Carm. construuntur:* ibid. *Officium* S. Annæ *ex Carmelitano usu traductum ad Breviaria Rom.* n.2140

S. Annæ *parentes Stolanus, & Emerentia, seu Emerentiana:* num. 2141. S. Annæ *ortus insigni visione præmonstratur:* n.2143. & seq. *Liber de ortu* S. Annæ, *inter opera S.Cyrilli recensitus, aut periit, aut latet, sicus alia plura ejus opera:* n.534. & 2144. S. Anna *sterilis: Dei dono, & precibus obtinet Deiparam:* n.2145. S. Anna *univira, & unius prolis mater:* num.2146. S. Anna, *& S. Ioachim, ratione sterilitatis, ignominiosè tractantur:* num. 2147. *Deus illos consolatur, Angelum, nuntium prolis, mittendo:* n.2147. S. Annæ *præcelsa dignitas:* nu.2149. *Et patrocinandi efficacia:* n.2150. Domus S.Annæ, *in qua nata B.V. Maria:* n.1257. & 1258. & 1260. *Monasterium antiquissimum Ord. Carm. nuncupatum:* Divæ Annæ. nu.1260

Anna à S. Bartholomæo, *Christo monente S.Teresia instituta suscipit:* n.3658. *miro modo artem scribendi obtinet:* n.3669. *in ejus manibus obiit S.Teresia:* ibid. *Antuerpiæ cœnobium fundat:* n.3670. *Antuerpiam bis precibus propugnat:* ibid. & n.3671. *ejus obitus:* ibid. *Vita ejus cælestibus monitis plena:* n.3671. *miracula ejus meritis facta:* ibid. & 3672. *Revelatio de Hollandia, & Zelandia, ad Ecclesiæ gremium reducendis.* ibid.

Annii initiandi *diversitas, quandò ad uniformitatem reddita: De ejusdem exordio olim, scitu utilia.* nu.3153

Annuntiationis B.Virg. Mariæ festum *triplici de causa præcipuâ devotione celebrandum à Carmelitis:* nu.1135. Annuntiationis *festum, & cætera Deiparæ quâ ratione vitæ celebrentur.* n.1137

Antichristi *persecutio erit sævissima:* n.194. *Illi opponetur invictum Eliæ & Henochi Apostolicum pectus:* n.195. Antichristi *tempora & persecutiones descripta in Oraculo Angelico S.Cyrilli.* num.1080. & 1081

S. Antonius *fuit ex posteris Essenorum:* n.293 & seq. & n.311. ac seq. *Sectatus fuit institutа S. Eliæ Proph.* n.395. & 399. *Ad exemplum S.Eliæ dicebat quotidie:* Vivit Dominus, cui astito hodie: & talem se præbebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus. nu.395

Aquâ de fonte S.Angeli, *ad varias regiones translatâ: cæci illuminati, & alii infirmi sanati:* n.1424. Aquâ S.Alberti *benedicendi antiqua consuetudo:* nu.2221. *Plurimi per eam sanati:* n.2220. & 2216. & seq. Aquâ benedictâ *fugantur dæmones.* num.2436

Arborum vastissimarum *exempla:* n.1488. *Sancti concavas arbores inhabitantes.* n.1489

B. Archangela de Trino *Monialis Ord. Carm.* n.505. *oratione suarum necessitati succurrit:* n.506. *SS. Trinitati devotissima:* n.506. *Extases patitur in oratione.* n.507

F. Arnoldus à S. Carolo *consummatæ virtutis exempla plurima dedit: in brevi expleyit tempora multa:* n.3581. *Vita ejus velut speculum religiosæ perfectionis:* ibid. *Ejus pietatis initia:* n.3582. *Virtutes ejus præstantes:* n.3583. & seq. *Perfectus in omni virtute:* n.3603. *Infirmitas ejus, & præparatio ad mortem:* n.3604. *fecit omnia sua ex filiali amore Dei:* n.3605. *Certior factus de assistentia D Virginis in hora mortis:* ibid. *Bona de eo opinio, ante, & post mortem:* n.3606. *Protestatio:* n.3607. *Motivum ad editionem vitæ* F. Arnoldi. n.3608

S. Arsenius *præceptor Filiorum Theodosii Imperatoris: deindè monachus propè Alexandriam, inter Essenes, posteros S.Eliæ: speculum perfectionis monasticæ:* n.1948. *Documenta ejus utilissima.* n.2949

SS. Assidæi, *seu Essæni 60. occisi:* n. 2873. *Fuerunt isti Ordinis Prophetici.* ibid.

Assumptionis B. V. Mariæ *solemnitas incomparabilis aliorum Sanctorum festis:* n.2232. *Mysteria tria in* Assumptione *Deiparæ recoluntur, primum, Dormitio, seu obitus, & assumptio animæ:* n.2233. 2. *Corporis glorificati, animæ reuniti assumptio:* n.2234. *Traditio, & Patres, de* Assumptione *Deip. in corpore & anima:* nu. 2235. *Doctores & Scriptores de Assumpt. B. Virg.* nu. 2237. & seq. *Translatio animæ in Paradisum:* n.2241. *Mysterium tertium hujus festi, exaltatio super choros Angelorum:* nu.2243. Assumptionis *mysterium, cur arcanum:* nu.2244. & seq. Assumptio Deiparæ *in corpore, quanta sit certitudinis:* n.2239. 2240. & 2246

S. Athanasius *protector, & propagator monachorum, instar Eliæ.* nu.296

S. Avertanus, *Lemovicensis:* n. 995. *Ejus vitam & encomia quinâ scripserint:* n.983. 984. 985. 986. 987. 988. *Ejus festum ab antiquo celebratum in Ord. Carm.* n.989. *Antiqua veneratio Lucæ in Tuscia:* n.991. S. Avertani, *epitaphium:* n.991. *Ejus cultus antiquus in Belgio:* nu. 992. S. Averrani *corpus sepultum Lucæ in suburbio:* n. 995. *postea translatum ad Ecclesiam alteram:* ibid. *ac deniq; depositum in Ecclesia Cathedrali:* ibid. *Angelico monitu jubetur ingredi Ord. Carm.* n.999. *Habitum induit, cum favore cælesti:* n.1005. *Summè obediens:* nu. 1009. *Virtutes ejus aliæ:* nu.1010. & seq. *Orationis studio addictissimus: rapitur in extasim:* num.1008. & 1014. & seq. *Ob longâ genuflexionem, pellis indurescit:* n.1016. *Loca sancta visitat:* num.1017. & seq. *Tria prædicit futura:* numero 1020. 1022. & 1023.

Digitized by Google

Quæ sic evenerunt: num. 1030. & seq. *A Christo ei apparente vocatus moritur*: num. 1026. Campanæ miraculosè sonant: n. 1027. *Miraculis claruit: transfertur in primariam urbis Ecclesiam*: n. 1028. & seq.
Aurelianus, *Imperator ethnicus, ratam habuit sententiam S. Dionysii Rom. Pontificis.* num. 428
Aymericus *Patriarcha Antiochen. quæ fecerit in Carmelo*: num. 1181. *Quamdiu vixerit.* nu. 1186

B

BAlthazar Limpo, *Lusitanus: Theologiæ publicus primarius Professor: Regius Concionator: Reginæ, Regiæque prolis Confessarius: Carmelitani Ordinis in Lusitania instaurator, & propagator*: nu. 3174. *Episc. Portucalensis: Synodum celebrat, Constitutiones edit magna eruditionis, & utilitatis. Destinatur ad Concilium Tridentinum. S. Inquisitionis Tribunal auctoritate firmat*: num. 3175. *Archiepiscopus Bracharensis: pastoralis sollicitudinis monumenta: Portugalliæ regnum totum illustravit: moritur: ejus elogium: scriptores de illo.* num. 3176
Baptistæ Mantuani versus elegantes *de S. Cyrillo Alexandr. Carmelita*: num. 524. *de S. Ioseph*: nu. 1121. *De S. Angelo*: nu. 1327. & seq. *De S. Eliseo*: n. 1835. *De S. Elia*: n. 2041. & 2241. *De B. Ioanne Soreth*: n. 2135. *De S. Anna*: n. 2147. *De S. Alberto*: n. 2182. & 2186. 2189. *De Assumptione B. Virg. M.* n. 2241. *De ejusdem nativitate* n. 2294. *& Præsentatione*: n. 2624 *& Conceptione immac.* n. 2639. *De nativitate Christi*: n. 2858. Baptista Mantuanus *jubar illustre Ord. Carm. variâ eruditione resplendens*: n. 3427. *Lauretanam Ædem sacram Ordini Carm. restitui procuravit. ibi constituens* 30 *Religiosos probatissimos*: nu. 3428. *eodem tempore Ferrariæ Vicarius Gen. Mantuanæ Congreg. & Romanus totius Ord. Generalis electus, sponte dimisit: corpus ejus integrum cum veneratione servatur.* 3429
Baptista Rubeus, *Generalis Carmelitarum in Hispaniam venit*: Vir admodum illustris *S. Teresiæ dedit Regulam, quam servaret*: n. 2323. & seq. *amplissimam facultatem concedit S. Teresiæ condendi nova monasteria*: n. 2377. num. 2326. & seq. 2331. & 2377.
Barberinæ *Moniales quæ.* nu. 1787
S. Basilius *monachus, una cum S. Gregorio Naz.* n. 2937 *Carmeli instituta sectatus fuit, S. Prophetæ Eliæ æmulator*: n. 2938. *Idem vitæ institutum tenuit* S. Gregorius Nazianzenus: n. 2939. *Utriusque vita sublimis perfectionis*: n. 2940. S. Basilius *prioribus annis Eliana posteritatis alumnus: deinceps novi Ordinis Patriarcha.* num. 2941.
F. Basilius à S. Spiritu *à pueritia specimen præbuit pietatis singularis*: n. 3575. *Præcellentes virtutes ejus, humilitas, obedientia cæca, paupertatis amor, orationis studium* &c. n. 3576. *ingeniosus paupertatis actus*: nu. 3577. *virtutes ejus aliæ*: ibid. & n. 3578. *Mira per eum gesta*: n. 3579. *Obitus prænuntiatus: epitaphium*: ibid. & n. 3580
In Belgio *Ordinis hujus Monasteria plura antiqua*: nu. 3539. *cur de eorum viris illustr. pauca sint nota*: ibid. *In* Belgio *Religiosus magna virtutis vidit B. V. M. fratribus spiritualia munuscula largientem*: nu. 3539. *Alii in* Belgio *sanctitatis, seu pietatis præstantiâ celebrati*: n. 3539. & seq. Belgæ *Carmelitæ assumpti Præsules, Episcopi, Suffraganei, Abbates*: n. 3151. & seq. nu. 3269. & 3314. & n. 3940. Belgæ Carmelitæ *multo tempore Suffraganei, & Vicarii Generales in Pontificalibus, & spiritualibus, ac quandoque etiam temporalibus Archiepisc. Camerac. & Ultraject. ac quandoque Leodii.* nu. 3151. & seq. & nu. 3940
Bellum sacrum *pro recuperanda Ierosolyma, & Terra S.* n. 1168. *Antiochia Syria metropolis à Christianis obsidetur*: n. 1168. *Christiani, ob peccata, gravissimâ fame premuntur: pœnitentes Dei misericordiam consequuntur*: n. 1169. *Turcarum centum millia à Christianis cæsa, an.* 1098. n. 1169. *Exercitus Christianus proficiscitur versus Ierusalem*: n. 1171. *Jejunium triduanum indicitur, & processio: machinæ construuntur: civitas impugnatur*: ibid. *Godefridus Dux cum suis, mania Ierusalem primus ascendit*: nu. 1171. *Paganorum in Ierusalem tanta cædes, ut sanguis instar torrentis per plateas flueret*: n. 1171. Belli sacri *utilitas*: *accumbentes in sacris expeditionibus, rectâ intentione bellantes, meritum martyrii consequuntur*: n. 1362. *In sacris expeditionibus multi salvantur, qui alioquin damnandi fuissent*: num. 1363. *Belli sacri multiplex utilitas.* n. 1364
Bernardus de Ambasia, *Provincialis Tolosæ, tandem Cardinalis, eruditione præclarus: S. Scripturam, & Theologiam docuit variis locis.* nu. 3183
Bernardus de Roma, *Episc. Sutrienſis, S. R. E. Cardin.* 3184. *Pontifex illi facit potestatem condendi testamentum*: ibid. *De ejus doctrina.* ibid.
S. Bertholdus *primus Prior Generalis Ordinis Carm. Cur sic dictus* n. 1162. *Scriptores de* S. Bertholdo: n. 1164 & seq. *Ejus in B. Virginem devotio*: n. 1165. *Carmelum adit, ibique Ordinis habitum suscipit*: n. 1172. *Europæi plurimi in Carmelo vitam eremiticam amplexantur: & valde multiplicati replent alias Terræ S. solitudines*: n. 1172. S. Bertholdo *Priori Generali subiiciuntur cæteri Eremitæ & monasteria hujus Ordinis*: nu. 1179. & 1180. S. Bertholdi *studia pro sui Ordinis propagatione*: n. 1182. *Animas suorum in cælum ferri vidit*: ibid. & n. 1164. *quo tempore obierit.* n. 1186. & 1174
Bertholdus Lombardus, *Prior Generalis IV. scientiâ & probitate præclarus, pietatis exemplar.* nu. 3422
Bononiensis facultatis Theol. *fundatio relata ex vetustis tabulis*: n. 702. *Fundator primarius, & protector ejus S. Petrus Thomas.* n. 702
In Brasilia *Carmelitæ virtutibus illustres.* n. 3503
S. Brocardus *II. Prior Generalis quando, & quamdiu*: n. 1187. *Ejus vita scribi cœpta anno, quo obiit*: n. 2265. *Ejus memoria apud varios Scriptores*: n. 2265. & seq. *Patria, & miracula: Vita epitome*: nu. 2266. & seq. S. Brocardi *cultus antiquus*: n. 2267. & seq. *Ejus doctrina, & scripta*: n. 2268. *Regulam novam Ordinis concinnavit: quam S. Albertus Patriarcha abbreviavit, digessit, & sic tradidit*: n. 2296. *Ord. Carm. præfuit ann. XXXIII. electus circa an.* 1187. n. 2271. *Virtutes ejus*: n. 2272. & seq. *Consiliarius Archiepisc. Cæsarienſis, & Mag. Templariorum*: ibid. & 2280. *Mortuum ad vitam revocat*: n. 2273. & 2283. *Damascum destinatur: leprosum sanat*: n. 2274. & 2283. *Discipuli, ejus imitatores, plures sancti: exemplis, & exhortationibus ejus imitatores, plures sancti: exemplis, & exhortationibus ejus accensi*: n. 2276. & 2283. *Apparet illi Deipara*: n. 2277. *Ejus in extremis constituti hortatio ad fratres*: ibid. & 2284. *Moritur: anima ab Angelis in cœlum visa deferri.* num. 2278
In Burgundia *virtutis splendore conspicui Carmel.* n. 3524

C

CAmeracensis Episc. & Archiepisc. *administratores Vicarii in Pontificalibus, & spiritualibus, ac etiam quandoque in temporalibus Carmelitæ*: n. 3151. & seq. & 3940. & seq.
Canonizatio Sanctorum, *prima à Deo: sic canonizati S. Elias & S. Eliseus.* n. 159

Cano-

Digitized by Google

Canonizatio Sanctorum *quatuor modis facta*: n.1501. Canonizatio Sanctorum *quid*: *in usu ab initio Ecclesiæ*: *olim per Episcopos facta*, *modo soli Summo Pontifici reservata*: n.1710. Canonizatio Sanctorum, *quem ob finem fiat*: n.1727. Canonizatio Sanctorum *præviè requirit, ut constet de vita, virtutibus, & miraculis, saltem post mortem*: n.2483. Canonizatio *S. Andreæ Corsini quomodò facta*: num. 892. & seq. *Quam solemniter*: nu.950. & seq. Canonizationis *ejus formula*: nu. 953. Canonizatio *S. M. Magd. de Pazzis qualiter inchoata, & peracta*: n.1710. & seq. latissimè usquead n.1789. *inclus. Canonizatio S. Alberti*: n.2166. & seq. *Ex* Canonizationis *S. Teresiæ actis, auri instar probatis, ejusdem vita*: n.2318. & seq. & n.2338. ac seq. Beatificatio *B. Ioan. à Cruce*: nu. 2660. & seq. *B. Francis*: n.2851. Canonizatio, *seu* Beatificatio *solemnis B. Nonii instanter postulata ab Episcopis Portugaliæ*. num. 3801

Carmelitarum *in Carmelo olim vita ratio eadem, quæ inter Monachos veteres Palæstinæ, & Ægypti*: num.320. *Qualis ea fuerit*: nu.320. *Eliani strictè, & successione qui, declaratur*: n. 318. *Tales propriè loquendo Carmelitæ*: n.319. Abba *vocabatur Superior*: n.322. & 325. *Oratio, meditatio, Dei laudatio, silentium in Carmelo*: n. 322. *In Carmelo olim Sabbatis, congregabantur, posteà Dominicis*: n.322. & 1863. Carmelit. Ordinis *olim & modò differentia* n.325. & seq. Carmelitici Ord. *pars prima, & essentialis semper eadem*: n.328. Carmeli Ordo *sub triplici differentia, habens professores vitæ solitariæ, & cœnobiticæ*: n.329. *Et mansiones in eremis, ac in villis, & civitatibus*: n.330. *In lauris Palæstinæ & inter Monachos Ægypti partim anachoretica partim cœnobitica vita agebatur*: nu.332. *Ita quoque inter Filios Prophetarum*: n.332. *Et Essenos*: n.334. *Istorum igitur omnium fuit eadem vitæ ratio*: nu. 334. *Religiosorum veteris Legis & nova differentia, manente identitate substantiali*. nu.335. & seq.

Carmelitæ *qui veterum monachorum posint vocari*: nu. 357. & 319. *Cur veteres Scriptores non sic nuncupaverint*: n.357. *De* Carmelo, *& Elia Patres scribentes*: n.358. Carmeli Ordo *peculiariter addictus cultui Deiparæ, & S. Iosephi*: *item S. Annæ, ac Ioachimi*. n.1108

Carmelitani Ordinis *Patriarcha, & Institutor S. Elias Propheta*: n.2000. & seq. per plura. Carmelitani Ordinis *originem, & succes. à S. Elia, negans, quibus injuriam irroget*: n.3997. Carmelitanæ *Historiæ præcipua, in quo gradu certitudinis*: n.3998. *Plerasque auctoritate Pontificum sæp. recognita & approbata*: num. 3998. Carmelitana *Historia Ecclesiam exornat, & ejus dogmata confirmat*: n.3999. Carmelitarum *Patriarcha S. Elias Ecclesiæ pretiosa ornamenta contulit*: num. 3999. Carmeli Ordinem *sæpè protexit B. V. Maria*: n.699. & seq. n.1982. & seq. & nu.3975. & seq. *Eumdem B. V. Maria edidit, produxit, tamquam causa exemplaris & finalis*: *ideò verè dicitur, & est Ordinis fundatrix & Patrona*: nu.1985. *Multipliciter Ordini patrocinata fuit*: n.1986. & seq. Carmeli Religio *quanto gratitudinis vinculo obstringatur Patronæ suæ*: nu.1991. *Reciprocus erga eam Ordinis devotio*: ibid. & seq. Carmeli Ordo *institutus anno mundi* 3127. *ante Christum* 926. num.2029. & seq. *Providentia Dei singularis ergà* Carmeli Ordinem: nu.2706. & seq. Carmeliticæ perfectionis *capita tria*: nu.1625. Carmeliticæ perfectionis *exemplaria in* Carmelo: n.3418. *Exercitia erant*, orare, in lege Dei meditari, in silentii custodia: ibid. *pietate & virtutibus insignes in* Carmelo, *& Terra S.* nu. 3419. Carmelitici Ordinis *pars primaria*, coram Deo ambulare: n.3971 *Altera secundaria* procurare salutem animarum: n. 3971. *Laici* Carmelitæ *zelo salutis animarum conspicui*: n.3971. *Monialis* Ord. Carm. *zelo salutis animarum æstuantes*: n.3971. *Præcipuè S. Teresia*: ibid. *Et S. Maria Magdalena de Pazzis*: ibid. Ordinis Carmelit. *Superiores tenentur invigilare ut studia vigeant*: n.3971. Carmelitici *instituti pars utraque quomodò amicabili nexu sociari debeant*: num. 3973. Carmeli Ordo *quâ ratione possit esse florentissimus*. n.3973.

Carmeli Ordo *in magna temporum varietate processit*: *subindè in tranquillitate pacis*: *deindè per annos* 460. *gravissimè afflictus*: n.1161. *Persecutio gravis*: n.1507 *commotioni alteri adversùs Ordinem* Carm. *remedium adfert S. Simonis vigilantia*: n 1507. Carmeli Ordo primævus, *in Anglia, Hibernia, Scotia, Gallia, &c. stragem in temporalibus maximam, nec non regulari disciplinâ, ac studiorum, passus seculo XVI.* n.3822. & seq. *ac sub idem tempus in Cypro, Saxonia, Dacia, Norwegia, Bohemia, Hungaria, & tota Germania*: n.3899. & seq. *& etiam in Polonia*: n.3914. *similiter in Belgio*: nu. 3933. *Reformatio, & instauratio in spiritualibus ac temporalibus inchoata fuit, & stabilita in* Turoniæ *Provincia*: n.3511. & n. 3814. *indè derivata ad alias Galliæ Provincias*: n. 3513. & 3824. *postmodum propagata ad Belgium*: nu. 3545. & seq. (ubi plura notatu digna) *aliquantò post etiam plantata in Germania*: num.3902. *ac nunc etiam in Polonia* nu. 3555. *Media quibus in Provinciis istis instaurata omnia*: nu. 3551. *Fructus uberrimi indè promanantes, de quibus testimonia publica solemnia*: num. 3553. & seq. & præsertim: n.3555. *Reformationis suavis fructus si Provincia alia in Italia & Hispania delibassent, avidè iisdem inhiarent*. n.3555

Carmeliticus habitus superior (pallium, *nunc* cappa *dicitur*) *olim, sicut nunc, albi coloris*: nu. 2071. & seq. *Cur, & quamdiu, usus pallii barrati*: ibid. & n. 2072. & seq. *Hallucinationes quorumdam detectæ, circa hoc & repulsæ*. nu. 2077. & seq.

Carmelitana Historia *primaria, de origine Ordinis à S. Eliâ in culmine certitudinis stabilita in auctoritate SS. Scripturarum*: n. 2003. & seq. *Summorum Pontificum*: n.2007. & seq. *Patrum*: nu.2009. *& Doctorum*, &c. nu. 2010. Carmelitanæ *Historiæ primariæ aliæ tam certæ, & inconcussæ veritatis, sicut aliæ primariæ, etiam recentiores, V.G. primaria in Societate Iesu*. n.3996. & 3997. & 3998

Carmelitarum Discalceatorum *primordia, per S. Teresiam, & B. Ioannem à Cruce*: num. 2667. & 2672. Carmelitarum Discalceatorum Carmelus *novo-antiquus multifariam Christi bonus odor*: n.3618. *in eo utriusque sexûs multitudo copiosa, S. M. Teresiæ virtutes, & sanctitatem æmulantes*: ibid. *Sanctimoniæ famâ illustres plures*: num.3618. & seq. & 3656. & seq. Carmelitæ Discalceati *vere, strictoque jure filii, seu successores S. Proph. Eliæ*: n.3620. *Doctrinâ, & libris in publicam utilitatem editis, frugiferi*: n.3960. & seq. *Archiep. & Episcopi assumpti, consecrati, aut recusantes*: n.3969. *S. M. Teresiæ fundatricis vita & virtut. her.* n.2318. *B. Ioannis à Cruce, Patris*: n. 2658.

Carmelus *locus, in quo* S. Elias *Ordinem suum instituit*: n. 2032. & seq. *Scripturæ sacræ testantur*, Carmelum *à viris solitariis cultum, diu post* S. Eliæ *raptum*: n.2034. Carmeli *montes duo*: Carmelus Eliæ *valdè amplus*: n. 2036. & seq.

Digitized by Google

S. Carolus Borromæus, *olim Protector Ordinis Carmelit.* n.2594. *Peste Laborantium patrocinator, in vita, & postea:* ibid. & in seq. *Vt talis colitur in Ecclesiis primariis Ordinis Carmelit. in Belgio:* n. 2595. *Grassante peste primores Belgii ejus Confraternitati inscripti:* n.2596. *Subitò cessat pestis:* ibid. & in seq. *In S.* Carolo *maximè enituit pastoralis solicitudo, tempore pestis:* n.2599. *Virtutes ejus heroica aliæ:* n.2600.& sequent. *Confessionis, & Communionis usus frequens in eo: imo quotidianam optabat communionem.* num. 2602. & seq.

Catharina de Cardona, *heroicæ austeritatis exemplar, Tertiaria Ordinis Carmelit:* n.3676. *Vita ejus epitome ex S.Teresia, quæ, ejus exemplo, se, & suas, ad fervorem excitat.* n.3676.& 3677

Catharina à Christo, *socia S.Teresiæ, sanctè, ut vixit, obiit:* n.3678. *corpus ejus incorruptum, translatum venerabile habetur.* ibid.

Catholici Regis *titulus Regi Hispan. confirmatus à Sum. Pontif. cur?* n.3425

S. Chariton *in Palæstina propagator Monachorum:* nu. 2957. *Supplicia acerba pro fide pertulit: Monachis, in solitudine post persecutiones restantibus, subvenit:* ibid. *Lauram sacram ædificat; qualis ibi vita ratio:* nu. 2958. *Lauram aliam construit circà Hiericho: Lauram tertiam ædificat.* ibid.

Christus *putatus* Elias: num.23. Christus *Religiosam Monasticam vitam exercuit, & perfecit:* n.347. *Vitam egit absconsam:* nu. 347. *Qualis ejus conversatio in deserto:* n.347. *Tota ejus vita exemplar paupertatis, castitatis, & obedientiæ:* n.348. *Castitatis autem exemplum singulare præbuit Monachis & Clericis:* nu. 348. *Mulierum familiaritatem vitando:* n.348. *Vixit in communi cum Apostolis:* n.348. Christum *in exercitatione monastica præcesserunt S. Ioan. Bapt. & Elias velut stella matutina:* n.349. Christus *docuit, quòd magis opere, quàm præceptis, intendendum virtutibus:* n.851. *Ipse hac in re seipsum exhibuit absolutissimum exemplar.* n.851

S. Chrysostomus *Monasticam vitam egit in eremo Syriæ:* n.509. *Eliana monasticès æmulator:* nu. 510. *à juventute monachus, addictissimus mortificationi, & lectioni S.Scripturæ, orationi, humilitati:* n.512. *Monita ejus utilissima ad Religiosos:* n.513. *Maximè eos hortabatur, imitari SS.Elia, & Elisæi vitam:* nu.514. *Tractatus plures de S Elia scripsit.* n.514

Colloquium S.Dominici, S.Francisci, & S. Angeli, *anno Christi* 1219. n.1302. vid. n.1232

Coloniæ *S.Dorotheæ confraternitatem restaurat B. Ioan. Soreth:* n.2121. Colonienſis *Vniversitatis fundatores (unà cum aliis) Ioannes Brammaert, & Simon de Spira:* n.3408. Coloniæ *Carmelitæ plures Suffraganei* n.3920. *Multi Professores publici, & Decani Facultatis Theolog.* n.3895

COMMEMORATIONIS SOLEMNIS B. VIRG. MARIÆ DE MONTE CARMELI, *festum antiquum, & venerabile, ob quas causas institutum:* n.1969. & n.3974 ac seq. *Historia, & causa solemnitatis hujus:* n.1972. *Vlterior explicatio historiæ illius:* num. 1979. & seq. *Institutum est in memoriam beneficiorum Ordini Carmelit. præstitorum:* n.3974. *Quatuor præcipua sunt:* 1. *Ordinis ab æmulis defensio, & confirmatio:* n.3975 2. *Confirmatio Apostolica tituli:* Fratrum B. V. Mariæ: n.3976. 3. *Sacrum Scapulare signum salutis:* n. 3977. 4. *Ordinis ampla confirmatio, ac exemptio: & animarum in purgatorio adjutorium:* n. 3978. *Beneficia alia multiplicia à B.V. Maria Ordini Carmelit. præstita:* nu. 3979. Commemorationis solemnis *officium auctoritate Apostol. Sedis sæpè approbatum:* n. 3980. *Beneficia Ordini Carmel. à B.V.M. præstita redundant in totam ecclesiam:* n.3983. Commemorationis solemnis *festum, decretum celebrari in omnibus regnis & provinciis Regis Hispaniæ:* n.3983. *Et in omnibus regnis ac provinciis hæreditariis Imperatoris:* n. 3984. *Congruentia celebrandi festum* Commem. Solem. *in Ecclesia, etiam extra Carmeli Ordinem:* nu.3985. & seq. *Contenta in lectionibus 2. Noct. festi* Commem. solem. *fundata in auctoritate Pontif. ac illustrium. Script.* nu.3996. *atque etiam Scripturarum SS.* ibidem

Conceptionis immaculatæ Deiparæ *mysterium novit S.Elias in typo Nubeculæ:* nu.219. *Hinc ad ejusdem honorem inchoavit Ordinem suum:* n. 219. Conceptionis B. V. Mariæ *festum olim in Carmeli Ordine primarium, & solemnissimum:* n.2633. *Præsertim in Romana Curia, convenientibus ad hoc Eminent. DD. Cardinalibus:* num.2634. *Pro ejus solemnitate totus Ordo taxas conferebat:* ibid. *Pro* Conceptione immaculata *argumentum pulcherrimum, Nubecula dulcis, & levis ex amaro mari à S. Elia Propheta visa:* num. 2635. & seq. *De* Conceptione immaculata *traditio in Ordine Carm. à bis mille sexcentis annis & ultra:* n.2637. *Gratulatio Ordini Carmelitano de tam nobili antiquo testimonio:* n. 2637. *Carmelitani Scriptores, strenui assertores, & propugnatores* Conceptionis immaculatæ: nu.2638. *Ex Mantuano & Bostio melliflua quædam de* Immaculata Conceptione: n. 2639.

Concilia 4. *habenda ut Euangelia.* n.540

Conradus ab Arnberich, *filius Comitis, docet variis locis: suffraganeus, & Vicarius Generalis Archiepiscopi Colonienſis: Episcopus Venecomponenſis: Ecclesiam S. Lupi Coloniæ consecravit: ejus erga Deiparam pietas singularis: obitus, epitaphium.* n.3191

Constantinopolitan. Imperator. *professionem fidei Romanæ facit in manibus S.Petri Thomæ:* num. 655. *Littera ejus ad Pontificem.* n.654. & seq.

Corsina familia *viros protulit valdè illustres:* nu.854. & 857.

Cyrilli *sancti plures: ex illis unus Patriarcha Alexandrinus* num.516. *Hunc encomiis magnis efferunt Patres Concilii Ephesini:* n.517. *& Patres Concilii Constantin.* n.518. *& Patres Concilii Chalced.* n. 583. *Nec non Menologium & Menæa Græcorum:* n.518. *Encomia aliorum:* n.522. & seq. & 541. & 583. S.Cyrillus *monachus in Carmelo:* num. 524. 525. 526. & seq. S. Cyrilli *acumen ingenii, eruditio, scripta plurima:* n.534. *Vita Chronotaxis:* n. 525. *Cultus apud Græcos & Latinos:* n.536. S. Cyrilli *patria, studia, in Carmelo Monachatus:* n. 537. & 544. S. Cyrilli *vita digesta, ex Conciliis, scriptis ejus, & historicis:* n.542. *Quanta auctoritatis:* nu. 542. & seq. *Ergà eum Socrates haud æquus scriptor:* nu.545. *Dæmones suis sedibus fugat Reliquiis Sanctorum:* nu.545. *Iudæos tumultuantes expellit Alexandriæ & cur:* nu.538. & 546. S.Cyrillus *offensus D. Ioan. Chrysostomo, cælesti visu errorem suum agnoscit, & S.Chrysostomum sacro albo adscribit:* n.547. *Nestorio perversa dogmata seminanti se opponit:* num.549. S.Cyrilli *modestia ac prudentia in reprehensione & fortitudo:* num.540. & 550. & seq. S. Cyrilli *& Nestorii quàm diversa procedendi ratio:* nu.551. S. Cyrillus *nil proficiens monet* Cæle-

Digitized by Google

Cælestinum Papam: nu. 552. *Qui Romæ Concilium congregat: Nestorium monet: execranda dogmata ejus refellit*: n. 552. *Scribit* S. Cyrillo: *illi suas vices committit*: n. 552. Cyrillus *Alexandriæ Synodum convocat*: n. 553. *Legatos 4. mittit ad Nestorium: ipsum pro tertia vice monet ad resipiscentiam*: n. 553. *Nestorius obduratus, frementes in* S. Cyrillum: num. 555. *Ephesini Concilii Epistola ad Nestorium*: nu. 557. *& anathematismi falsorum dogmatum*: ibid. *Ephesino concilio præsidet* S. Cyrillus: n. 559. *Episcopi 4. missi ad Nestorium: S. Evangelium in medio Concilii positum*: ibid. *Nestorii responsio fastuosa, irrito peremptorie citatur*: nu. 560. *Sententia adversus eum lata*: 561. *Lætitia, & triumphus Ephesi*: nu. 562. *Episcopi celsis vocibus canunt*: S. MARIA THEOTOCOS. ibid. *Tempestas gravissima adversus* S. Cyrillum, *excitata per Nestorium, & ei adhærentes*: num. 565. & seq. *Dolosè carceri mancipatur*: n. 568. *invictus ejus animus inter fluctus tribulationum*: ibid. *artissimè conclusus affligitur: & etiam alii Patres & Concilii*: num. 569. *Nestorianorum fraudulentia detegitur*: n. 571. S. Cyrillus *è carcere, & Patres Concilii a vexis liberantur*: ibid. *Nestorii miserabilis exitus: ejus libri igni adjudicati*: ibid. *exindè cultus B. Virg. Mariæ toto Orbe amplificatus*: n. 572. S. Cyrillus *hæreses expugnat: execrandam Nestorii impietatem prosternit*: num. 574. *illi gratulatorias scribit Cælestinus Rom. Pont.* ibid. S. Cyrillus *reliquias Nestor. hæresis extirpat*: n. 575. *Metamorphosis mirabilis, infensissimi hostes S. Cyrilli ipsi reconciliantur*: nu. 576. *Sicque inter illos, & S. Cyrillum, & cæteros Episcopos firmata unitas fidei, & pacis, cum magna totius Ecclesiæ lætitia*: ibid. *Et ista contigerunt prudentia, ac longanimitate S. Cyrilli, de Nestorio victoriosissimè triumphantis*: n. 577. *In S. Cyrillo summè admirabili nexu fuêre mansuetudo incomparabilis, & animi constantia firmissima*: num. 578. *Sixti Romani Pontificis epistola gratulatoria ad S. Cyrillum*: n. 579. *Nestorianorum novas turbas comprimit*: n. 579. *Zizania falsitatis, & dissentionis suffocat*: num. 580. *Idololatriam invalescentem coërcet & extirpat*: num. 580. *libros quoque elucubravit, & scripta, pro institutione Episcoporum, Imperatoris, & Reginarum, ac Monach. & plebis*: nu. 581. & 582. *Sanctus ejus obitus*: nu. 583. *Chalcedonensis Concilii testimonium de illo*: ibid. *Gesta ejus synceriissimè digesta in actis Concilii Ephes.* ibid.

S. Cyrillus III. *Prior Generalis*: num. 1038. *Eum Deus variis revelationibus honoravit*: num. 1038. & 1051. & seq. 1053. *Officium proprium de eo compositum anno* 1383. n. 1039. *Martyrologiis variis, & fastis adscriptus*: nu. 1040. *A variis illustribus Scriptoribus singulariter celebratus*: n. 1042. & seq. S. Cyrilli *patria: doctrina*: n. 1046. & 1067. *natione Græcus*: ibid. & nu. 1042. & seq. *Soldanum Iconii in Christianâ fide instruit*: nu. 1047. *Legatione fungitur Imperatoris, ad Alexandrum III. Summum Pontificem*: n. 1048. *Dissensio inter* S. Cyrillum, *& Patriarcham Constantinopolit.* n. 1049. *Maria Virgo apparet* S. Cyrillo: *monet, ut adeat Carmelum*: n. 1051. & 1052. & 1067. *Apparitio S. Basilii Magni, eum Dei jussa mittentis in Armeniam*: n. 1053. *Regnum istud ad fidem convertit*: num. 1054. *Indè Legati mittuntur Romam ad Pontificem*: n. 1054. S. Cyrilli *vita qualis in Carmelo*: nu. 1056. Angeli apparitio, tempore Missæ: num. 1056. *Ab eo* S. Cyrillus *accipit binas tabulas argenteas, continentes scriptum de futuro statu Ecclesiæ*: n. 1057. & nu. 1067. *Id contigit anno Chr.* 1192. n. 1068. *Ejus exemplar mittitur ad Abbatem Ioachim: Responsa Ioachimi*: n. 1058. & 1059. & 1075. & seq. *Cæcus illuminatus: idemque mortuus, resuscitatus meritis* S. Cyrilli: n. 1061. *Oblatum Patriarchatum Hierosolymit. humiliter recusat*: nu. 1062. *Generalis eligitur*: num. 1063. *Revelatio, de Carmeli Ordine e Terra sancta eradicando, & in Europa multiplicando*: n. 1063. *Ejus obitus: ad ejus sepulchrum mortuus revivisit*: nu. 1064. & 1066. *De Oraculo Angelico testimonia*: n. 1069. 1070. 1071. & seq. *Oraculum Angelicum ubi extet*: num. 1074. *Explicatio ejus*: n. 1078. & seq. S. Cyrilli *Epistola ad Ioachim Abbatem*: nu. 1075. *Ioachimi epistola ad* S. Cyrillum: num. 1077. S. Cyrilli, *& sequentium Generalium successio*: n. 1188. S. Cyrillus, *Græcus, Prior Generalis III. sanctitate, doctrinâ, & scriptis conspicuus*: n. 2909. *scripsit* Oraculum Angelicum: *& librum* de processu sui Ordinis: ibidem. *Sepultus est in Carmelo*. ibid.

D

S. Daniel Propheta, *eunuchus non corpore, sed spiritu: virgo sacer, apparet in habitu Eliano, seu Carmelitano*: nu. 2869. *Pastori S. Elie, tempore Danielis Prophetæ*. n. 2870

Deliderius Placa, *fundator Provinciæ Montis-sancti, doctrinæ præstantia insignis: Vicarius Gen. Diœcesi. Catan. strictioris vitæ exemplo venerandus, Episcopus Agrigentinus electus, reluctans, ante consecrationem obiit: gratissimus fuit Prælatis & Proceribus*: num. 3372. & 3378.

De rebus humanis, *magis elucescit Dei potentia*. n. 1367

Didacus de Mathia, *Regulæ observantissimus, idèo moriens recta cælum petit*. n. 3441

S. Dionysius Papa *inter præcipuos Pontifices*: nu. 400. *Vitæ ejus epitome*: nu. 401. *Ex Monacho Instituti Eliani Sum. Pontifex*. nu. 403. & seq. & num. 418. *Quanto tempore Ecclesiæ præfuerit*: nu. 404. *Monachatus ejus confirmatur auctoritate Baronii: & aliorum*: n. 405. & seq. *Monachus fuit Institut. Carmelit*: n. 412. S. Dionysius *universis Provinciis Diœceses distribuit*: num. 413. & 429. & seq. *Alia ejus gesta*: n. 414. *Mariis cultus aliquando ei tributus*: nu. 415. *Colitur ut Confessor in Ord. Carm. die 19. Ianuarii*: num. 415. S. Dionysius *scientiæ pietatem conjungit*: n. 417. *Pontifex gaviente gravissimâ persecutione*: num. 419. *In qua boni Pastoris partes egit: Multos ad martyrium confortat*: num. 420. *Disjecta instaurat*: nu. 422. S. Dionysius Papa *Sabellii damnat hæresim*: n. 426. *Et inter eam ac Arrianam, Mediam & tutam sternit vitam*: n. 420. *Pauli Samosateni nefarias doctrinas profligat*: nu. 427. *Ejus sententiam ratam decrevit Aurelianus Imperator*: nu. 428. *Dionys. in Galliam, & Belgium viros Apost. destinavit*: nu. 432. 414. & 432. *Id confirmatur ex vetustis Ecclesiarum monumentis*: n. 433. & seq.

Doctrina notabilis *de damnandis rediviviis, qua ratione salvati*. n. 1281

S. Dominicus *Patriarcha Ord. Prædicatorum, in sua cella monasterii S. Sabinæ hospitio excepit S. Franciscum, & S. Angelum*: n. 1232. & 1302. SS. Dominici, Francisci, *& Angeli colloquium prophet.* num. 1232. & 1302.

Digitized by Google

Dominico à S. Alberto *acris correptio fuit mutatio dexteræ Excelsi*: n. 3522. *Virtutes aliquot ejus præcipuæ*: n. 3523. *in ultima infirmitate, loco ptisanæ, potionem amarissimam oblatam sumit, & ebibit*: ibid. *elogia quædam ejus.* ibid.

Dominici à Jesu Maria *patria, & parentes*: n. 3466. *nascitur 16. Maji, quâ obiit S. Simon Anglicus*: ibid. Dominici *pietas in pueritia*: *anno ætatis septimo in Carmelitano Cœnobio constituitur*: ibid. *per Mariam ad Christum recurrit*: ibid. *Carmeli Ordinem ingredi monetur à Christo*: num. 3467. *Anno 12. ætatis vestitur*: ibid. *à Magistro insigniter exercetur*: ibid. *post quatuor annos integros probationis profitetur*: ibid. *Paupertatis religiosæ perfecta summa commendatio*: *talis, & virtutes aliæ in* Dominico: num. 3468. *Deus ejus magna merita manifestat V. P. Nicolao Factori, & toti civitati Valentiæ*: n. 3469. *Cum S. Ludovico Bertrando, & Nicolao Factore sancta illi familiaritas*: num. 3470. *Invisitur à Rege Hisp. & à Isabel. Clara Eug.* ibid. *Ex invidia S. Inquisitioni denuntiatur*: *stupenda opera ejus innocentiam prædicant*: ibid. *Dominicus plausum vitare cupiens, cogitat de transitu ad S. Teresiæ instituta*: n. 3471. *consulit Christum*: *jubetur postulare licentiam*: ibid. *Vitæ ejus scriptores duo Episcopi*: num. 3621. *fama publica de sanctitate ejus testes sunt literæ duorum Imperatorum*: ibid. *Pragensis victoria celeberrima ejus meritis attributa*: ibid. *De SS. Eucharistiæ Sacramento casus summam Dominici devotionem testificans*: nu. 3623. *in Mahumetana secta professione obduratos sex, mirâ ratione convertit ad fidem*: ibid. *Mira per eum gesta in Hispania*: num. 3624. & seq. *iter in Italiam*: *Generalis eligitur*: *visitans monasteria, varios à dæmone, & infirmitatibus liberat*: num. 3626. *proficiscitur in Germaniam*: num. 3627. *Consulit conflictum cum intruso Bohemiæ Rege, ac hæreticis*: *Imaginem B. V. Mariæ ab hæreticis ignominiosè tractatam invenit, exaltat*: ibid. *eâ mediante victoriam obtinet*: ibid. *Infirmus ab Imperatore, & Augustâ invisitur*: *piissimè moritur anno Chr.* 1630. n. 3629.

S. Domnæ *martyrium*: *ejus tempore (circà an. Christi 300) multa monasteria Instituti Esseuorum*: nu. 2984. *constituitur in monasterio, loco sibi desideratissimo*: *colitur 26. Decembris.* nu. 2981

Dordanus, *Magister Ven. P. Dominici à Iesu Maria, pietate & eruditione præclarus, multos sanctissimè instituit.* n. 3465

S. Dositheus, *circà Carmelum, aut in ditione Gazensi, Ordinis Carmelit. alumnus*: nu. 2907. *Vitæ ejus compendium*: n. 2908. *Tempore quinquennii per exercitia præsentiæ Dei, exacta obedientia, & sui abnegatione ad culmen perfectionis pervenit.* ibid.

E.

Ecclesia *passim* Petri Navis *appellatur*: num. 905. Maris, *in qua fluctuat*, Stella Maria: num. 906. Ecclesiæ Catholicæ nota, *sanctitas semper vigens*: n. 1546. Ecclesiæ *defensores SS. Elias, & Eliseus, S. Teles. S. Dionysius, & alii.* nu. 3404

S. Elias *quasi* Phœnix seculorum: num. 6. *Admirabilis in ortu, vita & transitu*: ibid. Elias *idem quod* Dominus Deus: n. 7. *primus cœlestem quasi conversationem duxit in terris*: nu. 7. Elias *quasi* Sol, nu. 8. *Surrexit quasi ignis*: nu. 8. *Velut Sol lucem & lætitiam attulit*: nu. 8. & seq. Elias *omnibus in exemplum propositus*: n. 10. Eliæ *exercitium continuum Dei præsentia*: nu. 19. Elias *naturæ & gratiæ miraculum*: nu. 61. *Ejus Patria Thesbu, indè dictus* Thesbites: n. 64. *De tribu Sacerdot. seu Levit.* nu. 32. & 38. & nu. 46. & 65. & 79. Elias *pusio visus pasci & circumdari igne*: nu. 32. & 53. & 46. & 67. & 79. *Quid visio illa denotarit*: n. 67. & 82. *An tunc in utero sanctificatus*: n. 69. *Adolescentia ejus qualis*: n. 72. & seq. *Quo ætatis mundi anno apparuerit Achabo*: num. 74. *Cur missus ad Achab*: num. 75. & 79. *Ab adolescentia animum quasi flammeum habuit*: n. 79. *Pascitur à corvis*: nu. 79. Elias *vir Sacro-sanctus*: num. 82. *Cur visus vesci flamma ignis*: n. 82. Eliæ *vestes*: Vivit Deus in cujus conspectu sto: n. 19. & 82. *Annis tribus & mens. 6. continuo cœlum pluerat*: *Quam ob causam*: num. 83. *Primus ab origine mundi mortuum suscitavit*: n. 84. *In monte Carmeli magno zelo instruit populum de vero Deo*: nu. 86. *Zelo magno incitatus curat occidi omnes Prophetas Baal deceptores*: num. 87. *quare*: n. 93. *In Carmelo orans pluviam impetrat* n. 88. *Humillima ejus oratio in Carmelo*: n. 94. *fugit in desertum*: *ab Angelo cibatur & confortatur*: n. 95. *Cur fugerit à Iezabele*: num. 98. & seq. Eliæ *pallio Eliseus Iordanem dividit*: n. 118. *Compendium singularissimorum privilegiorum Eliæ*: num. 118. & seq. *Elia spiritus duplex in Eliseo.* n. 122. & 1847

S. Eliæ *triumphalis raptus*: n. 117. & 134. *Eleganter à Chrysostomo descriptus*: num. 134. *Notabile de curru igneo*: n. 135. *De equis igneis & auriga*: num. 136. *Quomodò aërem transeant*: nu. 137. *Dæmones occurrentes solo* Eliæ *aspectu fugatis* nu. 138. *Angeli vectores currûs igneis*: n. 139. Elias *cui pallium suum demiserit*: *Per illud Eliseus duplicem recepit spiritum*: num. 140. Elias *ascendit in cœlum aëreum*: *non empyreum*: nu. 142. *Adhuc vivit*: nu. 143. *Ipsi adfuit Christus 40. diebus post resurrectionem*: num. 143. *Locus in quo degit est Paradisus terrestris*: nu. 144. & seq. *Felicissimam agit vitam cum Henoch*: n. 147. & seq. *An Dei visione fruatur*: n. 148. *An adhuc mereatur*: nu. 150. *Rationes probantes quod sic*: num. 151. & seq. *Quos actus exerceat*: n. 154. S. Elias *à Deo canonizatus*: n. 159. *Ideo ei debetur cultus Sanctorum*: n. 160. Eliæ *soli in veteri Lege dicatum templum*: n. 160. *Quomodò orationes nostras cognoscat, & qua hic agantur*: n. 161 & seq. & num. 162. Elias *post raptum litteras ex Paradiso misit*: n. 162. *Apparuit cum Christo in monte Thabor*: nu. 163. & 2161. *In Christi ascensione testis adfuit*: nu. 165. *S. Eliæ apparitiones variæ*: n. 167. & seq. *Ejus meritis pestis mirabiliter profligatur*: n. 169. *Apparitio* S. Eliæ *in nube*: nu. 170. *S. Eliam rediturum in mundum constat irrefragabili testimonio Christi*: nu. 179. *& aliarum Scripturarum auctoritate*: n. 177. & seq. *Quomodò convertet cor patrum ad filios*: nu. 181. *Notabilia S. Augustini verba circa antedicta*: n. 181. *Atque aliorum Patrum*: n. 183. *Reditus Eliæ graphicè describitur in Apocalypsi*: *c.* XI. n. 184. & seq. *Ista de Elia dicta tradunt omnes Patres*: num. 185. *Socius ejus erit Henoch*: num. 185. *Cur venturi sint*: n. 186. *Cur vocentur duæ olivæ*: num. 187. *Et duo candelabra*: nu. 188. *Quid denotent illæ ignis exiet de ore eorum*: nu. 189. *SS. Elias & Henoch prædicabunt contra Antichristum*: num. 189. S. Elias *magnam habebit potestatem ad facienda miracula & prodigia*: num. 190. *Atque etiam potestatem spiritualem extraordinariam*: nu. 191. *Verus Christi Apostolus erit:*

Digitized by Google

erit: n.192. S. Eliæ Martyrium *acerbissimum*: nu. 196. *In loco, ubi Christus crucifixus*: nu. 196. *Insepultus jacebit triduo*: nu. 197. *Tum gloriosus resurget, & visibiliter in cœlum ascendet*: nu. 198. S. Eliæ *martyrium quàm gloriosum*: nu. 199. Elias *in rebus maximis Christi typus perfectissimus*: nu. 200. & seq. S. Elias *assimilatus Virgini Deiparæ, in duodecim privilegiis*: num. 220. & seq. Elias *exemplar Religiosorum omnium*: num. 222. *Primus paupertatem, castitatem & obedientiam exercuit & docuit*: num. 223. Consequenter agitur de virtutibus ejus aliis. *Christum inter & Eliam comparationem accuratissimam instituit Salianus*: nu. 201. & seq. *Utriusque generatio & nativitas assimilatur*: nu. 202. *Utriusque vita absconsa*: n. 204. & seq. *Zelus*: num. 206. *Sic & in aliis multis*: n. 207. & seq. usque ad: n. 217. *Similitudo & comparatio inter Christum & Eliam qualis.* nu. 218

S. Elias, *Pater, & Patriarcha Ordinis Carmelitarum*: n. 2000. *Dux, Fundator, & Institutor*: num. 2001. & seq. *in Scriptura sacra fundamentum primarium*: n. 2003. S. P. Eliæ, *& discipulorum, Monasticè idea perfectissima in Scripturis*: ibid. & n. 2004. & 2005 & seq. *Summi Pontifices tradunt Carmeli Ordinem inchoatum per SS. Eliam, & Eliseum, & ab illis hæreditariam successionem tenere*: n. 2007. & seq. *Patrum traditio ex Scripturis, de Monachatu, & Principatu* S. P. N. Eliæ: n. 2009. *Martyrologia varia & Scriptores de S. Elia* Patriarcha Carmelitanæ Religionis: n. 2010. *Cantabrigiensis Vniversitatis de successione Ord. Carmelit. à* S. Elia: *& S. Inquisitionis Hispan. de Monachatu, & votis in Lege veteri, decreta*: num. 2012. *Traditio generalis de Patriarchatu in Ord. Carmelit.* S. P. Eliæ, *apud Summ. Pontifices, & apud alios valdè recepta*: nu. 2013 *Apud Scriptores ferè omnium nationum*: nu. 2014. & seq. S. P. Eliæ *apparitiones in habitu Carmelitano*: nu. 167. & 2020. *Monachus perfectissimus, antonomasticè* S. Elias: n. 2021. *Nil perfectionis in Monachis aliis, quod non in* S. Elia: n. 2022. *Patriarchatûs, & fundationis ratio aquè competit* S. Eliæ, *quam cæteris Ordinum fundatoribus.* n. 2024

S. Elias *cultu Sanctorum honoratus in Lege veteri, & nova*: n. 2049. *Græci festum* S. Eliæ *solemne habent abstinentes ab operibus servilibus*: n. 2049. *Imperatores olim magnâ veneratione illud solemnizabant*: n. 2050. & seq. *Quo jure solemniter colatur in Carmeli Ordine*: n. 2054. & seq. S. P. Elias *stricto gladio contrà Saracenos apparet: ideò templum, & monasterium ei dicata*: nu. 2058. *Ecclesia ei dedicata pro pluvia impetranda, in Apulia, & alibi*: n. 2059. *Monasteria, & templa* S. Eliæ *in variis regionibus*: n. 2060. & seq. S. Elias *in Transfiguratione oravit pro Ordine suo*: n. 3037. n. 699. & 701. & 2161. & 3036.

S. Eliseus *expressa imago, & velut autographum* S. Eliæ: nu. 1832. S. Eliseus *Religiosus & Monachus fuit*: n. 1832. *Parens Religiosorum*: n. 1898. *Ejus festum solemne in toto Carmeli Ordine*: num. 1834. S. Eliseï *exercitiû, continua Dei præsentia*: n. 1836. & 1840. *Ejus elogia ex S. Scriptura & Patribus*: n. 1837. & seq. Eliseus *idem quod* Salus Domini: n. 1843. *Prodigium in ortu S. Eliseï*: n. 1843. S. Eliseï *vocatio, & sequela ad statum Religiosum, exemplar perfectissimum omnibus Religiosis*: n. 1844. *Petit, & obtinet duplicem Eliæ spiritum*: num. 1846. *Quis sit ille spiritus duplex*: n. 1847. S. Eliseus *pallio* Eliæ *percutit, & dividit Iordanem*: n. 1848. *Loco* Eliæ *sit Superior Filiorum Prophetarum*: n. 1849. *Aquas malas salubres reddit, injecto sale*: nu. 1850. *Eam cæremoniam imitatur Ecclesia*: n. 1850. *Maledixit pueris, qui ab ursis devorantur: quod Dei zelo factum*: n. 1852. *Reges tres ad bellum sequitur* Eliseus: n. 1856. *Exercitui siti laboranti mirabiliter provident de aquâ*: n. 1858. *Viduæ egenæ succurrit, oleo multiplicato*: n. 1859. S. Eliseus *insigni miraculo suis succurrit*: nu. 1867. *Panes miraculosè multiplicat*: nu. 1869. *Paupertas voluntaria S. Eliseï, & Filiorum Prophetarum: & castitas, vita communis &c. atque ita Monachi*: nu. 1870. *Naaman leprosus tendit ad* Eliseum, *mundatur*: n. 1871. 1872. 1873. *Ejus munera recusat* Eliseus: n. 1874. Eliseus *Regi Israël indicat Syrorum insidias*: nu. 1882. *Mons plenus equorum, & curruum igneorum protegentium* Eliseum: n. 1883. *Samaria arctissimè obsessa, gravissimâ fame premitur*: n. 1884. Eliseus *prædicit postridiè futuram abundantiam annonæ insrabilem: quæ evenit*: num. 1885. Eliseus *dictus* Salvator Israëlis: n. 1890. *Moribundus invisitur à Rege, flente*: num. 1891. *Eliseï prophetica prædictio*: num. 1892. *obitus*: n. 1893. 1894. *Sepultus in Mausolæo in Samaria*: n. 1894. *Ibi etiam conditi Abdias, & Ioannes Baptista*: nu. 1895. *Tactu corporis* S. Eliseï *mortuus resuscitatur*: n. 1897. *Ejus epitaphium perelegans*: n. 1898. S. Eliseï *paupertas ex sacris litteris declarata*: n. 1900 & seq. *Castitas, & virtutes aliæ.* n. 1900. & seq.

SS. PP. Elias & Eliseus, *& discipuli eorum in Carmelo habitarunt*: nu. 3988. *Id irrefragabili Scripturarum auctoritate probatur*: nu. 3988. *Etiam circa Iordanem & in aliis eremis monasticè vixerunt*: n. 3989. *Monasticès perfectissima exemplaria*: num. 3989. *ac monachorum principes*: n. 3989. *Ita tradunt Patres*: num. 3989. *Et scriptores alii.* n. 3990

Enoch *Hierosolym. Scriptor Vitæ S. Angeli*: nu. 1235. & 1224. *testis oculat.* n. 1249. & 1316. & 1618.

Ephesinum Concilium, *Præside S. Cyrillo*: num. 557. & seq. *In eo gesta, & decreta contra Nestorium*: num. 557. & seq.

Episcoporum Sanctorum *seminarium, Monachismus*: n. 3148. *pro exemplari habentium SS. Eliam, & Eliseum* ibid. *Ita S. Chrysostomus*: num. 3148. *& alii plures*: nu. 3149. Episcopi, Archiep. *&c. ex Ord. Carmelit. assumpti*: n. 3151. & seq. Episcopi *Religiosi ad quid tenentur*: n. 3414. & seq. Episcopatus *onus Angelicis humeris formidandum, ideo recusavit S. Thom. Aquinas, & alii plures*: n. 3415. Episcopi *Religiosi felices qui.* n. 3415

Essenorum *existentia longè ante Christi Nativit.* num. 284. Esseni *Christianorum Monachorum exemplaria*: n. 285. Esseni *successores Eliseï in solitudine Ierich.* n. 286. *Ante Machabæos*: n. 286. Esseni *Iudæorum meliores, Eliæ & Eliseï discipuli*: nu. 286. *Ex Palæstina traducti in Ægyptum*: nu. 286. *Christi doctrinam libenter receperunt: antiquissimi & religiosissimi*: n. 286. *Continuati seculis aliquot post Christi ascensionem: exemplaria fuêre perfectionis religiosæ*: num. 287. *Et propagatores vitæ Monasticæ*: n. 288. *Florebant adhuc sæculo secundo*: nu. 288. *Instituta eorum continuata ad sæculum quartum & quintum*: n. 289. *Ecclesiæ & S. Hieronymi testimonium de libro Philonis, in quo de* Essenis: n. 290. *S. Epiphanii traditio de eodem Philonis libro*: n. 292. *Bollandus, & Henschenius de Essenis tempore S. Antonii*: n. 288. & 293. *S. Elia, & Eliseï discipuli &* Essenі, *eadem loca inhabita-*

habitarunt: in eisdem continuati & succedentes: n.295. *S. Charitem ibi tres lauras construxit:* numero 296. *Circa ea loca Monachi ante S. Charitonem:* num.296. *Atque ita ibidem à tempore S. Eliæ continuata successio:* n.297. *Indè concluditur, istos omnes unius ejusdemque Instituti fuisse:* nu.298. Essenorum *Institutum etiam habuit virgines mulieres:* nu. 337. *Quæ* Therapeutæ *dicebantur:* n.337. *In veteri Lege aliquæ castitatem servabant ad tempus:* n.337. *Filiorum Prophetarum, & Essenorum, posterorum SS. Eliæ, & Eliséi jugis, continuata successio succincta perspicuè declarata.* nu.298. & seq.

S. Eudocia *conversa à* B. Germano, *monasterii ingressa: martyr:* n.2909. *Instituti Eliani:* n.2910. & seq.

S. Eugenia *virgo, virili habitu inter monachos, Essenos; illis præficitur: falsò accusata: mirabiliter veritas patefecit:* num. 2976. & seq. *Martyrio coronatur:* ibid. *Conversatio ejus in monasterio:* num. 2978. *Communi suffragio eligitur Superior: perplexa, ad orationem recurrit: tùm invita præfecturam suscipit: ejus humilitas:* ibid. S. Eugenia *accensenda posterioritati S. Eliæ.* n.2979

Euphrasiæ *plures sanctitate conspicuæ:* n.1085. *Celebrior est Carmelitici instituti monialis:* n. 1086. *Sub ritu duplici colitur in Ordine Carmelit.* 13. *Martii:* n. 1087. S. Euphrasiæ *parentes Imperatoris consanguinei:* nu. 1088. Euphrasiæ *infantulæ curam suscipit Imperator: per arrhas despondetur:* num. 1089. Euphrasia *mater in Ægyptum cum filia discedit:* num. 1089. *Venit ad monasterium, in quo degebant* 130. *Moniales miræ austeritatis:* nu. 1090. *Habitu monastico induitur:* nu. 1091. *Repetitur à Sponso per Imperatorem: cui ipsa scribit:* num. 1093. *Eam diabolus tentationibus impetit: quas monetur patefacere Abbatissæ:* num.1094. & seq. & 1098. & 1101. *Ejus obedientia fortis, & cæca:* nu. 1096. *Virtutes heroicæ aliæ:* n. 1097. & seq. *Injuriis impetita, se humiliter prosternit:* n.1099. S. Euphrasia *visa à Dei Matre deduci ad thronum gloriæ coronandæ:* nu.1104. *Moritur:* num.1106. *Ejus precibus mox sequuntur Iulia socia, & Abbatissa:* n.1107. *Ad sepulchrum* S. Euphrasiæ, *miracula multa facta.* n.1107

S. Euphrosynæ *cultus antiquus in Ordine Carmelit.* n. 964. *Carmelitani Ordinis alumna fuit:* nu.965. S. Euphrosynæ *parentes steriles, orationibus instant, & obtinent:* num.966. *Piè educata, quærens placere Deo, ab eo sponsa eligitur:* num. 968. *Abjicit corporis ornatum: cilicium assumit:* num.970. *Virili habitu se indult, ut latère posit: ingreditur monasterium virorum,* se Smaragdum *nuncupans:* num 972. *Diabolus Monachos per ejus pulchritudinem tentat: cella includitur:* num.974. *Pater ejus valdè affligitur:* n. 975. *Ducitur ad* Euphrosynam *filiam suam: quam non agnoscit:* n.978. S. Euphrosyna *infirma, patrem ad se vocari curat: ei revelat, se ejus esse filiam:* n.979. S. Euphrosyna *moritur:* n.980. *Rei novitate consternati Religiosi, accurrunt:* num.981. S. Euphrosynæ *merita miraculo declarantur:* n.981. *Ejus pater* Paphnutius *in filia cella vivere petit, obtinet: sanctè moritur* n.982

S. Eusebius *primus in Occidente Clericalis, & monastica vita exercitia sociavit:* nu.2950. *Sectator Eliana vita.* ibid.

S. Euthymius *Eliani Instituti cultor:* nu. 438. *In locis ubi discipuli S. Eliæ habitarunt:* n.438. & seq. *Vita ejus compendium:* nu. 440. *Ratio vitæ Monasticæ eadem quæ Filiis Proph.* n.440

F

S. Febronia *multiplicibus virtutum monilibus ornata:* nu.2942. *In monasterio vixit ab anno ætatis secundo: mirabilis vitæ ejus austeritas:* ibid. *Glorioſus dirissimi martyrii ejus triumphus:* n.2943. *Templum ei dicatum: reliquiæ ejus in vase aureo ab Episcopis delatæ:* ibid. *Cultrix fuit veteris Essenorum instituti.* ibid.

Ferdinandi Regis Hispaniæ *nativitatem prophetico spiritu nuntiavit Carmelita Neapoli.* n.3425

Festum S. Eliæ *à multis seculis solemne in Ecclesia.* nu. 78. & n.2049. & seq.

Festa B. Virginis Mariæ *peculiari devotione solemnizantur in Ordine Carmeli:* num. 815. *Ideo Romani Pontifices Indulgentias multas pro illis concesserunt:* n. 816. *Conditiones requisitæ ad lucrandas Indulgentias præfatas:* nu.817. *Motivum Summi Pontificis largiendi Indulgentias Ordini Carmelitarum, in festis Deiparæ Virginis.* n.818

Fesulanæ urbis *antiquitas, & situs:* n. 870. *Quando, & quâ occasione diruta.* nu.870

Filii Prophetarum *discipuli SS. Proph. Eliæ, & Eliséi, veri nominis monachi:* nu.277. *eorum successio:* ibid. & in seq. & nu. 2985. ac seq. Filii Prophetarum *multi virgines, aliqui matrimonio juncti:* n. 336. *Et hi non erant absolutè Religiosi:* n.336. *Sed secundùm quid, veluti nunc Tertiarii:* nu. 336. Filii Prophetarum *Monachi ædificant casulas propè Iordanem: eorum magna paupertas:* nu.1880. & seq. *Vid. verbo* Essenі.

Florentia *variè florida, redimita sertis Sanctorum:* nu. 844. *Ex iis S. Andr. Corsinus, ex stirpe nobilissima:* n. 844. *Qui tamen quasi è cœlo originem duxit:* n.845. *Flos iste in amœnissimo Carmeli horto plantatus:* Imago Domina de populo, Florentiæ *in ede Carmelitana, antiquæ venerationis:* nu.842. Florentini Senatûs *decretum, de annua pietate erga S. Andream, in memoriam, & gratitudinem victoriæ:* nu.893. in fine. Florentini *gravi bello pressi, confugiunt ad patrocinium S. Andreæ Corsini: Is apparens, jubet cum hoste manus conserere:* Florentinis *cessit incruenta victoria:* num. 890. *Eugenio IV. Pontifice, ibi præsente,* Florentinis *congaudente:* nu. 891. *Corpore ejus exposito, tonitrui instar, populi innumeri voces insonabant:* S. Andrea ora pro nobis: num. 891. *Veneratio, & honores annui tunc decreti S. Andreæ:* num. 892. Florentinorum *instantia apud varios Pontifices, pro solemni canonizatione,* n. 893. & 959. & 960. & seq.

B. Franciſca Amboſia *ex Ducissa Britanniæ Monialis Ordinis Carmelit. Scriptorum elogia de illa:* n. 2561. & seq. B. Franciscæ *parentes:* n.2564. *Anno ætatis 4. postulata in sponsam filio Ducis Britanniæ:* ibid. *Calceos suos offert S. Francisco:* ibid. *Mirè devota SS. Eucharistiæ Sacramento:* num. 2565. *Sponsalia contrahit anno ætatis 7.* n. 2566. *Matrimonio jungitur: malè tractatur:* nu.2567. *Pietatis ejus insignia, & misericordiæ, ac patientiæ opera:* nu. 2567. & 2568. *Ducissa Britanniæ coronatur:* n.2569. *exemplar Principum:* ibid. *B. Vincentii Ferrerii canonizationem urget, quæ biennio post fit:* num.2570. *Ducis, morti proximi, testimonium de sponsæ suæ virginitate:* num. 2571. Franciſca *puro Dei amore inflammata, ei se totam vovet:* nu.2572. *Invisitur à B. Ioanne Soreth, Generali Carmelit. à quo petit, sibi mitti Carmelitissas, pro fundatione monasterii:* num.2573. *Castitatem perpetuam publicè in Ecclesia vovet:* num.2573.

Sollici-

Digitized by Google

Sollicitatur ad nuptias cum Duce Sabaudiæ: quod absolutè renuit: num. 2574. *Illi apparent SS. Vrsula, & Socia: moritur anno* 1485. *die* 4. *Novembris*: num. 2588. *Sepultura, ac Epitaphium ejus*: num. 2589. *Corpus incorruptum anno* 7. *à sepultura*: num. 2590. *Infirma duæ, tactu ejus vestis, sanatæ*: 2591. *Beneficia ejus meritis aliis*: ibid. *Mira in corporis translatione: ejus meritis monasterium præservatum ab Hugonottis*: num. 2592. *Gratiæ sanitatum obtentæ ad ejus sepulchrum.* nu. 2593

S. Franciscus *Ordinis Minorum, Patriarcha S. Dominicus & S. Angelus Carmel. pernoctantes in eadem cella*: num. 1232. S. Francisco *stigmata diu ante prædicta à S. Angelo*: numero 1232. & 1302. & 1327. S. Franciscus *S. Angelo prænuntiat martyrium.* num. 1232. & 1302

Franciscus à Cruce, *Hispanus, Ordinis Carmelit. Laicus mirabilem duxit vitam*: numero 3472. Franciscí *pueritia: præsagia, & præambula quædam eximiæ ejus pietatis*: num. 3473. *Madritì in Carmelitano Conventu admittitur*: num. 3475. *& gravi carnis tentatione impetitur, aspectu Imaginis Deiparæ superat.* ibidem *à dæmone ad desperationem tentatur: qua ratione superaverit*: ibid. *misero, inopi largam largitatur eleëmosynam*: ibid. *propterea promeruit stabilitatem in vocatione ad Religionem*: num. 3477. *perfecta ejus conversatio in novitiatu*: ibid. *tempore professionis conspicua illi adest Deipara Virgo*: ibid. *cognomen à Cruce cur assumpserit*: ibid. *Christo crucifixo satagit se conformare*: num. 3478. *meditandi praxim quomodò assecutus fuerit*: ibid. Franciscí *arcta vita, obedientia cæca*: num. 3479. *Fides viva in illo maximè enituit: sub titulo* S. Fidei Catholicæ *congregationes pias instituit, & altaria plurima erigi procuravit*: num. 3480. *sublimi mysteriorum fidei notitiâ à Deo donatus*: num. 3481. *ad avertenda Christianitati impendentia pericula, & ad fidem Catholicam exaltandam proponit cum ponderosa cruce peregrinari Ierosolymam*: ibid. *id à Superioribus approbatur, iter aggreditur, per Navarram, Franciam, & Italiam*: numero 3482. *In Ægyptum, indè in Terram S. & Ierosolymam pervenit*: num. 3483. *in Calvariæ monte crucem illam fugit: Visitat loca alia, & Carmelum*: ibid. *Cum Rabino, quem ad fidem converterat navigat in Italiam*: ibid. *cruce tempestatem sedat*: ibid. *Romam advenit: ibi auctoritate Summi Pontificis Crux ejus solenniter benedicitur*: num. 3484. *Iter suum prosequitur per Franciam, Biscaiam &c. usque Madritum*: ibid. *In peregrinatione carceres, & difficultates graves perpessus*: num. 3485. *peregrinationem illam Deo gratam signa manifestarunt*: ibid. *obitus ejus*: num. 3486. *Apparet Mauro, & illum ad fidem convertit: nocte Nativitatis Christi, canit cum aliis* Te Deum laudamus: ibid. *testimonium de sancta vitâ* F. Franciscí: numero 3489. & sequent. *Gibbosum in pectore, & humeris prece sanat*: num. 3493. *oratione sanitatem obtinet infirmo, quem fraternè corripit*: num. 3496. *Neapoli quæ prædixit, aliquamdiù post acciderunt.* nu. 3499

Franciscus à Iesu, & Iodar, *Hispanus, Philippum III. Reg. Hisp. ad pium obitum juvat nominatus ad Episcopatus quater, humiliter & constanter obstitit. Epitaphium.* nu. 3375

Franciscus Martini, *sui temporis ornamentum, opus præclarum, aureum, conscripsit* de immaculata Conceptione. n. 3041

B. Franci *vita epitome*: num. 2726. *Carmelitanam vestem cœlitùs accipit*: ibid. & num. 2792. *Cœlestia indicia sanctitatis ejus cultus*: numero 2727. & sequent. *Scriptores vitæ ejus*: num. 2728. Franci *annus, & dies natalis: patria, parentes*: numero 2730. *Prænuntia matri visio*: numero 2731. *Orbus patre, omni orbatur bono*: num. 2735. *Malis jungitur sociis*: num. 2736. *Temnit sancta: projectus ad pessima*: nu. 2737. *Athei mores, & vita: matris mors præ tristitia: effusior indè* Franci *vita*: num. 2738. Francus *miles: & libertinus*: num. 2740. *Latro*: num. 2741. *Addictus deis, oculos ludo deponit, & amittit*: num. 2742. *Cæcus effectus, resipiscit*: ibid. *S. Iacobum intercessorem eligit: ejus sepulchrum visere vovet*: numero 2743. *Ab itinere diabolus retrahere nititur*: num. 2745. & seq. *Diabolus, decipit incautum: conatur in desperationem trahere*: numero 2748. *Quem humilitate* Francus *superat*: num. 2749. *Venit Compostellam*: ibid. *Ad sepulchrum Apostoli interiùs illuminatur, & exteriùs*: num. 2750. *Compostellâ peregrinatur Romam: Pontifici se sistit: Sancta nudis pedibus obit loca*: num. 2752. *Peregrinatur Neapolim, Barium ad S. Nicolaum, & ad alia sancta ac pia loca*: num. 2753. & sequent. *Ad eadem Lauretanam pergit: illius compunctio, & preces: B. Virgo ei apparet, & venia securum reddidit*: num. 2758. *Animabus lucrandis se totum impendit, in xenodochus Incarceratos visitat: hortando solatur: parvulos corripit: pauperes juvat*: num. 2760. *In popinis & ganeis degentes ad meliora hortatur*: num. 2762. *Alearum, & chartis ludentes insectatur: magis blasphemos*: num. 2763. *Nobiles à vitiis avocat, & ad virtutes excitat: indè in illum ira diaboli, & vulgi irrisio*: ibid. Franco *oranti apparet B. Virgo, eumque certum suorum obsequiorum facit, & præmii*: num. 2766. & 2774. *Ferreâ catenâ arctè corpus stringit*: nu. 2777. *Catena, aliaque pœnitentiæ instrumenta, post* Franci *mortem miraculis decorata*: num. 2778. Franci *sanctitas innotescit*: num. 2779. *Asperum & desertum locum eligit*: num. 2780. *Grottenses ad se invitant; eò vadit*: num. 2781. *Procacia in se audit convitia*: Franci *humilitas, patientia humile responsum*: Franco *orante ingens fit miraculum*: num. 2782. *Hominum fugit laudes*: numero 2783. *Libidine tentat eum dæmon*: numero 2784. *Inter spinas se volutat: aquis se immergit*: num. 2785. *dæmonis ulteriores impetus.* n. 2786

Franco *apparet B. Virgo, cum Ordinis habitu: monet Carmelitam fieri*: num. 2788. *Ordinis habitum rogat: Durè repellitur: ejus constantia & humilitas*: numero 2790. *Admittitur ingenti cum gaudio*: num. 2791. *Vestis à Deipara prænonstrata ab Angelo adfertur*: num. 2792. Francus *apparitionem B. Virginis Patribus narrat*: ibid. Franci *cum veste, morum mutatio: illius observantia:*

Digitized by Google

vantia: abstinentia, solitudo, paupertas: num. 2793. *Rigor ejus in corpus: ferreis ceu compedibus crura cingit loricam induit ferream, & catenam nudo corpori, manicas brachiis, collo numellas*: num. 2794. *Manica illæ, compedes &c. inter reliquias servantur*: ibid. *Christus solatium* Franco *destinat: qui illius passioni intendit*: num. 2797. & sequent. *Crucu noscit mysteria*: numero 2799. *Totus fit crucis: de illa ad alios verba*: ibid. *Circumfluenti populo prædicat*: num. 2800. *Visa populo ardere* Franci *cella: accurrunt extinguendo*: num. 2803. Francum *in aere sublimem videt*: Francus *sibi redditur: turbam fugit*: num. 2805. *Cupiens pati cum Christo, miris modis corpus affligit, spinis, æstu solis, nivibus: Ferreis circulis, quasi galeâ*: numero 2806. & sequent. *Ferream nudo corpori loricam induit*: num 2809. *Illius ergà omnes charitas*: num. 2812. & sequent. Franci *cum oculis fœdus*: num. 2814. *Pilam plumbeam in ore fert: non usitato aliis facto*: num. 2815. *Pila illa miraculis clara*: num. 2816. *Dæmon spectris variis, & præstigiis impetit* Francum: *qui immotus ad omnia Crucis signo pellit*: numero 2817. & sequent. *Diabolum irridens, abigit*: num. 2820. Francus *prophetiæ dono à Deo honoratus*: numero 2821. & sequent. *Mulieris infamis sanctam vitam prædicit*: num. 2822. *Alteri item infami infelicem mortem*: num. 2823. *item Senensibus inferendæ damna*: num. 2824. *Infans cœcus nascitur*: Franci *humilitas recusat mederi; tamen illuminat, & fugit*: num. 2830. *Miraculorum aliorum gloriâ illustris*: num. 2828. & sequentibus: Francus *in febrim incidit: nullum æger lectum admittit*: num. 2835. *Senensis urbs densis tenebris obducta*: num. 2837. *Flammis lucere cœnobium videtur: moritur* Francus, *& sensim fulgor abit*: num. 2838. *Populi accursus: ægrorum curatio: Funebris pompa*: num. 2839. & seq. *Cæco visus restituitur*: num. 2844. *Beneficia alia meritis* B. Franci: num. 2845. & seq. Franci *corpus elevatur: collecti cineres ægris medentur*: num. 2848. *Clemens V.* Beati *cultum* Franco *permittit: & officium*: num. 2851. *Annua Senis* Franci *solemnitas.* nu. 2852

Fredericus *Rex Siciliæ ab incurabili infirmitate, facto voto, & sumptâ aquâ, S. Alberti reliquiis tactâ, sanatur.* num. 2211. & 2220

S. Fronto, *& ejus LXX. monachi ex posteris S. Eliæ, & Essenorum*: num. 2918. *Illis Deus insigni miraculo de necessariis providet.* ibid.

G

GAllia (*olim* la Gaule, *nunc usitatè* la France) *fœcunda Sanctorum Carmelit. parens*: num. 3507. & seq. Galli, *seu* Franci *natione Carmelitæ sancti, aut sanctimoniæ, aut pietatis eximiæ odorem spargentes, S. Petrus Thomas*: numero 622. & seq. *S. Avertanus*: num. 983. & seq. *S. Bertholdus*: num. 1175. & sequ. *B. Ioannes Soreth*: num. 2082. *B. Francisca Amboisia*: num. 2561. & seq. *atque alii*: num. 3507. & sequent.

Galli *Carmelitæ Patriarchæ, Archiepisc. & Episcopi*: num. 2863. *eruditione, & libris scriptis Ecclesiæ frugiferi.* nu. 3805. & seq.

SS. Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis *corpora inventa*: num. 2154. & 2155. S. Gamaliel *quâ formâ apparuerit ter.* nu. 2155

Gavinus Cattayna, *variis functus muniis, Episcopus Bosanensis: Synodum celebrat: creatur Archiepiscopus Turritanus.* num. 3222

Generales duo *olim in Ordine Carm. unus absolutus, alter subordinatus & vicarius*: nu. 1189. & 1206. & nu. 1489.

Georgius Petri *in odore sanctitatis vixit & obiit: virtutes ejus aliquot præcipuæ: diem obitus suis prædicit: Epitaphium.* n. 3544

S. Gerardus *singulariter devotus B. Virg. Mariæ*: nu. 2295. & 2302. & seq. *Ex Canonico S. Marci Religiosus, deindè vitam solitariam agit*: num. 2296. *Episcopus, ad eremum sæpè divertit*: ibid. & num. 2316. Gerardi *illustres plures: & hinc equivocatio, & confusio*: numero 2297. *Quæ etiam subindè evenit in aliis ejusdem nominis*: nu. 2298. S. Gerardus *à pueritia Religiosus*: num. 2300. *Domini sepulchrum visitaturus, tendit in Orientem*: ibid. *Septennio vitam solitariam agit*: num. 2301. *Episcopus, Ecclesias plures ædificat*: num. 2302. *Nomen* Mariæ *singularissimâ pietate veneratur*: num. 2303. S. Gerardo *Ecclesiasticorum ministeriorum cura magna*: numero 2304. *Solitariam vitam in cellula agit in eremo, etiam Episcopus existens*: num. 2296. & num. 2306. S. Gerardus *prædicit martyrium suum: ad illud lætus pergit: pro se lapidantibus orat*: num. 2309. Lanceâ percutitur: *corpus incorruptum transfertur, Regis, & Principum humeris*: num. 2310. S. Gerardus *in Ordine Carmelitarum & Benedict. venerationem habet*: num. 2312. & sequent. *In vita* S. Gerardi *varia tenebris involuta*: numero 2313. S. Gerardus *à pueritia vixit in monasterio Benedictino; ideò meritò ipsum colit Ordo S. Benedicti*: num. 2314. *Carmelitica deindè professionis fundamenta*: num. 2315. & num. 2317. *Eremitica vita cultor, etiam Episcopus*: num. 2316. *Vestitu simili S. Eliæ utens.* ibid.

Gerardus de Bononia *Doctor Paris. doctrina opinione celebris*: n. 3010. & seq. & n. 3081. *Generalis XI. Ordinis*: ibid. *Quæ scripserit.* ibid.

S. Gerasimus *socius S. Euthymii, Eliana posteritatis*: n. 440. *Construit Lauram, in qua partim erant cœnobitæ, partim anachoretæ.* n. 440

Germaniæ Provincia *olim latissima, deindè divisa in plures, quæ cladem magnam postea passæ*: num. 3525. Germani *Carmelitæ sanctimoniæ, aut pietatis præstantiâ clari*: num. 3526. & sequent. Germani, *Carmelitæ assumpti Episcopi*: n. 3919. Germani *doctrinâ, & scriptis Ecclesiam exornantes*: n. 3870. & seq. *Fundatores Universitatum*: n. 3895. & seq.

Goswinus Hex., *verbo pius, & scripto clarus: vir verè Apostolicus: Episcopus vixit cum suis Fratribus quasi unus ex eis.* n. 3061. & 3227

Gratianus de Villa-nova, *Hispanus, Vicarius Generalis in Hispania, Procurator Generalis, Commendator Generalis Ordinis S. Spiritus: Legatus Summorum Pontificum: Confessarius Innocentii VIII. Sum.*

Digitized by Google

Sum. Pontificis: Legatio ejus ad Imper. & ad Regem Rom. ac Ducem Lotharingiæ. n.3394.& 3395
Guido Terreni, *seu* de Perpiniano, *ex Priore Generali, primùm Majoricensis: ac demum Elnensis Pontifex:* num. 3015. *Quæ scripserit:* ibid. *Ecclesiasticæ libertatis zelosus defensor: quæ prædixerit:* nu. 3016. *gestorum magnitudine clarus:* num. 3438. *Gente patritiâ procreatus, ferè à puero Carmelita: S. Theologiæ Lector publicus in Palatio Apostolico: Synodum diœcesanam sæpè celebravit: in illis Decretum condidit de Immacul. Conceptione Deiparæ:* num. 3229: *Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedi in rebus arduis sedulam præstitit operam: Originale* egregii operis ejus, super Decretum, *est Romæ, in Vaticana Bibliotheca.* n. 3230.
Guillelmus de Sanvico *scripsit* Cronica *Ordinis, & ibi Acconensis urbis excidium (cui interfuit) & monasterii in Carmelo incendium post annos 2221. ibi habitationem Eliæ, & ejus posterorum:* num. 3008. *Definitor Generalis Terræ-sanctæ interfuit celebri Capitulo Generali Montis-pessulani an.* 1287. num. 2074. & 3009.

H

HAbitus superior S. Eliæ & Carmelit. *à nonnullis impetitus, & obscuratus figmentis:* nu.2077. & seq. *Defenditur, & illustratur:* nu. 2077. & 2078. & seq. *Plura ad hoc propositum videantur ante:* num. n. 2071. & seq. *usquead:* n.2080. *inclus.*
Hallucinationes *in historia Carmelit.* num. 2078.
Hallucinationũ *in historia Carm. causæ duæ.* n.2079
S. Helenus, *Monachus Essenus:* num. 2919. *in igne illæsus.* nu. 2920
Henricus de Hanna *Anglus, Provincialis, Definitor in Capit. Montis-Pessul. an.* 1287. nu. 2074. *vitæ solitariæ, & contemplationi deditus, Ordinem in variis regionibus propagavit.* nu. 3611
Henricus Sylvius *Italus, Astensis, variis in Ordine functus muniis, Generalis Ordinem visitat; regularem disciplinam instaurat: Episc. Eporediensis assumitur, ante consecrationem moritur:* n. 3377. *Epitaphium encomiis à variis celebratus.* ibid. & n. 3378
Hæretici Monasticẽs osores, *illam novellam vanitatem calumniantur: illis se opponit Thomas Waldensis, originem ejus ad S. Eliam referens: ita quoque alii plures.* n. 2039. & seq.
Herodes *diversi quatuor.* nu. 2932
Hierarchicus Ordo *necessarius in Ecclesia.* nu. 429. & seq.
S. Hieronymi *doctrinâ rutilat mundus universus:* n.2960 *Monachus fuit: Principem suum agnoscit S. Eliam, quia ejus institutum sectatus fuit.* ibid.
Hieronymus Domin, *Hispanus, Commiss. Generalis per Germaniam, & Belgium, electus Episcopus Catharensis: primus destinatus, ad processus faciendos de vita Ven. P. Dominici à Iesu Maria:* nu.3621. *Reformationi in Belgio stabilienda plurimùm profuit: Episcopus Cajetanus creatur.* num.3248
Hieronymus Gratianus, *seu* à Matre Dei: *encomiasten, & vitæ suæ scriptricem habet S. Teresiam: quæ testatur ipsum fuisse* virtutum omnium cultorem, *gratulabunda, de tali viro in adjutorium sibi à Deo dato:* n. 3444. *Constitutiones Carmelit. Discalceatorum ipse composuit, existens Commissarius Apostolicus:* nu. 3445. *S. Teresia ad* Hieronym. Gratianum *plures scripsit litteras, in quibus relucet ejus erga Gratianum reverentia:* ibid. Hieronymi Gratiani *vita epitome, ex Illustriss. D. Ioanne de Palafox:* nu.3447. *Quanta fecerit, & passus fuerit pro novellâ Congreg. Carm. Discalc.* num. 3457. *Primus fuit Provincialis Carmelit. Discalc.* ibid. & num. 3447. & 3457. *theatrum extitit adversitatum:* nu. 3447. & 3458. *Mancipium fit Turcarum, ferreis catenis constringitur:* ibid. *Carmelitarum Disc. primordia stabilivit:* num. 3448. *varia ejus encomia:* ibid. & seq. *Capitur à Turcis:* num. 3450. & 3458. *Candenti ferro cruces pedibus insusta: catenis gravatus in carcerem truditur:* num. 3458. *Post gravia tormenta igni adjudicatur:* num. 3458. *Deo disponente liberatur:* ibid. *Romæ Carmeli habitu denique donatur:* ibid. *Clemens PP. VIII. in Africam ipsum delegat ad impertiendum Christianis captivis Iubilæum:* num. 3459. *Proficiscitur in Belgium:* num. 3451. & 3459. *piè moritur Bruxellis:* num. 3451. & 3461. *apparitiones factæ V. P. Gratiano:* n.3462. *Locus sepultura ejus:* n. 3451. & 3462. *Scriptores vitæ ejus:* num. 3452. & seq. Notabile de Ven. Hieronymo Gratiano: num. 2704. *& de duobus Angelis inter se contendentibus: ac Sanctis inter se dissentientibus; charitate persistente.* n. 2705
Hierosolymæ *multiplex desolatio:* n.1334. Hierosolyma *capta à Chosroë: S. Crux in Perisidem translata:* n. 456. *Prædictio de Hierosolyma jam impleta:* n. 1290. & 1292. & nu. 1334. ac seq. *De Rege, qui recuperabit Hierosolymam.* n.1294. & 1334. ac seq.
S. Hilarionis *festum antiquum in Carmeli Ordine:* nu. 2551. *Essenorum monachorum reparator, & propagator:* ibid. *Eliani instituti sectator:* num. 2552. S. Hilarionis *patria: adolescentia:* num. 2554. *Vita ejus in solitudine ritio: dæmonis tentationes quâ ratione superarit:* ibid. *Miraculis magnis, & plurimis à Deo honoratus:* n. 2555. *Morituri verba memorabilia:* ibid. *Post 10. menses corpus repertum integrum, & odore fragrans.* n. 2555
Hispania *ferax Sanctorum, & virtutifero odore fragrantium in Carmeli Ordine:* nu. 3438. & seq. Hispani *Carmelitæ assumpti Præsules, Archiepiscopi, & Episcopi:* num. 3796. & seq. *Doctrina, & scriptis velut stella fulgentes.* n. 3762. & seq.
Honorio III. Pontifici *apparens B. Virgo Maria, jubet Ordinis Carmelit. confirmationem.* numero 1973. & 1982.
Hungarorum *magna clades:* n. 1245. Hungarorum *centum quinquaginta sex millia à Turcis cæduntur:* n. 1246. Hungariæ *frequentes vastationes per Turcas:* nu. 1292. n. 1339. & seq. Hungaricum Regnum familia Mariæ *dictum:* n. 2303. Hungariæ Rex S. Stephanus *Pannoniam ad Christi fidem adduxit:* num. 2302. & 2307. *Post ejus obitum, tyrannus regnum usurpat:* ibid. *Ei se opponit S. Gerardus:* ibid. *& prædicit, regnum ei auferendum, & vitam: & ita evenit.* num. 2308.

I

IAcobus *Alphæi Apostol. fuit Essen.* num. 2878. Porphyrionita *solitariam vitam agit in Carmelo, aut prope:* n. 584. S. Iacobi *vita instructio lectorum:* n. 586. *Efficaciter movet ad humilitatem & cautelam:* n. 586.

Digitized by Google

& maximè monet, vitare familiaritatem cum mulieribus: n.587. *etiam sub prætextu pietatis.* ibid.
SS. Ildephonsus, Leander, & Isidorus, *cujus instituti: verisimile est, quòd antiqui Ordinis Prophetici*: num. 2902.
Imaginis *S. Anastasii aspectu dæmones fugati, morbi curati*: num. 491. & 495. & 503. Imago *S. Anastasii Româ Antuerpiam delata, ibi, & posteà alibi, permovit ad singularem sui venerationem*: num. 503. & seq.
Imaginum *violatoris pœna horribilis.* n. 2214
Imperatori Constantinopolitano, *Legatus destinatur S. Petrus Thom.* n. 649. *Illum in fide confirmat*: num. 650. & 653. *Imperator, in manibus S. Legati, fidei Romanæ professionem facit*: n. 655. *Romano Pontifici scribens, significat gaudium suum, & consolationem Imperii sui per S. Legatum*: n. 654. & 656. Imperatori Romanorum Carolo IV. *Legatus destinatus S. Petrus Thom.* n. 644. Imperatores *Scapulare B. V. M. gestantes.* num. 3986. & 3987
Incarnationis mysterium *omnium maximum*: n. 1134. *Illud primum fuit celebratum à SS. Virgine Maria*: num. 1134.
S. Joachimi *cultus antiquus in Carmeli Ordine*: num. 1108. & 1122. *Ejus vita sanctissima*: num. 1122. *Cum S. Anna, & filia Maria Carmelitas invisit frequenter*: n. 1122. *Ideò ab antiquo Carmelitæ ipsi devoti*: num. 1123. S. Joachim *ex progenie regali Davidis*: nu. 1125. *Ejus, & Christi, ac S. Iosephi genealogia traditur*: n. 1125. S. Joachimi *patria, & virtutes*: num. 1128. *Ei Angelus apparet nuntius Nativitatis Mariæ*: ibid. S. Joachimi *magna sanctitas versibus expressa*: n. 1130. *Ejus præconia nemo satis exprimere potest.* n. 1132
B. Joanna de Rhegio: *scriptores de illa*: num. 1945 *amor in Deum à pueritiâ*: *jejuniis & ciliciis corpus domat*: num. 1946. *Crescente ætate, proficit in virtute, & constantiâ in adversis*: n. 1947. *Assumit habitum Carmelitarum*: *sub quo cilicium gestat, & catenam ferream*: num. 1948. *Inops monasterium novum fundare intendit*: *Voti compos redditur*: num. 1949. *Adolescentem Manichæum instruit*: *& ad abjurandam hæresim inducit*: nu. 1950. *à dæmone impetitur graviter: roboratur à Domino*: num. 1951. & seq. & 1957. *Ecclesiam, & domum precibus à Deo obtinet, intercedente S. Bernardo ei apparente*: num. 1952. *Priorissa novi monasterii*: *ejus pietas eximia ergà Deiparam*: n. 1953. Ave Maria *devotissimè recitans, in extasim rapitur*: num. 1956. *Precibus necessitati conventûs sui subvenit.* n. 1957
Natalis Christi festo, mysterioso pueruli aspectu recreatur: num. 1959. *Ei apparet Christus*: *diem obitûs revelat*: num. 1960. *Ejus salutaria monita, & obitus*: n. 1961. & seq. *Post mortem diversis apparet gloriosa*: nu. 1963. & seq. B. Joannæ *corpus incorruptum sepulchro educitur mense* 17. *ab obitu*: *miracula plurima patrantur*: nu. 1964. & seq. *Revelatio facta Episcopo Rhegiensi*: n. 1965. *Qui processionem ordinat*: *Missam ad inviolatum corpus celebrat.* nu. 1966
Joannes Alphonsus Solis, *Hispanus, nobilissimi generis, post matrimonium Religiosus Carmelita*; *S. Theologiæ Magister, Episcopus Portudivitensis in America*: *plusquam* 10000. *baptizavit, & confirmavit & largis eleemosynis recreavit*: *ejus epitaphium.* n. 3259
Joannes de Arena, *Episcopus Basilitanus*: *etiam nuncupatus* Bommelius: *Prior ultimus Conventûs Trajectensis ad S. Catharinam, & primus alterius Conventûs ibidem.* n. 3261
Joannes Bacho, *Anglus, clarissimus Doctor*: *Theologorum sui temporis ac Canonicæ scientiæ princeps, in Anglia, & Parisiis florens*: nu. 3017. & 3094. *Testamentum novum universum scholastico more exposuit libris* 27. n. 3946.
S. Joannes Baptista *existimatus Elias*: n. 22. S. Joan. Baptista *jubet transferri suas, & aliorum reliquias*: n. 1319. S. Joannes Baptista *simillimus S. Eliæ, in austeritate, solitudine, & aliis*: num. 26. & 1918. *Vterque Princeps Eremitarum*: ibid. S. Joannes Bapt. *eamdem vitam monasticam coluit, quam instituit S. Elias*: nu. 1919. & n. 2262. *Inter Eliades vixit, ideò ab illis peculiariùs colendus*: ibid. *ideò sepultus inter* 2. *discipulos S. Eliæ*: num. 2262. *Elegans descriptio martyrii* S. Joannis Bapt. n. 2264
Joannes Baptista de Lezana, *Episcopalem dignitatem recusavit*: num. 3385. *à variis celebratus encomiis*: num. 3500. *vita & virtutum ejus epitome*: ibid. *In illo peculiariter resplenduit exacta observantia regularis.* ibid.
Joannes Briselot, *Luminare Ecclesiæ, Episcopus Beritensis, Suffraganeus Cameracensis*: *Confessarius, & Consiliarius Caroli V. Archiepiscopus Arborensis*: *Pallium accipit*: *moritur*: num. 3269. *Sepultus in choro Ecclesiæ Abbatiæ Altimontensis. Pius ejus modus studendi ad lucernas, Deiparæ imaginibus appensas*: *cor ejus sepultum in choro Ecclesiæ Carmelitarum Valencenensium.* nu. 3270
Joannes Consobrinus *in Lusitania Carmeli decus singulare*: n. 3439. *Missam celebraturus prævè privatim prælegebat*: ibid. *aulam & dignitates declinavit*: ibid. *Inquisitor fidei, ab hæreticis intoxicatus, vitam pro fide tradidit*: ibid. *doctrinâ & vitæ sanctimoniâ celebratus*: ibid. *Episcopatus recusat.* ibid.
B. Joannes à Cruce, *Vinea veteris Carmelitanæ, à S. Elia plantata* palmes: *deindè Vinea nova* Custos, & Vinitor: nu. 2658. & seq. Beatus *nuncupari, & festum ejus celebrari conceditur*: nu. 2660. *Ecclesia triumphans ædificatur vivis ex lapidibus*: *è quibus unus est* B. Joannes à Cruce: nu. 2661. *Virtutibus omnibus in gradu heroico præditus, & miraculis coruscus*: ibid. B. Joannis à Cruce *libri sublimissimam continent doctrinam*: num. 2662. & 2686. & seq. *De* B. Joannis à Cruce *sanctitate, & cœlestis sapientiæ thesauris, insigne testimonium*: num. 2663. & seq. B. Joannes à Cruce *venit ad S. Teresiam*: *quæ vitæ ejus epitomen tradit*: nu. 2665. & seq. *Instruitur à S. Teresiâ*: *quæ fatetur, se reciprocè etiam ab illo didicisse*: n. 2666. *S. Teresia insigne testimonium de* B. Joannis à Cruce *sanctitate*: num. 2668. *Qui sanctus effectus per tribulationes, & cruces*: ibid. B. Joannis à Cruce *patria, parentes*; *pueritia pietati addicta*: n. 2669. *B. Virgo illi bis periclitanti succurrit*: n. 2669. & seq. *Carmeli Ordinem ingreditur*: *in doctrina, & virtute exercetur, & mirè proficit*: n. 2671. *primitias celebrans, in gratia confirmatur*: ibid. *Vitam valdè austeram instituit*: num. 2673. *In colloquio de SS. Trinitate, in extasim raptus mirabiliter*: n. 2674. *Monialis, à dæmonis pacto, & fraude, per eum liberata*: num. 2674. *Carceri includitur*: num. 2675. *Desolationibus internis graviter affligitur*: *quem B. V. Maria consolatur*: num. 2676. *Fides ejus viva*: *Spes sanctissima*: *ardens charitas*: *ac virtutes aliæ, & dona Spiritus sancti*: num. 2678. & seq. & 2696 & seq. *Imperium ejus in dæmones*: *gratia sanitatum*: n. 2685.

Docto

Digitized by Google

Doctor fuit mysticus: cujus scripta pietatem ipsius manifestant, aliorum promovent: n.2686. & 2662. *Ad omnimodam sui abnegationem incitant:* num. 2687. *Gravi infirmitate corripitur: in cruciatu Deo gratias agit: perstitit sereno vultu:* nu.2691. *Præscius temporis sui obitûs, Sabbato:* n. 2692. *Globus lucis apparet circà ipsum: piissimè moritur:* ibid. *Corporis ejus effigies; fragrantia: sepultura:* num. 2693. *Miracula:* num.2694. *Apparitiones mirabiles in particulis carnis ejus: peccatorum, per eas, conversiones.* n.2695

S. Joannes Euangelista *aliorum ferè Sanctorum omnium merita complexus: meritò specialiter venerandus in Carmeli Ordine.* n.2982

Joannes Fabri, *Archiepiscopus Calaritanus: post annos 17. resignat: institutus dein Archiepiscopus Cæsaritensis: imaginis ejus inscriptio.* n.3276

Joannes Folshamus, *vita sanctimoniâ insignis, velut speculum perfectionis.* n. 3612

De Joanne Hierosolym. *Episc. XLIV. Bollandus, & Martyrol.* n.384. *Ioan. Molani elogium:* ibid. *& S. Cyrilli:* num. 385. Joannes Hierosolymit. *à S. Gamaliele, & S. Luciano, Adone, ac aliis, vocatus* Sanctus *&* Beatus: n.2152. & seq. & 2156. *& etiam:* n. 2154. & seq. *Inde infertur, ipsum tunc, in fine vitæ fuisse Deo charum.* nu. 2157

S. Joannis *Fratris S. Angeli miracula:* n.1276. *fit Patriarcha:* num. 1286. *S. Angelo in sanctitate suppar:* num. 1967. *Vita ejus epitome:* ibid. *Religiosus in Carmelo: perfecta ejus conversatio: vitæ rigor: miracula.* n.1968

Joannes de Hildesheim, *quæ scripserit:* n. 3035. *Discipulus S. Petri Thomæ, & testis revelationis ipsi factæ, de Ordine Carmelitano conservando meritis S.P. Eliæ:* n. 3036. *Pietate & doctrinâ conspicuus:* nu.3528. *magno in pretio apud Principes:* nu. 3529. *Ordinum Mendicantium paupertatem impugnatam strenuè defendit.* ibid.

Joannes à Jesu Maria *Carmel. Discalc. Generalis, pietate & sapientiâ, ac varietate, & multitudine scriptorum eximius:* n.3635. *ob sanctam vitam Pontificibus, & Cardinalibus charus:* ibid. *desolationes, & aridates spiritus mirâ pertulit constantia.* n.3636

Fr. Joannes à S. Samsone, *Laicus, Theologus, mysticus eximius, libros plures sublimes, arcana doctrina dictavit:* n.3514. *Episcoporum testimonia de illis & fama sanctitatis ejus:* n.3415. *Doctorum Theologorum judicia de ejus eminenti scientia mystica inter Cherubim, & Seraphim hausta:* nu. 3516. *Tractatus plurimos dictavit:* n.3516. *Testimonium Præsidis Curiæ supremæ judiciariæ Britannicæ, de ejus spectata virtute, & vitæ sanctimonia:* n.3517. *Episcopi plures eum velut hominem divinum, & sanctum admirantes:* ibid. *ad ejus tumulum agri sanitatem recuperarunt:* ibid. *hinc Præses prædictæ Curiæ tumbam marmoream fieri curavit:* ibid. *Virtutum ejus epitome:* nu. 3518. & seq. *Vita ejus extat in opere* de Sanctis Britanniæ: nu.3520. *obiit an. 1636. die 14. Sept.* ibid. *Beneficia sanitatis ad ejus sepulchrum à Deo præstita:* n. 3520. *Epitaph.* n. 3521.

B. Joannis Sorethii, *Prioris Generalis vita extat in* Novali Sanctorum *Ioannis Gillemani:* num. 2082. *Scriptores alii de eodem:* ibid. *Miracula varia ad ejus invocationem:* nu.2083. & 2099. *puer mortuus resuscitatus:* ibid. & 2099. B. Sorethii *patria, eruditio, zelus honoris divini:* n.2084. & 2088. *Reformator Ordinis: Fundator monasteriorum monialium in variis locis:* ibid. & nu.2114. & seq. & 2126. & seq. & 3059. *Divino monitu, haud diu ab obitu, cultus ei exhiberi cœptus:* n.2085. & 2099. *Regis Siciliæ Andegavi existentis devotio ergà* B. Sorethium: *Andinorum ad ejus sepulchrum concursus:* n. 2085. & 2101. B. Sorethii *vita posteris exemplum ad virtutes:* n. 2087. *Humilitas ejus in vestitu, & conversatione: zelus promovendi studia:* n. 2089. & 2125. *Castitatis amor: & virtutes aliæ:* n. 1090. & seq. *Monasteria Virginum fundat: disciplinam monasticam instaurat:* nu. 2090. & 2114. & seq. & 2126. & seq. *Mira ejus benignitas:* nu. 2091. & seq. Superior *qualiter se gerere debeat ergà subditos, docet exemplo:* num. 2092. & 2106. & seq. *Patientia ejus in corporis incommodis: in derisus: in percussione:* nu.2094. *Fervor ejus in exhortatione, & concione:* nu. 2095. *Fortitudinis invictæ ratum exemplum Leodii:* nu. 2096. *Regularis observantiæ zelantissimus: pro negligentia ad Matutinum, ipse tum aliis pœnitentiam assumit:* nu. 2097. *Ejus obitus, miracula:* nu. 2097. & 2112. *Apparet gloriosus, orans pro suo Ordine:* nu. 2098. & 2113. B. Joannis Sorethii *sanctitas revelata sacerdoti, qui subitò ab hydrope liberatur:* num. 2101. *Miracula alia:* ibid. & nu. 2099. & seq. *Studium doctrinæ, & praxis virtutum, amicabili nexu sociata in* B. Sorethio: n. 2104. *Ita quoque humilitas, paupertas, & reliqua virtutes:* n. 2105. & seq. *Contemplationis, & internæ recollectionis studium:* nu. 2109. & seq. *Zelus pro decore domûs Dei: Ad-ista verba:* Domine si adhuc *&c. festo S. Martini, Gandavi, quàm mirabiliter affectus:* n. 2110. *Quæ, & quanta fecerit, pro Ordinis instauratione:* n.2114. & seq. *Reformatio* Sorethiana *per bella, & hæreses interrupta:* num. 2117. *Dei benignitate refloruit, & iam uberes fructus producit:* ibid. B. Sorethius *etiam aliorum Ord. Mendic. fuit præsidium:* num. 2118. B. Joannes Soreth, *cur olim depictus, vineam manu gestans:* n. 2124. *Studiorum curam singularem habuit:* n.2125 & 2089. *Planctus Baptistæ Mantuani de obitu* B.P. Sorethii. n. 2135.

Joannes Stanberii: *Episcopus Bangorensis: translatus deindè ad Herefordensem: fidelitas ejus in adversis constantissima: ejus epitaphium.* n. 3292

B. Jordanus *Ordinis Prædicatorum submersus apparet S. Simoni, & alteri Carmelitæ.* n.1508. & 1537

S. Josephi *sponsi Deiparæ festum in Carmeli Ordine antiquum, & solemne:* n.1108. & seq. & num.1121. *Hinc S. Teresia devotionem illam hausit, & magnificè commendat: & quàm utilis illa devotio, energicè declarat:* n.1109. & 1110. S. Josephus *optimus magister orationis:* num. 1110. *Ab ipso S. Teresia in omni necessitate adjuta:* ibid. SS. Josephi, Annæ, & Joachim *cultus à Carmeli Ordine in totam Ecclesiam derivatus:* n.1112. S. Josephi *honores XII:* n.1114. *Primus* ex regia stirpe David: *Secundus* Christi, & Deiparæ consanguineus: *Tertius* Sponsus Deiparæ: *Quartus* Virgo: *Quintus* ad Filii Dei obsequia peculiariter deputatus: *Sextus* Secretarius cœlestis: *Septimus* Justus, *id est generalitate virtutum decoratus: Octavus* Jesus nomen publicavit: *Nonus* Mysteriis præcipuis fidei fuit præsens: *Decimus* Testamenti utriusque oraculis fuit edoctus: *Undecimus* Angelicâ allocutione sæpè consolatus: *Duodecimus* Dei Filius ei subditus: num. 1114. 1115. & 1116. *Quo signo acceperit in sponsam Virginem Mariam:* nu. 1118. *Votò Virgines Deiparæ, &*

Digitized by Google

S. Joseph: num. 1118. & 1119. S. Josephi *magna dignitas, virginitas inculpata vita, Angelis familiaris.* n. 1121

Italiæ *mala impendentia: à S. Angelo pranuntiata*: num. 1292. & 1342. Itali *Carmelitæ sancti, aut fulgore virtutum singulariter decori, S. Andreas Corsinus, Florentin. Episc. Fesul.* num. 820. & seq. & nu. 3026. ac seq. *B. Archangela de Trino*: num. 505. *S. Maria Magdalena de Pazzis*: n. 1540. & seq. *B. Ioanna de Rhegio*: nu. 1945. & seq. *V. Angelinus*: num. 2247. & seq. *atque alii*: nu. 3420. & seq. & 3649.

Judas Machabæus *Asideus, seu Essenus, puritatis studiosissimus*: n. 2874. *Quasi coactus, celibatum deseruit: etiam uxoratus Essenorum instituta servavit*: nu. 2875. Judas *alter, etiam Essenus, religione, & prophetiæ gratiâ celebris.* nu. 2876

S. Julianus, & S. Basilissa *conjuges, virgines*: nu. 376. Julianus *postea Pater* 10000. *Monachorum*: n. 376. S. Basilissa *Mater Sacr. Virginum*: nu. 376. *Eliana Monasticês cultores*: n. 377. & 379. *Instructiones utilissima à* S. Iuliano. nu. 378

L

LAurentius de Burellis, *Episcopus Sistaricensis (vel Cistaricensis, seu Cesteronensis) natione Burgundus: adolescentulus, prima litterarum fundamenta sine Magistro assecutus, Carmelitano Ordini aggregatur: scientiâ, & pietate cumulatur*: num. 3302. *Confessarius Regum duorum, & Reginæ Franciæ: Nuncius Apostolicus ad Maximilianum Imperatorem. Ordini suo munificus: obitus, epitaphium.* n. 3303

Laurentius Lauretus, *variis functus muniis, clarus in Concilio Tridentino: Episcopus Adriensis: ejus epitaphium*: nu. 3306. *Sanctimoniæ, seu pietatis insignis, ac paris eruditionis meritò venerabilis*: ibid. & num. 3436.

Laurentius Cuperus *exemplo, verbo, & scriptis Ordinem illustravit*: nu. 3542. *Qua ab hæreticis passus*: ibid. & n. 3930.

Legatorum Apostolicorum *absolutissima effigies & exemplar in S. Petro Thoma*: nu. 588. & seq. *Legationes ejus ad Imperatores, Reges, & Principes*: n. 591. & seq. *In* legationibus *obeundis eximia ejus prudentia, constantia, fortitudo, exanthlati labores, spreta pericula*: n. 642. & seq. num. 648. & seq. n. 653. & seq. num. 660. & seq. n. 724. & seq. nu. 727. & seq. nu. 731. & seq. nu. 743. Legati *Summorum Pontif. & Regum, alii*; *Iacobus Wemmers* Legatus *in Æthiopiam: Laurentius Burellus ad Imp. Natalis de Venetiis, Paulus de Biscontis, Richardus Northalis, Robertus Maschall, Thomas Bradley, Gratianus Villanovanus*, Legati Sum. Pontificis: n. 3397. *ita quoque Benedictus de S. Fide, Christoph. Martignonus, Gualterus Huntus (qui in Concilio Florentino fidei dogmata, & primatum Pontificis strenuè defendit)* num. 3398. *Ioan. Bloxhamus, Ioannes Golein, Robertus de S. Fide, Thomas Waldensis, Walterus Disse.* n. 3399. & 3400.

Leocata, *meritis S. Angeli, à peste liberata*: nu. 1366. Leocatæ *ad S. Angeli Reliquias miracula continua*: num. 1382. & 1403. ac seq. Leocatensium *pietas, & sedulitas singularis circà miracula S. Angeli*: nu. 1390. & seq. *Corpus S. Angeli thesaurus magnus* Leocatæ: nu. 1395. Leocatensium *à peste liberatorum pietas & gratitudo ergà S. Angelum*: n. 1395. *Pestis, quomodò* Leocatæ *illata, diffusa, & mox extincta fuerit*: nu. 1396. & 1401. Leocatæ *S. Angeli corpus in capsa argentea*: nu. 1401. Leocatam *à Turcis miraculosè liberat S. Angelus*: num. 1407. Leocata, *meritis S. Angeli, à peste præservata, ideò novi templi erectio decernitur.* nu. 2257. & seq.

Leodiensem *Conventum specialiter dilexit*: *B. Ioannes Soreth*: num. 2114. Leodium *plures produxit pietate spectabiles*: nu. 3538. Leodienses *Carmelitæ, assumpti Episcopi*: num. 3919. *Scriptores Eccles.* n. 3870. & seq.

Lerina *insula, colonia insignium monachorum, sectantium instituta Ægyptiorum*: nu. 2898. *& Palæstinorum, è Carmelitico instituto procedentium*: nu. 2899. Lerinensis Monasterii, *& alii Monachi olim cujus fuerint Instituti*: num. 313. *Carmelit. Ordinis censentur*: nu. 313. *Successu temporis S. Benedicti Regulam, & instituta acceptaverunt.* num. 313. & seq. & n. 2889. ac seq. & n. 2898. ac seq.

Livinus à SS. Trinit. *Frater Laicus jussu Superiorum transfertur ad statum Clericorum*: n. 3556. *columna sit Reformationis in Belgio*: ibid. *tyrocinium in Carmeli Ordine*: nu. 3557. *mortificationi, & vitæ internæ deditus*: ibid. *Ejus pius studendi modus*: num. 3558. *Pro Reformatione Ordinis quantos labores, & difficultates subierit*: nu. 3560. *mortificationem, & orationem firmo nexu in se copulavit*: n. 3561. *Præsentiæ divinæ exercitium, resplendens in ejus vultu*: ibid. *Præscius mortis, ad eam se præparat*: nu. 3562. *pius obitus*: n. 3563. *S. Caroli Borromæi cultum plurimùm promovit*: n. 3564. *virtutes ejus eximiæ*: num. 3560. & seq. & num. 3565. & seq.

Lucas VVaddingus, *Ordinis Minorum scriptor vitæ S. Petri Thomæ*: n. 603. *Occasio fuit, casus valde singularis*: nu. 706. & seq. *Ex Vaticanis originalibus Bullas 29. concernentes S. Petri Thomæ vitam, desumpsit, & edidit.* n. 760

S. Ludovici Regis *memoria in benedictione, in Carmeli Ordine: quia è Carmelo Religiosos duxit in Franciam*: nu. 2951. *Habitum Ordinis gestavit: monasterium Parisiis fundavit: Ordinis propagator fuit*: ibid. *Scapulare B. V. Mariæ à S.* Ludovico *susceptum, & gestatum confirmatur*: n. 2952. *In Ordine Carmelitano: Festum ejus ab aliquot seculis celebratum*: num. 2953. S. Ludovici *pueritia pia, & virtutes*: num. 2954. *Blanchæ matris ejus mirabile dictum*: ibid. S. Ludovici *regia virtutes, & sanctus obitus.* n. 2955.

Ludovicus Malaspina, *filius Marchionis: à prima juventute Carmeli habitum suscepit, variis functus muniis, eligitur Episcopus.* n. 3309

Lunellensis Conventûs *Prior, & Religiosi, ab hæreticis, in odium fidei, trucidati.* nu. 3510

In Lusitania, *virtute & pietate singulariter conspicui*: n. 3502. Lusitani *Carmelitæ sanctimoniâ, aut pietate illustres: B. Nonius Alvarez Pereira*: n. 1454. *atque alii*: n. 3439. & seq. & num. 3502. ac seq. Lusitani *Præsules assumpti ex Ordine Carmelit. Balthazar Limp. Archiepisc. Bracharensis*: num. 3174. *Angelus Pereira, Episc. Martyr.* n. 3165. *& alii*: n. 3189. & 3211. & 3218. & 3226. & 3275. & 3315. & 3330. & 3334. & 3365. *Doctrinâ, & scriptis celebres.* nu. 3764. & seq.

Digitized by Google

M

S. Macarius Alexandrinus, *heres virtutum S. Antonii*: nu.2893. *Ejus, & aliorum mirabile exemplum abstinentiæ*: ibid. S. Macarii Ægyptii *præclara monita*: n.2897 *S Eliæ æmulator.* ibid.

Mahomet *bestialem legem condidit, longe latèque promulgatam*: n.1350. *Legis ejus stultitia, & fœditates, dicta* Alcoranum: num.1351. *Ea velut colluvies est errorum ex aliis sectis.* n.1352

S. Manahen, *an idem cum* Manachemo: num.2931. *Sapientia ejus: quæ prædixerit*: ibid. S. Manahen, *de quo in Actu Apostolorum, & ille, de quo uterque Ioseph, videntur diversi.* num.2932

Mantuanæ Congregationis *primi auctores & promotores.* num.3426

S. Marco Euangelistæ *multum debet Carmeli Religio, ob tradita Essenis S. Eliæ posteris, Euangelicæ perfectionis instituta*: nu.2921. *Id plurimorum auctoritate stabilitur*: n.2922. & seq. *Esseni sub* S. Marco *præcipuè floruerunt circà Alexandriam: & circà lacum* Mariam, *ibi continuati per aliquot sæcula*: ibid. *Esseni sublimis perfectionis*: num.2924. S. Marci *gloriosum martyrium*: num.2972. *Esseni à* S. Marco *non primùm instituti, sed sublimioris perfectionis Christiana documentis imbuti*: num. 290. *Esseni isti veri nominis Monachi, SS. Eliæ, & Elisei posteri, monachorum propagatores.* num.284. & seq. per plura.

Maria *mare est, in quod omnium Sanctorum charismata intrant*: n.1158 Maria *sola constituit unum chorum in cœlo*: nu.1159. Mariæ Virginis *votum virginitatis*: n.1118. Maria Primiceria Virginitatis, *non ordine temporis, sed eminentiæ*: nu.3992. & seq. Virginitas *S. Eliæ anterior tempore, posterior autem, sicut effectus suâ causâ*: num. 3994. *Festa* Mariæ Virg. *peculiari ratione solemnizantur in Carmeli Ordine*: n. 815. Purificationis: nu. 812. & seq. Annuntiationis: nu. 1135. & seq. Visitationis: nu. 1921. & seq. Commemorationis solemnis: n. 1969. & 3974. *Ad Nives*: n.2160 Assumptionis: n.2232. Nativitatis: n. 2285. Nominis Mariæ: n. 2289. Præsentationis: nu. 2621. & seq. Conceptionis: nu. 2633.

Mariæ Bagnesiæ *quanta gloria in cœlis*: n. 1690. *Obiit in odore sanctitatis.* n. 3649

S. M. Magdalena de Pazzis *eximiâ sanctitate decoravit seculum XVI. in fine, & hoc XVII. initio: vitam quasi cœlestem ducens* nu. 1540. *Deum in ipsa loquentem venerabatur ejus Confessarius*: n 1540. *Scriptores vitæ Deum in ipsa loquentem venerabatur ejus Confessarius*: n.1540. *Scriptores vitæ* S. Mariæ Magdal. de Pazzis: n.1541. & seq. *Volumina 4. scripta, & examinata à viris eruditis, de* S. M. Magdalena: *ac judicata magnæ utilitatis*: n. 1543. *Plena sublimissimis doctrinis, attemperatis intelligentiæ quorumcumque personarum, è thesauris divinæ gratiæ*: ibid. *Examina iterata per Theologos & Inquisitionis, qui idem censent*: n.1544. S. Mariæ Magd. de Pazzis *nativitas, sancta pueritia*: nu.1548 & 1582. & seq. *Dei amor: Mirus erga SS. Sacramentum affectus*: nu.1549. & seq. & 1586. *Rari catechizat*: n. 1550. *Zelus ejus pro salute animarum, & observantia regularis: pietatis exercitia erga*: num. 1551. & seq. *Crates collocutorii horret, silentii observantissima*: num. 1553. *Colloquia ejus divini amoris incitamenta*: num. 1556. *Novitiarum magistra suaviter, & prudenter ad perfectionem illas promovet*: n. 1556. & nu. 1621. & seq. cap. 5. & 6. *Ardens ejus affectus pro Ecclesia, ac conversione peccatorum*: n. 1558. *Ægris maximè officiosa: ulcera fœtidissima abstergens, & scabiem lingens*: nu. 1559. *Divini amoris æstus mirabilis*: n. 1560. *Sanctissimæ Trinitati valdè devota: ejusdem mysteria supra humanum captum exponit*: nu. 1561. & seq. *Aquâ frigidâ æstuantem amorem refrigerat*: num. 1563. *Annulo à Deo subarrhata, & sponsa redimita*: n.1563. *Cordi ejus in sculptum à S. Augustino* Verbum caro factum: nu. 1563. *Quinquennio solo pane & aquâ victitat: corporis castigandi anxius ardor*: nu. 1565. 1566. & 1587. & seq. *Vita* S. Mariæ Magdal. de Pazzis *admiranda æque, & imitanda*: n. 1580. *Habitum Carmeliticum suscipit anno 1583. die 30. Ianuarii*: num. 1590. & seq. *Professionem emittit anno 1584. die 27. Maji festo SS. Trinitatis*: n. 1593. *prima extasis: Theodidacta evadit*: nu. 1595. *Novum vitæ genus illi à Deo præscribitur: extases frequentes*: num. 1596. 1597. *vitam meliorem durissimam: eam illi Deus præscribit, sub XII. regulis sive articulis*: n. 1598. & seq. *Probatio à Deo, tentationes ejus*: num. 1602. 1603. n. 1604. 1605. *Ipsius fidelitas: vita asperitas*: n. 1606. & seq. *Optat ampliùs pati, & tentari*: n. 1609. *Diffidentia sui: confidentia in Deo*: num. 1610. & seq. *Exercitia ejus quotidiana sublimis perfectionis*: num. 1615. & seq. *Devotio ejus ad B. Virginem Mariam: ad Angelos, & Patronos*: n. 1619. *Alia sublimissime perfectionis exercitia*: n. 1620. *flagrat desiderio acerbissima quæque patiendi*: num. 1646. *Exemplo Christi patientis animatur*: num. 1647. *Respuit omne solatium: sumptâ Eucharistiâ, vires reparat*: num. 1650. 1651. *Aurea monita dat sororibus: mirtis sua hora præscia*: nu. 1652. 1653. *Moritur 25. Maji anno 1607.* n. 1654. *Curatur funus: concursus populosissimus*: num. 1655. *Mandatur sepulturæ*: n. 1656. *In vita, & post mortem claret miraculis*: num. 1657. 1658. 1659. 1660. & seq. *Lectio vitæ* S. Mariæ Magdalenæ *quam utilis*: num. 1667. & seq. *Corpus* S. Mariæ de Pazzis *honorificentiùs elevatur*: n. 1669. S. Mariæ Magd. *adhuc viventis sanctitas: mox ab obitu percrebescens*: n. 1711. *Indè plurimorum fuit desiderium legendi ejus vitam*: ibid. *Miraculis frequentissimis sanctitas* B. Mariæ Magdalenæ *diffunditur*: nu. 1712. *Imperatoris Regum, & aliorum instantia, pro ejusdem Canonizatione*: n. 1714. & seq. *Consistorium secretum pro Canonizatione, Summus Pontifex alloquitur* DD. *Cardinales*: nu. 1716. *Cardinalis Ginetti narratio de heroïcis virtutibus & miraculis* S. Mariæ Magd. n. 1717. *Consistorium publicum indicitur, pro ejus Canonizatione*: nu. 1719. *Cardinales & Episcopi qualiter vestiti in Canonizatione* S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi: n. 1719. *Consistorium in Aula Ducali Vaticana pro Canonizatione* S. Mariæ Magd. de Pazzi: n. 1725. *Summi Pontificis paramenta, in causa Canonizationis* S. Mariæ Magdalenæ: num. 1726. *Reginæ Suecia locus datur pro audiendis sententiis in Canonizatione* S. Mariæ Magd. nu. 1727. *Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi testimonium ferentes de eminenti sanctitate* S. Mariæ Magd. de Pazzi: nu. 1768. *Leopoldi Imperatoris litera ad Summum Pontificem, pro Canonizatione* S. M. Magd. de Pazzi: nu. 1771 *Ejusdem, & Regis Hisp. nomine instantia*: nu. 1775. & 1778. & 1780. *Responsum nomine Summi*

Summi Pontificis: n. 1776. 1778. & 1780. *Canonizationis formula*: num. 1780. *& ceremonia*: nu. 1781. & seq. *Canonizatio* S. M. Magdalenæ de Pazzis *quàm utilis Ecclesiæ*: num. 1753. S. Mariæ Magd. de Pazzis *corpus incorruptum*; num. 1791. *Fragrans odorem suavissimum*: nu. 1792. *Olei, per* S. M. Magdalenæ *merita multiplicatio*: *in ea* 3. *miracula facta*: num. 1793. & seq. *Infirmæ per* 17. *annos instantanea convalescentia, meritis* S. M. Magd. de Pazzis: num. 1796. *Miracula alia*: numero 1797. & seq. *Facies* S. Mariæ Magdal. de Pazzi *defunctæ, avertitur à lubrico*: *qui inde convertitur*: numero 1800. *Miracula alia plurima*; numero 1801. & seq. *Devotio* 5. *Feriis sextis quâ occasione initium habuerit*: nu. 1821. *Epigrammata, ac Elogia varia de* S. Maria Magd. de Pazzi: num. 1824. S. Mariæ Magdalenæ *virtutes heroicæ, veluti* 7. *candelabra aurea ante conspectum Dei*: num. 1767. S. Maria Magdal. de Pazzi, *splendidissima gemma comparatur*: num. 1728. *Illa semper in cœlo*: *aut cœlum cum illa*: num. 1729. S. Maria Magdal. *conformis Imagini Filii Dei*: *illustre exemplum pœnitentiæ, & charitatis*: nu. 1731. & 1732. *Quinquennio gravissimè cruciata, pro peccatis hominum avertendis*: n. 1732. *Divinæ gloriæ amplificandæ, & sui vilipendii studiosissima*: nu. 1734. *Ejus heroica vita corpus cœlesti imbuit aromate*: num. 1735. *innocentissimum virtutum exemplar*: num. 1737. *In corpore quasi extra corpus vivebat*: nu. 1742. *Flos est, sanctitatem undique redolens*: n. 1747. *Typus innocentiæ*: *Virginitatis exemplar, sponsi cœlestis sponsa electa*: n. 1749. 1750. *Exprimens in se S. Catharinam Senensem, Virginem, & M. Magdalenam pœnitentem*: nu. 1751. *Incitamentum ad virtutes*: n. 1756. *Supra sexum, supra humanitatem elata fuit*: n. 1760. *Tota ejus vita quasi miraculum*: n. 1761. & n. 1766. S. M. Magd. de Pazzi *duæ translationes*: n. 2708. *Corpus ejus incorruptum, suavem spirans odorem*: ibid. *Sepultum in loco humido, repertum integrum, ac capsâ crystallinâ impositum anno* 1663. *in Visitatione Apostolica solemni*: num. 2709. *Præsentibus tribus Episcopis, auctoritate Apostolicâ deputatis*: num. 2710. *Testimonia de corporis incorruptione, & fragrantia*: numero 2712. & seq.

S. Martinianus *haud longè à Carmelo monachus*: *deindè anachoreta*: n. 2906. *Tentatur ad carnalia*: *consentit*; *sed mox mirabiliter resipiscit*: ibid. *Fugit ad rupem in mari*: *mirabiles casus puellæ*: *nè cum illa sit, mittit se in mare*: *habetur velut martyr*. ibid.

S. Martinus *emulator S. Eliæ*: num. 2964. S. Martini *vita monastica, juncta Episcopali, instar Eliæ*: nu. 2965.

Martinus Cuperus, *Brabantinus, Mechlinienſis, Episc. Chalced. Suffrag. Camerac. Abbas Crispin. Antuerpiæ altaria prophanata consecrat*: *Ludovicum Blosium amanter coluit*: *ejus justa funeralia peregit*: *PP. Benedictinis percharus fuit*: *à quibus an.* 18. *ab obitu transfertur corpus*. n. 3314

Martinus de Hooghe *instaurator Provinciæ Carm. Flandro-Belg. natus in Flandria*: nu. 3545. *prodigio puer à submersione liberatus*: ibid. *pietas ejus erga Dei Matrem, ipsum traxit ad Carmeli Ordinem*: ibid. *Gandavi Prior eligitur*: *Reformationis opus aggreditur*: *tempestas in eum*: num. 3546. *Conventus Gandensis tum Bruxellensis, deindè alii, ad strictiorem observantiam reducuntur*: *Favore & operâ Illustriss. D. Iacobi Archiepisc. Mechl. Serenis. Princip. Isabellæ, & Reverendissimi P. Generalis Carm.* num. 3546. & 3547. *Virtutes ejus*: nu. 3548. & seq. *obitus, & sepultura*: n. 3550. *Media quibus ad introducendam Reformationem usus fuit*: num. 3551. *Testimonia publica de Reformationis felici progressu, & magnis pietatis fructibus*: nu. 3553. & seq. *Reformationis in Provinciis aliis fructus iidem*: *quos si perspectos haberent Provinciæ aliæ, etiam amplecterentur*. n. 3555

Martyris *nomen ex usu Ecclesiæ attributum variis, qui pro fide cruciamentum aliquod subiissent*: num. 617. nu. 416. & num. 616. & 617. *varia hujus rei exempla*. ibid. & nu. 618

Melchisedech *esse Christum, credens monachus, quomodò à S. Cyrillo emendatus*. n. 540

Messanæ *obsessa mirabiliter liberata per S. Albertum*: nu. 2187. & 2189. Messanensium *singularis pietas erga S. Albertum*. num. 2170

Michaël Ayguanus, *Ecclesiæ lumen*: *scripta ejus*: num. 3052. *Opus ejus super Psalterium præcipuè commendatur*. n. 3053

S. Michæas Proph. *discipul. S. Eliæ*: n. 2866. S. Michæas Proph. *alius, cognomine* Morasthites *prophetans de Carmeli incolis*. ibid.

Minæ à Deo *quâ ratione possint redimi*. n. 1332

Monasticês *originem, & antiquitatem plures ignorant*: num. 2860. *Illa initium à S. Elia habet*: *& ab ipso derivata ad alios*. nu. 2861

Monachi *veri nominis* SS. Elias, & Eliseus: nu. 277. *Id probatur ex S. Scriptura*: *in qua relucent vita conventualis*: *Paupertas, castitas, & obedientia*: nu. 278. *Et totius Monasticês exemplar*: nu. 278 & seq. & n. 2003. ac seq. & nu. 2861. ac seq. *Successio continuata posterorum S. Eliæ*: *Ex Scripturis stabilita*: num. 280. & num. 2032. ac seq. *De transitu Eliani Instituti à Lege veteri ad novam*: nu. 281. & nu. 1826. ac seq. *Successio continua Elianæ posteritatis usque ad tempora Apostolorum, compendiosè tradita*: nu. 282. Monachis *Palæstinæis, & Ægyptiis Anachoretis eadem fuit ratio vivendi, derivata à S. Elia, Eliseo, & Essenis*: n. 299. *Successio* Monachorum *in Palæstina (retrogrado ordine) à Christo usque post an.* 400. num. 300. *In locis ubi Filii Proph. & Esseni habitarunt*: nu. 301. *Palæstinaorum* Monachorum *institut. olim eadem quæ in Ægypto*: nu. 303. *Derivata à SS. Elia, & Eliseo*: num. 304. *Instituta eadem olim fuerunt in Monasteriis Angliæ*: num. 305. *Indè concluditur*, Monachos *istos veteres ab Essenis, & Filiis Proph. derivatos*: nu. 306. S. Elias *primus Princeps Monasticês, ac etiam* Joan. Bapt. *alii sunt Principes secundarii*: n. 308. Elias *igitur primus est fons Instituti Monastici*: nu. 309. *Ideò in primis post Christum seculis omnes Monachi Eliæ posteri aut imitatores erant*: n. 310. *Id auctoritatibus Patrum & aliorum confirmatur*: nu. 311. & 312. Monachismus *olim unicus & indivisus*: num. 313. *Sicut unus est Clericatus*: num. 313. *Cur non omnes dicerentur tunc Carmelitæ*: num. 314. Monachi *olim, & modò variè nuncupati à locis, à Sanctis &c.* nu. 314. Monachi, *quomodò discernendum qui posteri Eliæ successione & qui tantum imitatione*: nu. 315. *Incolentes successivè eadem loca, quæ Elias & discipuli ejus sub eadem vitæ ratione, sunt Eliani successione*: nu. 316. & seq. Religiosus Monastic. Status *instar fluvii irrigui*: n. 342. *Fundatores Ordinum Religiosorum*: nu. 343. & seq. Monachi *plurimi ante S. Antonium primis tribus seculis post Christum*:

Digitized by Google

Christum: n.345. Monastice *seu* Religiosus status *gladio Elia ab hæreticis defenditur*: n. 4000. *Ejus in veteri & novo Testamento consonantia*: num. 4000. Monachi *in primordiis Ecclesiæ, S.Elia posteri, aut æmulatores*: n.2883. *Etiam post SS. Basilium, Augustinum, & Benedictum*: n.2884. Monachi *in primis post Christum seculis, ex instituto S.Elia vivebant*: num. 2886. & seq. Monachi *olim in veste, & conversatione se conformabant S.Elia*: n.2888. *Aliqui ejus posteri, alii æmulatores*: nu.2889. & seq. SS. Monachi martyres in Thecue, *ac in locis, ubi olim Filii Prophetarum, & Esseni*: n.2933. Monachi in Palæstinâ *continuati, etiam inter savissimas persecutiones*: *Esseni, posteri S.Elia*: n. 2959. Monachi *septem martyres, sub Maximino*: *& alii plures Esseni*. nu.2962.

Moniales Carmelitanæ *ab exordio Ecclesiæ*: *deindè in Europam traductæ*. num. 2126

Montis-Pessulani Capitulum generale *anno* 1287. *valde celebre*: num.2673. & seq. *In eo depositu pallii barratis, resumpta sunt alba*. ibid.

Morsensem *Conventum Carm. fundat Comes de Moirsa*: *acceptat B.Ioan.Soreth Generalis*. n.2119

De Mundi duratione *sex millibus annorum*: n.172. & seq. Mundi finis *quando*. num.1080

Musca *Dea Accaron*: nu. 116. *Ideo* Accaronitæ *vocati* muscæ adoratores. num.116

Mysterium *quid*: n.2244. Mysteria *plenaque Christi, & Deiparæ contigerunt in locis, aut vicinia, ubi Carmeli Ordinis mansiones*: num.814. Mysterium fidei *ferè nullum, quod non aliquando oppugnatum*: *cur Deus id permittat*. n. 2245

N

NAamano, *cur, & qualiter licuerit coram idolo inclinare*. num. 1875

S. Narcissus *coruscus miraculis in deserto anachoreta*: nu. 2963. *In magna austeritate vixit annis* 116. ibid.

Nativitas Christi *peculiari cultu celebrata à Carmelitis*: n.2854. *S.Petri Thomæ in ea eximia devotio*: n.2855. *Ita quoq; S.Andreæ Corsini, & aliorũ*. n.2856. & seq.

Nativitatis B.V.Mariæ *festum antiquum*: *Dei revelatione manifestatus dies, angelico cantu celebratus*: nu. 2285. & seq. *Festi istius antiquitas in Ordine Carmeli*. num. 2287

Nestorius *perversa dogmata seminat*: n.549. & in seq. *Illi se opponit S.Cyrillus*: ibid. & conseq. num. 552. & in seq. *Ejus miserab. exitus*. num. 571

Nicolaus Baptista, *Hispanus, Provincia Batica*: *Matritũ ad Curiam evocatus quater ad varios Episcopatus nominatus, constanter renuit*: n.3380. *encomiis magnis celebratus à pluribus, in Curia Hisp. habitus fuit velut* Oraculum: n.3381. & 3501. *Sapientiâ, virtute, eloquentiâ valde eximius: regularis vita, & paupertatis speculũ*: *quanto fuerit in pretio apud Philip. IV. Reg. Hisp.* n.3501

Nicolai Gallici *Prioris Generalis VII. vita epitome*: *Scriptores de ipso*: n.1204. & 1205. *Quot annis fuerit Generalis*: n.1206. *& latiùs*: n.1188. Nicolaus Gallicus, *doctrinâ, & sanctitate clarus*: num.3004. *Generalatûs officio cedens, eremiticam vitam ducit*: *clarus miraculis, sepultus in Auriaca*. ibid.

Nicolaus Kenton, *Anglus, sanctimoniæ laude florens, Provincialatu se abdicat, amore vitæ solitariæ*: *sanctè moritur*. num. 3615

S.Nicon *juvenis, signo crucis mirabiliter victoriosus*: n. 2916. *Venit ad cœtum monachorum*: *illis aggregatur*: *vitam ducit quasi angelicam martyrio coronatur*. ibid.

Nominis mutatio, *in mutatione statûs, frequens*: *frequens etiam olim inter Virgines sacras mutatio monasterii*. num.1973

B.Nonius Alvarez Pereira *Comestabilis Lusitaniæ*: nu. 1454. *Posteri ejus sunt Reges, & Principes præcipui Europæ*: n.1454. *Genealogia posteritatis ejus*: n. 1455: & 1470. B. Nonius *equestris Ordinis clarissimum lumen, non minùs cælo, quàm patriæ gloriosè militans*: n.1457. *Brigantinæ domûs auctor Heros sui ævi maximus*: n.1457. *Annus natalitius, ingressûs in Religionẽ, & obitûs*: n.1458. *Pietas erga Deiparam*: *Epitaphia illius bina*: n.1459. *ad ejus honorem monasterium Carmelitis construit*: *item sex alia templa*: *Frequenter solo pane & aquâ jejunat*: n.1460. *Singularis devotio erga SS. Eucharistia Sacram*. n.1461. *Castitatis amor*: nu. 1462. Beatrix B.Nonii *filia, in odore sanctitatis quiescens, colitur*: n.1464. B.Nonius *Donati humilem vestem in Carm. Ord. assumit*: n.1465. & 1471 *Viliora monasterii officia exercet*: n.1466. *Orationis ejus assiduitas*: *liberalitas in pauperes*: n.1466. *De obitu suo à Deipara certior factus, ad mortẽ se præparat*: n.1467. *Moritur ad illa Euangelii verba*: Ecce mater tua: nu. 1468. *Exequiis adsunt Rex, & Religiosorum, ac Nobilium caterva*: n.1469. *Miracula*: *cultus*: *tabellæ*: *anathemata*: n.1469. & 1472. *Scriptores de vita & gestis* B.Nonii n.1475. *Canonizatio ejus ab Episc. Portugall. (seu Lusitaniæ) instanter postulata*. num.3801

Novitiorum *duorum pia simplicitatis devotio erga pueru-lum* Jesum, *quàm grata ipsi, & matri suæ*: nu. 3440.

Novitius *accedioſus lepido remedio emendatus, & elusus tentator*. num. 3537

Nubecula *typus B. Virginis*: n.1972. & 1978. *Significat immaculatam ejus Conceptionem*: ibid. & num. 2635. & seq.

O

OLeo *in Ecclesia S.Angeli scaturiente infirmi plures curati*. num. 1421

S.Onuphrius *Eliæ vitæ æmulator*: n. 2934. *Monastica conversationis ad exemplum Elia descriptio*: ibid. & in seq.

Oraculum Angelicũ *ab Angelo, in binis tabulis argenteis traditum S.Cyrillo*: n.1068. & seq. *De isto* Orac. *testimonia*: nu. 1069. & seq. Oraculum *de variis regnis Christianorum à Turcis occupandis*: n.1292. & seq. & 1332. ac seq. & 2261. *De Rege, qui Turcas debellabit*: n. 1294. & 1344. & seq. & 2261. Oracula, *vaticinia, prophetia S.Angeli*: nu. 1292. & seq. *magna ex parte adimpleta*. nu.1332. & nu. 1334. & seq.

Ordines plerique *verisimiliter tempore Antichristi multos martyres habituri*: num. 2707. Ordines quatuor Mendicantes *fœdere perpetuo pacis, & concordiæ uniti. Concordia quo utilis, & necessaria*: n.3277. Ordinũ Religiosorũ *vera felicitas & honor, in quo*. n.3414

Ordo Propheticus *in veteri Lege*: *peculiariter Dei cultui dedicatus*: n.2863. *Ejus habitus erat humilis, & asper*: ibid. *Aliqui istius* Ordinis *veri Religiosi*: *aliqui non propriè Religiosi*: ibid. *Variis fuerunt nuncupati nominibus*: n.2864. Ordinis Prophetici *Princeps Elias, & post eum Eliseus*: ibid. Ordo *ille valdè multiplicatus, perstitit usque ad adventum Christi*: ibid. Ordo Propheticus Elianus *à Lege veteri translatus ad novam*: nu. 2882. *sed potissimè*. num. 1826

Oxonienſis *Vniversitatis Professores publici, Carmelitæ plures*. n. 3410. & num. 3943. & seq.

Digitized by Google

P

S. Pachomius *(sicut S. Antonius) magni Eliæ æmulator: ideo jure commemoratur in histor. Carm.* n. 2928

SS. Pachomii, & Palæmonis *heroicarum virtutum exemplar:* num. 2929. S. Pachomii *obitus, anno ætatis* 110. num. 2930

Pallia alba *antiquus Carmeli Ordinis habitus: cur pro eis assumpta* BARRATA: num. 2071. & 2076. Pallia barrata *in usu fuerunt ab anno circiter* 639: *ad* 1287. nu. 2072. *Alba resumpta dicto anno* 1287. n. 2073. & seq. Habitu Carmelitico *amicta B. Virgo Maria apparet:* nu. 2073. *S. Elias suprà melotem gestavit pallium: illud, & discipulorum, ac posterorum fuit albi coloris:* n. 2075. S. Eliam *imitabantur veteres monachi in veste: qui & albam melotem caprinam gestabant:* n. 2075. Barrata pallia *constabant septem partibus, alternis albis, & grisæis: quæ etiam dicta fuerunt radiata, circulata, ac virgulata, & cur:* n. 2071. & 2076. *Circa* pallium S. Eliæ: *Hallucinationes:* n. 2077. Pallium S. Eliæ *aut* barratum Carmeliticũ *fuisse* ex serico, *seu* panno Syrico, *seu* camelotto, *commentum est.* n. 2078

Panormi *per S. Angelum præstita beneficia.* n. 1398

Paradoxum grande: *dia vivere plerique cupiunt, & media contraria assumunt.* n. 1193

Patriarchæ duo *olim erant Ierosolymis, alter Græcus, seu Graci ritus, alter Latinus:* n. 1241. *Ita quoque Constantinopoli olim per plura sæcula duo Patriarcha, sic & alibi.* n. 1243

S. Patritius *seu* Patricius *æmulator, & cultor S. Eliæ:* n. 2913. *Monasticis institutus imbutus in Lerino:* ibid. *Singulariter devotus S. Eliæ: quem invocans, duplicem ejus meritis gratiam obtinet: videlicet liberationis à pressura dæmonis, & mirabilis illustrationis in anima:* num. 166. & num. 2064. & 2913.

Paulus de Biscontis, *Siculus Episc. Mazarensis: deindè Archiepisc. Panormitanus: Confessarius Nicolai V. & Pauli II.* num. 3327

Pentecoste *dies* 50. *à Paschate lætissimus omnibus Christianis:* n. 1825. & 1828. & 1831. *Peculiariter Carmelitis, tunc à Lege veteri ad Euangelicã traductis:* ibid. *SS. Elias, Elisæus, ac eorum discipuli Mosaicam legem servabant, atque unà paupertatem, castitatem, & obedientiam:* n. 1826. *Eorum posteri die Pentecostes, & seq. Euangelicam legem susceperunt:* ibid. *In veteri & nova Lege ejusdem Religionis:* n. 1827. *Habebant mansionem in monte Sion; Plures eorum baptizati die Pentecostes:* n. 1827. *Fidem cum Apostolis prædicant:* nu. 1827. *Tempore Apostolorum cur observationes nonnullas Legis veteris tenuerint:* n. 1830. Pentecostes *Carmelitis peculiariter celebrandæ:* n. 1831. *Id præstitit S. Petrus Thomas, & S. M. Magd. de Pazzi.* ibid.

Pestis *patrocinio Sanctorum Ordinis hujus sæpè extincta:* Vide Indic. I. sub titulo: SYLLABUS.

S. Petri de Alcantara *Teresiæ, & M. Magdal. de Pazzi assimilatio:* n. 1724. S. Petri de Alcantara, *& S. M. Magd. de Paz. paritas in sanctitate & virtute.* n. 1727

Petrus de Casa, *Gallus, Lemovicensis, Generalis electus Valencenis in Belgio, ter Comitia Generalia indixit:* nu. 3019. & n. 3332. *Episc. Vasionensis, Patriarcha Hierosolym, piissimè moritur, titulus Beati à variis ipsi tribuitur:* n. 3333. & n. 3509. *Epitaphiũ ejus.* nu. 3333, & 3509.

Petrus Cernovichius, *seu* Pet. Angelus Cornov. *Princeps nobilissimiraculis illustris in Conventu Carm. Valentiæ:* n. 3433. *ex Italia ob negotia venit in Hispaniam:* n. 3434. *Matriti habetur ut sanctus:* ibid. *Valentiam venit infirmus: deducitur ad oppidum vicinum:* ibid. *in spiritu invisit S. Ludovicum Bertrandum, à quo obitus sui diem intelligit: & reciprocè ipsi prædicit:* ibid. *Corpus ejus depositum inter cadavera alia, illustratur radio luminoso:* n. 3435. *locum communis sepulturæ replet suavi odore, qui desinit, & succedit fœtor, corpore illo aliò translato:* ibid. *mox à morte matri, & fratri apparuit.* ibid.

Petrus Lupus *animi, zeli; & virtutis magnitudine commendatus à variis.* num. 3541

Petrus Ifimbardi, *illustri genere ortus, in aula Imperatoris mansit, in Carmeli Ordine professus, post varia munia, Episcopus Cremonensis.* n. 3337

S. Petri Thomæ *elogium:* n. 374. *Inter ipsum & Deiparam reciprocus amor:* nu. 375. *Idea perfectiss. Legatorum:* n. 588. Apostolici Legati absolutiss. effigies: n. 589. *præcipuæ Legationes recensentur:* n. 590. & seq. *Fit Patriarcha Constantin. & legatus expeditionis crucesignatorum:* nu. 593. *Episcopatus varii antea illi collati:* n. 594. *Bononiæ pax mirabili ratione per eum reddita:* n. 595. *pro qua frustra Reges & Principes laboraverant:* n. 596. *Effecitque quod nequiverant Imperator, Reges, Comites:* nu. 597. *Vita* S. Petri Thomæ *scriptores* 4. *illustres:* num. 598. *Primus* Philippus Mazzerius Cancellarius Cypri: *testis oculatis in plerisque.* ibid. & seq. *Scriptor secundus vitæ* S. Petri Thom. Joan. Carmeſſon: num. 600. & 620. *Scriptor tertius* Arnoldus Bostius: num. 602. *Scriptor quartus* Lucas VVaddingus: num. 603. *Scriptores alii plures de* S. Petro Thoma: num. 604. & seq. S. Petri Thomæ *sanctitas divulgata per orbem mox ab obitu:* num. 613. *Identidem nuncupatus* Sanctus *in oratione funebri:* num. 614. *Idque Spiritus sancti instinctu:* ibid. *colitur nunc ut* Martyr: num. 615. *quia vulneratus infidelium telis, & nondum sanus, obiit:* nu. 616. & seq. *etiam vocari potest* confessor: nu. 619. *à Deo mirè electus:* num. 620. *Aquitania* S. Petri *Patria:* n. 622. & 711. *Piis, pauperibus natus parentibus:* ibid. & 712. *Spernit mundi illecebras:* ibid. *Condomii fit Carmelita:* num. 627. & 713. *Vas admirabile efficitur, ornatum omni lapide pretioso virtutum:* num. 622. & potissimè n. 627. & seq. *B. Virgini Mariæ devotiss.* num. 629. *ab ea in paupertate sublevatur:* ibid. *prædicat aliis indefessè: in zelo & charitate:* nu. 631. *Arguit liberè vitia, auditoribus timorem & amorem ingerens:* num. 632. *Ope B. V. Miraculosè pluviam impetrat:* n. 633. *Procurator Generalis:* n. 634. *in deductione funeris Clementis Papæ VI. eligitur Prædicator Exequiarum:* n. 635. *ex prædicatione varia fit raucus: Et B. Virg. implorato auxilio subitò curatur:* ibid. *Orationi, & contemplationi vacat: Vicario ignitus flagrat:* n. 637. *Lumen ingens de cœlo descendens super illum videtur:* n. 627. *In Bulgariam à Dom. Papa mittitur ad Regem Rachiæ:* nu. 638. *Ex Turcarum manibus, fusâ oratione, ipse cum suis mirabiliter eripitur:* ibid. *validâ maris tempestate obortâ, oratis S. Petro, iterum à naufragii & hostium periculis liberantur omnes:* num. 639. *Radios claritatis, scientiæ, & virtutis emittens: Papæ & DD. Cardinalibus gratus:* num. 640. *& admirationi:* num. 641. *ab Innocentio VI. Papa destinatur Neapolim ad Regem, & Reginam:* num. 642. *In Bulgariam ablegatur ad Regem Rachiæ (seu Rassiæ)* num. 643. *Legatus ad Imperatorem Romanum:* num. 644. *Ecclesia*

Digitized by Google

cleſia Pactenſis conſtitutus Epiſcopus : ibid. *denuò ad Regem Rachia pergit* : num. 645. *quæ ibi ſanctè & heroicè geſſerit*: ibid. & ſeq. *Legatus ad Regem Hungariæ, & Venetos pacificandos* : num. 648. *mittitur ad Imperatorem Conſtantinopolitanum* : num. 649. *Pontificiam propugnat dignitatem*: ibid. *Imperatorem in fide confirmat* : num. 650. *Salvatoris noſtri ſepulchrum viſitat* : ibid. *fit Legatus Orientis* : num. 651. *Regem & Reginam Cypri coronat* : ibid. *ab Vrbano Papa fit S. Paſſagii Legatus* : ibid. *Conſtantinopolitanum Imperatorem & alios in fide corroborat* : num. 653. *litteræ Imperatoris Conſtant. ad D. Papam* : num. 654. *Imperator facit profeſſionem fidei Romanæ Eccleſiæ* : num. 655. *promittitque imperii ſui totius ſubjectionem* : ibid. *& imperium conſolatum teſtatur per Legatum* : num. 656. S. Petrus *Archiepiſcopus Cretenſis* : num. 657. *Barnabonem Mediolanenſem dynaſtam cum Pontifice reconciliat* : nu. 657. *Ianuenſium bellum divertit*: nu. 658. *Regem Cypri ad bellum contra Turcas inflammat*: num. 660. *Venetos ad idem hortatur* : *& conſentiunt* : ibid. *Legatus ſimul & Patriarcha Conſtantinopolitanus conſtituitur*: num. 661. *Ianuenſes repacificat* : num. 662. *Crucem Chriſti portat & prædicat* : num. 663. *Ipſe, & Rex Cypri cum exercitu Alexandriam pervenerunt, eam occupant* : num. 663. *Virtute S. Crucis Paganos ſuperant*: num. 663. *S. Patriarcha inter enſes Martyrii cupidus, Martyrii lauream promeretur*: num. 669. *Tenerrimè compatitur peccatoribus, ut in Chriſto reparturiat*: num. 664. *Græcos ſchiſmaticos Rom. Eccl. aggregat* : num. 665. *Peſtem Famaguſtæ extrat* : num. 666. *Cruce in mare immiſſâ tempeſtatem ſubitò ſedat* : num. 667. *In Candiam navigat, hæreſim exſtirpaturus*: num. 668. *Hæreſiarcham, epitulante Rege, comburi juſſit*: ibid. *Nobili Matronæ prolem maſculam benedictione promiſit, & impertit* : num. 669. *In nativitate Domini tres Miſſas cantat* : ibid. num. 671. *ad Eccleſiam de Cana pergit pedibus nudis*: ibid. *Lethaliter infirmatur* : ibid. *Diſponit de familia*: ibid. *Confitetur, humillimè SS. occurrit Sacramento, & piiſſimè illud ſuſcipit* : num. 672. *in ſacco mori vult*: num. 673. *Adinſtar S. Martini, ſe divinæ committens voluntati, vidit diabolum* : num. 675. *Iacens in ſacco paleaceo, cum lanea tunica rudi, & Scapulari antiquo, miram odoris ſuavis fragrantiam ante mortem emittit* : num. 687. *Piiſſimè moritur* : *manet corpus per ſex dies inſepultum* : ibid. *Interea à Deo miraculis mirificatur* : num. 677. *Epiſcopus Laodicenſis, de requiſitione Regis Cypri, concilio congregato, S. Patriarchæ, miracula inquirit, & approbat* : num. 679. *Ioannes de Faventia Ordinis Minorum Guardianus Dominicus Provincialis* : *Carmelit. & plures alii, ſubitò ab infirmitatibus ſanati meritis S. Patriarchæ*: numero 680. & ſequ. *Teſtimonium ſolemne Epiſcopi Laodic. de variis miraculis, & ſuaviſſimo odore è corpore* S. Petri : num. 686. & ſequent. *Epiſcopus graviſſimis inteſtinorum preſſus doloribus extrema patiens, invocato auxilio S. Legati* : *& attactu illius Capelli, in inſtanti curatur* : num. 688. *Sic & alii plures* : numero 689. & ſeq. *Quatuor ab obitu menſibus* : *aperto ſepulchro, coram Regni Cancellario, Per Epiſcopum viſitatum corpus* ; *Ductile, ut in vivis, & incorruptum inventum fuit* : num. 693. *Miracula varia, examinata & approbata* : num. 680. & ſeq. & 694. ac ſequent. *Revelatio facta* S. Petro Thomæ, *à B. Virg. Maria, promittente Ordinis patrocinium* : num. 689. & ſeq. 3035. & ſeq. *Apparitio alia inſignis B. Virg. Mariæ facta* S. Petro Thom. num. 700. *Caſus valdè ſingularis* : *in perplexitate magna indicta jejunia, preces, & Miſſa de* S. Petro Thoma : num. 707. *Et mox ſuccеſſit devotionis iſtius effectus optatus* : ibid. *Iſtius hiſtoria & caſus mirabilis teſtes* : ibid. & ſeq. *Bulla Apoſtolica 29. Innocentii VI. & Vrbani V. Sum. Pontif. de legationibus & rebus geſtis* S. Petri Thomæ: num. 761. & ſeq. *ab Innoc. VI. Legatus deſtinatus ad Genuenſes, & Mediolan.* nu. 761. *Epiſc. Pactenſ. ab eodem inſtituitur*: n. 762. *Ad Regem Raſiæ, & Patriarcham Serviæ ab eodem miſſus*: n. 763. & 765. & 766. *& deindè ad Ducem Venetiarum*: nu. 770. *& rursùs*: n. 772. *ac ad Ludoviçum Regem Hungariæ* : num. 771. *ad Ioan. Palæolog. Imperat. Græcorum*: n. 773. *ad Patriarcham Græcorum*: num. 774. *Ad Coronenſem Eccleſ. transfertur, & cur*: n. 776. *Apoſtolicus Legatus in ampliſſimis regionibus conſtituitur*: n. 778. & nu. 780. *Inquiſitor generalis* : n. 781. *Ab Vrbano V. Patriarcha Conſtantinop. & Legatus expeditionis contra Turcas per Orientales regiones creatur*: n. 783. & ſeq. S. Petrus Thomas, *quæ ſcripſerit* n. 3021. *Fructus uberrimos profert*: n. 3022. *Fidei Chriſtianæ eximius ac admirabilis propugnator, & propagator* ; n. 3023. & ſeq. & n. 3024. & ſeq. & num. 3338.

Philippus de Ferraria, *Epiſcopus, Doctor celebris*: num. 3049. & 3133. *epitome vitæ ejus* : *Canonizationis S. Alberti cauſa ipſi committitur: & regni Siciliæ negotia graviſſima demandantur*: *Regis Siciliæ Eleemoſynar. & Conſiliarius Legatus ad Ferdinandum Regem* : n. 3342. *Ab Epiſcopatu Pactenſi tranſlatus ad Agrigentinum* : n. 3342. *Cardinalem fuiſſe ſcribunt aliqui.* ibid.

Philippus à S. Joſepho, *ex Duce, Marchione &c. Carmelita*: n. 3570. *proſapia, ampla ejus Dominia* : ibid. *Natus, & educatus Bruxellis* : *Patrin. Rex Hiſpan. & Belgii Principiſſa*: ibid. *ingreſſus in Carm. Ord.* nu. 3571. *pium ſtratagema, ne à Religionis propoſito impediretur* : nu. 3572. *animi conſtantia in ſua vocatione*: ibid. *Converſatio, & virtutes in Religione*: n. 3573. & ſeq. *Obitus, exequiæ ſolemnes.* num. 3574

Philipp. Theobaldus *præcipuus inſtaurator Ord. Carm. in Francia*: n. 3511. *omnibus omnia factus*: ibid. *Theologicarum virtutum exercitator præcipuè* : num. 3512. *iſtis cæteras adjunxit.* n. 3513

Polonorum *mirabiles victoriæ* : nu. 1361. Polonici *Carmelit. Conventus præcipui per Suecos diruti*: n. 3914 & ſeq. Poloni *Carmelitæ ſanctitatis, aut virtutis præcellentes odore, aut eruditione inſignes* : num. 3537. & 3916. & ſeq.

Pragenſes Carmelitæ *pro veritate quæ paſſi.* nu. 3531

Præſentationis B. V. Mariæ feſtum *antiquum in Carmeli Ordine, & ſolemne*: n. 2621. *Myſterium feſti hujus ex Menologio, & Menæis Græcorum*: n. 2622. & ſeq. *Maria virgo trimula qualiter aſcenderit ad templum*: n. 2625. *Exercitia ejus in templo* : *ad inſtructionem virginum, & monialium*: n. 2626. Præſentationis feſtum *olim valdè ſolemne in Orientali Eccleſia*: n. 2627. Præſentationis feſtum *magno apparatu ſolemnizatum in Curia Pontificia, an.* 1372. n. 2628. *Exindè propagata feſtivitas*: n. 2629. & ſeq. *Hæreticorum calumniæ refelluntur.* n. 2632

Profeſſio Religioſa *ut benè fiat, debet eſſe non ſacrificium, ſed holocauſtum.* n. 3467

Prophetæ *variæ acceptiones*: *nomen illud ſæpè ſignificat, hominem Dei cultui peculiariter dicatum.* n. 2862

Digitized by Google

Purificationis festum *etiam nuncupatum* Hypapante, *& alijs nominibus*: num. 813. *Celebratum ab initio Ecclesiæ*: n.813. *De eo extat insignis homilia S. Methodij*: ibid. *Antiquum, & solemne in Ordine Carmeli.* num.815. & 816

R

RAdulphus Alleman. *Generalis VIII. vir religiosissimus.* n. 3526

Radulphus Fresburnus *in Carmelo Religiosus, redit in Angliam, ibi Ordinem propagat; miraculis coruscus.* n. 3610

Reformatio, & strictior observantia *in Gallia, Belgio, & Germania instauravit damna, per stragem maximam anteà Ordini in istis regionibus illata*: nu. 3511. & n. 3513. & 3823. & num. 3824. 3545. ac seq. & 3902. & 3933. Reformationis *bona si Provincia alia in Italia, & Hispania, perspecta haberent, eamdem etiam avidè amplecterenturt* num.3555. *Media, quibus* Reformatio *introducenda, & fovenda*: nu. 3551. Plura habet lector hîc suprà, sub titulo: CARMELI ORDO PRIMÆV.

Religiosæ Monasticæ vitæ *antiquitas & sanctitas*: n. 351. *Monachi veteres fuerunt Eliæ posteri, aut æmulatores*: num. 352. & seq. *Propterea ad Elianam historiam spectant*: nu. 354. & seq. *Religiosi docti, & boni, quantum boni possent in Ecclesia.* n. 2333

Rex *venturus, qui Terram sanctam recuperet*: n.1294. & n.1344. & 1347.

Richardus Northalis, *Anglus, Episcopus Ossoriensis, Legatus ad Pontif. Bonifac. IX. Archiepisc. Dublinensis, Hiberniæ Cancellarius.* n. 3346

Robertus Berthelot *Episc. Damascenus patriâ fuit Burgundus, professione Lugdunensis, S. Francisco Salesio piam præstitit operam in agone, & funere*: num. 3347.

Roma, *urbium antemurale*: nu. 1079. *In ea quàm ingens numerus martyrum.* ibid.

S. Romanus *martyr, monachus veteris instituti: Christianos confortans, comprehensus, variè torquetur*: nu. 2968.

B. Romæus *binominis, etiam dictus* Henricus *socius S. Avertani*: num.991. & 994. & num. 1034. ac seq. B. Romæo *morienti apparet Christus cum S. Avertano*: nu. 1035. B. Romæus *socius peregrinationis, tumuli, & venerationis S. Averteni.* nu. 1036

S

S. Sabas, *magnæ sanctitatis: ab adolescentia monachus*: nu. 2971. *In locis, ubi olim SS. Elias, & Eliseus, ac eorum posteri habitarunt: & idem vitæ institutum servârunt: partim in cœnobio, & partim in solitudine, instar Eliæ*: n. 2972. S. Sabas, *ut* Elias, *Dei providentiâ, pastus*: ibid. *Lauras ædificat, sicut & ejus discipuli, circà Iordanem, & Iericho: ubi SS. Elias, & Eliseus habuerunt discipulos, & Conventus.* n. 2973.

Sabbatis, & Kalendis *fideles Iudæi soliti ire in Carmelum*: n. 1863. Sabbatis *B.V. Maria specialiter juvat animas Confratrum S. Scapularis in purgatorio*: num. 1982. & seq. & 3979.

In S. Sabinæ Monasterio *Romæ, simul S. Dominicus S. Franciscus, S. Angelus.* num.1232. & 1302

Sacellum primum Deiparæ dicatum in Carmelo: n. 1972. & 1979. *Indè Ordo, & Fratres nuncupati* B. M. de monte Carmelo: num. 1973. & 1980. *Titulum illum Summi Pontifices confirmârunt: & eo nominantibus Indulgentias concesserunt.* ibid.

Sancius Dull, *Hispanus, Panitentiarius Apostolicus, Episc. Segobr. & Albarracin. Synodum Diœcesi. iteratis vicibus celebrat: Ecclesiarum suarum jura tuetur, & ablata vindicat, sic ut earum sit restaurator*: nu.3349. *Avenione moritur: corpus postea Segobricam translatum: Epitaphium.* n. 3350

Sancti in Carmeli Ordine, *Prophetæ, Martyres, Patriarchæ, Episcopi, Prieres Generales, Provinciales, Virgines sacræ, Laici*: num.2605. *Eorum multitudo*: n. 2606. *Discipulorum SS. Eliæ, & Elisæi numerus ingens*: n.2607. *Ex illis multi Martyres effecti, Elianus Carmeli Ordo in primitiva Ecclesia florentissimus: Tunc & in persecutionibus sequentibus, martyres multi*: num. 2611. & 2612. & seq. *Martyres plurimi sub Homar, & successoribus Saracenis*: num. 2614. & sequ. *Anno Christi* 1187. *& sequentibus; multi Martyres in Ordine Carmelitano*: num. 2616. *In octava Ordinis persecutione, multi pro fide interempti à Turcis*: num. 2617. *& plures ab hæreticis*; num. 2618. & seq.

S. Scapularis *B. Virg. Mariæ devotione victoria de Turcis*: n. 1361. Scapulare *traditum à B. V. Maria S. Simoni Anglico*: nu. 1478. & seq. & n.1515. & n. 1973. & num. 1981. S. Scapulare *adjutorium animarum in Purgatorio*: n.1974. & 1982. Scapulari *mediante, plures ab æterna damnatione præservati*: n. 1519. *Privilegiorum S. Scapularis participes esse possunt omnes fideles*: nu.1520. & nu. 3985. ac seq. *Concionatoribus, & Scriptoribus de S. Scapulari monitum, quoad verba ista*: in hoc moriens *&c. quæ non nudè, sed sensu similium aliorum intelligenda*: num. 1521. *S. Scapulare gestando licentiosiùs vivere, impium esse*: n.1521. *Homini desperabundo imponitur Scapulare: qui confessus, piè moritur: post mortem apparens, asseris se per Scapulare salvatum*: nu.1522. *Miraculum istud examinatum, & approbatum*: ibid. *Principes multi, Imperatores, Reges, ac Summi Pontifices Scapulare gestantes*: nu.1523. *Per* Scapulare *insigne, & manifestum miraculum*: nu.3985. *Hinc permoti plurimi* Scapulare *recipiunt*: num. 3985. *In Anglia*: num.3985. *In Gallia*: nu. 3986. *In Hispania*: n.3986. *In Germania*: n.3986. *Et Belgio generalis pietas erga* Scapulare *B. V. Mariæ*: num. 3986. *Item etiam in Italia*: n.3987. *Vbi singulare exemplum præbuit SS. Dom. Alexander VII.* num.3987. *Casus valde singularis circa privilegium* S. Scapularis, *dictum* Sabbatinum: nu.3979. *S. Inquisitionis generalis decretum quoad* adjutorium animarum in purgatorio pro Confratribus S. Scapularis: num. 3979. *Isti consonat Sacr. Rituum congregatio*: nu. 3979.

Scriptores *omnes, dicacitati subjecti.* n. 2860

S. Serapion *Antiochenus Episcopus VIII. sanctitate, & eruditione clarissimus*: n.2557. *Anachoreta, seu Ascetæ fuit Prophetici Eliani Instituti*: num.2558. & seq. Serapion *alius, ex Anachoreta Eliano posteritatis Episcopus Thmueos, sanctitate illustris.* num.2559

Siculi Carmelitæ *sancti, aut eximiis virtutibus decorati*: *S. Albertus*: n.2162. & seq. *Aloysius Rabbata*: num. 1433. & seq. *atque alii*: n. 3420. & seq. Siculi, *Carmelitæ, assumpti Præsules: Paulus de Biscontes, Archiepisc. Panorm.* num. 3327. & alii n. 3342. & 3757.

Digitized by Google

3757. *eruditione, & libris scriptis facundi:* num. 3639. & seq.

S. Spiridion, *admiranda sanctitatis:* Propheticam vitam *ducens:* num. 2640. *Alumnus Prophetici Eliani Instituti:* n. 2643. *In lege Domini meditans, archetypum virtutum efficitur:* num. 2644. *Nonnulli censent, ipsum fuisse Tertiarium:* ibid. *In Carmeli Ordine festum ejus agitur* 14. *Decembris:* nu. 2645. S. Spiridion *qua pro Christo passus:* num. 2647. *Philosophum argutum paucissimis verbis ad Religionem Christianam adducit:* num. 2649. *Triphyllium Episcopum, verba S. Scriptura mutantem, corripit:* num. 2650. *Constantino Imperatori morbo incurabili laboranti, Angelus apparens, morbi curatorem ostendit* S. Spiridionem: n. 2651. *Colaphus incutitur ejus maxillæ: alteram præbet:* num. 2652. *Imperator ejus tactu sanatur:* n. 2654. *Hinc ingens gaudium in aula:* n. 2655. *S. Spiridionis salutaria monita ad Imperatorem:* nu. 2655. *S. Spiridionis hortatur Constantin. Imp. primus Ecclesiasticis immunitatem decernit:* num. 2656. *Miracula varia obitus.* n. 2657

S. Simeon, *habitus ut stultus, altè sapiens: venit cum socio ad monasteria circà Iordanem:* n. 2944. *Sancta & mirabilis vita:* Simeonis: num. 2945. *Deo revelante, solitudine egreditur, ut alios salvos faceret:* num. 2945. S. Simeon, *& socius, posteri, aut æmulatores S. Eliæ:* ibid. Simeon *alius, anachoreta ejusdem instituti:* nu. 2946

S. Simonis Anglici, *cognomine* Stock, *VI Generalis, devotio eximia erga Deiparam: ejus festum solemne:* nu. 1476. *Martyrologia, & Scriptores de illo, ab ejus obitu usque in præsens:* num. 1478. & seq. S. Simonis *virtutes, præsertim in regimine:* num. 1480. *In magna Ordinis pressura Deiparam invocans, exauditur:* num. 1480. *Ab eadem accipit S. Scapulare:* nu. 1478. & seq. & 1515. & alibi. *Miracula* S. Simonis Stock: n. 1482. & 1530. & seq. & 1533. *S. Simonis abstinentia mirabilis:* num. 1483. *Virtutes ejus aliæ:* ibid. & seq. Stock *cognomen undè derivatum:* nu. 1488. & 1503. *Chronotaxis vitæ:* S. Simonis: n. 1489. *Sub* S. Simone *Ordo valdè multiplicatus:* nu. 1492. S. Simoni *cultus exhibitus anno* 1. *post ejus obitum:* num. 1495. *Officia propria pro festo S. Simonis à quo tempore:* n. 1496. *Reliquiæ* S. Simonis *distributa variis Conventibus:* num. 1497. & seq. & 1531. *Sanctitas insignis* B. Simonis *undè colligatur:* num. 1499. & seq. *Devotio ejus erga B. Virginem: secessus in eremum:* num. 1503. 1504. *Vitam mixtam agens, prædicationi incumbit:* num. 1505. S. Simon *in Carmelo solitariam vitam agit:* nu. 1508. *Eligitur Generalis: quale ejus regimen:* num. 1510. *Apostolica privilegia Ordini suo procurat:* nu. 1510. *Regulam Ordinis per Apostolicam Sedem declarari, & moderari procurat:* num. 1511. *Persecutio gravis adversùs Ordinem: cui per remedia opportuna occurrit* S. Simon: n. 1507. & 1512. S. Simon *Ordinem afflictum commendat B. V. Mariæ:* nu. 1515. *Quæ apparens, Scapulare tradit, & ad Summum Pontificem mittendos monet:* ibid. *Rationes traditi à B. V. Maria Scapularis:* nu. 1517. S. Simon *studia scientiarum promovet, præsertim in Anglia:* num. 1526. & 1527. *Quæ scripserit: inter ea sunt Antiphonæ duæ celebres:* Flos Carmeli, & Ave stella mat. n. 1528. *Apostolica sedis favores, & privilegia concessa tempore* S. Simonis: n. 1529. S. Simonis *obitus:* nu. 1500. & 1531. *Miraculis clarus in vita, & post:* nu. 1530. & 1531. & 1533. *Consiliarius Burdigalensis per Scapulare à trajectu præservatus: indè devotio ad S. Simonem aucta.* num. 1535

Sinaitæ Monachi *martyres:* nu. 386. *Distracta eorum Monastica vitæ ratio:* n. 386. *In silentio, in disjunctis cellis:* nu. 387. Sinaitæ Monachi *exemplum S. Eliæ propositum habent:* n. 387. *Eliana vitæ sectatores. In loco, ubi S. Eliæ dicatum templum.* nu. 389

Societatis Jesu *Historia primaria V. G. de lib. exercit. S. Ignatii &c. quàm certa & inconcussa veritatis:* nu. 3996. & 3997. *Eadem est certitudo Carmelitan. Hist. prim.* ibid. & n. 3398

B. Stanislai *Bidigostiæ Poloni Vita.* num. 1230

S. Stephani inventio *anno Christi* 415. *Descripta à S. Luciano, teste oculato:* num. 2151. *S. Gamaliel apparet B. Luciano:* n. 2152. & seq. *Iubet ire ad Ioannem Episcopum Hierosolymit:* ibid. *Ioannes Episcopus lacrymatur præ gaudio:* nu. 2153. *ex Reliquiis S. Stephani odor suavissimus emanat: infirmi plurimi curantur.* nu. 2154. & seq.

Stephanus Patrington, *Anglus, Provincialis per Angliam: Episc. Menevensis; Concilio Constantiensi interfuit: Episc. Cicestrensis; Provincialis existens habebat Religiosos ultra* 1500. *Confessarius Reginæ, & Henrici Regis: sanctè moritur.* n. 3360

Stigmata *S. Francisco prædicta à S. Angelo:* n. 1232. & 1302. & 1328. *vid verbo:* Francisc.

Studia *quàm necessaria in Carmeli Ordine: & in illis proficiendi utilis. praxis:* num. 3972. *Stimulus ad studia quis esse debeat Religiosis:* n. 3959. *Plura de Studiis signata sunt in Indice Ascet.*

Successio posterorum SS. Eliæ, & Elisei, *circà Iericho, Iordanem, & loca vicina:* num. 280. & seq. & 2985. *Ex istis locis traducti in Ægyptum, eamdem servantes vitæ normam:* ibid. *Atque ita omnes in istis locis successores, aut æmulatores S. Eliæ:* n. 298. & seq. & n. 2986. *In primis seculis post Christum unicum fuit monasticum institutum: donec, Dei inspiratione, Ordinum distinctio facta fuit:* num. 308. & seq. & num. 2987. *Sicut post aliorum Ordinum Patriarchas fuit successio, ita & post S. Eliam:* num. 306. & seq. & num. 2988. *Monasteria multa, & monachi plurimi ante S. Antonium, & S. Hilarionem: circà Nicomediam, Antiochiam:* nnm. 2989. & 2990. *Circà Alexandriam, in Cælesyria, & alibi:* ibid. *Monasticês primordia in Palæstina, & indè traductio in Ægyptum, ac deinceps in totum orbem:* num. 299. & seq. & nu. 2991. *Monasticês primus exercitator, auctor, princeps alius, à S. Elia, assignabilis nullus:* n. 342. & seq. & n. 2992.

Suna *urbs vicina Carmelo:* num. 1861. *Per eam sæpè transit Eliseus: ibi mulier ei cellulam parat: cui Eliseus impetrat filium:* nu. 1862. Sunamitis *vadit in Carmelum ad Eliseum:* num. 1864. *Qui mortuum ejus filium resuscitat.* num. 1865

S. Syncletica *Eliani Instituti cultrix:* n. 369. *Exemplar singulare patientiæ in morbis:* n. 370. *Apophthegmata aliquot ejus.* nu. 370

T

S. Telesphorus *Anachoreta Eliani Ordinis:* nu. 791. & 794. & seq. 797. & 806. *Monachi, & anachoretæ multi, tempore* S. Telesphori: nu. 795. & n. 806. Institutum Eliæ Prophetæ, *sive Carmelitarum,*

Digitized by Google

tarum sub Antonino Imp. num. 800. *Vespasianus in Carmelo oraculum consulit*: num.802. Balbinus *de Carmeli Religione*: n.804. Carmelitæ *initio Ecclesia*: num. 805. S. Telesphorus *Pontifex eligitur*: n.805. *Septem hebdomadas jubet Clericos carnibus abstinere*: n.807. *Quadragesimale jejunium lege sancit*: nu.807. *Tres Missa in Nativitate Domini ab eo instituuntur*: num. 808. *Varia à S. Telesphoro utiliter statuta*: num. 809. *Varios ordinat, & ad prædicandum mittit*: num.810. *Valentini, & Marcionis hæresi resistit*: n.811. *S. Telesphorus martyrium subit*: nu. 812. *Tempore S.Telesphori claruerunt* S.Justinus *apologiam pro Christianis scribens*: nu.799. *S.Quadratus Episcopus Athenienſis, Propheta Carmelita, & plures alii*: n.801. Tacitus *mendax*. nu.804

S. Teresia, *Virgo, & Mater*: *jussa, scripsit historiam sua vita*: *quam perfectam elucubravit Franciscus Ribera*: nu. 2318. *Scriptores alii plures de ea*: ibid. *Vita, qua hic datur, est probatissima*: *Romani judicii rigidissimâ discussione, auri instar, examinata*: n.2319.& seq.S.Teresia *purissima Virgo, Mater prafacunda innumerorum filiorum, ac filiarum, saluti animarū cooperantium*: n.2322. & 2363. *filia Ordinis Carmelit. à S. Elia inchoati*: *mater utriusque Congregationis Carm. Discalceatorum*: num.2323. *Formula publica protestationis* S.Teresiæ: num.2323. *Ejus zelus flagrans pro salute animarum*: num.2324. *Is illi motivum fuit, ad inchoandam Congregationem Discalceatorum*: num. 2325 &2330. *Priori Generali Ioanni Rubeo suum declarat propositum*: *quod ipse approbat*: nu. 2326. & 2331. *Et plura monasteria ab ea erigi exoptat*: num. 2326. & 2327. *Ex antiquo Carmeli Ordine duo primarii socii* S. Teresiæ, *B. Ioannes à Cruce, & Ven. P. Antonius Heredia, seu de Iesu*: nu. 2328. *Per istos duos (præsertim B.Ioannem à Cruce)* S.Teresia *inchoavit Congregationem Discalceatorum*: nu. 2329. S. Teresia, *ob jacturam plurimarum animarum, dolore magno corripitur*: n. 2230. *P. Generalis Ordinis Carmelit. venit in Hispaniam*: S.Teresiæ *intentum magnopere laudat*: *ac cooperatur*: n. 2331. S. Teresia. *& ejus moniales, qualiter ad salutem animarum industriè cooperentur*: n.2332. & seq. S. Teresiæ *idem scopus, qui S Elia*: *zelus animarum*: num. 2333. *suos, suasque sæpè monebat ad imitationem S. Elia sui fundatoris*: n. 2335. *Cujus heredes, & successores etiam sunt Carmelitæ Discalceati*: n.2336. S. Teresia *in vita, & proximè à morte habita ut Sancta, in gradu sublimi*: *etiam à viris gravissimis*: nu. 2338. & seq. *Inter quos S. Petrus de Alcantara*: *S Franciscus de Borgia*: M. *Ioannes D'Avila, viri verè Apostolici*; *Dominicus Bannez & complures alii*: nu.2339.& seq. *Libri à* S. Teresia *scripti, planè divini*: *quorum sapientiam clarissimi Theologi admirantur*: *&* S.Teresiam mysticæ Theologiæ magistram *prædicant*:n.2344. & seq. *Miracula, veluti Dei sigilla, multa, & illustria obsignant ejus sanctitatem*: nu. 2346. & num. 2485. & seq. &2533. & seq. S. Teresia, *virtutes heroicas cumulatissimos favores divinos & charismata occultare satagebat sed Deus manifesta fecit*: num.2351. *Vndè vivens* Sancta *habita, & dicta, etiam apud Reges, & Proceres*: ibid. *Plura de eius eximia sanctitate, ibi consequenter*: *In una* Teresia *sanctitatis insignia omnia*: n. 2359. & seq. *Virtutes omnes in ea præcellentes*: nu. 2362. & seq. Teresiæ *sancta audacia exemplum Prælatis*: *admirandum spectaculum hominibus*: num. 2369. & seq. S. Teresiæ *patria, parentes*: n. 2372. *Martyrii desiderio, iter in Africam accipit septennis*: *Ætatis anno XII. matre orbata, Deiparam in matrem eligit*: nu. 2372. *Ætatis anno vigesimo Ordinis B. V. Maria de monte Carmelo habitu induitur*: nu. 2374. *Aridatem spiritûs annis XVIII. invictè pertulit*: *à qua liberatur, orans ante imaginem Christi crucifixi*: n. 2375. *Virtutes* S.Teresiæ *Theologales*:n. 2380. & seq. *Virtutes ejus alia*: n. 2406. & seq. NOTA quòd de ejus virtutibus specialiter actum sit in: INDICE ASCETICO. S. Teresia *variâ, & frequenti visione Christi delibuta*: nu.2458. *Coronâ fulgentissimâ ab eo redimita*: nu.2459. *Spiritu rapta in cœlum, mirabilia, & altissima mysteria videt*: n.2461. *Revelationes divinas plures habuit*: nu.2462.& seq. *Prophetæ donum communicatum* S. Teresiæ: num. 2472. & seq. *Discretio spirituum quid sit*: *illam, à Deo mirificè habuit* S.Teresia: n.2476. *Episcopi Tiraſonensis statum interiorem qualiter penetraverit*: n. 2477. *Sacerdotem in statu mortalis peccati celebrantem noscit, & corripit*: num. 2478. *In vita, & in morte, & posteà miraculis plurimis claruit, attestantibus vita ejus Scriptoribus*: *nec non Regibus Catholicis*: *Archiepiscopis, Episcopis ferè totius Hispania &c.* nu. 2483. num. 2484. *Miracula in vita*: nu.2485. & seq. *Animam Deo reddit anno* 1582. *die* 4. *Octobris, ætatis* 68. ibid. *Miracula in obitu*: num. 2496. & seq. & 2499. *Nocte obitûs* S.Teresiæ *arbor ficca floret*: num. 2499. *Fuit istud miraculum evidens à Deo, ad honorandam* S.Teresiam: num.2500. S.Teresiæ *corpus in sepulchro incorruptum*: *tria miracula*: num. 2502. *Post menses* 9. *corpus exhumatum, incorruptum, mirifici odoris, & liquoris*: num.2504. *Annu tribus ab obitu rursùs exhumatum & Albâ translatum Abulam, integrum, incorruptum, odorificum*: num. 2505. *in præsentia trium Episcoporum, & aliorum testium, recognitum incorruptum, flexibile, plenum carne*: num. 2506. & seq. *Odor mirificus, & suavissimus ex corpore* S.Teresiæ *procedens, etiam ex panniculis, quibus usa fuit*: *ac ejus sepulchro*: num. 2511. *Miracula alia plura post mortem*: num. 2514. & seq. *Miracula plurima evidentia, meritis* S. Teresiæ: n.2533.& antè, & post. *Pontificum testimonia de mirabilibus* S.Teresiæ:n 2534. *Electa Patrona Hispaniarum*: n.2534. *Monasteria XXXII. inops virgo ædificavit*:n 2536.Teresiana *Vinea palmites misit per universum Orbē Christianū, & ultrà*:n.2537.S.Teresiæ votum heroicum, Angelicum, *faciendi semper, qua Deo gratiora sunt*:n.2538.*Valdè admirandum, sed tamen etiam imitandum*: nu. 2539. S. Teresiæ *utiliss. documentum, de optimo modo orandi, dignum aureis litteris*: num.3446. S. Teresia, & B. Joannes à Cruce *in spiritu Elia vixerunt*: num. 2703. *Iidem quantas passi contradictiones*. num.2704. & seq.

Terra sancta *amissa ob peccata*: nu.1335. *Quibus medium recuperari possit*: num. 1357. *Quid peculiariter requiratur, ut sacra expeditiones optatum finem habeant*: num.1358. *Christiani forti animo, & bono ordine procedentes, ac peccata graviora devitantes quàm facilè victoriosi sint de numerosissimis exercitibus infidelium*: num.1360. *Id variis exemplis demonstratur*: ibid.& seq. vide plura: *sub titulo*: Bellum sacrum.

S. Theodoricus *vita austeritate, & miraculis clarus*: n. 2550. *corpus suum ferreâ loricâ domavit*. n.3526

S. Theodosius Cœnobiarcha, *Eliana posteritatis*: nu. 381. *In eo amoris Dei, intentionis puriss. & districta, ac discreta abstinentia exemplum*. num.382.

Thomas

Digitized by Google

Thomas Bradley, *seu* Scropus, *Anglus, Episc. Dromorensis, Legatus in Rhodum destinatus: Episcopatu se abdicat:* nu.3363. *diu vitam duxit solitariam, valdè austeram, in opinione sanctitatis obiit.* n.3616

Thomas V Valdensis, *Ecclesiæ propugnator fidelissimus:* num. 3054. *Opus ejus præclarum: Hæresum eversor: in opinione sanctitatis:* num. 3055. *magnis laudibus celebratus, dotes, & virtutes ejus: vita sanctimoniâ conspicuus:* n. 3614. Beati *titulus à variis tribuitur:* ibid. *Testimonia clarissimorum Scriptorum, & Summi Pontificis Martini V. de Waldensi hæresum expugnatore, & tripartito ejus opere:* Doctrinali antiquitatum fidei: *quod utilissimè recuderetur.* num.3952

Transfigurationis *festum venerabile Carmelitis:* n.163. & seq. & nu.2161. *Moyses orabat pro populo suo, & Elias pro Ordine suo.* num.164. & 2161

Translationes *variæ corporis* S. Angeli *factæ:* n.2151. & seq. *Translationes S.M. Magd. de Pazzi.* nu.2708. & seq.

Turcæ *unde orti:* num.1349. & seq. *De* Turcici *imperii incremento, ac tandem excidio:* n.1292. & 1343. & 1347. Niersis, *Patriarcha Armeniæ prophetia, de regno illo destruendo per Tartaros (Turcas) & instaurando per Christianos:* num. 1344. Turcici *imperii incrementum, amplitudo, ac potentia:* nu.1336. & 1337. *Pacta non servata, etiam cum* Turcis, *Deus ulciscitur:* nu.1339. *Quatuor admiranda in exercitu* Turcarum. num.1340

Turoniæ *Carmelit. Provincia strictioris observantiæ ad plures alias derivata, prigo:* num.3824. *Varia eruditionis præfœcunda mater & altrix:* ibid. & n.3959. *ita quoque eximiæ pietatis.* num. 3514. & ante ac post.

Valerianus *Imperator, Ecclesiæ savus persecutor, vivus excoriatus, & salitus.* num.421

S. Veneranda *monialis: ejus patria: nata circà annum Christi* 100. num. 2967. *Euangelium prædicat Iudæis, & Gentibus: diris afficitur suppliciis, tempore Antonini Imperatoris.* ibid.

S. Victoria, *tempore Decii Imperatoris: S. Eliæ Prophetæ, exemplo, virginitatem vovet:* num.2974. *Monasterium construit, mater* LXIII. *monialium.* nu.2975

Vilvordiensium Carmelitissarum *fundatio:* num. 2133. & seq.

Virginitatis *illibatum florem custodisse S.P.N. Eliam communis est consensus Patrum Græcorum & Latinorum:* num.227. & nu.231. *Imò dicitur:* messor Virginum: num. 227. *Propterea triumphalem ascensum in cælum promeruit:* num.229. *S. Elias* Virginitatis *puritatem servavit ad exemplum, & honorem* Virginis *Deiparæ prægnitæ:* num. 3993. & 3994. *atque ita* Virginitas *Deiparæ fuit velut causa exemplaris, & finalis* Virginitatis *S. Eliæ:* nu.3994. & nu. 3995. *Id non parùm cedit in honorem B. Virg. Mariæ.* ibid.

Virginum sacrarum *Monasteria in primordiis Ecclesiæ:* num. 339. & n.2909. & 2942. & 2967. & 2977. & 2980. Virginum *Monasteria plura sæculo tertio:* nu.340. Virgines sacræ *olim cultrices Esseni, Eliani Instituti.* n.341

Viri Religiosi *Iudæi ex omni natione, tempore Christi:* num. 2879.

Visitationis B.V. Mariæ festum *Venerabile in Ordine Carmelitarum:* num. 1921. *Præcipua in eo nobis imitanda.* num. 1922. & seq.

Vitæ prolongandæ ratio *exemplis confirmatur:* num. 1190. & seq. *Antonius Haasechus annis* 100. *Pastor: quo regimine tam diu vixerit:* nu. 1190. *Quâ vitam abbrevient:* nu. 1191. Gulâ *major hominum pars moritur.* nu.1191

Ultrajectini Archiep. *Suffraganei Carmelitæ plures:* nu. 3227. & 3941. Ultrajectinus *Conventus Carmel. quando fundatus:* num.2122. *In illo Conventu Episcopi vixerunt, aut sepulti Goswinus Hex:* num.3061. & 3227. *Ioan. ab Arund.* n.3262. *Ioan. Boolmel:* nu. 3267. *Ioan. de Arena:* num. 3261. *Vltraject. Conventus quando translatus.* num.3261

Votum *est de essentia Religionis Monasticæ:* num. 350. *An, & qualiter fuerit in Christo, Elia, & Ioan. Bapt.* num. 350.

Z

S. Zosimus, *veteris monastici instituti cultor, in Lauris Palæstinæ:* nu. 2917. *Tendit ad monasterium aliud propè Iordanem: ubi S. Eliseus, & ejus discipuli habitârunt.* ibid.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google